BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XLIX
H
34
NAPOLI

XLIX
34. 35

CRIPTORES
RERVM
EPISCOPATVS
BAMBERGEN-
SIS.
ex
Mu co
Io. Petri Lu dewig Ich.

NAPOLI

NOVVM VOLVMEN SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM,

PLVRIMAM PARTEM
NVNC PRIMVM EDITORVM
EX COD. MSCT.

TOMVS I. & II.

E MVSEO LVDEVVIGIANO.

VOLVMEN PRIMVM,

COMPLECTENS

SCRIPTORES RERVM EPISCOPATVS BAMBERGENSIS,

I. MART. HOFMANNI *ANNALES BAMBERGENSES E MSCTO,*

II. IACOBI GRETSERI *DIVI BAMBERGENSES CVM DIPLOMATIBVS,*

III. VALERII IASCHII *VITA OTTONIS S. CVM DIPLOMATIBVS,*

IV. MART. HOFMANNI *VRBS BAMBERGA ET ABBATES COENOBII S. MICHAELIS,*

V. IVSTI VERACII *CONSVETVDINES BAMBERGENSES, MAXIME FEVDALES.*

VI. ANDREAE GOLDMEYERI *ORIGINES BAMBERGENSES,*

VII. I. P. L. *CONTINVATIO EPISCOPORVM BAMBERGENSIVM AB AN. 1600. AD AN. 1718.*

VIII. *DIPLOMATVM BAMBERGENSIVM CODICILLVS AB AN. 1000. AD AN. 1400.*

IX. *ICONES ET IMAGINES EPISCOPORVM IOAN. SALVERI HERBIPOLITANI SCVLPTORIS.*

CVM

PRAEFATIONE ET INDICE LOCVPLETISSIMO,

CVRA

IOAN. PETR. Ludewig/ IC^ti,

REGALIS CVRIAE ET REGIMINIS CONSILIARII, IVRIVM ATQVE HISTORIARVM PROFESSORIS AC ARCHIVARII IN TABVLARIO MAGDEBVRGICO.

B. R. NEAPOLIS

FRANCOFVRTI & LIPSIAE.

ANNO CIↃ IↃ CC XVIII.

FRIDERICUS CAROLUS, ex Illuſtriſſima Familia Comitum de Schonborn, Eccleſiarum Imperialis Bambergenſis, & Cathedralis Herbipolenſis Canonicus, & Equeſtris ad S. Albanum Moguntia Præpoſitus, unanimibus votis, Magni Patrui ſui Coadjutor eligitur, die 13. Decembris, 1709; Princeps excelſa indolis, liberalis animi, vel ipſo vultu auguſtum aliquem Schonbornianæ virtutis decorem præferens; Sapientia ſimillimus omnino Patruo ſuo Nepos; inde a Cæſare & Imperio toto digniſſimus judicatus, qui Sacræ Cæſareæ Regiæ, Majeſtatis Conſiliarium Intimum Actualem, & S. R. I. Vice-Cancellarium Aulicum ageret. Obſtupuit, in Coronatione Caroli VI. Imperatoris, Francofurtum, ingentem Sapientiam juxta ac maturam tanti Viri jucunditatem; Demiratur hodie Vienna, totúmque Imperium, velut oraculum ſuſpicit. Deus diu tam devotum Auſtriæ, proficuum Imperio Principem ſervet, ita quidem, ut, dum tantum Caput pluribus interim Mitris ac Honoribus Virtus condecorat, Lotharii Franciſci Coadjutorem longiſſime Patria videbat, tantóque Principum Pari, velut gemino felicitatis ſuæ canalibus, in omne ævum perfruatur.

B. R. NAPOLI
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

PRAEFATIO
AD SCRIPTORES RERVM
BAMBERGENSIVM
IO. PETRI LVDEWIG, Icti.

§. I.

Etate mea paulo ad ſenectam uergente, animus eſt, de *pietate Germanorum* inferioris praecipue aeui bene mereri, ad hoc faciendum rerum ſtudio diuinarum humanarumque excitatus. Nam cum illud clarum ſit resque ipſa doceat, uicisſe olim Germanos, in dicando et largiendo ad *pias cauſas*, quosuis alios populos, orbis chriſtiani uere uniuerſi: merito ſcriptoribus patriae noſtrae ſuccenſenduni uertendumque uitio, quod non induſtrii magis fuerint in horum officiorum plena enarratione. Quamuis enim magni numeri ſint *diplomatum* in publicis principum ac procerum tabulariis, quae cum ipſius Latii ſolertia omnino poſſunt contendere, imo hanc uincere quodammodo: deſunt tamen pleni ſacrorum annalium conditores, aut, ſi aliqui fuerunt, fere in rebus nullius momenti ac fabulis uerſantur, unde parum lucis *Germaniae ſacrae* poteſt accedere. Scilicet *Germaniae* praeſules ad *principale* faſtigium conſcenderunt, non uani honoris aut *dignitatis*, quos apices etiam in aliis regnis tenent quidam antiſtites; ſed *potentatus* ac ſupremi in republica imperii. Vnde ueritas ac felicitas aeui chriſtiani elucet in patria noſtra, quando hic non ſolum eccleſiam in republica offendimus, ſed rempublicam in ſingulis fere eccleſiis, ut adeo *prima* ab *ultimis*, exemplo in omni memoria omnino inaudito, ſuo quodammodo iure pendere uideatur. Quo rerum ſtatu facile ad intelligendum, Germaniae ſacros antiſtites *duplicem* perſonam ſuſtinere, unam *praeſulis*, alteram *principis*: a *ſacerdotio* hic pendere *imperium*: alios limites ac iura *dioeceſeos* eſſe, alios iterum *territorii*: *baculo gladium* cedere: *purpuram* inuolui *pallio*: *coronam* obtegi ſacra *mitrella*: *templum* imperare *curiae*: *diuina* ac *humana* iura uerſari in manibus atque imperio antiſtitis unius. Et quemadmodum antiquioris aeui exempla aliqua ſunt, quod ex *principibus* facti *ſacerdotes*: ita contra euenit in Germania noſtra, in qua *ſacerdotes* nacti ſunt potentiſſimos Romani imperii *principatus*, qui imperium et ſacerdotium amiciſſimo uinculo coniungere ſolent ac continere. Non alio fine haec ſcribo, quam hoc, ut cauſae pateant, quare ſingulares Germaniae epiſcopatus, id eſt principatus ſacri, ſingulares eosque rerum gnaros ſcriptores exigant mereanturque. Cum in illis diuina et humana, leges atque canones; publica ac priuata; ciuilia et clientelaria iura concurrant, quae inſtruere poſſunt utriusque iurisprudentiae inſignia momenta.

Germaniae ſacrae ſcribendae rationes.

a) *Actus meus.*

b) *largitiones ueterum.*

c) *deſideria ſcriptorum.*

d) *inſignis copia diplomatum.*

e) *Germaniae epiſcopatus facti praepotentes principatus.*

inſtar diuini in orbe percenti.

Vt adeo promus condus in illis diuini humanique iuris.

§. II. Ex ſane pudeat Germanos huius deſidiae, idque ideo etiam, quoniam omnia alia regna orbis chriſtiani uere uniuerſi tantam ac uere ſtupendam in deſcribendis *epiſcopatibus* et ſacris *collegiis* curam, impenſas, operas, artes, adhibuerunt, licet illi cum patriae *ſacris principatibus* nulla ratione mereantur conferri, cum omnes *potentatu* careant, quo noſtri antiſtites ſunt inſtructi gaudentque ita uere in *ſacris* ac *humanis* quodam *Dei uicariatu*. Non huius eſt loci, ſcriptorum catalogos conquirere, qui calamo ſuo praeſulatus aliorum regnorum illuſtrarunt, quod facile eſſet, cum pauciſſimi ſint, quos non ex omnibus cultioris Europae angulis conduxerim in libraria mea ſupellectili. Veneratur certe hoc nomine cultiſſima *Gallia* fratres SAMMARTHANOS, Claudium ROBERTVM; Italia Ferdinandum VGHELLVM; Hiſpania Angelum MANRIQVIVM, Antonium de YEPES; Britannia Franciſcum GODWINVM, Rogerum DODSWORTHVM, Guilielmum DVGDALIVM, Iacobum VSSERIVM, Henricum WHARTONVM, Michaelem ALFORDIVM, Guilelmum LYNDWOODVM; Hybernia Iacobum WARAEVM; Belgii prouinciae Antonium SANDERVM, Ioannem CHAPEAVVILLVM, Aegidium BVCHERIVM, Arnoldum RAISSI-

f) *[illegible]uratum ſacrorum ſcriptorum in regnis aliis.*

VM; Suecia Ioannem MAGNVM, Ioannem MESSENIVM, Claudium OERNIELMVM, Ioannem BAAZIVM; Dania Haroldam HVITFELDVM et TORPHAEVM; Polonia Stephanum DAMALEVICEVM, Chriſtophorum CONCKIVM, Ioannem DLVGOSSVM, qui horum regnorum uel epiſcopatus uel epiſcopos ſcripſerunt idque ex inſtituto et ſtudio ſingulari.

In Germania noſtra ſcriptores generales omnium epiſcopatuum

§. III. Equidem Germaniae etiam noſtrae auctores ſunt, qui illius epiſcopatus omnes, leui licet brachio, iunctim ex inſtitutoque enarrarunt: ſed nemo eſt eorundem, qui hoc argumentum occupauerit ex dignitate atque rationibus idoneis noſtrae reipublicae. Nam *Caſparis* BRVSCHII catalogi Germaniae epiſcopatuum neque ſat olei habent neque operae. Cum uix ſingulorum epiſcoporum recitent nomina contextique ſint ex uulgaribus cuiusque eccleſiae faſtis. Quod eo tempore, quo ſcripſit, fieri aliter uix potuit, quoniam potiſſimi rerum ſacrarum auctores, qui poſtea in lucem iuerunt, tum latuerunt in tabulariis. *Petrus* MERSEVS non aliud meretur iudicium atque uix locum aliquem in his numeris. *Alberti* KRANZII et, qui eum continuauit, CHYTRAEI operae commendatiores, niſi illi maluiſſent ſubſiſtere intra limites ſolius Vendiae atque Saxoniae. *Gabrielis* BVCELINI uolumina Germaniae ſacrae multum olei habent, parum ſalis. Accedit, quod auctor maiorem induſtriam adhibuerit in *Germanicae nobilitatis genealogiis*, quam in deſcribendis ſacris antiſtitibus, quorum ſola uere nomina recitat. Aliorum labores in hoc argumento recenſet aeſtimatque pretio, quod habent merenturque, GERMANIA PRINCEPS, tertium nunc edenda.

Singulares huius uel illius praſulatus.

§. IV. Quod eum ita ſit, haud dubie haec ſparta auctorem expectat, idoneis rerum iuriumque praeſidiis inſtructum, ad exhibendum *Germaniam ſacram*, id eſt, amplum ac iuſtum uolumen omnium patriae *praeſulatuum*. Et ſane pleraeque difficultates, quae olim hoc argumentum tenuerunt, hodie ceſſant, in tanto monumentorum et domeſticorum annalium numero, qui de omnibus fere Germaniae epiſcopatibus et ſacris collegiis extant ſeorſim, ut copia librorum eius generis patria noſtra cum extraneis regnis aliis omnino contendere poſſit imo pleriſque ideo anteferri. Exempli loco ex innumeris *trigam* proponere licet, cum ſcriptorum, tum epiſcopatuum. HVNDII et GEWOLDI Salisburgenſi metropolitana hiſtoria non inſtructior alia ulla fide diplomatum ac monumentorum medii aeui. Eiusdem pretii laude *Paderbornenſes* digni cum EPISCOPVS, purpuratus ſcriptor, tum SCHATENIVS, collegii Ieſu ſocius. Tertius omnium laudes fere ſuperat *Chriſtophorus* BROWERVS, cuius annales Treuirenſes fere ſunt pragmatici idque tam in *ſacro* quam in *ciuili* argumento. Pauciſſimos tantummodo exceperis, qui ſcriptorum huius ſortis penuria laborant hodieque. Atque in his *Bambergenſem* et *Wirzburgenſem*, praecipuos ac praepotentes Germanici imperii epiſcopatus fuiſſe, et ego dolui ſemper et alii mecum.

Deſideria ſcriptorum Bambergenſis et Wirzburgenſis epiſcopatuum.

§. V. Excitarunt haec deſideria induſtriam meam, ut in conquirendis illis, quae deerant adhuc, eo eſſem ſolertior diligentiorque neque impenſis parcerem neque aliis cederem difficultatibus, quae ſtudio huic obeſſe uidebantur. Ita factum eſt, ut ante quadriennium rerum *Wirzburgenſium* auctores non ſpernendos dare licuerit publicae luci: quos iam nunc excipiunt, quodam uiciniae iure, *Bambergenſes*, de quibus nunc futura eſt haec praefatio.

Hiſtoria itineris in Franconiam ab 1715 et conſilia de rerum Bambergenſium editione.

§. VI. Scilicet pollicitus fueram hanc collectionem in *Wirzburgenſibus*, ſed ſpes, quam de inſtituto hoc meo conceperam, fere decollauerat. In litteris enim reſponſoriis, quas dederam ideo ad amicos, alios intellexi procraſtinare; alios me tenere ac ducere inanibus promiſſis; alios, eosque magis apertos, caecam eſſe et uanam rerum eius generis expectationem, adfirmare, proditis ſimul rationibus, quod uiri, ſacris catholicis addicti, talia non credere ſoleant hominibus haereticis, licet hi fidem obligauerint ſuae integritatis, quam exigat hiſtoria, quae nihil dare debeat gratiae aut odio religionis. Euenit autem, ut anno *milleſimo ſeptingenteſimo decimo quinto* in aeſtatem eunte, partim mea cauſa, partim principis ergo, regali mandato inſtructus, in Sueuiam et Franconiam facerem iter, in cuius reditu ipſis Ianuarii calendis anni ſequentis CIↃIↃCCXVI. ueni *Bambergam* atque in urbe per aliquot dies cum meis ſubſtiti ideo, ut exquirerem ea, quae conducere ac prodeſſe poſſent ad *rerum Bambergenſium* adparatum. Verum noua ſe

hic

hic prodidit difficultas et rerum omnium desperatio. Nam accepi a *patribus* collegii Iesu, quod aliquis eorundem meditetur *Bambergensem* historiam adeoque hanc magis expectandam, quam meum promouendum institutum. Discessi ab his animique pendi uehementer, utrum haec uera essent, an uero inania commenta ad eludendum ea, quae a patribus requisiueram. In his curis defixus tandem uirum offendi, quem honoris causa nominarem, nisi ipse mallet latere, qui studium meum ad conquirenda rerum *Bambergensium* monumenta iterum accendit inflammauitque, historiae prolixa enarratione, unde credere liceat, fieri non posse, ut *Bambergensia* a domesticis scriptoribus in publicam lucem darentur. Scilicet patribus *Iesuitis* hanc gloriam inuidere plerosque honestos etiam uiros, ne homines atque incolae nouelli eam praeriperent aliis uetustissimorum collegiorum sociis doctissimis, quasi in ultimis non esset, qui hanc spartam sciret exornare. Deinde cum ipsi *Iesuitae* aemuli sint uetustiorum coenobiorum, omnimodo caueri, ne illis uia et aditus ad publica tabularia et eius generis instrumenta pateat, unde occasio illis ad nocendum et obtrectandam, derogandum ac detrahendum aliquid de honore, fama, meritis, iuribus rebusque aliis, quas irretorto oculo multi eorum intuerentur. Accedere, quod Harduinus alique suo exemplo Galliam docuerint, plurimos Iesuitas contemtores esse omnis generis uetustatis, imo scripsisse aliquos, interesse eorum, ut omnia inferioris aeui diplomata uocent in dubium, incusentque socios, maxime *Benedictinos*, quasi eorum alia suppositiones, alia corrupissent et adulterassent. Quod cum ita sit, minime consultum fore, sacrae uetustatis cimelia manibus credere inimicis. Praeterea esse uirum quendam, addidit, qui uicaria opera fungatur in templo principali ac dominante, qui aliqua congesserit, ad historiam Bambergensem facientia, quae nunc sub censoria sint uirgula, hanc, utrum sustinuerint, rei esse admodum ambiguae. Interim carere *Bambergam* lumine scriptoris, quem omnino mereatur, in tanta librorum de *singularibus* Germaniae *episcopatibus* aliis multitudine et dignitate, qua *Bambergensis* ex aliis omnibus emineat, praestet praecellatque. Demum ualde doluit, quod auctores, quos habuerit olim *Bamberga*, in tabulariis retineantur ceu uinculis ac carceribus, quos satis diu frustra momorderint. Fore itaque, ut cum de *Bambergensibus*, tum aliis uiris litteratis, optime etiam extraneus mereatur, qui interim prelo committat illos, quorum copia possit haberi. Sequutus ergo sum consilium hoc, circuiui per urbem, coenobia, templa, curias, palatia, pontes ac montes, eaque congessi, quae in hoc uolumine adparent, nunc sigillatim percensenda, eo quidem ordine, quo in ipsomet libro subsequuntur.

I. MARTINI HOFFMANNI ANNALES BAMBERGENSIS EPISCOPATVS

AB ORIGINE AD AN. CIↃ CCCCXL.

§. VII.

Recensio *annalium Bambergensium* Martini Hoffmanni

QVo maiori hos annales, in editos adhuc, pretio aestimaui, eo maiorem adhibui curam, ut illi emendate et, quantum fieri posset, castigate, ad fidem exemplorum, prelo committerentur. Principio eorum *epitomen* nactus sum, quam ex maiori opere aliquis contraxit, rudi licet et inculta minerua. Anhelaui igitur et omni studio arsi, ut pleni operis nanciscerer exemplum. Quam sitim restinxit expleuitque PFANNENSTIELIVS, incolens Noribergam, iureconsultus, plurium Germaniae principum ac procerum consiliarius cutialis illustriumque causarum patronus merentissimus, qui, lecta praefatione mea, *Wirzburgensium* scriptorum collectioni addita, *annalibus Hoffmannianis*, plenis ac integris litterariam meam supellectilem primus auxit instruxitque, quo etiam nomine primas illi gratias exsoluo, habeo uoueoque, ut diu supetsit inter mortales, quorum

Triga codicum Mistarum.

iura et commoda ſtudet promouere. *Alterum* exemplum, cuius ſcriptura ipſi ſcriptori coacua, mihi ſuppeditauit LEVCHTIVS, uir de rebus nouiſſimis Germaniae optime meritus, qui ſub nomine, ad euitandum liuorem, ſimulato Antonii FABRI egregii ac magni operis, *cancellaria ſtatus imperialis* dicti, fuit fabricator. *Tertium* & *quartum* in ipſa urbe offendi apud amicum ſupra commemoratum, cuius nomen uenerari iubeor ſilentio. Illud autem cum ſerio dolerem, quod in omnibus *Hoffmanniani operis* exemplis deſiderentur *diplomata*, quae tamen in illis non laudata ſolum, uerum etiam recitata eorundem initia: eſſe hoc quidem factum non niſi cum ratione, adfirmauit *Bambergenſis* inſtituti mei patronus. Cum enim auctor praefectus fuerit Bambergenſi *tabulario* ex eoque congeſſerit hiſtoriam ſuam: eum ideo prouocaſſe ad diplomata, in eodem cuſtodita, indice tantum digito; partim, quod nefas eſſet archiuario, eius generis codicillos ſuo inſtituto deſcribere; partim, quod, ſi operi auctoritas acceſſerit ſuperiorum, illa facile poſſent eidem inſeri manuque aliena ſemper ex archiuo ſuppleri; partim niſi hoc ſperandum, ſhaberent tamen ita Bambergenſis praeſulatus ſacri collegae catalogum eorum, quae in ſacris ſcriniis reperirentur. Addidit, quod hoc fine etiam indicati in illis numeri eorum monumentorum, prout illi in principalis tabularii matriculis eſſent diſpoſiti. Eſt itaque liber hic in multiplici laude. Principio fidem habet mercturque publicam: deinde latine ſcriptus eſt polite eleganterque: poſt multa cum induſtria, adhibitis idoneis atque coacuis, ubi fieri potuit, monumentis: tum ſelectum habet tenetque modum inter nimium et parum, ne uel taedio offendat prolixitas uel breuitis adferat tenebras: poſt raro extra oleas uagatur, ſed continet ſe intra limites rerum uel domi geſtarum uel alia cauſa facientium ad hiſtoriam Bambergenſem: porro abeſt a liuore praeſertim in ſacris, quas leges plerumque uiolant hiſtorici chriſtiani: praeterea curam habet reipublicae, ne prodat tacenda: tandem poetae is partus grauis et ingenioſus: ad extremum paucitas ſcriptorum cum Franconiae uniuerſim, tum ſigillatim Bambergenſis praeſulatus, adauget non minus pretium eius, cum plurima etiam prodat, quae lucem adferunt rerum iuriumque in uicinia. Fecit igitur egregii operis praeſtantia, ut manibus paſſim deſcriberetur, cum extraneorum tum uirorum eruditorum in Germania, qui utrique illius uſi ſunt teſtimonio et auctoritate. In quibus ſunt GRETSERVS *in diuis Bambergenſibus*, *Ioannes* BOLLANDVS *in actis SS. menſis Martii die III. in uita S. Cunigundis* p. 268. 269. *Ioannes* MABILLONIVS *in Benedictinis*, SAGITTARIVS *in introduct. ad hiſt. eccleſ. cap. 20. §. 15.* ut alios nominare mittam. Id ergo dolendum, quod diſertus auctor filum hiſtoriae abruperit in Friderico epiſcopo XXXII. an. 1440. Quod tamen eius deſidiae dari nequit, quoniam, dum hos annos ſcriberet, morte immatura fuit praereptus. In uetuſtiſſimo enim codice aliena manu adſcripta reperi: *plura inſcriptis non reperiuntur, quia auctor morte praeuentus, uotum replere nequiuit.* Quare nos oportuit epiſcopos ſucceſſores ex *Ioanne* CYGNAEO mutuare, cuius tamen crepundia cum Hoffmannianis dapibus nullo modo poſſunt conferri. De uita auctoris, utinam haberem, quae ſcribere poſſem, inprimis, cum plura prodant, illam uariis caſibus expoſitam et agitatam fuiſſe. Vixit ſcripſitque Bambergae, principis *tabulario praefectus* forenſiumque cauſarum *patronus*. Quo autem fato iſthuc ſit delatus, illud reſcire non potui. Id mihi conſtat, natum educatumque eum fuiſſe a parentibus Lutheri formulae adſcriptis. A qua poſt diſceſſit ad Romanam deuenitque fortaſſis hac ſorte ad ſpartam Bambergenſem. Habeo id ex litteris *Chriſtophori* GIRSCHNERI (*) quas eo fine ad eundem exarauit, ut ei hanc ſacrorum metamorphoſin exprobraret. Fuit praeterea ſui aeui *poeta* celebris, et artium *magiſter*. In primo ſpecimen habes, in urbe *Bamberga*, elegiaco uerſu deſcripta atque in *abbatum montis monachorum uitis*, ligato ſermone enarratis, aliisque carminibus, quae ſub *uoluminis primi* fine habentur a pagina 876. ad paginam 935. Qui uerſus, molles ac faciles multum ingenii habent et natiui leporis: ut auctor laurum omnino mereatur in utroque genere orationis. Quo etiam honore Caeſar eum auxit *Maximilianus II.* cui accepta retulit inſignia gentilitia (**). Obiit forte ſub ingreſſum *ſeculi decimi ſeptimi*. Nam anno 1600. eum

Cauſa deſiderii diplomatum.

Laudes horum annalium ſingulares.

Celebritas annalium.

Finis in anno 1440.

Vita et acta auctoris.

(*) Cuius uiri cum noſtro amicitia etiam ex carmine patet, quod in uol. I. p. 913 habetur.

(**) *Aquilam* redimitam *corona*, pennis acra *fecantem*: ſuppoſitis *roſis* tribus in clypei extremitate.

eum adhuc in uiuis fuiſſe conſtat ex illius opuſculis (***). Quorum aliqua in poeſi praeſertim Bambergae hodieque inter priuatos parietes circumferuntur ſuoque merito aeſtimantur. *Mors poſt annum cIↃ Ic*

§. VIII.

II. IACOBI GRETSERI, DIVI BAMBERGENSES

INGOLSTADII I-MDCXL in 4t.

RAriſſimus inuentuque difficillimus hic liber, quem etiam in principum inſtructiſſimis bibliotheceis ipſaque *Guelferbytana* fruſtra requiſiui. Ipſe in libraria ſupellectili alia omnia *Gretſeri* habeo, quorum numeri triceſimum ſuperant, quae in *media tantum forma Ingolſtadii* prodierunt, ut alia taceam, quae in *maxima* et *minima exstant*. Quemadmodum uero illud meae muſulae ſaliuam non mouet, ſi liber tantum non uulgaris aut non ubique obuius, niſi ille ſimul et utilis ſit atque rerum copia ſelectuque praeſtet: ita hoc uolumen *Gretſerianum* ſe utroque nomine admodum commendat. Nam protulit in lucem uitas HENRICI S. imperatoris, diuae KVNIGVNDAE, coniugis, OTTONIS S. apoſtoli Pomeranorum et praeſulis Bambergenſis, idque cum inſigni adparatu diplomatum, bullarum, chartarum aliorumque plenae fidei monumentorum, doctis animaduerſionibus adiectis, ut adeo hiſtoriam augeat tam imperialem uniuerſim, quam ſigillatim Bambergenſem, ſacram aeque atque ciuilem, fueritque ideo a uiris doctis, non ſine harum literarum iactura, fruſtra adhuc deſideratus. Cum uero ſcriptor theologus fuerit isque Iesuita, in Lutheri dogmata eorumque profeſſores cum hic, tum alibi ſe aliter exhibere non potuit, quam aſperum et acerbum. Quae tantum abeſt, ut homines euangelicos offendant, ut potius intelligant illi, quantum humani patiantur, qui diuina dogmata conſpurent ſatyris et ſarcasmis. Reſpondit ei *Iaſchius*, noſtras. Habent igitur, quae noſtri legant; habent etiam, quae Catholici et Romanis ſacris addicti. Vt uero noſtra haec non ſunt, ita religioni duximus, in aliena graſſari, mutare, demere, inuertere, expungere, quod omnino eſt contra officium hiſtorici et boni uiri, quibus ſcripta interpolata iure ſordent. *Purgatorios* autem *indices* ſi non effugerint illa, neque noſtra intereſt, neque aliorum, nam aliquot tantum lineas abſoluunt, quae aliquis referat in hunc cenſum. Ceterum de uita *Iacobi Gretſeri* aliquid addere, id quidem eſſet rem agere, dudum actam. Nam Ieſuitae magnam curam habent, ne merita, litterae, ſcripta ſuorum collegarum lateant in tenebris et obſcuritate. Sufficere huic argumento poſſunt *Petr.* RIBADENEIRA; *Phil.* ALEGAMBE atque *Nath.* SOTVELLVS, qui *in bibliotheca ſocietatis Ieſu* nullius obliuiſcuntur, qui meretur in hanc ſcenam et lucem produci. Fuit certe Gretſerus uir Graece et Latine doctus atque in rebus ueteris et inferioris aeui non leuiter uerſatus. Vnde opuſcula illius mihi quidem magni fiunt in hiſtoria patriae, quam hinc inde illuſtrant. Interim qui contra alios ſaepe uirus et iram euomuit, illius quoque ſtomachum concoquere oportet dicteria aliorum. Sed haec lis non eſt OPERIS *hiſtorici*, quod nos apparauimus. Proximis nundinis eiusdem *Gretſeri diuos Eichſtadienſes* (†) expectare licet, quos ſupellex mea beneuolentiae debet Godofredi THOMASII, *principis medici et philoſophi Noribergae florentiſſimi*, uiri, animi ac litterarum ergo, *humaniſſimi*, honoris cauſa hic omnino nominandi, quod Bambergenſia ſuis quoque litteris et erogationibus apud amicos adauxerit, quo nomine illi gratias ſoluimus ac debemus.

§. IX. Ceterum noſtris contendimus precibus, ut uiri rei librariae diuites ſymbola ſua nobis conferant, quae facere poſſint ad illuſtrandum praeſulatum EICHSTADIENSEM. Vt uero ſciant, quid poſt GRETSERI DIVOS EICHSTADIENSES requiramus et qui fontes, tabularia, theſauri praecipue huic inſtitu- *Ratio operis de Eichſtadienſi praeſulatu eiusque praeſidia.*

b

(***) Imo etiam illud conſtat, quod anno 1595. quo *Bambergam* urbem uerſu elegiaco deſcripſit, ediditque *Noribergae* 1595. *in* 4to. annales demum ſit policitus. Ait enim:

Quod ſi forte ſua labor hic non laude carebit,
Hiſtoricum paruo tempore furget opus,
Quo cano *pontificum* uitas - - -

(†) Qui prodierunt *Ingolſtadii* 1617. *in* 4t.

ſtituto dandi et aperiendi, matriculam eorum hic inſeremus, nobis ab amico manu communicatam. Ad eruendam igitur atque contexendam EICHSTADIENSEM hiſtoriam commendari ſolent, quae ſequuntur. Principio PRINCIPIS Eichſtadienſis *tabularium* ciuile, ſacrum, clientelare, ſigillatim in eo das *Lehnbuch*, *iuramentbuch*, *Receſsbücher*, *regiſtraturen:* deinde litterae et codicilli in archiuo CAPITVLI, *brieffe ins capitels haeuey denen præſtelln zu gehoerig:* poſt tabularium DECANATVS, *dechaney* brieffe: praeterea liber penes VICARIOS, in quo deſcriptus eſt curate Eichſtadienſis tractus: tum CIVITATIS libraria ad portam S. Wilibaldi et matricula CIVIVM: porro archiuum coenobii REBDORFENSIS, quod aliis praeſtat: nec minus ordinis PRAEDICATORVM S. Walpurgis: atque etiam libraria XENODOCHII: iterum acta IVDICII PROVINCIALIS Hirſpergae, *das Landgericht Hirsperg bey Muggenthal*, nec non uicinarum urbium hiſtoriae et monumenta NORIBERGAE, ELEWANGAE, quae ultima inprimis inſtructa eſſe dicitur hoc genere litterarum, TANNENBERGAE, NEOBVRGI, ONOLDI, atque in coenobiis *Bergenſi*, *Seligpfortenſi*, aliisque: tandem penes illuſtres iſtius tractus familias litterarum reliquiae, utpote *Muggenthaliorum*, *Wildenſteiniorum*, *Seckendorffiorum*, *Eibiorum*, *Eiburgi*, *Leonrathii*, *Frauenhoffiae*, *Iansdorffiae* et quae loca gentesque generis eiusdem. In quibus omnibus uiſendis et erogandis animum habuit defixum et occupatum *Adamus* WENDENSTEIN, in hoc conatu morte praereptus.

§. X.

III. VALERII IASCHII,

POMERANI, SS. THEOLOGIAE LIC.

ANDREAE abbatis Bambergenſis de uita S. Ottonis, libri IV. *nunc primum ex membranis editi, cum Gretſerianis collati atque illuſtrati obſeruationibus,* Colbergae 1681. 4.

Iaſchii biographi S. Ottonis.

Licet gratiam magnam omnino meruerit Gretſerus, quod tres biographos HENRICI, S. CVNEGVNDIS ET S. OTTONIS, ſub nomine DIVOR. BAMBERGENSIVM promulgauerit deſcripſeritque ex codicibus MSCTIS, quos Bambergae et alibi inuenit: eſt tamen illorum labor non minor faciendus, qui in his porro emendandis, ſupplendis atque adaugendis, fuerunt occupati. Iaſchius certe utrimque hic meretur commendari. Nam principio auctorem de S. Ottone exegit ad exempla membranacea praeſtantiſſima: deinde correxit atque ſuſtulit menda, quae irrepſerant incuria illorum, quorum manu fuerat deſcriptus: tum non coeco quodam impetu ſtylum uertit, delendo mutandoque, uerum maturi iudicii lance omnia expendit cogitauitque, utrum praeſtaret ſuum codicem ſequi, quam alienum: porro noua plurima in lucem protulit, GRETSERIANIS, CANISIANIS, SVRIANIS ignorata: demum illuſtrauit omnia obſeruationibus et commentis, ut adeo optime de S. Ottone eundem meritum eſſe, tuto poſſit adfirmari. Ne igitur nos uel omitteremus Iaſchiana uel, inſerendo illa, unam hiſtoriam eademque uerba bis haberemus in uolumine eodem, aliud conſilium non fuit, quam utrumque ſcriptorem coniungere, ſed ita, ut ex *Iaſchio* nonniſi ea peterentur, quae Gretſerianis uel diuerſa uel noua. Habet igitur nunc emtor in hac collectione utriusque uiri opera, ſed hoc quidem modo, ut Iaſchius ante non loquatur, quam mutus aut uarius ſit Gretſerus, cui primas ſemper dedimus, alteras Iaſchio, quaſi eidem ſubſidiarias et expletrices. Conſpirant igitur in uno uolumine diuerſarum formularum theologi, uti debent in hiſtorica arena. Quae uero *Iaſchius* ad dicteria et iniurias repoſuit Gretſerianas, in Lutherum et eius ſynergos, illa pontificius etiam iureconſultus excuſabit iure quodam *retorſionis* et repreſſaliorum. Ipſe enim diſſidia ſacrorum ad hoc argumentum non traxit, ſed quae fecit, fecit, non niſi prouocatus. Noſtrum fuerat, utrumque ſcriptorem exhibere integrum, ne quid irae aut gratiae daretur, aut lacunae uel interpolationis alicuius excitaretur ſuſpicio aduerſus noſtrum inſtitutum. Quid olei et operae dederit huic labori Iaſchius, ipſe dicit, neque e re, interpretem agere ſcriptoris noſtri aeui. Neque etiam huc pertinent opuſcula alia plura uiri eiusdem, quae huius neque loci neque argumenti.

collati cum Gretſerianis, quibus dantur primae.

IV. MAR-

Iasc
g: a
soni

cessi
Gre
quib
our

GENS

§. XI.

IV. MARTINI HOFMANNI

Vrbs Bamberga *et* abbates *coenobii Benedictinorum S. Michaelis ſupra montem, ex ipſa urbe ſurgentem, uerſibus elegiacis* Noribergae 1595. *in 4t.*

LAudes horum opuſculorum dedimus ſupra, quas certe illa merentur; cum principem urbem ciuitatemque deſcribant docte ac lepide, ut dubitare poſſes uerioremne hiſtoricum egerit auctor, an poetam feliciorem. Sed in *Michelsbergenſi abbatia Benedictinorum patrum* paulo hic liceat gradum ſiſtere. Ipſe in itinere meo ſalutaui eos, omni humanitate ab illis ſuſceptus. Extructum eſt coenobium hoc in monte S. Michaeli ſacro, qui olim ex Bambergae urbis meditullio ſurrexit in tantam altitudinem, ut proſpectus pateat circum circa longiſſimus. Prudentiores hanc tamen uiciniam auerſantur dicuntque uulgi etiam ſermonem eſſe iudiciumque: *nihil deeſſe Michelsbergenſibus ſacris collegis, quam diſtantiam a Bamberga.* Quo haud dubie ad controuerſias regundorum praecipue finium reſpicere ſolent cum principe epiſcopo, atque adeo difficiles lites cum potentiori. Ipſius collegii aedificium nouiſſimum eſt et regali palatio ſimilius, quam humili coenobio et contubernio monachorum. Vetus enim periit ante aliquot annos incendio. Templum vero eſt amplum, in cuius parietibus elucet rei herbariae plenum ſyſtema, ideoque improbata adhuc conſilia eorum, qui auctores fuere, ut illud uel deſtruatur uel reparetur, ne oculos offendat utriusque domus diuerſa aetas et architectura. Ceterum in templi huius ſacris theſauris plura cimelia reliquiarum, praeſertim S. S. HENRICI et KVNIGVNDAE atque S. OTTONIS. Quorum duo ſpeciminis loco dabimus, cuius typos beneuolentiae debemus horum collegarum. Adpareat hic principio *ſacra crux num. 1.* huic paginae interponenda. Eſt illa ex auro puriſſimo confecta inſtructiſſimaque pretioſis ueteri aeuo lapidibus ac gemmis, diues etiam et praegnans reliquiarum ſacrarum. Cumque pede ſiue baculo argenteo ſit affixa et abbati, ſacra adminiſtraturo, praeferatur in itu ac reditu: nomen habet CRVCIS STATIONALIS, cuius hiſtoricam inueſtigationem edidit *Ioannes* CIAMPINVS, *Romae 1695. in 4.* Praeterea accipit etiam crux haec non leue pretium ex uetuſtate; quam litterae produnt, quae illi inſcriptae leguntur. Sunt enim illae ſpecimen genuinae palaeographiae, quam ante decennium commentario illuſtrauit BERNARDVS de MONTFAVCON, monachus Benedictinus. Cuius axiomata critica, ſi uera ſunt, noſtrae crucis ſcriptura ſeculi erit quinti aut ſexti poſt Chriſtum natum. Quod illi iudicent, quibus acceſſus patet ad Graeca tabularia. Sunt enim crucis *litterae*, Graecae, primum formae *quadratae* et uncialis, non admixtis uulgaribus: deinde *accentibus* et *ſpiritibus* deſtituuntur, quibus tamen codices Graeci gaudent inde a ſeculo *ſeptimo*; tum ipſi ductus litterarum uetuſtiſſimam ſapiunt aetatem. Nam Ω eſt inſtar Latinorum W, porro σ inſtar C: praeterea τ inſtar V: demum δ inſtar trianguli Δ, exeuntibus ultimam lineam duabus uirgulis angulatis. Tandem ſingulae literae ſpatio eo ab aliis diſtinguuntur, quod litterarum *colligationes* ſint aeui inferioris. Tandem lignum crucis *ſuppedaneum* pariter teſtis eſt priorum Chriſti, cruci dati, ſeculorum, in quibus illa inprimis opinio regnauit, ſeruatorem noſtrum cruci inſtitiſſe, non de illa perpendiſſe. Quod plenius tractant LIPSIVS et GRETSERVS ſcriptores ex inſtituto de cruce. Vt taceam alia ultimae aetatis indicia, coniungenda tamen in arguendo propterea, quoniam ſingularibus non ea uis, quae eſt uniuerſis. Ceterum characteres, typi, formae litterarum in hac cruce partim legi poſſunt, partim diſtrahunt lectorem diuerſis coniecturis. In crucis infima parte manifeſta ſunt uerba τόπος κρανίου, *locus caluariae.* Neque aliquid dubii habent, quae in latere *crucifixi* adſcripta ſunt. Nam DEXTRA ſiſtit imaginem B. Mariae cum inſcriptione: ἰδοὺ ὁ υἱός σου ecce *filius tuus*; SINISTRA: ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, *ecce mater tua.* In crucis ſupremo faſtigio imaginem prodit pariter titulus ΝΙΚΟΔΑΟΣ, qui fieri ſolet princeps Graecae et orientalis eccleſiae ſanctorum. Reliquos ex utroque latere crucis, beatae VIRGINIS et IOANNIS adpoſitas, perſonas euoluent alii, cum nobis otium deſit, in illarum nominibus animum defigere. Ceterum licet tantam habeant uetuſtatem cru-

Carmine Hofmanni.

1) *de urbe Bambergenſi*
2) *Michelsbergenſi coenobio.*

NVM. I. Cuius hic quaedam ſacra cimelia.

1) *crux ex Graecia huc translata.*

quae ſtationalis uetuſtatis longiſſimae,

ſeculi V. aut VI.

Argumenta
a) *ex litterarum forma,*
b) *abſentia accentuum,*
c) *ductibus litterarum.*

Recenſio crucis.

crucis huius emblemata: literae tamen, circa marginem eius ſcriptae, aetatem ac nomina loquuntur utriusque donatoris. Cuius uerba ſunt haec:

Quod dabit HENRICVS *Ceſar pius atque ſecundus*
hoc coniuxque bonum clemens crucis accipe donum.

Scilicet *Henrico* et *Cunegundae*, largitoribus tribuitur hoc cimelium, impenſis eorundem ex oriente adlatum dicatumque coenobio *Michelsbergenſi*.

Diadema et corona S. Cunigundae. *NVM. II.*

§. XII. Alterum, quod ex Michelsbergenſibus ſacris theſauris accepi depictum, eſt DIADEMA S. CVNIGVNDIS. Ex quibus reliquiis plura AVGVSTAE Germanorum intelliguntur. Nam *duplicis* generis hic ſiſtitur corona. *Vna*, qua imperatrix capite redimita in ſolennibus ceremoniis, ſacris et curialibus, cuius ſchema habes *num. I.* altera, quam geſtauit uſu quotidiano, quam uerbo, in patria nato, dicere ſolemus *die hauskron.* num. II. delineata. Eo enim tempore, quo in mores iuerat, ut principes, reges, imperatores horumque uxores nunquam eſſent uiderenturque, niſi ornati diademate aut corona: inſtar ueſtium coronae mutatae, ut aliae eſſent *quotidianae* eaeque uiliores, aliae *feſtiuae* et pretii maioris. Quos mores noſtra aetas migrauit, quando diademate aut corona non utuntur reges atque imperatores, niſi ſemel in die regalis aut imperialis *in augurationis*. Quod plenius oſtenſum a nobis in NORIBERGA TVTELARI *inſignium S. R. I.* Praeterea, quemadmodum uxores, communi quodam gentium concentu, participes fiunt dignitatis mariti; ita etiam coniux imperatoris imperiale meretur diadema. Licet ſententia aliquorum fieri id non debeat, quod inauguratio inſtar χειροθεσίας habeatur, qui character in ſacerdotis uxorem non redundet. Poſt formae horum coronarum docent, eas longe diuerſas fuiſſe ab illis, quibus uſus iſtius aeui gauiſus eſt ipſe imperator. Ceterum Graecia imperialis cum in numismatibus, tum in alius generis uetuſtioribus picturis, easdem nobis exhibet imperatricum corollas. Vnde facile ad probandum: Germanicos imperatores in habitu ac diadematibus exemplum a Graecis ſumpſiſſe, quod ſibi ac curiae ſuae in elegantiis et ſchematibus eius generis ad imitandum propoſuere.

Sepulchrum S. Ottonis.

§. XIII. Sequitur tertium, quo muſulam meam recrearunt Michelsbergenſes, SEPVLCHRI S. OTTONIS egregio et illuſtri monumento. Venerantur eius *reliquias* ſacri collegae in templo coenobii primario, non procul ab altari, magno in Franconia circumcirca concurrentium hominum cultu ac fama. Habes in icone adpoſito *numeri III.* ſuperne *feretrum*: infra *capulum*, in cuius prima plaga exhibetur D. VIRGO; S. GEORGIVS; atque EPISCOPVS: in altera Caeſar S. HENRICVS atque S. CVNIGVNDA, fundatores eccleſiae, cuius templum ambo continent ſuis manibus, circa *oſtium* expectante ac adparente *monacho*. Intermedium inter capulum et feretrum locum concauum occupat ipſe OTTO S. cum *mitra* et *pedo* epiſcopali. Sunt quoque inter cimelia huius collegii alia plura genera *reliquiarum S. Ottonis*, quarum extat matricula, typis impreſſa Bambergae, unde poſſunt repeti. Ceterum omnino poſteris meretur commendari aliisque praeſulibus in exemplum proponi abbatis, qui nunc uiuit, laudabile et utile inſtitutum in cura ſacri tabularii. Licet enim bella et incendia multoties paſſum fuerit coenobium: litterarii tamen inferioris aeui theſauri manus effugerunt rapaces praedonum et furunculorum. Quare magna ueterrimorum diplomatum ibi copia et abundantia adhuc. Cum uero non cuiusuis ſit, eius generis monumenta legere ſine impeditione, lateantque ideo plurimum iura, quae aetatis paulo magis remotae, obſignata ueluti et occluſa: non ſolum publicis impenſis omnia nuper deſcripta ſunt nitide eleganterque: ſed etiam relata in maioris formae libros plures: imo, pro uarietate argumentorum, digeſta ac diſpoſita in ordinem, ut pretium habeant omnino pulcherrimi rerum diuinarum humanarumque inſtrumenti. Nunc enim *caeſaris* adparent in illis *codicilli*: nunc *bullae papales*: nunc *litterae* ſacrorum *antiſtitum* domi ac foris: nunc *regum* ac *principum* epiſtolae: nunc *formulae* rerum iuriumque multiplicis aeui et argumenti. Fac tamen, ita conſultum eſſe iuribus ac rebus coenobii, in uotis certe ponendum quoque illud, ut, ſelectu facto, momentoſa magis publicam uideant lucem proſintque litterariae reipublicae, praeſertim in Germania. Accedit, quod ita quoque maior coenobio celebritas et fama, quam illius opes et amplitudo, reliquiae, inſtituta, uetuſtas, cetera omnino mereri uidentur. Noſtram illis operam ea in re offerimus, imo ad edendum ac promulgandum omni ſtudio illos excitamus et noſtris precibus impellimus ac rogamus.

Diplomatum Michelsbergenſium *in ſtructiſſimus* adparatus.

V. XIV-



Num. III. Monumentum sepulchri S. Ottonis.



Num. I.
Corona imperatricis in solenibus.

Num. II.
Corona imperatricis quotidiana.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

§. XIV.

V. IVSTI VERACII

Libellus conſuetudinum Bambergenſis principatus, editus anno 1681. in 12d.

PArvus libellus, ſed bonae frugis, cuius exempla etiam extant pauciſſima. Maioris ille faciendus ob cauſas plures. Nam ut plerique Germaniae iureconſulti, in clientelaribus inprimis inſtitutis, tantum Longobardica aut iura ſequuntur aut inde ſolum petitas rationes: ita huius opuſculi auctor inprimis illa docet, quae *conſuetudinis* fori *Bambergenſis*, alieni a legibus et clientelis Italiae et Latii. Deinde quoniam Franconiae praeſertim *beneficiis* Longobardica inconcinna et inimica, ideo magis deſiderata ſemper eius generis ſcripta uiris rerum iuriumque iſtius orae ſtudioſis. Accedunt curiarum in Franconia multiplicia et uere erratica principia, in quibus alii nexum beneficiarium laxant, alii contrahunt, certiſſimo argumento, quod inter nimium et parum ab utrisque peccetur. Eodem etiam iudicio aeſtimari debent ſegmenta de agris et fundis *emphyteuticis*; de bonorum *condominio* inter *coniuges*, de proſtum *unione*, quae ibi pariter ad uſus patrios, Bambergenſes maxime explicantur. Pluscerte lucis patrio iuri ex moribus *Sueuiae*, *Franconiae* et *Rheno* uiciniae accedit, quam ex reliqua Germania uniuerſa. Has enim prouincias legum extranearum auctoritas non ita occupauit, quam alias, ubi Latium, quicquid eſt patrii, uel expunxit uel ſuſtulit uel inuoluit nubibus ac tenebris. Siue id factum populi genio, qui abhorret a peregrinis, ſiue quod rei iudiciariae olim praefecti non docti iura in ſcholis, ſed uſu in curiis, ſiue quod pauciores ibi ſcholae Latii aut doctores, ſiue quod nobilitas clientelaris tenacior priſtini moris firmiorque ad parta tuendum. Quae cauſarum lumina ſi addere ſciuiſſet auctor, in pleni operis fuiſſet laude. Ceterum quis demum et cuias fuerit, qui ſub Veracii nomine uoluit latere, de eo, quod ſcribam, non habeo.

§. XV.

VI. ANDREAE GOLDMEYERI,

Mathematici *deſcriptio Bambergae hiſtorica, Aſtronomica, Aſtrologica.*

QVamuis hoc opuſculum forte ad palatum non ſit omnium neque noſtris arrideat muſis: ſunt tamen etiam, qui ea in re ſibi ſapiunt ac his commentis delectantur. Quis quaeſo ſibi perſuadeat: aſtrorum uolutationibus urbium deberi natales, iura, incrementa, caſus, incendia, fortunas, cum natura duce, tum arte quaeſitas, etiam ſellularia. Haec omnia tamen dicit docetque auctor in hoc libello, ea quidem cum fiducia, ut hiſtoricas etiam ueritates exigat metiaturque fide tabularii aſtrologici. Eadem certe audacia, quam ſi cauſae criminalis patronus reum, homicidii, furti, facinoris alius defenderet ex his doctrinis, quod aſtra illius momenti uirtutes inſtillauerint mortalibus, non eius generis uitia et ſcelera. Conſpurcat tamen auctor his ſapientiae ſuae radiis non *Bambergam* ſolum, uerum etiam *Noribergam*, *Wirzburgum*, *Lipſiam*, de quibus omnibus opuſcula illius extant ſigillatim. Ceterum hiſtoriae, quas im Bambergenſibus narrat, ſunt uulgares neque locum in his numeris ſuſtinent merenturque. *Specimen hiſtoriae humanae ex archetypo coeleſti.*

§. XVI.

VII. IOAN. PETRI LVDEWIG, ICti

BAMBERGENSIVM EPISCOPORVM nouiſſimi ſeculi CONTINVATIO ab anno 1600. ad annum 1718. cum *adnotationibus.*

VEllem alius, quam meomet calamo deſcripta fuiſſet haec continuatio. Oportuit enim me huic operae manum admouere inter turbas academicas, eo ſcilicet tempore, quo florentiſſimae Fridericianae interitum minitabantur eius ciues, qui eo fine in ſingulares iuerant NATIONES, ut conglobatis uiribus omnia diſtrahere poſſent et peſſundare. Cum quo peſtilentiſſimo malo conflictatus ſum PRORECTOR per ſpatium bimeſtre, usque dum animi exacerbati, omni humanitatis condimento adhibito ſeueris conſiliis, iterum mi- *Veniae cauſa operis, ab an. 1600. ad an. 1718. continuati.*

mitigarentur et rerum factorumque accederet amneſtia. In quibus curis cum animus meus tum fuerit defixus et quodammodo diſtractus, fieri non potuit, ut hanc ſpartam, ſtylum ſaepe uertendo, polirem et ornarem. Deinde licet ſalutauerim aliquos in Franconia amicos, ut rerum nouiſſimarum aliqua mihi ſuggererent ac ſuppeditarent, quo in his annalibus eſſem plenior curatiorque: illi tamen, haec fruſtra expectari, repoſuerunt, quoniam ea noſtrae aetatis ſit incuria, ut domeſtica omnia neglegantur, cum quilibet de pane lucrando augendisque opibus ac fortunis magis ſolicitus ſit, quam in rerum quotidie factarum adnotatione inter priuatos parietes. Quod cum ita ſit, ueniam habebit *continuatio* haec, ſi plures enarret res foris, quam domi geſtas, Quas, utinam! ſuppleat ciuis aut incolens Bambergam. Cui etiam illud damus, ut ea emendet, quae falſo ſermone aliorum et auditione accepi. In quorum numero cenſuque forte Seehofium palatium. Neque enim in hoc ille imaginum et picturarum theſaurus quaerendus, ſed in aliis duobus, quae iſti uicina. Id uoueo, ut huius aetatis archiprinceps et archipraeſul biographum nanciſcatur dignum fama, uirtute, meritis, operis rebusque geſtis SCHOENBORNIANIS.

§. XVII.

DIPLOMATVM BAMBERGENSIVM codicillus adpendix.

Spicilegia diplomatum Bambergenſis epiſcopatus.

VLtimum eſt, quod *adpendicis* inſtar damus, *diplomatum Bambergenſium* uoluмen. Licet enim plurima eorundem in *Gretſerianis* aliisque ſuperioribus opuſculis reperiantur, alia tamen nobis obuenerunt, quae cum in Franconia, tam alibi noſtro iuſſu ſunt deſcripta, non ſine impenſis fortunisque, quibus tribuere par eſt, quod in noſtras uenerint manus, Vidi quidem poſtea, merentiſſimum de hoc argumento *Lunigium* hanc ante me ſpartam occupauiſſe, nolui tamen ideo obliuiſci mei ſpicilegii. Dum autem haec ſcribo, recurrit in animo dolor, quem ſaepe habui alias, quod in his theſauris aperiendis adeo difficiles ſint principes et proceres Germaniae, cum tamen e re ſit eorundem, talia inſtrumenta per ora et calamos uolare uirorum, litteras et iura tractantium. Certe non tot in libellis ac ſyſtematibus patriae iurisprudentiae errores ac menda regnarent agerentque altiſſimas radices, ut animis hominum uix iterum poſſint euelli, ſi quidem extarent prodirentque idonea fidei ac ueritatis monumenta. Quorum haud dubie inſignis et inſtructiſſimus adparatus Bambergae, cuius limina, ualuas, fores, clauſtra, careeres, uincula, retinacula utinam meis aliorumque uotis expugnare et frangere liceret, quo erumperent in publicam lucem atque prodeſſent illis, quibus in Germania curae cordique ſunt fides et ueritas aeui uetuſtioris. Certe in ſinu gauiſos ſum, ex quo illud intellexi ex litteris MENCKENIANIS legique poſtea in Lipſienſibus aut Menckenianis eruditorum actis, quod uir reuerendus *Bernardus* PEZ, *collega Benedictinus et bibliothecarius coenobii Mellicenſis in Auſtria* anno 1716. menſe Ianuario conſpectum dederit, CODICIS DIPLOMATICO-HISTORICO-EPISTOLARIS, collectore quodam, qui ante tempora magni interregni uixit dixitque ſe VDALRICVM *pauperem* et *alumnum Bambergenſem*. Licet enim ex omni fere Germania hic conducta inuenias diplomata et medii aeui monumenta: non minimam tamen partem uoluminis iſtius occupant *Bambergenſia*, ut credi poſſit, uix membranam tum Bambergae fuiſſe, quae fugerit manus huius VDALRICI Bambergenſis. Si itaque incendiis, bellis, furtis caſibusque aliis litterarum aliquid periit Bambergae, lacunam haud dubie ſupplebit codex VDALRICIANVS. Nos interim PEZIANO nomini reique publicae de hoc theſauro gratulamur, quod ille in manus uenerit non clauſas et inuidas, ſed faciles et liberales, quae nobis ante biennium *rubricas* et titulos horum codicillorum dederunt excitaruntque ſitim ac ſpem. Quam ut reuerendus pater expleat reſtinguatque, publico eum nomine et per ſacra harum litterarum rogamus ac obteſtamur.

Praeſertim in codice VDALRICIANO, quem promiſit R. P. PEZIVS.

Votum pro illo et preces.

IMAGINES epiſcoporum SALVERIANAE.

§. XVIII. Tandem ad ſingularem operis huius ornatum atque ad paſcendos oculos, accerſere IMAGINES EPISCOPORVM, in aere inciſae curate elegantерque, manu peritiſſima *Ioannis* SALVERI, *ſculptoris et inciſoris Wirzburgenſis*. Cum enim hic artifex *Wirzburgenſes* olim *antiſtites* cupreis tabulis inſculpſiſſet, quarum figu-

figuras, ſuaſu noſtro, redemit ab eodem bibliopola ſcriptorum terum Herbipolitanarum: etiam auctor fui illis, qui impenſas fecerunt in *Bambergenſes*, ut horum quoque *epiſcoporum inciſa et icones* pretio acquirerent producerentque in hanc ſcenam noſtri uoluminis. Subſcripſit contractui *Saluerus* noſter meruitque hic omnino commemorari. Ceterum uti ſcriptores Bambergenſes eo tempore prelum ſubierunt, quo ACADEMICI PRORECTORIS cura ac ſolicitudine animum diſtractum fuiſſe, queſtus ſui ſupra, ut meorum facile obliuiſcerer idque unice agerem, ut FRIDERICIANA euaderet ex hoc periculo ac euitaret, quae imminere uidebantur, impetuoſas procellas, triſteque naufragium, quarum curarum me eo minus poenitet nunc, quo feliciot conſiliis hisce euentus reſpondit, auguſtiſſimo regi probatus et meliorum ciuium iudicio ipſique FRIDERICIANAE ſalutaris: ita gratam muſis meis operam in ſe ſuſcepit literarum et theologiae candidatus Henricus Erneſtus TREIBERVS, qui non ſolum ſcriptores notulis ſummariis in margine auxit et indices concinnauit, uerum etiam menda ſuſtulit exemitque de impreſſis. Quem patronorum beneuolentiae, artium et litterarum cauſa, commendamus.

§. XIX. Reſtat illud, ut cauſas reddamus, quare non alios etiam rerum *Bambergenſium auctores* in eodem hoc noluminе maluerimus exhibere: quam illos omittere ac negligere, de quibus nunc agemus ſigillatim. Principio *Caſpar* BRVSHIVS uti aliorum Germaniae praeſulum, ita etiam *Bambergenſium epiſcoporum* edidit catalogum, a *principio* ad annum *usque 1549.* uideturque ille auctor in his plus operae poſuiſſe, quam in aliis ullis. Verum enim uero *Hofmanni* annales nihil eorum omiſere, quae habent *Bruſchiana*: ut adeo actum agerem, ultima iterum exhibendo ſigillatim. Deinde licet prima editio Bruſchii eaque latina non obuia ubiuis: librum tamen in uernaculam tranſtulit *Ioan.* HEROLDVS promulgauitque Francofurti 1551. in fol. Quod magis eſt, Latinum quoque exemplum *Ioannes* GVALTHERVS, *chronici chronicorum* collector, denuo promulgauit *tomo I.* qui eſt *eccleſiaſticus* p. 1109. Sequitur *Ioannes* CYGNAEVS, qui *Bambergenſium annalium prodromum* edidit *Moguntiae.* (*) Non quinque ſchedarum eſt hoc opuſculum, unde mathematici faſtos ſuos exſcribere ſolent in Bambergenſibus annuis calendariis, quae cum uulgaria ſint ueſtiantque omnium fere incolarum parietes: non operae pretium habui, illa noſtris inſerere. Vidimus etiam Noribergae apud uirum generoſiſſimum *Chriſtophorum Iacobum* IMHOFIVM, *Weidenmuhlanum dynaſtam*, in muſeo rerum Franconiae adparatu plutimum inſtructo *Ioannis Chriſtophori* FRISCHII *I. V. Licent.* hiſtoriam *Bambergenſem* et *Wurzburgenſem* una eademque opera contextam conſcriptamque in uernacula (**), a principio rerum ad annum usque CIↃ IↃC LXXX. Fuerat principio animus, hunc quoque auctorem prelo dare noſtrisque adiungere. Verum in plerisque ſequutus eſt exſcripſitque *Friſeum* et *Hofmannum*, ut iterum adponenda eſſet eadem crambe: deinde euitauimus, extraneorum cauſa, in hac collectione, quantum potuimus, ſcriptores Germanicos: demum cum una fidelia occupatus ſit in duobus parietibus, lucem ille liber merebitur ſigillatim. Haec de ſcriptoribus Bambergenſium antiſtitum uniuerſis. In *triga* autem *Bambergenſium diuorum* plurium induſtria occupata fuit. Quorum aliquos hic laudabimus neque illis omiſſis, quibus uenia opus eſt ex ruſticitate eccleſiae. Vitam *Henrici S.* et *S. Kunigundae* ſcripſit NVNOSIVS, cuſtos coenobii Michelsbergenſis, quae in Germanicum ſermonem translata fuit editaque Bambergae ſub ingreſſum ſeculi decimi noni (***). *Sancti* autem OTTONIS *uitam* ſingulis fere luſtris recudunt

Spicilegia aliorum ſcriptorum Bambergenſium. C. Bruſchius.

Ioannes CYGNAEVS

Faſti *Bambergenſes annui.*

I. Ch. FRISCHII MSCTVM.

(*) Plenior in ſcriptio eſt haec: *Annalium Bambergenſium* prodromus, hoc eſt, ad praemiſſum catalogum breuis et ſuccincta enarratio omnium epiſcoporum Bambergenſium, una cum fundatione dioeceſeos et incremento ſecundum ſeriem epiſcoporum, deſcriptus a Ioanne Cygnaeo, tunc illuſtris principis Ioannis Philippi, epiſcopi Bambergenſis in Conſilio aulico actuarii oſtrofranci, Moguntiae ex typograph. Ioan. Albini 1603. in 8ct. ſchedarum quinque.

(**) Titulus in uernacula plenior hic eſt: *Hochfürſtliches Bambergiſches und Wirtzburgiſches Zeit-Regiſter. Das iſt, auſführliche Beſchreibung beeder höchſtlöblicher Stiffter Anfang, Stiftungen, was dieſelbe für Herrn Biſchöffe iederzeit gehabt und was bey denen Regierungen ſich denckwurdiges zugetragen biß 1680. ſamt einem auſführlichen* Indice *biß 1680.* Moles libri manu exarati ſchedarum habet quinque alphabeta.

(***) Titulus in uernacula noſtro hic eſt: *Die Legend und Leben deß Heiligen Sancti Henrichs der geſtur-*

dunt renouantque *Michelsbergenſes* collegae, recenſione teliquiarum, ne diui huius memoria depoſita obliterataque cineri et oſſibus illius cultus deſit aut frigeſcat. Quemadmodum uero in ſacris faſtis dies ſunt horum SSS. trigae conſecrati: ita facile eſt ad intelligendum, quod eorundem uitae in actis et ſcriptoribus extent uirorum diuis adſcriptorum.

§. XX.

De ACTIS SS. ſcriptoret.

HENRICO S. dies XIV. menſis Iulii,
KVNIGVNDAE S. dies II. menſis Martii,
OTTONI S. dies II. menſis Iulii,

papae iudicio dicati ad ferias in memoriam eorundem inſtituendas. Quapropter eorundem biographi in SVRIO et CANISIO aliisque collectoribus ſolent occurrere. Verum enim uero nouiſſimi collectores, ANTWERPIENSES IESVITAE, inde ab anno 1684. ultra non uenerunt, quam ad IVNII menſis finem, licet *uiginti* et *tria* uolumina, non mediocria, ſed late patentia extent: nullius penes illos recenſio quaerenda, quam ſolius S. KVNIGVNDAE. Hanc enim MARTII menſis *tomo I.* oſtendimus p. 266. cuius momenta noſtro uoluminiadiecimus inſeruimusque. Sed illam praeterea deſcribunt collectores *actorum Benedictinorum*, Lucas d' ACHERY, Ioannes MABILLONIVS, Theodoricus RVINARTIVS ſeculi quidem *ſexti* Benedictini *tom. I. p. 451. ſeqq.* ad annum 1040. Verum nil fere reperi, quod non dixerint, quos iam ante dederam, ut adeo cauſae non eſſent, illa in eodem uolumine iterum deſcribere. In *annalibus* autem *Benedictinis* Ioannes MABILLONIVS agit de Henrico S. *tom. 4. lib. 52. 53. 54. 55.* de Chunigunda S. *tomo 4. lib. 52. 55. 57.* de S. Ottone *tom. 5. lib. 70. 71. 72.* Neque tamen reperi in his locis, quod noſtro conduceret argumento mereturque exſcribi. *Baronii*, *Bzouii*, *Raynaldi*, Natalis *Alexandri*, Centuriatorum *Magdeburgenſium* opera taceo, cum dulcius ex fontibus hauriatur, quam riuis, temporum aerugine in fectis.

Sarii. Canifii.

Bollandi et Antwerpienſium.

d' Acherii, Mabillonii, Ruinartii ACTA BENEDICTINA.

Annales Benedictini Mabillonii.

Biographi et monumenta epiſcoporum aeui recenſioris.

§. XXI. In recentioribus etiam epiſcopis quorundam induſtria meretur commemorari, eo quidem ordine, ut quilibet nobis uenit in manus. *Wolfgangus* HERMANNVS, collegii Ieſu ſocius, uitam et mortem deſcripſit (*) epiſcopi *Melchioris Ottonis*, methodo, quae uſu recepta in funeralibus. Eius fere pretii eſt *Henrici* MARCELLI oratio funebris de *Melchiore Ottone* epiſcopo Bambergenſi (**). Porro *Ottoniana academia* Bambergae fundata (***). Praeterea *Apis gratioſa*, honoribus dicata Melchioris Ottonis epiſcopi Bambergenſis (****). Praeterea *Ioanni Godefrido*, epiſcopo Bambergenſi *gratulationes panegyricae* ſcriptae, ſed magis qua *Herbipolitano*, quam facram ſpartam pariter exornauit (*****). Verum operae pretium non eſt, in eius generis ſchedis recenſendis occupari. Tales enim illae non ſunt, ut uel aetatem ferant uel mereantur. Cum cura eorundem non in factis, ſed uerbis plerumque otioſis poſita eſſe uideatur.

Hermannus Ieſuita. Marcellus.

Societ. Ieſ.

Scriptores ad iura Bamber-

§. XXII. Reſtat, ut etiam ſcriptorum ac codicillorum ratio habeatur, qui ad

florben an. 1024. *Item das Leben und Legend der H. Iunckfrauen und Keyſerin Sanct Kunigunden. Iſt durch den geiſtlichen Herrn* Nonoſium, Cuſtos *dis Cloſters aufm Münchsberg ſanct Benedicten Ordens nuim Latein in Teutſch gezogen and durch* Hans Phfeyl *zu Bamberg gedr.* 1511. *in* 4to.

(*) In uernaeula libellus extat, titulo, qui ſequitur: *Zeit zu leben und zu ſterben des Hochwürd. Fürſten Herrn* Melchioris Ottonis, *weyland von GOttes Gnaden Biſchoffs zu Bamberg, am vierzen Tag Hornungs* 1653. *bey Begengnüs der traurigen Biſchoffflichen Leich im Keyſerlichen Domſtiffs zu Bamberg Ihrer Fürſtl. Gn. zu unſterblichem Lob, der ſamtlichen andachtigen Cleriſey and hochadelichen Ritterſchafft, wie auch allen Vaterthanen zur heilſamen Gedachtnus vorgeſtellet von* P. Wolffg. Hermann *der* Soc. Ieſ. *Prieſter gedr.* Bamberg. 1652. *in* 4to 3. *and ein halben Bogen.*

(**) Plenior titulus *Henrici Marcelli Sylvae ducenſis* Belgae oratio funebris de *Melchiore Ottone* epiſcopo Bambergenſi, edit. *Bambergae* 1653. *in* 4to.

(***) De quo dictum ſcriptumque ſuperius *p.* 1045. *litt. n.*

(****) Inſcriptio eſt haec: *Apis gratioſa in leone* Bambergenſi *mellificans* illuſtris ac Reuerendiſs. dn. *Melchior Otto* S. R. I. princeps, uindex patriae, demeritiſſimus artium liberalium fautor et erectae in BAMBERGENSI ſua ciuitate ACADEMIAE fundator, ſempiterni honoris et gratitudinis ergo adumbratur a COLLEGIO BAMBERGENSI SOC. IESV edit *Bambergae* 1648. in fol.

(*****) Inſcriptio eſt: *collegii Herbipolenſis* Soc. Ieſ *gratulationes panegyricae* Ioanni Godefrido epiſcopo dictae ac editae *Herbipoli* 1610. in 4to.

ad iura publica, eccleſiaſtica, ciuiliaque Bambergenſis faciunt principatus. Principio de *archiofficialibus* Bamb.rgenſibus, duobus abhinc ſeculis, multa, dubia, anxia perplexaque fuit diſputatio. Num *Bambergenſi* antiſtiti principes *electores clientelares*; idque num *electoratuum* ipſorum ergo, an *urbium* electoralium, an uero *praediorum* in Bambergenſi principatu? Dixi ſententiam meam in parte altera commentarii ad AVREAM BVLLAM. Scilicet primo illud eſt uerum; quod Germaniae epiſcopi plures ſuos *miniſteriales aulicos*, uſu curiali, ſalutent *archiofficiales*. Igitur nihil inſolentiae habet illud nomen in Bambergenſibus. Deinde illud quoque nihil noui habet, quod *archiprincipes* Germaniae gauiſi ſuerint in ſinu, eſſe, agere ac dicier eos ſacrorum praelatorum, abbatum, epiſcoporum *dapiferos*, *pincernas*, *mareſchallos*, *camerarios* cetera. Quod idem igitur eo fidentius adſeritur a Bambergenſibus. Tum hoc quoque in mores iuit, archiprincipes, in hoc genere antiſtitum adminiſtros, officio hoc aut raro aut nunquam defungi, ſed hanc ſpartam aliis demandari *officialibus* ex nobilitate, quos ideo non minus alit *Bamberga*. Demum etiam hoc uariat, idque in eo. Alii enim epiſcoporum *ſubofficiales* a ſacris *archiofficialibus* hoc munus curiale ſuſcipiunt in *ſubfeudum*: contra alii illud a manu habent tenentque ipſius *antiſtitis* ſacri, epiſcopi. Si primum, archiofficialis *epiſcopi* intuitu eſt uaſallus: intuitu uero *ſubofficialis* eſt *ſubdominus*: ſi alterum, ſubofficialis tam munus, quam ſundum, cui hoc eſt adfixum, capeſit ab ipſo epiſcopo et antiſtite, nullo alio domino intermedio. Quod ultimum etiam fit in praeſulatu Bambergenſi. Dicet tamen aliquis: ita *archiofficialem* onus habere, id eſt, clientelaria aulae ſeruitia, ſine commodo ullo aut fundo ſtipendiario. Repono, hoc uerum, ſed dignum magis eſſe archiprincipibus: gratis Deo aut epiſcopo ſeruire, nulla propoſita mercede, commodo, praedio beneficiario. Hoc lumine qui gaudet, ei neque aqua haerebit in credendis et aeſtimandis rationibus *Bambergenſium archiofficialium*. Alterum eſt, quod acriter et acerbe diſputatum cum Auſtriacis, *de iuris dictione Bambergenſium in Carinthia dynaſtiarum*, quas illi contra ordinum *prouincialium* numeris ſolent adſcribere. Cum uero ea de re actum ſuperius, iſthuc lectorem merito remittimus (*). Tertium eſt, quod cum poſſeſſoribus curiae des Brand- und Zöllnerhofs in urbe acriter ſolent de uectigalibus et tributis, a quibus illi ſe immunes eſſe putant, contendere (**). Nihil noui quidem, quod in ciuitatibus curias, domus ac palatia habeant principes et nobiles familiae extraneae, praeſertim in Sueuia, Franconia uiciniaque Rheni. Sed cum talia acquiſita ſint propter ſecuritatem ante pacem publicam: graue certo ac difficile, urbem in urbe, ciuitatem in ciuitate conſtituere et commodo gaudere, reiecto onere. Principio certe immunitas indulta a iurisdictione aut collectis, in ſingularem ciuium utilitatem factis, non quae propoſitam utilitatem nec neceſſitatem habent publicam. Quarti generis ſcriptum controuerſum lites continet cum marchione Brandeburgico, ſtirpis Baruthanae (***). Quod utinam non fieret. Nam intereſt Franconiae principum, ut argumenta euitent aduerſus territoria clauſa, ne alii illos proprio inde impetant gladio. Idem dicendum *quinto* loco in cauſa *Furthana*, cum principe marchione Onoldino. Cujus ex utraque parte momenta cum in *Fabri cancellaria* proſtent, illuc lectorem ablegamus.

genſia faciunt. II. PVBLICA I.

Quae ratione principes electores beneficiario nexu addicti epiſcopo Bambergenſi?

II. de Bambergenſibus in Carinthia dynaſtiis.

III. de oneribus ſubditorum in Brand oder Zoelnerhof Bambergae.

IV. Lites cum Baruthano marchione.

V. Cauſa Furthana.

§. XXXIII. A publici iuris argumentis ad *clientelaria* beneficiariae in tractu Bambergenſi nobilitatis. Vniuerſim uero hoc dicendum, quod *Bambergenſis praeſulatus* non e numero ſit eorum, qui ex diuerſis laciniis conſuti et conglutinati ſunt,

II. FEVDALIA.

(*) In continuatione epiſcoporum ſeculi nouiſſimi p. 1038. Addi poteſt codicillus: gründliche information über des hochStiffts Bamberg Kaeynthiſche Herrſchafften Reichsbefreyete immediatet, ſamt ausführlicher Ableinung, aller dawider eingewandten Oeſterreichiſchen argumenten. In maxima forma prodiit hoc ſcriptum, quod ad ſchedarum tria alphabeta excurrit.

(**) Varia de hac lite ſcripta edita ſunt in lucem. Quorum nos dabimus hic inſcriptiones. *Exegeſis* ſiue in iure et facto wohlgegründete gegen-remonſtration, in welcher zu ſehen, daſs die poſſeſſores deſs Brand oder Zölnerhofs in Bamberg ſich ihrer priuilegien ſo gar bey Türcken und Reichsſteuren zu bedienen und von dem Stifft in allen ſo wohl ordinariis als extraordinariis enthebet werden muſſen, editum 1685. in 4t. ſchedarum unius alphabeti. Verum ſuam etiam cauſam tuti ſunt Bambergenſes in publicis monumentis.

(***) *Scriptum*, ut habet inſcriptio, *exegeticum*. *Continens I.) RELATIONEM*, quam Camerae praeſentatus adſeſſor Matth. *Hermes* exhibuit 1671. II.) Eiusdem refutationem ex actis iudicialibus multifatii errotis et falſi in ea inuenti demonſtrationem in cauſa *Bamberg* et Langheim contra *Brandeburg* Culmbach. Mandati ſuper conſtitutione pignorationis de relaxandis captiuis nec non inhibitorii et de non amplius moleſtando aut turbando, cetera. Editum *Baruthi* 1674. in fol. Schedae duo et dimidium abſoluunt alphabeta.

cum id potius iure habeat praecipui, quod principio a primo ſtatim conditore *comitatum* ſiue pagum Bambergenſem acceperit uniuerſum, cum eoque clauſum territorium, inſtar parui in Franconia *ducatus*, quod nomen eodem iure meretur quam *Herbipolitanus*. Vnde facile ad intelligendum, quod in Bambergenſi principatu uaſalli et ſubditi plerumq; *originarii* ſint, non poſt demum ex gratia *adſciti*, qua liberae familiae nunc ob religionis nimietatem, nunc tuitionis et ſecuritatis aut cauſæ alius ergo iuerint ultro in praeſulis ac principis Bambergenſis clientelam. Quod ſi eſt, eſſe autem hoc, ex hiſtoria inferioris aeui certum, in eius generis lite Bamberga tuta omnino quadam iuris praeſumtione, ut aduerſae partis ſit, onus probandi ac demonſtrandi. Scripta, quae ad rem faciunt Bambergae clientelarem, ſunt quae ſequuntur. Supra dictum eſt de libello *Iuſti Veracii* conſuetudinum Bambergenſium, de quo nihil nunc addo. Pertinent deinde ad hanc claſſem *Daniel* Buttelii (*) *catalogus ſacri patrimonii et nobilitatis Bambergenſis*. Deinde *Michaelis Spetheni iurisdictio* et *reditus* illius (*). Porro eiusdem auctoris deſcriptio *rerum iuriumque Bambergenſium in Carinthiae* dynaſtiis (**) et quae generis eiusdem, iam recenſita in nouiſſimorum epiſcoporum catalogo. Ad *priuata* autem prouinciae *iura* remque *aedilitiam*, politiae nomine Germanis dictam, uaria quoque edicta referenda, extantia typis publicis, quae ſi quis in unum cogeret colligeretque codicem, ille rem faceret, ordinibus aeque, quam aliis patrii iuris amantibus gratiſſimam.

III. PROVINCIALIA, ſtectantia ad politicam.

Cauſas ciuiles et criminales.

§. XXV. Habent etiam *ciuilia* et *criminalia* Bambergenſis principatus iura plurima ſingularia, conducentia patriae inſtitutis. Principio alit epiſcopus in ſua metropoli Bambergae *iudicium prouinciale*, das Land-Gericht, cuius utinam extarent priuilegia, ut inde rei iudiciariae in Franconia nouae patetent rationes et argumenta (**). Deinde quoque Bambergae uiget *iudicium decanatus*, cuius pariter extant ſtatuta (***). Praeterea leges etiam Bambergae *criminales* ſunt, quae merentur ob

Das Land-Gericht.

(*) Inſcriptus eſt liber: *Daniel* BUTTELS *Bambergiſche Ober-Amt und Lahn-Leute*, editus *Bambergae* 1603. Vbi non ſolum nomina beneficiariorum, ſed etiam eorundem *inſignia* conſpiciuntur, quo familiarum iuriumque illuſtrium adparatu meriro gloriari licet Bambergae.

(**) Titulus in uernacula eſt: *Spethens Vogtey und Aemter im Stifft Bamberg*, quod opuſculum etiam reperire licet apud Melchiorem Adamum PARTORIUM, *in Franconia rediuiuum*.

(***) Germanicus titulus eſt: *Spetheas* directorium, *wie Biſchoff* Johann Philipſen *Walder im Stifft und im Lande* Caernthen *beſchrieben und die bey einem ieden Forſt-Amt erforderliche Bucher und Regiſtratura angeſtellet werden ſollen*; edit. Bamberg 1606. *Eiusdem* directorium, *wie die Vogtey und Cent ſamt den Gerichten zu beſchreiben*: Bambergae 1606 Eiusdem *wie die Weyber zubeſchreiben*: Bamb. 1606.

(**) In his nuncris ſunt, quae ſequuntur. CRINESII typographi epiſcopalis *Biſchoff Johann Georgen verneuerte Befehle, Kleider-Ordnung, Heyrathe-Hochzeit-Kindtaeuffe-Begrebniſſe-Kirch-Ampt-Gaſt und andere Ordnungen* Bambergae 1628. Deinde *Biſchoff Johann Georgens* Almoſen-*Ordnung*, *Bamberg* 1631. Porro *Biſchoff Marquard Sebaſtianis zehend wandat*, Bambergae 1684. Reliqua dabimus in folio. a) *Churfurſt und Biſchoffs* Loth. Francisci patent *wegen der Vich-Seuche* Bamberg 11. Octobr. 1712. b) *Bambergiſche Regierungs-Verordnung wegen der Ziegeuner und ander Herrnloſen Geſinds* 22. Decembr. 1710. et 13. April. 1711. c) Contagious parent 9 Novembr. 1711. d) patent *wegen der raudiſchen Schaaf* 3. Octobr 1694. e) *Churfurſt und Biſchoff* Loth. Franc. *Verordnung wegen der Buchſenmacher, und Gewehr-Haendler in Ihren Furſtenthumb Bamberg* 15. April. 1713. f) *Tax wie die Fiſch und Faſten-Speiſen zu verkauffen*. 27 Febr. 1716. g) Loth. Franc. *wegen des Geſchmeis und Vngeziefers der Raupen*. 4. April. 1711. h) *Bambergiſche Cranichs-Ordnung*. i) Lothar. Franciſc. *Tax-Ordnung* 14 Ian. 1707. k) *Biſchoff Peter Philipp* euictions-mandat *wegen des Viehes* 13 Septembr. 1681. l) Lorb. Franc. *Verbot wegen Getraids Ausfuhr* 15. Septembr. 1712 it 9. Octobr. 1700. it 1. Octobr. 1714. m) *Bambergiſche Verordnung wegen einer Collecta gen deaction, zu Abwendung der Gottlieben Straffen* 5 Ian. 1714. n) *Verſchiedene Munz-patenta*.

(†) Titulus legum iudicii prouincialis inuernacula eſt: deſs Land-Gerichts zu Bamberg reformation edit. Bambergae 1563. f

(**) Inſcriptio in uernacula eſt haec: Die *Reformation* deſs Gerichts der *Dechancy* deſs Doms Stiffts Bamberg, durch Biſchoff *Georgen* von *Schaumburg* geordnet, von Latein ins Teutſch gebracht in f Scripta ſunt haec ſtatuta an. 1463. ideoque pretium habent ex iuris in Germania ſcripti uerſtate. Acceſſere his articuli XV. nouelli, legislatore *Henrico* de *Trockau* an. 1488. Extant haec etiam Latine, bis uerbis inſcripta: *Reformatio iudicii decanatus per* GEORGIUM epiſcopum *facta et ordonata* quinque ſchedarum. Prius exemplum dedimus in hoc uoluminae p. 1168. n69 ſeq. Vt autem conſtet, qui huic decanatus iudicio limites ſint, placet illos deſcribere non meis uerbis, ſed epiſtola principis an. 1640. promulgata, quam huic margini inſeremus. Werden mehrbeſagtem Conſiſtorio die vor beſchener Solemnization des Ehebſtands in Erfahrung gebrachte impraegnationes allein abzuſtraffen uerſtattet, iedoch dergeſtalt, daſſ daruon der halbe Theil iedes Orts Kirchen applicirt werde, der übrige aber Herrn Dumb Dechants Gn. uerbleibe, fals aber inner 30 Tagen a tempore notitiae die Abſtraffung nicht erfolgt, ſolche das Vicariat-Gericht vornehmen ſolt. Als auch bey obangeregr gehaltener Conferenz ſich befunden und nach gegeben worden, daſs nbgemeldtem Decanat Gericht nach benahmbre Sachen, als promiſſiones matrimonii ſponſalia, defloratione, diuortia, ſumptus puerperii, educationes prolis, ſeparationes quod ad thorum et menſam, deſtitutae uiduitates, ſim-

ob plures cauſas notari. Cum uero ſuperius ea de re dictum ſit, illa hic ſupersedemus. Damus interim uarias L L. criminalium Bambergae editiones. Prima prodiit Moguntiae 1510. f. praeluſitque illa Carolinam. *Altera* lucem uidit an. 1531. *Tertia* anno 1580. Omnes uero non ſolum re ipſa produnt, ſed etiam in prooemiis aperte confitentur, principia harum legum petita eſſe ex iure Iuſtinianeo, ut adeo fieri aliter non potuerit, quam patriae conſuetudinum lenitatem conuerti in Romanorum truculentiam et duritatem ſanguinolentam, primae ac puriori eccleſiae certe improbatam. Vtrum bene, an male; in iuſtitiae gratiam, an ad limites ampliandos *centenariae* et *fraiſchianae* iurisdictionis: ille iudicet, penes quem pectoris ſcrutinia.

1) Decaney-Gericht.

3) Das Halß-Gericht.

§. XXVI. Ad extremum ſuperſunt etiam ritus et leges aliquae rerum iuriumque eccleſiaſticorum etiam nunc commemorandae. Eſt mihi BAMBERGENSE BREVIARIVM, typis excuſum an. CIↃCCCCLXXXXII. in 8t. Porro prodiit SPECIALE MISSARVM induſtria *M. Iohn.* PFEILII Bambergae 1506. Praeterea ritus in *ſacro fonte* obſeruandi antiſtibus prodierunt Germanice (*) poſt etiam STATVTA ſuperſunt SYNODALIA, Bambergae principio edita ab epiſcopo *Georgio*, curam eorundem habente *Ioanne* PFEILIO, menſe Aug. 1509. (**) Nouam uero editionem adornauit *Wigandus* epiſcopus, quae lucem uidit *Bambergae* an. 1534. Vltima haec parum aut nihil alieni habet a prima abſoluitque in forma maxima ſchedas undecim. Vtinam uero plura eius generis ſynodorum prouincialium ſtatuta eaque uetuſtiora ſupereſſent: ut intelligeretur uiris doctis, ipſo etiam uſu teſte, quanta in ſacris etiam legibus ac ritibus diſponendis, ordinandis, mutandis, ſupplendis fuerit Germaniae epiſcoporum auctoritas, quam ſi cum hodierna conferas, parua eſt tabula ex magno naufragio. *Scripſi* in FRIDERICIANA die III. IDVVM menſis APRILIS anni CIↃIↃCC XVIII.

Leges eccleſiaſticae Bambergenſes.

ſimplices impraegnationes, priuationes beneficiorum eccleſiaſticorum, quae dominus praepositus, decanus et capitulum cathedrale conferunt, cauſae clericorum cathedralis et aliarum eccleſiarum collegiatarum huius ciuitatis contra eosdem, uti et horum contra praedictos clericos, exceptis cauſis teſtamentariis itemque aliis, de iure vel conſuetudine ad dominum epiſcopum aut eius uicarium ſpectantibus, pariter horum punitiones et purgationes canonicas, wilkuhrlichen vorzunehmen und zuerörtern priuatiue zuſtehen und gebühren thun, werden iezt ſpecificirte Sachen, wie auch alle andere cauſae ſimplicis querelae an geregtes Conſiſtorium zu deren Erörterung remittiret und gewieſen. Alldieweiln vorermelte Herren Domdechants Gn. ſich ferner in deme beſchweret, daſs anverſchiedenen Orten die Pfarrherrn und Beampten auf in Lande die Partheyen, in Eheſachen nach Belieben vor ſich ſelbſten zuentſcheiden, oder ſie mit Gewalt zum Eheſtand zu zwingen unterſtehen, werden dergleichen Handlungen ſich angeregte Pfarrherrn und Beampten gaenzlichen zu enthalten, auch zu obbeſagtem Conſiſtorio iedesmals die begebende Faell zuberichten, und die Partheyen zu remittiren, zumalen aber ſich hierin einziger Verbür, weniger eigenmaechtiger Entſcheidung nicht mehr anzumaſſen befelcht, &c. &c.

(*) In continuat. epiſcopor. nouiſſ. p. 1081. 1082.

(**) Inſcriptio duarum ſchedarum eſt: Ordnung der Tauff, nach Bambergiſchen, Rubricken von Wort zu Wort verteutſcht in 4.

(*) Dedimus illam ſupra tom. I. p. 1196. ſeqq. Vnde plura intelliguntur ſingularia prorſus in hoc ſacro argumento. PRIMAE editionis titulus eſt: *Statuta Synodalia in Synodo publica per S. T.* dominum GEORGIVM *D. G. epiſcopum Bambergenſem in eccleſia Bambergenſi celebrata, lecta et publicata* an. 1506. impreſſa an 1509. ALTERA editio inſcripta eſt his uerbis: *Statuta ſynodalia in ſynodo, publica* per S. T. dominum WIGANDVM D. G. *epiſcopum* Bambergenſem *in eccleſia Bambergenſi celebrata, lecta et publicata editaque* Bambergae 1534. in f.

CONSPECTVS
BAMBERGENSIS EPISCOPATVS
TVTELARIVM, DIVORVM. CONDITORVM MINISTERIALIVM ATQVE HVIVS AETATIS
annique ↄIↃ IↃCC XVI.
EPISCOPI, ADIVTORIS, SACRORVMque Collegarum.

DIVI BAMBERGENSES
S OTTO. S PETRVS. S. HENR. S. MARIA. S KVNIGVNDA, S. GREGORIVS, S KILIANVS.

MINISTERIALES,	LOTHARIVS FRANCISCVS	MINISTERIALES,
Bohemiae R. *pincerna supremus.* — *supincerna* Auffeſſ.	archiepiſcopus Moguntinus, S. R. I. archicancellarius, elector,	Saxon. El. *marſchal. supremus* — *ſubmarefchall.* Ebnet
Archipalat. *dapifer supremus.* — *ſubdapifer*	EPISCOPVS BAMBERGENSIS	Brandenb. El. *camerar. suprem.* — *ſubcamer.* Rotenhan

SACRI COLLEGAE	FRIDERICVS CAROLVS	SACRI COLLEGAE
Otto Philippus a *Guttenberg*, praepoſitus. iubilaeus.	S. R. I comes de Schoenborn Bucheim, dominus de Reichelsberg, cetera. S. C. Majeſtatis conſiliarius ſanctior et intimus, S. R. I proarchicancellarius, *Bambergenſis epiſcopatus* COADIVTOR.	Ludouicus Carolus Ioannes Ekenberdus L. B. ab *Oſtheim.*
Reinhardus Antonius ab *Eib* decanus.		Ioannes Franciſcus Ludouicus Erneſtus comes a Fuchs de Bimbach et Dornheim.
Georgius Henricus comes a *Stadion*, ſenior et iubilaeus.		

Philippus Ludouicus a *Roſenbach*, ſcholaſticus et iubilaeus.

Adam Adolphus a *Thungen*, iubilaeus,

Franciſcus Georgius Fauſtus L. B. a *Stromberg*, cantor et iubilaeus.

Ioannes Franciſcus Carolus L. B. a *Stein.*

Fridericus Ioannes Georgius L. B. a *Sickingen.*

Franciſcus Fridericus L. B. a *Greiffenclau* de Volrath, cellarius.

Iodocus Bernhardus ab *Auffeſſ*, cuſtos.

Henricus Hartmannus a *Rotenhan.*

Chriſtianus Erneſtus a *Guttenberg.*

Franciſcus Petrus L. B. a *Sickingen.*

Philippus Erneſtus *Groſſ* a *Trokau.*

Franciſcus Erwein Ferdinand a Greiffenclau de Volrath.

Ioannes Philip Anton. Chriſtophorus L. B. a *Franckenſtein* de Frankenſtein.

Wilhelmus Vlricus L. B. a *Guttenberg.*

Lotharius Franciſcus Philippus Wilhelmus Horneck de *Weinheim.*

Ioannes Ludouicus Chriſtianus ab *Erthal* de Erthal.

Carolus Heinricus ab *Erthal* de Erthal.

Franciſcus Chriſtoph. ab *Hutten* de Stolzenberg.

Lotharius Franciſcus Wilhelm a *Rotenhan.*

Marquardus Georgius Fridericus Euſebius L. B. a *Roth.*

Chriſtophorus Heinricus L. B. a *Greiffenklau* de Volrath.

Carolus Ignatius Wernerus Adolphus Xauerius L. B. a *Roſenbach.*

Ioannes Fridericus *Groſſ* a *Trockau* de Trockau.

Philippus Erneſtus *a Guttenberg*	Franciſcus, Conrad comes a *Stadion.*	Anshelmus Gottfried Chriſtoph comes a *Stadion.*	Marquardus Wilhelm. comes a *Schoenborn* Bucheim, dominus de Reichelsberg.	Carolus Dieterichus L. B. ab *Auffeſſ.*

Gloria Imperialis Ecclesiæ Bambergensis
CHUR BAYER
OBER TRUCHSES
CHUR BRANDE
BURG OB. CAME
UNTER TRUCHS
UNTER CAMERE
ROTENHAN
Joh. Salver Sc. Herbip. 1718.
NAPOLI

PRÆFATIO.

BAbenberga, aut contractâ aliquantùm voce, Bamberga, quæ Ptolomæo olim Gravionarium, Gottfrido poſtea Viterbienſi Volckfeldia fuit appellata, à Baba Magni Othonis Saxoniæ Ducis filia & Henrici Aucupis Imperatoris Sorore ſuum, quod hodiedum habet, nomen traxiſſe creditur. Cùm enim hæc Henrico Franconiæ Superioris Comiti nupta, in Arce Altenburg, principe Illuſtriſſimorum Comitum caſtro, reſideret, Henricus Maritus ſubjectum oppidum mœnibus circumdediſſe, multùmque adauxiſſe, & in Conjugis ſuæ gratiam Babenbergam vocitâſſe, ſe ipſum verò Comitem de Babenberg ſcripſiſſe, fertur. Eſt Urbs elegans, vaſta & longè amœniſſima: Ædes & Templa habet magnifica, inter quæ Principis Aula regium quoddam opus eſt: Geminis alveis urbem permeat è Norico agro præcipitans Regneſus, nec procul inde Mœnum ſubit; Solum fructus propè omnes admittit, tantâque felicitate Glycyrrhizam, Lauros, ficus, mala Limonia, aurea & citrea, cæterámque rariorum fructuum ſupellectilem velut per compendium profert, ut parva Germaniæ Italia paſſim nuncupetur. Præterea vitiferi colles, feraces agri, compoſitæ ad delicias ſylvulæ, & venuſtiſſimi horti tam vario ſimilis ſemper fœcunditatis diſcrimine urbem totam ambiunt, ut benevola natura in eam omnes dotes ſuas conferre voluiſſe videatur. Urbi parent multa oppida, arces, urbeculæ, vici & pagi; Totáque Provincia ad Pegneſum, Regneſum, & Mœnum, ſatis celebres amnes, longo tractu excurrens, à Metropoli ſua commune nomen mutuatur, & Epiſcopatus Bambergenſis dicitur. Pertinuerat olim hæc Regio ex plurima ſui parte ad Comites Babenbergenſes, quos potentiæ & opum vis penè immenſa toti Germaniæ fecerat metuendos: Præerat provinciæ Henricus, Babæ Conjux, & ex Comitum Babenbergenſium ſtemmate ultimus; ſed, quod ſummum ſolatium erat, duorum filiorum Reinhardi & Alberti Parens. Defuncto Patre, ambobus filiis, cum Rudolpho Epiſcopo Herbipolenſi, ex levibus argumentis, controverſia quædam fieri cepit, conceptæque animis noxiæ ſcintillæ tandem in publicum belli incendium, Patriæ & Familiæ toti fatale futurum, erupêre. Lecto repentè milite, & accerſitis undequaque copiis auxiliaribus, ambæ partes cruento prælio colliduntur, Reinardus à Conrado, Ludovici III. Imperatoris ex fratre Nepote, confoditur, Albertus fugâ elapſus campum & palmam victoribus cedit. Vindicaturus vero fratris ſui necem, Albertus novum Exercitum cogit, & ubique Conradum perſequi ſtatuens, tandem, quem diu quæſierat, invenit, conſertâque manu vincit & interimit. Indignè hoc tulit Conradi Avus, Ludovicus III. Romanorum Imperator, & ut Nepotis ſui, quem impenſe amaverat, funeri juſtâ ultione parentaret, Alberto ad Comitia Imperialia Tribuariam (vicus eſt in agro Moguntino ad Rheni ripam) diem dixit, & venire recuſantem profeſſo Marte adortus eſt, atque in arce ſua concluſum uſque adeò obſidione preſſit, ut ille, cùm ſe tantæ potentiæ ſuſtinendæ imparem adverteret, ultrò ſupplex, vel, ut alii volunt, Magnatis cujusdam fraude circumventus, in Ludovici III. Imperatoris manus pervenerit, à quo, ex communi Purpuratorum ſententia, velut perduellis & læſæ Majeſtatis reus, capitis condemnatus, & ſpectante univerſo exercitu, ſecuri percuſſus eſt, 11. Septembr. Anno 908. Ita Comitatus Babenbergenſis, cum ſtirps avita deſeciſſet, tanquam Feudum ad Imperium rediit. Cùm non multò poſt, anno æræ Chriſtianæ 947. Bertholdus Bavariæ Dux improlis decederet, Otho I. Imperator Ducatum Fratri ſuo Henrico Saxoni, S. Henrici Avo, feudatario jure contulit; Patri in Ducatu Bavarico, 955. ſucceſſit Henricus cognomento Hezelo; & denique 995. Hezeloni filius S.

Henricus, cui etiam Otho III. quòd ſuus eſſet ex ſorore Nepos, Comitatum Babenbergenſem donavit. Othone denique III. mortuo, S. Henricus à ſeptem Electoribus, penes quos ſolos, ad evitandas noxias diſſenſiones, annuente toto Imperio, jus eligendi in poſterum Auguſtiſſimus Prædeceſſor eſſe voluerat, communibus ſeptemvirorum votis & ſuffragiis primus Imperator eligitur, & Moguntiæ à Willigiſo Archi-Epiſcopo & primo Electore Moguntino, 3. idus Junii, anno 1002. conſecratur. Duobus poſt menſibus, feſto S. Laurentii die, Paderbornæ non tam thori quàm throni & virtutis ſociam ſibi junxit ſereniſſimi Comitis Palatini Sigefridi filiam Chunigundem, quàcum Virgine per omnem vitam, inaudito propè exemplo, Virgo vixit, eandem, ut acceperat, intactam ſuis reſtituens. Primùm inde novus Imperator Bambergam reviſit, & feſtivis Civium ac Subditorum acclamationibus exceptus, ut erat ſanctiſſimæ indolis, donatum ſibi ab Othone III. Comitatum Babenbergenſem Deo, à quo tot & tanta beneficia acceperat, in grati animi teſſeram rurſum donare, & in Epiſcopatum commutare, ſecum conſtituit. Supplex igitur Pontificis conſenſum popoſcit, eòque impetrato totus fuit in ponendis Eccleſiæ ſuæ fundamentis, quibus conceptum ingens opus inædificaret: Ac cum Sanctiſſima Conjuge ſua, exſtructis plurimis per totam latè regionem Monaſteriis, in ipſa urbe Cœnobium D. Benedicto, eccleſiam Collegiatam S. Stephano, atque Ædem ſummam aut Imperialem in B. V. Mariæ, SS. Petri, Georgii, Chiliani, aliorúmque Patronorum honorem condidit, plurimisque reliquiis ac Sanctorum Corporum Lipſanis dotavit. Ut porrò Auctoritatem quandam & venerationem recens fundatæ à ſe Eccleſiæ ſuæ conciliaret, reditus addidit ampliſſimos, & Comitatum Babenbergenſem, plurima in Agro Norico ſita Bavaricæ Ditionis prædia & oppida, ac præter cætera denique inſignem Carinthiæ partem, cum omnibus juribus & privilegiis ſuis, munificentiſſimè donavit, factoque legitimo cum Herbipolenſi & Eyſtadienſi Epiſcopis quoad Eccleſiaſticam jurisdictionem Cambio, Eberhardum I. Cancellarium ſuum, confirmante Pontifice Benedicto VIII. novæ Eccleſiæ Epiſcopum, & tam Territorii quam Diœceſeos Dominum præfecit. Necdum hic ſtetit ingens Solliciti & Liberaliſſimi Fundatoris benevolentia, qui, ne quid adverſum Eccleſiæ ſuæ accideret, aut quid gloriæ ac ſplendoris deeſſet, omni curâ ac ſedulitate cautum voluit. Utrumque mirâ felicitate conſecutus eſt: Primum quidem, dum ad ipſius preces Benedictus VIII. Eccleſiam Bambergenſem ab omni Archi-Epiſcopali jurisdictione exemit, quod privilegium non multò poſt Suidgerus, ſecundus Bambergenſis Epiſcopus, deinde Romanus Pontifex & Clemens II. appellatus, dato deſuper Brevi, confirmavit & auxit, adeò, ut Præſules Bambergenſes ſoli Sedi Pontificiæ hodiedum pareant, eandémque, quam Archi-Epiſcopi, in ſua Diœceſi poteſtatem habeant. Alterum autem non diſpari ſucceſſu obtinuit, dum ſæculares Quatuor-Viros Electores ab Epiſcopo Bambergenſi, velut Vaſallos à feudatario Domino ſuo, Electoratûs feuda accipere juſſit; ut tam potentibus Vaſallis communitus Epiſcopus nullam vim inimicam poſſet formidare: Et vero ſunt hæ certè quatuor Columnæ, quibus nullo hoſtium inſultu concutienda innititur Eccleſia Bambergenſis, totidemque Muri, omnibus ex ære aut chalybe fuſis mœnibus fortiores, quibus adverſùs quatuor Orbis cardines eadem propugnatur, & inviolata perſtat. Tot privilegiis & immunitatibus, tot tantiſque reditibus ac prærogativis, Auguſtiſſimum Par, Henricus & Chunegundis, fundatam a ſe Eccleſiam ſuam cumulârunt, & tandem velut perfecto ex omnibus partibus opere cœlum adiêrunt, æternæ gloriæ coronâ à ſupremo Numine inſigniendi. Ex quibus cùm omnes abundè perſpiciant, quantum pientiſſimæ Fundatorum Liberalitati Bambergenſis Eccleſia debeat, quantam inde gloriam ac Majeſtatem ceperit, rurſus tamen, dum expreſſas in hoc Libro Magnorum Præſulum Bambergenſium imagines intuebuntur, & ingentia facta legent, uno ſimul ore fatebuntur, tantam tantorum Principum Virtutem non minora fuiſſe promeritam.

I. *EBER-*



I.

EBERHARDUS I. *S. Henrici Cancellarius fundatæ à pio Cæsare Eccleſiæ primus Epiſcopus præficitur, anno poſt Chriſtum natum 1007; approbante pòſt Benedicto* VIII. *Pontifice. Vidit Eccleſiæ ſuæ initia magnis & glorioſis quamprimùm augeri incrementis: Perfecta eſt ſub hoc Ædes Imperialis; ſuſcitatum item à benefico Imperatore Henrico Monaſterium in monte S. Michaëlis; ac exſtructa à S. Cunegunde Eccleſia Collegiata ad S. Stephanum: Et hanc quidem Benedictus* VIII. *Pontifex ipſe, Ædem Imperialem Patriarcha Aquilejæ, Monaſterium cum Templo Eberhardus, præſentibus Aribone Moguntino & Peſigrino Colonienſi Archi-Epiſcopis, aliisque præſentibus, conſecravit. Erat amantiſſimus pauperum, in quorum ſolatium ſumptibus ſuis dives Hoſpitale erexit eo in loco, ubi hodie Monaſterium S. Theodori viſitur. Auguſtiſſimis benefactoribus ſuis SS. Henrico & Cunegundi ſupremum ambobus beneficium reddidit, & defunctorum corpora, quàm potuit honorificâ ſepulturâ, in æde ſumma repoſuit. Non multò pòſt & ipſe ſecutus, obiit 13. Auguſti, anno 1042, & ſepultus eſt propè aram S. Henrici; poſtquàm annis 35. ſingulari cum laude præfuiſſet.*

(o)

II.

SUIDGERUS *à Mayendorff, nobilis Saxo, poſt Eberhardum primùm S. Henrici Cancellarius, tandem, eodem defuncto, Epiſcopus Bambergenſis renunciatur, anno 1042. ſub ipſa regiminis exordia Thariſcum, Caſtrum Adalberti de Babenberg in Monaſterium S. Benedicti convertit, & prædiis ampliſſimis ditatum in honorem S. Viti dedicavit. Vir eximiâ prudentiâ & virtute, pro Eccleſiæ Catholicæ honore zeloſiſſimus. Et hinc graviſſimè indoluit, cùm de mortuo Benedicto VIII. exortum ſchiſma magno mœrore Dei Eccleſiam afflìgeret. Compoſiturus noxios turbines Henricus III. in Italiam, Comite Suidgero, ipſe proficiſcitur, novam Synodum cogit, è quâ (dum Gregorius VI. legitimus Papa, Gregorii Nazianzeni exemplum imitatus, ultrò, concordiæ cauſâ, ſeſe Pontificiâ ſede abdicat) quarto Epiſcopatûs ſui anno Suidgerus, quamvis diu reluctatus, unanimi omnium conſenſu Romanus Pontifex creatus eſt, & Clemens II. appellatus, anno 1046. alteróque poſt die Henricum Cæſarem, auguſtámque Conjugem ejus Agnetem Romæ coronavit. In primam Eccleſiam ſuam, ex qua ad ſummos honores pervenerat, admodùm benevolus fuit. Adauxit illam multis privilegiis ac immunitatibus, & ab omni jure Archi-Epiſcopali eximens, ſoli Sedi Pontificiæ parere voluit. Cùm ſediſſet menſes 9, dies 16, præmaturo funere extinguitur. Defuncti corpus cum ingenti multorum luctu Bambergam advectum, & in Eccleſia Imperiali tumulatum eſt, ubi hodiedum extat in Choro S. Petri poſitum bene merito Præſuli inſigne monumentum.*

III.

HARDOVICUS, Henrici III. Cancellarius, ad preces & commendationem ſui Cæſaris, ſuffficitur Suidgero, anno 1047, & à Leone IX. Papa confirmatur; Qui equidem, 1052, cum Imperatore Henrico Bambergam ipſe ſe contulit, & feſto S. Lucæ Evangeliſtæ, ad populum pro concione dixit; Bambergenſis Epiſcopatûs jura & privilegia coràm confirmavit; annoque ſequente Crucem & pallium, quæ alioquin ſolorum Archi-Epiſcoporum inſignia ſunt, benevoleniſſime addito diplomate conceſſit. Unde & venit, quòd Epiſcopus Bambergenſis in Imperialibus aliisve Comitiis poſt Archi-Epiſcopos primus ſedeat. Eodem anno Imperator Henricus, ex ſingulari in Eccleſiam Bambergenſem favore, eam palafrido & 100. Marcis argenti, quas in annos ſingulos Sedi Pontificiæ ſolvere debebat, exemptam fecit, ſanctæque Sedi Romanæ, annuente Pontifice, in memorati cenſûs vicem Beneventum Italiæ Urbem ceſſit. Obiit paulo poſt Hardovicus, 1054. Regiminis ſui anno 7; & in crypta ad aram S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ ſepultus eſt.

IV.

ALBERTUS. I. Comes à Bogen, Bavarus, ipſo Chriſti Natalitio feſto Succeſſor nominatus eſt, anno 1054, Leone IX. Pontifice & Imperatore Henrico III. Erat Vir integer, vitæ frugalis & exemplaris, patriæ amantiſſimus, quam multo ære alieno obſtrictam, magnâque parte cùm convulſam tùm oppignoratam, ſollicitè reparavit; Rottenbachium Arcem cùm adjacente oppido Eccleſiæ ſuæ adjecit, & Hersbruchum, ad Pegneſum, mercatûs, cudendæ monetæ, & vectigalium jure ab Henrico ornatum, ex ejusdem Cæſaris beneficentia accepit, perpetuò à ſe ſuisque Succeſſoribus poſſidendum. Deceſſit 1060, poſtquam ſexennio præfuiſſet, magno ſui deſiderio relicto, ſepultus in Eccleſia Imperiali.

V.

GUNTHERUS Henrici III. Cancellarius, ſub Pontificatu Nicolai II. Epiſcopus renunciatur, anno 1060. Vir in omni Scientiarum genere verſatus, raræ eloquentiæ laude, multarúmque linguarum notitiâ celebratus. Virtutes in eo ſummæ & plurimæ, inter quas ferventiſſimum propagandi cultûs Divini ſtudium. Opitulante Comitis Reinholdi Wallbach liberalitate, Eccleſiam Collegiatam S. Gangolphi fundavit: Forchemium, totamque Urbis ſatrapiam ab Eccleſia Bambergenſi pridem abſtractam, ſui Cæſaris favore rurſum recuperavit. Quarto Epiſcopatûs ſui anno, cum Sigefrido Archi-Epiſcopo Moguntino, Guilielmo Tridentino, aliisque permultis ad terram ſanctam profectus, ab irruente Arabum cohorte magnam comitum ſuorum cladem paſſus eſt. Ægrè reverſus ex Paleſtina, lethalem in itinere morbum concipit, quo proſtratus in Auſtria deceſſit, 1066. Corpus Bambergam deportatum, & in Eccleſia Imperiali tumulatum pulchro Epitaphio Clerus & Civitas honoravêre.

VI. HER-

VI.

HERMANNUS I. Prepoſitus Bambergenſis & Archi-Epiſcopatûs Moguntini, dum Sigefridus in Paleſtinam ad S. Sepulchrum proficiſcitur, adminiſtrator, defuncto in Auſtria Gunthero, eligitur 1066; Pontifice Alexandro II, Imperatore Henrico IV. Prima locavit fundamenta Eccleſiæ Collegiatæ S. Jacobi Majoris extra muros, opusque imperfectum reliquit, dum varius appetitus arumnis maluit cedere Epiſcopatu, ut deſineret tempeſtas, quàm eundem cum communi civium exitio tenere. Præfuit annis 10, per breves reliqua vitæ dies in Monaſterio Schwartzacenſi tranſegit, ibidem 1076. mortuus & ſepultus. Sub hoc Epiſcopo Arx Banthenſis ab Alberade Comitiſſâ Banthenſi, Hermanni Marchionis Voburgenſis Conjuge in Monaſterium S. Benedicti converſa eſt, & Cunſtad, Aſcheim, Heinrichsdorff, Caſtanesdorff, aliique pagi ac vici, ex defunctæ pientiſſimæ Matronæ teſtamento, ad Eccleſiam Bambergenſem acceſſerunt.

VII.

RUPERTUS, Prapoſitus Goslarienſis, & ob eximiam prudentiam Henrici IV. Conſiliarius intimus, eligitur, 1076. Summa cum laude Epiſcopatui præfuit annis 26. Vidit magno dolore Eccleſiæ ſuæ Imperialis lamentabilem ruinam: Hæc enim in ipſa Paſchatis vigilia ſub veſperam ſubitò exarſit, & tantoperè flamma invaluit, ut eadem totam brevi tempore abſumeret, ſolis parietibus tanta jactura teſtibus relictis. Deceſſit 1102, & in eccleſia Imperiali ſepultus eſt. Sub hoc Præſule, anno 1077, multi Imperii Principes, præſentibus etiam Legatis Pontificiis, Archemii Comitia habuêre, in quibus Rudolphum Suevia Ducem, adverſus Henricum, Germanorum Regem, elegerunt. Sed audiens Henricus, quatuor præliis victum Rudolphum, lethalique tandem vulnere fauciatum, ſpem Imperii cum ipſa vita ponere coëgit. Occiſo Rudolpho, Saxoniæ & Suevia Principes aliique plures Bamberga frequenter convenerunt, & in ejus locum Hermannum Ducem Lucelburgenſem ſubſtituerunt, qui tamen, aliquoties caſus, regium nomen ultro depoſuit, & ad ſuos reverſus eſt.

VIII.

S. OTTO I. Comes de Andechs, Henrici IV. primùm Cancellarius, poſteà Henrici V. Sacellanus, tandem Epiſcopus Bambergenſis eligitur, & à Paſchale II. qui durante Roma ſchismate Avinionem conceſſerat, ibidem feſto Pentecoſtes conſecratur, 1102. S. Fundatorem Henricum pyiſſimus Præſul amulatus, totus erat in exſtruendis Templis & Monaſteriis, in quibus Deus aſſiduè laudaretur. Fundavit Monaſterium Michelfeldenſe, exſtruxit Langheimenſe, Banthenſe & S. Michaëlis extra muros Bambergæ, paravit, Eccleſiam Collegiatam S. Jacobi majoris ab Hermanno I. inchoatam abſolvit & conſecravit, Eccleſiam Imperialem incendio propè abſumptam ad eum, quo hodie viget, decorem reſuſcitavit, plurimasque adhuc ades ſacras ac Monaſteria ad ſubditorum ſuorum commodum & ſalutem per totam latè Diœceſin ſingulari beneficentiâ erexit. Illuſtre tanti Viri exemplum imitatus eſt id temporis præter cæteros Comes ab Ebran, ditiſſimi Monaſterii Ebracenſis fundator. Nec contentus optimus Pater ſubditis ſuis providiſſe, urgente Zelo ad Pomeranos etiam perrexit, quos ab Ethnica ſuperſtitione ad veram fidem traduxit. Tandem plenus dierum & meritorum, vitam cœleſtem adiit 30. Junii, anno Chriſti nati 1139. ætatis 70. regiminis 37. in choro Monaſterii S. Michaëlis ſepultus, ubi ſanctum corpus magnifico ſepulchro conditum ſingulari omnibus eſt veneratioui. Sub hujus regimine Urbes Staffelſtein, Cronach & Bothenſtein aliæque oppida, tum Henrici V. & Lotharii III. donatione, tum ſolliciti Præſulis induſtriâ ad Eccleſiam Bambergenſem devenerunt. Uno ante Obitum ſuum anno Conventui Imperiali à Conrado III. Imperatore Bambergam indicto, interfuit, & octiduo poſt, Albertum II Comitem Sarburgenſem, in Moguntia Archi-Epiſcopum non pridem electum, in Cæſaris & S. R. I. Principum præſentia, feſtivâ ſolennitate conſecravit.

IX.

EGILBERTUS, Eccleſiæ Imperialis Decanus, omnium ſuffragiis eidem Epiſcopus præficitur, 1140. Pontifice Innocentio II. Imperante Conrado III. Eodem anno Conradus Comes Dachavienſis Dalmatiæ Dux, cum Conjuge Adelhaide, bona ſua & prædia, quæ Bodenſteni, Mülrichberga & Rotachæ habebat, Eccleſiæ Bambergenſi tranſcripſit; Biennio poſt Chuniſſa, Reginboldonis Comitis Truhendingii filia, Caſtra Gigeburg, Miſtelfeld, & Liechtenfels cum univerſis juribus eidem Epiſcopatui donavit. Novus ſplendor Bambergenſi Eccleſiæ accrevit ex S. Fundatore ſuo Henrico, cujus ſepulchrum tot miraculis inclaruit, ut, anno 1145. ab Eugenio III. ſanctorum Catalogo inſertus ſit. Quinquennio præfuit Eccleſiæ ſuæ ſollicitudine verè paternâ, dignus vitâ longiore. Obiit 1146. ſepultúsque eſt in Æde Imperiali.

X.

EBERHARDUS II. Dux Bavariæ, eligitur 1146. Pontifice Eugenio III. Conrado itidem III. Imperatore. S. Henrici oſſa magnâ ſolennitate ad honoratiorem tumulum tranſtulit, & marmoreo, quod hodiedum videre eſt, monumento condecoravit. Sub hujus regimine comitia Imperialia Bamberga habuit Conradus III. isque immortuus, in æde Imperiali ſepultus eſt. Altera ibidem comitia celebravit Fridericus I. & commeatilem Bambergenſium navem, Francofurtum usque, vectigalibus liberam dixit. Anno 1150. Gertrudis, Comitis Palatini Hermanni vidua, Marchionis Miſniæ filia, Hoſpitale S. Theodori in Parthenonem, Epiſcopi veniâ, convertit. Eodem anno Oppida Steinach & Nordeck, nec diu pòſt, Auracum Ducis, Hochſtad, Ulfeld, Mühlhauſen, Dansbach, Wacherod, aliique plurima ad Eccleſiam Bambergenſem acceſſerunt. 26. Annis præfuit optimus Princeps, inter tam proſpera & glorioſa tempora felicisſimus certè, niſi funeſtos habuiſſet ultimos duos regiminis annos: ſub annum enim 1171. graſſari incepit peſtilens lues, & multa hominum millia per regionem ſubitis funeribus abſumpſit. Tot aruminis & cladibus in vita termino afflictus, occubuit 1172. & in Eccleſia Imperiali ſepultus eſt.

XI.

HERMANNUS II. Marchio Miſniæ, eligitur 1172. ſedente Alexandro III. & imperante Friderico I. Barbaroſſa. Vir, ut generis, ita Virtutis claritate illuſtriſsimus. Vix integro quinquennio præfuit Eccleſiæ ſuæ, præmaturo funere extinctus, anno 1177. & in Monaſterio S. Theodori in medio Templi, cui in vita plurimum beneficerat, ſepultus. Paucis menſibus poſt pientisſimi Præſulis obitum, tot in Eccleſia Dei ſtrages editura Albingenſium hæreſis naſcitur.

XII.

OTTO II. Comes de Andechs, S. Ottonis I. Nepos; poſteà, anno 1180. dum Bertholdo Comiti de Andechs, Epiſcopi Ottonis Fratri Germano, Fridericus Imperator Meraniam donavit, cum tota familia Ducis Meranenſis Titulo inſignitus, eligitur 1177. Pontifice & Imperatore eodem. Erat animo liberali in omnes, in pauperes pene prodigo, ſi quid hic tamen nimium eſſe poteſt; unde & cognomento Largus fuit appellatus. Sub hujus regimine, 1185. perpetuum ver ac æſtas ſine omni hyeme fuit; tamque calidum cœlum, ut Decembri, Januario, Februario vites & arbores floruerint, fructuque menſe Majo, uva Auguſto maturuerint. At ſequenti anno indulgentiam ſuam redimere viſa eſt acrior hyems, dum in medio vere ſub pentecoſten fruges & fructus omnes frigore enecuit. Inter cætera hoc habuit ſolatium, quòd S. Ottonem hujus Nominis I. Prædeceſſorem & Patruum ſuum à Clemente III. in album ſanctorum referri viderit. Moritur 1192. 2. May, & in æde Imperiali ſepelitur, poſtquam annis 14. præfuiſſet.

XIII.

THIMO, Imperialis Eccleſiæ Canonicus, & Collegiatæ ad S. Stephanum Præpoſitus, eligitur anno 1192, Cœleſtino III. Pontifice, & Henrico VI. Imperatore. Hujus ſingulari Induſtriâ & devotione S. Cunegundis Virgo & Imperatrix numero Sanctorum accenſa eſt, cùm, quanta in cœlis eſſet, plurima ad ejusdem corpus patrata miracula ſatis indicâſſent. Ipſo quoque Fundatore, annis ſingulis panes, quos cuneos vocant, in templo diſtribuuntur. Obiit 16. Octobris, 1201, Episcopatûs ſui anno 9. in Eccleſia Imperiali ad aram S. Cunegundis, pro cujus honore tam zeloſus in vita fuerat, ſepultus. Sub hujus regimine, anno 1199, Philippus Suevia Dux coronatus eſt Bamberga Rex Romanorum.

XIV.

CONRADUS, Dux Sileſiæ, eligitur, 18. Februarii, anno 1202; Pontificè Innocentio III, Rege Philippo. Optima Patria vix vidit, nedum fruita eſt Principe ſuo, à quo magnum aliquid exſpectare poterat, niſi conceptam ſpem invida mors intercidiſſet. Altero enim ſtatim, poſtquàm electus fuerat, die prematurè extinguitur, & in Eccleſia Imperiali ſepelitur.

XV.

ECKENBERTUS, *Meranie Dux, Comes Palatinus Burgundie, & Gertrudis Regina Hungarie Frater, ad Eccleſie Bambergenſis regimen aſſumitur anno 1203; Pontifice & Imperatore eodem regnantibus. Magni animi Princeps, ſed diſparis fortuna. Bernardo Carinthie Duci ferro & flammis omnia devaſtanti ſe generosè oppoſuit, arma contulit, prælioque adortus funeſtam cladem accepit, ac ipſe captus, certis tandem conditionibus, dimiſſus eſt. Prefuit annis 32, gravisque ætate, 1235, occubuit: Sepulchrum ejus in Eccleſia Imperiali prope aram S. Mauritii cernitur. Sub ejus regimine anno 1208, Philippus Imperator Bamberga in arce Altenburg, quò ſe recreandi animi causâ contulerat, ab Ottone Witelsbachio, Comite Palatino, proditoriè in Conclavi ſuo interfectus eſt.*

XVI.

POPPO, *Meranie Dux & Marchio Iſtrie, eligitur anno 1235; Gregorio IX. Pontifice, Friderico II. Imperatore. Septennio Epiſcopatum tenuit, Eccleſie ſue non ſatis probatus. Quare multis concuſſus ærumnis, tandem in exilio pra mœrore contabuit, 1242.*

XVII.

HENRICUS I. *Schmideſeld, patriâ Catalannus, Friderici II. Conſiliarius, Poponi ſubſtituitur, anno 1242. Difficile habuit Regimen, multis bellis & cladibus funeſtum, Conrado Auguſto Friderici II. Filio, Richardo Anglo, Alphonſo Caſtellano, Henrico Thuringia Landgravio, & Guilielmo Hollandie Comite, de Imperii corona per pluves annos decertantibus, cum totius prope Germania exitio ſupremo. Non tamen his motibus fractus Henricus, afflictiſſimis etiam temporibus, Eccleſia ſue ſplendorem & reditus plurimùm auxit. Tertiam partem nemoris dicti Hauptſchmor, mille ducentis triginta duabus M. argenti oppignoratam, ab Hermanno Comite de Henneberg redemit, cateraque alienata aut vendita Eccleſia bona vigili ſollicitudine recuperavit. Acceſsère Epiſcopatui, cùm Otto Ducum Meranie ultimus à Præfecto ſuo aulico nefariè in arce ſua Nieſten occideretur, vi teſtamenti hoc ipſum Caſtrum, Kupfferberga, Albimænium, aliique pagi ac oppida; Judiciumque provinciale ex oppido Robach in Ducatu Meranie, annuente Imperatore, ad Urbem Bambergenſem translatum eſt. Adjuncta præterea Epiſcopatui caſtra Königsberg & Bebenburg; novumque cudendæ in Carinthia moneta jus ab Imperatore conceſſum. Eccleſiam ſibi commiſſam fideli & paternâ curâ rexit annis 14. Obiit in Carinthia in oppido Wolffsberg, 15. Septembris 1256. & in Franciſcanorum templo ibidem ſepultus eſt.*

XVIII.

XVIII.

BERTHOLDUS, Comes à Leiningen, eligitur, 1257: Sedente Alexandro IV. Imperio jam à ſeptem & ampliùs annis vacante. Præfuit annis 28, inter funeſta bellis, fame & peſte tempora. Carmelitis in foro, ubi hodie Collegium viſitur, Monaſterium exſtruxit, additisque reditibus fundavit; Oppignoratum Caſtrum & oppidum Zeil, & Satrapiam Thüringſtadienſem, numeratis 400. argenti marcis, recuperavit; &, 1269, Ludovico Bavaria Duci Amberg am, & cætera bona, per mortem Bertholdi Marchionis Hohenburgenſis ad Eccleſiam devoluta, beneficiario jure contulit. Hoc tempore Eberhardus Comes à Schlüſſelberg, fundata à ſe in Schlüſſelau Partheneoni filiam Giſſelam præfecit primam Abbatiſſam. Convulſum 23. annis, ſuóque Capite deſtitutum Imperium lætus tandem aſpexit cum inſignibus ſuis ad Rudolphum Habſpurgicum Auſtriacæ Stirpis Fundatorem deferri, 1273; à quo mox toti Germaniæ pax & concordia felicibus armis parta eſt. Obiit, 17. Maji, anno 1285, in Eccleſia Imperiali ſepultus.

XIX.

ARNOLDUS, Comes à Solms, eligitur, 26. Junij, anno 1285. Honorio IV. Romano Pontifice & Rudolpho I. Imperatore. Magnâ laude Eccleſiam Bambergenſem decennio moderatus eſt; &, 19. Julij, anno 1295. deceſſit, relictâ Virtutis ingentis famâ: Sepulchrum ejus videre eſt in Æde Imperiali ante aram S. Joannis Baptiſtæ. Sub hos tempus Germania cepit reviviſcere, perduellibus ac hoſtibus ubique à Rudolpho Cæſare aut fugatis aut devictis. Primo ejus Regiminis anno Electoribus ſex ſeptimus eſt additus Bohemus.

XX.

LEOPOLDUS I, Comes à Grundlach, ſuccedit Arnoldo 1295; Sub Pontificatu Bonifacii VIII, imperante Adolpho. Primos Regiminis annos inter mœſtos bellorum turbines exegit, hinc Adolpho Naſſovico, inde Alberto Auſtriaco, qui in abrogati Adolphi locum electus fuerat, pro Imperii corona contendentibus, & in paria armorum fœdera pro affectuum diverſitate totam ſecum Germaniam trahentibus, donec anno 1298, victus in acie Adolphus vitam & Imperium poſuit, Victorique Alberto coronam ceſſit. Novennio præfuit nobilis animi Princeps, & 22. Auguſti, 1304, mortuus, in Eccleſia Imperiali ſepelitur.

XXI.

WÜLFLINGUS, Baro à Stubenberg, natione Carinthus, è PP. Prædicatorum Ordine, ad Epiſcopatum pervenit, 1304; Confirmante Clemente V, ſub Imperio Alberti I, In gratiam Ordinis ſui Monaſterium Dominicanorum in Civitate Bambergenſi, & Cœnobium in Neunkirchen condidit. Franciſcanis Eccleſiam, quæ olim ad Templarios pertinuerat, conceſſit. Exſtruxit & Parthenonem Ordinis S. Dominici ad S. Sepulchrum appellatam, eo ipſo in agro, in quem peſſimus Aleo quidam, 15. ſacras hoſtias è templo S. Martini cum argenteo calice furtim ſubtractas projecerat; collectásque ſacras particulas ſummâ reverentiâ ſuo in loco repoſuit. Sic exactis in regimine annis 15, Vir verè Religioſus & pius decedit, 14. Martij, 1319. & in Eccleſia Imperiali ſepelitur.

XXII.

JOANNES, Decretorum Doctor, & Epiſcopus Brixenſis, per Joannem ejus Nominis XXII. Romanum Pontificem, ſub Ludovico V. Imperatore, in Curia Romana præſens eligitur, & conſecratur, 1329. Vir multa literatura, ſimilisque cum ſcientia Virtutis. Eccleſiæ Bambergenſi quinquennio præfuit, Friſingenſi, ad quam itidem poſtulatus fuerat, vix quadriennio: ibidem anno 1324. mortuus, ſepelitur.

XXIII.

HENRICUS II, à Sternberg, Decretorum Doctor, è S. Dominici Familia creatur Epiſcopus, 1324, Pontifice & Imperatore eodem. Quadriennio Eccleſiam cum laude rexit. Hujus induſtriâ, & ſingulari beneficentiâ Henrici, Comitis ab Hohenlohe, Caſtrum Werneberg, vicique Dietersheim, Sclaversheim, Dipach, Haſenlohe, &c. ad Eccleſiam Bambergenſem pervenerunt. Deceſſit, 9. Aprilis, 1328, in Eccleſia Imperiali ſepultus. Uno ante Præſulis hujus obitum anno, tandem devicto Friderico Æmulo, Ludovicus V, decimo tertio Imperii ſui anno, Mediolani ferreâ, & poſteà Romæ à Stephano Columnio Cardinale (Pontifice nimirum Avenione tunc ſedem habente) tertiâ Coronâ inſignitus eſt.

XXIV.

XXIV.

WERINTHO, Schenck à Rieneck, eligitur, 1328. Pontifice & Imperatore rursus iisdem. Hoc Tempore Leopoldus ab Egloffstein, Ecclesiæ Bambergensis Præpositus, festum, quod ajunt Stretzenweeg, instituit, in gratam memoriam ejus periculi, quod in itinere versus Ebracum, prædonibus, à quibus multo numero cingebatur, prodigiosè devictis, salvus evaserat. Præfuit Werintho annis 5. administratòque optimè Episcopatu obiit 1333. sepulchrum ejus in Ecclesia Imperiali videtur.

XXV.

LEOPOLDUS II. ab Egloffstein, Ecclesiæ Imperialis Præpositus, eligitur, 1333. confirmante Benedicto XII. sub Imperatore Ludovico V. Multum debet pii Præsulis Industria & prudentia Ecclesia Bambergensis, multis ab illo reditibus & juribus aucta. Præfuit annis 10. quorum postremos admodùm difficiles habuit; nam, dum locustarum innumera vis Germaniam propè totam depascitur, tanta fuit annonæ Caritas, ut multos subditorum suorum fame emortuos amitteret; quorum funeribus vel eò acerbiùs indoluit optimus princeps, quòd communis esset calamitas, nullumque aliunde remedium posset accersiri. Obiit 10. Julii, 1343. sepultus in Ecclesia Imperiali. Sub hujus regimine Nobilis Virgo Catharina Zollnerin à Brand Parthenonem S. Clara, prima ibidem Abbatissa, Bamberga fundavit.

XXVI.

FRIDERICUS I. Comes ab Hohenlohe, Alberti Episcopi Herbipolensis eodem tempore regentis frater, eligitur 1343. Pontifice Clemente VI. Imperatore Ludovico V. Princeps non minùs virtute quàm genere clarus, de Ecclesia sua optimè meritus, & summis aquè ac infimis amatus. Sub hac tempora series illustrissima stirpis Comitum de Schlüsselberg desiit, magnáque bonorum pars ad Ecclesiam Bambergensem transiit. Moritur, decennio regiminis expleto, 1353. & in Ecclesia Imperiali propè aram S. Barbara, quam ipse dotaverat, sepelitur.

XXVII.

LEOPOLDUS III. Baro à Bebenburg, Decretorum Doctor eligitur, 1353. & reguante Carolo IV. ab Innocentio VI. Avione coràm consecratur. Vir pietate & Doctrinâ conspicuus. Scripsit multâ eruditione illustres fastos de translatione Regni & Imperii Romanorum ad Alemannos; item Librum de Zelo Christianæ religionis, quem Rudolpho Saxoniæ Duci inscripsit. Forchemij Ecclesiam Collegiatam S. Martini fundavit, aliisque templa ac aras Principali munificentiâ dotavit. Obtinuit primò ab Imperatore Carolo IV. jus cudendæ monetæ. Decem annis fruita est optimo Patre Patriæ; magnò cum luctu amisit 1363. & in Ecclesia Imperiali Majoribus suis apposuit. Uno ante ejus obitum anno Nobilitas Franconica Ludos Equestres Bamberga celebravit.

XXVIII.

FRIDERICUS II. Baro de Trudingen, eligitur 1363. Pontifice Urbano V. Carolo IV. Imperatore. Rara in eo humilitas, & communis in omnes benignitas. Triennio tantùm præfuit, dignus longiore vitâ. Obiit, 19. May. 1366. in Ecclesia Imperiali ante aram S. Matthiæ Apostoli, quam fundaverat, sepultus. Primo regiminis anno, prima perventuri ad se Orientalis Imperii fundamenta posuit Turcicus Mars, dum ex Asia in Europam trajiciens Palæologum Imperatorem sibi fecit vectigalem.

XXIX.

LUDOVICUS, Marchio Misniæ, ad Episcopatum Bambergensem accersitur, summóque honore à Clero & Urbe excipitur; 1366. Pontifice & Imperatore eodem reguantibus. Octo annis Episcopatum tenuit, eóque tandem resignato, à Gregorio XI. Romano Pontifice ad sedem Moguntinam promotus est: Restitit autem Adolphus Comes Nassovicus, Episcopus Spirensis, quem Capitulum Moguntinense postulaverat. Difficiles igitur suboriri turbines adverteus, ultrò cessit, & Archi-Episcopalem Insulam Magdeburgensem obtinuit. Novo honori non diu superstes, brevi pòst ibidem decessit.

XXX.

XXX.

LAMBERTUS, de Brunn, Nobilis Alſata, eligitur 1374. Pontifice Gregorio XI. & Imperatore Carolo IV. Princeps ſingularis eruditionis & prudentiæ, benefica indolis, animi infracti, tantarumque virtutum, quæ eum ſummis honoribus dignum facerent. Fuit primùm Abbas Gengenbacenſis, & Caroli IV. mox Wenceslai ejusdem filii Conſiliarius intimus. Inde ad Brixenſem Inſulam, quam quadriennio geſtavit, promotus eſt; Poſtea nervem Spirenſi, Argentinenſi Eccleſia undecim annis præfuit. Poſtremùm, reſignante Ludovico Marchione Miſnia, Bambergenſi Epiſcopatu dignissimus omnium ſuffragiis poſtulatur, urbemque 3. Februarii anno 1375. ingreditur, ſummo ab omnibus honore exceptus. Aperuit primus SS. Henrici & Cunegundis ſarcophagum, eorum ſacra Lipſana propiùs oculis expoſiturus. Bambergenſis Eccleſia reſtaurator & Amplificator jure appellari meretur: Contracta debita expunxit; oppignorata recuperavit; omnibusque receptis ſuam etiam auctura eccleſiam, emit Arces Giech & Stuffenberg, oppidáque Baunach, Teuſchnitz & Scheſsliz, in quorum ultimo Hoſpitale fundavit. Tam bonus ſummóque amore dignus Princeps rebelles tamen Cives ſuos Bambergenſes expertus eſt, quos equidem, obſidione urbem cingens, armatâ manu compeſcuit. Novum mœrorem pio Epiſcopo attulit incendium, quod omnes, ſuperiorem inter & inferiorem pontem, poſitas domos, 1393. abſumpſit. 25. Annis Epiſcopatum tenuit, quo ſe tandem jam grandis ſenio abdicavit anno 1399. Forchemiique privatim Deo & ſibi vivens, paulo pòſt, pientiſſimè obiit. Corpus Bambergam delatum, in Eccleſia Imperiali ſepultum eſt. Sub hujus regimine à Civibus Parochia B. V. M. in Kaulberg eâ, quâ hodie ſuſpicitur, amplitudine ac formâ erigitur.

XXXI.

ALBERTUS II. Comes à Wertheim, Lamberti Coadjutor, ſubſtituitur, 1399. Pontifice Bonifacio IX. & Wenceslao Imperatore, cui mox ob inertiam 1400. abrogato, Rupertus Palatinus ſucceſsit. Eccleſia ſua præfuit annis 22. multarum virtutum Princeps, inter quas eminebant Clementia & Liberalitas. Pro omnibus obſequiis ſibi exhibitis gratiſsimus, nullius unquam operam indonatam reliquit. Si quid culpari in eo poterat, nimia ſinceritas eſt, quâ ſe ſuámque Eccleſiam multis debitis & periculis, citra aliena perfidia metum, Germana fidei Princeps expoſuit. Moritur 19. May. 1421. & in Eccleſia Imperiali ſepelitur. Sub hoc Tempus Illuſtriſsima ſtirps Comitum à Trudingen extinguitur, multæque arces & oppida jure feudatario ad Epiſcopatum Bambergenſem tranſeunt.

XXXII.

FRIDERICUS II. ex antiquiſsima ſtirpe DD. ab Auffeeſs, eligitur, 1421. Pontifice Martino V. Imperatore Sigismundo. Regimen aggreſſus eſt eo ipſo tempore, quo Huſsita ferro & igne omnia populabantur: Graſſati diu in Bohemia, Bambergam usque proceſſerunt, urbem & patriam totam devaſtaturi, niſi 12000. florenis indemnitas empta fuiſſet; ſed nulla potuit diuturna eſſe ſecuritas, dum finitimis circà tumultuantibus provinciis undique non modicum damnum inferebatur, & pejora ſemper timebantur. Tot igitur tantasque Eccleſia ſua clades non diutius ferens optimus Præſul, 10. regiminis anno 1431. Epiſcopatum, cum conſenſu Eugenii IV. abdicavit, in Auſtriam profectus ut procul extra oculos patriæ calamitas eſſet. Illic ad Aniſum fluvium, Eccleſiam Collegiatam B. M. Hoſpitalis in calce Pirra montis ſitam fundat, tranſactâque ſanctè vitâ, ibidem moritur ac ſepelitur, 24. Februarii. 1433.

XXXIII.

ANTONIUS, ex illuſtri familia de Rotenhan, Cathedralis Eccleſiæ Herbipoli Præpoſitus, eligitur 1431. Eugenio IV. Pontifice, Imperatore Sigismundo; Et anno ſequente ab uterino ſuo fratre Chriſtophoro, Epiſcopo Lubecenſi, Epiſcopalia inſignia, ſingulari urbis gaudio, accipit. Præfuit 28. annis, inter perpetuas propè calamitates, dignus ſatis melioribus Princeps. Sub ipſa regiminis exordia, ruptis nubibus, tanta aquarum vis in vicinium Arcis Altenburg delapſa eſt, ut fruges, arbores, vineæ, domúsque plurimæ Urbis vix ſatis reparabile damnum fecerint. Altero pòſt anno gravius damnum âb incendio paſſa eſt civitas, & amba platea, quas Keſſler & Langgaſs vocant, forúmque totum cum Monaſterio Carmelitarum conflagrârunt. Has flammas ſequente ſtatim anno belli civilis faces infecta ſunt, profugusque urbe Antonius tandem cum exercitu redit, domátque rebelles. Quartam calamitatem fulmina & tonitrua addidêre, qua poſitam in ponte ſuperiore Turrim incenderunt, totámque, abſumptis ſimul, quæ ibi ſervabantur, urbis actis & privilegiis, proſtraverunt. His malis vìrſus novum ſucceſſit, dum extra ripas effuſus Rechniſius Molendina, pontes, & Geranium ſecum avexit. Reparata tamen ſollicitâ Epiſcopi induſtriâ & liberalitate plurima; Pons que ſuperior olim ligneus totus, ex quadrato lapide conſtructus eſt. Tot ærumnis, invictus alioquin Princeps, tandem ſuccubuit. 1459. in Eccleſia Imperiali ſepultus.

XXXIV.

GEORGIUS I. à Schaumberg, eligitur, 1459. Sedente Pio II. & Friderico III. Imperante. Princeps animi planè devoti, & pro ſalute ſubditorum ſuorum vigilis. Auctoritate Sedis Pontificiæ, omnia Diœceſis ſuæ monaſteria, ſi quæ à primo fervore remiſerant, ad ſanctiorem normam reduxit, ut haberet populus, quorum exemplum vitámque inculpatam imitaretur. Eccleſia ſuæ præfuit annis 16. Poſtquàm multos ex animarum Zelo ſubiderat labores, & paternâ ſollicitudine patria ſatis providerat, moritur, 4. Februarii 1475. & in Eccleſia Imperiali ſepelitur.

XXXV.

PHILIPPUS, Comes de Henneberg, eligitur 1475; Pontifice Sixto IV. & Friderico III. Imperatore. Præfuit annis 12: ſingularem laudem optimo Principi benigna in ſubditos elementia, multáque in Eccleſiam merita comparavêre. Curiam Epiſcopalem, Caſtrum Roſenberg & Velden tum renovavit, tum additis novis ædificiis adauxit. Perfidiam totus execrabatur, quam ut veluti radicitùs extirparet, Judæos urbe expulit. Vidit uno ante obitum anno inſignes à Nobilitate Franconica Ludos Equeſtres Bambergæ celebrari. Obiit 1487.

XXXVI.

XXXVI.

HENRICUS III, Gros à Trockau, eligitur 1487; Sub Pontificatu Innocentii VIII. Imperatore Friderico III. Virtutes in eo illæ, quæ maximè Principem ornant: prudentia erat ſingularis infracti animi, indolis liberalis, in propagando cultu Divino ſtudioſiſſimus. Tot virtutes probavit multa adverſitas: In ipſo regiminis exordio Curia ſua Epiſcopalis propè totius, depaſcente flammâ, jacturam fecit. Subinde à Friderico Marchione Brandeburgenſi multa paſſus; qui ingente tandem exercitu ipſi etiam Bamberga propiùs imminens, vel ſolâ imperterriti Principis famâ deterritus eſt, pacemque ultrò obtulit. Obiit anno 1501, Epiſcopatûs ſui 14, in Eccleſia Imperiali ſepultus. Regnante hoc Præſule, anno 1492, à Chriſtophoro Columbo novus Orbis detegitur.

XXXVII.

VITUS I. Truchſes à Pommersfelden, eligitur 1501; Sedente Alexandro VI, & Maximiliano I. imperante. Eminebant in illo præter cæteras dotes eloquentia, & ſubtilis in conſiliis dandis dexteritas, maximè verò, ſubditorum amor; quos adeò animo complectebatur, ut, ne plùs juſto gravarentur, ipſe libros cenſuales deſcripſerit, & quantum ſinguli penderent, ſollicitè examinârit. Facetiarum & jocorum oſor acerrimus, non alios quàm ſerios ſermones admitteus. Biennio tantùm præfuit, fluxúque ſanguinis exhauſtus 7. Septembris, 1503, in Eccleſia Imperiali ſepelitur.

XXXVIII.

GEORGIUS II, Marſchall âb Ebnet, eligitur 1503. Pontifice Pio III, & Imperatore Maximiliano I. Biennio tantùm, non diutiùs quàm Prædeceſſor ſuus, Epiſcopatum tenuit. Quod maximum Principis ornamentum eſt, in adminiſtranda juſtitia & æquitate erat accuratus; nec ad perſonas, ſed ſolam cauſam, reſpiciens, pauperi æquè ac diviti ſuum tribuebat. Mortuus, 31. Ianuarii, anno 1505, magno Patriæ luctu profectus eſt, & in Eccleſia Imperiali ſepultus, inducè doloris ſui monumento honoravit.

XXXIX.

3. HARDOVICUS
4. ALBERTUS C. â POGEN.
5. GUNTHERUS
6. HERMANNUS.
1. RUPERTUS
8. S. OTTO CO MES de ANDECHS.

BIBLIOTECA NAPOLI

15 ECKENBERTUS MARCHIO de ANDECHS.
16. POPPO DUX á MERON.
17. HENRICUS SCMIDEFELD.
18. BERTHOLDUS COMES á LIININGEN.
19. ARNOLDUS COMES á SOLMS.
20. LEOPOLDUS COMES á GRUNDLACH.
NAPOLI

21. WULFFLING BARO à STUBENBERG.
22. IOANNES EPISCOPUS BRIXEN.
23. HEINRICUS à STERNBERG.
24. WERINTHO SCHENCK à RIENECK.
25. LEOPOLDUS ab EGLOFFSTEIN.
26. FRIDERICUS COMES ab HOHENLOHE.
NEAPOLI

27. LEOPOLD9 FREYH. BEBENBURG.
28. FRIDERICUS BARO de TRUDDINGEN.
29. LUDOVICUS MARCHIO MISNIÆ.
30. LAMPRECHT VON BRUN.
31. ALBERTUS COM. a WERTHEIM.
32. FRIDERICUS ab AUFSES.

NAPOLI

34. GEORGIUS à SCHAUMBERG.
35. ANTONIUS à ROTTENHAN.
36. HENRICUS GROS à TROCKAU.
37. PHILIPPUS COM. de HENNEBERG.
38. GEORGIUS MARSCHALL ab EBNET.
39. VITUS TRUCKSES à POMMERSFELDEN.
BIBLIOTECA NAPOLI



MARTINI HOFFMANNI ANNALES BAMBERGENSIS EPISCOPATVS,

Ab origine ad an. CIↃIↃC.

Fide tabularii publica ſcripti et

ex quatuor codicibus manuſcriptis emendati continuatique

AD AN. CH. CIↃIↃCC.

e muſeo

IOAN. PETR. LVDEWIG, ICti.

An. Ch. 326. *Situs Babebergae.*

Abeberga, regia Franciae orientalis urbs, ſita ad Regneſium amnem, inter arduam ſyluam et montes, in ea regione, quae praetorii nomine appellata fuit, quam Nariſci, Variſcos *Ptolemaeus* nominat, olim tenuerunt. Hodie *Francia ſuperior* ſiue montana dicitur et ad Bauariae ſuperioris partem aliquam et Noricum protenditur. A *Amorbacenſi* coenobio facta, uel, ut alii malunt, a loco non ignobili *Othonobemio*, ubi inter uenandum Otho imperator olim pernox egit, *Othonica ſylua* uocatur, et ab *Heydelberga* ac Neccari fluminis ripa, ad Moenum usque porrigitur, et a meridie Charitnios habet populos. *Quartus* inde locus arduae ſylvae, propter aditus difficultatem conceditur, et ad ſeptentrionem et ad occidentem, continuo Moeni decurſu, ad orientem Regneſo, ad meridiem Aiſſo, terminatur fluminibus. *Quintam* transverſe ſcindit et irrigat Almoniae fluuius. *Sexta* Baunacis fluuioli accolas habet, et cum his totum illum inter Coburgum et Schweinfordiam interpoſitum tractum complectitur. *An. Ch. 326.* *4) quarti.* *5) quinti.* *6) ſexti.*

Boſim Vogtlande.

Sex Franconiae pagorum deſcriptio.

II. Is enim hodie totius *Franciae* ſtatus eſt, ut in *ſex* prouincias diuidatur, et ſuum quaelibet nomen, ſecundum naturam fluminum et montium adepta teneat. *Vnam*, quam diximus *montanam* eamque ampliſſimam, tres in ſe complectentem circulos, 1) *Praetorianum*, 2) *Boiorutenum* et 3) *Vorchemicum*. *Alteram*, quam hinc elaudit Redniz, inde Necaris fluuius, et ex parte occidentis Fagoniam attingit. *Tertia* ab Othonis imperatoris donatione

1) *primi.* 2) *ſecundi.* 3) *tertii.*

Principes Franconiae.

III. Eius autem *principes* et reliquae dignitates ſunt *Babenbergenſis*, *Wirceburgenſis*, *Eiſtetenſis*, epiſcopi, ordinis Teutonici *magiſter*, burggrafius *Norimbergenſis* et comes *Hennebergius*. Hos uero omnes longe dignitatis faſtigio ſuperat Babebergenſis. Is enim in dioeceſi ſua archiepiſcopus eſt, et ex vetere in-

An. Ch. 326. ſtituto totius non ſolum Franciae gram-
matophylacium habet, ſed et conuen-
tus indicendi et cum burggrafio Norim-
bergenſi inter prouinciales alios conuo-
candi poteſtatem obtinet.

Comites. IV. Proximum his tenet *Hoënloi-
us; Werthemius; Caſtellenſis; Rhineccius*
et *Erbacenſis.* Quibus anno ſesquimil-
leſimo fuit additus *Schwartzenbergius*,
prius baro, uetere *Sensheimiorum* familia
oriundus.

Barones. V. Barones duo, *Lymburgius* &
Heydeccius. Ad quem baronatus ho-
norem euectus acceſſit Georgius Lu-
douicus *Sensheimius* ſenior, et nouam e-
am dignitatem denuo in familiam ſuam
intulit.

Ciuitates. VI. Liberae ciuitates *Norimberga*,
Rotenburgum ad Tubarum, *Winsheimi-
um*, *Schweinfordia* et *Weiſenburgum.*

Nobilitas. VII. Ac numeroſiſſima denique
nobilitas, quae praeter uaſallorum offi-
cium ſe liberam, nec ulli Franciae prin-
cipum, ſed ſoli imperatori ſubiectam es-
ſe gloriatur.

Franconiae portio pars Boiom tae. VIII. Caeterum Aeneas Syluius de
Norimberga loquens, *dubium eſt*, inquit,
ea Franconiae an Boioariae cedat. Quod
hodie tamen omni prorſus dubio caret,
cum ciuitas haec, ut idem Aeneas ſcribit,
in parochia Babebergenſi ſit poſita, quae
ad Francos pertinet.

Familiae emortuae. IX. Sic etſi nobiliſſima & ueruſtiſ-
a) Henneberg. ſima *Hennebergiorum* ſtirps, in Georgio
Erneſto, principe optimo, nuper deſece-
a) Rheineck. rit et comitatus ejus ad Thuringiae et
Haſſiae Landgrafios, *Rhinecciorum* uero
b) Heydeck. ae *Heydeccioruin* ditiones, nulla uirili
prole ab iis relicta, ad archiepiſcopum
Moguntinum et Rheni *palatinum* Nouo-
burgenſem, delapſae ſint et ipſi Francis
adhuc ut membra fideliter adhaerentes
publicis eorum conuentibus per legatos
Lapſus Munſteri. ſuos intereſſe ſoleant: id tamen non niſi
ratione harum ditionum fieri conſueuit,
quod ſortaſſe *Munſtero*, qui in Cosmo-
graphia hos duos principes inter Fran-
ciae proceres retulit, cum reuera tamen
circulum rhenanum attineant, ignotum
fuit.

Fertilitas. X. Ipſa regio partim montoſa, par-
tim plana & arenoſa, uini et frugum eſt
fertiliſſima et multis irrigua fluminibus,
e quibus inclyti et nauigabiles ſunt *Moe-
nus* et *Regneſus*, magnamque commo-
ditatem exportandis et permutandis
rebus, quas terra producit, adferre ſo-
lent.

Regneſus flu. XI. Horum *Regneſus* in agro No-
rico prope Weiſenburgum, imperiale
oppidum, ortus et *Pegneſo* auctior redditus, urbem interfluit et in tres diuiſam
partes, tribus pontibus, lapideo et duo-
bus ſubliciis, iterum coniungit et molas
plurimas, frangendae frugis et aliis uſi-
bus accommodatas, fluctibus agere et ex-
ercere ſolet.

Conatus Caroli M. iungendi. Rheno Danubium. XII. Per huius fluminis alueum Ca-
rolus magnus, a quibusdam perſuaſus, o-
lim efficere uoluit, ut a Danubio in
Rhenum nauigaretur, ſi inter *Rhegneſum*
et *Almoniam* fluuios foſſa duceretur, quae
nauium eſſet capax, cum ille Moenum
ingreſſus Moguntiae Rheno, hic uero
iuxta Kelhemum oppidum Danubio mi-
ſceretur. Quanquam autem totum au-
tumnum tempus in tam praeclarum o-
pus abſumtum et *foſſa*, duo *millia* paſſu-
um in longitudine et trecentos pedes in
latitudinem, ducta eſſet: tamen labor in-
fauſto coelo ſuſceptus, continuis imbri-
bus partim ſubſedit, partim Saxonum ad
gentilitatem defectione impeditus fuit.

Moenus. XIII. Moenus in *monte pinifero* i-
nitium ſumit et per uitiferam uallem in
uiperae morem decurrendo, prope ui-
cum Biſchouesbergum, dimidium infra
milliarium, Rhegneſum excipit et cum
eo non paucas Franciae urbes praeter-
fluens, ſupra Moguntiam in Rhenum
ſe exonerat.

Pinifer mons Dichtelberg. XIV. Eſt autem *mons pinifer* in
montanis burggrafii Norimbergenſis, in-
ter Franciam, Voitlandiam et Bohemi-
am, in Nariſcorum ora ſitus, in circuitu
ſex circiter milliaria complectitur et,
praeter Moenum, tres adhuc alios fluui-
os nauigab les emittit, *Egram*, *Nabum* et
Salam, et non ſine admiratione et natu-
rae maieſtate in quatuor mundi cardi-
nes transfundit. *Egra* ad orientis oram
fluens Bohemiam perlabitur, et iuxta Li-
tomaritium Albi ſociatur. *Nabus* me-
ridiem uerſus ſe conuertit et, *Vilſo* ſus-
cepto Ratisbonae in Danubium ſe ab-
ſcondit et cum eo in pontum Euxinum
fluit. *Sala* uero ſeptentrionem petit,
et iuxta Calbam oppidum, tribus a Mag-
deburgo milliaribus, in Albim concita-
tur. De qua re ita Conradus CELTES Lib. *Celtis elegia.*
2. Elegia 10.

Flumina effundit in quatuor orbis plagas.

Francia Germano mihi ſtirps et ori-
go poetae
Hercynia e medio, cincta beati
ſinu.
Quam Moenus mediam perlambit
uitifer oram,
Cuius quadrifluo naſcitur unda
iugo.
Pinifer is: cuius de uertice flumina
quater,
Quatuor in partes orbis amoena
cadunt.
Moenus ad occaſum Francorum ſer-
tur in oras:
Sala ſed Arctois perditur Albis a-
quis.
Egra ſed Eoi, petit ardua regna Bo-
hemi.
Nabus at Iſtrinis inſinuatur aquis.

XV.

An. Ch. 326. XV. *Vrbs* ipſa ab oriente in occi- *An. Ch. 326.*
Vrbis Bambergenſis deſcriptio ſitus ac ſoli.
dentem ad *colles*, quibus cingitur, excurrit et, fluminis *nauigabilis* commoditate, collium circumfuſorum frequentia, *hortorum* amocnitate et *aeris* moderati ſalubritate, cultoribus idonea eſt et ad incolendum optabilis. Proſpectat autem in *agrum* adeo cultum & uberem, ut ſatis conſtet, uix alium in Germania reperiri, aut natura feraciorem, aut rebus neceſſariis ad hominum uitam inſtructiorem, praeſertim multitudine et bonitate omnis generis *frugum hortenſium*, peponum, melopeponum, glycyrrhizae, dulcis illius & melleae radicis, quam liquiritium vocant et quae in tanta hic creſcit copia, ut ex plauſtris et nauigatione fluminis non in uiciniam tantum, ſed et in exteras nationes euehatur.

Templorum. XVI. In colle meridionali eccleſia St. *Stephani*, in occidentali uero et ſeptentrionali templum *Jacobaeum* et archangeli *Michaelis* extructum eſt. Inter haec interiacet templum canunicorum cathedralium, opus uetuſtum, et quatuor incluſum quadrangulis. Singulis turribus impoſitae ſunt cruces et globi inaurati, magnitudine inſignes. Id templum eſt celebre multis monumentis: extant ibi multorum epiſcoporum, caeſarum et principum *ſepulchra*, quorum inſcriptiones magna ex parte uetuſtate deletae ſunt.

Sepulchra S. Brunonis. XVII. Inter haec in ſepulchreto canonicorum ante aram Mariae Magdalenae ſunt ſepulchra *Brunonis* epiſcopi Auguſtani fratris Henrici imperatoris & *Iſmaelis*, eiusdem ex ſorore nepotis, in quibus iam ne litera quidem apparet. In medio uero templo marmoreum et ferreis cancellis circumdatum eſt monumentum ipſius *Henrici* imperatoris et *Cunigundis* auguſtae coniugis, epiſcopii Babebergenſis fundatorum miraculis inſignium.

Ismaelis.

Henrici S. Cunigundis S.

Parochiae. XIIX. Habet praeterea urbs haec alia adhuc duo templa et auguſta B. Mariae *Virginis* et D. *Martini* parochias. In quibus depicta et in tabulis ſuſpenſa gentilitia inſignia multorum comitum, baronum, equitum, nobilium et patriciorum. Omnes enim illuſtres et nobiles familiae in Franconia ſolitae ſunt memoriam nominis ſui conſeruare eiusmodi tabulis in templis affixis.

Inſignia Franconiae gentilitia.

Vrbis etymon. XIX. In urbis *nomine* uariant ſcriptores. *Ptolemaeus* Grauionarium, *Godefredus* Viterbienſis *montem pauonis*, alii a *cleri* frequentia *Papenbergam* nominant. Diploma ſuper conceſſione totius comitatus et urbis, per Othonem II. imperatorem Henrico Bauariae duci nepoti ſuo facta, locum illum, in quo nunc eccleſia cathedralis eſt, cum adiacentibus collibus et aedificiis *Volefeldum* nominat. Certum tamen eſt et ex probatiſſimis authoribus conſtat, quod *Baba*, Othonis, magni Saxoniae ducis filia, Henrici Aucupis imperatoris ſoror, quae Henrico Franciae duci nupta fuit, urbi nomen indiderit, et quod a *Baba* urbs, ab urbe autem principes et tota regio appellationem acceperit; unde rectius *Babeberga* vel Babenberga ſcribitur. Et hanc etiam etymologiam maioribus praecipue placuiſſe, plerosque literarum opinione claros homines eam ſecutos reperio.

Babae hiſtoria.

Conditores. XX. De urbis *conditoribus* nihil apud hiſtoriographos ſcriptum inuenitur, niſi quod conſtat, eam longe ante Caroli M. tempora extructam fuiſſe et habitatam. Nam cum anno Chriſti ſupra ſeptingenteſimum nonageſimo ſexto Saxones, immortali in Francos odio acti, a Chriſto, quem ante colebant ad gentilitatem deficerent, adſcitis in armorum ſocietatem Weſtphalis, Carolus cum exercitu in Saxoniam tranſiit et, ut rebellandi facilitatem praeciderct, decem millia eorum in Galliae fines traduxit et ad colenda deſerta alios alio diſtribuit. Qui maiori ex parte inde in hac noſtra Francia ad Moenum & Radiantiam fluuios (Regneſum hodie dicimus) conſederunt, regionem ſucciſis nemoribus ad culturam reducere, in certos pagos diſtribuere et nouis habitationibus atque eccleſiis inſtruere coeperunt, et in ſingulis curtem, loci epiſcopo propriam chriſtiana inſtitutione aſſignarunt.

Origo Burgildorum. XXI. Vnde is, cui eiusmodi curtis obtigerat, ut fructus uel cenſum annuum pro ſoli ubertate de ea praeſtaret, parochus, Barguldus et Burgildus promiſcue dicebatur, ut etiam antiqui imperatores eam ipſam gentem in diplomatibus ſuis *Nordalbingos*, *Moinuendos*, *Radenzuenedos*, quaſi Albis, Moeni & Radiantiae fluuiorum accolas appellauere. Quod apud utrasque Albis ripas, ad plagam ſeptentrionalem morati et inde cum uxoribus et liberis ad Moenum & Radiantiam translati certas ibi ſedes poſuerunt.

Inde Babeberg Pfaffenberg. XXII. Praecipuus enim illorum locus Babeberga fuit, quem lingua ſua Papenbergam, vulgo *Pfaffenbergam*, ideo nominarunt, quod frequentior hic quam alibi *cleri* numerus eſſet. Hae enim ratione perſuadeor, aedem S. *Martini* tunc non primum extructam, ſed multis ante annis extitiſſe et, uel ſub S. *Kiliano*, uel paulo poſt illius tempora chriſtianis ſacris dicatam, eo, quod Franci ubicunque rerum potiti, uel noua templa exaedificarunt uel uetera addixerunt *Martini* memoriae, ut quem enixe colerent ac uenerarentur, ſacrarunt,

Vetuſtiſſimam S. Martini templum.

An. Ch. 326. quo exemplo etiam dictam aedem S. Martini titulum accepisse coniicio.

Incolarum ingenium.

XXIII. Genus hominum eiusmodi, in quo adhuc priscos mores & Franconicam integritatem agnoscas. *Nobiles* militaribus disciplinis & venationibus dediti sunt. *Plebeii* vero ex familiis honestioribus nati plerumque studiis literarum & philosophiae dant operam. Reliqui autem *mercatores* sunt aut *frumentarii* agros, vineas et hortos colunt diligentius et uberius. *Rustici* omnes in libertate educati sunt, tota enim haec regio neminem habet seruili conditione natum.

Castrum Altenburg.

XXIV. Extra urbem, ad occidentem, in colle amoeno & uitifero, castrum *Altenburgum* est positum, in quo regia olim fuit Alberti nobilissimi Franciae principis et *Babae* eius genitricis, Henrici Aucupis imperatoris sororis, quae celebre ad posteros nomen Babebergensibus dedit. Id castrum etsi uetustum et magnorum semper regum et principum domicilium fuit, tamen usque adeo historicorum ueterum silentio est in uolutum, ut nec per quem, aut quo tempore conditum sit, apud locupletem ullum scripturem inueniatur.

De illo coniecturae.

XXV. Ego tamen propter situs & loci opportunitatem aut cum castro *Norico* aut sub primorum Francorum in has regiones aduentu, locum legi & condi coeptum esse existimo. Quod *Regnesio* et *Moeno* ad commoditates uicinus, nec expositus nimia propinquitate ad pericula excursionum hostilium. Et hanc nostram opinionem non parum confirmat nominis etymologia, quae per se quoque quantam antiquitatem prae se fert. Arcem enim siue castrum Germani *Burgum* uocant; unde *Altenburgum*, quod uetus arx siue castrum, siue natura infinite de antiquissimis rebus & seculis accipi solet.

Francorum origo.

XXVI. Est autem *Francus* nihil aliud, quam liber & immunis. Quia Franciae populi, seruitutis Romanorum impatientes, ab hisce nunquam ita seuinci passi sunt, ut eorum iugum more aliarum gentium subierint, sed se potius ab intolerandis illorum tributis uindicarint, nomine *Francorum* à libertate, quod *Gregorius Turonensis* sensit, assumpto.

a Troianis.

XXVII. Quae uero horum *origo* et unde ipsi ortum duxerunt, aut quas sedes habuerunt, priusquam in Galliam irruptionem fecerunt? Plerique annalium scriptores opinantur, eos a *Troianis* originem traxisse et, *Ilio* cremato, *Priami* nepotem *Priamum* alterum profugum in *Scythiam* ueniisse, *Sicambriam* in ea constituisse et gentem nouae urbis cognomine appellasse. Inter quos primarius fuisse creditus fuit *Humbaldus* et alii, qui eandem cum eo opinionem secuti sunt authores. *An. Ch. 326.*

Sententia uerior aGermanis.

XXIIX. Rursus alii sunt inter ipsos summae authoritatis atque eruditionis uiri, qui Francos nequaquam a Truianis oriundos, sed *indigenas* suique corporis gentem asserunt et ab antiquissimis seculis, in ipso *Germaniae* limite ad oceanum circa *Rheni* paludes et ostia, natos esse aiunt et nomen eis inde impositum, quod non aliunde ortum traherent. Et hanc ueram esse Francorum originem communi scriptorum consensioni conuenit. Ad quorum stabiliendam fidem non parum etiam facere videtur migratio illa, qua, *Humbaldo* teste, quadringentis ante Christum annis, ab antiquis istis suis patriis ad Rhenum delati, stabilem ibi c regione Agrippinae *Coloniae* sedem fixerunt et Romanorum res diutius luxuriare non passi, Galliam opportune aggressi, armis breui uniuersam subegerunt.

An. Chr. 326.

XXIX. Vnde cum an. Christi 326. inter *Sueuiae* et *Thuringiae* populos, bellum grauissimum exarsisset, *Thuringus* uiribus suis diffidens *Clodomirum* Francorum ducem, in Sueuorum perniciem multis precibus et pollicitationibus inde euocauit. Qui, agri et praedae magnitudine ostentata, haud se ei defuturum pollicitus est et statim totius belli summam et rei, pro iudicio suo administrandae, arbitrium *Genebaldo* fratri commisit. Qui, delectu Francorum habito, ultra triginta eorum millia *Thuringo* in auxilium adduxit et reconciliatis dissidentium animis, agrum qui ad *Moeni* fluminis ripas, inter Sueuos & Thuringos medius interiacet, in laboris praemium obtinuit.

Clodomirus Francorum dux.

Aduentus Francorum ad Moenum.

XXX. Ab eo tempore Francorum sedes ad Moenum fuit, quae nunc hodie etiam *Francia orientalis* appellatur. Dum autem militaris Francorum copia ibi per tempus aliquod fuit et, de constituendis sedibus, uaria secum consilia uolutauit, regio in formulam ducatus redacta et *Genebaldus* dux eius institutus. Hinc *ducatus Franciae orientalis* nomen inclaruit. Atque hic primus fuit, qui perpetuam in his ditionem, dux institutus, adeptus sit.

Francia orientalis in ducatus formam redigitur.

Dux I. Genebaldus.

XXXI. Eo *anno 356.* uita functo, *Dagobertus* ducatum, uirtute patris inchoatum & ampliatum, regendum accepit. Cuius posteritatem horum deinceps posteri per *quadringentos uigintisex* integros annos, usque ad *Burcardum episcopum Wirceburgensem*, continuarunt et regiae *Merouingorum* in Gallia stirpi initium praebuerunt.

Dux II. Dagobertus an. Chr. 356.

XXXII. Quare rectissime facturum me arbitror, si priscorum Franciae ducum nomina, res eorum gestas, atque illustres in subigenda Gallia progressus ordine

An. Ch. 356. ordine bene perſequerer et in hos annales includerem.

Dux III. Clodio anno 377. XXXIII. Anno 377. *Dagobertum* excepit *Clodio*, filius, uir rei militaris peritus et in praeliis aduerſus Romanos ſemper inuictus.

Dux IV. Marcomirus anno 398. XXXIV. Quo *anno 398.* ex rebus humanis erepto, ad *Marcomirum*, filium, totius Franciae cura deuoluta. Hic late per ea florens tempora a finibus *Bauariae* atque *Bohemiae* ad Rheni ripas usque ditionem ſuam extendit.

XXXV. Obiit anno 402. tribus filiis relictis heredibus, *Pharamundo*, *Marcomiro*, *& Sunone*. Maximus natu *Pharamundus* patri in ducatu ſubrogatus eſt, quem cum annis 15. fidiſſime gubernaſſet, *anno 419.* in urbe *Wirceburgo*, concordibus omnium ſententiis, primus Francorum rex declaratus fuit & in ducatu ſucceſſorem *Marcomirum* fratrem habuit.

Dux V. Pharamundus, ao. 402. et rex primus Francorum an 419.

Dux VI Marcomirus.

XXXVI. Eius multae et magnae enituere uirtutes et dextra laude bellica et captae *Treuirorum* urbis direptione inſignis. Itaque regnum ordinare ingreſſus, nouis illud inſtitutis formauit et leges, a *Salagaſto* et aliis legislatoribus compoſitas, Francis ſuis edixit. Eas leges *Salicas* nuncupatas et Germanica lingua ſcriptas fuiſſe ex priſcis annalibus patet. Vnde falluntur, qui ullas Francos ante *Clodouaeum* regem leges habuiſſe negant. Diem obiit anno regni ſui nono et *Francobergae* in poſteriori caſtro ad tumulum paternum ſepultus perhibetur, cum frater eius *Marcomirus* quinquennio ante nempe 424. e uiuis exceſſiſſet, *Priamo* filio duce inſtituto.

Leges Francorum Salicae.

Dux VII. Priamus anno 423.

Dux VIII. Genebaldus anno 435. XXXVII. Quem *anno* inde 435. *Genebaldus* ſubſecutus, infeſtos ab initio habuit Allemannos, quos tamen armis deuicit et Rhenanas prouincias crebris populationibus miſere afflixit. Qua de re per *Aetium*, *Valentiniani* imperatoris ducem, agris et oppidis per ſubitam impreſſionem occupatis, cedere et rurſus trans Rhenum ſe conferre coactus fuit.

XXXIIX. Per eos dies *Merouaeus* rex Clodionis patris in regno ſucceſſor Rhenum ſine ullo certamine traiecit et, poſitis ad *Axonam* amnem domiciliis, Romanos Galliae poſſeſſione exuit. Ab eo inde Francorum reges, qui abhinc in Gallia dominati ſunt *Merouingorum* tulere nomen.

Dux IX. Sunno anno 455. Sonnenberg Suntheim. XXXIX. Anno 455. *Genebaldo* mortuo ſucceſſit *Suno* caſtri *Sunobergenſis* in ditione *Coburgenſi* et *Sunthemiae* ad Moenum arcis conditor.

Childrico Egidius ſuffi-citur. XL. Eo tempore *Childericus* rex *Merouei* filius propter libidinem regno pulſus et *Egidius* Romanus, militum magiſter, eius loco regnare iuſſus, cum *Siagrio* Lugdunenſem Galliam diu contra Francos defendit. At Childericus octauo anno poſt a Francis ſuis, *Egidium* iam peroſis, ab exilio reuocatus, Allemannos, bello uictos, ſibi ſubegit et Romanis *Coloniam*, *Moguntiam*, *Spiram*, *Wormatiam*, *Argentoratum* et omnem denique regionem ad Rhenum, a *Conſtantia* ad mare usque et *Legarim* fluuium ademit. Ea ratione non longe poſt *Siagrium*, capite plexum, expulſi et ceſſi imperium in Galliis habere deſiere Romani, poſtquam ante 537. circiter annos a Iulio Caeſare in prouinciam redactae fuerant. Obiit Suno anno 478. *Clodomiro* filio ſucceſſore deſtinato, qui, cum ad tantam rerum molem ſuſtinendam minus eſſet idoneus, *Clodoueus* Francorum rex *Clodium* fratrem ſuum in eius locum ſubſtituit. Sed quod *anno 494.* interuenandum, ab apro forte percuſſus exiguo dierum ſpatio uitam finiret, Franciae ducatus ad heredem legitimum relapſus eſt.

Childericus reuocatur.

Dux X. Clodouicus 478.

XLI. Interhaec, cum Alemanni, aſſumptis in belli ſocietatem *Bauaris*, Rhaetiae et Italiae populationibus minus obſaturati, Francorum quoque poſſeſſiones inuaſiſſent, CLODOVEVS rex cum lectiſſimo militum robore, trans Rhenum obuiam proceſſit et, regibus eorum caeſis, ipſam etiam gentem difficili et diu ancipite pugna uicit, cum, rebus ſuis iam inclinatis, aciem illuſtri edito uoto reſtituiſſet. Scilicet Chriſto, quem *Chrothildis* uxor coleret, uictor nomen clare pollicitus, Chriſti praeſentem opem expertus eſt et celebrem ab Alemannis uictoriam conſecutus, eorum reliquias *ſtipendiarios* effecit.

Clodouaei conuerſio ad ſacra Chriſti.

XLII. Porro, anno Chriſti 515. *Clodomiro* mortuo, *Hugobaldus* ducatum uiginti annis tenuit et primus e Franciae ducibus fuit, qui chriſtianis ſacris initiatus, Chriſtum coluit. Quem *anno 541.* Fuita functum excepit *Helenus*, regni et paternae pietatis heres.

Dux XI. Hugobaldus anno 515. Chriſti ſacris initiatus.

Dux XII. Helenus. anno 571.

XLIII. Helenum *Godefridus* anno 571. ſubſecutus eſt, cui anno 595. ſucceſſit *Genebaldus*. Hunc anno 615. *Clodomirus*; Clodomirum anno 638. *Herebertus*, ex fratre nepos, excepit. Cuius regimen, quod inter authores ſatis conſtat, laudatis principibus conferendum. Cum interim *maiordomus*, qui palatiis, ſiue *aulae* regiae praefectus erat, propter regum *Merouingorum*, luxui ſe totos mancipantium, indolem et gloriam exoletam, hoc ipſo anno, nempe *666.* primum ad regni gubernationem adhiberi coepiſſet.

Dux XIII. Genebaldus anno 595.

Dux XIV. Clodomirus anno 615.

Dux XV. Herebertus anno 638.

XLIV. Altero adhuc anno *Herebertus* dux obiit et *Clodoueum*, nepotem ex *fratre*, ſucceſſorem reliquit; cui anno Chriſti 680. *Gosbertus* heres fuit Sub quo

Dux XVI. Clodoueus ao. 668.

Dux XVII. Gosbertus an. 680.

An. Ch. 680. quo *Kilianus*, natione Scotus, Christum A in ea episcopum instituit. Quem post *An. Ch. 740.*
professus, longe dissitas regiones, patriis relictis sedibus, adiuit, ut pietatem, qua ipse imbutus, alios doceret. Qua occasione, iussu *Cimonis* pontificis, eum sub annum Christi 688. cum *Colemanno* et *Diethmanno* diacono, sociis, in *Franciam orientalem* et *Wirceburgum* uenisse refert *Frisaeus*, quem in hac historia sequimur. Vbi cum de religione sermonem ferenti fidem multi adhiberent, ipsum etiam ducem, *Gosbertum*, amore christiani nominis adactum, ut hominis hospitis accommodatis ad pietatem concionibus permotus, Venere ualere iussa, *Geilenam*, fratris coniugem, quam, gentilium more, pellicem secum in deliciis habebat, se abdicaturum in se reciperet. Qua de re *Geilena*, acerbum in C *Kilianum* et *socios* odium gerere et uitae eorum apertas instruere insidias coepit, eo usque, ut die quodam, duce *Gosberto* peregre profecto, eos de nocte rebus diuinis operantes, per sicarios opprimi et capite obtruncari iusserit. De horum uita martyrio et in apotheosin relatione, qui plura scire cupit ex patribus annalibus petere et legere poterit. D

Aduentus S. Kiliani cum sociis in Franconiam, anno 688.

Dux XVIII. Gosbertus filius anno 705.

XLV. Post *Gosbertum*, anno *705.* a propriis satellitibus consossum, *Gosbertus*, filius, ducatum suscepit. Eius interitum anno 720. *Hetani*, filii, uiginti annorum imperium consecutum est.

Dux XIX. Hetanus filius anno 720.

Dux XX. Carolus Pipini f. anno 740.

Quo *anno 740.* sine prole uirili decedente, *Pipinus*, *maiordomus*, ducatum *Carolo*, filio, concessit, cui annis decem praefuit.

XLVI. Caeterum cum iam pridem in Gallia posteri *Merouei*, ut paulo ante attigimus, rempublicam incredibili inertia et socordia prope pessundedissent, nec *Chilpericus*, rex, ullam partem curae regiae sibi deposceret, regnum in hunc modum est constitutum. Regium nomen penes regem, potestas uero et dominandi uis in eum, qui *maiordomus* F dicebatur, uniuersa erat collata. Quod indignum esse *Pipinus* existimans, anno 750. *Burchardum* et *Wolradum*, sacellanum suum, Romam ad *Zachariam* pontificem misit et eius consilium ea de re expetiuit. Cui cum pontifex respondisset, melius esse, ut ille rex diceretur, qui regni curam haberet, quam qui, otio languens, nihil ad utilitatem G gnum suum auspicatus est, quod ita constituit, ut bonam partem *orientis* et *occidentis* comprehenderit.

Forma regni Gallici.

Pipinus rex creatur.

L. Ea occasione *Francia*, in duas partes diuisa, duo regna accepit; unum Francorum ad orientem, alterum Francorum ad occidentem. Vnde illa *Franciae orientalis*, haec *Franciae occidentalis* nomen inuenit.

Initia episcopatus Wirceburg.

Burchardus episcopus.

Erigitur episcop. Wirceburg.

Pipinus moritur.

Carolus rex.

Franciae regnum diuiditur in

biennium Romae a *Stephano* pontifice consecratum, *Carolus*, rex, iurium amplitudine et praediorum numeris eumulatissime instruxit. Nam eum *Burchardo* et *Wirceburgensi* ecclesiae *Franciae orientalis* ducatum in perpetuum possidendum concessisse dicitur: etsi, in tanta veterum templorum conflagratione, nullae in promptu sunt tabulae; tamen *Frisaeus* Francicae historiae conditor et, qui eum sequitur, *Munsterus*, in *Cosmographia*, locupletes erunt testes, *Carolum* appellatione ducatus nihil aliud intellexisse, quam ducalem ciuitatem Wirceburgensem et cetera oppida, castra, praedia, iura, homines et libertates, quas *Hetanus* ultimus Francorum dux possederat et per eius obitum uacare coeperant, non autem uniuersam Franciam. Cum eo ipso tempore et multorum post annorum spacio, plures adhuc duces, principes et comites e Francorum ducum stirpe prognati in Francia fuerint, quos *Rotenburgi* ad Tubarim, *Combergae*, *Schweinfordiae*, *Babebergae*, *Wormatiae*, *Limburgi*, in *Hassia* item et *Veterauia*, sedes habuisse, historici prodiderunt. E quibus *Friderici*, *Eberhardi*, *Hermanni*, *Henrici*, et plures alii eximiae indolis, atque uirtutis laude praestantes, heroes orti et ex eis non pauci ad imperii et prouinciarum aliarum gubernacula tractanda desumpti sunt.

Quomodo Ducatus S. Burchardo fuerit traditus.

XLVII. Eo anno *Burchardus* episcopus Roma domum, uoti compos, reuersus et per *Bonifacium* archiepiscopum inuestitus, eo praesente et terminante *Wirceburgensis* ecclesiae dioecesin a *Moguntina*, ad cuius prouinciam ecclesiasticam pertinebat, discriminatam, accepit et, extructis passim ecclesiis, sanctissimum et eruditissimum quemque doctorem, ad inducendum Francis euangelium, in eis instituit.

XLVIII. Anno inde 768. *Pipinus* rex, graui morbo correptus est; quem, cum indies magis saeuientem, diutius ferre non posset, IX. Calend. Octobr. e uita decessit.

XLIX. *Eo*, apud S. Dionysium sepulto et Carolomanno, fratre, mortuo, *Carolus* Magni cognomine decoratus, regnum suum auspicatus est, quod ita constituit, ut bonam partem *orientis* et *occidentis* comprehenderit.

L. Ea occasione *Francia*, in duas partes diuisa, duo regna accepit; unum Francorum ad orientem, alterum Francorum ad occidentem. Vnde illa *Franciae orientalis*, haec *Franciae occidentalis* nomen inuenit.

Orientalis.

LI. Caeterum *Francia orientalis* complexa fuit *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Frisiam*,

An.Ch. 772. *am, Bauariam, Pannoniam, Bohemiam, Lotharingiam.*

Occidentalem. LII. Francia uero *occidentalis, Galliam, Belgicam, Celticam, Lugdunenſem, Italiam, Hiſpaniam* et regna reliqua, cum omnibus ad ea pertinentibus.

Bellum Saxonicum diuturnum, anno 772. LIII. Inter bella uero, quae *Carolus* geſſit, longiſſimum et difficillimum fuit Saxonicum, quod *anno Chriſti* 772. coepiſſe uidetur et in *annum* 808. protractum fuit. Etſi enim ſtatim ſub regni initium uariae eum plurimorum bellorum procellae exciperent et cum *Aquitanis, Normannis, Britannis, Danis, Bauaris, Pannoniis, Hiſpanis* et multis aliis populis armis decertandum illi eſſet; tamen nullus horum omnium plus ci faceſſit negotii, quam *Saxones*, qui ſe omnia per eius abſentiam poſſe rati, crebras in finitimas Francorum prouincias excurſiones fecerunt et, rupto foedere, ad priſtinum furorem redierunt.

Saxones uicti a Carolo M. LIV. Ea occaſio *Saxones*, perpetuos Franciae hoſtes, inuadendi et repetendi fuit, quns in propriis ſedibus aggreſſus *Carolus*, uaſtatis agris, uicit et eo demum adegit, ut, ad quod prius nec ferro nec armis adduci poterant, id iam, lenitate eius et manſuetudine experta, ſua ſponte facerent et ſe ipſi dederent, *Witichindo* praeſertim, duce eorum primario, in regis fidem ſe tradente. Qui cum depoſito cum armis gentilitatis errore, ad *Chriſto nomen dant.* chriſtianam religionem accederet Saxoniae ducatum retinuit. Ab hoc Witichindo propagati ſunt Henrici duo, auceps et ſanctus, Ottones tres.

Nobilitatis Franconicae ortus. LV. Et hic finis quidem belli Saxonici in Germania fuit, anno, poſtquam inchoatum fuerat, ſecundo et triceſimo. Itaque Carolus, debellatis tot hoſtibus et pacis tabulis ſacramento ſancitis, militiae uacatione imperitum iis exercitum, e Francis utplurimum conſtantem, (unde etiam Francica nobilitas propagata dicitur) nouis cum honorum inſignibus affecit et, ad ſobrietatis et frugalitatis ſtudium cohortatum, hac ratione dimiſiſſe fertur: *ite*, inquiens, *milites mei, uos heroes uocabiuiui, ſocii regum, iudices criminum. Viuite poſthac laboris expertes, conſulite regibus publico nomine, fauete foeminis, iuuate pupillos, conſilio circumdate principes, ab his uictum, ueſtitum, ſtipendium petite: ſi quis negauerit, ingloriis infamisque eſto: ſi quis iniuriam uobis intulerit, reum ſe maieſtatis agnoſcat. Vos autem cauete, ne tantum decus, tantumque priuilegium, iuſto bellorum labore partum, aut ebrietatis, aut ſcurrilitatis, aut alio quouis uitio, maculetis, ne, quod largimur uobis ad gloriam, redundet ad poenam, quam de uobis ſumendam, ſi forſan exceſſeritis, nobis et noſtris ſucceſſoribus, Romanorum regibus,* A *perpetuo reſeruamus.* Ex quibus apparet, maiores noſtros non ideo militiae ſe addixiſſe, ut, cum dedecore aut miſerorum ſubditorum iactura et incommodo, diuitias et opes accumularent, ſed *uirtus.* per ea ad gloriam, dignitatem et honorem euecti, nominis memoriam immortalitati conſecrarent. Id uero quam ſit hodie ab hoc Caroli priuilegio et prima B illa ingenuitate et auitae uirtutis gloria alienum, cenſurae et iudicia aliorum ſunt in medio, iudicare noſtri inſtituti non eſt.

Caroli M. ſedes frequentior. LVI. Libet hic quoque referre, Carolum (quod in Francorum hiſtoriis reticetur) ſaepius et quidem non illibenter in noſtra Francia agere ſolitum: aut uallium pulchritudine, aut certe manualis rei adminiſtrandae opportunitate, C inductum. Erat locus inter Salam et Moenum ſitus, qui *Salza* dicebatur, eius *eius palatium.* amoenitate Carolus iam pridem mirifice captus, ibi *palatium* conſtruxit et Wormatiae naui conſcenſa, per Rhenum, Moenum et Salam eo transuectus, in proximo ſaltu, a Sala nomen habente, uenatione ſe oblectauit et eodem rurſus itinere Wormatiam regreſſus eſt. Hic, D defuncta Hildegarde uxore, legatos Conſtantinopolim ad Irenem auguſtam, *Carolus amabit Irenem.* cuius nuptias auide expetebat, ablegauit et Nicephori graecorum imperatoris legatos, de feriendo foedere ad ſe miſſos, audiuit. Ibi quoque multa regnis ſalutaria ſtatuit ac imprimis *Hal-* *Epiſcopatus Halberſtadienſis confirmatur.* *berſtadienſem* epiſcopatum, finibus ſuis circumſcriptum atque eximiis priuiE legiis honeſtatum, confirmauit. A *Sala* *Terra Salica unde dicta.* fluuio Francia orientalis Salica et ipſi Franci *Salii* appellati ſunt. At *Lex Salica* non ab hoc, ut nec ab altero Saliae fluuio, qui Thuringos a Sorabis diuidit, ſed a germanica dictione *Sala*, quod *Salica lex unde.* latinis *palatium* eſt, ſiue aula, appellationem accepit. In illo autem loco, ubi Carolus caſtra ſua et palatium ha- *Neuſtadium conditum.* buit, oppidum, quod, ad aliorum differentiam, *Neuſtadium* ad Salam dicitur, proceſſu temporis condi coeptum eſt. Nec mirum cuique uideri debet, Carolum exigui huius amnis nauigatione tantopere delectatum: cum a Danubio etiam, per Almonum, ad magnum illud foſſatum, inde per Rednicium et Moenum Wirceburgum deuectus, ibi ad S. G Kilianum natalem domini, Francofordiae uero paſcha celebrauit, ac frequens epiſcoporum concilium aduocauit, quorum authoritate Feliciana haereſis damnata fuit.

priuilegio,

Caroli obitus. LVII. Obiit Carolus, ſaeuo lateris, dolore correptus, *anno* 814. V. Calend. Februar. *indictione VII. aetatis LXXII.* quo tempore LVDOVICVS filius, a cle- *Ludouicus P. inauguratur.* mentiae et pietatis laude *pii* cognomen adeptus, *Aquis grani* rex demum creatus et

Digitized by Google

An. Ch. 850. et confirmatus, filium augusti dignitate auctum imperii sibi consortem allegit et *regna diuidit.* regem eum Franciae, Pipinum uero Aquitaniae et Ludouicum Bauariae declarauit. Neque vero diuturna fuit illa diuisio, et inter fratres concordia. Siquidem, Ludouico XII. Calend. Iul. anno 840. rebus humanis exemto, LOTHARIVS diuisionis fidem primus labefactauit et fratrum in se arma concitauit. Quos tam diu hostes expertus est, donec noua regnorum partitione facta, sorte quisque sua contentus pacem coleret. Itaque Lotharius hereditarium filiorum dissidium ueritus, regna inter eos diuisit, et ipse *an. 853.* cura reipubl. abdicata, in Prumiensi Coenobio monachum induxit, atque *III. Calend. Octobr.* ex hac luce subtractus, LVDOVICVM filium in regni consortium prius ascitum, successorem habuit. Quem anno 874. uita functum patruus eius CAROLVS CALVVS, Carolum uero anno 878. subsecutus est LVDOVICVS: qui cum esset ualetudine imbelliciore, imperii titulo ultra biennium usus non est, moritur *an. 880.* idib. *Aprill.* Quo apud *Oetingas* in Bauaria sepulto, imperium in CAROLVM CRASSVM translatum: quod ei tamen propter ualitudinem desperatam et quod Germaniae proceribus in odium et contemtum uenerat, *anno 887.* abrogatum et Arnolphus in eius locum suffectus est. Quorum omnium illustria et memorabilia, moderationis et iustitiae monumenta, subactae regiones et bella fortiter gesta, cum ab aliis alibi explicata sint; earum narratione sic in medio relicta, ad instituti operis prosecutionem e diuerticulo reuertamur.

et obit.
eius filiorum bellantes stima.
Lotharius regnos se abdicat.
Ludouicus II. imp.
An. Ch. 874.
Carolus Caluus.
Ludouicus Balbus.
Carolus Crassus.
Arnolphus an. 887.

ANNALIVM BAMBERGENSIVM LIBER I.

I. ARnolphi imperatoris temporibus ecclesiam Wirceburgensem regebat *Rudolphus* Franciae et Thuringiae comes, uir arrogans et elarus. Qui cum nihil non temere et iniurioſe ageret, siue magnitudine patrimoniorum et nobilitate generis inflarus, siue aliquò sensuum defectu (cum, ut Rhegino scribit, stultissimus esset) inductus, bellum in animo coquere et aduersus Adelbertum et Fratres eius Adelhardum et Henricum conspirare coepit. Adelbertus ut tutam ab incursionibus prouinciam teneret, ac hostibus eam inuaderè cupientibus moram iniiceret, castellum *Thariſſae* et alia loca muniri et idonea in eis collocari praesidia iubet; unde capitales inter ipsos magis exarserunt inimicitiae. Cum igitur hunc Francia orientalis statum obtineret, Arnolphus imperator pediculari morbo confectus, e uita decedit *III. Cal. Decembr.* et Oetingae in Bauaria iuxta patrem sepultus est.

II. Huius nece audita, Germaniae proceres et optimates, anno a N. C. 900. Forchemii, in regia uilla, frequentes conueniunt et *Ludouicum*, filium eius septennem, regem Romanor. designant et coronatum ac regiis uestibus exornatum, regali in solio collocant. Qui cum propter aetatem nondum esset ad res gerendas idoneus, intestina dissidia, quae post ingentia malorum concitarunt incendia, in imperio coorta sunt.

III. In Italiae regno, rursus in duas partes diuiso, *Ludouicus* Bosonis filius, nepos Ludouici II. ab *Alberto*, Tusciae marchione, ad repetendam Italiam actus, magna principum ac populorum gratulatione rex salutatur aduersus *Berengarium*.

IV. Per *Germaniam* proceres mutuis se caedibus et uulneribus conficiunt. In *Lotharingia* ciuitates inteſtinis discordiis atque odiis inexplicabilibus saeuiunt. Caeterum dum haec geruntur, *Hungari*, cognito regem iuuenem bellis periculosissimis implicitum, oblata occasione sibi utendum rati, sequenti anno 901. Morauorum gentem, quam Arnolphus biennio ante eorum ope subegerat, adierunt et passim populari ac agros uastare atque oppida coeperunt. Inde Bauarorum, Sueuorum, Francorum et Saxonum fines ingressi, plusquam barbarica immanitate eos non minus dilacerant.

V. Proximo anno orta inter Babebergenses & Wirceburgenses discordia in graue bellum erumpit. Quippe Adelbertus, Adelhardus et Heinricus fratres, assumptis Franciae iuuentutis expeditissimis, aduersus Rudolphum episcopum in aciem procedunt. Nec segniores Eberhardus et Gebhardus fratres, Cattorum reguli, ex Francica itidem stirpe prognati, pro defensione fratris episcopi, contra Bambergenses cognatas copias educunt, eosdemque praelio superant, percunto quidem Heinrico captoque Adelberto, qui deinde iussu Gebhardi capite truncatus est. Eberhardus multis uulneribus semianimis inuentus et domum a suis reportatus, non ita multo post obiit.

VI. Po-

Rudolphus episcopus Herbipol.
bellum infert Adelberto, comiti Babebergenſi.
qui ideo munit arcem Thariſſam a nobis Sonderhauſen.
Ludouicus infans Forchemii patri substituitur. an. 900.
Italia in partes scissa.
Germaniae status triſtis.
Hungarorum irruptio. an. 901.
Diſſidium inter Bamberg. et Wirceburg. an. 902.

An. Ch. 903. 903. *Recrudeſcit bellum.*

VI. Poſtero anno Adelbertus, caede fratrum amiſſorum irritatior factus, de bello redintegrando ſolicitus, copias inſtaurat et, cum his Wirceburgenſium agrum ingreſſus, Rudolphum epiſcopum ditione pellit, urbem eius, praedia et poſſeſſiones diripit, incendit et Eberhardi filios, una cum matre, ultra Speſſarticam ſyluam ablegat. Quibus rebus uehementer exaſperatus Ludouicus, conuentum epiſcoporum et principum Forchemium indicit atque ei ipſe, excelſo praeſidens in tribunali, Adelbertum, communi procerum ſententia, oppidis et caſtellis exuit et cladem Wirceburgenſis eccleſiae, ab Adelberto acceptam, *Frickenhuſano* et *Broſethemenſi* uicis atque aliis muneribus reſarcit. Ibi aliae quoque eccleſiae magnificis poſſeſſionibus cumulatae; epiſcopi atque abbates eximiis priuilegiis honeſtati ſunt. Extant uerba, quibus ipſe inſignis D. Emerani coenobio, Ratisbonae dominationis, tabulas obtulit. *Offert Ludouicus, Dei gratia rex, Tutoni epiſcopo ſuo dilecto, &c.* Datum anno domini D. CCCC. III. indict. V. anno uero Ludouici, piiſſimi regis, IV. Actum Forcheim curte regia.

Comitia Forchemenſia.

Adelbertus bannitus.

Eccleſiarum augmenta.

904. *Ludouicus regno Italico exutus.*

VII. Per menſem inde Maium anni inſequentis, cometa clariſſimus fulſit, quem inſignis eſt ſubſecuta in Italia regni mutatio, in qua *Ludouicus* rex, Boſonis filius, a Berengario, occulte e Bauaria in Italiam reuerſo et Veronam, corruptis urbis coſtodibus, clam ingreſſo, menſe Auguſto captus et luminibus orbatus, regno ſe abdicare coactus eſt.

905. *Conradi et Adelberti diſſidia.*

VIII. Proximo anno *Conradus*, Friſlariae Haſſiacae praeſes, Rudolphi epiſcopi frater, ut mature resnouas in Francia molienti Adelberto occurrere poſſet, mediocrem in Veterauia exercitum comparat et Gebhardum fratrem, donec ſuas etiam copias, apud Cattos ulteriores conſcriptas, iungeret, exſpectat. Adelbertus, ubi hoſtem male erga ſe animatum et exercitum eius in tres diuiſum turmas, fama ipſa adferente, comperit, ſine ulla cunctatione Babeberga, cum equitatu expeditiſſimo, mouet et Haſſiae fines ingreſſus, manus cum eo conſerere inſtituit. Ad primum eius conſpectum, cum priores duae Gebhardi turmae, una peditum, altera Saxonum, in fugam uerſae, nec clamore eos Conradus reuocare, nec in officio retinere poſſet, incautus ab Adelberto praeuentus, in primo ſtatim impetu conflictus cadit, et Vilnaburgi in Cattorum finibus ſepelitur. Hac clade data elatus Adelbertus, hoſtem longius inſecutus, aut in ſyluas ſe recipere, aut foede conciſum, uictoriam ſibi relinquere compulit atque deuaſtata, per tres continuos dies, eius regione, aedibus, incendio, rapinis, cum ſociis et praeda ingenti, Babebergam reuerſus eſt.

cadit Conradus.

Adelbertus uictor graſſatur.

An. Ch. 905.

906. *Babeberga ampliata*

IX. Parta hac uictoria, ſequenti anno nihil rei bellicae adminiſtratum. Itaque Adelbertus, conſilio de amplianda urbe explicito, antiquum eius ambitum dilatat, muros ad aliquam altitudinem excitat et praeſentia ſua et cohabitatione, non aedificiorum modo et ciuium numero, ſed opibus et obtentis nuper a ſe ſpoliis, mirum in modum auget. Et quo amplior urbis eſſet honor, nec ipſe aliquid ad egregium eius decus omiſiſſe uideri poſſet, inſignibus auitis urbis *mignia auget*, armato homini caeruleo, in campo aureo, addens *clypeum candidum* et in eo *aquilam caeruleam*, alis expanſam et in altum uolantem, quam ipſe etiam in clypeo aureo pro inſignibus gerebat. Proximo anno Ludouicus rex, celebre totius imperii concilium, *Tributias* cogit et *Adelbertum*, ob rebellionis et laeſae maieſtatis crimen, in iudicium, ad dicendam cauſam, uocat; et cum non compareret, bellum eidem indicit, et *Thariſſam* ad Moenum, primarium eius caſtrum, obſidet. Ea uero obſidione in annum ſequentem 908. ſe protrahente, cum rex uiribus ſuis parum proficere, nec caſtrum capere oppugnatione poſſet: Hattonem, archiepiſcopum Moguntinum, in conſilium uocat. Qui, ut erat uerſati ingenii homo, *deſine*, ait, *animum affligere inanibus curis, ego ad te, Albertus in caſtra ut ueniat, artibus meis efficiam; tu, ne rurſus inde cuadat, curato.* Nec mora ad eum in caſtrum Altenburgum conſcendit, cauſam itineris ſui exponit atque omnia, quae ad conciliandam cum rege concordiam pertinebant, diſſerit eidemque, ut ſecum ad regis colloquium deſcenderet, ſe eum uel in gratiam repoſiturum, uel incolumem reſtituturum, ſub iurisiurandi religione promittit. Fidem habet epiſcopo princeps et, ut prius ſecum prandet, amanter orat. Eo uero prandium abnuente, quod cauſam longioris morae praetenderet, mox inde, conſcenſis equis, iter ingreſſi ſunt. Iam proximi erant loco, qui dicitur *Teürſtadt*, iam ſuburbio Bambebergenſi, ut *Otto Triſingenſis* ſcriptum reliquit, uel uico *Trunſtadt*, ut habent Annales Wirceburgenſes, (quod et ueriſimilius eſt, et facilis error propter cognationem appellationum *Teuerſtat* et *Trunſtat*,) cum de longitudine itineris conqueri et, quod prandium prius oblatum reſpuiſſet, ſemetipſum incuſare, incipit epiſcopus: tum Albertus doli ignarus, denuo coepit rogare, ut reuerſus in arcem cibum caperet. Quod cum utrique placuiſſet, in arcem reductus ab epiſcopo Abalbertus, laute eum et benigne tractat et, nulla deinde data

Babeberga ampliata

et inſignibus auctia.

904.

Adelbertus citatur ad comitia Tribuenſia,

bello uexatur,

et ab Hattone circumuentus

ad imperatorem deſertur.

An. Ch. 904. uel accepta ab epiſcopo fide, ad regem in caſtra uenit. Quem ut ipſe uidit, continuo in uincula coniici et, proceribus fuis ad concilium accerſitis, accuſationem eius peragi iubet. Itaque criminum, quae in faciem obiiciebantur, multitudine obrutus, cum multum ſe purgaret et fidem epiſcopi, ob reditum in arcem iuramento ſe abſolutum praetendentis, fruſtra imploraret, omnium conſenſu damnatus, capitali ſupplicio affectus *V. idus decembr.* et in templo arcis *Thariſienſis* ſepultus iacet. Cum paulo ante, nempe *3. Non. Auguſti*, Rudolphus Wirceburg. epiſcopus I. cum ſumma ſubditorum omnium gratulatione, ex rebus humanis ereptus atque ei OEDO, monachus coenobii Neoſtadienſis ad Moenum, ſuffectus eſſet. Oppida Adelberti, caſtella et praedia, inter quae etiam *Norimberga* fuiſſe creditur, ſucceſſionis iure, partim ad maiores eius, Saxoniae duces, partim ad imperium, deuoluta ſunt, id quod ex diplomate, inferius huic hiſtoriae in texto, conuinci poteſt. Haec de Hattonis in Adelbertum principem a nobis relata perfidia, his etiam uerbis *Otho Friſingenſis* in Chronico ſuo attingit. *Iudicent*, inquit, *de hoc ſacerdotis facto alii, quod uelint, et tanquam pro regni utilitate commiſſum tueantur; ego nullius emolumenti gratia, non ſolum quemlibet chriſtianum fraude circumuenire, ſed etiam in cauſa capitali loqui non debuiſſe, arbitror epiſcopum.* Pluribus *Luitprandus* in *lib. 2.* per Europam geſtorum et *Witichindus* monachus in eo libro, quem de rebus Saxonicis ſcripſit.

a quo, conſenſu procerum, capite plectitur. *Dodo epiſc. Wirceburg.* *Norimberga dicioni Babebergenſi eximitur.* *Hattonis perfidia ab Ottone Friſ. facta.*

IX. Caeterum *Adelbertus* uir magni animi et uirtutis eximiae fuit atque, inter omnes *Franciae* proceres, hoc uno nomine memorabilis, quod ex arce ſua *Thariſienſi* coenobium eiusdem nominis condidiſſe fertur. Alii eum, poſt ſumtum ſupplicium, in Moeni fluenta proiectum et paulo poſt in memoriam eius, ex aquis, hilari et quidem ea mente, extracti, *is ipſe eſt*, (noſtra uernacula lingua, der iſt es,) coenobium ibi conſtructum et nomen *ab euentu* obtigiſſe, affirmant. Diploma uero a S. Henrico inſcriptum ad annum 1010. anno regni ſui octauo, aperte declarat, eodem tempore nullum adhuc ibi fuiſſe monaſterium, quae recicenda eſſe, fidelis ſcriptoris, officio ſeruientis, in re dubia non putauimus, fide apud lectores relicta, Poſtero anno *Hungari*, noua praedandi cupiditate incenſi, nouis denuo populationibus, in *Bauariam* et finitimas regiones, incurrunt easque rapinis et incendiis ita peruaſtant, ut populi formidine conſternati, domibus et agris relictis, ad montes, firme et loca ſitus difficultate munita, confugerent. Itaque *Ludouicus*

Adelbertus coenobium Thariſienſe condit. *Huius appellatio unde?* *909. Hungari denuo depopulantur Bauariam.* *Quibus obui-*

An. Ch. 909. Arex, ut opportunum auxilium laboranti patriae adferret, ingentes copias contraxit et, ſequenti anno, aduerſus hoſtem in aciem progreſſus, iuſto cum eo confligere praelio inſtituit. Sed uictus in fugam coniectus, florentiſſimam partem nobilitatis Germaniae perdidit. In eo praelio, praeter alios praeſtantes duces, deſideratus eſt *Gebhardus*, Franciae comes, relictis *Ottone* et *Hermanno* filiis impuberibus, qui poſtea, inter caeteros Franciae principes, nobilitatis et uirtutis opinione claruerunt. *Hungari*, ſublatis fauſto belli ſucceſſu animis, in Germanorum caſtra licentius inſultare, minus impune iactare, caedibus, incendio et direptionibus omnia uaſtare, nec niſi ingenti pecuniae magnitudine a Ludouico accepta, finibus excedere uoluerunt.

An. Ch. 909. eam it Ludou. imp. 910. ſed uincitur. *Gebhardus com. Franc. in praelio cadit.* *Hungarorum immanitas.* *Germania Hungaris tributaria.*

X. Quae res cum autoritatem eius non parum diminueret et triſte illud Adelberti principis ſpectaculum, multorum iam dudum animos ab illo auerteret, ex animi agritudine in morbum incidit, qua etiam inſequentis anni initio, nempe *XII. Cal. Febr.* extinctus eſt. Eo Ratisbonae apud *D. Emeranum* ſepulto, imperii nomen a ſtirpe Caroli magni ad aliam nobilitatem delatum, et CONRAOVS, *Franciae* dux, autore *Ottone* Saxoniae duce, ad quem illud deferebatur, rex deſignatus eſt, conſentientibus omnium Germanico procerum uoluntatibus. Qui cum patrias ſedes crematas, agros deuaſtatos et populos barbarorum metu diſperſos eſſe uideret, caſtella in rupibus ſtatuere, ciuitates, aduerſus immanem hoſtium incurſantium libidinem, firmis murorum ambitibus munire coepit ac *Norimbergam*, urbem Germaniae et totius Europae celeberrimam, poſtquam e triennio ante in Adelberti principis ditione eſſe deſierat, ad imperium adiecit.

Ludouicus Imp. moritur anno finit. *911.* *Conradus I. rex eligitur.* *contra hoſtes ſe munit* *et Norimbergam liberam pronuncias.*

XI. Proximo anno Conradus rex, *Viretum* uicum, ad Moenum amnem, in agro Volefeldenſi poſitum, cum praediis aliis et poſſeſſionibus eidem proximis, coenobio *S. Gimberti* indulſit, quae permutatione deinceps ad eccleſiam Bambergenſem acceſſerunt. Per eosdem dies Arnolphus, *Bauariae* rex, Burckardus *Sueuiae*, et Gisbertus, *Lotharingiae*, duces et alii, a rege Conrado deficiunt et, accerſito ex Gallia *Carolo* poſthumo, nullo uirtutis eius merito allecti, ſed tantum ominatione ſanguinis Caroli magni, apud ſe gratioſi, regem eum conſtituunt.

912. Dieretb pagus eccleſiae Bamb. acceſſit. *Arnulfus mag. lus deſicit a Conrado I.* *Carolus poſthumus rex ſalutatur.*

XII. Poſtero anno *Conradus*, leuata Hungarorum mole Germania, *Vorchemium* in regiam uillam concedit et, ad reſarcienda damna conuerſus, eccleſiis ſtudet, quae uim eorum paſſae erant, ſubleuandis. Ibi nouae ad coenobium

913.

S. Eme-

An. Ch. 913. *S. Emerani* acceſſiones factae et *Tuto* epiſcopus eius rei cauſa reſcriptum ab eo impetrarut.

914. *Foreſtum eccleſiae Ratisbon. datum.*

XIII. Sequenti anno idem *Foreſtum*, oppido Sulzbacenſi proximum, eccleſiae *Ratisbonenſi*, ad damna ab Hungaris accepta reſtituenda, indulſit, quod ex diplomate apparet *anno 914.* regni ſui quarto, VIII. Cal. Iun. indict. II. apud *Vorcheim* dato. Quod uero crebrius in hoc oppido conuentus agere ſoliti ſunt imperatores ueteres, non ego cauſam ſuiſſe arbitror, quod Babebergam uetuſtate ſuperaret, ut *Munſterus* ſcribit; cum de urbis utriuſque natalibus certo nihil conſtet: ſed quod regia eſſet uilla et imperatores in ſuis et imperii, quam terris alienis, agere maluerunt.

Forchemii curſorpus celebrat. comitia.

Hatto inſidias ſtruit Henrico Sax. duci,

XIV. Eo anno *Conradus*, nouo accenſus odio in *Henricum* Saxoniae ducem, torque aurea capiti eius coepit inſidiari, authore tanti ſceleris Hattone, archiepiſcopo Moguntino, cuius dolo Adelbertus princeps, non ita pridem a Ludouico capitis damnatus fuerat. Eo autem dolo prodito et Hattone, horribili funere, ſublato, Henricus, quae iuris ipſius in Thuringia et Saxonia erant, per uim inuaſit, eaque haud magno certamine ditionibus ſuis adiunxit.

et poenas dignas luit.

915. *Conradus I. bellum infert Henrico,*

XV. Cuius rei offenſione Conradus, proximo anno, fratrem *Eberhardum* cum exercitu, aduerſus eum in Saxoniam miſit et bellum ei apertiſſimum intulit: uerum prae io aerius, quam conſtantius, inito, Francos ad unum uere omnes amiſit et ipſe conuerſus, exigua copia in Franciam fuga ſe recipere coactus eſt.

ſed minus feliciter.

In comitiis Ratisbon. an. 916.

XVI. Caeterum Conrado in hoc bellum auerſo, cum principes ab hoſtilibus molitionibus nihil remitterent, poſtero anno, conuentu Ratisbonam coacto, hoſtes ſuos partim proſcripſit, partim captos ſecuri percuſſit et Bauariae ducatum fratris Eberhardi fidei gubernandum commiſit. *Arnolphus*, Bauariae dux, accepta proſcriptionis in ſe latae ſententia, in *Carinthiam* ſecedit et ualida militum manu contracta, ad ulciſcendam iniuriam, *Hungaros* ad inuadendam Germaniam excitit. Qui incunte anni proximi uere, infeſtas in *Bauariam* copias inducunt et *Arnolpho* in regnum reſtituto, in Franciam inde irrumpunt et ſolita crudelitate diripiunt, populabundi ad *Fuldam* usque progreſſi. Qua re Conradus exaſperatus proxuno anno *Ratisbonam* obſidione circumſedit et Arnolphi poſſeſſiones infeſtis uexare populationibus coepit. Eo uero clam ad Hungaros elapſo, nulla difficultate, urbem et Bauariam uniuerſam in poteſtatem adducit et ſequente anno in *Franciam* et *Fagoniam* progreſſus, Hirſfeldi in coenobio natalem S. Iohannis Baptiſtae celebrat. Ibi, in ſummo blandientis fortunae articulo, cum repentino morbo correptus, ſupremum diem ſibi adeſſe ſentiret, conuocatis Germaniae proceribus, author eis fuit, ut Henricum, Othonis Saxoniae ducis, cuius beneficio ipſe ad imperium euectus erat, filium, regni ſucceſſorem declararent, ad quem ipſe etiam, per fratrem *Eberhardum*, ſceptrum, coronam et alia *imperii inſignia* miſit, qui propterea, quod cum *aucupio* ſe oblectantem, ad ſtrigillarum arcem offendiſſet, *Auceps* poſtea dictus eſt. Ab hoc HENRICO cum tres Othones et ſanctus Henricus imperator, eiusdem ex Henrico filio abnepos, prodierint, uitas eorum et res geſtas ac familiae in Bauaria propagationem, hoc primo libro perſequi et in ſuos quoque annos et tempora dirigere conabimur. Vt Henrici fundatoris noſtri genealogia et res aliae, hactenus minus cognitae, lectori melius et rectius innotescere queant.

An. Ch. 919

Conradus I. mortem Henricum commendat proceribus.

eique imperii inſignia tradit.

Auceps dictus herd.

920. *Henricus Arnolphum in gratiam recipit.*

XVII. Poſt adeptum imperium Henricus ad ſedandos in Germania motus conuerſus, primo regni ſui anno, qui in 920. incidit, inteſtinam aduersus ſe conflatam coniurationem, ſumma non ſolum prudentia eruit, ſed etiam, quod ad memoriam inſignius eſt, cum ſatis numeroſa Saxonum manu, contra Arnolphum in aciem progreſſus, eum prius ad familiare colloquium uocauit et graui oratione permultum, ad pacem redire et regium nomen deponere, relictis ei terrae ſuae eccleſiis, haud difficile pertraxit et ſtatim ſequenti anno, ſtabiliendae et reprimendae Slauorum ſaeuitiae fortiter inſtitit.

921.

922. *Priuilegia Herbipolenſia igne abſumta*

923. *inſtauratum ab Henrico.*

XVIII. Proximo anno baſilica Wirceburgenſis conflagrauit et omnes ueterum priuilegiorum tabulae conſumptae Vnde Dedo epiſcopus, aſſumpto ſocio Poppone, comite Hennebergio, canonico, in Saxoniam tranſiit et ab Henrico, cum Quedelburgi eſſet, impetrauit, ut conſumpta ueteta regum monumenta inſtauraret. Quo facto Henricus et Carolus reges ad feriendum foedus *Bonnae* conuenere et Carolus, confectis tabulis, Galliam Belgicam, ut author eſt Otto Friſingenſis, Henrico omnio dimiſit. Quod tamen Nicolaus Vignerius non Caroli ſimplicis conceſſione, ſed opera Giſelberti, Lotharingiae ducis, cui Henricus Gerbirgam uiliam in matrimonium collocauerat, contigiſſe affirmat.

Henrici foedus cum Carolo ſimpl.

924. *Hungari Germaniam denuo uaſtantes*

XIX. Proximo anno Hungari Franciam denuo adorti, cuncta ad Moenum oppida, caſtra et praedia, impotenti populatione diripiunt, atque inde ad exigenda tributa ſolita, in Saxoniam incurrunt. Sed, cum quendam e ducibus ſuis, a Saxonibus in reditu ſe obiici-

amiſſo duce

Arnolphus malus proſcriptus,

917. *Hungaros in Germ. reuocat, an. 917.*

magno ſuo damno.

918.

919.

An. Ch. 924. iicientibus, forte captiuum factum, nulla ratione, nec ingenti etiam oblata pecuniae ſumma, redimere ab Henrico poſſent, pro eius liberatione inducias nouennales iurare, praedam ablatam dimittere et Germaniam continuo excedere, coacti ſunt. Ab his ego baſilicam Wirceburgenſem inflammatam fuiſſe crediderim, niſi annales id ſuperioribus annis accidiſſe declararent.

inde eiiciuntur.

S. Vlricus eligitur epiſcopus Auguſtanus. 925.

XX. Poſtero anno Hildinus, epiſcopus Auguſtanus ex uita deceſſit, cuius in locum ſubductus *Vlricus*, comes Dilingenſis, uir ſanctitate et doctrina conſpicuus, florere coepit.

Burckardus Sueuiae ducatum accipit, titulo coniugii. 926.

XXI. Inſequente anno, Burckardo Sueuiae duce ad Nouariam in Italia nequiter interemto, Hermannus Franciae dux Gebhardi filius, uiduam eius uxorem duxit et totius Sueuiae ducatum cum ea adeptus eſt.

927. *Henrici domantur.*

XXII. Poſtero anno Henricus cohortes aliquot, ad bellum gerendum exercitatos, aduerſus Henctos miſit et crebris incurſionibus fatigando eorum exercitum, intra fines ſe cohibere compulit et proxima hyeme aſperrima, caſtris ſuper glaciem poſitis, Brandeburgum urbem eorum primariam, quamuis ab oppidanis ſtrenue defenſam, expugnauit et, pulſis inde Vandalis, Marchionem inſtituit, qui fines imperii, contra Obotritorum et hoſtium aliorum inpetus, defenderet.

Marchionatus Brandeburgi inſtitutus.

928. *Dalemincii ſubacti.*

XXIII. Poſtero anno populos *Dalemincios*, quos alii Dalmatos nominant, et Ditmarus inter Albim et Chemnitium fluuios habitaſſe ſcribit, in poteſtatem redegit; et ſequenti anno Pragam, Bohemiae metropolim, imperata facere detrectantem, nactus, admoto excercitu circumſedit et tandem expugnatam, una cum duce Wenceslao, tributariam fecit.

929. *Praga tributaria.*

930. 931. *Dani et Poloni parent.*

XXIV. Proximo inde biennio aduerſus Danos et Polonos itum et, regibus illis ad obedientiam reductis, marchiam Sleswicenſem, in Cimbriae Cherſoneſo, condidit et gentes eas ad Chriſti agnitionem et fidem adduxit, collocato in Holſatia epiſcopo, qui viam eis ad chriſtianae pietatis ſtudia praemonſtraret. His addidit Marchiam orientalem, iisdem temporibus exortam et a regno Francorum, uelut membrum a corpore, diuulſam: quam *Leopoldo*, ſororis ſuae marito, attribuit et Auſtriacum marchionem adpellauit. Fuit autem Leopoldus, Sueuiae princeps, natus e ſtirpe Adelberti, comitis Babebergenſis, cuius prouinciae, cum, poſt capitis ſupplicium, a Ludouico Caeſare irrogatum, diſtractae eſſent, familia quoque diſſipata et in hoc Leopoldo in Auſtriam tranſlata, marchiae orientali initium dedit. Huius in matrimonio fuit *Richardis*, regis Henrici ſoror e qua nati *Poppo*, archiepiſcopus Treuirenſis et *Henricus* marchio, paternae dignitatis heres: unde diui Leopoldi progenies propagata dicitur. Idibus octobris anni inſequentis, Dedone epiſcopo Wirceburgenſi uita functo, *Burckardus*, abbas Hirſchaugienſis, ob eruditionis et pietatis, quam prae ſe ferebat, opinionem, in eius locum ſubrogatus eſt.

Marchionatus Sebleswic. erigitur.

Holſati Chriſto nomen dant.

Marchiae orientalis ortus.

Leopoldus primus marchio Auſtr.

ex ſtirpe Babbergenſi.

An. Ch. 932.

932. *Burckardus, epiſc. Herbipol.*

933.

XXV. Proximo anno Henricus, uenatione autumnali peracta, Quedelburgum in hiberna conceſſit. Cum igitur Hungari, finito induciarum tempore, in Saxoniam reuerſi, cuncta ibi deuaſtare et tributum inſolentius repetere, coeperunt: his raptim occurrendum ratus, etſi aduerſa ualetudine affligeretur, appetente mediae quadrageſimae ſpatio, ad *Merſenburgum* eos adiuit et memorabili praelio uicit, caeſis quadraginta amplius eorum millibus, plerisque etiam captis.

Hungari rurſus in ſolo ſcenos fundantur.

934 *Ludi equeſtres celebrantur.*

XXVI. Liberata hoc metu Germania et domeſticis diſſenſionibus, quantum in praeſens res ferre videbatur, compoſitis, ſequenti anno ludos equeſtres inſtituit, et certis priuilegiis et libertatibus confirmauit. De his ludis, qui plura ſcire operae pretium exiſtimat, uberes in promptu, patrio et latino ſermone editos, habet commentarios. Nam publici iuris dudum ſunt. Quare, cur hic prolixiores eſſemus et actum ageremus, non erat.

Henricus ſepultus Quedlinburgi.

XXVII. Proximo inde anno Henricus, profectionem ſuſcepturus in Italiam, in ſubitum morbum incidit, quo praeuentus, cum perficere, quod cogitauerat, non poſſet, VI. Nonas Iul. e uita deceſſit. Quo apud Quedelburgum, in aede S. Petri, ſepulto, OTHO filius, ab *Hildeberto* archiepiſcopo Mogunti-no, Aquis rex Germaniae conſecratus et, a praeclaris geſtis, magni cognomen adeptus eſt. Quem cum initio gubernationis ſuae *Boleslai*, Bohemiae ducis, fratricidium et *filiorum Arnolphi* in Bauaria rebellio exciperet et, omnes fere Germaniae proceres in ſui perniciem ſuſtuliſſe animos, cerneret, omnium primum eam rem ſibi conficiendam eſt arbitratus. Itaque, ut celeritate hoſtes imparatos opprimeret, incunte uere *Eſiconem* Aſcaniae principem et paulo poſt eum Comitem *Hermannum*, duces cum exercitu in Bohemiam miſit, quos ipſe etiam inſecutus, gentem eam partim cecidit, partim tributariam fecit et ſequenti anno Hungaros, noui regis uires et fortunam experiri cupientes et infeſtis armis in Franciam et Saxoniam irruentes, fortiter repulit, praeda ingenti relata.

Ottom. inauguratus Aquisgrani.

Bohemos infeſtat.

tributarios facit

Hungaros que repellit, 935.

XXVIII. His malis perfunctus, ut futuris ſeditionibus occurreret et ſpem re-

Arnulfi filios donat. 936.

An. Ch. 936. regni inimicis ſuis adimeret, poſtero anno in *Eberhardum*, palatii comitem et *Tanquardum* fratrem ſuum, arma conuertit, *Ratisbonam* obſidione cinxit, eaque in poteſtatem adducta, Eberhardum cepit et captiuum adductum aliquamdiu in cuſtodia tenuit.

capto Eberhardo.

Vipach. 937. XXIX. Inſequenti anno *Vipachium*, in Bauaria, ad riuulum eiusdem nominis, praedium, hodie baſilicae Babebergenſis praepoſituram, Marquardo comiti, uaſallo et familiari ſuo, attribuit. Diploma III. Idus Iulias, hoc ipſo anno datum eſt, cum ipſe adhuc Sippenueldae moraretur.

938. Franciae, Saxoniae et Lotharingiae ducum rebellio XXX. Proximo anno *Eberhardus* Franciae, *Henricus* Saxoniae et *Giſelbertus* Lotharingiae duces, nouam coniurationem aduerſus cum fecerunt et, collecto in Lotharingia exercitu, omnia ad bellum gerendum neceſſaria compararunt. Quibuscum propc Andernacum, ad Rhenum fluuium, congreſſus, *uicti perunt.* acerrimo praelio eos uicit, *Eberhardus* caeſus, *Gisbertus* fugiens in Rheno ſubmerſus et *Henricus* lauciatus Merſoburgum fuga elapſus eſt. Hoc bellum Hermanni, Sueuiae et Vdonis eius fratris, Franciae ducis opera et induſtria geſtum fuiſſe, annales Wirceburgenſes teſtantur. Quod tamen alii *Conrado* Franciae duci, cui ſapientis cognomen fuit, aſcribere maluerunt. Inde VIII. Cal. April. *S. Burchardo, episcop. Wirceb. defuncto. Poppo ſuffici-tur.* *Burchardus* epiſcopus, octauo pontificatus ſui anno, mortuus atque in eius locum *Poppo* ſublectus eſt. Huius pater *Otho* Franciae comes et Wirceburgenſis eccleſiae aduocatus ſiue praefectus, burggrafium nos dicimus, cum ſe unum ſuleiendis ruinis ruentis patriae imparem cerneret, conſilium tam ſalutare, quam neceſſarium init et, conſentiente ac permitteute Othone rege, omnia ſua bona et iura feudalia atque inter haec ipſum praepoſiturae officium, uiuus dimiſit et inter filios diſtribuit, ipſemet uita priuata contentus. Caeterum hic Otho propagauit familiam comitum Henuebergenſium in Francia, qui ab arce Hennebergia nomen tulerunt et in hunc usque diem comites Hennebergenſes dicti ſunt. Hinc eſt, cur ego minus aſſentiar his, qui circa tempus Gothicae irruptionis in Italiam, quae in annum Chriſti 438 incidit, *Cummium* quendam ex Italia in eas regiones ueniſſe, arcem ibi exorſum eſſe et ab euentu nomen ei indidiſſe, aſſerunt, eo quod iam ante Franci, ut diximus, a Thuringiae populis aduerſus Sueuos in auxilium exciti, ea loca omnia occupauerant. Accedunt huic comitum Hennebergenſium propagini titulus et gentilia *inſignia*, quae longo tempore cum burggrafiis Wirceburgenſibus aequalia geſſerunt.

Otto Burggrav. eccl. Herbipol.

Scirpe comitum Hennebergensium.

Insignia Hennebergica.

XXXI. Anno 941. *Henricus* Saxoniae dux, amiſſis conſpirationis ſociis, cum nullibi ſubſidium, ſed irritum eſſe uideret, quidquid aduerſus Othonem regem, fratrem ſuum et magiſtratum legitimum tentaret, ad fidem eius et clementiam ſibi confugiendum ratus, commiſſorum deprecatus culpam eſt, et ſupplex ueniam ab eo et incolumitatem impetrauit. *An. Ch. 941. Otto Henricum fratrem* *reſpiſcentem* *in gratiam recipit.*

XXXII. Poſtero anno, qui ab ortu Chriſti fuit 945. *Henricus*, Giſelberti Lotharingiae ducis, e Gerbirga coniuge, Othonis ſorore, filius, e uita migrauit. Cuius rei dolorem *Vdo*, Franciae dux, tutor eius et Lotharingiae praeſes, adeo acerbe tulit, ut non multis poſt diebus et ipſe uiuendi finem fecerit. Horum funeribus perceptis, Otto rex *Conrado*, Franciae duci Lotharingiae, ducatum, cum Wormacenſi comitatu, contulit et *Luidgardim* filiam ei in matrimonium collocauit. Quamuis Nicolaus Vignierius pro Conrado duce, Hermannum quendam ab Othone, hoc ipſo anno, Lotharingiae praefectum notauerit. Proximo interiecto biennio, Otho conuentus, primum *Duisburgi* ad Rhenum, alterum *Caſellis* in *Haſſia* egit. Ibi his, inter *Conradum* Franciae et *Hermannum* Sueuiae duces, orta, deciſa fuit. 943. *Lotharingiae ducatum,* *confert Conrado,* *genero ſuo.* 945. *Comitia primo celebrat.* 946.

XXXIII. Poſtero anno Otho *Gerbergae* ſororis, quam, Giſelberto extincto, *Ludouicus transmarinus*, Galliae rex, coniugem ſuam effecerat, precibus incitatus, ingentem Saxonum manum in Galliam duxit et, Hugone Pariſiorum comite, Adelheidis ſororis ſuae marito, ad pacem petendam adacto, Ludouicum regno pulſum reſtituit et, ſequenti anno, Bertholdo Bauariae duce ſine prole moriente, ducatum fratri *Henrico* indulſit. Is primo ſtatim ducatus ſui anno, Hungaris duobus praeliis ſuperatis, in Italiam, principum imbecillitate et diſſidio populorum allectus, traiecit et Aquileia in poteſtatem deducta, Ticinum contendit atque ingentibus, nemine prohibente, populationibus factis, ex Italia exercitum incolumem atque opulentum reduxit. Fuit autem Henricus iſte, cognomine rixoſus, Othonis regis frater, auus Henrici ſancti, eccleſiae Bambergenſis conditoris. *Ludouicum transmarinum,* *ab Hugone pulſum, in regnum reſtituit.* 947. *Ducatum Bauariae fratri Henrico rixoſo confert.*

XXXIV. Eodem anno, *Danico bello* decreto, Otho cum expedito exercitu in Daniam iter inſtituit. Eius belli haec occaſio fuit. Marchione Sleswicenſi, qui ab Henrico patre conſtitutus fuerat, per fraudem oppreſſo, *Heraldus*, Daniae rex, illam ſibi ditionem aſciuit. Quam iniuriam, maleficia et caedes ut ulciſceretur, omni ope eum adortus, praelio ſuperauit, et ad chriſtianam religio- *Heraldum Daniae regem* *chriſtianum faciun,*

An. Ch. 949. imperio Germ. subiect.

ligionem ſuſcipiendam adductum, iugo imperii ſeſe ſubmittere coegit.

Sueuiae ducatum 950. Luitolfo genero confert,

XXXV. Extremo inde anno Calend. Ianuar. *Hermannus*, Sueuiae dux, ex rebus humanis ereptus eſt: unde poſtero anno Otho rex *Idam*, filiam eius, *Luitolfo* filio connubio ſociauit et Sueuiae ducatum eidem contulit. Hujus Luitolfi et Idae coniugum, ex Othone filio, nepotes fuerunt *Bruno*, epiſcopus Verdenſis, quem Saxonem, propinquum ſuum, Otho III. imperator Romae pontificem creauit, qui *Gregorius V.* eſt uocatus: Et *Eccardus*, marchio Saxoniae, interfectus a Lothario et Bennone Saxoniae ducibus, quod Henrico S. imp. rebellis et electioni eius aduerſatus eſſet.

951. Berengarium regno exuit, ſed, dicto in uxorem Adelheide,

XXXVI. Sequenti anno expeditionem in Italiam aduerſus Berengarium ſuſcepit, eoque regno Italiae deiecto, *Adelheidem* Lotharii regis uiduam, e cuſtodia liberatam, uxorem duxit et, proximo ineunte uere, cum ea in Germaniam ſe retulit, *Conrado* genero, qui reliquias

ipſi ducatum Lombardiae reddit.

belli perſequeretur, in Italia relicto. Huius conſilio Berengarius, Othonem in Saxoniam inſecutus et cum filio Alberto ſupplex ei factus, obtinuit, ut Auguſtae, die praeſtituta, *Lombardiae* ducatus ſibi reſtitueretur.

952. Luitolphus aduerſus Othon. patrem inſurgit.

XXXVII. Poſtero anno LVITOLPHVS, patris Othonis ſecundis nuptiis inique ſecum agi, iratus, coniurationem aduerſus eum iniuit. Huius cauſam, eum *Conradus* defendendam ſuſciperet, Germania bellorum ciuilium motibus quaſi coepta et ipſe Moguntiae ab Othone obſeſſus, fidem et obſides dare coactus eſt.

Hungari Lotharingiam intrant 954.

Quibus nihilominus ſpretis, Hungaros eum ſequenti anno ad arma ſollicitaſſe et in Lotharingiam itineris faciundi poteſtatem conceſſiſſe, Sigibertus prodidit. At nos his, ut parum probabilibus, in medio relictis, Othonem Friſingenſem inſequimur, qui de iſta Hungarorum in Germaniam et Galliam initione ſiue irruptione, in chronico ſuo ſcripſit his uerbis: *Huius maxime concuſſionis auctor fuiſſe e Boiaria quidam Schirenſis comes memoratur, qui tamen perfidiae ſuae poenas ſoluens, dum Hungaros incaute eductos morti expoſuiſſet, ab eis tanquam traditor necatus eſt.* Loquitur autem, ut exiſtimo, de *Arnolpho* Schirenſium comite, qui hac occaſione Bauariae ducatum, quo cum fratre Hermanno exutus erat, ſe recuperaturum ſperabat. Et hanc ſententiam communi ſcriptorum conſenſione approbatam, Auentinus in Boiorum annalibus tradidit. Quod ſi obtinet, Conradus dux parum uereunde a Sigeberto et quibusdam aliis authoribus, tanti ſceleris inſimulatur, qui, in proelio ad Auguſtam, pro patria ſe

imitati

ab Arnolpho comite Schirenſi,

deuouere et uitam profundere non dubitauit. XVI. Cal. Ianuar. Luitolphum, in Othonem patrem coniurationem feciſſe et a reuerentia filiali deceſſum eſſe, poenituit et, nudis pedibus ad genua eius aduolutus, ueniam ab eo et miſericordiam petiit et impetrauit.

An. Ch. 954. Luitolfus in gratiam recipitur.

955. Hungari Bauariam operientes

XXXIIX. Proximo anno Hungari, ex Gallia domum repetentes, Bauariam denuo cum tanta multitudine intrarunt, ut more locuſtarum eam operirent nec, niſi a terra abſorberentur, aut coelo obruerentur, uinci ſe poſſe gloriarentur. Quibus Otho ad *Lycum* amnem, prope Auguſtam, cum expedito exercitu, occurrit et tantam eorum ſtragem edidit, ut parem a barbaris uictoriam Germani retulifſe non memoraſſent.

trucidantur.

XXXIX. Poſt *Conradum*, eo in praelio interfectum et Wormaciae celebri funeris pompa ſepultum, Otho *Lotharingiae* ducatum *Brunoni*, archiepiſcopo Colonienſi, fratri ſuo, conceſſit et Henrico fratre mortuo, Bauariam *Henrico* eius filio indulſit. Hic *Henricus* Bauariae dux, *Hezilo* dictus, patria lingua, quod corporis puſilli eſſet, *Henricum* ſanctum, quem fundatorem et diuum tutelarem Babebergenſes habent, a ſe procreatum heredem reliquit. Eodem anno *Adelheidis* peperit filium, qui poſtea OTHO ſecundus appellatus, patris regnum et imperium conſecutus eſt.

Otto ducatum Lotharingiae confert. Brunoni fratri.

Henrici S. Ortus.

Otto II. naſcitur. 956. Luitolfus

XL. Poſtero anno *Luitolphus* dux belli ab Othone patre aduerſus Berengarium deſtinatus et cum leet ſimo militum robore in Italiam miſſus, multas res feliciter geſſit et Berengarii tyrannidem in tantum repreſſit, ut, eo pulſo, omnem fere Italiam occupauerit. Proximo uero anno, dum bellum maiori ardore perſequitur, ab Alberto Berengarii filio in pugna uulneratus VIII. Idus Septembr. ex uulnere eſt mortuus. Eius eadauer, Moguntiam delatum, Wilhelmus archiepiſcopus frater in aede S. Albani ſepeliuit.

Berengarii tyrannidem coercent, 957. ex uulnere obit.

XLI. Poſtero anno Otho paſchale apud Ingelheim acto, nauem conſcendit et, ſecundo Rheno Coloniam deuectus, ibi iurediendo uacauit. Et ſequenti anno Slauos bello petiit, et tam de his quam de Hungaris, celebri uictoria relata, *pater patriae* eſt appellatus. Per eos dies aegras in Germania mentes mortalium uehementer pereulit, quod in multorum ueſtibus *cruces* animaduerſae, in aliorum autem *leprae* quaſi ſordes conſpectae ſunt. Qua de re Otho permotus plurima templa et monaſteria in honorem Dei atque ſanctorum, alia inſtauranda, alia ampliſicanda, alia noua facienda ſuſcepit.

Otho I. Slauis oppreſſis, 959. pater patriae ſalutatur. Miraculo motus, templa et monaſteria inſtaurat.

XLII Poſtero anno ad defendendam eccleſiae ditionem Romam acceſſitus, ge-

960. comitia Herbipolenſia celebrat.

An. Ch. 960. generalem principum conuentum apud Wirceburgum cogit, in quo ad eos de Berengarii tyrannide et ſuſcipienda in Italiam expeditione retulit, atque conſenſu eorum OTHONEM filium, Germaniae regem declaratum, et die pentecoſtes, Aquis ſolenni ceremonia inunctum, *Brunoni* fratri Colonienſi et *Wilhelmo* filio, Moguntino, archiepiſcopis, educandum et erudiendum commendauit. Inde *Ratisbonum* profectus, per ſolenne Natalitium, alterum ibi principum conuentum habuit. Cuius initio etſi *Poppo*, epiſcopus Wirceb. regi admodum familiaris, caruerat, imbecillitate ualetudinis detentus: quia uero ad conſilium adiuuandum adeſſe iuſſus, nec rex ullam acciperet excuſationem, circa Calend. Ianuar. Ratisbonam uenit et regi praeſentiam ſuam exhibuit. Sed quod morbus indies ingraueſceret, doloris acerbitate uictus, 18. Calend. Febr. uitae finem fecit. Eius corpus, Wirceburgum delatum, domus ſaluatoris recepit et *Poppo II.* comes Hennebergius, ſanguinis illi coniunctione propinquus, ad poſtulationem Othonis, in priuilegii nuper abs ſe dati conſentientibus omnium uoluntatibus, in eius locum ſubrectus eſt. Conuentu inde dimiſſo, per Tridentinas Alpes, in Italiam tranſiit et, ſingulis fere ciuitatibus in poteſtatem receptis, Natalem domini Papiae celebrauit; unde *Romam* progreſſus, imperialem coronam, a Ioanne Pontifice, accepit ac poſtero anno, ad premendum, in monte Leonis, obſidione Berengarium, proceſſit. Vbi cum ageret et oppidum ſumma ope obſideret, pontifex, ab eo alienatus, tacito ſe, cum Alberto Berengarii filio, foedere iunxit et eius defectionem ſollicitauit. Qua de re Otho, exercitus parte in obſidione relicta, cum altera Romam contendit et pontificem, cum theſauro S. Petri auerſo, clam urbe exceſſum, reuocauit; et cum poſt tertiam denunciationem non compareret, conuocatae ſynodi authoritate, pontificatu, eum mouit, et Leonem VIII. in eius locum ſubſtituit. Qui Romanorum pertaeſus inconſtantiam, in eadem adhuc ſynodo, *Adriani* pontificis exemplo, ius eligendi pontificem in imperatorem transtulit. Extat decretum *diſt. 63. c. in ſynodo.*

contra Berengarium.

in quibus Otto filius rex declaratur.

Ad comitia Ratisbonenſia

Poppo epiſc. Wirceb. accuſitur.

Poppo II epiſc. Herbipol.

Otto I. Romae coronatur.

963 *Berengarium obſidet.*

Iohanni pontifici renuenti Leonem VIII. ſubſtituit,

a quo ius eligendi pontificem accipit.

XLIII. Poſtero anno *Berengarium* perſequutus eſt et crebris oppugnationibus fatigatum et ad deditionem coactum, una cum *Willa* uxore, ad caſtellum Babeberg. (ſic *Veſpergenſis* nominare ſolet,) relegauit, ubi biennio poſt uita functum et regio more ſepultum, Reginonis continuator prodidit. Licet qua urbis regione ſepulturae locus fuerit, nullis ſuſpicionibus aſſequi poſſim, ut nec de eo loco conſtet, cujus idem author meminit, et *Willam*, poſt obitum mariti religionem ingreſſam, aſſerit. *An. Ch. 964.*

964 *Berengarium deuictum Babeberg. ablegat.*

XLIV. Natalitio inde feſto *Papiae* celebrato, in Germaniam ſe retulit et BENEDICTUM V. quem pulſo *Leone* Romani pontificem conſtituerant, ſecum adductum et Hamburgum relegatum, *Adeldegi* archiepiſcopi cuſtodiae permiſit. Sed quod, uix abducto poſt quadriennium ex Italia exercitu, tribus nouis Italiae curis affligeretur, defectione *Lombardorum*, morte *Leonis* et uiolatione *Ioannis* XIII. pontificis, primo quoque tempore Italiam repetendam arbitratus, *Burckardum* Sueuiae ducem cum exercitu praemiſit, quem ipſe ſequenti anno eſt inſecutus et, cauſa ſeditioſorum cognita, tam in hos, quam in eccleſiae turbatores, ſeueriſſime animaduertit et proximo anno uenientem ad ſe, cum regio comitatu, OTHONEM filium in ipſo die natalitiorum ſolenni, per *Ioannem* pontificem, inſignibus auguſtalibus decorari fecit et, miſſis inde cum eo aduerſus Graecos in Apuliam et Calabriam ſelectis copiis, ipſe, ob nunciata, poſt *Wilhelmum* filium mortuum, matris *Mathildis* aliorumque principum, acerba ex Germania funera, eo ipſo anno praecedente, ut *Albertus* abbas *Stadenſis* in chronico prodidit, in Saxoniam reuerſus eſt. Vbi cum uenae metallicae apud *Bructeros* ad *Goslariam* repertae eſſent, oppidum illud cum regia mirifice exornauit. Magdeburgi ſedem archiepiſcopalem et Germaniae primatum inſtituit ac lege ſanxit, ut in choro ſummae baſilicae nullae ſanctorum, niſi ſolius Chriſti imago eſſet et in altari bibliorum uolumen ſemper haberetur apertum. Sequenti anno Henricus ſanctus, Bauariae dux, eccleſiae Babebergenſis fundator, patre *Henrico* Hezelone et *Giſela* matre *Conradi* Burgundiae regis filia, *Abudiaci* eſt natus.

Benedictum V pontificem cuſtodiae tradit,

966 *reperit Italiam.*

967

968 *Othonem fil. coronari facit ab Ioanne pontif.*

Archiepiſcopatum Magdeburg. et Germ. primatum erexit.

969 *Henrici S. natalis.*

XLV. Ad *XV. Cal Nouembr.* anni proximi, Otho *Adelbertum* Treuirenſem, ut *Ditmarus* et *Helmoldus* ſcribunt, ſanctitatis atque doctrinae ſingularis, Magdeburgenſem deſignandum archiepiſcopum curauit, quem Romam deinde, cum ipſo imperatore uenientem, pontifex pallio exornauit, et crucem prae ſe ferendi poteſtatem indulſit: et poſtero, legatum ad *Ioannem* Cemiſſem, Nicephori in regno ſucceſſorem, Conſtantinopolim ablegauit et *Othoni* filio, *Theophaniam* eius neptem, Romani filiam, in matrimonium popoſcit, neque aegre admodum obtinuit. Vnde ſequenti anno *Romae* ſponſalia, magnifico apparatu, celebrata et ipſa a *Ioanne* pontifice, coronata atque auguſtae titulo decorata fuit.

Adelbertus primus Archiepiſc. Magdeb.

Romae pallio decoratur et crucem prae ſe ferendi poteſtatem accipit.

971 *Conſtantinopolim ablegatur, et proxenetam agit Theophaniae.*

972

XLV. Qui-

An. Ch. 972. Otto M. *in Germaniam reuerſus* 973.

XLV. Quibus omnibus ita rite peractis, cum filio et nuru ex Italia in Germaniam abiit et proximo anno, paſchale *Quedelburgi* acto, aſcenſionis domini feſtum *Martinopoli*, de mote, celebrauit. Inde *Memdenam* proceſſit, ubi poſtridie pentecoſtes, repentino morbo correptus, e uita diſceſſit. Eo Magdeburgi in aede S. Mauritii ſepulto, OTHO filius a principibus et populis iterum rex reclamatus, imperium, quod cum patre ptius geſſerat, ſolus exercuit et principes ac caetetos impetii ordines officia, quae debebant, ſummo ſtudio praeſtare, obedientes inuenit. Solus HENRICVS Hezelo, Bauariae dux, patruelis, libidine imperii prope haereditaria ſtimulatus, authoritatem eius deſpicere et Ratisbonae ſe regem nominate inſtituit.

obis et Magdeburgi ſepelitur.

Otto II. ama niimi conſenſu denuo rex renunciatur,

ſolo Hezelone patrueli ſe ei opponente;

ideoque in comitiis 974.

XLVI. Itaque poſtero anno, coram uniuerſis totius imperii proceribus, ad dicendam cauſam adeſſe et regium nomen deponere coactum, exilio mulctauit et *Bauariae* adminiſtrationem *Othoni*, fratris Luitolphi filio, Sueuiae duci, commendauit. Poſtero ueto anno, rogatu *Adelheidis*, auguſtae matris, *Henrico* ſancto nepoti ſuo, eiusdem Henrici exulis filio, urbem *Babebergam* et caetera bona, quae in *Radenzgauienſi* agro Adelberti comitis fuerant, et iure ſibi hereditatio obuenerant, eſt largitus.

ducatum Bauariae.

Othoni Sueuo confert, 975.

Henrico nepoti S. filio Babebergam et Ratzungau largitur.

976.

XLVII. Eo inde, qui proxime ſecutus anno, noua eccleſiae Wirceburgenſi beneficia indulſit, et *Popponi* epiſcopo parochiam apud *S. Martinum* in *Vorcheim* conceſſit et, proximo anno, CAROLO, Lotharii regis fratri, amitino, ex Gallia euocato, *Lotharingiam* tradidit, ea tamen lege, ut pet hoc beneficiarius imperii effectus, eam tanquam Germaniae ptouinciam poſſidetet. Vnde anno 978. *Lotharius*, recuperandae Lothatingiae cupiditate incenſus, tanta celeritate copias contraxit et in Lotharingiam traduxit, ut Othonem imperat. Aquis, nihil minus exſpectantem, pene opptesſerit. Quam iniuriam ut uindicaret, animo incitatus, ſequenti anno Galliam inuaſit, *Pariſios* obſedit et ſubutbia incendit, ſed in reditu Axonae fluminis inundatione impeditus, ab hoſtibus, exercitum a tergo inſequentibus, maximo incommodo affectus eſt.

Otto II. eccleſiae Wirceburg. parocciam Vorchemienſem addicit.

977. *Lotharingiam ut beneficium tradit* Carolo.

978. *ideoque a Lotharia Gall. rege. bello afficitur.*

979.

XLIX. Anno 980. THEOPHANIAE coniugis auguſtae togatu, *Othoni*, Veronenſium et Catinthiae duci, *Ormanicam*, *Bleſindorfiam*, *Gatiſcham*, uillas et quadam alia praedia indulſit, quibus poſtea eccleſia Babebergenſis beneficio affecta fuit. Extat diploma *IV. Cal. maias*, *indict. VII.*

Otto III. Carinthiae duci donat aliquot praedia.

XLIX. Anno 981. arma in Italiam conuertit et, pro recuperanda *Apulia* et *Calabria*, graue cum Graecis et Saracenis bellum iniuit; ſed, Romanis et Beneuentanis aciem turpitet deſetentibus, dum natatu ſalutem quaerit, a nautis captus, ſed non agnitus, beneficio graecae linguae euaſit. Inſtautatis itaque copiis et rebus aliis neceſſariis comparatis, ſequenti anno hoſtem actius eſt adortus, et tanta internecione eum deleuit, ut cladem, relictis domi uxotibus et liberis, non profugus aliquis e praelio, ſed ipſamet uictoria, nunciarit. Vnde *pallida mors Saracenorum* dictus eſt. Obiit Romae uenenata ſagitta, uel, ut *Sigonius* ſcribit, triſti animi aegritudine labeſactatus, *VIII. idus Decembr.* ſepultus in porticu baſilicae D. Petri, introeunti templum ad laeuam.

An. Ch. 979.

983. *Romae diem claudens tumulatur.*

Car pallida mors Saracenorum dictus.

L. Vnde anno 984. OTHO filius, uix duodecimum ingreſſus annum, in eius locum imperator conſtitutus et Aquis, per *Iohannem* archiepiſcopum Rauennatem, conſecratus eſt. Non caruit tamen electio eius controuerſia: aemulos impetii habuit in *Germania* HENRICVM Hezelonem Bauariae ducem, in *Gallia* LOTHARIVM Francorum, et CRESCENTIVM in *Italia*: quos tamen ſumma animi prudentia deuicit, et poſteto anno celebrem principum conuentum *Babebergae* habuit. Intet caetera ibi edicta, *Patauienſem* eccleſiam, ob ctebras hoſtium incurſiones ad ſolitudinem penc redactam, nouis muneribus et conceſſionibus honeſtauit, quod apparet ex diplomate, Babebergae dato *anno 975. Cal. Octob. indict. XIV.* rogatu Theophaniae, auguſtae, et matris Hentici ſancti Bauariae et Henrici Carinthiae, ducum nepotum *X. Cal. Auguſt.* Poponi epiſcopo Witceb. mortuo, HVGO Franciae dux ſubrogatus eſt. Proximo inde anno cum exercitu in *Bohemiam* irrupit et late populari omnia coepit. Bohemi praediis et incendiis, in finibus ſuis factis, exterriti, ſequenti anno legatos pro pace ad eum miſerunt et, grandi pecuniae ſumma ſoluta, inducias impetrarunt

984. Otho III. *aix duodecennis imperator creatus, aemulos ſuos prudenter ſubruit.*

In comitiis Babebergenſibus eccleſiam Patauienſem muneribus auget,

Poponi epiſc. Witceb. Hugonem ſubſtituit,

Bohemos bello uexat. 987.

LI. Poſt triennium Hugone epiſcopo rebus humanis etepto et BERNWARDO, *comite Rotenburgio*, Richardi filio, in eius locum ſuffecto, ſaeui admodum imbtes et ſoedae tempeſtates fuerunt, quas aeſtas ſicca et calida ac rerum omnium penutia eſt conſecuta. Sequenti anno *Othe* reſurrectionis dies Quedelburgi celebrauit et, ueniente ad ſe Hugone Marchione, Brandeburgum urbem a Wandalis occupatam obſedit, atque ad deditiouem cocgit. Poſtero *S. Vlricus* epiſcopus Auguſtanus, propter ſanctiſſimae uitae famam, poſt mortem, a Ioanne pontifice, in numerum diuorum deſcriptus eſt. Eodem anno *Wolffgangus*, epiſcopus Ratisbon GERBIRGAM Henrici Hezeli Bauariae ducis filiam Hen-

988. *Hugonem mortuum excipit* Bernwardus, *ſub quo ingens fames exoritur.*

889. Otto III. *Brandenburgum Vandalis eripuit.*

990. *S. Vlricus canoniſatus.*

Gerbirga *Henrici S ſoror.*

An. Ch. 990. Henrici ſancti ſororem, ſacro abſe la-
praeponitur nouo monaſterio ad D. Emeranum, 994
uacro tinctam, diuino cultui deſtinauit et monaſterium ei Ratisbonae ad urbem aedificari, Romualdo, ad *diuum Emeranum* abbate, adiuuante, inſtituit et, cum iniiſſet annus 994. nulla re, niſi hyeme ſaeuiſſima inſignis, monaſterium abſolutum luculentiſſimis poſſeſſionibus exornauit et, aggregatis in uitae communionem uirginibus, abbatiſſam praepoſuit, nec ita longe poſt moriens uitae ſuae ſanctitatem, multis miraculis editis, comprobauit. Ex quo corpus eius ſummo honore haberi coeptum eſt.

miraculis clara.

995 LII. Proximo anno, Henrico Hezelone Bauariae duce mortuo et Ratisbonae apud D. Emeranum ſepulto, HENRICVS filius, in ducatu ſucceſſor, Babebergam urbem ſuam nouis aedificiis et amplis honorum muneribus inſtruxit, et adductos ſecum e Palatinatu comprouinciales, quos Ambergenſes fuiſſe annales perhibent, feudis aliquot in Francia honeſtauit et publicorum munerum praefectos effecit, a quibus celebres *Monetariorum*, *Hellerorum*, *Melberorum* et aliorum, familiae ſunt in hac urbe propagatae. Et ſane mihi aliud ex alio cogitanti in mentem uenit, aliarum quoque familiarum a publicis ciusmodi muneribus orta uideri poſſe primordia et, ſi probe cognitum habeo, *Theloneariorum* et ſimilium: ſed rei incertae, incertus eſſe author nolui.

Sanctus Henricus Bau. dux Babebergam inſtaurat

et beneficiis ornat conterraneos.

Celebrium familiarum Bambergenſ. ortus.

996 LIII. Sub idem tempus Henricus ſanctus e D. Wolffgangi oraculo Romanum ſe imperatorem fore, iu ſomnis accepit, quod ſine graui piaculo reticeri non poteſt. Cum is *Ratisbonae*, quae tunc regia Bauariae ducum erat, die quodam ſumma animi intentione preces ad Deum fideliter funderet, repentina ſomni ſuauitate correptus, in quiete ſe Deum in aede *D. Emerani* ad ſepulchrum *S. Wolffgangi* orare, et eundem audire ſibi uiſus eſt, qui dixit, literas huic muro inſcriptas, Henrice, diligenter lege. Erant autem ibi ſcripta haec duo verba: POST SEX. Itaque hoc uiſo fluctuantem et, quidnam id ſibi uellet, anxie perquirentem, cum mortis cogitatio ſubiret, quippe cui poſt ſex dies mors obcunda foret, res ſuas domeſticas diſponit et ad perferendam Dei uoluntatem animum praeparat. Efluxo autem ſex dierum ſpatio, cum nihil adhuc in ſe infirmitatis aut moleſtiae perſentiret, ad totidem menſes, demum etiam ad annos totidem, id uiſum ſpectare arbitratur. Delicta ſua ſacris precibus et piis largitionibus expiat ſeque deinceps tam pie et ſancte gerere inſtituit, ac ſi ſingulis momentis ex hoc ſaeculo ſibi emigrandum eſſet. Caeterum rei euentus id uiſum poſtea expoſuit, cum poſt

Viſio S. Henrici

de obtinenda poſt ſexennium,

imperatoria dignitate.

reuolutum ſexennium, tum humano, tum diuino conſilio, ad culmen imperialis honoris eueheretur. *An. Ch. 996.*

LIV. Eodem anno imperator, querelis *Ioannis* XV. pontificis, de *Creſcentii* iniuriis ad ſe allatis, permotus, animum ad pacandam Italiam appulit. Itaque Moguntia digreſſus et cum exercitu alpes emenſus, cum Iohannem pontificem mortuum audiſſet, Romam magnis itineribus ire contendit et iure uſurpato, *Brunonem* Saxonem, propinquum ſuum, epiſcopum Verdenſem, pontificem declarauit. Is *Gregorius V.* eſt uocatus. A quo, cum die pentecoſtes imperii diademate eſſet redimitus, *Bernwardum*, epiſcopum Wirceburgenſem, Conſtantinopolim ad Imperatorem *Conſtantinum* miſit, ut filiam eius ſibi in matrimonium poſtularet. Is in itinere, aſſumpto *Ioanne Placentino* epiſcopo, profectus incidit in morbum, *Achaiae*, a quo non conualuit. Vita deceſſit *XII. Cal. Octob. Marianus Scotus* in Inſula Euboea eum ſepultum ſcribit.

Otho III. in Italiam profectus,

a Gregorio V.

quem pontificem creatus

coronatur.

Conſtantini Imp. orient. filiam per legatos ambit.

LV. Sequenti anno OTHO, cunctis paſſim in Italia rebus pro imperii dignitate et utilitate conſtitutis, in Germaniam abiit. Sed uix eam attigerat, cum CRESCENTIVS uetere dominandi libidine ſtimulatus, *Gregorium* Pontificem acerbe exagitare, fede eum pellere et alium ſubſtituere incepit. Eam iniuriam *Otho* ulciſci cupiens, proximo anno in Italiam ſe retulit et, *Gregorio* pontifice ſedi reſtituto, *Creſcentium* captum ac manifeſte damnatum, ſupplicio affecit, *Ioannem* uero epiſcopum, luminibus prius exutum, pontificatu ſimul et uita priuauit. Inde ad reſtituendum Germanici imperii ſtatum, ſeditionibus ciusmodi et defectionibus admodum labefactatum et laceratum, conuerſus, illam ſanctionem de imperatoria electione et formula eligendi imperatoris inſtituit, hacque ratione bellorum ciuilium cauſas praecidit, et exteros ad imperium aſpirandi ſpem intercepit. Eum honorem detulit ad tres antiſtites, *Moguntinum*, *Colonienſem* et *Treuirenſem*: et ad quatuor ſaeculares principes, *Marchionem Brandeburgicum*, *palatinum Rheni*, *Saxoniae* et *Bohemiae ducem*. Moguntinus appellatur *cancellarius Germaniae*, Colonienſis *Italiae*, Treuirenſis *Galliae* et *Arelati*. Brandeburgicus *Camerarius*, Palatinus *dapifer*, Saxo *enſifer*, Bohemus *pincerna*. Hanc conſtitutionem *Gregorius* pontifex probauit et confirmauit atque ut electio noui regis per ſolos Germanos, et in perſonam Germanis parentibus ortam, fieret, edicto curauit. Caeterum *uariae* ſunt de hac Othonis ſanctione authorum *opiniones*, quibusdam eam ad annum ſecun-

Eo Germaniam uix attingente,

Creſcentius Romae nouas turbas ciet

binc illac reuerſus rebellis punit,

Sanctionem edit de imperatore eligendo

per ſeptemuiros,

et electorum regni officiis,

quae a Gregorio V. confirmatur,

ab aliis uero in dubium uocatur.

An. Ch. 998. dum poſt milleſimum, aliis ad *Friderici II.* Imp. et *Gregorii X.* pontif. tempora reiicientibus, reliquis de ea prorſus dubitantibus. Quia uero Gregorius V. *XII. Calend. Mart.* anni inſequentis diem ſuum obiit et *Otho* imperator proximo triennio poſt eum eſt ſubſecutus, horum ſententia, ut falſa, obtinere neutiquam poteſt. Niſi quis haec ita accipere et interpretari uelit, quod tum demum primo per principes electores ſit facta electio, in perſona *Henrici* Bauariae ducis idque anno primo ſupra milleſimum. Qui uero de ea dubitant, iis inferius ſuo loco reſpondebimus.

Taginoni confirmat praedium quoddam Ratisbon.

LVI. Eodem anno OTHO *Romae Imperatore*, ut uerba diplomatis habent *XI.* rogatu *Henrici* ducis, conſanguinei ſui, *Taginoni*, eius ſacellano, praedium quoddam Ratisbonae, inter eccleſiam S. Dei genitricis, ad ueterem dediculam et curtem S. Ruperti ſitum, confirmauit et poſtero anno, poſt perluſtratam Tuſciam et Romaniolam, *Quedelburgum* in Saxoniam ſe recepit. Ibi ſequenti anno *VIII. id. April. indict. XIV. anno regni ſui XVI. imperii IV.* precibus *Henrici*, epiſcopi Wirceburgenſis inductus, eidem Taginoni *Priſingam* uillam, ad Regi et Danubii confluentes indulſit. Eo in loco ſanctus Otho epiſcopus poſtea monaſterium condidit, clarum hodie pietatis eius monumentum. Inde in *Poloniam* ſe contulit et, uoti perſoluendi cauſa, *S. Adelberti*, non ita pridem ſacro martyrio affecti, *ſepulchrum* uiſitauit. Vbi a duce *Boleslao* amplisſimae pompae ac humanitatis genere acceptus eſt, unde ipſe uiciſſim referendae gratiae ſtudio incenſus, ad nouae dignitatis faſtigium euectum, eum ex duce primum Poloniae *regem* uocauit, et *amicum imperii* ſalutauit, uniuerſa, quae conuenerat, Polonorum nobilitate applaudente et ad tantae rei ſpectaculum prae laetitia geſtiente.

999 *et in Saxoniam ſe recipient,*

eidem Priſingam concedit,

poſtea monaſterium.

S. Adelberti ſepulchrum viſitaturus a Boleslao Pol. duce ſplendide excipitur,

quem regis et amici imperii titulo decorat.

Propter nouos tumultus

LVII. Inter haec noui in Italia tumultus excitati ſunt, Italis imperii decus ad Germanos translatum acerbe ferentibus et Saracenis Campaniam miſere deuaſtantibus. Quod ubi Otho cognouit, incredibili celeritate tanta terrarum interualla emenſus, in Italiam ſe retulit et, pulſis inde deletisque Saracenis, circa domini natalitia Romam uenit. Vbi in tantum uitae periculum coniectus, ut in capitolio a ciuibus obſideretur. Eare accepta, HVGO, marchio Brandenburgenſis, ex Hetruria Romam accelerat et, adducto ſecum HENRICO Bauariae duce, ſenatum adit, obteſtatum, ut ciues ab armis reuocaret et pacis conditiones admitteret: ſe operam componendae paci nauaturum et, quod e re utriuſque partis eſſet, publico nomine conſulturum. Senatus, nc plus furere, quam agere uideretur, re cum ciuibus deliberata, per ſimulationem, Hugoni et Henrico *arbitris*, pacem inter ſe et imperatorem conciliandi poteſtatem facit. Dum igitur oratione populum detinet Hugo et ad pacis ſtudium cohortatur, imperator de hoc prius edoctus, mutata ueſte, per occultos capitolii cuniculos, Roma eductus, cum Henrico duce per eosdem cuniculos eſt ſecutus. De quo facto, cum Romani poſtea eum inſimularent, per internuncium reſpondiſſe fertur, tutius et honeſtius fuiſſe, imperatorem e manibus eorum ereptum eſſe, quam uiolento populi impetu trucidatum, quod nulla re, niſi interitu urbis, expiari poſſet. Hac ratione elapſus Otho, dum matura ulciſcendae contumeliae conſilia init, in medio rerum conatu, ut res humanae inſtabiles, *chirotbecis* ueneno infectis et ab *uxore Creſcentii* miſſis, *V. Cal. Febr.* extinctus eſt. Cadauer eius *Henricus* Bauariae dux, in regno ſucceſſor, in Germaniam deferri curauit. Inteſtina *Auguſtae*, corpus *Aquis* ſepulturae mandatum fuit.

epitulantibus

elabitur,

1002 *paulo poſt intoxicatus moritur.*

LIIX. Othone ſine heredibus mortuo, HENRICVS Bauariae dux, *Henrici Hezeli* illius, de quo diximus, filius, cognomento *ſanctus* et *claudus*, a principibus electoribus rex creatus *et VIII. idus Iun. Moguntiae* a *Willigiſo* archiepiſcopo, ſacra unctione in regia dignitate conſecratus eſt, tunc primum obſeruata electionis ſanctione ab Othone inſtituta. Dominatus eius ab initio ſeditioſus et turbulentus ac rebellionum plenus fuit, et bella non parua cum rebellibus gerere coactus eſt. Quippe *Henricus*, Auſtriae marchio, de regno cum eo contendere inſtitit atque adeo in eo perſeuerauit, ut, quod uiribus ſuis tentare uix poſſe uideret, id aliena ſibi uirtute obtinendum, putarit. Nam regis fratrem *Brunonem*, Bauariae ducem et alios acriores belli ſocios, ad ferendum auxilium exciuit. Molitus eſt id quoque temporis res nouas in Italia *Ardoinus*, Valpergenſis Eporedienſium et *Ecbertus* Saxoniae marchio: ille *rex Italiae* aduerſus Henricum electus et coronatus, hic iuuenili audacia rebellis ei factus. Horum itaque conatibus ut obuiam iret et tantam in eis perfidiam ulciſceretur, ſequenti anno per Bauariam in *Auſtriam* progreſſus, theſaurum et ſupellectilem omnem pretioſam, modico cum exercitu, praemiſit. Quam cum hoſtium equitatus, eruptione facta, ad *Heresburgum* intercepiſſet: Henricus arcta obſidione cinxit et ad deditionem ac praedae reſtitutionem coactam, militibus diripiendam et cremandam dedit, ac marchionem

Henricus S. *ab 7. electorib. rex ſalutatus Moguntiae inungitur.*

Aemulos habet

Henricum *Auſtriae marchionem*

et Ardoinum *Italum.*

Henrico obuiam procedens

1003 *ſupellectilem amittit,*

quamtamen recuperat.

An.Ch.1002. onem in poteſtatem adductum, in caſtro Gibichſtenae, ad fluuium Salam, diligenti coſtodiae tradidit, uniuerſa eius ditione occupata et aliis in feudum collata. Per eosdem dies *Ecbertus*, Saxoniae marchio, a Lothario et Bennone fratribus Saxoniae ducibus occiſus, et per eius caedem Henricus Saxonici belli ſolicitus fuit. Vnde in Franciam reuerſus, *Babebergae* natalem S. Dei genitricis ſolenni pompa celebrauit et, ut Deo, cuius beneficio uitam et regnum retinuerat, ſe gratum oſtenderet, *monaſterium* in oppido *Vorcheimenſi* ampliſſimum eccleſiae *S. Ioannis Baptiſtae* in Haugis, Wirceburgenſi indulſit et mox inde, reconciliatis reliquorum Germaniae principum animis, CVNIGVNDAM *Sigefridi*, comitis palatini et *Hedwiges* coniugum filiam, matrimonio ſibi copulauit et *Babebergam*, dotis nomine, ut *Ditmarus* ſcribit, ei obligauit. Quae poſtea foemina inſignis et ſummae uirtutis euaſit, ad ſingularem pietatem egregia laude caſtitatis et religionis adaucta.

Henrico Auſtr. capto.

Monaſterium in Vorcheim. eccleſiae S. Ioannis in Haugis donatur.

S. Cunigundam *ducit in matrimonium cui Babebergam dotalitium conſtituit,*

1003. eamque Paderbornae coronari facit.

LIX. Proximo anno in Saxoniam profectus, *Quedelburgum* triumphantis in modum iniuit. Ibi reſurrectionis feſtum, pentecoſtes uero dies *Halberſtadii* celebrat, et menſes aliquot conſtituendis rebus abſumit. Inde Corbeiam uerſus iter inſtituens, *Cunigundam* reginam obuiam habuit, et cum ea *Paterbornam* ſe contulit, ubi a *Willigiſo* archiepiſcopo Moguntino coronata et *Sophia* regis ſoror antiſtita Paderbornae conſecrata fuit. Et quoniam *Vandali* occidentales et caeterae *Slauorum* gentes, importunitate et auaritia praefectorum icti, iugum excutere iracunde tentarent et doctrinam chriſtianam, quam ſub Othone I. didicerant, abiicerent, eamque non ad ſalutem animorum, aut libertatis dulcedinem, ſed ad ſeruitutis auctoramentum tradi iudicarent, expeditionem aduerſus eos ſuſcipere, D. *Adriani martyris* gladio, qui Walbergae aſſeruabatur, ſeſe accingere et conuocatum exercitum in *Merſenburgicum* agrum inſtitit ducere. Ibi cum epiſcopatum Barbarorum incurſionibus dirutum et ad nihilum pene redactum uideret, gemebundus inquit: *Chriſte potens bellorum et tu D. Laurenti martyr, polliceor me tibi ex animo ſeruiturum et locum iſtum, tuo dedicatum nomini, modo deſolatum, in priſtinum dignitatis ſtatum repoſiturum, ſi tuo beneficio uictoriam ab hoſtibus retulero, eosque ſacris tuis rurſus adiecero.* Haec cum oraſſet et primus hoſtium aduentus ei nunciatus eſſet, ad diuinam precationem conuerſus, opem Dei precibus expoſcere, exercitum ſacra euchariſtia munire et ex pſalmo, uerba illa inſtitit orare:

Vandalis et Slauis, fidem et obedientiam detrectantibus,

obuiam it, D. Adriani gladio emiſſus.

Apud Merſeburgum,

S. Laurentio *uouet,*

et ut ratione ad Deum fuſa

An.Ch.1003. *Deus, qui conteris bella, ab initio, eleua brachium tuum ſuper gentes, quae cogitant ſeruis tuis mala: diſperge eas in uirtute tua et deſtrue eas, protector meus: pone illas ut rotam et ſicuti ſtipulam, in facie uenti.* Quibus uerbis maximum dimicandi ardorem iniecit omnibus, et ipſe erectior factus, ſtatim in hoſtem incurrit et praelium, intuentibus omnibus, tanta uirtute ac felicitate commiſit, ut breui, repentino quodam quaſi fulmine, uniuerſum hoſtium exercitum diſſiparit ac fregerit et, ſine effuſione Chriſtiani ſanguinis, glorioſiſſime de illis triumpharit. Hanc autem uictoriam non humano auxilio, ſed praeſenti *S. S. Laurentii, Georgii* et *Adriani* martyrum ſubſidio partam eſſe, pro comperto eſt. Etenim qui cum eo in caſtris erant, dictos martyres cum *Angelo armato* exercitum eius praecedentes, acri ſefe impetu in aciem gentilium incitantes ac ui et uirtute ſua cuneos eorum, tanquam coeleſti quodam fulmine perrumpentes, uidiſſe perhibentur. Quo uiſo *Henricus* exhilaratus, ſublatis in coelum oculis et manibus, ita precatus eſt: *Benedico, Deus, rex coeli et terrae, qui ſuperbis reſiſtis, et humilibus das gratiam, qui cuſtodis diligentes te, glorificatus es in gentibus, propter datam nobis de coelo uictoriam*, ac mox inde aduerſus caeteros Slauorum gentes, imprimis uero BOLESLAOS duos, alterum *Poloniae regem*, alterum *Bohemiae ducem*, progreſſus, non minori felicitate eos profligauit et ad obedientiam praeſtandam ac ueterea iura tuenda coegit.

congreditur cum hoſtibus

victoriam quaerepartat,

diuis martyribus auxiliantibus.

Hinc gratias Deo perſoluit,

Poloniae regem et Bohemiae ducem profligat.

LX. Hinc in unum *Ardoinum* conuerſus, exercitum in Italiam duxit, et apud ſubalpinos in campo Fabricae bis cum eo marte ancipiti concertauit. Eo in bello captus et deceptis cuſtodibus elapſus, cum de muro ſe praecipitaſſet, laxato crure, poſtea *claudicaſſe* dicitur. Sunt qui haec ad annum tertium decimum ſupra milleſimum referunt, ſed praeter omnem rationem, cum eo anno ad *Campiſium* felicius pugnarit Henricus et, poſt Ardoinum ſuperatum, *conuentum* in *Roncaliis* habuerit et leges tulerit, quarum aliquot de *ueneficiis* et *illicitis nuptiis* adhuc extare *Sigonius* prodidit.

Cum Arduino manum conſerens

capitur,

altero uero pede claudus *euadit 1013.*

LXI. Caeterum *Nunneſius*, monachus et qui eum ſequitur, *Nauclerus*, aliam hius claudicationis cauſam refert. Scribit enim *in uita Henrici regis: eum Gargamum montem, locum ob continuam archangeli Michaelis praeſentiam admodum celebrem, uiſitaſſe, et intentius ibidem oranti angelum, inter ſacrorum ſolennia, librum quendam deoſculandum ipſi exhibuiſſe. Henrico autem per niſionem obſtupefacto et dubio, ac in locum anguſtiorem ſe recipiente, angelum aduerſum eius femur tetigiſſe,*

Alia claudicationis cauſa.

An.Ch.1003. *tigisse, inquiens, hoc tibi signum erit dilectionis Dei propter castitatem tuam et iustitium. Ex eo angeli tactu neruum femoris eius ita extemplo exaruisse, ut nunquam deinceps claudicare desierit.* Integrum lectori sit, quid horum uelit credere: claudicasse tamen Henricum non naturae uitio, sed casu quodam certum est. Huius rei illustre adhuc hodie, *ante portam orientalem basilicae cathedralis*, in dextro latere, e regione Adami et Euae cernitur indicium, *lapidea imperatoris statua, cuius sinistro pedi dextro breuiori lapillus artificiose subtractus iacet.*

claudicationis monumentum.

Cur Sanctus. SANCTVS uero dictus est propter eximiae pietatis laudem. Fuit enim princeps optimus et christianissimus, qui, populis exteris deiectis, episcopatus, *Magdeburgensem, Misnensem, Argentinensem* et *Hildesheimensem*, crebris hostium incursionibus deuastatos, partim suis, partim gentium deiectarum bonis, ditauit, aedificiis ornauit et in pristinum dignitatis statum, multis additis ornamentis, restituit et tanta liberalitatis ac pietatis adiumenta diuersis praestitit ecclesiis, ut dignus sit habitus, qui in *sanctorum* numerum referretur.

1004. LXIII. Sic postero quoque anno, uoti memor, Merseburgensem episcopatum, amplissimis muneribus auctum, reficit et *D. Laurentio ex uoto dicunt calicem aureum,* *D. Laurentio*, eiusdem patrono, *calicem aureum*, preciosis gemmis ornatum, obtulit. Qui deinde, cum morientis merita in statera appensa ponderarentur, dextrae partis lancem oneratam fertur. De quo sic *Albertus Cranzius* scriptum reliquit: *miraculo infigacem.* *Merseburgi*, inquit, *seruant calicem, quem librae ferunt iniecisse D. Laurentium, cum imperatoris iam mortui trutinarentur bona cum malis. Ansam ferunt tum indignantem humani generis inimicum defregisse, quando nihil suum reperit in moriente.* Eodem anno Henricus rex *Brunonem* fratrem, suae dignitatis et fortunae insensissimum, delictum suum confitentem et ueniam suppliciter deposcentem, ad se admisit et ex inimicitiis in gratiam recepit.

Brunonem fratr. in gratiam recipit.

1005. LXIV. Proximo uero anno HENRICO, *Bauariae ducatum Hezilonis affini confert, et Gothofrido ducatum Lotharingiae. Flandros aduersitur.* Cunigundis augustae fratri, *Bauariae* ducatum subhasta fignifera contulit et Gothefridum, *Gothofridi* domini *Ardennae* filium *Lotharingiae* ducem substituit. Inde aduersus *Balduinum* Flandriae comitem, *Valencenas*, Lotharingiae urbem, inuadentem profectus, cingere eum obsidione constituit. Verum *Roberto* Francorum rege et *Richardo* Normanorum comite obsessis in auxilium properantibus, ab obsidione discedens, uim omnem in *Flandros* conuertit et, populata eorum terra, aliquot ex primoribus cepit et captiuos *Tornacum* abduxit. Quo cogni-

A to Balduinus, remissa pertinacia *Valencenas* reddidit et, se obsides daturum ac pactionem facturum, sanctissimo sacramento iurauit. Quibus rebus feliciter peractis, in Germaniam regressus Henricus, Moguntiae sacra limina S. Martini uenerabundus accessit, et natalitia diuorum Petri et Pauli apostolorum celebrauit. Inde per Franciam orientalem iter faciens, Saxoniam, quam, teste *Ditmaro*, se- *Saxoniam reuisit.*
curitatis et totius ubertatis quasi florigeram paradysi aulam, nominare saepius est solitus, reuisit et multo intentius in studium pietatis incubuit,

An.Ch.1005. *Moguntiam redit.*

LXV. Vnde non humanae laudis praemiis inductus, sed diuinae promerendae gratiae studio inflammatus, sequenti anno Babebergae *episcopium* et nobilissimam basilicam erigere, eamque eximiis praemiis et regalibus amplissimis honestarum, in honorem diuorum *Petri* et *Pauli* apostolorum et D. *Georgii martyris*, dedicare instituit. Quia uero nec parochiam, nec ius administrandi sacra habebat, sed, quod ex *Ditmaro* apparet, omnis totius agri *Radenzgauiensis* iurisdictio ecclesiastica, partim ad *Wirceburgensem*, partim *Aistetensem* ecclesias pertinebat et, ob id harum consensu sibi omnino opus esse uidebat, ab *Henrico* Wirceburgensi et *Megingoso* Aistetensi episcopis, ut sui se uoti compotem facerent, precibus contendit, et ad compensationem et alia honesta media sese obtulit. Et sane Henricus, Wirceburgensis episcopus, se eius postulationibus ita demum assensurum pollicitus est, si, impetrata a pontifice pallii authoritate, ex ecclesia *archiepiscopatum* constitueret et, cum *Aistetensi* episcopo, nouum a se constructam basilicam Babebergensem sibi tanquam Metropolitano subiiceret. Accipit conditionem Henricus et, missis Romam ad *Ioannem* pontificem nuntiis, rem summa diligentia peragi iubet. Pontifice autem confirmationem pactionis inter Henricum et episcopum initae et pallii usum pernegante, et Megingoso, Aistetensi episcopo, ecclesiae Wirceburgensi subesse renuente et denique a rationibus alienissimum esset, archiepiscopum nullum aut saltem unicum, habere suffraganeum, rex, mutata paulatim sententia, de erigendo archiepiscopatu Wirceburgensi, inchoatam a se et cum duabus cryptis iam prope perfectam basilicam, liberam omnino, nec ullius obnoxiam potestati esse uoluit, atque eam in rem, postero anno, frequentissimum omnium Germaniae archiepiscoporum, episcoporumque abbatumque concilium *Francofordiam* conuocauit et, ut certo omnes praesto essent, edixit. *VI. Cal. Nou.* Omnes, praeter Henricum Wirceburgen-

Babebergae basilicam condit.

De episcopatu agitant, Wirceburgensis et Aistetensis episcoporum confusum efflagitat.

Wirceburgensis certis conditionibus annuit petito:

est, pontifice confirmationem recusante,

Henricus archiepiscopatum erigere meditatur

concilioque Francofordiae, a. 1006.

An.Ch.1006. genſem epiſcopum, adfuerunt et, *Willigiſo*, archiepiſcopo Moguntino metropolitano praeſidente, fuo quisque loco eſt ſedere iuſſus. Tum Henricus, inermibus ex familia praecedentibus, eſt ingreſſus et, cunctis ad eius ingreſſum patribus e ueſtigio conſurgentibus, in medio aulae conſedit, noua et tam prompta tantorum patrum maieſtate mirabiliter captus. Ibi conſecuto ſilentio, in uniuerſos oculis coniectis, in hanc ſententiam eſt locutus: *Voti compos mei factus, ingentes Deo gratias ago, quod tot patres conuocatos uideo. Oro porro uos, ut benignis me auribus audiatis, nec patiamini, pium meum inſtitutum, iniquis hominum obtrectationibus, lacerari. Ego, adepta de tot hoſtibus uictoria, cum heredes ex me deſcendentes habeam nullos, nec in acquirenda ſobole laborem, ob aeternae remunerationis praemium, Chriſtum heredem elegi et, conſtituto Babebergae in urbe mea epiſcopio, ab Henrico Wirceburgenſi epiſcopo, ad id aſſenſum ſuum ut praeberet, ſimuis hactenus precibus contendi atque, propoſitis aliquot conditionibus, ad iuris conceſſi compenſationem me obſtrinxi. Qui, licet ad extremum, uehementibus meis flagitationibus uictus, ita ceſſerit: ſi ad dignitatem urbi Wirceburgenſi addendam, eccleſiam eius ad honorem archiepiſcopatus euehere m et, cum Aiſtetenſi epiſcopo, nouam a me conſtructam eccleſiam Babebergenſem, ei tanquam metropolitano, ſubicerem: cum tamen in poteſtate mea iam non ſit, illud concedere, quod precibus a pontifice impetrare non poſſum, non propter diuini cultus augmentum, ſed ob dignitatis adipiſcendae lucruram, a promiſſione recedit et nec huius, ut nec baculi, nihi in mutuae confirmationis ſignum dati, rationem habet. Cum itaque Cunegundis auguſta, dilectiſſima coniux et Bruno, frater, Bauariae dux, heredes mei, in comitatu praeſentes, hoc meum inſtitutum omnibus uiribus urgeant et ad effectum id cupiant perductum et larga horum ad id adſpiret benignitas. Quamobrem, quando ipſi conueniſtis; uos obſecro, ut omnes pertinaciae et conditionum cauſas amoueatis et ſalutem eccleſiae atque incrementum uobis non minus curae eſſe ſinatis, et in communem eius utilitatem incumbatis.* Haec, ubi dixiſſet, et ad officia quaeque promptum ſe ac beneuolum erga omnes exhibuiſſet, *Berengarius*, Henrici, epiſcopi Wirceburg. cancellarius, *inſidias domino ſuo in itinere a rege paratas contendens, cauſam contumaciae exponit et, dominum ſuum, epiſcopum, iura eccleſiae ſuae amplificare, non imminuere uelle oſtendit, orans, ne quid in abſentis detrimentum ac futurum ſui ipſius in exemplum cognoſcerent.* Ibi quoque pri-

aperit conſilium,

oratione ad patres habita.

Cui licet ſe opponat Berengarius cancellar. Wirceb.,

uilegia eiusdem eccleſiae, clara uoce, recitata et per totum diem de re propoſita diligenter et accurate, ab utraque parte fuit diſputatum. Inter haec Henricus, quoties anxiam iudicum ſententiam animaduertit, totics humi inclinatus, pro ſe et eccleſia ſua preces effundit et honorem eius patribus humiliter commendat. Poſtero die, conſidentibus iterum ordine patribus, et, pracuia conſultatione, rem tantam uerſantibus; *Tagino* epiſcopus Magdeburgenſis, *primas* Germaniae a *Willigiſo*, metropolitano, quid ſui iudicii eſſet, rogatus, *propoſitum Henrici iuſtum eſſe et ſuum ſortiri debere effectum*, pronunciauit, cunctis ſententiam eius confirmantibus et, atteſtatione ſua ac ſubſcriptione, roborantibus.

Au.Ch.1006.

in ſecunda tamen ſeſſione,

Taginonis archiep. Magdeburg ſuffragio,

uoti compos fit.

LXVI. Quam ob cauſam Henricus, Wirceburgenſis epiſcopus, in maximum regis odium ac probe in periculum abrogationis epiſcopatus, adductus, cum ſe nuſquam caeſaris ab inſidiis tutum eſſe animaduerteret, *Coloniam* ad fratrem *Heribertum*, archiepiſcopum, uenit et, ut interceſſione ſua regis gratiam ſibi impetraret, precibus depoſcit. *Heribertus*, ſuſcepto eius cauſae patrocinio, regem ſuppliciter adit et, tum ſuis, tum aliorum precibus, euincit, ut condonata culpa, fratrem in gratiam reciperet ac, in remunerationem iurium ſibi abiudicatorum, *Meringam* oppidum et *Waldorfium*, cum omnibus eorum poſſeſſionibus, iuribus et libertatibus, aſſignaret. Literae hac de re ſcriptae *Nonas maias, indict. V. anno regni Henrici II. regis VI. Wirceburgi* datae ſunt. Et quamquam etiam uehementer Henricus apud *Megingoſum*, Aiſtetenſem epiſcopum, inſtabat ac, praepoſitis conditionibus aequiſſimis, eum inuitabat, ut et ipſe, ad illuſtrandam et amplificandam eccleſiam ſuam, partem aliquam dioeceſi ſuae conferret: eo tamen negante, et ius ſuum pertinaciter defendente, cum nihil proficeret, res ad annum decimum quartum ſupra milleſimum, reiecta fuit. Itaque *Ludouicum* et *Albericum*, ſacellanos, ad *Ioannem XVIII.* pontificem mittit, qui eum *Romae*, in Laterano, conuentum, primum regiis muneribus onerant, deinde impenſe inſtant, ac precibus obtinent, ut factam cum Henrico Wirceburgenſi epiſcopo permutationem, ratam non ſolum haberet ac nouam Bambergae conſtructam eccleſiam, in ſuam et Romae ſedis protectionem ſuſciperet, ſed etiam ea omnia, authoritate pontificia, confirmaret. Extat de hoc diploma Ioannis pontificis, *menſe Iunio, indict. V.* in Laterano datum. Exemplum uero caeſareae fundationis ſic habet abinitio: *HENRICVS II. diui-*

Epiſcopus Wirceb. timore actus, Coloniam aduolat et,

Heriberti fratris interceſſione,

ab imper. in gratiam recipitur,

Megingoſus epiſc. Aiſtetenſ. iura ſua pertinaciter tuetur.

Ioannes XVIII. P. nouum epiſcopatum confirmat,

inque ſuam protectionem ſuſcipit,

An. Ch. 1006. *na fauente clementia rex. Salutiferrimis sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur, ut temporalia et terrena postponentes commoda, aeterna et sine fine mansura in coelis studeamus adipisci consortia. Quapropter* &c. &c. *An. Ch. 1006.*

Henricus eandem miracule auget

LXVII. Non destitit interea Henricus, ecclesiam suam iuribus nouis et possessionibus cohonestare, ditionem amplificare, nec quicquam, quod ad dignitatem eius et honorem pertinere posset, intermisit, id quod templa magnifica, monasteria amplissima, uici, castra et oppida, in *Bauaria*, *Stiria*, *Austria*, in perpetuum ei donata, abunde testantur.

concedens ipsi in feuda

Possidebat complures etiam Henricus, sub id tempus, in ueteri Saxonia, res feudales, ex obitu Saxoniae ducum, maiorum suorum, partim iure in se hereditario deuolutas, partim Othonum imperatorum beneficio sibi donatas. Inter *Schidingum* oppidum et castrum ac ius aduocatiae *coenobii Rhegensdorfensis*, ad Oncstrudem amnem, ecclesiae suae ita firmauit, ut eam adhuc hodie respiciant et hoc *prouinciales Thuringiae comites*, illud uero *Anhaltini* principes, ab episcopo *Bambergensi* in feudum accipiant. His addidit *Villacum*, *Wilfersbergum* cum insigni *superioris et inferioris Carinthiae* prouincia: *Vorchemium* et totum illum, urbi propinquum, agrum, qui circumiecta *Radenzgauiensis comitatus* oppida, castra, praedia, uicos et uillas, *Höchstadium*, *Auracum ducis*, *Buchenbachium*, *Lonestadium*, *Wacherodem*, *Mülhusium*, *Eckolshemium*, *Halstadium*, *Bischouesbergum*, *Viretum* et alia continet. *Konigshouium* item, cum *Grmphenfeldensi* et *Salauiensi comitatibus*, ac horum omnia patrimonia, iura, libertates et iurisdictiones, in tabulas relatas firmauit. Et quandoquidem illa, per Henricum episcopum, facta concessio alia non fuit, quam *ecclesiastica iurisdictio*, cuius inspectionem, et curam demandatam habuit, ut ex literis, alibi huic historiae intextis, uidere licet: ideo ego data occasione illos praeterire non debeo, qui urbem Babebergam cum omni circumiacente territorio, in episcoporum Wirceburgensium potestate fuisse, opinantur. Recte, si sacram sentiunt, sin aliam, quam profanam differentiae causae appellamus, nihil imperitius, cum statim post *Adelbertum comitem*, a caesare *Ludouico* capite plexum, totus hic principatus, paucis exceptis, ad auunculum eius, Henricum aucupem et, post huius obitum, ad Othones imperatores, successionis iure transierit. Quem postea Othonem II. imperatorem, Henrico nepoti suo concessisse, supra ex diplomate retulimus, per quod planum

oppidum Schidingum et ius aduocatiae coenobii Rhegensdorfensis

Villacum, Wolfsberg, ceteraque Carinthiae, Vorchemium, comitatum Radenz uicosque, cum omnibus eius oppidis, uicis et praediis.

Konigshouium, Graphenfeldensem et Salauiensem comitatus,

sed non nisi quoad iudiciarium ecclesiae.

Babeberga quo iure olim spectarit ad Wirceburgum.

est, ipsum Henricum triginta circiter et amplius annis eum possedisse et, cum procuratione aduocatiae, iurisdictionem quoque in eo exercuisse, per suos rectores, quos comites diplomata nominare solent et tunc temporis non dignitatis, sed officii genus fuit. Vnde *comes centenarius* lege *Alemannorum* prisca is dictus, qui uni alicui centenae praefectus est, coram quo, aut suo nullo, conuentus agi et placitum fieri, conuenit. Quae ideo annotare placuit, quo appareat, in cuius potestate res Babebergicae, tempore fundationis Henrici, constiterint et qualiter eae ecclesiae assignatae fuerint. Coenobia uero ab illo ecclesiae Babebergensi beneficii nomine indulta ea lege, ut noui eorum abbates et abbatissae inuestituras ab episcopo acciperent, et homagium praestarent, haec sunt: Abbatia *Kitzingensis*, in agro Gostuelden si, ad Moenum: *Nouoburgensis* ad Danubium: ambo *monialium* ordinis *S. Benedicti*: *Scutera* in dioecesi Constantiensi: *Gengenbacensis*; *Argentinensis*; *Steinensis*, ad Rhenum, in agro *Hagenauiensi*: D. Martini confessoris apud *Teccmenses*, in Rhetia: domini et Saluatoris Christi in *Berga*. Quibus progressu temporis aliae nouae accesserunt abbatiae. Et nos de *singulis* inferius suo loco dicemus.

Comes centenarius quis dictus lege Alemannorum.

Monasteria episcopatus Bamb. respicientia.

LXIIX. Caeterum inter tot praeclara et memorabilia beneficia, concessiones et iura, illud imprimis celebratur, quod consilio pleno prudentiae et liberalitatis, potentissimos Germaniae principes, supremos ecclesiae Bambergensis OFFICIALES constituit. Ratus enim ad fidem suam et dignitatem pertinere, ut urbem Babebergensem, quam non solum Romani *imperii uillam*, sed catholicae quoque religionis domicilium, esse uolebat, illustri aliquo praesidio instrueret, regia authoritate statuit, ut principes electores ecclesiae Babebergensis officiales et uasalli essent, et *imperii feuda, quae electorali nomine ac titulo tenent, ab episcopo Babebergensi acciperent*, eaque fide, quae domino feudi debetur, eidem obligarentur. Maxime uero in celebritate illa, qua recens electus episcopus, cum apparatu splendidissimo, urbem de more primum intrare solet, comitandi et, deducendi gratia praesto essent et, suo quilibet munere functus, tantae ecclesiae maiestatem, authoritate sua et praesentia, fulcirent et administrando illi *subserurent*.

Babeberga imperii Rom. urbs.

Ecclesia ibidem electores 4. uasallos habet et officiales.

LXIX. *Brandeburgius* camerarius superior, *palatinus* dapifer, *Saxo* ensifer, *Bohemus* pincerna. Quoniam autem hi principes electores in diuersis aliis locis regias suas habent, nec per se coram eiusmodi sibi attributa munia sem-

Horum officia.

An.Ch.1006. semper administrare possunt, alios Franciae nobilitatis uiros substituerunt, qui, necessitate exigente, suas hac in re uices subirent. Et sane a Brandenburgico *Schwinshauptenses*, a Palatino *Pommersfeldenses*, a Saxone *Kunstadienses*, a Bohemo demum *Rotenhanii*, ea conditione subrogati sunt, ut *senior* cuiuslibet familiae, officio, a superiore suo sibi delato, praesit et inuestituram ab eodem accipiat. Sed ut ea, quae ponimus, certissime demonstremus, copiose et diligenter de ea re, natura minime dubia aut obscura, differendum erit. Quod *Auentinus* Othonis III. imperatoris de electoribus sanctionem in dubium uocare et ad *Friderici II.* imperatoris et *Gregorii X.* pontificis, tempora transferre ausus, qui sententiam ipsius sequerentur, multos reperit. At si rem computamus, tenue est, quo ille et qui eum sequitur, *Onuphrius Panuinius*, nititur argumento. Nempe principes electores, uti nostro seculo sunt, ideo illa tempestate nôn potuisse accipere constituendi caesaris legem ac praerogationem, *quod nullus, nec Germanus, nec Italus, nec cuiusuis gentis author, qui tamen ante Fridericum II. uixerit, huius rei, alioquin per se memorabilis, mentionem faciat.* Etsi uero hac in re, ut et in plerisque aliis rebus maximis, non immerito detestanda sit flagitiosa illa scriptorum negligentia: ego tamen istam Auentini opinionem et Onuphrii, *sola illa officialium Babebergensium ordinatione*, refelli posse existimo. Si enim, quod in quaestione positum, Henricum imperatorem constituisse seculares principes electores, ecclesiae Bambergensis officiales et his rursum alios uiros nobiles in locum suum substituisse. Id quod tot antiquorum *diplomatum* monumenta, inde a quadringentis et pluribus annis, testari et denunciare, uideri possunt. In quibus etiam marchio BRANDENBVRGICVS primo loco et digne quidem, quia camerarius imperatori proximus, reliqui eodem ordine, quo collocauimus, positi reperiuntur: consequitur, principum electorum institutum esse uetustius atque ipsum OTHONEM, non autem *Friderici*, nec quemuis praeterea alium, eius fuisse authorem. Nam quamuis ab initio, ad Friderici usque tempora, non ita stricte et exacte obseruatum sit et ex historiis constet, plures semper in electione noui regis extitisse electores et, in motibus ac perturbationibus, reliquos episcopos et principes plus interdum potuisse, quam eos, apud quos

Subofficiales nobiles.

Auentini argumentum contra Ottonis III. sanctionem

officialium Babebergenſ. constitutione refellitur.

Camerarii locus primus.

Othonem ſeptemuiratus autorem fuiſſe euincitur.

A eligendi potestas erat: horum tamen ius et authoritas per haec minime obliterari, nec Othonem huius sui instituti non fuisse authorem, inde euinci potest. Cum praesertim *Ditmarus*, aequalis illorum scriptor, Bohemiae ducem in electione Henrici imperatoris fuisse, aut certe partibus eius aspirasse, haud obscure significare uidea- B tur et postmodum CAROLVS IV. imperator, hos ipsos principes electores in certas classes ac in eum ordinem, qui hodie est, redegerit.

LXX. Sed ne circa ea, quae de OFFICIALIBVS INFERIORIBVS diximus, dubitatio aliqua suboriri, uel lectoris animum retardare possit, eum scire operae pretium est, subrogatos a Saxone primum, e *Kunstadiorum* familia officiales, mutato paulatim gentilitio nomine ab officiis denominationem usurpasse et, stirpe in diuersas propagines destincta, hos *Marschalcorum*, illos uero *Redeuiciorum* appellationem, ab arce *Redeuiciana*, ad posteros propagare maluisse, licet alias cum *Kunstadienſibus* aequalia gerant arma, et inter se inuicem sibi succedant. Sic nec mirari debet quisquam, quod nos *Rotenhaniorum* familiae aliud, quam hodie administrat, officium assignauerimus. Nam licet nobiles *Schweinshauptenſes* eo, cui praesunt hodie *Rotenhanii*, iam olim functi sint munere et horum memoria, ut qui tunc nullum prorsus habuerunt officium, omnino subliterata sit, in picturatis illis et subsellis chori S. Georgii, obtentis aulaeis. In quibus *Georgius* comes *Leostenius*, basilicae cathedralis praepositus, officialium Babebergensium insignia, adhibitis peritis artificibus, intexuit: certum tamen est et uetustis literarum monumentis probari potest, *Rotenha- Rotenhanii o- nios*, ante *quadringentos* et amplius an- *limpincernae,* nos *pincernae* officium administrasse, et id demum circa *annum Christi 1323.* certas ob causas, per Ioannem episcopum, *Auffessio*, beneficii iure, fuisse delatum, id quod in contexenda historia inferius suo loco latius perstringemus. Et fuit sane superioribus diebus tanta regiae huius atque imperatoriae constitutionis authoritas, ut uulgo *fericum Sericum filum* G *filum* appellaretur, quo imperator et *S. Cunigundis.* *Cunigundis*, augusta prudentissima, ecclesiam suam et ciuitatem, quasi muro ac propugnaculo fortissimo, muniuit et, aduersus imminentium extremorum bellorum ac dissidiorum domesticorum incommoda, securam reddidit.

Kunstadii Saxonici subofficiales duas lineas obtere, Marschalcorum et Redeuiciorum.

EBER-

An.Ch.1007. An.Ch.1009.

EBERHARDVS, PRIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

EBERHARDVS I. episc. Bomb. 1007.

LXXI. HIs rebus constitutis, Henricus EBERHARDVM, *Luitberti* burggrafii *Magdeburgensis* filium, *Hedinge*, sorore, nepotem, cancellarium suum, uirum uitae integritatis et pietatis laude praestantem, *primum Babebergensis* ecclesiae episcopum instituit, qui *V. Cal Nouembr. 1007.* per *Willigisum*, archiepiscopum Moguntinum, consecratus, eam annos circiter triginta quinque sancte et laudabiliter administrauit. Proximo anno *Henricus*, episcopus Wirceburgensis, ecclesiae suae dioecesin, a Babebergensi, discriminauit et ecclesiasticam eius prouinciam, *Vireto* uico, a riuulo ibi fluente ita uocato, altrouersum terminatam, et ad perennem memoriam literis mandatam firmauit, his uerbis: *In nomine S. S. et individuae Trinitatis. Omnium, &c.*

1008 Termini dioecesis Bamberg. qua resp. Wirceburg.

LXXII. Postero anno HENRICVS imperator Babebergae duo adhuc templa magnifica extruxit, quorum unum *S. Stephano* dicatum, canonicis *Augustinianis* attribuit, alterum sub nomine *archangeli Michaelis*, monachis *Benedictinis* indulsit, opem ad rem sibi conferente *Cunigunde*, coniuge castissima. Quae, cum non minori fidei et deuotionis ardore flagraret, ad templa in honorem Dei et sanctorum alia instauranda, alia amplificanda, alia noua facienda, dotem suam et patrimonium contulit suasque semper, cum Henrico imperatore, curas communicauit, et populis, admirandis operibus, uenerabilem adeo se reddidit, ut conceptam de se sanctitatis opinionem indies magis augeret. Haec, cum in aedificanda S. Stephani ecclesia operarii, diuersis et inaequalibus horis conducti, mercedem exigerent, *lancem chrysfadinam*, numis repletam, proposuisse fertur, ut ex ea quisque, pro rata parte laboris, acciperet. Sed nemo inuentus est, qui plus, quam diurno labore promeritus esset, inde leuare uel accipere potuerit. Id quod indicat huius miraculi pictura, adhuc hodie in muro eiusdem ecclesiae posita. Ipsam uero lancem chrysfadinam, ab illo tempore, usque ad seruile illud Germaniae bellum, in *monte monachorum*, pro reliquiis asseruatam, seditiosam rusticorum licentiam desegisse perhibent.

1009 Henricus S. exstruit templa S. Stephani et S. Michaelis archangeli. Cunigundis liberalitate in ecclesiam sanctae titulum promeretur. eius laus miraculosa.

LXXIII. Eodem anno, ante diem Sextum *idus decembris*, e uiuis discessit *Sigefridus*, episcopus Augustanus, cuius in locum Bauariae dux, Bruno, Henrici imperatoris frater, suffectus, dioecesin Augustanam administrandam excepit et sanctis praeceptis, ut officio aedificandae ecclesiae *S. Vlrici* inseruiret, a fratre hortatus, illud quidem munus, sed non ut iussus erat, obiit et in tantam imperatoris indignationem incurrit, ut, *quod imposterum recte curatum uellet, se fratri non amplius commissurum*, palam testaretur.

Bruno Henrici S. frater episc. Augustanus, eo quod minus recte officio fungitur, imperatoris indignationem incurrit

LXXIV Annus inde millesimus decimus insigni *Hungarorum* ad fidem Christi conuersione nobilitatus est. Eius rei faciendae initium ab ipso rege est ductum. Qui, cum Henrici imperatoris castitatem insignem, rerum gestarum gloriam maximam et religionem seruentissimam, esset conspicatus atque aliqua cum eo iungi affinitate cuperet, per nuncios GISELAM, eius sororem, eximia specie uirginem, sibi in matrimonium postulauit. Quam cum impetrare non posset, nisi christianam religionem susciperet, ultro sacrum lauacrum accessit et in baptismo STEPHANI nomen accepit. Huius pulcherrimi sacli imitatione uniuersa Hungariae gens, ucrae pietatis amore accensa, Christi fidem assumpsit et Henricus imperator Hungarorum apostolus appellatus est. Inde per Franciam et Rhenum progressus Henricus, *Moguntiam* uenit, ubi rogatu Cunigundis, augustae, *Eberhardo*, episcopo, praedium *Thariss-ense*, antiquitus *Synderishusium* dictum indulsit eique priuilegium, de tuta eius possessione, confirmauit. Equibus satis liquent, quae supra in Ludouico IV. caesare, de coenobii Thariscensis origine, diximus, et suffragatur diploma, quo *Suidigerus* episcopus eius se conditorem prodidit, et notius est, quam ut hic exequar.

1010. Hungari ad Christi fidem ducuntur, rege ipsorum Giselae amore ducto es in baptismo Stephani nomen assumente. Henricus S. Hungarorum apostolus. Thariscense episcopo Eberhardo dono dat.

LXXV. Sequenti anno, HENRICVS, Bauariae dux et THEODORICVS, episcopus Metensis, Cunigundis augustae fratres, liberalitatem, siue, ut *Gunzio* uocat, largitatem fororis, liuentibus oculis notantes, Henricum imperatorem pientissimum, quasi patrimonium suum otiosis sacrificuliis distribueret, insinuarunt. Et cum a tam pio proposito eum reuocare non possent, quod diu animis secum agitarunt, ad effectum perducere et conspirationem aduersus eum

1011 Cunigundis fratres pietatem caesaris fugillantes,

An. Ch. 1011. *arma contra eum arripiunt, Augustam Vindel. occupant,*

um facere, coeperunt et, assumpto in armorum societatem *Welfo*, Sueuiae principe, bellum ei intulerunt, occupata primum *Augusta*, et pulso inde *Brunone* episcopo, imperatoris fratre. Sed imperator praelio fractos et dissipatos acrius persecutus, Henricum, ducatu exutum, e Bauaria depulit et post urbem *Metim* captam atque *Theodoricum* in potestatem adductum, *Adalberonem*, Cunegundis augustae fratrem, episcopum constituit.

Sed poenas pendunt imperatori.

1012 Eucaenia Bambergensia.

LXXVI. Pridie inde *Nonas Maias anni 1012.* basilica cathedralis, a Iohanne patriarcha Aquileiensi dicata fuit, praesente et iubente Henrico, imperatore, ecclesiatum patrono munificentissimo. Et dedicationi *Ditmarus*, se cum triginta et amplius episcopis interfuisse et ecclesiam, insignibus episcoporum muneribus auctam et amplis, pontificis et imperatoris, concessionibus ornatam, uidisse, scribit.

Turbae inlatae reuiniscunt.

LXXVII. Sed dum his curis Babebergae agit imperator, in Italia *Ardoinus*, prospero gestarum rerum successu, inflatus et, occupationibus Henrici, incitatus, Mediolanensium agrum deuastare institit. Itaque Henricus, ab Arnulpho archiepicopo, literis et nuntiis, in Italiam accitus, sequenti anno, conuentum principum *Francofordiam* indixit et consilia cum iis, de suscipienda in Italiam, aduersus Ardoinum, profectione et accipiendis insignibus augustalibus, contulit. Ibi cum *comitatus Bissingensis*, in superiori *Rhingauia*, cum oppido et *castro Geracensi*, ad imperium deuolutus esset, *Erenboldus*, Moguntinus et *Burchardus*, Wormacensis, antistites, arbitri dati, de concordia, inter *Eberhardum* Babebergensem et *Henricum* Wirceburgensem, episcopos, concilianda, egerunt et bonis Bissingensis comitatus, ecclesiae Wirceburgensis permissu Henrici imperatoris, adiudicatis, Henricum episcopum earum ditionum dominum pronunciarunt et, ut hic uiciſſim *Halstadiensem*, *Amblingstadiensem* et *Sisselingensem* parochias, quae adhuc, iure patrimonii, ecclesiae Wirceburgensis erant, *Eberhardo* episcopo et ecclesiae Babebergensi in perpetuum resignaret, effecerunt. Eam rem, diplomate comprehensam, Henricus imperator *XI. Cal. Iul. indict. XI. anni regni sui XII.* dedit et, conuentu inde soluto, cum magnis equestribus et pedestribus copiis, per Tridentinas alpes, in Italiam progressus, Veronae in finibus *Ardoinum* armatum, sibi obiectum, duobus magnis praeliis, uicit et uirtute Germanotum adeo fugauit, ut uix ex periculis *Papiam* euaserit.

1013 In comitiis Francofordensibus

per arbitros sopita est lis inter Babebergensem et Wirceburgensem episcopos: adiudicato huic comitatu Bissingensi,

ac iuribus parochialibus in Halstatt, Amblingstatt et Seslingen ad illum deductis.

Caesar obuiam proceden Arduino

eum fugat.

An. Ch. 1013. *Post coronationem Lombardicam*

1014.

LXXVIII. His ita feliciter peractis, *Lombardiam* lustrat et coronam, ab *Arnulpho* archiepiscopo Mediolani, secundum antiquum Gregorii pontificis decretum, accepit et proximo anno, Romam uersus profectus, Gualtherum, episcopum Spirensem, ad *Benedictum* pontificem, ad significandum suum aduentum, mature praemisit. Quo ubi uenit, benignis pontificis et Romanorum animis exceptus, in resurrectionis die, una cum Cunegunde coniuge, solenni ceremonia coronatus est. Tum uersus *Apuliam* et *Calabriam* directis aciebus, *Graecos* pariter et *Saracenos* e Capua expulit et Bubaganum, Graecorum ducem, acri praelio superatum, e Troia eiecit et, post reparatam et imperio redditam Apuliam, *Ismaelem*, nepotem suum, quem Babebergae, in sepulchreto canonicorum cathedralium sepultum diximus, ducem eius instituit et uictor inde Romam reuersus, in Germaniam se recepit. Verum in itinere recordatus, *Cluniacum monasterium* in iis locis esse, clara iam pridem sanctitatis et religionis fama nobilitatum, praemisso exercitu, cum paucis illud inuisit et, cum monachis familiariter epulatus, praeter alia praeclara dona, quae in Alsatia eisdem attribuit, coronam auream, pretiosis gemmis redimitam, Deo inter sacrorum solennia obtulit.

Romae una cum augusta coronatur.

Apuliae recuperatae Ismaelem, nepotem, ducem praefecit.

Cluniacum inuisit

et munerat.

Religiositate non obstante,

imperium dilatauit.

LXXIX. Inde, per *Leodium* et *Treuirim*, iter faciens, ibi multa quoque religiosis est largitus, adeo ut mitum sit, quod homo ita religioni deditus, imperii terminos prolatare, ab hostilibus incursionibus tutos reddere, et regnum suum augere ac locupletare potuerit. Quod enim caeteri reges, ensibus et humani sanguinis effusione, non sine multorum calamitate, persecetunt, hic pietate, religione et bonis uirtutibus, peregit et imperialem dignitatem, gloria et honore amplificauit atque exornauit.

Gundegarus episc. Eistetensis factus,

LXXX. Ad *X. Cal. maias*, Megingoso, episcopo Eistetensi, ex rebus humanis exempto, GVNDEGARVS, Babebergae, patre aedituo, natus, Henrici imperatoris beneficio, in eius locum subrogatus, ecclesiae Babebergensis iura plurimum auxit. Quamquam enim Henricus summis hactenus laborauerat uiribus, ut Megingotum episcopum, beneficio aliquo sibi obnoxium et, ad propagandos ecclesiae suae terminos, facilem et promptum redderet, nec id tamen precibus obtinere potuerat. Gundegarus in demortui locum suffectus, facile se perrahi in eius sententiam passus, propositas ab eo conditiones libens accepit et, dato iuramen-

ea quae antecessor Megingosus reuocauerat,

Henrico S. polliceatur et,

An.Ch.1014. to, eas ſe obſeruaturum, ſpopondit. A Verum clerum et populum ſuum, praeter opinionem, authoritatem eius repudiantem nactus, a pactis receſſit, nec ſe promiſſa perſoluere poſſe, palam profeſſus eſt. De quibus rebus cum certior eſſet factus Henricus, *Francofordiam* eum ad ſe uocauit atque ita appellauit: *Si nulla in te mea extarent beneficia, haud difficile credidiſſem, quod uulgi ſermone audio celebrari, te tam cito factae ſponſionis ac fidei datae oblitum eſſe. Nunc ut fidem eis non habeo, ſic te meminiſſe uolo, quantaecunque acceſſiones, et fortunae, et dignitatis, tibi ſunt, eas te non potuiſſe, niſi meo beneficio, conſequi. Quare eo animo in me eſſe debes, ut et ſponſioni per te ſatisfiat, et eccleſiae meae augmentum in fide conquieſcat tua. Si uero fidem a te mihi non praeſtitam eſſe intellexero, faciam, ut et tu indignationem experiaris meam.* Etſi uero Gundegarus clerum habebat hac in re obſtinatum et ſibi omnino aduerſantem; ne tamen ad uiolandam fidem, imperatori datam, adigeretur, ſponſionem expleuit et per mutationem conceſſi iuris ac exercendi eius poteſtatem, in tota illa, quae *eis Pegneſum* prouincia eſt, lato quodammodo eius pomoerio, eccleſiae Bambergenſi conceſſit: licet coacta magis, quam libera uoluntate, id quod poſtea euentus docuit; cum paulo poſt moerore animi contabeſceret et ſucceſſores eius, pro recuperanda iurisdictione, per eundem alienata, nihil intentatum relinquerent.

inuito licet plebe,

a Caeſare admonitus

eiusque iram metuens, praeſtat:

concedendo inparochiale, in toto tractu, eis Pegneſum, eccleſiae Bambergenſi.

1015. *Coenobio, in monte S. Michaelis nouiter extructo, primus abbas Rathonis praeficitur.* 1016

LXXXI. Anno inde 1015. coenobium archangeli Michaelis, in monte monachorum, ad finem perductum et magnis reditibus dotatum, RATHONIS, qui primus abbatis munus illic per annos quinque exercuiſſe fertur, curae demandatum fuit. Anno ſequenti tempeſtas faeua et miraculoſa, cum grandine et tonitrubus, coelo delapſa, pecori ac hominibus exitio et detrimento fuit. Sub id tempus Henricus, imperator, *Ratisbonam*, ad conuentum habendum profectus eſt. Ibi cum eſſet, die quodam familiares ſuos ſecum uenatum proficiſci iubet. Ad eam uenationem BABO, comes Abensbergius, Cunigundis auguſtae procurator, filios ſuos triginta duos, ſingulari quodam et admirabili ſpectaculo, adduxiſſe dicitur. Tot enim *Auentinus*, quem in hac hiſtoria ſequimur, refert, eum uiuentes et, ex duabus legitimis uxoribus, procreatos habuiſſe filios, cum filiabus octo: a quibus pleraeque nobilium, baronum et comitum familiae, in Nariſcorum bra, Francia, Bauaria et finitimis aliis prouinciis, in hunc usque diem propagatae.

Caeſarem Ratisbonae comitia celebrantem

adit Babo cum 32. filiis.

LXXXII. Proximo anno inſignis abbatiae *Vorcheimenſis* et Königshofii oppidi, in ditione *Graphelueldi*, inter *Eberhardum* Babebergenſem et *Henricum*, Wirceburgenſem, epiſcopos, facta eſt permutatio et inter ipſos ita conuenit, ut Eberhardus, epiſcopus, *Königshofium*, oppidum, Henrico epiſcopo traderet et *abbatiam Vorcheimenſem*, quam non ita pridem Henricum imperatorem, eccleſiae D. Ioannis Baptiſtae, in *Haugis*, conceſſiſſe diximus, proprietatis iure ſibi haberet. Quo uero in loco conditum, aut quo tempore abrogatum ſit hoc coenobium, pro certo affirmare non auſim, cum nulla extent monumenta. Exiſtimo autem in eadem platea fuiſſe poſitum, quae a monialibus nomen habet et poſtea ſodalibus B. Dominici domicilium extructum fuit.

An.Ch.1017. 1017 *Abbatia Vorcheimenſis accedit Bamberg. epiſcopatui iure permutationis pro oppido Koenigshoven.*

LXXXIII. Per eosdem dies Babebergae mirabilis res exempli accidit. Vixerant hactenus Henricus imperator et *Cunigundis* auguſta coniux in matrimonio, diuino iam olim potius, quam humano conſilio, contracto, in quo una fides inuiolatae caſtitatis, unus animus iuſtitiae et ueritatis, una repreſſio intemperantiae et iniquitatis, par coeleſtis charitatis affectus, egregie florere uidebatur; adeo ut, inito dudum connubio, ultro perpetuam Deo caſtitatem uouerent et, ſub auguſtali dignitate, uirginitatem celari haud difficulter poſſe, ſperarent, cum ccce, falſis adulatorum obtrectationibus, auguſtalis domus non leui laborare infamia coepit. Quippe Cunigundis de adulterii crimine innoxia inſimulata fuit, ob ſuſpicionem, neſcio propter quam familiaritatem et, quod eques e thalamo eius mane exire uiſus eſſe ferebatur. Quo crimine audito, imperator et maxima pars aulae ab eius communione paulatim ſe remouerunt. Quod ubi Cunigundis animaduertit, Deo et innocentia ſua freta, ad *baſilicam* cathedralem proceſſit et, adſtante populo, calumniatorem equitem ad probanda, quae intulerat, crimina inuitauit. Et licet non eſſet, qui accuſationem aduerſus eam peragere et, tamen ne tam turpis infamiae labes in ſe reſideret, ſed ueritas potius ad liquidum exploraretur, ſua ipſemet defenſionem inſtituit, et *candentium uomerum* iudicium elegit, *Domine*, inquiens, *creator coeli et terrae, qui cordis humani latebras inſpicis et omnia longe ante proſpicis, quam facta ſunt; iudica tu iudicium meum et eripe me, quae falſi accuſor probri. Te enim teſtem et iudicem hodie inuoco, quod nec hunc Henricum, nec alium quemuis uirum, carnali conſuetudine cognouerim.* His dictis, mox inſpectantibus et lachrymantibus omnibus, igni-

Henrici S. matrimonium uirginitatis.

S. Cunigundis adulterii inſimulata.

candentium uomerum iudicium

An. Ch. 1017. ignitos uomeres nudis pedibus, ſine of- A
innocentiam probat, fenſione, calcauit atque ita innocentiam ſuam, ſpectaculo admirabili, comprobauit. De quo tales extant uerſus:

Vomeris indicio Cunigundis uirgo probatur:
Coetus at hoc procerum mirans ipſam ueneratur.

Ea re Henricus confuſus, ſe quidem poena dignum dicere, uerum ueniam B precari. Tum regina, Deo gratiis actis, *atqui*, inquit, *ego, quod a ueritate uictoria ſtetit, contenta ſum et in Dei miſericordia acquieſco, qui me a nefaria calumnia uindicauit et, diuino ſuo numine teſte, innocentiam meam iudicauit.* Ad ſtabiliendam huius miraculi fidem, eo inde in loco facellum aedificatum et
Vomeres adhuc adſeruantur. duorum uomerum reliquiae D. Henri- C ci ſarcophago incluſae, ab epiſcopo et clero Bambergenſi, ea qua decuit reuerentia, in eccleſia cathedrali hactenus ſeruatae ſunt. Menſe inde decembri,
Henrico, fratri auguſtae, ducatus Bauariae reſtituitur. imperator Henricus, Cunigundis auguſtae fratri, Bauariae ducatum, de quo ſuperioribus annis, ob rebellionis crimen, deiectus erat, reſtituit.

1018 LXXXIV. Proximo anno *Terman* D
Coenobii D. Georgii origo. regii iuris oppidum, in ducatu Spoletano et Nanienſi comitatu ſitum, permutauit et a *Benedicto* pontifice, pro eo accepit *Winicheringam* uicum, cum caeteris ſuis iuribus et poſſeſſionibus, quae poſtea fratribus *coenobii D. Georgii*, ſic uerba diplomatis habent, conceſſit, *VI. idus Febr. indict. anno regni ſui XVII. imperii IV.* Sed nemini mirum uideri E debet, canonicos baſilicae cathedralis fratres ac ipſam eccleſiam coenobium dici, quia ſic paſſim, in literis pontificiis et imperatorum diplomatibus, per ea tempora appellatam inuenio. Prima enim iſtorum collegiorum inſtitutio diſciplinae monaſticae fuit ſimillima, nec canonici proprias rexerunt familias, ſed familia fuerunt epiſcopi neque ad- F miniſtris aliis uſi ſunt, ſed miniſtri eccleſiae ipſi fuerunt.

Cunigundis coenobium Kaufungen in Haſſia extruit. LXXXV. Eodem anno *Cunigundis* auguſta, millibus paſſuum a *Caſſellis* Haſſiacis, coenobium uirginum, in honorem domini et ſaluatoris Chriſti et ſanctae eius crucis, ex uoto, propria pecunia conſtituit. Locum circa ſoli ubertate foecundum, aquis irriguum et copia G piſcium affluentem, DITMARVS *Capungum*, incolae *Kafungum*, affinitate inter literas C. K. et F. nota, nominare
Nunneſii lapſus circa eius etymologiam. ſolent. Et hoc *Nunneſio* monacho occaſionem dediſſe et audaciam aſſerenti, addidiſſe puto, quod, ex ignorantia loci et etymologiae, coenobium, a fundatrice primitus *Capungum* dictum, *Confugium* appellauit. *XIII. Cal. Decemb.* Henricus, epiſcopus Wirceburgenſis uita functus, Menardum, comitem Rotenburgi- *An. Ch. 1018.* um, ex fratre nepotem, ſucceſſorem habuit.

LXXXVI. Poſtero anno BENEDI- *1019* CTVS pontifex, captus cupidine Babe- *Benedictus VII Papa, Bambergam inuiſens,* bergenſis eccleſiae, ad quam ab Henrico aduocatus erat, uiſitandae, in Germaniam iter ingreſſus, authoritati eius obtemperauit et feria V. hebdomadis ſanctae, qua ſe pro nobis Chriſtus in cruce tradidit, Babebergam uenit. Henricus, ubi pontificem aduentare et *ab imperatore ſolenniter excipitur, et* non longe abeſſe cognouit, quatuor in locis, quatuor ciuium et peregrinorum choros, qui canticis et laudibus eum exciperent, collocauit et mox inde, cum honeſtiſſimo imperii procerum comitatu, obuiam progreſ- *indeque gratias Deo agit.* ſus, ante urbis portas, uenientem uenerabundus excepit et chlamide pontificia de more indutum, in *baſilicam D.* *in baſilica S. Georgii,* *Georgii* deduxit. Ibi, re diuina magna ceremonia peracta, pontifex ſuper aſtantem populum precationis carmen *ſuos peragit* dixit: atque inde ad hospitium ſibi paratum, rege regiaque familia eum deducente, diuertit. Inauditus his locis pontificis et imperatoris congreſſus omnes uicinos populos, ad uiſendum *quo de cauſa* tam rarum in terris his ſpectaculum, excitauit et nemo omnium fuit, qui non per eos dies *Babebergenſium* ciui- *Babeberga hoc aeſtimo dueitur.* tatem beatiſſimam duceret, quae duos tantos et tam concordes uiros gremio complexa teneret. Caeterum pontifex ſolennem *paſchatis* diem praeſentia *Paſcha adueo dum feſtum* ſua celebriorem reddere cupiens, ſacris *celebratur.* peragendis ſe tradidit, duodecim ea in re ſibi cooperantibus epiſcopis. In matutino autem officio primam lectionem *patriarcha* Aquileienſis, alteram archiepiſcopus *Rauennas*, tertiam ipſe *pontifex* legit. Ibi dum per dies aliquot cum imperatore eſſet, *VIII. cal. maias* eccleſiam *S. Stephani*, ad petitionem S. *S. Stephani templum conſecratur,* Cunegundis auguſtae, ſolenni pompa conſecrauit, et multis pretioſis mune- *priuilegia renouantur.* ribus honeſtauit. Inde priuilegia renouare aggreſſus, beneficia et iura, a praedeceſſoribus ſuis, ut nulli archiepiſcopo aut metropolitano, ſed uni pontifici Romano, ſubiectus eſſet. Qua de re Henricus, ALBVM et phaleratum equum *Conſus equi albi origo.* ac *centenas marcas argenti*, S. Petro et ſucceſſoribus eius, in ſingulos annos dandas, obligauit. Interfuerunt et ſubſcripſerunt epiſcopi duo et ſeptuaginta. Ab eo tempore epiſcopus Babebergen- *Epiſcopus Bambergenſis archiepiſcopi aequipa-* ſis, in ditione ſua, par in honore archiepiſcopo fuit et, in comitiis imperato- *ratus:* riis et publicis aliis imperii conuentibus, primum ab archiepiſcopis locum obtinuit. Ipſa uero eccleſia libera et ſpecialis *Romanae ſedis filia* ideo fuit ap- *ſolique pontifici ſubiectus.* pellata, quod confirmatio eius et conſecratio

An.Ch.1019. feeratio ad ſolum pontificem perti-
net.

Templum cathedrale Baſilienſe, LXXXVII. Proximo anno uehemens, ut ex *Vrſpergenſi* et *Nauclero* cognoſcimus, terrae motus Bauariam concuſſit et, praecipua clade, eccleſiam Baſilienſem admodum labefactauit. Id detrimentum reſarcire cupiens Henricus, ſequenti anno 1021. Baſiliam uenit et totius ecclesiae molem, ad 14 paſſus, a Rheni ripa, transtulit et fortiſſimo muro ruenti aggeri oppoſito, eam in formam multo uenuſtiorem et firmiorem reſtituit et nouis, *Munſtero* teſte, ditionibus, populis et caſtris, cumulatiſſime inſtruxit.

terrae motus 1020. concuſſum,

inſtauratur ab Henr. S. 1021.

LXXXIIX. Baſilea inde *Auguſtam* digreſſus *Auracum* dueis oppidum et *ſyluam* in agro Norico, inter Pegneſum et Suabaccum, fluuios, ſitum, *Grunelacum* item, *Waltbrechtsbrunnum*, *Altersdorffium*, et *Herebrechtsdorffium*, praedia, ad dictum oppidum pertinentia et Bauaris ſubdita, legibus eccleſiae Babebergenſi et Eberhardo eius epiſcopo indulſit. Inditae binae ſunt literae, quas de his rebus *idus Nouembr. indict. V. anno regni ſui XX. imperii VII. Auguſtae dedit. III. Nonas Nouembris Eberhardus* epiſcopus baſilicam archangeli Michaelis, in monte monachorum, conſecrauit, anno ordinationis ſuae XIV. Interfuerunt Aubo, *Moguntinus* et Peligrinus, *Colonienſis*, archiepiſcopi, quorum hic S. *Petri*, ille D. *Martini*, aram dedicauit.

Herzog Iurach Grunlach Waltbrechtsbrunn Altersdorff et Herbrechtsdorff. accedunt' eccleſiae Bamberg.

Eberhardus epiſcopus dedicat eccleſiam S. Michaelis.

LXXXIX. Poſtero anno Henricus, nouis *Lambardorum* et *Campanorum* tumultibus excitus, tertiam in Italiam expeditionem parauit. Itaque maioribus, quam ante, delectibus bellicis habitis et copiis omnibus rebus magis inſtructis, alpes eum *Peligrino* archiepiſcopo et *Pappone*, patriarcha Aquileienſi, transgreſſus, res *Lombardiae* turbatas compoſuit et, ineunte alterius anni uere, omnem uim bellicam in *Apuliam* et *Calabriam* conuertit et *Troiam*, uehementiſſime oppugnatam et per uim occupatam, diruit, *Neapolim* uero, *Capuam*, *Salernum* et omnem denique *Apuliam* et *Calabriam*, in poteſtatem receptam, *Normannis* incolendam et aduerſus graecos et Saracaenos defendendam, dedit. Inde ad aeſtiuum coeli feruorem uitandum, exercitum *Capuam* miſit et ipſe, eum *Benedicto* pontifice, *Caſſinum* in monaſterium ſeceſſit. Ibi calculi dolore grauiter afflictatus, cum uulgari fama deceptus, addubitaret, uerene ibi S. *Benedicti* ſitum eſſet corpus, ipſum confeſſorem id affirmare, in ſomnis calculum leniter exſecare et, conſolidato uulnere, eundem ipſi in manus tradere, uiſus eſt. Praeſenti itaque beneficio S. Benedicti ſanatus, monaſterium eumulatiſſime munerauit et rem tantam, omnibus audientibus, conteſtatus, diplomate, quod adhuc legitur, per pontificem diuulgari uoluit. Interim ſaeuientibus indies acrius aeſtatis caloribus et funeribus exercitum exhaurientibus, multis iam militibus et nonnullis e ducibus amiſſis, *Romam* ire contendit. Roma inde in *Germaniam* regreſſus, in itinere, ad Larum fluuium, eum *Roberto*, Francorum rege, de republica chriſtiana, regno et imperio, concordia, legibus, optimisque inſtitutionibus ſtabiliendis et firmandis, colloquium habuit et *Coloniam* inde, ad hybernandum, conceſſit. Ibi eccleſiam S. Dei genitricis, ad ueterem aeciculam *Ratisbonae*, ad collegium canonicorum Auguſtinianorum, paulo ante erectam, Eberhardo epiſcopo, ad maiorem baſilicam Babebergenſem adiiciendam, attribuit. Vnde eam adhuc hodie reſpicit et, ex ueteri inſtituto, ſuum, ex Babebergenſibus canonicis, praepoſitum habet.

An.Ch.1022. Romam contendit

indeque in Germaniam regreſſus, cum Roberto Franc. rege colloquium habet.

Vetus Sacellum Ratisbon. cedit epiſcopo Bamberg.

1024.

LXXXX. Proximo anno in Saxoniam tranſiit, et dominicam Palmarum *Alſteti*, reſurrectionis uero diem *Nouoburgi* monachorum, celebrauit. Perluſtrata inde tota illa regione, cum de *Halberſtadio Goslariam*, inde *Grondam* ſe reciperet, graui morbo tentari coepit. Aduocatis itaque imperii principibus de regno conſultare ſtatuit. Ibi de ſucceſſore conſultus, CONRADVM, Franciae orientalis ducem, iis commendauit et, ut eundem, ſi quid ſibi humanitus acciderit, eligerent, author extitit. Pridie eius diei, quam a uita decederet, Cunigundem uxorem et propinquos eius accitos eosque intuens, *recipite*, inquit, *quam mihi tradidiſtis, uirginem ueſtram et fideli tuitione tueminí, ne quid patiatur aduerſi.* His ita actis, imperator pientiſſimus et ſanctiſſimus, magno totius imperii eum dolore, uitam hanc reliquit: eum, ſanctitatis et pietatis ſuae magnitudine, eccleſiae et imperio adiumenta maxima ſubminiſtraſſet. Vnde poſt mortem, miraculis inclytus, pro diuo ab hominibus haberi coepit eſt. Corpus eius, aromatibus refectum et imperialibus ueſtibus indutum, *Babebergam* translatum, Eberhardus epiſcopus, manibus ſuis, ſepulturae tradidit et ipſum, uniuerſa praeſente ciuitate, pia concione, ſummis laudib: extulit, admiranda de pietate eius narrando et, multis, ſe ſpectante, miraculis, in itinere et Babebergae, editis confirmando. Quando autem in numerum diuorum relatus ſit et quibus authoribus, infra ſub *Egilberto*, epiſcopo, exponetur. Eo ſine uirili ſtirpe abſumpto, imperatoria dignitas degente Saxonica *Henrici aucupis* excidit et ad *Francos* orientales tran-

Henricus S. Grondae mortbo correptus,

Conradum procerésbus et S. Cunigundem amicis, commendat.

mortuus

Bambergae ſepelitur

et inter diuos refertur.

Imperium ad Francos tranſit.

1022. Henricus S. tertiam expeditionem in Italiam ſuſcipit

contra Lombardos et Campanos, vnque felicitergerit.

Calculi dolore afflictus,

S. Benedicti beneficio ſanatur.

An.Ch.1024. transiit. Quoniam uero plerique scriptores male et perperam de Bambergensibus sentiunt, quasi fundatoris sui et diui tutelaris stirpem et familiam nesciarent, nihil ab instituto recessero, si oblata occasione genealogiam breuissime descripsero, et his annalibus intexuero, quae sic habet. An.Ch.1024.

ARNVLPHVS comes, Arnulfi caesaris praefectus militiae in Nordmannico bello.

Luitholdus princeps, et Austriae tetrarcha

Arnulphus malus, — Iuditha Henrici Saxonis uxor.

Bertholdus, princeps Norici et Carinthiae.

Bertholdus princeps.

Henricus, princeps Noricorum et Carinthiae.

HENRICVS S. imperator.

ANNALIVM BAMBERGENSIVM
LIBER II.

I.

Conradus Saliquus eligitur rex Rom.

COmitiis inde, de creando rege, institutis, CONRAOVS, Franciae orientalis dux, cognomento *Saliquus*, patre *Hermanno*, Othonis ducis nepote, Conradi Sapientis pronepote, natus, a Germaniae principibus caesar electus est. Etsi enim in Germania *Cuno*, Bauariae dux, et in Italia *Herebertus*, archiepiscopus Mediolanensis, electioni eius sese opponerent: quia tamen plerique a principibus electoribus, *Aribone*, archiepiscopo Moguntino et *Eberhardo*, episcopo Babebergensi, contendentibus, testimonium et authoritatem Henrici imperatoris secuti, *Conradum* in regnum confirmarent et aduersus opes Cunonis sustinerent, Herebertus, rebellis Italiae principum sententiis, ad eum in Germaniam accessit et regem propria authoritate salutauit. De anno electionis Conradi non conuenit inter scriptores, quibusdam altero post obitum Henrici anno electum, aliis electionem eius, propter discordantium inter se imperii procerum sententias, per totum biennium protractam, affirmantibus. Eum autem eo ipso anno, quo Henricus mortem oppetiit, electum esse, testatur diploma, quo Conradus priuilegia *Scuterae*, coenobii, cuius omnem iurisdictionem Henricus imperator ecclesiae Babebergensi indulserat, confirmauit. Subscriptio enim sic habet: *Anno dominicae incarnationis M. XXIII. anno uero Conradi II. regni I. indict. VII. actum Corbeiae.* Per eosdem dies CONRAOVS beneficia et iura *Kitingensis* et *Gengenbacensis* monasteriorum instauravit. Habentur duo diplomata, unum *XVI. Cal. Nouembr. Nouiomagi*, alterum *idibus Ianuarii Corbeiae* datum.

annus electionis incertus.

II. Proximo anno Cunigundis augusta, orantibus ut amicis morem gereret, et libere ipsa christianae pietatis operibus uacare posset, ad fratrem *Henricum* in Bauariam secessit et, eiusdem ac comprouincialium consensu, ecclesiae *Frisingensi Randesdorfium*, *Veldkirchium* et alia bona, concessit. Sequenti uero anno, fratre Henrico ex humanis rebus sublato et Henrico filio in eius locum subrogato, ipsa, tot acerbis funerum cladibus afflicta, aetatem posthac suam in ipsius Dei seruitio consumere, firmo animi decreto constituit, ac proinde *Capungum* in coenobium, uariis ad usum sacrorum ornamentis a se auctum concessit et, depositis ibi imperialibus indumentis, habitum religiosae assumpsit ac uitam, sub legibus S. *Benedicti*, sanctissime traducere instituit. Eodem anno *Conradus*, rex, *Henricum* filium, regem Germaniae declaratum, *Brunoni* episcopo Augustano, Henrici imperatoris fratri, bonis literis et moribus erudiendum, commendauit et ipse, componendae pacis et accipiendae coronae causa, in Italiam profectus.

1025. S. Kunigundis, *Henrici fratris consensu*, *ecclesiae Frisingensi bona quaedam concedit.* 1026. *uitam religiosam init.* Henricus, *filius Conradi, rex Romanorum.* *Brunonis fidei mandatur.*

III. Proximo anno Romae, in ipso resurrectionis die; per Ioannem pontificem, solenni ceremonia, coronatus est: cum interim *Welfus*, Bauariae dux, agrum Vindelicorum populabundus intraret, *Augustam* obsessam in potestatem suam adduceret, pulso inde Brunone et pretiosis omnibus ornamentis ablatis. Quibus rebus cognitis, *Conradus* maturato itinere, in Germaniam se retulit et, Welfo seditioso ad satisfactionem compulso, Brunonem episcopum restituit.

1027. Conradus II. *Romae coronatur*: Welfus *Augustam vind. inuadit* *ad officium redire cogit.*

An.Ch.1034. conceſſit: quod deinceps plus centum annis in eccleſiae bonis, priusquam beneficiario iure conferri coepit, permanſit.

Luiticis in Saxoniam irruentibus, a. Chr. 1034.

VIII. Sequenti anno *Luitici*, Vandali, nouam in Saxoniam irruptionem fecerunt et foediora indies crudelitatis exempla ediderunt. Ea cura ſtimulatus Conradus, poſtero anno, *Guntherum Schlüſſelbergium*, copiarum ducem, cum exercitu in Saxoniam miſit et ipſe paulo poſt, cum *Henrico* filio, ſubſecutus, circa *idus Octobr.* Magdeburgi exercitum luſtrauit. Inde aduerſus incurſantes hoſtes progreſſus, crebris cum eo praeliis conflixit. Ex quibus memorabile illud a quibusdam refertur, in quo *Vandalum* quendam, ingentis ſtaturae ac roboris iuuenem, *Guntherus* Schlüſſelbergius certamine ſingulari, in conſpectu imperatoris, Henrici regis et totius exercitus, deuicit et ad chriſtianam religionem adduxit. Hic eſt ille Vandalus, gentilitio nomine magnus appellatus, a quo *Groſiorum*, ut aiunt, familia fluxit, poſt in Francia genere et uirtute clariſſima. Quippe is, cum die quodam, utrinque ſtationibus ad alueum amnis progreſſis, Germanum, cum quo de fide et ſumma rerum certaret, arrogantius prouocaret: *Guntherus Schlüſſelbergius*, Germanicum tueri decus cupiens, clypeum et haſtam aſſumpſit atque, in medium equo proiectus, rem magna mole cum eo gerere inſtituit. Vandalus, quaſi victoria certus, impigre in certamen deſcendit, eo conſilio, ut, habili equo, crebris curſibus et recurſibus circumagendo, Güntherum peruerteret, uerum opinione fruſtratus eſt. Nam dum aſſiduis anfractibus artem ſuam, prope ad faſtidium omnium, oſtentaſſet, tandem cum impulſo equo, ut in Güntherum reflecteret, terga oſtendit. Güntherus equum ſuum, quam potuit maxime, in eum compellit et, antequam ſe conuertere poſſet, haſta propulſum, equo deiecit, et mox inde pedeſtri eum certamine aggreſſus eſt. Qui cum grauiter circa ilia uulneratus, ante pedes eius procumberet, palam omnibus audientibus teſtatus eſt, ſe diuino Numine detegente, iniuſtitiam ſuam et gentilitatis errorem agnouiſſe ac proinde orare, ut ſibi parceret et uiam perueniendi ad ſacramentum baptismatis monſtraret. His precibus victus Güntherus, ad tentoria ſua eum deducit, galea exui et uulnera inflicta curare, iuſſit. Geſtabat autem ſuper galeam ingentes, de ardearum pennis, criſtas. Clypeus uero eius coerulei erat coloris, et in eo pedes ardearum tres. Cum autem per dies aliquot apud Güntherum fuiſſet, et rite prius poenitentiae lachrymis lauaretur, quam ſacra unda abluretur: inde, magna ac uere regia pompa, in eccleſiam deductus, manu ſacerdotis tingitur et in baptiſmo *Günther* nomen aſciuit. Chriſtianorum ſacris imbutum, *Henricus* rex, *Azo*, Morauiae princeps et *Güntherus* Schlüſſelbergius, aureis magni ponderis poculis, ingenti pecuniae magnitudine, equis, candida ueſte inſtratis, et pretioſis aliis muneribus, onerarunt. Inprimis uero Güntherus, in Franciam ſecum adducto, centum aureos honorarii, in ditione ſua, ad dies uitae, conſtituit et *Henricus* rex noua illi *inſignia* indulſit, uidelicet clypeum in longum diſiectum, cuius pars prior argentei, altera coerulei erat coloris. His addit galeam perforato ore et ſuper eam duo cornua, unum argentei, alterum coerulei coloris: ſingulis uero cornibus erant adiectae quatuor, de ardearum pennis, criſtulae. Cornua et ardearum criſtulae fortitudinis et ueterum inſignium eſſent indicium, color argenteus ſuſceptam Chriſti fidem, coeruleus uero gentilitatis labem ſignificaret.

An.Ch.1034. *S. baptiſmum ablatur,*

eo a ſuſceptoribus

eximiis ſtrenuis ditatur,

nouasque inſignia recipit.

IX. Poſtquam uero aliquot annorum luſtra, in Güntheri ſeruitio, conſumſiſſet ac probe in chriſtiana lege adoleuiſſet, *Gothefridus* Bulinus et Bullioniae dominus, expeditionem in palaeſtinam ſuſcepit. Nuncupauerat autem iam ante uotum Guntherus Vandalus, ſe non acquieturum, niſi tot gentilium animas uel Chriſto lucratus eſſet, uel letho diſſet, quot homines chriſtiani ſanguinis hauſiſſet. Itaque impetrata uenia, terram ſanctam luſtrare et ſub Gothefrido militare inſtituit et, comitatu honeſto accepto, ad eum proſectus, egregia fortitudinis exempla, incredibili cum omnium admiratione, edidit. Nam cum forte Gothefridus, longius aduerſus hoſtes progreſſus, in maximum uitae diſcrimen incidiſſet, Guntherus impauidus, cum commilitonum manu, in denſiſſimum eorum agmen illapſus, pro eius liberatione tantam ſtragem fecit, ut totus gentilium cruore ruberet. In eius rei memoriam, Gothefridus tertiam inſignium partem, per medium argentei et coerulei coloris, faſcia, ſiue cingulo rubeo, diſtinxit et cornua eis ſuper impoſita, eodem colore, honeſtauit. Vnde gens haec nobiliſſima ea adhuc hodie inſignia iactat.

Annis aliquot elapſis Godefredum Bullionenſem

ex uoto

in Palaeſtinam ſequitur et,

ob fortitudinem

nouo inſignium augmento coloratur.

X. Poſt haec *Gothefridus* rex Günthero uirginem, forma et ſpecie inſignem, connubio ſociauit, et diuitiis ampliſſimis eum muneraut. Quae, cum poſt tertium editum partum, cum filio infantulo, decederet, minorem natu filium in regiis caſtris reliquit et ipſe, uacationem a militia adeptus, cum *Antonio*

Ducta uxore

et militari cohortis

Luiticis in Saxoniam irruentibus

obuiam praecedit Conradus imperator.

Groſiorum Familiae ortus,

Vandalus magnus,

Güntherum Schlüſſelbergium prouocat

et ab eodem victus,

Chriſto nomen dat

ex praecepto poenitentiae,

An.Ch.1035. tonio filio, duodecimo expeditionis anno, ad Güntherum Schliffelbergium, in Franciam, ſe retulit et luculenta facinorum ſuorum monumenta et teſtimonia exhibuit. Redeuntem ad ſe Güntherus honorifice excepit et, nouis beneficiis et poſſeſſionibus cumulatum, principibus ac comitibus et caeteris equeſtris ordinis uiris, commendatiorem reddidit, ita, ut certum in Francia ſibi domicilium conſtitueret, et *Antonius* filius, *Grombachia* in uxorem ducta et pluribus ex ea ſuſceptis liberis, familiam in ea propagauit et Dei beneficio adhuc hodie floret, nec a paterna animi indole in omni genere laudis et officii receſſit. Eo anno, *Gebhardo* epiſcopo Ratisbonenſi mortuo, GEBHARDVS, Franciae orientalis dux, Conradi imperatoris frater, ad eam dignitatem euectus eſt.

in Franconia domicilium conſtituit.

Gebhardus epiſc. Ratisbon. a.Chr. 1036.

Lombardos *deficientes a* XI. Poſtero anno *Lombardi*, inita, adueruſus regiarum urbium praefectos, conſpiratione, a *Conrado* deficiunt et, aduocatis in auxilium Slauis et Vngaris, in libertatem ſeſe aſſerere, omni ope nituntur. Quae rebellio cum eum denuo in Italiam attraxiſſet, ſeueriſſimas in coniurationis ſocios quaeſtiones exercuit et *Hereberdum*, archiepiſcopum, in uincula coniecit. E quibus cum elapſus et a Mediolanenſibus receptus eſſet, nouae obſidionis cauſam praebuit, quam tamen imperator, *Brunonis*, epiſcopi Wirceburgenſi conſilio, haud aliter ac diuinitus admonitus, continuo ſoluit.

1037

et Hereberdi, archiepiſc. conſilio, Mediolanum obſidentes

Conradus *imp. diuinitus admonitus,* Is enim diem pentecoſtes, in aede S. Ambroſii ſuburbana, celebraturus, cum rem diuinam faceret, D. Ambroſium, gladium in coelo uibrantem, et extremum Germanis exitum minantem, ſi urbem dicto citius non ſoluerent obſidione, dicitur conſpicatus. Poſt ſolutam obſidionem, *Papiam*, inde *Cremonam*, proceſſit atque ibi pontificem, ad ſe uenientem, excepit et, ſequenti anno, *Slauos* et *Vngaros*, ad recuperandum liberarum urbium dominatum, ut paulo ante diximus, accitos, ad unum ferme omnes trucidauit et inde, per oram maris Adriatici, in Germaniam reuerſus eſt. Per menſem inde Iulium, ſuborta ex aëris corruptione peſtilentia, magnam hominum partem et inter hos *Stephanum*, Vngariae regem, *Hermannum* ducem, Giſelae auguſtae filium, *Kunnildin* nurum, *Conradum* et *Albertum*, Carinthiae duces, et nonnullos alios, abſumſit.

repellit:

Slauos *deinde et Vngaros fundit.* 1038.

1039. S. Cunigundis *morbo implicita lento ac diuturno,* XII. Proximo anno CVNEGVNDIS auguſta, quam religionem ingreſſum fuiſſe, ſupra retulimus, in grauem morbum incidit. Ex quo licet diutius in lecto decumbere cogeretur, tamen nihil mutata uel triſtior effecta, Deum aſſidue, inter ardentia ſuſpiria, orabat, ut ſibi, ad ſuam perfercndam uoluntatem, animum adderet, aut certe ipſam ad ſeſe de hoc ſaeculo euocaret. Qua precatione tantum alacritatis omnibus iniecit, ut nouas ei diuinitus accesſiſſe uires crederent. Ad eam uiſendam cum infinita uis pii populi confluxiſſet, ipſam percontari, obortis lachrymis, inſtitit, cur ſe defereret, aut cur ſe, quaſi orbos, tuendos relinqueret. Tum uirgo, diuino ſpiritu inſtincta, reſpondit: *ecce, frater meus et ſponſus, D. Henricus imperator, me uocat, ad eum enigro, in coeleſtem patriam atque beatam Dei et ſanctorum eius conſuetudinem.* Ac proinde eos monere, *ne, deſperatione debilitati, animum abiicerent, ſed Deum ſuppliciter orarent, qui ſolus ipſos, ab impendentibus eximere periculis poſſet.* Interim exequiae, more plane regio, parantur et aurea uelamina, non ut pauperculae ſororis, ſed quaſi auguſtae et, imperatricis feretro, inſtrumenta in medium proferuntur. Ad quae illa pallentem uultum, quem ante, uelut in occurſum aduenientis ſponſi, laetum uideres, reflectit et manu innuens, *iſte*, inquit, *ornatus non eſt meus, ſed alienus: hoc terreno ſponſo; illa uero fuſciore veſte Chriſto, domino meo, copulata ſum. Ea miſerum huius carnis maſſam contegite et corpus meum, iuxta tumulum fratris et D. Henrici imperatoris, reponite, ſine ulla pompa. Nuda de utero matris meae egreſſa ſum, nuda regredior illuc.* His dictis, ſpiritum piis precibus in manus domini commendauit, et magna ſanctitatis fama deceſſit, *V. Non. Martias.* Eius morte comperta, *ſacrae uirgines*, abſciſſis ueſtibus, humi corpora proiicere atque, illiſis muro capitibus, nullis queſtibus parcere, quos in tali caſu ingens ſuggerere dolor poſſet. Quas *egeni* et *pauperes*, atque omnes ſubinde *ciues*, ſunt ſecuti, flebilibus uocibus, conſeruatricem et parentem ſe amiſiſſe, teſtantes. Singuli, praecipua ſe calamitate affectos, querentes etiemet, tanquam tum demum omnibus humanae uitae ſpoliatos muneribus, deplorantes. Soli, actis choris, laetati ſunt ſuperi. Vbi uero luctus reſedit et moeror paululum elanguit, cadauer loculo incluſum et ſacra ueſte contectum, *Babebergam* translatum et in loco, ut ab omnibus conſpiceretur, excelſo, depoſitum ac, luminibus circum accenſis, uigiles, qui diurnam et nocturnam cuſtodiam agerent, conſtituti fuerunt. Poſtridie elato funere magnificentiſſimo praciere *Eberhardus*, epiſcopus, *ſacerdotes* et *clerus:* inde longo agmine *nobiles* ſucceſſere, innumerabili ciuium conuenarum ac omnis aetatis et ſexus multitudine ſubſequente. Vt uero ad locum ſepulturae eſt uentum, a dextro latere, iuxta S. Henricum imperatorem, uir-

An.Ch.1039.

plebem ad ſe uenientem

pia admonuit

pompamque funeralem inſtruxerit,

ſicque beata defuncta eſt.

Monialium

et pauperum planctus.

Babebergae

ſplendide tumulata

ad dextrum S. Henrici.

An.Ch.1039. uirgo cum uirgine ſepelitur. Cuius rei Atem in ſanctorum numerum relatam, ci- *An.Ch.1039.*
Teſtimonium coeleſte de utriusque uirginitate. ferunt tunc auditum in aere teſtimonium uocis, incertum unde proueniret, dicentis: CEDE VIRGINI VIRGO LOCVM. Reliqua officia ſacerdotes, cum aſtante populo diuinis precibus adhibentes, ſolenni ceremonia perſoluerunt.

uitas haec et tota eius prouincia, eximia adhuc hodie religione colat. Miracula ſanctitatem eius confirmantia, cum in libello, *de* eius et *S. Henrici* imperatoris *uita*, conſcripta ſint omnia, qui uolet ibi legere poterit. *ob edita alia miracula.*

Cunigundis ortus, XIII. Fuit autem CVNEGVNDIS, auguſta, Francicae ſtirpis, palatina, ab *Alberate Hermanni* marchionis Voburgenſis coniuge in caſtro *Banthenſi*, ut Bruſchius ſcribit, liberaliter educata. A teneris ſtatim annis eius enituit probitas, in qua eximia ſempet caſtitas et ardens ad precationem et exercitia pietatis ſtudium. Henrico imperatori in matrimonium tradita, ei fidiſſima ſemper in omnibus fuit adiutrix et templa ac monaſteria, non ſolum aedificare et religionem in eis amplificare ſatis habuit; ſed etiam dotem ſuam et patrimonium, in uſum eorum et decus, conuertit. Coenobium ingreſſa, in omni Chriſtianae pietatis officio, maxima cum omnium admiratione, ſe exercuit, cum foemina totius imperii praeſtantiſſima et palatina et auguſta pedes lauaret, menſam ſterneret, aquam manibus funderet, et languentibus acri ſtudio miniſtraret. Adduxerat ſecum in coenobium *Iuditham* ex ſorore neptim, quam religioni addictam, monialium omnium conſenſu, abbatiſſam conſtituerat. Sed cum lautius ſubinde epulantem et primam in conuiuio, ultimam in choro eſſe percipetet, nec hortando nec admonendo ad ſaniora conſilia reducere poſſet: tandem iuſtitiae et correctionis zelo acceſſa, eam tempore paſſionis, dominica quadam, conſueto more, a ſacris ſeſubducentem tenui manus tactu ad maxillam tetigiſſe fertur, ut ueſtigium eius, ac ſi digiti in cera fuiſſent impreſſi, in maxilla poſtea ſemper manſerit, aliis uirginibus, ut creditum fuit, in exemplum. Eam tenuitas edendi et bibendi parciſſime, utilitas indumentorum, ac animus coelo ſemper intentus, perpetuo Numini et ueris eius cultoribus puram adeo commendauit et uerecundam, ut poſt mor-

educatio,

pietas et caſtitas

humilitas,

Iuditha abbatiſſa,

eo quod in pietatis officio ſegnis eſſet,

alapam miraculoſam accipit a S. Cunigunde,

quae inter diuos relata

XIV Eodem anno pridie Non Iulias CONRADO imperatore prope *Traiectum* Belgii oppidum, mortuo et in templo *Spirenſi* ſepulto, HENRICVS filius, ut qui iam inde a paterni regni principio rex Germaniae fuerat electus, a principibus electoribus denuo imperator deſignatus, bona eccleſiae Babebergenſis ſanciuit et Eberhardum epiſcopum, nouo ac regio more, de iisdem inueſtiuit. Hae literae adhuc hodie leguntur, iisdem prope uerbis conſcriptae, quibus patris Conradi fuerunt, quae ſupra huic intextae ſunt hiſtoriae. **Conrado imp. uita functo** **Henricus III. ſubrogatur,** *qui bona eccleſiae Bamb. confirmat.*

XV. Sequenti anno Vorchemium, ditionis Bambergenſis oppidum, ut quod ab initio regii iuris fuerat, eccleſiae ademptum et ad imperium rurſus adiectum. Proximo anno PETRVS, Vngariae rex, Giſelam reginam, *Stephani* regis, auunculi ſui, uiduam, D. Henrici imperatoris ſororem, cuius ope et ſtudio ad regnum potiſſimum euectus erat, in poteſtatem adduxit et, dote ac rebus aliis omnibus nudatam, in deterrimum condi carcerem iuſſit, ueritus, ne, ſi libera eſſet, per exteras copias tumultus in regno exciret et ſe inuito, ad alios illud transferret. Eum poſtero anno Henricus bello denuo adortus, cum Wratislao, Bohemiae duce, ad ſe dedendum et penſitandum tributum, compulit ac *Giſelam* e carcere liberatam, in Germaniam reduxit, quae inde Nidroburgi in coenobio religionem ingreſſa, rebus adminiſtrandis abbatiſſa praefecta fuit. *Idib. Septembribus* EBERHARDVS epiſcopus uitae finem impoſuit, anno pontificatus quinto et triceſimo, rebus pro eccleſiae ſalute et epiſcopalis ſedis authoritate non tam pie, quam proſpere, geſtis. Cadauer eius in baſilica maiori, iuxta tumulum DD. coniugum, ſepulturae mandatum fuit. **Vorchemium ad imperium redit. 1040.** **1041.** **Petrus Vngariae rex, ingratus in Giſelam reginam ſuam,** *poenas dignas luit.* **Eberhardus epiſc. obit.**

SVIDIGERVS,

SECVNDVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Suidigeri ortus. XVI. IVſtis mortuo *Eberhardo* peractis, SVIDIGERVS, ex nobili *Meiendorfiorum* familia natus, uir eximia doctrina, ſapientia et uirtute praeditus, in eius locum ſuffectus eſt. *Onuphrius Panuinius*, in uitis pontificum, obſcuris illum parentibus ortum ſcribit: uerum opinione deceptum, conuincit familiarum Saxonicarum genealogia et multorum grauiſſimorum uirorum authoritas, qui eum ab hac equeſtri fami- *Panuinii lapſus.*

A. Ch. 1043. lia, quae tempore *Caroli magni* celebris fuit, originem traxiſſe er Slauorum populis, anre adeptas dignirates praedicasſe, ſcriptis prodideri unt. Vira eius proba, fama illaeſa er fides imperio noriſſima fuir, ut ad aulas *Hermanni*, archiepiſcopi *Hamburgenſis* et *S. Henrici II.* imperatoris, aſcitus, illius ad tempus *Sacellanus*, huius deinde *cancellarius* effectus ſit.

Suidigeri epiſc. encomium.

Eccleſia S. Burckardi conſecratur.

XVII. Eodem anno eccleſia *S. Burckardi* extra muros Wirceb. ad ſummum perducta fuit: die pentecoſtes per *Brunonem* epiſcopum conſecrata fuit, praeſentibus er rem diuinam facienri cooperantibus Suidigero *Bambergenſi*, Hereberto *Aiſtadenſi*, Seuero *Pragenſi*, et nonnullis aliis epiſcopis. Licet huc in memoriam reuocare, quod ſupra de *Gundegaro*, epiſcopo Aiſtadenſi et permutatione eius, cum D. Henrico imperatore, non ſine magna eccleſiae ſuae offenſione facta, retulimus. Ad ea iura recuperanda ſucceſſor eius, HEREBERTVS conuerſus, Conradi et Henrici imperatorum fidem iam ſaepius inrerpellaurat et precibus obrinuerar, ur Henricus ſe ei abbatiam *S. Aegidii*, nunc moenibus Norimbergenſium incluſam, tunc uero temporis extra urbem poſitam, darurum ſponderet, ſi oſſa *S. Wilibardi* et ſedem epiſcopalem, Eiſtadio *Norimbergam* transferrer. *Herebertus*, conditione accepta, cum legatis imperatoris, proimperrando pontificis conſenſu, Romam quidem ire perrexit, uerum diſſimulato itineris ſui conſilio, ibi in id ſolum incubuit, ut poſt confirmatam per pontificem abbatiae poſſeſſionem, ſedes epiſcopalis apud *Eiſladium* maneret er conrractus inter praedeceſſorem, Gundegarum et D. Henricum imperatorem inirus reſcinderetur. Quibus animaduerſis, legati ſe de luſos ab epiſcopo querentes, re infecta in Germaniam redierunt. Quod ubi cognouir Herebertus, tantam ex eorum abitu triſtitiam contraxit, ut in periculoſiſſimum morbum inciderit et a *S. Wilibaldo*, eccleſiae ſuae patrono, ſummis precibus conrenderir, ur ſua apud Deum interceſſione ſara maruraret, ne cum ignominia in patriam ſibi redeundum eſſet. Nec ſane irritae fuere preces, quippe *Friſingam* ad *Engelbertum* epiſcopum deuectus, paulo poſt ibi mortem oppetiit er ius, ſemel Babebergenſibus acquiſitum, integrum deinceps permaniſit.

Herbertus epiſc. Aiſtet. repetundarum iudicio puſſatus Bambergenſem,

legatis imperatoris illudit;

uerum his rediſſeadentibus,

moerore uitam finit.

XIIX. Poſtero anno, quartum coniectura conſequi licet, *Suidigerus*, epiſcopus, ex caſtro *Thariſſienſi* ad Moenum, in agro Babebergenſi, monaſterium *S. Benedicti* aedificauit et, praediis ampliſſimis honeſtatum, in honorem *S. Viti* dedicauit. Sequenti anno Henricus, *Bauariae* dux, acceptis a *Suidigero* epiſcopo, ex theſauris eccleſiae Babebergenſis uinginti auri ralenris, *Greylingam* et *Rinebachium*, praedia ad Danubium, in comiratu Hezelonis comiris, ſira, ea conditione oppignorauir, ut, ſi uel ipſe dux, uel poſt obirum ſuum frarres ſui, *Hermannus* et *Theodoricus*, aurum mutuaticium aequalis ponderis, infra diem praeſtiturum non ſoluerent, obligara bona in eccleſiae poteſtate manerent.

Tharisium uulgo Cloſter-Thariſi. aedificatum, 1043.

1044.

A. Ch. 1044. Creylinga et Rinebach. oppignorantur eccleſiae Bamberg.

XIX. Proximo anno *Henricus* poſt dominicam Palmarum, Babebergae celebraram, Ratisbonam profectus eſt er, conſcenſis ibi nauibus, alteram in Vngariam expeditionem ſuſcepir. Proficiſcenrem nauigio ſecutus eſt *Bruno*, epiſcopus Wirceburgenſis, ſed omine parum fauſto. Nam Boſeburgum in caſtrum ubi uentum er ipſe apud imperatorem ageret, per fractam pergulam delapſus et miſerabili clade oppreſſus, octauo die poſt, uitam finiuit. Corpus eius aromatibus conditum et *Wirceburgum* reuectum, in domo Saluatoris ſepulturae eſt rradirum. Fuit autem Bruno uir uitae ſanctitare conſpicuus, miraculis inſignis et inter ſcholaſticae theologiae doctores ſui remporis doctrinae magnitudine praecipuus. Scripſit ex patrum commenrariis *pſalmorum* expoſitiones et in ſymbolum *S. Athanaſii* uere piam enarrationem. Ex qua inſigne eſt illud de fide dictum: *Ante omnia opus, neceſſe eſt, ut fides praecedat, ante omnem operationem, ante omnem inchoationem, ante omne principium unicuique opus, ut teneat catholicam fidem, dicente apoſtolo: ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Vnde Habacus inquit, iuſtus ex fide ſua uiuit. Fides crudelitas eſt, qua ſcilicet ueraciter credimus, id quod nequaquam uidere ualemus.*

1045. Henricum III. *in Vngariam mouentem ſequens* Bruno *epiſc. Wirceb. in itinere moritur,* S. Brunonis *elogium: ſcripta: dictum egregium.*

XX. Poſtero anno *Henricus* imperator, ex Vngariae bello in Germaniam reuerſus, nouis factionum ſtudiis exceptus eſt et in Italiam attractus, quod, renouara uetere in comiriis ambitione, Romani, neglecto *Leonis VIII.* Pontificis decreto, tres ſimul pontifices *Benedictum IX. Sylueſtrum III.* et *Gregorium VI.* creauerant. Itaque ſuperaris alpibus in Iraliam regreſſus, primum *Papiam* uenir et deinde *Sutrium*, ubi frequenri aduocato epiſcoporum concilio, rres uitio factos et de pontificatu conrendenres pontifices depoſuir et SVIDIGERVM, *epiſcopum* Bambergenſem, qui in comitatu praeſens erar, ſufficcit, qui CLEMENTIS II. nomen aſſumpſir er, in ipſo natalitiorum feſto, Romae ſolenni ceremonia conſecratus, *Henricum* et *Agnetem*, eius coniugem, regia corona decorauit. Qua coronatione facta, Henricus de ſtatu eccleſiae formando retulit. Non enim erar neſcius, omnem praeſentis pertur-

1046. Henricus III *imp. in Italiam trahitur* *ob ſchiſma pontificum, inque concilio Sutrienſi.* Suidigerum *creat Pontifi cem* *a quo cum auguſta coronatus* *priſca iura impp. circa electionem*

A. Ch. 1064. pontificum inflaurat.

turbationis fontem a Romanorum ambitione esse deductum, qui clero et populo, aut mercede corrupto, aut uetere comitiorum libertate dispoliato, amicos suos et propinquos pro arbitrio ad pontificiam dignitatem hactenus euexisſent; quae non nisi sanctitate et doctrina bene meritis, uolente Deo, dari et concedi deberet. Ad hanc igitur libidinem coercendam, uetera iura imperatorum, quae *Adrianus I.* Carolo magno et *Leo VIII.* Othoni I. in electione pontificis et dispositione sedis pontificiae concesserant, confirmauit et Romanos in uerba sua iurare coëgit, se nullum deinceps pontificem uel electuros, uel consecraturos, nisi quem imperator dedisset, ad uitanda, quae inde oriebantur, eum magna ecclesiae offensione, discidia.

Clemens, pontif. coenobii S Michaëlis priuilegia confirmat

XXI. *Ad XIII. Cal. maias* CLEMENS pontifex *Adelhelmo*, abbati *coenobii Michaëlis* archangeli, in monte monachorum, priuilegium amplissimum dedit, quo, authoritate pontificia, praedia omnia monasterii, et praesentia, et futura, in perpetuum confirmauit, sanciens, ut nulli unquam duci, marchioni, comiti, uicecomiti, castellioni, nec praeterea ipsius loci imposterum episcopo, extra canonicam authoritatem, nullique personae horum, liceat auferre de bonis, quae ipsi monasterio S. archangeli Michaëlis, per praedictum sanctissimum imperatorem collata sunt, et ab aliis Christi fidelibus, uel etiam quae sunt in perpetuum conferenda. Eodem anno idem *Clemens* pontifex, monasterium *Tharisiense*, prius a se constructum, literis confirmauit. Eae

et noua dos Tharisiensi a se condito.

uero literae *Cal. Octobr. anno* pontificatus sui *I.* sunt datae. Quo uero desiderio, quoue amore et affectionis studio ecclesiam Babebergensem prosecutus sit, ex literis apparet, quas hoc anno *Cal. Octob. indict. I. Romae* in hanc sententiam dedit: *Clemens episcopus &c.* Quamdiu autem in pontificatu fuerit Clemens pontifex, non conuenit inter scriptores, *Nauclerus*, *Platina*, *Onuphrius* Panuinius et cum his *Carolus Sigonius*, mense pontificatus sui IX. uita functum scribunt: sed *Albertus Granzius*, in *lib. IV. Saxoniae*, in alterum annum ad clauum eum sedisse, affirmat, cui et ego assentior, adductus adhuc ipsius Clementis literis, quas pontificatus sui secundo, *XII. Cal. Nouemb.* Viterbii, ratione soluti census ad *Hardouicum* episcopum misit. Quas literas ad confirmandam hanc nostram opinionem inferius in Hardouico huic historiae intexere placuit. Corpus Clementis honorifica funeris pompa *Babebergam* delatum, et in choro *S. Petri* sepulturae mandatum fuit. Tumulo eius libra laux, siue *trutina*, in marmore est incisa, cui praetagii uim aliquam in esse, incolae pro certo asserunt. Cum bona pax est indigenis, aequilibrium immobile praestati.: quando autem saeua belli tempestas ingruit, examen marmoreum per lances, quas ad momenta ponderum mutare et in alterum partem miraculose inclinare solet, certum futuri exitii iudicium praemonstrat. Id quod *Wigandum* episcopum, uirum grauissimum ac prudentissimum, turbulentissimis regiminis sui temporibus, uidisse et obseruasse compertum est.

A. Ch. 1046.

per biennium pontificatum functus obit

et Bambergae sepelitur.

Trutina in eius tumulo praefixa.

HARDOVICVS,
TERTIVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

1047. his inscitiae olim poenas imperatores fuit.

XXII. Ecclesiae ab initio episcopi eligendi potestatem non habuerunt, sed solennes munerum et honorum distributiones imperator obiuit et ferme, quae ad formandum regnum et ecclesiam pertinebant, solus peregit. Vnde legimus, a primae ecclesiae Babebergensis fundationis tempore, nouem ab imperatoribus, continuata serie, datos esse episcopos. Sic post SVIDIGERVM, ad pontificiam dignitatem euectum, Henricus imperator HARDOVICVM, *cancellarium* suum, in eius locum substituit. Fuit autem *Hardouicus* ex illustri *Bogiorum* comitum familia natus: unde deceptum eum existimo, qui primus acta episcoporum Babebergensium congessit, qui familiam *Hardouici* cum *Adelberonis* successoris sui stirpe confundit, dum Bogiorum eum comitem fuisse scribit, qui tamen Carinthiae dux fuit, quod etiam Bruschio imposuit.

Hardouici ortus.

XXIII. Sequenti anno Henricus imperator donationes ecclesiae Babebergensis, a D. Henrico imperatore factas et a *Conrado* patre instauratas, confirmauit. Legitur diploma, in quo *VI. Nonas Octobr.* hoc ipso anno oppidum *Rhodemannum*, ecclesiae ptius inditum, nouo priuilegio, decorauit, sanciens, ne quis

1048. Henricus III. confirmat donationes Bamberg.

An.Ch.1048. dux, marchio, comes, aut ſcultaſio, Hardouicum epiſcopum et ſucceſſores ſuos, in poſſeſſione eius inquietare, moleſtare aut diuerſtire praeſumeret.

Cenſus annuus Romam mittitur

Eodem anno *Hardouicus*, epiſcopus, nuncium cum literis, Romam ad *Clementem pontificem* miſit, quibus ei ſinceram fidem et reuerentiam praeſtitit et cenſum annuum perſoluit. Ad cas literas pontifex reſcripſit in haec uerba: *Clemens epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabili fratri Hardouico, epiſcopo Babebergenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum annuum cenſum unius palafridi albi, cum ſella et centum marcarum argenti, eccleſiae Romanae annis ſingulis perſoluere tenearis et usque ad praeſentem annum, pro toto tempore praeterito, tam praedeceſſorum tuorum, quam tuo, de huiusmodi cenſu ſit per te noſtrae cameraе ſatisfactum; nos ab eodem cenſu, pro dicto tempore, te et eccleſiam tuam duximus abſoluendos, tibi ſuper hoc praeſentes literas concedentes. Volumus tamen, ut cenſum ipſum pro eodem, praeſenti anno et deinceps annuatim, ſoluere tenearis. Datum Viterbii, XII. Cal. Nouemb. pontificatus noſtri anno II.* Ex quibus ſatis appareat, Clementem pontificem, praeter omnium ſcriptorum opinionem, per duos annos in pontificatu uixiſſe et facilem erroris materiam praebere potuiſſe nouem illos menſes et dies 7. quibus poſt mortem Clementis ſedem uacaſſe, *Onuphrius Panuinius* ſcribit. Si enim hos menſes et dies prioribus menſibus et diebus pontificatus Clementis adiunxeris, annus et indictio his noſtris reſpondebit et, deceptos fuiſſe eos, qui epiſtolas Clementis digeſſerunt, beneuolus lector facile intelliget.

et epocha deſuper datur a Clemente.

Leo IX. pontifex deſignatus ab Henrico III. imp. a. 1049.

XXIV. Proximo anno Henricus imperator natalem domini *Friſingae* celebrauit. Ibi cum DAMASVM II. pontificem extinctum audiſſet, in eius locum BRVNONEM, epiſcopum Tullenſem, uirum bonum et ſimplicis ingenii, legatis et Romanae eccleſiae, optimum ſibi dari pontificem, poſtulantibus, obtulit, qui in conſecratione LEO IX. eſt appellatus. Eodem anno frequens epiſcoporum conuentus, praeſidente et aſſiſtente *Leone* et *Henrico*, Moguntiae fuit celebratus. In eo de extirpandis tumultuum in Gallia reliquiis actum et inter caetera decretum, *ne ſacros epiſcopi ordines uenderent, ne clerici uxores aut concubinas haberent, ne canes aut aues ad uenandum alerent.* Poſtero anno Henricus imperator *conuentum* principum *Norimbergae* habuit, in quo *Hardouico* Babebergenſi, *Gebhardo* Eiſtetenſi et cunctis fere Germaniae epiſcopis et principibus praeſentibus, expeditio in Vngariam decreta et *Gebhardus*, epiſcopus Ratisbonenſis, Franciae Orientalis dux, Henrici imperator patruus, dux belli aduerſos Vngaros conſtitutus fuit.

Concilii Moguntinenſis

decreta.

Comitia Norimbergenſia a. Chr. 1050.

An.Ch.1050.

XXV. Anno 1051. BARDO, epiſcopus Moguntinus, e uita diceſſit, cui LEOPOLDVS, praepoſitus Babebergenſis, *Hardouici* epiſcopi frater, ſuffectus eſt. Exardebant ſub id tempus apertae adhuc, ut diximus, inter *Henricum* imperatorem et *Andream* Vngariae regem, bellorum contentiones. Id *Leo* pontifex, quam alienum eſſet chriſtianorum rationibus, conſiderans, proximo anno ad Andream, Vngariae regem, ſe contulit, ut eum ad pacem cum Henrico faciendam adduceret. Verum authoritatem apoſtolicam, praetet opinionem, repudiantem nactus, indignatione adeo exarſit, ut eum a communione piorum excluſerit. Inde Ratisbonam profectus, *S. Wolffgangum* epiſcopum in ſanctorum numerum retulit, atque approbatas in aede *S. Emerami B. martyris Dionyſii* reliquias in honore habere iuſſit. His ibi rite peractis, Babebergam cum Henrico proceſſit et, in die natali S. Lucae, conuocato ad templum populo, inter ſacrorum ſolennia, concionem admirabili ſuauitate ad eum habuit. Qua demum finita et luſtrato ſalutari carmine populo, in praeſentia *Leonis* pontificis, *Henrici* imperatoris, *Humberti*, ſyluae candidae cardinalis, *Almantii*, Romani diaconi et *Meginardi* ſubdiaconi, *Leopoldi*, Moguntini et *Peldingi* Satisburgenſis, archiepiſcoporum, *Gebhardi* Ratisbonenſis, *Gebhardi* Eiſtetenſis, *Acelini* Hildesheimenſis, *Etichonis* Fauentini, *Waltheri* Veronenſis et *Hezelonis*, epiſcoporum et aliarum diuerſarum poteſtatum, relecta ſunt *Ioannis Benedicti* et *Clementis*, pontificum, S. Henrici et Conradi imperatorum iura et priuilegia, quibus epiſcopatus Babebergenſis fundatus et confirmatus fuerat. Ibi relata quoque conſcriptio et confirmatio Henrici, epiſcopi Wirceburgenſis, qua eccleſiam Babebergenſem a Wirceburgenſi diſcriminatam et epiſcopali interdicto firmatum ſuperius in Eberhardo retulimus. His ordine recitatis, cum LEO pontifex, iuxta uotum omnium, qui aderant, ipſum locum authoritate apoſtolica confirmare uellet, *Hardouicus* in medium progreſſus, aduerſus *Adalberonem*, epiſcopum Wirceburgenſem, in comitatu praeſentem, proclamationem fecit, quod is ſuae ditionis oppida, iura et poſſeſſiones inuaſiſſet et, ut ad eorum reſtaurationem adigeretur, precibus uehementer inſtitit. Caeterum pontifex, ut concordiam inter epiſcopos faceret et rationibus utriusque eccleſiae conſuleret, *Adalberoni* epiſcopo deliberationem dedit, ut aut obiecta refelleret, aut iuſti-

Leopoldus archiep. Maguntinus.

Andreas rex Vngariae, Leoni IX. pontifici

morem gerere recuſat,

excommunicatur a 1052.

S. Wolffgangi apotheoſis.

Leo IX. pontifex Bambergae concionatur

et, in coetu archiepiſcoporum et epiſcoporum,

iura et priuilegia eccleſiae Bamberg.

denuo confirmat,

Adalberonem quoque, epiſc. Wirceb.

eo adigit, ut

An. Ch. 1052. iustitiae satisfaceret. Tum ille, adhibitis prius in consilium proceribus suis, clericis et laicis, ad umbonem progressus, se cum satisfactione excusauit et iuribus omnibus, quae ad bannum et episcopalem iustitiam ac potestatem ecclesiae Babebergensis pertinerent, in perpetuum renunciauit. Qua de re pontifex ea omnia nouis priuilegiis cohonestauit, episcopatum Babebergensem liberum et Romano tantummodo mundiburdio subditum pronunciauit et, ne quis comes aut iudex ibi placitum seu districtionem facere uel tenere praesumeret, nisi quem per concessionem Henrici imperatoris uel eius successorum, ipsius loci episcopos deliberauerit, indulsit. Ibi canonicis quoque licentia gestandi *mitras*, certis saltem diebus, ne honor apostolicae sedi proprius uilesceret, indulta. Extat diploma *anno pontificatus sui III. indict. V. idus Nouembr.* Triburi datum.

iuribus omnibus in dictam ecclesiam renunciat.

Episcopatus Babeberg. Romanae sedi demaxas subditus.

Canonicorum Bamb. licentia gestandi mitras.

A. Chr. 1053. Crucis praeferendae potestas pallique usus episcopatui Bamb. conceditur.

XXVI. Postero anno Leo pontifex, ecclesiam Babebergensem et eius episcopum super alios efferre cupiens, Hardouicum episcopum nouis muneribus, ad incrementum dignitatis, affecit et potestatem, ut *crucem* prae se ferre et *pallium*, quod praedecessoribus fuerat denegatum, *ter in anno*, utendum concessit, nempe in die *resurrectionis* festo, *Natalitio* diuorum *Petri* et *Pauli* apostolorum et die *S. Dionysii* martyris, quem diem, per totam dioecesin, sanctum et festum omnibus imposterum esse iussit et eam rem diplomate in haec uerba conscripto, firmauit: *Leo Episcopus* etc. Erat sub id tempus ecclesia Babebergensis S. Petro et successoribus eius pontificibus Romanis, in centum marcas argenti et palafridum, in singulos annos dandum, adhuc obligata: eam a tanto

S. Dionysii dies festiuus Bambergensibus.

Pro censu annuo remissi Benenentum sedi apostolicae praeditur.

onere Henricus, liberare cupiens petiit a *Leone* Pontifice, ut censum remitteret et pro eo *Beneuentum*, in ducatu Beneuentano, regii iuris oppidum, nomine uiciariatus sibi haberet. Qua re audita, Leo facile annuit et ecclesiam a praestatione census omnino liberauit. *An. Ch. 1053.*

XXVII. Postero anno 1054. *Hardouicus* Auracum praedium, per uim ad tempus ab ecclesia auersum et, Henrici imperatoris beneficio, recuperatum collegio Georgiano restituit et, ob lignorum ac rerum aliarum penuriam, potestatem ei fecit, ut ad pontes construendos, aedificia restauranda, molas reficiendas, et ad quoduis aliud opus, ligna et materiam, ex episcopali saltu, in altero Pegnesi ripa posito, licenter acciperet, apibus captulas poneret et alia praeter uenationem, in eo exerceret. Eodem anno *Henricus* imperator, filium Aquis, per *Hermannum* archiepiscopum *Colonienſem*, regem Germaniae consecrauit, *Leopoldo* archiepiscopo Moguntino, cuius id iuris erat, Henrici uoluntatem in eo faciente. Per eosdem dies HARDOVICVS episcopus moriens, in crypta, ad aram *D. Ioannis* apostoli et euangelistae, sepulturam accepit. Eius memoria de choro S. Georgii, quoties ibi sit sacrificium, grato accensi thuris odore, renouari de more solet. Plerique annalium scriptores *Hezelium* eum, *Hadeginum* et *Hezechinum* ac propria impietate infamem nominant: quod quam uerum sit ipsi uiderint: ego uero singulari eum religionis atque sapientiae uirum, in primisque Leoni et Henrico probatum ac charum fuisse, existimo, quod census illa remissio et pallii authoritas, quo paulo ante eum decoratum diximus, abunde testantur. *An. Ch. 1054.*

Aura cum restituitur collegio Georgiano, una cum facultate ligandi etc.

Henricus IV. in regem Rom. inungitur a quinque.

Hardouici sepultura.

Immerito quibusdam suspectus.

ADALBERO,
QVARTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Adalberō, dux Carinthiae

HARDouico ex humanis rebus exempto, ADALBERO, Carinthiae dux, patre Adalberone natus, Henrici imperatoris consobrinus, in concilio ad Oettingas in Bauaria celebrato, successor datus est. *Bruschius* in metropoli Moguntina, e familia Bogiorum comitum natum eum scribit, quem tamen ea, quae in Hardouico diximus, erroris arguunt. His itaque, ut minus probabilibus, in medio relictis, *Auentinum* in hoc sequimur, qui *lib. V. Annalium Boiorum*, XXVIII. De Adalberonis nostri ordinatione loquens, *eo*, inquit, *anno Henricus templum Babebergense Adalberoni consobrino suo, cuius pater Adalbero, dux Carionum, Geissenfeldiae sepultus est, tradidit.* Qui eodem adhuc anno Babebergam deuectus, ecclesiam, negligentia decessorum admodum labefactatam, in pristinum dignitatis statum reponere, quaeque alienata et distracta fuerant, aere suo recuperare instituit et *Rottenbachium*, arcem et uicum ad Marchiam, nemus ecclesiae amplissimum, in agro Norico situm, ad eiusdem possessiones adiecit.

dioeceſim ſtatum reſtituit aegrot.

Rottenbachium eidem adiecit.

An. Ch. 1055. *Ampferbachum concedit Hanno Colon. cuius ortus et fata describuntur.*

XXIX. Sequenti anno Henricus *Hanno*, archiepiſcopo Colonienſi, *Ampferbachum* praedium indulſit, quod ſucceſſu temporis ad eccleſiam acceſſit. Fuit autem Hanno, ut Lambertus ſcribit, loco mediocri natus et Babebergae in ludo, tam diuinarum, quam ſaecularium literarum eruditus, qui poſtquam adoleuit, ſola ſapientiae et uirtutis ſuae prae-rogatiua, imperatori *Henrico* eo usque innotuit, ut in palatium ſumtus, prae caeteris primum gratiae et familiaritatis gradum obtinuerit et eo ipſo anno, ad archiepiſcopatum Colonienſem euectus ſit.

Guntheri Vita ao. 1056.

XXX. Proximo anno Henrici imperatoris cancellarius, proximus Adalberonis in epiſcopatu ſucceſſor, uiſum miralem et prorſus diuinum conſpexit. Vidit enim, *Lamberto* teſte, dominum in ſolio maieſtatis reſidentem et, leuato in altum brachio, diſtrictum gladium uibrantem et interitum inimicis ſuis minitantem, dicere: *reddam ultionem hoſtibus meis et his, qui oderunt me, retribuam.* Ea uix expleta uiſione, eandem ibi rurſus dicitur conſpicatus ſpeciem et dominum, recondito iam in uaginam et ſuper genua ſua reclinato gladio, dicentem: *ignis ſuccenſus eſt in furore meo et ardebit usque ad inferni nouiſſima.* Haec uiſio *Henrici* imperatoris mortem praenunciaſſe iudicata fuit, qui *III. Non. Octobr.* ſupremum uitae ſuae diem conſecit. Eo *Spirae* ſepulto, HENRICVS filius, annos quinque natus, Germaniae regnum *quartus* accepit, et qui triennio

imperatoris obitum praenuncia.

Henricus IV. imp.

ante, per *Hermannum* archiepiſcopum *Colonienſem*, Aquis rex fuerat conſecratus. Caeterum cum propter aetatis imbecillitatem ad regni gubernacula tractanda nondum eſſet idoneus, *Agnes*, mater augusta, ipſa tanta iuſtitiae et prudentiae fame adminiſtrauit, ut omnes in ſuam admirationem adduxerit.

An. Ch. 1057. ad huc impubes

matris Agnetae tutelae committitur.

XXXI. Proximo anno Henricus *Hersbrugum*, quod tum uicus erat ad Pegneſum exiguus, moenibus ſepſit et, mercatus, cudendae monetae et uectigalium iure ornatum, Adalberoni epiſcopo et ſucceſſoribus eius, perpetuo poſſidendum tradidit. Per eosdem dies OTHO, comes Schweinfordenſis, Sueuiae dux, e uiuis ſublatus et Schweinfordiam transportatus, inter maiorum monumenta ſepulturam accepit. Eius ducatum Henricus RVDOLPHO, Rhinfeldiae et Habsburgi comiti, attribuit. Ad *VII. Cal. Octobr.* anni ſequentis Henricus, more praedeceſſorum, eccleſiae Bambergenſis bona et poſſeſſiones ampliſſimo priuilegio honeſtauit. Et proximo anno Moguntia ex hibernis in Bauariam transgreſſus, conuentum *Ratisbonae* habuit, ubi, nato in epiſcopo deligendo diſſidio, ipſe ſuper ea re *Othoni*, canonico Babebergenſi, quem deſignandum curauit, eccleſiae regalia tradidit. Annus inde milleſimus ſexageſimus immatura *Adalberonis* epiſcopi morte fuit nobilitatus, qui paralyſi occubuit et in choro *S. Georgii* ſepulturae mandatus fuit.

Hersbrugum accedit eccleſiae Bamberg.

Othoni in Sueuia ducatus ſuccedit

Rudolfus, comes Rheinfeld. Eccleſiae Bamb. bona nouo priuilegio muniuntur. a. 1058. 1059.

Otho cancellar. Bamberg. eligitur in epiſcopum Ratisbon.

Adalberto paralyſi moritur.

GVNTHERVS,
QVINTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Guntherus de augendo epiſcopatu cogitat.

XXXII.

IVſtis Adalberoni epiſcopo ſolutis, GVNTHERVS *cancellarius* in eius locum ſubrogatus eſt. Qui, cum ab Henrico eſſet confirmatus, animum ad epiſcopatum legibus formandum et eccleſiam beneficiis et poſſeſſionibus exornandum, contulit et ſucceſſores ſuos, honeſto exemplo, ad ſui imitationem accendit. Ad cius petitionem *Henricus Villacum*, praecipuum hodie ditionis Babebergenſis in Carinthia oppidum, nouo mercatus iure et quibusdam aliis priuilegiis, inſtruxit. Extant literae datae *VI. idus Febr. indict. XIII.* his uerbis: *Henricus &c.* Veteres inde poſſeſſiones abbatiae *Kittingenſis*, a D. Henrico imperatoris conceſſas, eccleſiae confirmauit et nouas alias addidit.

Villacum fit mercatus.

Henricus IV. ueteribus priuilegiis ratificatis, noua indulget eccleſiae Bamb.

§. XXXIII. Sequenti anno Guntherus epiſcopus reditus eccleſiae reddidit ampliores et canonicorum beneficia quae praebendas uocant, albo pane auxit. Proximo inde anno Henricus, rogatu Sigefridi Moguntinenſis et Hannonis, Colonienſis, archiepiſcoporum et abbatum, Vorchemium oppidum, ſuperioribus annis ab eccleſia, ut diximus abſtractum, Gunthero reſtituit, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, praecipue uero omnes uicos, uillas, uillulas et praedia, quae a primo fundationis die ad id pertinuerunt, quorum haec ſunt nomina: *Widelshofium, Trubaha, Thuſſibrunna, Hezelderfium, Frenbachium, Walbrechtsdorfium, Sennacha, Merendorfium, Huſium, Zogesruthum, Friſesbachium, Wimilibachium, Schliersbachium, Wiſentauium,*

1061.

Guntherus epiſc. red tus eccleſiae amplius.

Proceres Imperii rogatu Vorchemium epiſcopatui reſtituitur. 1062.

cum omnibus bonis.

An. Ch. 1061. *tauium, Gosbiihelum, Pinsbergam, Ludenbachium, Affeldersbachum, Stockachium, Sendelbachium* et pleraque alia, quae alienata fuerant, quod ex diplomate apparet *anno MLXII. indict. XV. ordinationis Henrici VIII. regni VI. III. Idus Iulias* Hersfeldi dato. Est autem VORCHEMIVM ciuitas opulenta et niueo pane, quo eam etiam *Aeneas Syluius* commendat, admodum celebris, haud procul a confluente *Regnesi* et *Vesuntis* amnium, ad radices nonnullorum collium sita, in agro, uini, frumenti et omnis generis fructuum, feraci et pascuis utilissimo, unde rebus omnibus humano uictui necessariis maxime abundat. Eius *insignia* sunt *geminae truttae*. Horum enim piscium *Vesuntis* feracissimus est, unde eas in symbolum abiisse suspicor. Prouincias enim et urbes rerum, quarum maxime sunt feraces, praeferre symbola, passim exempla sunt in medio.

Vorchemii oppidi descriptio

ius insignia

An. Ch. 1063. *expeditio sacra in palaestinam suscipitur.*

A rum extorquere statuerent. Vnde subeundem alterius anni 1064. autumnum Sigefridus *Moguntinus*, *Guntherus Babebergensis*, *Otho Ratisbonensis*, Wilhelmus *Traiectensis* et plures alii episcopi et Germaniae proceres, confecto septem millium hominum numero, ut *Marianus Scotus* author est, et *Frisaeus* ultra uiginti quatuor millia eorum fuisse scribit, in *palaestinam* ire perrexerunt. *Guntherus* omnes maiestate corporis anteibat, adeo, ut omnibus, qua iter facerent, uel rex, uel imperator, crederetur. Caeterum *Sauum* amnem transgressi, cum iam a *Byzantio Laodicaeam* Syriae, inde *Tripolim Phoenices* et *Caesaream* Galilaeae peruenissent, nec longius duorum itinere dierum ab *Hierosolymis* abessent, *VIII. Cal. Aprilis* anni proximi, ad Capharsalum ab Arabibus maxima clade affecti sunt. Et quidem *Wilhelmus* Traiectensis, in primo impetu multis uulneribus confectus et rebus omnibus exutus, in campo nudus et semianimis relictus est. Reliqui episcopi ac proceres, ingruentis praelii uitare discrimen uolentes, in castellum quoddam se receperunt. Interim hostes, iumentis et rebus aliis omnibus potiti et spe opinionis multae praedae incensi, castellum a christianis occupatum repopposcerunt, eique dare abnuentibus, id tanto impetu oppugnare institerunt, ut inclusi, post grauissimam toto triduo perpessam obsidionem et famem, ad preces confugere et pacem uenalem petere coacti sint. Quo facto *Arabum princeps*, cum *octo* suae gentis honoratissimis in castellum admissus, colloquii specie circumuentis illusit et, uinculo facto, linteum in collum Guntheri, quem reliquorum principem esse rebatur, iniecit, *En!* inquiens, *te solo capto, caeteros in potestate habeo, et simul ac iussero, flebile cum sociis pendebis ab arbore pondus.* Quae cum per interpretem intellexisset *Guntherus*, indignatione accensus, pugnum tanto conatu in eius faciem impegit, ut uno ictu humi praecipitem sterneret; *eum*, clamitans, *potius poenas impietatis luiturum, qui manus impuras in sacerdotem Christi profanus et idololatra mittere non esset ueritus.* Idem fecerunt et alii his, qui cum eodem in castellum uenerant, et duriter uinculis constrictos armis furentium popularium obiecerunt et irruptionibus deterruerunt. Quibus cognitis *Ramulae* praesul postridie obsessis in auxilium uenit et, acceptis ab eis 50. aureis Byzantinis, eos Hierosolymam et rursus inde in nauem, incolumes reduxit.

Guntheri maiestas corporis.

Sacrorum militum prima strages.

Wilhelmus Traiect. episc. uulneribus obit,

caeteri in castello, quo se receperant,

a principe Saracenorum capiuntur,

sed fortitudine Guntheri,

incolumes euadunt.

XXXIV. Per eosdem dies *Hanno*, archiepiscopus Colonienſis, *Henricum*, pupillum decem annos natum, secura matris ac praeceptoris disciplina educari molestе ferebat: nempe indolem regiam otio et studiorum cultu effoeminari, regnique negotia minus uiriliter per ipsam administrari, calumniatus. Cum itaque puer, Goslaria ex hybernis Saxoniae *Spiram profectus*, pascha ibi celebraret, Hanno, archiepiscopus Colonienſis, proceribus aliquot adiuuantibus, *fraude* interceptum cum ac naui impositum, cum ipsis imperii insignibus eripuit et Spira *Coloniam* uel repugnantem traduxit ac, matre ab eius tutela remota, semetipsum ultro tutorem instituit.

Hanno archiep. Colon. Henricum IV. regem tutelae matris

fraudulenter subducit

XXXV. Postero anno 1063. *Gunthe-* *Collegii Canon. S. Gangolphi ortus. a. 1063.*
rus episcopus, *Teurstadii* in suburbio, trans flumen orientem uersus, ecclesiam aedificauit eamque *B. uirgini*, Dei matri et *S. Gangolpho*, consecrauit, adiuuantibus *Rhinoldo*, *Walboco*, comite Wolfesuuaccio et *Eberhardo* quodam ciue Babebergensi. Quorum hic chorum eiusdem ecclesiae propriis impensis excitauit, ille uero luculentissimis possessionibus ad usum et decus explere instituit. In eam uterque post mortem illatus ibi sepulturam accepit. Eo anno uredine segetes extinctae, quam hiems plus solito frigida excepit, quae uites omnes absumpsit. Quo malo consternati homines et mente quasi attoniti, omnia lachrymis et querelis miscebant. Non deerant etiam, qui, huic mundi machinae finem adesse, monentes et qui, res horrendas a se uisas, falso asserentes, ea mala magis augerent et tantam animis omnium religionem inuicerent, ut ad uisenda loca sacra, uoti persoluendi gratia, profectionem in *palaestinam* suscipere et Hierosolymorum urbem e manibus impio-

Ob insolitam sterilitatem et insecutam hiemis intemperiem,

XXXVI. In redeundo autem cum in *Pannoniam* esset uentum, *Guntherus*, immatura morte praeuentus, laeti et prosperi reditus tristem omnibus exitum fecit.

In Pannonia Guntherus moritur.

An Ch. 1063. cit. Deceſſit *X. Cal. Auguſti*, et celebri funeris pompa Babergam delatus, poſt aram *S. S. Philippi* et *Jacobi* apoſtolorum et *S. Oswaldi* ſepultus fuit, cum tali EPITAPHIO:

Babebergam eadauer aduehitur.

Praeſul Guntherus ut eum donis prece clerus
Adiuuet, hortatur, cui multa dediſſe probatur.

Guntheri ortus De cuius origine, uita, corporis et animi bonis ſic *Lampertus* ſcriptum reliquit. Natus erat ex *primis palatii*, prioratis poſſeſſionibus praeter epiſcopatum affluentiſſimus, lingua promptus et conſilio, literis eruditus tam diuinis quam humanis, tum ſtatura et formae elegantia ac totius corporis integritate, ita caeteris eminens mortalibus, ut in illo Hieroſolymitano itinere, ex urbibus et agris ſpectandi eius ſtudio profluerent, et bene ſecum actum crederet, cui eum uidere contigiſſet. *An. Ch. 1063* *et doctr.*

HERMANNVS,
SEXTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

XXXVII.

Hermannus epiſcopatum pecunia coemit. IN eodem itinere conſtitutus HERMANNVS *uicedominus* Moguntinus et eccleſiae Babebergenſi *praepoſitus*, cum Guntherum epiſcopum graui morbo implicitum eſſe et mortem uitae ſtrenue ac decenter actae congruentem appetere cerneret; conſeſtim nuncios cum literis ad amicos ſuos et familiares, quibus patria excedens rerum ſuarum adminiſtrationem crediderat, miſit et, ut ſibi aditum, qua poſſent ratione, ad epiſcopalem dignitatem adipiſcendam facerent, precibus contendit. Omnem illi, ut rogati erant, diligentiam adhibuerunt et epiſcopatum, profuſa in eius *coemptionem* pecunia, facile obtinuerunt.

Hanno, Coloniae XXXVIII. Eripuerat paulo ante, ut diximus, Hanno, archiepiſcopus Colonienſis, ab Agnete auguſta, puerum et regni adminiſtrationem et aſcitum in conſortium *Albertum* archiepiſcopum *Bremenſem*, eum ſibi *contutorem* et curarum omnium ſocium conſtituerat. Quos penes, cum regis educatio et ſolennis epiſcopatuum et dignitatum aliarum diſtributio eſſet, nec alia cuiquam ſpes eſſet, adipiſcendi ullius honoris, quam ab his grandi mercede redimeret, multa et grauia in imperio exorta ſunt incommoda. Nam et bona eccleſiaſtica in abuſus horrendos conuerſa, ſacra turpi nundinatione uendita, coenobia compilata, ducatus pro libitu translati, ordines confuſi, diſciplina corrupta, reuerentia aduerſus leges ſublata, iuſtitia exploſa et licentia cupiditatibus ac libidinibus permiſſa. Vnde per hos etiam, corruptis per ſimoniacam largitionem ſuffragiis, ad epiſcopalem dignitatem euectus Hermannus, ut foedum epiſcopatus ſui ingreſſum, ſic triſtem exitum, cum maxima ipſius eccleſiae iactura et totius populi perturbatione habuit.

Albertus, Bremenſis, archiepiſcopi

Henrici VI. tutelam

peſſime gerunt

XXXIX. Proximo anno crinita ſtella, mirum ſecum fulgorem trahens, per 20. dies apparuit, quae earum rerum, quae paulo poſt inter pontificem et imperatorem ſubſecutae, praenuncia fuiſſe putatur. Poſtero WILRAMVS, primo *Babebergenſis Gymnaſii*, poſt *Lutetiae* Pariſiorum, profeſſor et coenobii *Mer-Jeburgenſis abbas*, uir in ſacris et humanioribus literis eruditus, dicitur claruiſſe. Scripſit tres libros *in canticum canticorum*. Per eosdem dies *Henricus* cum Bertha, Othonis, Italiae marchionis filia, nuptias apud *Triburias* celebrauit et ſequenti anno, patrem auumque imitatus, eccleſiam Babebergenſem in patrocinium recepit et omnes eius comitatus, ſuperiorum regum beneficio et pietate donatos, confirmauit.

Cometa malorum futurorum praenuncius cius. a. 1066.

Wilramus ex traditionis lauo de clarus.

Henricus IV. matrimonium init 1068.

et eccleſiam Bamberg in tutelam recipit.

XL. Proximo anno natus eſt in Amberana, ualle, OTHO, *comes Andechſius VIII.* epiſcopus Babebergenſis Pomeranorum apoſtolus. Eo vero, qui proxime inſecutus eſt, anno nempe 1070. *Otho* Bauariae dux, ob affectati regni ſuſpicionem, ducatu exutus et grauiſſimo edicto proſciptus, uniuerſos Saxoniae epiſcopos et principes ad rebellionem concitauit. Idem *Schiangum*, eccleſiae Babebergenſis in Thuringia oppidum, in poteſtatem ſuam adduxit et accuſandi imperatorem apud pontificem cauſam praebuit. Pontifex, criminibus de *ſimonia* et ſuperbia *Henrici* ad ſe delatis motus, familiares eius et fautores, Moguntinum, Colonienſem et Hermannum, Babebergenſem, epiſcopos, Romam uocauit. *Hermanno* uitio dabatur, quod epiſcopatum grandi pecunia coemiſſet: qui tamen datis, ut *Lambertus* ſcribit, muneribus, exaſperatam erga ſe pontificis mentem ad tantam clementiam reduxit, ut qui non ſine periculo honoris ac dignitatis euaſurus putabatur, benigne non ſolum ſuſciperetur, ſed *pallium* etiam et alia chi-

D. Otho natus a. 1069.

Otho, dux Bauariae exuitur ducatu. an. 1070.

Henricus imper.

Hermannus epiſc. Simoniae infimulatus

An. Ch. 1070 a pontifice castigantur.

chiepiſcopatus inſignia pro benedictione reciperet. Omnes uero grauiſſima oratione caſtigati, quod ſacros ordines mercede accepta contuliſſent, ac iureiurando ſe a talibus facinoribus in poſterum temperaturos adacti, domum cum pace dimiſſi ſunt. Eodem anno Henricus eccleſiae Babebergenſi et Hermanno, eius epiſcopo, uenationes quasdam ſiue *ſylueſtre*, ut uocant, *bannum* indulſit, certis limitibus circumſcripſit et diplomate firmauit, cuius ut eſt in actis Babebergenſibus, haec fuit formula: *Henricus diuina fauente.* etc.

Bannum ſyluestre epiſcopo Bamb. indultum.

XLI. Proximo anno ALBERATIS, comitiſſa Banthenſis, *Hermanni* marchionis Voburgenſis coniunx, *Banthum*, praecipuum ditionis ſuae in Francia ad Moenum caſtrum, in abbatiam conuertit et cum *Muckenberga* et *Affeldernenſi* caſtris, totum Banthgauienſem tractum, et quicquid terrae ac praediorum eſt inter Mocnum et Itheſin fluuios, ad iunxit et per manus *Hermanni* marchionis, coniugis ſui, baſilicae cathedrali Babebergenſi et S. Petro, cius patrono, conſentientibus uaſallis ſuis, ſeudatariis et ſubiectis, praeſente, ſuſcipiente et confirmante ea omnia et ſingula *Hermanno* epiſcopo, aſſignauit. *Grodezum* uero, *Seuilizium* et ſyluam, ad Banthum pertinentem, ſingularis muneris et beneficii loco, *Hermanno* epiſcopo et ſucceſſoribus eius, perpetuo poſſidendum donauit, relicta ſaltem abbati in ea ligna ſecandi et paſcendi licentia. Eius donationis formula Babebergae publice fuit recitata, praeſentibus Poppone praepoſito, Lindone decano, Meginando ſcholaſtico canonicis, Eberhardo Salzbacenſi, Wolframo et Othone Altenbergae comitibus et pluribus aliis, Bauarico mote per aurem tractis teſtibus. Quia uero ante ſuſcepti operis perfectionem marchio *Hermannus*, in certamine equeſtri grauiter ex lethifero haſtae uulnere affectus, deceſſeret et inopinatam *Alberadis* mortem grauiſſimae in republica ſequerentur perturbationes, quod *Adalbero*, Wirceburgenſis epiſcopus, e ditione ſua eiectus, fortunam diu haberet aduerſam et Hermannus, epiſcopi titulo et dignitate ſpoliatus, eccleſiam ſuam uiuus dimittere coactus eſſet: coenobium libidinibus hoſtium ac direptionibus expoſitum et, monachis in diuerſa palantibus, S. Benedicti diſciplina in eo prorſus extincta fuit, donec per *S. Othonem*, epiſcopum Babebergenſem, reſtituta rurſus reuiuiſcere coepit. Caeterum ea bona et praedia, quae praeter abbatiam et factam donationem Alberadis adhuc tenebat et inter haec *Cylenum*, *Cunſtadium*, *Aſchemum*, *Heinrichsdorfium* et *Cuſthonesdorfium*, poſt eius obitum ad eccleſiae quoque poſſeſſiones acceſſerunt.

quae Hermanno march. Voburg. cum coniuge contigere extinctio.

ad tempus deſerta iacent, poſtea uero reſtituitur

An. Ch. 1071. et poſſeſſionibus augetur.

XLII. Sequenti anno *Rupertus*, cognomento numularius, quartus coenobii archangeli Michaelis abbas, poſt abdicatam dignitatem, monaſterium Augiae diuitis uiolenter inuaſit, numeratis in aerarium regis mille pondo argenti puriſſimi. Ei uero cum loci aduocatus aperte denunciaret, niſi dicto citius e coenobii ditione decederet, ſe occurſurum et armata manu in libertatem uindicaturum, quos ipſe redigere in ſeruitutem fuiſſet auſus; animo conſternatus, fratris ſui poſſeſſiones acceſſit, praeſtolaturus ibi, quem finem tam foedo initio ſors eſſet allatura, cum praeſertim Babebergaeciam pridem *Ecbertus* in eius locum abbas eſſet inſtitutus.

Rupertus abbas S. Michaelis, cum cano Æſopico alienae inhiat abbatiae. a. 1072.

Abbatia Banthenſis e caſtro monaſterio erecta, a. 1071.

epiſcopo Bamberg. aſſignatur.

XLIII. Proximo anno 1073. *Henricus* natalem domini *Babebergae* celebrauit et, *Bertholdo* Carinthiae duce, ſine legitima cauſae cognitione, ducatu eiecto, *Marquardum* propinquum ſuum ſubſtituit. Inde Hannonem, *archiepiſcopum Colonienſem* et Hermannum epiſcopum *Babebergenſem*, in Italiam ad magiſtratus et ciuitates, ad colligendum regni tributum miſit; qui, legatione perfecta, in Germaniam redeuntes, pontificis ei detulerunt literas, in quibus poſtulabat pontifex, ut de criminibus et non nullis aliis emendatione dignis, ſuper quibus Romae delatus erat, aut purgaret ſe, aut ſatisfaceret. Eo anno *Hermannus*, epiſcopus, Babebergae extra muros in ſuburbio, uerſus occidentem, eccleſiam *S. Iacobi* conſtruxit et poſſeſſionibus fructuoſiſſimis honeſtatam, canonicis *Auguſtinianis* indulſit.

Bertholdo Carinthiae duce ſuccinctio

Marquardus ſufficitur.

Henricus IV. Romae crimina infimulatur.

S. Iacobi eccleſia collegiata extructa.

XLIV. Poſtero anno Henricus paſcha Babenbergae peregit et ad ſe adeuntes, *Sigefridum*, archiepiſcopum Moguntinum, *Bertholdum*, Carinthium, et nonnullos alios belli Saxonici deſertores, in gratiam neceſſitate coactus recepit. Inde *Norimbergam* profectus legatos HILDEBRANDI in Germaniam miſſos habuit obuios, qui licet colloquium eius repudiarent, quod anathemate ab Alexandro percuſſus non ſatisfeciſſet: poſtularunt tamen uerbis pontificis, ut conuentum ſibi habere liceret, in quo epiſcoporum et abbatum, qui dignitates emiſſent, cauſam cognoſcerent. Quod ubi epiſcopi audierunt, ut rem nouam et rationibus ſuis alienam reſpuerunt, neque poteſtatem eam ſe cuipiam, niſi ipſi pontifici, daturos dixerunt. Eam ob cauſam legati *Hermannum*, epiſcopum et nonnullos alios, turpi largitionis infamia laborantes, ab officio remouerunt, donec coram ueni-

Hildebrandi pontificis nuncii,

Simoniae dicti.

An.Ch.1072. entes obiectum ſibi crimen digna ſatisfactione purgarent.

XLV. Sequenti anno grauis inter *Hermannum* epiſcopum et *Clerum* Bambergenſem, ex aemulatione religionis orta diſſenſio, totam rempublicam perdidit. Aedificauerat ſuperioribus diebus *Hermannus* eccleſiam, apud *S. Iacobum* et ſacerdotes ac clericos inſtituerat, qui in ea quotidie diuina officia celebrarent. Eo uero decedente, quem decanum uel inſpectorem caeterorum eſſe uoluerat, occaſionem nactus, propoſitum mutauit et locum ipſum cum poſſeſſionibus *Eckberto* abbati, ad conſtituendum ibi monaſterium, tradidit. Eadem iniuriam *clerus*, e poſſeſſione pulſus, iniquo animo tulit et, communicato cum canonicis baſilicae cathedralis conſilio, epiſcopum ſuppliciter adieruot et, ne ſemel ſuſcepta eccleſiaſtica ſuſtentationis beneficia in alios uſus conuerteret, aut ſe ludibrio omnibus exponeret, petierunt. Cum uero Hermannus in propoſito perſeueraret, nec ab eo auelli poſſet, aſſerens, honorem, quem monachis deferret, in nullo officere clericis; bona uero, quae in uſus pauperum propria cumulaſſet induſtria, ſui iuris eſſe et ob id parum referre, ſiue ea clericis largiretur, ſiue monachis: clerus uehementer perturbatus, regis et totius imperii procerum aures, libellis ſuis oblatis, quotidie ſatigat et, cum nihil proficeret, legatos *Romam* ad pontificem mittit atque ibi, recitata ſua calamitatis ſeriepetit, ut innocentiae ſuae, aduerſus tanti calumniaroris uiolentiam, adeſſet. Quae dum *Romae* fiunt, opportune etiam aduenit altera maioris baſilicae Bambergenſis legatio, et querelis ingeminare niniam tarditatem et patientiam incuſare coepit, quod eccleſiam Dei tamdiu ſineret hominis haereticicommunione maculari, qui non per legitimae electionis officium, ſed per Simoniacam prauitatem, ad tantum dignitatis faſtigium euectus eſſet, et proinde orare atque obteſtari, ut res baſilicae Babebergenſis aliquando reſpicere et ad inopiam uergentes amicae urbis et eius cleri rationem habere uellet, ne iniuſſu durius ſibi conſulere et alias propter penuriam ſedes quaerere cogeretur. Quibus rebus exaſperatus pontifex, *Hermannum* epiſcopum non ita pridem a miniſterio diuino remotum, piorum quoque communione excluſit: quod ad cauſam, de grauiſſimo Simoniae crimine dicendam, Romae adeſſe iuſſus, per biennium noo comparuiſſet. De mente pontificis per legatos ſuos edoctus clerus Babebergenſis, confeſtim Hermanno indicare iubet, ut quantocius ex urbe excederet: non enim poſſe eum, qui per Simoniacam largitionem epiſcopatum nactus et literarum ignarus prorſus eſſet, amplius eſſe epiſcopum. Huic legationi alia inſignis fuit adiecta contumelia, quippe adoleſcens quidam, e cleri numero, praeferocis ingenii, uerſiculum quendam ex pſalmo propoſuit. *Huius*, inquiens, *capituli non myſticum ſenſum, non allegoricam ſignificationem, ſed uerbum ex uerbo, ſidus interpreſ ſi mihi recte explicaueris, ego ab omnibus te crimimibus liberum et epiſcopali titulo digniſſimum pronunciabo.*

XLVI. Quibus rebus et ipſius etiam pontificis literis, per eiusdem legatos traditis, confuſus Hermannus et inops conſilii factus, nuncios ad archiepiſcopum Moguntinum, amicum ſibi ſemper fidiſſimum, miſit orans, ut ſibi duriſſimo ſuo tempore adeſſet, ſe a ſede Babebergenſi cleri ſui coitione deiectum, neminem per quem reſtituatur habere, niſi is, cuius beneficio eam adeptus ſit, cauſam ipſe ſuam ſuſciperet, nihil fortuna ſua fore miſerabilius. Ille nihil moratus Babebergam uenit et, ad cognoſcendam cauſam, ſeſe obtulit. Cum uero clerum contentione obſtinatiſſimum eſſe, nec a propoſito retrahi poſſe, uidet, Romam inde ad pontificem profectus eſt, ſed uix aegre, ut in communionem reciperetur, obtinuit. Hermannus, ubi reſciuit, nullum deinceps ſpem ſibi fore reliquam, niſi in pontificis *clementia*, mercede conduxit, qui cauſam ſuam agerent et cum eis ipſe Romam ſe contulit. Sed nullis lacrymis, nullis ſupplicationibus, nulla arte rhethorica conquiſitis argumentis, in uictum pontificis erga auaritiam animum expugnare, nedum ut ab anathemate liberaretur, obtinere potuit, niſi ſub ea conditione, ut quam primum in Germaniam reuerteretur, rebus humanis ſe abdicaret et piaculi cauſa monachum indueret. Quae, cum Babebergam regreſſus ad militem ſuum retuliſſet, is deſpecto prorſus pontifice, omni ope eum ad dignitatem retinendam adiuuit, atque eo ipſo fauore ſuffultus, ditionem ſibi prius interdictam denuo inuaſit, eaque magna ex parte recuperata, Babebergae conſedit. Quo cognito, clerus nouos miſcere tumultus, edicta eius deſpicere et communionem uehementius execrare inſtitit, ita ut clauſis templorum portis, iunctisque campanis et uocibus per totius menſis ſpatium et amplius, Babebergae a ſacris feriatum nec ullum diuinum officium celebratum ſit.

XLVII. Per eosdem dies, *Henricus*, eductis aduerſus Saxones copiis, ad *Oneſtrudem* Thuringiae amnem, cum

a. 1075. Hermannus epiſc. Bamberg. eo quod eccleſiam S. Iacobi, quam i pſemet aedificauerat,

abbati Eckberto tradidiſſe,

clerus inde pulſatum in ſe concitat

cui pontificis auxilium implorant,

baſilicae maioris canonici ſe iungunt,

Hermannum ſimoniae arguentes,

eiusque remotionem obtinere petentes.

Hermannus pontificis fulmine ictus,

ex urbe excedere cogitur,

An.Ch.1075.

et turpis ignorantiae conuincitur.

A Moguntino, promotore ſuo,

non adiutus

ad ipſum pontificem confugit,

qui inexorabilis

non niſi ſub conditione, anathema remittit.

Licet uero a ſuis in ſolium reſtituatur,

ob cleri tamen tumultus

ſacris operari non poteſt.

Interim Henricus IV.

An. Ch. 1075. eis pugna difficili et ancipiti conflixit. Eius uero rebus inclinatis, cum *Hermannus*, Giehiorum comes et equitatus Babebergenſis, ex inſidiis erumpens, aciem reſtituiſſet, celebrem a Saxonibus uictoriam retulit, multi capti, pluresin fuga occiſi, ſpoliorum quoque ingens praeda parta. Interim pontifex crebris legationibus, et clerus Babebergenſis ſupplicationibus aſſiduis, apud Henricum inſtabat, ut iam diu uacanti eccleſiae rectorem conſtitueret; quod licet Hermannus epiſcopatum, nobilium ſuorum praeſidio ſultus, ineoleret, nullam tamen pontificialis officii adminiſtrationem haberet, nec eum amplius regere poſſet, iuſtis de cauſis ex auctoratus et ſacerorum interdicto notatus. Quanquam uero Henricus operam et ſtudium Hermanni indefeſſum, in pace et bello, tranquilla et turbata republica, expertus eſſet et, caeteris regni proceribus in aeie eum deſerentibus, conſtans ipſe et fidus in omnibus permanſiſſet: quasuis tamen aduerſus eum haud grauate admiſit aeeuſationes, eo ſcilicet intendens, ut per huius deiectionem uiam ſibi pararet, ad *Wormacienſem* et nonnullos alios, quibus, in ultionem priſtinae deſectionis, iam dudum ſumma ope calumniam ſtruere uidebatur. Ita- B

deuictis, per Giehiorum comitem, Saxonibus,

a pontifice et clero Bamberg.

de exauctoranda Hermanno ſolicitatus,

fidelitatis ipſius priſtinae memor,

facilem aures praebet, delatoribus

que pridie *Cal. Decembr.* Babebergam proſectus, eum ab epiſcopatu remouit, et RVPERTVM, *praepoſitum Goslarienſem*, in eius loeum ſubſtituit. Hermannus ubi ſummo ſe deiectum epiſcopatus faſtigio et ſpem nullam recuperandae deineeps dignitatis extare uideret, *Suarzacum* in monaſterium ſeeeſſit et, relicta rerum humanarum cura, monachus eſt factus. Inde repetita rurſus Italia, *Ecbertum*, abbatem ſuum, ſecum Romam ſumpſit, ae ſe paratum eſſe quocunque modo pontifici ſatisfacere, ad redimendam eius gratiam, oſtendit. Pontifex examinatum et de commiſſis delictis grauiter caſtigatum, anathemate liberauit et, coneeſſa praeter epiſcopalem dignitatem miniſterii diuini licentia, *Suarzacum* in coenobium remiſit, ubi poſt biennium ex rebus humanis exemptus et in Sacello *D. Benedicti* ſepultus fuit. Sunt qui eum non numerant inter epiſcopos Babebergenſes, quod ſepultura et anniuerſario careat: quia uero eccleſiae ſuae mire utilis fuit et templum *Jacobaeum* de patrimonio ſuo et propriis impenſis, conſtruxit et nos eum ab aliis in catalogo epiſcoporum collocatuum uidemus; hunc ei merito loeum inter alios aſſignauimus. C D

An. Ch. 1075.

eumque a pontificatu deturbat,

Ruperto in eius locum ſuffecto.

Hermannus reſtitutionem deſperans

monachum induit.

Tandem Romam repetens

pontifici ſe ſubmittit, et ab anathemate liberatus

in coenobio Suarzacenſi paulo poſt moritur.

Cur, ab aliis epiſcoporum Bamb. catalogo expunctus

huic nihil omittitur?

RVPERTVS, SEPTIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

XLVIII. RVPERTO ſuffecto, ingens ſubito in Eccleſia Babebergenſi eſt exorta ſeditio, uniuerſis, ſiue profanis, ſiue ſacris, proceribus in duas partes diſtractis. Quippe *nobiles* Hermannum complexi iniquo animo ferebant quod uiuente adhue priore epiſcopo, nullo generali concilio, nullis iuſtis accuſationibus, nullis idoneis teſtibus, nullis probatis criminibus, damnato, alius ad adulterandam eccleſiae caſtitatem inductus eſſet. *Clerus* autem atque eius hortatu populus, auerſabantur quidem *Rupertum*, ab Henrico conſtitutum, propter flagitia et probra, quibus uita eius reſperſa erat: uerum malebant qualemcunque habere epiſcopum, quam ſibi imperare eum, aduerſus quem ad pontificem appellauerant et pontifex ipſe apoſtolica authoritate animaduerterat.

XLIX. Proximo *Rupertus*, abbas prius, ut diximus, montis archangeli Michaelis, ſpe nouae alicuius acceſſionis inecnſus, Babebergam ad RVPERTVM E epiſcopum uenit, et in eius ſe familiaritatem inſinuauit. Per quem eum ad coenobii *Gengenbacenſis* gubernationem promotus eſſet, nec tamen ab infami *ſimoniae* crimine ſibi temperaret, anathemate per pontificem exceratu et a propriis famulis ſica traiectus eſt *Poppo*, praepoſitus Babebergenſis, eius potiſſimum factione et ſtudio Hermannus ab epiſcopatu deiectus fuerat, eccleſiam *Paderbornenſem* nactus. F

L. Per eosdem dies peſtiferam et funeſtum, inter imperatorem et pontificem, diſſidium eſt ortum. Pontifex HENRICVM ad *concilium*, *Romae* indictum, ad cauſam de criminibus, quorum arguebatur, dicendum citauit et, niſi die praeſtituto adeſſet, eum a communione eccleſiae ſeiunctum iri, aperte denunciauit. Rurſus Henricus, *Wormaciae*, in conuentu, praeſentibus omnibus regni epiſcopis et abbatibus, GREGORIVM pontificatu abrogauit et, miſſis Romam legatis, cum literis, ſententiam ſuam exequi inſtituit. Earum literatum nuncio accepto, pontifex Henricum regio titu- G

Hermanni exauctoratio turbas ciet,

inter nobiles

et clerum,

a 1076. Rupertus prius abbas montis S. Archangeli,

poſt coenobii Gengenbacenſis, ob ſimoniam excommunicatur.

Poppo epiſc. Paderborn.

Henricus IV. imp. Romam citatus a Gregorio VII.

eum in comitiis Wormatienſ. abrogat,

ſed ab eodem excommunicatur

An. Ch. 1026. lo ſpoliauit et, iurato principum ac populorum obſequio abdicatum, una cum Sigefrido *Moguntino*, Ruperto *Babebergenſi*, et Vuilselmo, *Traiectenſi*, epiſcopis ſacro anathemate obligauit. Id factum, licet omnes pii et uere catholici maximopere deteſtarentur, nemo reprehendere fuit auſus, niſi quod ficto nomine aſtutiam, non quidem pontificis, ſed Hildebrandi, dicerent: unde tritum adhuc hodie prouerbium, ſi quis ad fraudes et dolos ingenioſior, alicui aſtute imponit, uel telam malorum orditur, ut *Hildebrandinas technas* nominemus. De hac re ita *Otho Friſingenſis* ſcriptum reliquit: *lego*, inquit, *et relego Romanorum regum et imperatorum geſta et nusquam inuenio quemquam eorum, ante hunc a Romano pontifice excommunicatum, uel regno priuatum: niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus, ad breue tempus, a Romano epiſcopo inter poenitentes collocatus et Theodoſius, a B. Ambroſio, propter cruentam caedem, a liminibus eccleſiae ſequeſtratus eſt.*

una cum aſſentalis

Technae Hildebrandinae.

Ottonis Friſingenſis iudicium.

1077. *A quibusdam regni proceribus*

§. LI. Sequenti Sigefridus, *Moguntinus*, et Adalberus, *Wirceburgenſis*, epiſcopi, Hermannus *Metenſis* et Albertus *Wormacenſis* epiſcopi, Rudolphus *Sueuiae*, Welfus *Bauariae*, Bertholdus, *Carinthiae* duces et alii nonnulli Germaniae principes, *Vorchemii* conuenerunt et praeſentibus legatis pontificis, RVDOLPHVM Sueuiae ducem, germaniae regem aduerſus Henricum deſignarunt. Quod ubi Henricus *Canuſii* in Italia, ubi pro abſolutione apud pontificem ſollicitabat, per *Wernerum*, epiſcopum Argentinenſem, comperit, clam ex Italia per Carinthiam, opinione celerius, in Bauariam reuertit et praelium cum *Rudolpho*, regni aemulo, comittit, quo eum fudit et fugauit.

Rudolphus, anticaſar, Vorchemii eligitur.

magno ſuo infortunio

Rupertus epiſcopus capitur et in turrim conijcitur.

LII. Sequenti anno *Rupertus* epiſcopus, pro anathematis liberatione in Italiam, per Bauariam, ire perrexit. Ad Tridentinarum alpium anguſtias ubi uenit, *Welfus*, Bauariae dux, captum et rebus omnibus, quae ipſius erant propriae, ſpoliatum in turrim firmiſſimam coniecit. In qua cum eum a ſolenni Natalitiorum tempore, ad D. Bartholomaei usque feſtum habuiſſet, tandem liberauit, cum omnem iam pridem ornatum eccleſiaſticum, cum ueſtibus pontificialibus diligenter obſignatum, eccleſiae Babebergenſi transmiſiſſet.

Rudolphus iterum ita eumque uictus,

LIII. Interim *Henricus* cum exercitu in *Franciam* deſcendit, et *Rudolphum*, cum adhaerentibus Saxonibus ſibi obiectum, non procul a *Melrichſtadio*, ad *Straiam* uicum et amnem, denuo ad ortus, praelio uicit. *Rudolphus* fuga elapſus, *Wernerus*, archiepiſcopus Magdeburgicus, fugiens a popularibus interfectus, *Sigefridus* Moguntinus e fuga retractus, cum iam ad furcam laqueo ſuffocandus eſſet, interuenientis *Henrici* clementia liberatus et *Wernerus* Merſeburgius, eodem modo ſaluatus, nihilominus ambo poſtea ad Rudolphum redierunt. Poſt hoc commiſſum praelium rex uterque ſuos Romam ad pontificem legatos miſit, interrogatum, utri titulus regni iure cederet. Sed priusquam nuncii Roma redierunt, *Henricus*, *pridie idus martias anni* inſequentis, tertium cum Rudolpho praelium prope *Fladenheim* in Thuringia iniuit et uictor itidem euaſit. Harum rerum relatione facta pontifex *Henricum* denuo diris obligauit et *Rudolpho* in regem confirmato coronam cum hac inſcriptione miſit.

An. Ch. 1080.

1089.

confirmatur a pontifice

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

LIV. Quibus rebus exaſperatus Henricus, anno 1080. *Brixiae*, in conuentu triginta epiſcoporum GREGORIVM, pontificem depoſuit et *Vicbertum*, archiepiſcopum Rauennatem, in eius locum ſubſtituit, qui CLEMENS III. eſt appellatus. His actis, Henricus, ad perſequendas belli Germanici reliquias erectior factus, maiore in Rudolphum conatu ſe incitauit et *idibus octobris*, ad *Eliſtrum*, Miſniae amnem, ſummo cum eo praelio conflixit, in quo Rudolphus *dextram* amiſit, et *Merſeburgum* delatus, ac paulo poſt ex uulnere mortuus, per honorifice ſepelitur. Dextram ei a *Ferfrido Columnio*, (quod alii de *Godefrido Biloneo* praedicant) praeciſam fuiſſe perhibent. Quare Henricus eum, honoribus ampliſſimis decoratum, imperii *comitem* ſolenni more creauit et partem bonorum Rudolphi in Sueuia donauit, ubi deinde *Zagorollum* arcem, quam in Italia poſſederat, ei cognomen condidit, quod nomen germanica enunciatione nonnihil deprauatum, hodie *Zollericum* dicitur, ab hoc deinceps comites Zollerenſes et Burggrafii Norimbergenſes oriſunt.

qui ob id ſacrum deponitur,

ſurrogato Clemente III.

Tandem Rudolphus amiſſa in praelio dextra,

Merſeburgi decedit,

Ferfridus Columnius abſciſſor

comes fit imperii,

et bonis auctus,

Zolleranae gentis conditor euadit.

LV. Proximo anno, in uigiliis reſurrectionis, baſilica cathedralis, fortuito et miſerabili incendio, exarſit et, praeter muros, uniuerſa igne conſumpta, uehementer animos omnium ac pectora concuſſit. Per eosdem dies Henricus in Italiam profectus eſt et, Gregorio pulſo, Clementem ſummum pontificem inſtituit.

1081. *Conflagrat baſilica bambergenſis.*

LVI. Appetente inde alterius anni autumno, *Sueuiae* et *Saxoniae* principes *Babebergam* frequentes conuenerunt et HERMANNVM, ducem Lucelburgenſem, in Rudolphi locum regem conſtituerunt. Proditum memoriae eſt, tum tantam ibi, ex omnibus Germaniae partibus, principum ac populorum conueniſſe

1082. *Hermannus Lucelburg. alter Henrici IV. anticaſar,*

An.Ch.1082. niſſe frequentiam, ut prae multitudine hominum, maturae ſegetes maximum in agris detrimentum acceperint. Proximo anno *Hermannus* rex, poſt relatam a *Friſiis* uictoriam, praedae dulcedine incenſus, *Franciam* cum exercitu populabundus intrauit. Ibi per eas partes, quibus iter faciebat, uiſus diſcurrentium equitum exercitus, quorum tamen ueſtigia nullibi apparuerunt. Ea res in religionem uerſa, ea mala, quae paulo poſt ſubſecuta ſunt, praenunciaſſe fuit uiſa.

1083.

Franciam populatur. Malum praeſagium.

1084. Henricus *imp. una cum auguſta coronatus,*

LVII. Poſtero anno *Henricus* Romae in uaticano, cum coniuge *Bertha*, per *Clementem* pontificem, de more conſecratus fuit. Inde in Germaniam regreſſus, *Auguſtam* ſe recepit et *Sigefridum*, epiſcopum, a Welpho pulſum, in priſtinam dignitatis ſedem reſtituit. Sequenti anno *Adalbero*, epiſcopus Wirceburgenſis, *Moguntiae*, praeſente Henrico, in frequenti epiſcoporum conuentu, ut rebellionem et quod CLEMENTEM pontificem nec agnoſcere, nec obedientiam eidem praeſtare uellet, a pontificis legatis execratus eſt et MENGVTHVS in locum eius ſubſtitutus eſt. Quibus rebus irritatus et pudore ſuccenſus *Adalbero*, Hermannum regem in auxilium et ad Wirceburgenſis urbis obſidionem aduocauit. Hermannus, nuncio earum rerum accepto, proximo anno cum exercitu in Franciam ſe retulit et Wirceburgum acri diligentia circumſtitit. Nec minus Henricus, collatis ſubito ſignis, ad liberandum obſidione preſſam urbem ſeſe mouit et *ad ſextum* ab urbe *lapidem* praelio exceptus, ab equilibus nonnullis, a latere quidem pugnantibus, ſed hoſtili largitione corruptis, interfectus fuiſſet, niſi armorum ac animi ſe robore ſubſtituiſſet. Nihilominus oborto per aciem rumore, de imperatore perempto, diffugiunt cohortes et caeduntur, praeſertim pedites, quorum quatuor millia periiſſe feruntur. Eo praelio finito, *clerus Wirceburgenſis*, collectis ex magno pauore animis, nuncios ad *Hermannum* miſit, atque ultro cum *Adalberone* epiſcopo aduenienti urbis portas aperuit. *III. Idus Auguſti* urbem cum ingenti gloria ingreſſus, *Adalberonem*, electo *Mengutho*, reſtituit, qui tamen non ita multo poſt, recepta ad Henrico urbe, et reſtituto in integrum Mengutho, iterum pulſus, Lambacum in coenobium ab ſe conſtructum feceſſit, nec ab epiſcopis, nec caeteris regni proceribus perſuaderi potuit, ut ſe praeſentiae eius, qui tot religionibus obſtrictus et regno abdicatus eſſet, committeret.

1085. Adalberoni *in concilio Moguntino,*

ob denegatam pontifici obedientiam, remoto ſufficitur Menguthus. Hermannus rex, *ad* Adalberone *implacatus,*

1086. *obſidet Wirceburgum* Henricus *imp. urbem liberaturus,*

ob falſum rumorem,

inferior diſcedit: hinc Adalbero *cum* Hermanno *intromittitur,*

et pulſo Mengucho *reſtituitur,*

ſed non multo poſt conobium intrat.

1087. Hermanno *miſere extincto.*

LVIII. Proximo anno *Hermannus* regium nomen depoſuit et, ad propria reuerſus, miſerabili caſu interiit, quippe *ſaxum* capur ipſius, arcem quandam oppugnaturi, a muliercula proiectum illiſit. Eius in locum ECBERTVS, Thuringiae marchio, ſubſtitutus, regis titulum per aliquot annos uſurpauit.

An.Ch.1087. *nouus creatur antiqueſor* Ecbertus.

LIX. Proximo anno, *Mengutho* epiſcopo Wirceburgenſi mortuo, EGENHARDVS, comes Rotenburgius, uiuente adhuc *Adalberone* epiſcopo, eccleſiae adminiſtrationem ſuſcepit. Ineunte inde alterius anni autumno, HENRICVS, celebrato *Bambergae* aſſumptionis D. uirginis Dei matris, feſto, eccleſiam, ſuperiorum regum beneficio honeſtatam, nouis acceſſionibus cumulauit. Extat diploma *XIX. Cal. Septembr. in dict. X. anno regni ſui XXXV. imperii VI. Babebergae* datum. Sequenti anno, qui fuit 1090, *Adelbero* epiſcopus, uita functus et *Leinbaci*, in coenobio, ſepulturae mandatus fuit.

1088. Mengucho *ſuccedit* Egenhardus.

1089. *Eccleſia Bamberg. ab Henr. IV. nouis accepit incrementa,*

Adalbero *obiit an.* 1090.

LX. Proximo anno *Henricus* denuo in Italiam iter eſt ingreſſus et in ea, per annos ſeptem, moram traxit, quibus multas arces et caſtra in imperii deditionem redegit. Subſequente biennio, maxima annonae caritas, ex iniquo frugum prouentu, orbem oppreſſit et famem ſaeua adeo peſtilentia excepit, ut non una frequentatis libitina funeribus ſufficeret. Proximo anno iisdem *Francia* calamitatibus, nempe annonae inopia, aquarum illuuie et ui morborum, grauiſſime fatigata, apertam Dei perſenſit iram. Ad *Nonas* inde *Maias* anni ſequentis, imperatoris D. Henrici ſoror, *Giſela, Stephani* Vngariae regis coniux, e uita diſceſſit, *Nidrohurgi* in coenobio, cum eidem per quinquaginta annos abbatiſſa praefuiſſet.

1091. Henrici *imp. ſucceſſus in Italia,*

1092.

1093. *Fames et Peſtis.*

1094. *Franciae calamitates.*

1095. Giſela *Dr. Henrici ſoror obit.*

LXI. Proximo anno expeditio in palaeſtinam, pro ſepulchro Chriſti recuperando, ſuſcepta et ductor ad eam praecipuus deſtinatus GOTHEFRIDVS, Lotharingiae dux, *Bullonius* et Bulloniae dominus, qui, impetrata ab Henrico imperatore miſſione et conſenſu, eiusdem ducatu paterno uendito, omnem pecuniam in belli apparatum conuertit et, aſſumpto ſecum Balduino et Euſtachio fratribus, *XV. die menſis Auguſti* iter ingreſſus eſt. Caeterum principes ac populi, qui duce *Petro* Hiſpano eremita, ex Germania per Franciam et alias uicinas nationes ibant, iudaeos paſſim ad chriſtianam religionem accipiendam adegerunt et tantis cruciatibus affecerunt, ut quidam, zelo retinendae primae legis, mutuis ſe uulneribus conficerent, alii ſimulata ad tempus religione, poſtea deſerto Chriſto rurſus ad ſua ſacra redirent. Duodecim tum millia Iudaeorum in *Francia*, *Sueuia* et *Bauaria* periiſſe, *Auentinus* author eſt.

1096. *Expeditionis Sacrae dux primus* Gothfredus de Bouillon.

Violenta iudaeorum conuerſio.

LXII. Poſtero anno *Botho*, prouincialis Bauariae comes, *Hardouici*, Carinthiae ducis, filius, cum heredes ex ſe deſcen-

1097. Botho, *comes Bau.*

A. Ch. 1097. *possessiones suas tradit coenobio Thariensi, sepulturam in eo sibi expetendo.*

scendentes non haberet, opes suas et praedia, quae in Francia obtinebat, in commodum et usum coenobii Thariensis, tradidit ea conditione, ut in eo sibi sepulturae locum concederent et post mortem quotannis ipsi parentarent. Eam donationem Henricus imperator confirmauit et coenobio, ut locum in circuitu munire, mercatum erigere et uectigalia ad honorem ecclesiae exigere posset, indulsit.

1098. *Conrado, Italiae uicario, 1099. proscripto.*

LXIII. Proximo anno 1098. *Conradus*, Henrici imperatoris filius, Italiae uicarius, ad paternos hostes deficiens, regnum inuasit: unde sequenti anno *Henricus* dies natalitios Aquis celebrauit et *Conrado* filio, iusta principum sententia exheredato ac proscripto, HENRICVM V. minorem natu filium, in regni successorem constituit. Eo anno urbs Hierosolymorum a Christianis capta et octauo die post, *Godofridus* Bullionius, a christianis exercitus proceribus rex in ea electus fuit. Qui proximo statim anno uita decessit, cui BALDVINVS frater, armorum usu praeclarus princeps, successit.

An. Ch. 1099. *rex Germ. declaratus.* *Godofridus Bullionius, rex Hierosolymitanus:* 1100. *cui Balduinus frater succedit.* 1101.

§. LXIV. Sequenti anno *Conradus*, Henrici filius, morbo correptus, in *Thusciа* est mortuus, anno aetatis XXV. et *Florentiae* sepultus. Postero inde anno *Rupertus* episcopus e uita migrauit, cum sedisset annos sex et uiginti: cadauer eius in choro *S. Georgii*, ad sacellum D. Chiliani martyris sepultum iacet. 1102. *Rupertus episc. Bamberg. decedit.*

Henricus V.

ANNALIVM BAMBERGENSIVM *LIBER III.*

OTHO SANCTVS, OCTAVVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Sedes Bamberg per semestre uacat.

I. POst discessum *Ruperti* episcopi ex hac uita, nemine per 6. mensis subrogato, ecclesia Babebergensis uacauit. Nam mos ille inoleuerat, ut quoties contingeret, aliquem episcopum mori, eiusdem ecclesiae baculus, annulus et alia episcopatus insignia, ad imperatorem transmitterentur et de successore nouo sollicitaretur. Ob quam causam plurimi ex proceribus, clericis et laicis, pellecti ad imperatorum aulas sese recipiebant, ut facilius hac ratione dignitates ecclesiasticas, uel aliquos alios honorum titulos, sibi ascisceре possent. E quibus, cum is qui *cancellarii* uices obierat, ad episcopalem dignitatem se contulisset, in eius locum OTHO, ab Henrico praeter opinionem subrogatus, primum magnificae templi *Spirensis* structurae, a *Conrado Saliquo*, auo Henrici, inchoatae, ad summum perducendae et consecrandae, et mox inde aulae regiae cancellarius praefectus est. Erat autem Otho *comes Andechsius*, patre *Bertholdo*, matre uero *Sophia*, Ameranae uallis ducissa natus, summam apud omnes, ob multas res bene gestas, in legationibus authoritatem nactus. Qui, cum literis et bonarum disciplinarum studiis grauirer a reneris operam impendisset, in omni literarum genere facile euasit doctissimus. Itaque parentibus uita functis et fratre *Bern-*

Othonis S. ortus,

educatio

Chardo summo rerum domesticarum praeposito, ipse in *Poloniam* se contulit et, munere doctoris aliquamdiu ibi functus, *Hemetam* linguam tam probe addidicit, ut dux *Boleslaus* eum, propter summae prudentiae et eloquentiae opinionem, in aulam suam asciuit, omnibus suae nationis hominibus longe anteferret et consilio eius, in praecipuis regni negotiis, uteretur. Quippe cum priore coniuge satis absumpta *Iuditham* Henrici IV. imperatoris sororem sibi desponsandam cuperet, *Othonem*, pro ea impetranda, legatum in Germaniam ad Henricum misit, qui, mandatis acceptis, pro singulari sua eloquentia et eximia persuadendi facultate, negotium sibi commissum tanta felicitate peregit, ut nuptam, quam ipsi duci praesenti et petenti negasset Henricus, per hunc ultro obtulerit et, perhonorificis oneratum muneribus, cum pace dimiserit.

munere, *dotes,* *dexteritas,*

II. Iustis deinde *Ruperto* mortuo peractis, clerus et populus Babebergensis legatos, cum insignibus episcopalibus, ad aulam *Henrici* imperatoris mittunt, rogarum, ut uacanti ecclesiae, more maiorum, de idoneo pastore prospiceret, et in defuncti locum optimum episcopum substitueret. Henricus Ruperti morte audita, sine cunctatione de sufficienti successore cogitat et, praesentibus legatis, manu apprehendens OTHONEM, *hic*, inquit, *hic est uester dominus et ecclesiae*

An. Ch. 1102. in ſolium Bamberg. euectio,

ſiae Babebergenſis epiſcopus. Quod ubi Otho audiu t, ad pedes eius deprecandi gratia proiectus, ſe inhabilem et tanto munere indignum dixit et ut alium, ad quem honor iſte deferretur, eligeret, ſupplex orauit. Tum Henricus, *cernitis*, inquit, *quae ſit hominis ambitio : duos ante ſibi delatos epiſcopatus ad ſocios reiecit, Auguſtanum et Halberſtadienſem*, ecce *nunc tertium recuſat :* atque mox inſpectantibus omnibus, annulum eius digito induit, pedum tradidit et, pontificialibus ueſtibus ornatum, legatis ipſum uel inuitum epiſcopum dedit.

modeſtia,

1103. *Henricus IV. expeditionis ſacrae ſiator.*

III. Proximo inde anno Henricus natalem domini *Moguntiae* celebrauit. Ibi cum ſummam rerum omnium *Henrico* filio ſe comittere et ſepulchrum domini uiſitare uelle ſignificaret, atque *Eginardum*, epiſcopum Wirceburgenſem, ad animandum ad id itineris concionando populum, in praecipuas Germaniae urbes mitteret, ingentem ſibi principum ac clericorum omnium fauorem conciliauit, et uehementem omnibus ad eam profectionem immiſit cupiditatem, ita, ut tribus religioſorum hominum ordinibus cauſam praebuerit, *Hoſpitalariis, Teutonicis* et *Templariis.*

Ordinum ſacrae militiae origo.

Otho S. Bambergam uenit.

IV. In eo conuentu cum ad tempus fuiſſet *Otho*, inceſſit eum cupido eccleſiae Bambergenſis, cui non ita pridem praefectus erat, uiſitandae. Itaque ob id comparatis rebus omnibus, iter ingreſſus eſt, Auguſtano et Wirceburgenſi epiſcopis officii gratia ipſum proſequentibus. Cum autem Babebergam omnes, ut aſſolebat, ditionis proceres, cum frequentiſſimo populorum, aduenientem epiſcopum uiſere geſtientium, concurſu, conueniſſent et ab optimatibus, obuiam miſſis, ad *Amphorbachium* uicum exceptus, ipſe eatenus ad urbem acceſſiſſet, ut *Georgianum collegium* conſpicare oculis poſſet, protinus ex equo deſcendit et, *nudis pedibus*, hyeme ſaeuiſſima et inuſitata, cum niue et glacie horrerent omnia, in *feſto purificationis*, ad eiusdem collegii limina atque inde, prius dicto precationis carmine, in aulam epiſcopalem proceſſit atque deinde, ſequentibus aliquot diebus, ſolenne a clero et populo Babebergenſi ſacramentum accepit.

nudipes urbem ingreditur,

dein rempub. ecclesiam ordinat,

V. In hoc igitur dignitatis faſtigio collocatus, officio ſuo conuenire eſt arbitratus, ut eccleſiam atque uniuerſam eius dioeceſin et rempublicam ordinaret; itaque ei curae, quod reliquum hyemis fuit, impendit. Res eccleſiaſticas, anteceſſorum negligentia admodum labefactatas, nouis inſtitutis formauit et clerum, in omnia uitia proſapſum, tum monendo, tum obiurgando, ad uitae incorruptae et modeſtiae officia reduxit. Peracta demum hyeme, legatos ad PASCHALEM pontificem miſit, quibus, ſe epiſcopum Babebergenſem ab Henrico deſignatum eſſe, ſignificauit, nec ſe honorem illum retenturum affirmauit, niſi ipſe electionem ſuam approbaret et conſecrationem, more inſtituto, impertiret. Ad eas literas pontifex in hunc modum reſcripſit. *Paſchalis epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c.* Pontificis uoluntate perſpecta, mirifice laetatus *Otho*, ſtatim itineri ſe accinxit et tanta celeritate in Italiam properauit, ut aſcenſionis die *Romae* conſtiterit. Verum cum inde *Aguiam*, Campaniae urbem, ſe contuliſſe pontificem, cognouit, protinus eo ire contendit et, in feſto pentecoſtes, ab eodem rem diuinam pontificio ritu faciente, conſecratus eſt. De qua re has ipſe ad eccleſiam Babebergenſem exarauit literas : *Otho Dei gratia epiſcopus Babebergenſis &c.*

clerum mores format,

pontificis conſecrationem efflagitat,

eaque impetrata,

VI. Ex Italia inde reuerſus *Otho*, poſtquam Henricum *Leodium*, ad ius dicendum, deceſſiſſe cognouit, in itinere digreſſus, ad eum uiſendum ac ſalutandum, illuc perrexit. *Henricus*, ut erat ſolerti ingenio et ſummo iudicio praeditus, *Othonem* comiter et benigne ſuſcepit et, ut in reſcrenda gratia ſummam quoque beneuolentiam experiretur, omnia priuilegia regum et imperatorum, eccleſiae Babebergenſi conceſſa, firmauit imprimisque quietem et tranquillam poſſeſſionem omnium bonorum ſanciuit, quae *Henricus II.* imperator tradiderat aliaque, quibus eodem beneficio eccleſiam cumulauerat. Extat diploma, ab illo hoc *anno*, nempe *ordinationis* ſuae *I. regni* XLVIII. *imperii XX. anno* uero ordinationis filii *IV. Leodii* datum. Caeterum ordinationis annus dicitur is, quo rex Germaniae eſt declaratus, qui fuit *Henrici patris* 1047. *Henrici* autem *filii* 1099. Quod uero Henricus in eodem diplomate ſe tertium Romanorum imperatorem dicit, cum tamen ſecundum communem omnium Germaniae ſcriptorum opinionem quartus fuerit, a ſcriptoribus Italis originem traxit, qui, propter non ſuſceptam a pontifice unctionem, *Henricum* aucupem, primi Othonis patrem, inter imperatores non numerant, ſed *S. Henricum*, qui tamen ſeipſum in ſuis literis ſecundum nominat, primum eius nominis imperatorem conſtituunt. Quod alii etiam hoc modo conciliari poſſe putant, ut dicatur Henricus iſte *tertius* Romanorum *Imperator; quartus* uero Germaniae *rex.*

Henricum IV. imp. conuenit,

qui priuilegia anteceſſorum confirmat,

Cur tertius dicatur

VII. Se-

An. Ch. 1104. *Botho comes Bau. obit,*

VII. Sequenti anno BOTHO, prouincialis Bauariae comes, cuius paulo ante quoque facta fuit mentio, aetate et senio confectus, non longe a *Ratisbona* uitam amisit. Cadauer eius in agrum *Babebergensem* delatum, sepulturae mandatum fuit, in monasterio *Tharissiensi*, quod opimis ipse possessionibus exornauerat. Ab hoc *Bothone* Bothostenum castrum et oppidum, ubi libenter solitus est habitare, nomen accepit.

castri Bothostenensis conditor.

a. 1105. Henricus V. ad perfidiam aduersus patrem adductus

VIII. Proximo ineunte anno *Henricus* imperator *Moguntiae* domini natalitia celebrauit, cum interim *Diepoldus*, marchio Voburgensis, cum nonnullis aliis Germaniae principibus, filium eius *Henricum*, in Bauaria morantem, adierunt et ad perfida defectionis consilia aduersus patrem adegerunt. Non ius naturae, non fas legum, non cura pietatis, non pudor, a persecutione in patrem, eum deterruit. Fautores eius et consiliorum participes, hostili animo est prosecutus et episcopos pro suo iudicio restituit, uberibus a patre institutis repulsis. Eam ob causam exercitum ad ipsum Noricae prouinciae caput, *Norimbergam*, Henrico patri fidam, admouit et, per duos amplius menses, arctissima obsidione cinxit. Qua demum expugnata et, praeter castrum, a *Gothefrido* urbis praefecto et *Conrado* comite Radenzgauiensi defensum, ad solum funditus euersa, *Ratisbonam* adiuit et, nisi deditionem faceret, extremum quoque ei urbi exitium est minatus.

Norimbergam expugnat,

et Ratisbonam:

cui quidem Henricus imp. obuiam procedit,

IX. His rebus cognitis Henricus pater, *sexagies bis* iamante collatis signis mortem expertus, iusta indignatione filium cum firmo exercitu est insecutus et ad *Regum* amnem, praelium cum eo committere instituit. Sed intercedentibus principibus a proposito retractus, *Bingium*, inde *Ingelheimum* se contulit: ubi

an. 1106. et regno exuitur a pontifice.

postero anno, per PASCHALEM pontificem, nouo denuo decreto damnatus, imperio exutus et omnibus regiae dignitatis ornamentis spoliatus, et iisdem filius eius HENRICVS condecoratus fuit. Id decretum a *Moguntino*, *Coloniensi* et *Wormaciensi* episcopis denunciatum et, lecti statim fuerunt a *Lotharingia* Bruno Treuirensis, a *Saxonia*, Henricus Magdeburgensis, a *Franconia* Otho Babebergensis, a *Bauaria*, Eberhardus Eistetensis, a *Burgundia* Vlricus Curiensis, episcopi, qui Romam irent, et pontificem de rebus omnibus certiorem redderent, orantes, ut quando ipsius commodo fieri posset, primo quoque tempore ad ordinandum ecclesiae statum in Germaniam maturaret. Qui, cum e sua quisque prouincia digressus, ad uallem *Tridentinam* conuenissent, *Albertus* comes *Goricensis* et *Tyrolensis*,

ordines clerici

papam in Germaniam inuitaturi

A Henrici imperatoris in listis partibus praefectus, in imperatos et inermes impetu concitato irruit, captos arctae custodiae tradidit et indignis modis exagitauit, soli Othoni Babebergensi episcopo ideo ignouit, quod solenni fidelitatis iuramento ei obligatus esset. Huius beneficio et intercessione Bruno, *Treuirensis* archiepiscopus, ea conditione dimissus fuit, ut cum *Henrico* in gratiam rediret et, quid de reliquis captiuis fieri uellet, quamprimum sibi per literas significaret.

A. Ch. 1106. ab Henrici praefecto capiuntur.

X. Interim Henricus imperator, iniuriam sibi illatam ulcisci cupiens, etsi uarias imperii recuperandi occasiones quaereret, tamen filii potentia semper est repressus et in tantas demum angustias coniectus, ut ab episcopo *Spirensi* praebendam sibi dari, in aede S. Dei genitricis, abs se constructa, peteret. Quo renuente ad astantes conuersus suspirans dixit: *Miseremini mei saltem uos, amici mei, quia manus domini tetigit me.* His actis *Leodium* se recipit, ubi paucis post diebus uitae finem fecit: Corpus eius *Leodii* conditum et ex sepulchro rursum retractum per quinquennium stetit insepultum. Sequenti inde anno *Henricus* natalem domini Ratisboriae celebrauit, praesentibus legatis *Paschalis* pontificis, cuius aduentum cum regni principibus, in Germaniam accersitis, apud *Augustam* aliquamdiu exspectauerat. Sed ubi eum per Burgundiam in Galliam digressum et *Trecas* concilium aduocasse cognouit, relicta Augusta *Moguntinam*, ut propius a conuentu abesset, accessit. In eo conuentu dignitatum ecclesiasticarum collatio rursus ingenti consensu laicis adempta fuit.

Henricus IV imp. ad ineuas redactus

Leodii decedit,

perquo quinquennium insepultus manet.

Henricus V. inuestituram episcopp. amittit a. 1107.

XI. Proximo anno *Otho* episcopus ex arce *Vracensi*, uetustissimo quodam *Ernesti*, Franciae ducis, ad Salam amnem castro, coenobium constituit et amplas ei ad uictum possessiones suppeditauit. Ne uero ecclesia Babebergensis, ius in eo suum imminui, a praedecessoribus suis iam inde a S. Henrico fundatore usurpatum, iuste conqueri posset, *Abistenum* castrum, *Bothostenum* hodie dicimus, cum omnibus suis utilitatibus et possessionibus, pro decem et septem auri et octingentis argenti pondo, comparauit et, in compensationem arcis Vracensis, cuius annui reditus tum summam librarum septem non excedebant, ad ecclesiam suam adiecit et, ut huius emtionis confirmationem cliceret, legatos Romam ad pontificem misit et, ut salutari diplomate posteritati caueret, eoque omnia authoritate pontificia confirmaret, orauit.

a. 1108. Arx Vracensis in coenobium conuertitur,

in cuius compensationem ecclesiae Bamb. accepit castrum Bothostense.

XII. Ad *VIII. Cal. Augusti* anni insequentis, *Otho* ecclesiam *S. Iacobi* extra muros

Templum S. Iacobi perficitur. a. 1109.

A. Ch. noy. muros Babebergenſes, ab Henrico epiſcopo inchoatam et a ſe ad ſummum perductam, conſecrauit. Eodem anno inſigne illud addidit opus, quod ad augendam eius aeſtimationem mirifice ualuit. Poſſidebat praepoſitura ueteris aediculae, apud Ratisbonam, ad confluentes *Nabi et Danubii* fluuiorum, *Priſingam*, ad ſedes religioſorum collocandas, locum omnium amoeniſſimum. Eo, praedii alterius permutatione, obtento, monaſterium ſibi propria pecunia aedificauit et monachis, ad uitam ſub legibus *S. Benedicti* degendam, ea conditione indulſit, ut epiſcopum Babebergenſem beneficii authorem et feudi dominum agnoſcerent. Ex ea conſtitutione iſtius coenobii abbas adhuc hodie uaſallus eſt epiſcopi Babebergenſis, et eiusdem regalia ab eo in feudum accipit.

Priſinga monaſterium conditum.

clientelae Bamberg ſubiicitur.

XIII. Proximo anno HENRICVS poſt confectum non procul ab *Vratislauia* in campo *Canino*, cum BOLESLAO, Poloniae duce, tributum ex pacto denegante, bellum, ſub dies natalitios *Babebergam* uenit et nouum, ad inuadendam denuo Poloniam, exercitum conſcripſit. Quod ubi Boleslaus cognouit, multorum pacem ſuadentium precibus fatigatus, ſe ad reconciliandam cum Henrico concordiam paratum eſſe, per literas ſignificauit et eius rei gratia, ad ipſum Henricum, Babebergae adhuc morantem, ſe contulit, ac pacem cum eo per connubia ſanxit. Boleslao ipſi deſponſata fuit ADELHEIDIS, Henrici IV. imperatoris filia, ſoror caeſaris. Vladislao autem, filio Boleslai adoleſcentulo, promiſſa CHRISTIANA, eiusdem Henrici V. filia. His rebus ita confectis, Henricus Ratisbonam ſe recepit, et, principibus regni ad colloquium uocatis, cum eis, de profectione in *Italiam* ſuſcipiendam, retulit et, accepto ab eis, qui aderant, ſociis ſacramento, ad expeditionem ſeſe accinxit.

1110.

Boleslaus Pol. dux ab Henrico pacem petit,

perque connubia ſancit.

XIV. Caeſare in Italiam abeunte, *Otho*, epiſcopus, baſilicam cathedralem, ſub Ruperto epiſcopo igne crematam et in cineres penitus collapſam, inſtaurare aggreſſus, columnas igne conſumptas cypſatis cruſtis intexuit, pauimentum quadratis ſaxis ſtrauit et, ne ſimilis impoſterum caſus metuendus eſſet, tectum cupreis tegulis cooperuit. Cruces uero ac ſphaeras turrium auro obduxit et ſingula templi aedificia, per ſingulas officinas, mirificis operibus exornauit.

S Otho baſilicam Bamb. ſumptuoſe inſtaurat.

XV. Inter haec *Carniolenſes*, qui circa *Drauum* fluuium et Foroiulienſibus finitimi erant, Carinthiam inuaſerunt, et plurima loca ab ea auerterunt. Hanc rem, ut indignam, *Otho* acerbo adeo animo tulit, ut ſequenti anno quartam profectionem in *Carinthiam* ſuſceperit et breui in integrum cuncta ibi reſtituerit. Auerterat etiam, ante quadraginta et plures annos, militaris licentia, ab epiſcopatu Babebergenſi, caſtrum *Arnoldſtenum*: id multo labore recuperatum in *abbatiam* conuertit et *D. Benedicto* conſecratum praediis ampliſſimis honeſtauit. Qua de re motus *Paſchalis* pontifex, ut Othonem epiſcopum eximio aliquo beneficio inſigniret, miſſis Romae Tyberis ex inſula *Lycaonia* literis, *pallium* eidem *ſepties* in anno utendum, in die reſurrectionis, pentecoſtes et natalis domini in natali item D. D. Petri et Pauli apoſtolorum, in feſto S. Dionyſii martyris, anniuerſario conſecrationis ſuae et eccleſiae dedicationis die conceſſit. Ibi eidem quoque, ut in dioeceſi ſua crucem prae ſe ferret, indultum. Eo anno *Henricus*, poſt ſuſceptam a *Paſchali* pontifice coronam imperialem et confirmatam collationem ſacerdotiorum, per annulum et baculum, ab eodem permiſſam et priuilegio condonatam, in Germaniam reuerſus eſt et *ſpirae* Henrico parenti, tunc demum ſepulto, ſolenni ceremonia parentauit.

Arnoldſtein recuperatum in Moabbatiam conuertitur.

uſus pallii multiplicatur & crucis.

Henricus V. a papa coronatus,

patri paretat.

1111

XVI. Poſtero anno *Albiſtenum* caſtrum, quod *Bothoſtenum* hodie dici paulo ante commemorauimus, et oppidum ſubtus poſitum et Othonis induſtria ad eccleſiae poſſeſſiones adiectum, *S. Petro*, apoſtolorum principi et *S. Georgio martyri*, inclyto Babebergenſis eccleſiae patronis, per manum *Richuuini* aduocati, in manum *Engelberti*, liberi hominis de Ludenbach, eidem eccleſiae perpetuo poſſidendum tradidit et diplomate, quod adhuc extat, confirmauit. His addidit OTHO epiſcopus *Hilpoſtenum*, *Geilrutum*, *Henſefeldum* et *Ebersbergam*, oppida et caſtra, et tractis, Bauarico more, per aurem teſtibus, eccleſiae confirmauit.

Bothenſteinum *ritu ſolenni traditur epiſcopatui*

cum aliis quae eundem oppidis,

XVII. Per idem tempus, morante adhuc Bothoſteni Othone epiſcopo, ingens prodigium, quod pios religione perfudit animos, eſt factum. Is enim, ubi in uico *Buchebacenſi* certas quasdam ſanctorum reliquias delitеſcere cognouit, eas in locum digniorem transferre cogitauit et, adhibitis clericis, illuc perexit et, prius conceptis precibus, locum aperire iuſſit. Sed cum nulla neque ui, neque arte, moueri poſſet et ipſe, caeteris haeſitantibus et trepidantibus, eundem admoto ferro ſemel atque iterum percuteret, ſanguis e capſa plumbea repente ita prorupit, ut in terram, cum incredibili omnium ſtupore, manarit. Quare uehementer perturbatus OTHO, ferrum ſtatim abiicit et, humi abiectus, admiſſi ueniam ſupplex orauit.

Otho S. *prodigio inſigni per territus,*

Carinthiae defectio.

An.Ch.112. in grauem morbum incidit,

At, ſiue miraculi magnitudine, ſiue paterna diuini Numinis admonitione tactus, in ſubitum et tam periculoſum morbum incidit, ut de uita deſperarit. Itaque pontificatu abdicato, in monaſterium archangeli Michaelis ſe abdere, plane ſecum conſtituit et accerſitum ad ſe *Wolframum* abbatem de habitu ſollicitauit, qui quidem ut obedientiam ab eo recepit, ita de induſtria habitum diſtulit. Verum paululum ab aegritudine liberatus, cum uoti memor monachum ſe denuo indui expeteret et a Wolframo rogatus, uellet ne obedientiam ſibi praeſtitam re ipſa exequi, in hunc modum reſpondit: *in eius nomine, qui pro nobis Deo patri usque ad mortem factus eſt obediens.* Subiecit abbas, *in eius igitur nomine, tibi praecipio, ſanctiſſime pater, ut ſub tui pontificatus onere, ad laudem Dei, perſiſtas et id facias, quod facis, uitam aeternam inde reportaturus.* Ex eo tempore epiſcopatus Babebergenſis totus, ut author uitae ſcribit, in hospitalitatem et pias largitiones, erga peregrinos et pauperes, conuerſus eſt.

ut de monachio induendo cogitet,

1113. Coenobium Vracenſe abſolutum.

XVIII. Poſtero anno coenobium exarce *Vracenſi*, quinto, quam inchoatum fuerat, anno, abſolutum et templum eiusdem magna ceremonia, conſecratum fuit. Eo uero, qui proxime inſecutus eſt, *anno*, nempe Chriſti 114. *Henricus* domini natalitia Babebergae, in maxima principum frequentia, uel eam ſolam ob cauſam, celebrauit, ut *Othonem* epiſcopum, circa leges diuinas occupatum, ad concilium rarius accedentem, de quibusdam in imperio coortis conſpirationibus ſuſpectum haberet. *Otho*, quanquam in magnum timorem adductus, uehementer perturbatus eſſet, facile tamen ſe ab inſimulatae conſpirationis contagione ſeiunxit et, ſtudio indefeſſo, regis iracundiam deuicit.

1114.

S. Otho a coniurationis ſuſpicione ſe purgat

et alter Banthenſis coenobii conditor fit,

XIX. Erat eo tempore monachorum ordo *Banthenſi* coenobio, ante quadraginta et plures annos, ab hoſtibus occupato et, monachis in diuerſa palantibus, ualde debilitatus et ad nihilum pene redactus. Hoc cum cerneret, idem pro uiribus reſtituendum eſt arbitratus. Itaque aedificiis in eo reſtitutis et aſſumptis aliunde monachis, *S. Benedicti* diſciplinam pene inter mortuam excitauit et *Balduuinum*, uirum pietate commemorabili praeditum, abbatem inſtituit. Vnde alter *Banthenſis* coenobii conditor praedicatur. Eo anno *Rapotho*, comes Welfus Waccius praefecturam, ſiue ius aduocatiae eiusdem coenobii, ex obitu *Hermanni*, marchionis epiſcopi, reſignauit et omnem eius curam et defenſionem libere dimiſit, quae ex illo tempore, per annos amplius quadringentos, apud eccleſiam Babebergenſem et eius epiſcopos, integra et inuiolata permanſit.

aduocatiae ius epiſcopo Babeberg. conceditur.

An.Ch.114.

XX. Inſequenti anno *Bugo* nobilis de *Ahorn*, a teneris Babebergae educatus et ab HENRICO *Aſchaffeburgi* praepoſitus, Ebbone *Wormacenſi* epiſcopo ex rebus humanis erepto, concordibus procerum animis, in eius locum ſubrogatus eſt. A ueteri huius familiae *Ahorniana* illa, prope *Planci campium*, ditionis Babebergenſis oppidum, *uallis* notiſſima et amoeniſſima, denominationem accepit. Quam nunc, illa extincta, nobiles *Babenſtemorum* et *Groſiorum Trockauienſium* familiae magna ex parte poſſident.

1115. Bugo de Ahorn Ebboni epiſc. Wormat. ſuffici-tur

Ahorniana uallis,

XXI. Proximo anno HENRICVS natalem domini *Spirae* peregit et, poſt octauum epiphaniae, *Erlongum*, epiſcopum Wirceburgenſem, ad conuentum Coloniae indictum, legatum cum literis miſit. In eo *Albertus* Lotharingiae dux, per annulum et baculum archiepiſcopus Moguntinus inſtitutus, ab *Othone* epiſcopo fuit conſecratus. *Erlongus* uero non niſi principibus prius reconciliatus, in eorum communionem admiſſus, cum poſt peractam legationem ad Henricum reuerſus eſſet et colloquium eius repudiaret, quod coetu priorum eiectus non ſatisfeciſſet, Henricus indignatione accenſus ad ſacrorum celebrationem, ſub uitae periculo, adegit et ducatum Franciae orientalis, quem *Friſaeus* nihil aliud quam iurisdictionem fuiſſe ſcribit, ei ademtum *Conrado* Sueuiae duci, ſororis ſuae filio, indulſit.

1116. In comitiis Colonienſi.

Albertus archiepiſc. Moguntin. per annulum et baculum inſtitutus

Henr. V. abiecti contemtum Erlongo

Franciae orient. ducatum admittit et Conrado duci Sueu. confert.

XXII. Tertio inde *Nonas Ianuar.* anni inſequentis, hora poſt meridiem ſecunda, *Babeberga* uehementiſſimo terrae motu concuſſa: ſed et imprimis baſilica coenobii montis archangeli Michaëlis, compage ſoluta ita diuulſa eſt, ut e templi thalo umbilicus ſiue lapis frontatus, cum inſigni columnarum ruina, delapſus, omnibus ingentem terrorem incuteret. Quia uero nemo detrimentum corporis aliquod paſſus et reliqua templi machina, praecipitato hoc lapide, per totum hyemem nihilominus ſubſiſteret, res in religionem uerſa ſancti uiri precibus attributa fuit. Vnde poſt feſtum paſchatis *Otho* epiſcopus Coenobii aedificia uel putreſcentia, uel anguſta, uel imbecillia, penitus deſtruere, ambitum dilatare et baſilicam in eo inchoari nobiliſſimam iuſſit et opus multo ſplendidius et ad poſteritatem memorabilius eſt adortus. Quippe noua non ſolum fundamenta iecit et muros ad aliquam altitudinem excitauit, ſed tanta etiam liberalitate profudit, ut illa in aedificando feſtinatio et immenſa pecuniarum largitio, multis ſtupo-

1117 Templum S. Michaelis terrae motu quaſſatum

et Othonis S. funditus reſtauratur.

rem,

An. Ch. 117. rem, pluribus uero inuidiam pararit. Nam cum quodam tempore *Bothoſtenum*, ut ab aulicis negotiis paululum requieſceret, ſe contuliſſet et *Babo*, architecturae praefectus, aeris defectum ſignificaſſet, per eundem ſtatim centum marcas argenti ad archangeli Michaelis aram obtulit et nouam ſtructuram, ad inſignem aliquam ſpeciem adductam, picturis ornandam et ſolenni ceremonia conſecratam, monachorum arbitrio commiſit. Ad eam ſolennitatem peragendam, etſi calendae ſeptembris deſtinatae, res tamen in deliberationem adducta ob certas cauſas, in quadriennium protracta fuit.

1118. Henricus V. *ad comitia citatur a principibus.*

XXIII. Poſtero anno Germaniae principes conuentum Wirceburgum indixerunt, atque eo Henricum ad dicendam cauſam uocarunt, haud obſcure ſignificantes, ſe, niſi compareret, abſentem regno ſpoliaturos. Quibus rebus excitatus Henricus, copiis cum uxore et liberis in Italia relictis, in Germaniam properauit et ſe, in conuentu apud *Triburios* indicto, de omnibus quae ſibi obiicerentur, rationem redditurum oſtendit. Eo anno grauiter frigore fame et peſtilentia laboratum.

Michelfeldenſe *monaſterium aedificatum.* 1119.

XXIV. Proximo anno *Otho* epiſcopus *Michelfeldenſe* coenobium, prope Auerbachium, palatinatus ſuperioris oppidum, in ipſo Feldenſis nemoris fundo, *D. Benedicto* aedificauit et, luculentiſſimis poſſeſſionibus exornatum, in honorem *S. Ioannis* apoſtoli et euangeliſtae conſecrauit. Anno inde centeſimo primo ſupra milleſimum *Henricus*, ex Saxonia in Franciam reuerſus, *Wirceburgum* ſe contulit et *Erlongo*, epiſcopo, ducalem dignitatem, qua eum paulo ante nuditum diximus, reſtituit. Poſt eius reſtitutionem Erlongus in ſolennibus maximis *gladium* ſibi primus praeferri iuſſit.

1120. Gladius *epiſcopo Wirceburg praefertur.*

1121. Reginsdorff. *coenobium ecclеſiae Bamb. conceditur.*

XXV. Sequenti anno VIPERTVS, marchio *Oſtrolandiae* et *Luſatiae*, comes Groicenſis, opera et conſilio Othonis epiſcopi, *Reginsdorfium* monaſterium, ad Oueſtrudem Thuringiae amnem, in dioeceſi Halberſtadienſi S. Ioannis baptiſtae aedificatum et praediis ampliſſimis honeſtatum, eccleſiae Bambergenſi et *S. Petro*, eius patrono, indulſit. Eam donationem Henricus *VIII. cal. Aprıl. indict. XIII.* Ratisbonae confirmauit. Eodem anno *conſecratio baſilicae* montis archangeli Michaelis ad *cal. Septembr.* indicta fuit. Id quamuis conſenſum Othonis aliqua contradictione retardaret, quod metueret honorem ſacelli *S. Aegidii*, a ſe nuper conſtructi, per hoc imminutum iri, ſe facile tamen a propoſita tatione deduci paſſus eſt. Appropinquante autem eiusdem loci ſolennitate, *Otho* laſſitudine corporis ac curis confectus, *Bothoſteni* in caſtro graui labore morbo coepit. Ex quo cum diutius in lecto decumbere cogeretur, omnibus propoſitae dedicationis ſpem ademit et mentes eorum ingenti doloris acerbitate preſſit, unde quod unicum in his malis remedium erat, ardentes ad Deum preces fideliter fundere et ſalutem ei imprecari non deſtiterunt, donec exoratum numen coelitus eum ſanitati priſtinae reſtituit. Nam cum die quadam, ſomno meridiano uictus, ad lectum ſe compoſuiſſet, ſibi uidere uiſus eſt egregium iuuenem, qui magna cum ſuauitate caneret antiphonam: *in domum domini laetantes ibimus.* Itaque expergefactus, cum, quae ſibi in ſomniis uiſa eſſent, ex poſuiſſet et *Sigefridus*, ſacellanus, receptam ei ualetudinem gratulatus eſſet, Babebergam reuerſus, eccleſiam in honorem archangeli Michaelis ac S. Benedicti dedicauit et omnes, qui tanto ſpectaculo interfuerunt, larga peccatorum remiſſione donauit.

An. Ch. 121. Otho S. *morbo implicitus.*

precibus piorum conualeſcit,

praemia uiſorum.

Comitia *Wirceburgenſia.*

XXVI. Inde conuentus apud *Wirceburgum*, omnium Germaniae epiſcoporum et principum, in diem *S. Michaelis*, eſt inductus, in quo de reconcilianda concordia et aliis non nullis, relatum et deſtinatus *Otho* epiſcopus et *Beringarius*, comes Sulzbacenſis, ut Auſtriae et Bauariae duces ac caeteros principes, de rebus omnibus certiores redderent et eorum conſenſum elicerent. Proximo anno Henricus *Cronacum* oppidum, ab Vldarico *de Marchen* Henrico patri traditum et iure ſibi hereditario collatum, *D. Georgio*, eccleſiae Babebergenſis patrono, obtulit et, ut Otho epiſcopus eiusque ſucceſſores illud ſine contradictione atque moleſtia poſſiderent, literis cauit. Eae literae *anno imperii* Henrici *XI. indict. XV.* Wirceburgi datae ſunt. Quo licet denuo conuentus in feſtum *S. Petri* indictus eſſet: quia tamen ſeditione orta perfici non poterat, in diem *XVI. Cal. Octob. Wormatiam* delatus eſt. Ibi cum per dies aliquot, de concordia, inter pontifices et imperatorem componenda, diuerſis inter principes certatum ſententiis eſſet: ita demum pax ſancita et iuramento magna ceremonia confirmata fuit, ut imperator inueſtituram ſacerdotiorum per annulum et baculum dimitteret et, in omnibus eccleſiis liberam fieri electionem et conſecrationem, concederet; regalia uero ſi quae haberet, quae a principio huius diſcordiae, ſiue tempore patris, ſiue ſuo, oblata eſſent, S. Romanae eccleſiae reſtitueret, aut, ut redderentur, efficeret. Pontifex rurſus concederet electionem epiſcoporum et abbatum in praeſentia imperatoris fieri, absque uiolentia, ita ut electus

1124. Cronacum *eccleſiae Bamberg. collatum.*

Wormatiae Henr. V. *denuo ſe abdicat iure eligendi epiſcopos,*

inueſtitura per ſceptrum retenta.

S. Michaelis *baſilica conſecratur.*

An.Ch. 1122. ctus regalia per ſceptrum ab imperatore acciperet. His tabulis publice in *campo* ad Rhenum recitatis, diuturnae inter imperium et eccleſiam diſcordiae tandem finis eſt impoſitus. Alterum inde HENRICVS, in feſto *S. Martini*, conuentum *Babebergae* habuit et conſenſu eorum, qui Wormacienſi conſilio non adfuerant, omnes alias in imperio differentias ſuſtulit et, miſſis inde cum eximiis B muneribus Romam, ad pontificem, legatis, ſolenne ei obſequium praeſtitit. In eo conuentu Otho epiſcopus fundationem et bona monaſterii *Auracenſis* ſanciuit et nouo diplomate decorauit.

pontifici homagium praeſtat.

S. Othonis monaſterio confirmantur. 1123.

XXVII. Poſtero anno CALIXTVS, pontifex, conuentum in lateranum indixit, in quo *Reginsdorfum*, *Michelfeldum*, *Entisdorfium*, *Auracum*, *Priſingam* et alia monaſteria, ab Othone epiſcopo extructa et patrimonia iisdem indulta, confirmauit et illud etiam conceſſit, ut epiſcopi dioeceſani abbates eorum et monachos ſaltem ordinarent, rerum uero ipſorum monaſteriorum cura et adminiſtratio, in Othonis epiſcopi et ſucceſſorum eius poteſtate maneret. Quin etiam ſancitum, ne epiſcopus D bona, quae ad ius eccleſiae pertinebant, dilapidaret, ne alicui hominum uenderet, ne laicis in beneficium concederet, uel in alios uſus commutaret, atque de his rebus literas ad Othonem dedit. *Non. April. indict. I. et idibus April. indict. II.*

Rutheni Germaniam inundentes,

XXIIX. Per illud tempus *Rutheni*, e finibus ſuis egreſſi, Germaniam inuaſerunt et *Pomeranorum* freti auxiliis, Chriſtianorum prouincias crebris in curſionibus et populationibus afflixerunt. Ad eius rei nuncium excitus *Boleslaus*, Poloniae dux, literas in uicinas regiones dimiſit et, aduocatis in auxilium *Bohemis*, *Morauis*, *Vngaris*, in aciem aduerſus *Ruthenos* progreſſus, tanta eos clade affecit, ut pacem petere et *Iarislaum*, eorum regem, ſibi filiam matrimonio ſociare compulerit. Pax hac ratione inita, ſtabilis et firma fuit, quamdiu Rutheniſſa uixit. Illa uero fatis abſumpta, filio impubere relicto, pacis foedera ſenſim abrumpi coeperunt. Qua de re Boleslaus, habito cum ſuis conſilio, facilem ad eludendum cōnatus hoſtium uiam inue-

per Boleslaum eiusque socios, fundantur.

et pax, mediante coniugio, conciliatur

Heroicum facinus Petri Germani.

nit. *Petrus* quidam, domo Germanus, copiarum dux, ex caſtris eius transfugit, ex compoſito, ad *Ruthenos*, et ſe inter tela et gladios ducis uix elapſum ſimulauit. Qui, cum benigne a Ruthenis ſuſceptus eſſet, regis ſatellitibus immixtus, latus eius munire iubetur. Forte autem accidit, ut inter uenandum, caeteris in diuerſas ſyluae partes, effuſo, ut fit, equorum curſu perlatis, *Petrus* cum rege permanſerit, qui ueteris iniuriae recorda-

An.Ch. 1123. tus, conſilium ulciſcendae coepit et occaſionem nactus, eum inuaſit et captum ad *Boleslaum* adduxit. Qua de re Boleslaus, victoria de hoſte capto potitus, nouum cum eo foedus percuſſit et, conquiſitis undique copiis et auxiliis, *Pomeraniam* ingreſſus, *Stetinum*, totius prouinciae caput, media hieme expugnatum, cepit. *Anclam* uero urbem direptam incendio deleuit et omnia circum loca late terrore ac caede hominum compleuit. Ad *decem* et *octo millia* Pomeranorum tum caeſa et *octo millia* capta, Chriſti fidem ſuſcepiſſe, reliquis uero et eorum principi, ad chriſtianam religionem ſi accederent, libere ſuis rebus uti permiſſum eſſe, proditum memoriae eſt. At cum non haberent, qui ſe ad C chriſtianae pietatis cultum adduceret, Boleslaus celebri *Othonis* fama perculſus et de ueteris amicitiae uſu admonitus, literas ad eum perferendas dedit, quibus rogauit, ad ſe ut concederet et *Pomeranis*, ad doctrinae et rituum chriſtianorum inſtitutionem peruenienti uiam praemonſtraret. His precibus victus Otho, literas rurſus ad Boleslaum exarauit, quibus ſe libenter morem uoluntati eius geſturum reſpondit: nec mora, tam iuſtis ipſius ducis et Pomeranorum deſideriis apud pontificem expoſitis, eius in hoc facile aſſenſum elicuit.

Stetinum capitur.

Conuerſionis Pomeranorum occaſio

S. Otho in Pomeraniam inuitatur.

XXIX. Sequenti anno *Henricus* conuentum principum *Wormaciae* habuit: ibi, quoniam *Lotharius* Saxo, ob iniurias *Gertrudi*, ſorori ſuae, illatas, nouas in Saxonia defectiones moliri uidebatur, nec omnes imperii principes frequentes aderant: *ad Non. maias* in eam rem, alterum *Babebergam* conuentum indixit. Ibi, cum omnium fere prouinciarum optimates conuenirent, OTHO epiſcopus Otho S. libe- ſolenni occurſu eos excepit et praeter ea, quae regi regioque exercitui neceſſaria praebere iubebatur et quae ab aulicis importunius exigebantur, omnibus et ſingulis ſumptus etiam neceſſarios ſuppeditauit. Id quanquam nonnulli iuuentibus oculis notarent et quaſi rarius, quam caeteri principes, regni conſultationibus intereſſe ſoleret, accuſatorio more eum apud imperatorem deferrent; eorum tamen ipſe nil moratus inuidiam, templis et monaſteriis, uel nouis exſtruendis, uel dirutis inſtaurandis caeteris- et benemerendo que pietatis operibus exercendis, totus incubuit, bonitate malitiam uicit et bene merendo, imperatorem et alios imperii proceres ſibi deuinctiſſimos reddidit. Rebus itaque in conuentu ordinatis, *inuidiam deponit.* Henricum et totius imperii ſenatum adiit et literas, quibus a *Boleslao*, Poloniae duce, in Pomeraniam uocatus eſſet, oſtendit, orans, ut ſibi tam pio et ſalutari operi uacare et ab eccleſia ſua aliquamdiu

1124. Principibus Bamberga conuenientibus

ralem ſe exhibet,

An.Ch.1124. diu abeſſe liceret. Annuit aula optimatum et proſperos quisque ſucceſſus imprecatur. Soli Babebergenſes dulciſſimum patrem deſerunt et quaſi funus obortis lachrymis proſequuntur.

Impetrata mo-dia,

XXX. Impetrata hoc modo, ab imperatore et pontifice, abeundi licentia et comparatis ornamentis et utilibus omnibus, ad eccleſiaſtici ſacri miniſterii uſum neceſſariis, OTHO, clericis aliquot aſſumptis, altero poſt S. Georgii diem, iter ingreſſus, *Vorchemium* primum, deinde nouem eccleſias et *Michelfeldum* coenobium acceſſit. Ibi et *Preſſerbi* diuinis operatus, ad petitionem Gebhardi, comitis Waldeccenſis, ſacellum quoddam conſecrauit et ultra ſex hominum millia chriſmatis ſacramento firmauit. Inde, per palatinatum et ſyluam Hercyniam, in Bohemiam progreſſus, *Cladram* monaſterium, clara iam pridem religionis fama nobilitatum, adiit. Inde *Pragam*, regni metropolim atque *Satiſcham*, in Albis fluminis ripa poſitam ac *Mileciam*, ubi uentum eſt, a Boleslai Poloniae ducis legatis, obuiam miſſis, honorifice exceptus atque ab iisdem *Bardam*, in ipſius ducis caſtrum, tum *Nemeciam* atque ad extremum per tres epiſcopales *Poloniae* ſedes, *Vratislauienſem*, *Calliſienſem*, et *Poſnauienſem*, deductus, a ſingulis, quos adegit, epiſcopis et ciuitatibus, omni liberalitatis genere et honoribus eximiis eſt cultus. *Gneſnam* accedenti, dux *Boleslaus* cum nobilibus et ciuibus uniuerſis, ad ducentos paſſus, nudis pedibus, obuiam proceſſit et, ſolennibus datis hinc inde complexibus et gratulationibus initis, in maiorem eccleſiam eum deduxit, uniuerſo clero comitante, ac ciues apoſtolorum et domeſtici aduenerunt, certatim laetis uocibus canentes. Ibi cum per ſubſequentes dies ſeptem ſubſtitit et feſſas ex itinere uires refecit, dux *Boleslaus*, pro ſuſcepta tam pia profectione, ipſi Othoni praeſenti gratias agendas, ampliſſima atque ornatiſſima oratione, curauit et de omnibus, quae ad conficiendum iter reliquum neceſſaria erant, abunde proſpexit. Inde tribus e Sacellanis ſuis curarum et laborum ſociis deſtinatis et adiuncto comite, *Paulicio*, legato fiduciario, cum pace eum in *Pomeraniam* dimiſit. Ab urbe itaque Gneſnenſi digreſſus ad caſtrum *Vſedanum*, in Poloniae finibus poſitum, atque deinde ad uaſtum illud et horrendum nemus, quod Poloniam a Pomerania diuidit, acceſſit. Id, quia inuium nec tritum eſſet, niſi quod ſuperioribus annis dux Boleslaus, ſuccisis et detruncatis arboribus, ad deducendum in Pomeraniam exercitum, uiam in eo aperuiſſet; ibi tetra inter ſerpentes et immanes beſtias luctatio erat, et, his

iter ingreditur

Ab Vratislao, Pomer. duce humaniter excipitur,

Pomeranos in cultos

inde feſſo ſtudio

et Polonos

ad Chriſti fidem perducit

ac, praeuia praeparationes

ſingularique inuento,

pergit in Pomeraniam,

ingentem multitudinem aqua ſalutari tingit

in cuius ſyluis cum ſerpentibus aliisque feris beſtiis ipſi luctandum.

Camini proceres alios

Vratislai familiam ſacro fonte abluit,

quam optimates imitantur

An.Ch.1124. nonminus, quam in fauſto gruum in eo nidificantium clamore, infeſtabatur. Eo autem nemore ſex dierum itinere emenſo, ad fluminis cuiusdam ripam, in ipſa Pomeranorum terra, feſſus et fatigatus cum comitatu conſtitit. Inde comes *Paulicius* ad *Vratislaum*, Pomeraniae ducem, miſit, quibus Othonis epiſcopi et ſociorum eius aduentum denunciauit. Hac de re Vratislaus laetatus, ingenti ſibi honore Othonem excipiendum eſt ratus. Itaque cum quingentis uiris obuiam progreſſus, uenerabundus eum excepit et *Pinisam* ſecum in urbem adductum, proprio nomine obſecrauit, ut populo in tanta rerum barbarie conſtituto, rectam peruenienti ad aquam ſalutiferi fontis rationem demonſtraret.

XXXI. Fuere autem Pomerani agreſtibus moribus et ad ſolam belli diritatem formatis praedita, gens fera et barbara. Qui, licet rei nouitate permoti, ad primum ſtatim conſpectum in homines hoſpites concitato tumultu irruerent et aperta hoſtilis impotentiae exempla ederent: breui tamen eos OTHO epiſcopus, per diligentem operam, in reuocandis ab impietate eorum mentibus impenſam, ad obſequendum tam promptos effecit, ut iam ultro chriſtiana ſacra ſuſciperent et ſancto ſe tingi lauacro poſtularent. Itaque *Otho*, delectis ſacerdotibus et clericis, in eam rem eruditione et morum integritate idoneis, eos per ſeptem adhuc dies ſalutaribus fidei documentis imbuit et, cum rectae aſſenſi doctrinae eſſent, omnes, praeſcripto trium dierum ieiunio, corpora ſua balneis mundare et albis ueſtibus bene cultos et comtos, mundo corpore et caſto corde, ad ſalutare lauacrum praeparare iuſſit. Interea uero ipſe tribus extructis baptiſteriis, honeſtiſſimum ac decentiſſimum baptiſmi modum excogitauit, quo ſexum a ſexu ſeparauit, ne quid indecorum, ne quid pudendum, uel quid aliud, quod alii gentilium diſplicere poſſet, ibi fieret.

XXXII. In ea ciuitate per uiginti dierum ſpatium moratus *Otho*, cum ad ſeptem quaſi millia hominum, aqua ſalutiferi fontis, abluiſſet et exemplis eos et uerbis in ſemel ſuſcepta chriſtiana religione confirmaſſet, inde *Caminum* profectus est et ciuibus ibi Chriſtum ardenti ſtudio praedicauit, in fide eos erudiuit et ad ſalutiferum baptismi ſacramentum perduxit. Ibi quoque *Vratislai* Pomeraniae ducis uxorem, gentilitatem repudiantem, cum tota eius familia, manu ſua tinxit. Cui pompae, cum dux ipſe Vratislaus caſu quodam interueniſſet, rei nouitate et ipſe expugnatus, ſancti omnino baptiſmi accipiendi conſilium expediuit, idemque ut optimates ſui ac

An.Ch.1124. populares, eadem secum uoti religione obstricti, facerent, auctor nonsolum extitit, uerum etiam quatuor et uiginti pellices, quas more gentilium legitimae uxori super induxerat, publice abiurauit. Idem fecerunt et plures alii, et in singulis OTHONI, uiro sanctitatis et authoritatis magnitudine inclyto, morem gesserunt. *Populo salutaribus praeceptis instructo,* Cuius sanctis praeceptis cum tota urbs imbuta, inchoatam sub eo christianae pietatis laudem perficere acrius insisteret, omnes haereseos et gentilitatis labes respueret et, se in firma ecclesiae catholicae disciplina mansuram, sponderet, *episcopium* in ea cum basilica condidit, eamque opimis a duce collatis fundis auxit, et *Albertum* sacellanum suum episcopum constituit.

XXXIII. Post haec, nauigiis comparatis, conscendit et, cum honesta proceB rum ac clericorum caterua, *Iulinum* profectus, in palatio se duci praesentauit et instituti finem exposuit. Quod cum ferus et a pietate christiana alienus ad huc populus resciuit, impetu facto in ducis palatium irruit, hominem hospitem conuiciis incessit, lapidum ictu inde petiit, demum male mulctatum et fordibus aC sperſum, sicue adeo pulsauit, ut uestem hausto sanguine macularit. Quo cognito, uir illustris *Paulicius* in medium eorum se intulit et, proprii corporis obiectu, exceptum ac e furentium manibus ereptum in tuto collocauit. Hic primum Otho doctrinam suam sanguine et uitae cum periculo testatus est et uere apostoli munere functus, pro Christi nomine plagas sustinuit ac liuores. Non tamen ob id fractus, aut a proposito absterritus, uerum alacriori multo animo ac libertate Christum Dei filium nunciauit, populum de fide et pietate instruxit et tacita religione perfusum, eundem ut angelum e coelo missum crederet non solum et maxima cum ueneratione amplecterctur; sed exoletum etiam simulachrorum cultum prorsus abiiceret, atque unius se Christi, tanquam ueri Dei, cultui consecraret. Baptizatis in hac urbe duobus et uiginti circiter millibus ciuium, *Otho* episcopus basilicam quoque, duce impensam suppeditante, construxit atque inde *Stetinum* decessit.

Iulinum adit, *ubi male tractatus a plebe* *et ope Paulicii uix liberatur,* *postea uero ut Dei legatus agnoscitur:*

Stetinenses, primum pertinaciores, XXXIV. Ibi cum per duos amplius menses esset, nec quenquam ciuium ad Gchristianismum impellere posset, nuncios ad *Boleslaum* ducem, ad perquirendum eius consilium, in Poloniam misit. Interim uero ipse paganis, per singulas hebdomadas, capita christianae legis explicare et ad ueram Dei agnitionem eos perducere, uehementer institit. Ea occasione multi fidem ei adhibuerunt, inter quos *Domislai*, uiri primarii, puerorum nomen celebratur. Quorum exem-

tandem conuertit

plum cum mater et Domislaus ipse pater *An.Ch.1124.* esset secutus, uniuersam ciuitatem pulcherrimi facti imitatione succendit. Haec dum in summa ciuium laetitia, cum magno infidelium dolore, peragit OTHO, patriae uisitandae cupido eum incessit. Itaque populi neophyti saluti consulere et perseuerantem eum in fide accepta retinere cupiens, omnes superstitiones idololatricas, tum uero imprimis *generosum nigri coloris equum*, a quo in bellum ituri rei euentum explorare solebant, tolli et e finibus eiici praecepit. Id autem hac ratione fieri consueuit. Sacerdos, cui equi cura commissa erat, nouem hastas, spatio unius cubiti ad inuicem distantes, in terra disponebat et equum per transuersum freno ter ducebat atque reducebat; ac si nullo pedum ad hastam offendisset, belli felicis ipsis omen erat.

idolo equi nigri sublato.

XXXV. Inde *Iulinum*, *Caminum*, *Pirisam*, *Colbergam*, *Belgradum*, *Gresliam* et caetera ad sinum *Codanum* a se conuersa oppida, adiuit et certas singulis, secundum S. S. patrum instituta, uiuendi leges praescripsit: nempe *feria* SEXTA *a lactis et carnium usu abstinerent: dominica die omnium operum occupatione uacarent et ad Deum orandum et sacrum audiendum in ecclesia conuenirent; festa sanctorum et quadragesimalis iesunii tempus uigiliis, orationibus et piis largitionibus, obseruarent; infantes candidis uestibus, cum certis paninis comitantibus, ad baptismum deferent, nec eos ipsi a sacro fonte leuarent, uel impio et barbaro ritu interimerent.* Quin etiam sanxit, *ne quis patrinam, uel sanguine iunctam, matrimonio sibi copularet, uel plures una simul uxores haberet: mortuos in coemeteriis non inter paganos sepelirent, gentilium deorum superstitiones abiicerent, pythonissas et ariolas ne adirent, nec sortilegi essent, sed paganos a sua in perpetuum familiaritate depellerent, nec eis in aliquo communicarent: sano corpore ad pectata sua, per confessionem expianda, sacerdotes accederent et uenerabile corporis dominici sacramentum sumerent: de periuriis, homicidiis, iuxta canonum praescripta, poenitentiam agerent et in omni christiana religione et obseruatione, ecclesiae obedientiam et reuerentiam exhiberent.*

Neophytis uenia regulas praescribit.

XXXVI. Othone circa has leges occupato et omnia sua studia, ad ecclesias a se constitutas, praeclaris uirtutis et doctrinae monumentis peruehendas, conuersa habente, orto temere incendio, *Babeberga* conflagrauit. Author uitae ignem hoc modo conflatum scribit. Daemon quidam, piis et salutaribus Othonis episcopi doctrinis Pomerania pulsus, ea hora, qua lychni accendi so-

Bamberga conflagrat,

daemone ignem suscitante.

Ar.Ch.1124. ſolenr, e pauperculae cuiusdam mulieris partu laborantis, domo, lucernam in publicum detulit. Flamma inde lucernae ſtupa erumpens horribile fudit incendium, quo omnia aedificia, baſilicam circumiacentia, ſubito correpta flagrarunt.

aedes tamen ſacrae. Ad ipſam uero eccleſiam et alias ſacras aedes ea calamitas non ſerpſit, numine *S. Hermetis* furentium flammarum uim, ut creditum fuit, compeſcente.

S. Hermetis tutelo conſeruatur.

Ad eccleſiam ſuam redux XXXVII. His rebus OTHO cognitis, de ſalute ſuae eccleſiae et ciuitatis ſolicitus, ſub ineunte alterius anni uere, eadem, qua uenerat, uia, in patriam redire perrexit. *Gneſnae* autem cum per aliquot dies ſubſtitiſſet et duci Boleslao rem omnem a laborum ſeriem enarraſſet, inde *Boheniam*, proſpera profectione uſus, licet aduerſa ualetudine ſaepe tentatus, hoſpes *Michelfeldum* in coenobium uenit, ubi clericos aliquot et magnam uim populi Babebergenſis obuiam habuit atque, eis proſequentibus *XIV. Cal. April. indict. III. Babebergam* acceſſit et ſolenne paſchale gaudium duplicauit, quod et praeſentiam ſuam deſideratiſſimis ciuibus bonus paſtor exhiberet et, magno cum foenore lucratis tot animabus, felix pater de tot filiis triumpharet. Itaque ut a Deo, cuius beneficio tanta terrarum interualla emenſus et ſoſpes ad ſua reuerſus eſſet, ſe gratum oſtenderet, nec quidquam in propaganda religione et catholicae pietatis ſtudio omiſiſſe uideri poſſet, BVRGI coenobium S. Dei genitricis, *Conrado* et *Erbone* fratribus, comitibus Biburgenſibus, patrimonium et fundum ſuppeditantibus, conſtruxit et octauo, quam inchoatum fuerat, anno abſolutum conſecrauit atque EBERHARDVM, comitem Hildpoldſtenum, domo Francum, canonicum Babebergenſem, primum in eo abbatem conſtituit.

Biburgenſi coenobio, monitor a ſe extruſio

Eberhardum primum abbatem praefecit.

Fames et peſtis tempore XXXIIX. Eo anno ingens fames uniuerſam Franciam oppreſſit et mox famem ſaeua peſtilentia excepit: et, cum paſſim annonae caritate laboraretur et cadaueribus omnia complerentur, quod intra urbem de more ſepeliri non poterant, ipſe *Otho* epiſcopus illa ſepeliuit, uel ſepeliri curauit: reliquos in ex neceſſitate conſtitutos, diuturno et nocturno tempore, uiſitauit et cibum benigne

inſignia caritatis

et frugalitatis edit exempla. ſuppeditauit. Inter caetera frugalitatis eius et pietatis laudes, illud imprimis memoratur, quod, cum per id tempus oeconomus eius, die quodam, lucium piſcem, duobus emptum ſolidis, appoſuiſſet, dixiſſe fertur; *abſit, ut miſer Otho ſolus, tot hodie denarios abſumat. I potius et defer ad aegrotum quendam: ego enim firmo adhuc corpore, hoc me pane reficere poſſum.* Suſtulit autem illa lues omnis generis ſexus et conditionis homines, et inter hos *Rugerum*, Wirceburgenſem et *Vdalricum*, Eiſtadienſem, epiſcopos, itemque alios. *An. Ch. 1125*

XXXIX. Eo anno *Henricus* imperator, morbo dracunculi tentatus et aliquandiu cum eodem conflictatus, *Traiecti* ſine liberis deceſſit. Eo *Spirae* inter maiores ſepulto, LOTHARIVS *Saxo*, *Moguntiae*, in celebri principum conuentu, rex Germaniae declaratus, maximum cum *Friderico* et *Conrado*, Sueuiae ducibus, imperium ad ſe haereditario prope iure trahentibus, diſſidium habuit. Quo demum ſedato, aduerſus Bohemos expeditionem tentauit.

Henrico V. imp. defuncto

Lotharius Saxo ſurrogatur.

1126. *Eboraci monaſterii, conditores,* XL. In ſequenti anno *Eboracum*, opulentiſſimum ordinis Ciſtercienſis, in ardua ſylua, monaſterium, quo epiſcoporum Wirceburgenſium corda, ex uetere inſtituto, ſepeliri ſolent, condi coeptum, aedificauit *Berno*, nobilis de *Eboraca*, fratre *Richuuino* et *Berthilde*, ſorore, adiuuantibus. Qui cum praemia et bona plurima, tum imprimis arcem ſuam haereditariam, eo contulerunt, atque uel ab huius, uel praetereuntis fluuioli nomine, *Eboracum* uocarunt. Id coenobium *Conradus III.* imperatro cum Gertrude coniuge, luculentiſſimis poſſeſſionibus et patrimoniis, per uniuerſam Franciam diſperſis, munerauit: quibus *Fridericus*, Sueuiae dux, Conradi filius, noua alia partim adiunxit, partim conceſſa confirmauit.

Aſpach coenobium conſecratur. 1127. XLI. Proximo anno *Otho* epiſcopus *Aſpacenſe* coenobium excitauit et a *Chriſtiana*, Geroldi comitis uidua, praediis ampliſſimis decoratum, in honorem *S. Matthaei* apoſtoli et euangeliſtae conſecrauit. Per eosdem dies recruduit orta prius, inter Babebergenſem et Ratisbonenſem eccleſias, contentio de decimis noualium, quorum ius integrum ſe *Babebergenſes* habere S. Henrici imperatoris conceſſione profitebantur: *Ratisbonenſibus* uero eius rei gratia ius ſuum allegantibus. Ea controuerſia datis arbitris ita deciſa fuit, ut in noualibus infra decennium factis, uel deinceps exſuſcitandis, *nouem* iugerum decima *Babebergenſi* eccleſiae cederet: *decimum* uero iugerum cum ſuis decimationibus eccleſia Ratisbonenſis haberet. Poſtero anno LOTHARIVS natalem B. Virginis *Babebergae* celebrauit, et *Scampachium* uicum, a *S. Henrico* imperatore, cum decimis et attributis eorum poſſeſſionibus, eccleſiae indultum et abſe inſtauratum, ampliſſimo priuilegio firmauit, quod *XV. Cal. Septembr. indict. VI. anno regni ſui tertio Babebergae* dedit.

Lis Babebergenſium et Ratisbonenſium de decimis componitur

Lotharius imp. Scampachii uici donationem confirmat.

XLII. Inter haec *Iulinum* et *Stetinum*, Pomeraniae urbes, ſacris chriſtianis relictis, ſeſe ad Deorum gentilium cultum re-

Pomerani ad gentiliſmum relapſi

An. Ch. 1128. receperunt et, ſacra eorum renouari ac templa patefieri, praeceperunt. Euerterat autem Stetini ſuperioribus annis Otho epiſcopus fanum, *Triglae*, priſco Vandalorum idolo, dicatum, quod triceps et turrita cōrona redimitum erat ac ſimulaerum fuiſſe, ex *Euſtachio*, graeco ſcriptore, conſtat, qui, Dianam olim *Tridam* fuiſſe dictam, perhibet. Id idolum *Stetinenſes*, reſuſcitato uetere ſano, iuxta templum *S. Adalberti*, ab Othone extructum et conſēcratum, collocarunt et ſumma ueneratione colere coeperunt, numine diuino tantam impietatem et laeſam nominis ſui maieſtatem, igne coelitus demiſſo, aeriter uindicante.

et uetus idolum, Triglam, ſolentes.

numinis iram ſentiunt.

S. Otho remeans in Pomeraniam.

XLIII. Quod ubi Otho cognouit, alteram in Pomeraniam profectionem ſibi ſuſcipiendam putauit, ne ſi ſuum diutius aduentum diſtuliſſet, tota prouincia foeda gentilitatis labe rurſus inficeretur et ad priſcas idolorum ſuperſtitiones relaberetur. Ne itaque Bohemiae et Poloniae ducibus ulterioribus ſumtibus moleſtus eſſet, in die coenae dominicae, anni ſequentis, Babeberga digreſſus, Saxoniam uerſus iter intendit, clero et populo Babebergenſi proſequentibus et, ne denuo tanto ſe periculo obiiceret, obteſtantibus. Confecto unius diei itinere, *Groſouiam*, praefecturae Teuſchnicenſis eccleſiam et uillam, inde *Kirchbergam* et *Reginsdorfium* in coenobium peruenit. Ibi tertio paſchatis die, *Luitgeri*, abbatis rogatu, eccleſiam *S. Iohannis* Baptiſtae, quae a *Viperto*, comite Groiceenſe, ut diximus, reſtaurata fuerat, conſecrauit. Ex eo inde coenobio *Schidingam* et *Muchliniam*, eccleſiae Babebergenſis oppida et *Halas* Saxonicas: ac diebus ibi ſeptem in apparatu itineris conficiendo conſumptis, *Magdeburgum* acceſſit et A NORTBERTO, archiepiſcopo, liberaliter exceptus et ſummo in honore ſuit habitus. Iſte Notbertus author eſt ordinis *Praemonſtratenſium*: Inde ſoluens, ſecundo Albis flumine deuectus ad *Leuticiae* littus, terra inde *Circinam*, Pomeraniae urbem, adire perrexit, ubi *Vratislaum* ducem, cum exercitu aduerſus *Leuticiorum* populos profectum, obuiam habuit. Qui eum deinde *Vsnoiam* ſecum deductum, omnibus iſtius terrae populis ac proceribus, mirifice commendauit et, ut Chriſti fidem amplecterentur, grauiſſima oratione admonuit. Qua ratione Otho, breui admodum tempore, uniuerſam illam prouinciam, cum *Wolgaſtenſibus* et *Guzouienſibus*, ad plenam fidei perfectionem adduxit, et fonte ſacro baptiſmi abluit.

S. Iohannis eccleſiam conſecrat

et magno in honore habetur a S. Northberto,

Praemonſtratenſium autore.

ab Vratislao duce Leuticiis commendatur

prouinciam Guzkouienſem ſacris chriſtianorum initiat.

Scetini fidem grandicens

XLIV. Profectus inde *Stetinum*, ante urbis portas, in aede *S. Petri* ſuburbana, abs ſe conſtructa, per totum triduum ſubſtitit et uim ſurentium ciuium, ſanctis precibus, auertere ſtuduit, quarto demum die, pontificalibus indutus ueſtibus, cum crucibus et uexillis, in forum proceſſit et concionem habere ad populum inſtituit. Quod ubi idolatricus ſacerdos reſciuit, in forum ad eum locum, quo OTHO epiſcopus ſtetit, acceſſit, et plurimos, qui in eo coetu erant, paganos incitauit, ut haſtis ipſum confoderent. Illi impetum iamiam facturi in Othonem, tanquam ſtatuae obrigeſcunt, ille incolumis inuaſit et oratione impetrauit, ut ſanitati priſtinae reſtituerentur. Additur res auditu mirabilis, populum non tam hoc miraculo placatum, quam aſpectu flammeae nebulae, Othonem et ſocios per foeum ad templum prodeuntes ita inuoluentis, ut a ſicariis, in eorum necem per inſidias diſpoſitis, agnoſci non poſſent, fuiſſe perculſum. Qui cum certum ad ſacra chriſtiana recipienda ſpatium impetraſſet, promiſſa ultro exſoluit et piaculum ſibi iniunctum expiauit. Qua de re Otho poenitentes eccleſiae communioni reſtituit, caeteros uero gentilitatis labe adhuc aſperſos ad catholicam pietatem adduxit, omnesque haereſeos ac ſuperſtitionum cauſas ſubmouit. Ibi cum *nucem*, mirae pulchritudinis arborem, quam idolo dicatam uenerabantur incolae, ſuccidi iuberet, moleſte hoc tulit is, in cuius horto creſcebat, atque a tergo accedens, ſecuri bellica caput eius ferire conatus eſt, uerum aberrans trabem pontis, ad quam epiſcopus ſtetit, tanta ui tetigit, ut retrahere inde ſecurim non poſſet. Quem reliqua multitudo trucidaſſet, niſi precibus eius liberatus ſuiſſet.

pagani ſacerdotis inſidiae

miraculoſa effugia

et populum eccleſiae reconciliat

Arborem idolatriam ſuccidunt

periculum ui tae ſubit.

XLV. Et quanquam *Iulinum*, poſt nuperam defectionem, rurſus in gratiam eccleſiae accipi precibus contenderet; quia uero ciuium numerus ex diuerſarum nationum linguarum et regionum populis, *Henetis*, *Danis*, *Suecis*, *Ruſſis*, *Iudaeis* et *ethnicis*, conſtaret, quorum ſinguli ſua idola et proprios ritus ſeruarent, nec quicquam apud eos neglectius, quam chriſtianorum nomen, tam uarias idolorum et libidinum confuſiones et aemulationes, calamitoſum eius ueſtigio ſecutum eſt excidium, quo quadraginta annorum ſpatio poſt, fundirus exciſum et ſolo aequatum fuiſſe perhibetur: ut iam maxima ex parte campi ſint, ubi uetus *Iulinum* ſtetit. Emporium enim fuit in littore Balthico amplifſimum, milliare amplius Germanicum in ambitu complexum et a memoratis populis inhabitatum pagatim, ita, ut ſinguli ſuas plateas, nominibus gentium inſignitas, tenerent, ſola chriſtianorum fide in eo periclitante, qui certe diuini numinis contemptus ſine dubio fatalem eius periodum ac praecipitem ruinam maturauit.

Iulinum, ob contemtum uerae religionis

prorſus excidium.

An.Ch. 1129. uit. Hanc quoque cum caeteris Pomeraniae a ſe conuerſis urbibus Otho ante abitum ſuum denuo uiſitauit, nutantes in fide confirmauit, adultos ad conſtantiam adhortatus et, ad mirandis multis operibus editis, uenerabilem adeo et fidum ſe omnibus paſtorem exhibuit, ut *Pomeranorum apoſtolus* appellari ſit meritus.

S. Otho in patriam rediturus

XLVI. His rebus ita ſatis pro neceſſitate conſtitutis, iter in *Poloniam*, *Saxoniam* inde et *Franciam*, qua ab omnibus animorum alacritate exſpectabatur, intendit. In reditu, poſt alia itineris hoſpitia, *Pegas*, in terra *Saraborum*, ad *Eliſtrum* amnem oppidum, ubi uentum, a

Vipertum comitem, in ſubditos ante duriorem,

Viperto, comite Groicenſi, honorifice exceptus eſt. Qui, licet iniquior erga ſubditos et pauperes eſſet, ipſius tamen Othonis, ſanctitate et orationis maieſtate mirabiliter captus, ab omni

conuertit,

bus iniuriis non ſolum receſſit, ſed tanto etiam religionis amore flagrauit, ut clericus factus, monaſticae uitae ſe deuouerit et in coenobio *S. Iacobi*, abſe conſtructo, monachum induerit. Vulgatiſſima fama eſt, Othonem in

mortuum reſuſcitaſſe,

eo oppido, hominem quendam, uita functum, leui attactu priſtinae uitae reſtituiſſe. In huius rei memoriam et *S. Othonis* epiſcopi honorem pariter et patrocinium, eccleſiam parochialem ibi poſtea aedificatam, *Paulus Langius*, in *Gizenſi Chronico*, author eſt. Poſt haec *Thuringiae* ſaltum transgreſſus, in profeſto D. Thomae *Babebergam*, cum ſumma totius ciuitatis gratulatione, feliciter appulit et, ut populum ad gratias Deo agendas inciteret, ſupplicationes, pro reditu et infidelium conuerſione, inſtituit.

1130. Coenobium S. Michaelis amplificat, hoſpitale extruit

XLVII. Nouo ineunte anno coenobium montis archangeli *Michaelis* amplificare et renouare aggreſſus, *Paradyſum* et huic uicinum hoſpitium, ad excipiendos eos, qui negotiorum cauſa iter ad coenobium flecterent, extruxit. His

et bina ſacella

B. V. Dei matris, ſacellum atque alia adhuc duo oratoria adiunxit; quorum unum *D. Bartholomaei*, alterum *S. Oswaldi*, martyris, monumentis inſigniuit, ac ſacros libros multos, patenas, calices, ſcutellos et uaria ad uſum eccleſiae ornamenta, tum uero imprimis crucem, auro et gemmis pretioſam, recondita in

quae munuſculis ornauit.

ea particula ligni *ſalutiferae crucis*, multisque ſanctis reliquiis aliis inſignem et a ſe conſecratam, obtulit, ſanciens, ut *Saluatoris* ea *crux* appellaretur, nec ullo unquam tempore, rationabili, etiam urgente neceſſitate, a coenobii poſſeſſionibus alienaretur. Inde de uicino monte fontis aquas, plumbeis fiſtulis, in regiam coenobii ſubduxit et caeteris eius utilitatibus maximopere ſtuduit. Hunc enim locum prae reliquis uuice dilexit, hunc ampliauit, hunc templis et aedificiis exornauit, hunc luculentiſſimis poſſeſſionibus cumulauit, huius cultum et ſplendorem quaeſiuit, in eo ſepulturae ſibi locum elegit et, ne quid aliud poſt obitum ſuum ea de re deceruneretur, pontificis decreto cauit. *An.Ch. 1130.*

Staffelſtein mercatus.

XLIIX. Eodem anno LOTHARIVS, ex uico *Staffelſtein*, in agro Radenzgauienſi, mercatum conſtituit, turribus et moenibus ſepſit et certis priuilegiis honeſtatum, per manus *Reginbodonis*, comitis de *Gichin*, collegio Georgiano obtulit. Eam donationem complexus eſt diplomate, quod *nonas Aprilis, indict. VIII. regni ſui V.* Babebergae *ad S. Andream in rotundo ſacello* dedit. Caeterum *Gichium*, cuius in hoc diplomate fit mentio, ditionis Babebergenſis, hodie praefectura, olim caſtrum fuit comitum *Truchendingiorum* primarium. Mos ueroGermanorum antiquiſſimus, qui nunc etiam durat, ut duces, principes, comites et caeteri proceres, ab eo loco, ubi plerumque regiam habent, nominentur, obtinuit. Sic etiam iſte *Reginbodo*, comes Thruchendingius, ante quadringentos annos, ab iſto ſuo caſtro, *Gichius* eſt appellatus, non quod a nobili Gichianorum familia deſcenderet, uel quod illud unquam in ſua poſſeſſione habuerit.

collegio Georgiano edit.

Comites Gichii olim Truchendingii dicti.

1131. Rugero epiſc. Wirceb ſuffic. Hezelinus

XLIX. Proximo anno *Hezelinus*, comes Liningenſis, *Rugero*, epiſcopo Wirceburgenſi mortuo, ſubrogatus, *Babebergae* paralyſi repentina correptus, interriit. Eo anno LOTHARIVS duos imperii procerum conuentus, unum *Leodii*, alterum *Moguntiae* celebrauit et, de profectione in *Italiam* ſuſcipienda et reſtituendo *Innocentio II.* pontifice, Petri *Leonis* factione Roma pulſo, ad eos retulit. In hoc conuento *Bruno*, epiſcopus Argentinenſis, propter uiolentiam et intruſionem, ab epiſcopali dignitate remotus eſt: praeſidente et praeſente Matthaeo *Albanenſi* epiſcopo, a latere legato, Adalberto *Moguntino*, Othone *Babebergenſi*, Hermanno, *Auguſtano*, Emerico *Wirceburgenſi*, Gebhardo *Eyſtetenſi*, epiſcopis.

Comitia Leodienſia et Moguntinenſia

Bruno Argent. epiſcopus deponitur officio.

1132.

L. Poſtero anno OTHO epiſcopus, ſtudio religionis incenſus, paucis aſſumptis ſeeum ſociis, nemoroſos montium *Sudetorum* ualles adiuit et, luco ſucciſo, *Lanchennium* coenobium Babebergenſis dioeceſis ampliſſimum extruxit, atque ibi *Adamonem*, multorum monachorum abbatem, praefecit. Id coenobium, magnis poſt ducum, principum et comitum *Meraniae*, *Orlamundorum* et *Truchendingiorum*, muneribus ac poſſeſſionibus auctum, monachorum multitudine, praediorum numero et iurium amplitudine, factum eſt celeberrimum. Per

Coenobium Lanchemenſe extruitur.

An. Ch. 1132. eos dies Otho alterum in agro Norico, ad *Suarzacidos* amnis ripam, locum legit et, asperis fentibus perpurgatum, alterum in eo monasterium, nomine *Hailsbrunnae* aedificauit, permittentibus et adiuuantibus *Rapathone* et *Conrado* patre et filio, comitibus Abenbergicis. *Bruschius, de monasteriis*, Conradum istum Rapathonis fratrem nominat, in eoque hallucinatur, cum testantibus uetustissimis diplomatibus filius eiusdem fuerit.

Hailsbrunnense coenobium

Bruschii lapsus.

LI. Interim LOTHARIVS, precibus INNOCENTII II. pontificis in Italiam aduocatus, per uallem *Tridentinam*, recta ad *Apennium* et *Pisas* inde acceſſit et, assumpto ibi secum pontifice, sequenti anno Romae eum in pontificiam sedem restituit, eiecto ANACLETO, pseudopontifice. Pridie inde *Nonas Iunias*, cum *Richisa* uxore, ab eodem imperatore nunciatus, maturo itinere in Germaniam se recepit, et proximo anno conuentum *Babebergae* in quadragesima habuit. In eo grauiores imperii causas iudicauit et pacem in omnibus fere prouinciis restituit. CONRADVS, Sueuiae dux, imperii aemulus, cum se diris ab ecclesia obligatum et a plerisque defertum, uulgo contemni cerneret, cum *S. Bernardo*, abbate Clarauallensi, Babebergam ad Lotharium se contulit et, regio titulo depositio, culpam deprecatus est et in gratiam receptus, authoritate sancti uiri, quaecunque petiit, facile impetrauit.

Lotharius imp. Innocentium pontif. restituit,

1133.

et coronatur cum augusta

1134. comitia Babebergenſia celebrat.

Conradus ad. ticas ſe imperatori reconciliatur.

LII. Postero anno LOTHARIVS, cum Wirceburgi esset, ecclesiae Babebergensi priuilegium dedit, quo regium tributum quatuor gentis Henetae prouinciis relaxauit et, permittente *Alberto urso*, marchione Brandeburgensi, in cuius marchiae finibus eaedem prouinciae inclusae erant, Othoni episcopo beneficii loco attribuit, dignum existimans, ut, qui in destruenda idololatriae et conuertenda Slauorum barbarie primum laborauerat, debitam in terris etiam laboris frugem perciperet. Per eos dies in colle *S. Nicolai* monasterium, aggregatis uirginibus, non longe a *Michelfeldio*, *aedificatum* et *S. Benedicti* nomini consecratum. Eo anno *Gotebaldus*, comes Hennebergius, cum coniuge Luitgarde, prope *Werrae* et *Clusini* amnium confluentes, *oratorium*, a praeterlabentis amniculi nomine, *Vezzerum* dictum et canonicorum regularium ministerio iam pridem dicatum, *ecclesiae Babebergensi* et S. Petro eius patrono, obtulit et patrocinio eorum perpetuo defendendum commisit. Id templum OTHO, episcopus, possessionum multitudine abs se instructum, monasterio nobilissimo decorauit et, in honorem S. Dei genitricis, consecrauit.

1135. Henetorum prouinciis tributum remittitur.

Monasterium S. Nicolai.

Oratorium Vezzerense

in monasterium conuertitur.

LIII. Sequenti inde anno frequentem omnium dioeceseos suae clericorum et prouincialium conuentum, *Babebergam* aduocauit et, mentione de formando ecclesiae et reipublicae statu illata, labentem monachorum disciplinam coercuit. Ibi, sublata uetere *Amorbacensium* regula, rigidam et religione plenam *Hirsauiensium* disciplinam in coenobio montis *archangeli Michaelis* instituit et, additis uiginti, qui dudum ibi confederant, quinquaginta amplius monachis, et eruditione, et pietate conspicuis, in communi eos uitam agere et diuinis laudibus insistere praecepit et, ut caeteros monasteriorum suorum abbates, ad pulcherrimi huius facti imitationem accenderet, ob id eos, sub diuini numinis obtestatione, literis adhortatus est. Per eosdem dies coenobium *S. Fidis*, uirginis et martyris, constructum et possessionibus auctum, eiusdem montis archangeli Michaelis coenobio adiunxit. His addidit aediculam *S. Gertrudis*. Hoc nomine ea nunc celebris est, cum antiquum ignoremus, quam omnium primam *Babebergae* fuisse et S. Henricum imperatorem, eam precandi causa adeuntem, uitae suae paratas insidias declinasse, multorum saeculorum consentiens fama et huius facti pictura in pariete prodit.

1136. In ſynodo prouinciali Babeberg.

Monachis S. Michaelis Hirſauienſium disciplina iniungitur,

Collis S. Fidis

et S. Gertrudis huic coenobio adiunxit.

LIV. Proximo anno *Lotharius*, imperator, denuo per *Innocentium*, pontificem, aduersus *Lombardos*, nouos in Italia motus cientes, et ROGERIVM, Siciliae regem, accitus, alteram in Italiam profectionem fuscepit et, *Rogerio* in potestatem adacto, ciuitates omnes, imperium detrectantes, sine magna difficultate, ad obsequium reduxit. Veteres inde *Romanorum leges*, in *Apulia* repertas, per *Wernerum* ICtum, (*Irnerium* Itali uocant,) publice explicari ac in foro et iudiciis usurpari mandauit, unde usus earum adhuc hodie in orbe christiano est reliquus. His in Italia confectis, LOTHARIVS per uallem Tridentinam in Germaniam rediturus, non procul a *Tridentino*, in uilissima casa est mortuus *III. Non. decemb.* Quo caesare Lothario sepulto, CONRADVS, *Sueuiae* dux, qui paulo ante cum eo decertarat, media quadragesima, *Confluentiae*, imperii successor designatus, per *Theoduinum*, pontificis legatum, *Aquis* consecratus est, quia ecclesia Moguntina et archiepiscopus Colonienſis pallii dignitate uacabant. Vnde cum *Henricus*, Bauariae et Saxoniae dux, Lotharii gener, qui imperatoria apud se insignia per uim obtinebat, cum complicibus Saxonibus, eum uitio creatum insimularet et uariis modis exagitaret, Conradus eius rei indignitate motus, conuentum ad festum

1137.

Rogerius Siculus domatur.

Ius Iuſtinianeum publice authoritate introduxit.

Lothario imper. defuncto

Conradus III. ſuffi citur,

qui per nuncium apoſtolicum nunciatus.

Henricus Leo inſignia imperii reddere cogitur

An. Ch. 1138. pentecoſtes *Babebergam*, ad eam rem cognoſcendam, indixit et Henricum inſignia, die S. Petri praeſtituta, reddere coëgit. In eo conuentu *Albertus*, comes Sarburgenſis, Moguntiae archiepiſcopus a *Conrado* conſtitutus, octaua pentecoſtes, in eiusdem et totius imperii procerum praeſentia, ab Othone epiſcopo, ſolenni ceremonia conſecratus eſt.

Albertus epiſcop. Mogunt. ab imp. conſtitutus.

Norimberga reſtauratur

LV. Babeberga inde egreſſus Conradus, ciuitates quasdam, ſuperioribus bellis afflictas, perluſtrans, aduentu ſuo releuauit, ex quibus praecipue *Norimbergam*, multis affectam beneficiis, recreauit. Vrbs ea, ciuibus omnibus ad tempus deſtituta, memorandum inter pauca exempla humanae fortunae ludibrium, triſte iam dudum omnibus, inde a parricidialis iſtius, inter Henricos caeſares, patrem et filium, belli tempore, ſpectaculum praebuerat, atque ingentem, non ſolum hoſtibus, ſed ipſi etiam *Conrado*, commiſerationem et dolorem inflixerat. Hanc itaque reſtaurare aggreſſus, hoc ipſo anno, murorum ambitu, aedificiis et templis augeri et refici omnia iuſſit, quae uel incendio uel ruina deleta fuiſſent. Inter templa, quae tunc reſtaurata et ex ruderibus excitata ſunt, praecipue memoratur templum *S. Aegidii*, quod monachis *Benedictinis* attribuit. Inde ciues et nobiles, quos circumiecta tenebant oppida, reuocauit et, praefecto urbis atque magiſtratibus aliis creatis, in ea rempublicam ordinauit. Quo caſu egregie et proſpere perfuncta ciuitas, pacis et belli ſtudiis, pro templorum ratione colendis, ad eam opum amplitudinem creuit, ut iam cum potentiſſimo quoque principe armis confligere non ſolum poſſit, ſed etiam auſit.

ciuitas regimen formatur.

1139. LVI. Proximo anno *Innocentius*, pontifex, monaſteria et oratoria, induſtria *Othonis* epiſcopi partim eccleſiae Babebergenſi conceſſa, quae unum et uiginti erant, confirmauit, ſanciens, ut quascunque poſſeſſiones et beneficia in abbatiis, praepoſituris, eccleſiis, uillis, feudis, terris, cultis et incultis, decimis, ſeu quibuslibet rebus aliis, eadem eccleſia, uel in ſuo, uel alterius epiſcopatu, permutatione, emptione, uel etiam conceſſione pontificum, liberalitate regum ac principum, oblatione item fidelium, aut aliis modis, poſſideret, firma eademque deinceps ac inuiolata manerent. Legi diploma *hoc anno* in *Laterano* datum, *X. Cal. Febr. indict. II.*

Othonis S. *monaſteria XXI. confirmantur.*

LVII. Haec dum anteceſſorum ſuorum exemplo ſtatuit, et oblatae petitioni haud grauate indulget pontifex, ecce grauis repente *Babebergae* caſus incidit, qui ingenti omnia luctu ac moerore compleuit. *Otho*, epiſcopus, grauiſſimo tentatus morbo laborare coepit; quem cum saeuientem diutius ferre non poſſet et ſe iam proximum morti cerneret, EGILBERTVM, baſilicae cathedralis *decanum*, epiſcopalis dignitatis ſucceſſorem, ad ſe uocauit et, aſtantibus religioſis ac optimatibus omnibus ita locutus eſt. *Hodie dies natalitius eſt domini et patroni mei S. Petri, apoſtolorum principis, cui quaeſo res mihi a Deo donatas offerte, ut tamquam mihi patriae coeleſtis aperire, et cum collega ſuo, doctore gentium, D. Paulo, me quantocius intromittere uelit. Locum ſepulturae noſtrae, eccleſiam archangeli Michaelis, hanc fulciendam et exire tuendam uobis commendo, ut per eius augmentum recens introducta monachorum diſciplina latius propagetur et, cum catholicae fidei ſtudio, in finem usque perſeueret. De caetero uos, cum uniuerſo grege, ſummo paſtori Chriſto commendo, is uos in bene agendi propoſito confirmet et in futura aeterna illius beatitudinis claritate integros mihi reſignet.* Haec ubi, non ſine fletu et lacrymis omnium, dixiſſet et ſancta cruce ſignatos, cum diuina benedictione, dimiſiſſet, ſubſequente nocte, magna ſanctitatis et doctrinae fama, migrauit ad coelos, pridie *Cal. Iulias anno aetatis LXX.* pontificatus XXXVII. Corpus eius aromatibus conditum, per uniuerſas eccleſias ac tandem in montem archangeli Michaelis, translatum et ſolennibus ceremoniis ac precibus honeſtatum, ante aram maximam ſepultum fuit. Inteſtina uero in medio ſacelli *S. Dei genitricis*, ad aram S. Catharinae, ſepulturae mandata et lapide rotundo ſignata ſunt.

An. Ch. 1139. *ſi propinquus,* *loco ſepulturae de meliori commendato,* *obiturus nulli dixit* *miranque eſſus.*

S. Otho moritur.

LVIII. Funus Othonis *Embrico*, epiſcopus Wirceburgenſis oratione celebrauit et, in ſuggeſtu coram populo, illud *Jeremiae* prophetae dictum, in eius perſonam accommodauit: *Oluuam*, inquiens, *uberem, pulchram, fructiferam et ſpecioſam uocauit dominus nomen tuum.* In hanc ſententiam multa addidit et tanta orationis grauitate detonuit, ut prophetico ſpiritu plenus, futura praedicere ſit uiſus. Fuit Otho uir mira elegantia uitae ac morum ſuauitate ornatus, ſanctitatis et religionis magnitudine clarus, miraculis et ſanctitatis dono praeſtans, in uictu frugalis, erga pauperes et aegrotos munificus et in tota ſua uita humillimus: non gulae uel luxui deditus, nec ſuperfluos unquam in ueſtium et corporis ſui cultu ſumptus erogabat, ſed numum in ſingulos dies, ſi poſſet, colligebat, qui deinde diſtribuebatur, uel templis, uel monaſteriis aedificandis, uel reſtaurandis, uel egenis alendis, humandis et pu-

Othonis S. *parentatur,* *enconia*

An. Ch. 1039. eris ac puellis et parentibus deſtitutis A dem curam modeſtiae ac pudicitiae, ut *An. Ch. 1139.*
ſeu orphanis, itemque captiuis, et ſi qui non tam coenam caſſet, quam
qui ob Chriſti confeſſionem patria pulſi diſciplinam. Quae laus nulli tam prae-
fuiſſent. Non prius diſcumbebat, quam cedentium, quam ſubſequentium epi-
ad Deum precationem effuderat: tan- ſcoporum contigit. De miraculis eius *Miracula.*
tum cibi cupiebat, quantum eſurienti ſa- poſt mortem editis, eum ſint uberes
tis eſſet, ad mediocriter depellendam commentarii, quae qui uolet in promp-
famem, tantum potus, quantum pudi- tu habet, nam publici iuris dudum
co expediret. Ita ſaturabatur, ut me- ſunt, unde cur hic adſcriberemus et a-
moria teneret, etiam per noctem oran- B ctum ageremus, non erat. Quo uero
dum ſibi Deum eſſe, ita fermocinabatur tempore translatus et in diuorum nu-
ut pro certo haberet eundem au- merum relatus ſit, infra in *Othone II.*
dire, aeque precatio conuiuium eius cognomine *Largo*, nepote eius, expli-
dirimebat. Inde diſcedebatur ad ean- cabimus.

EGILBERTVS,
NONVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LIX.

Poſt Othonis *S. luctum*

OThone epiſcopo ex rebus humanis erepto, ingens Babebergenſes moeſtitia et triſtis omnino luctus inceſſit. Neque enim facile tanto munere dignum, neque parem uirtute et ſapientia, ſe reperturos eſſe credebant. Cum itaque, ex conceſſione HENRICI V. imperatoris, omnis inueſtitura et ius D conſtituendorum epiſcoporum per annulum et baculum ab imperatore, ut

in conuentu cleri

in *Othone* diximus, ad clerum et populum delatum eſſet: indicto inde de epiſcopo eligendo conuentu, frequentes conuenerunt et concordibus ſuffragiis EGILBERTVM, baſilicae maioris

Egilbertus electus eligitur epiſcopus.

decanum, uirum nobilitatis inter ipſos eximiae, epiſcopum conſtituerunt. Qui E ſtatim poſt electionem de ſe factam ſtudioſius res eccleſiae componere maturauit, quo celerius Romam ad conſecrationem a pontifice accipiendam ueniret. Itaque rebus, ut in praeſens licuit, conſtitutis, eo ipſo adhuc anno, in *Italiam* profectus, *XIII. Cal. Nouemb. Romae* in Laterano ab *Innocentio*, pontifice, conſecratus et pallii ac crucis F praeferendae authoritate inſignitus fuit.

a. 1140. *Comitis Dachauienſis liberalitas in eccleſiam Babeberg.*

LX. Poſtero anno, qui fuit 1140. *Conradus*, comes *Dachauienſis*, Dalmatiae dux, cum *Adelheide*, coniuge, bona ſua et praedia, quae *Bothoſteni*, *Mulrichbergae* et *Rotachae* habebat, manu et calamo abdicauit et eccleſiae *Babebergenſi* attribuit. Diploma *XIV. Cal. April. indict. III.* datum eſt, cum ipſe adhuc G Babebergae moraretur. Eodem anno inſignis et memorabilis exempli res accidit, quo *Conradus* imperator *Guelfi*, Bauariae ducis, pertinaciam fregiſſe et ad obedientiam eum reduxiſſe, perlubetur. Is enim cum *Winsbergam*, oppidum, diuturna obſidione preſſiſſet, nec ullis conditionibus a propoſita ſuſceptaque urbis euerſione abduci poſſet, ad extremum, nobilium *foeminarum* precibus uictus, eis permiſit, ut inuiolatae abirent, ea lege, ut nihil ex urbe, niſi quod humeris poſſent, exportarent. Tum illi, confidentia maiorene dicam, an pietate, *ducem* ipſum, *maritos*, *liberos* et *parentes*, ab humeris ſuſpenſos, geſtare coeperunt: ex quo imperator tantam uoluptatem hauſit, ut, effuſis prae gaudio lachrymis, non modo feritatem et iracundiam penitus exuerit, uerum etiam urbi pepercerit, et amicitiam cum hoſte omnium acerrimo contraxerit.

Foeminarum nobilium Wibeburgenſium pietas.

LXI. Sequenti anno CONRADVS, ad *a.* 1141. habendum cum regni proceribus con- *Comitia Ratisbonenſia.*
uentum, *Ratisbonam* proceſſit, cum interim archiepiſcopus *Moguntinus* cum *Saxonibus* nouam aduerſus eum conjurationem iniret, quae tamen ipſius morte prorſus euanuit. Proximo anno 1142. *Chuniſſa*, Reginbodonis, comitis Tru- *Chuniſſa Comitiſſa repudiata*
chendingii, filia, repudiatur Plaſſeburgi a *Poppone* comite. Cauſa repudii ponitur a plerisque *propinquitas*, ab aliis uero *ſterilitas*: utra autem harum ſit uerior, lectori iudicandum relinquo. Chuniſſa per repudium liberam corporis et rerum ſuarum facultatem adepta, de allodio ſuo primaria duo caſtra *Gicheburgum* et *Lichtefelſum*, cum uniuerſis eorum iuribus ac poſſeſſionibus, ecclesiae *Babebergenſi* et S. Petro eius patrono, pii muneris loco, obtulit: reliquam uero patrimonii ſui partem, cum Miſtelfeldio, tunc temporis caſtro Meraniae ducum praecipuo, *Georgiano collegio* ea conditione tradidit, ut poſt obitum ſolenni ſibi ceremonia parentarent et gratam quotannis inter eccle-

bona ſua offerunt eccleſiae Babeberg.

et collegio Georgiano

ſiae

An. Ch. 1142. *quae poſt eius obitum Poppo recuperare ſtudet,*

a. 1143.

fidelis amicabiliter componitur.

siae benefactores nominis ſui memoriam celebrarent. Cui donationi cum *Poppo*, comes, eſſet infeſtiſſimus, *Chunissa* uxore ſatis abſumpta, commodam belli aduerſus *Gilbertum* epiſcopum gerendi occaſionem ſe nactum arbitratus, poſtero anno cum copiis in Babebergenſium agrum deſcendit et cuncta populari coepit. Et EGILBERTVS bellum potius declinandum, quam expectandum ratus, communi nobilium ſuorum et totius eccleſiae conſenſu, natam controuerſiam aequis conditionibus ita diremit, ut *Wallenſtadium*, *Stetena* et *Sigeboldesdorfium* in ſua et eccleſiae poteſtate maneret et *Poppo* comes, renunciatis denuo *Gicheburgi* et *Lichtefelſi* munitionibus et caeteris Reginbodonis comitis poſſeſſionibus et praediis, eadem eccleſiae Babebergenſi concederet, *dimidia uero* reliquorum praediorum et caſtrorum parte ipſe, cum fratre *Bertholdo* et eius filio, dum uiueret, frueretur, poſt omnium uero eorum mortem, eccleſia iis integre potiretur.

Bochpertum nouis priuilegiis munitur.

LXII. Anno 1144. CONRADVS imperator, *Bochpertum*, ad Rhenum praedium, uindemiarum decimis exornatum, quod proauus eius *Henricus III.* imperator, eccleſiae Babebergenſi indulſerat, nouis priuilegiis honeſtauit, ſanciens, ne quis uinitor, uindemiator uel cellarius, eius rei occaſione poſthac quicquam de chirothecis, pharetris, cera aut rebus aliis poſtularet, uel aliud aliquod exactionis genus imponeret. Sequenti anno Babebergae lux ingens ſanctitatis eluxit, quippe *S. Henricus* imperator, ſanctitatem ſuam, multis *miraculis* ad ſepulturam *editis*, confirmauit et ſe ad coeleſte illud Dei atque ſanctorum conſortium receptum eſſe, comprobauit, ut *Egilbertus* epiſcopus hac de re legationem

a. 1145. S. Henricus ob edita miracula,

regente Egilberto epiſc.

Romam mittendam, et EVGENIVM, pontificem, de omnibus diligenter edocendum putarit. Quibus rebus cognitis et legatorum relatione audita, pontifex religione perfuſus, ipſum S. HENRICVM, confeſſorem, hoc ipſo anno, nempe poſt obitum eius centeſimo uigeſimo, primo in ſanctorum numerum, conſecratione ſua, retulit. Atque hac de re literas *Roma II. idus Martias* ad *Egilbertum*, epiſcopum et caeteros eccleſiae proceres, dedit. Narrat *Numeſius*, monachus, *Iohannem* quendam, cardinalem, canonizationi S. Henrici acriter obnitentem atque reluctantem, luminibus priuatum, atque intolerabili membrorum dolore correptum, ſeueriſſimas temeritatis ſuae dediſſe poenas. Demum uero eundem inuocato ipſius confeſſoris nomine ſanitati priſtinae ſuiſſe reſtitutum.

An. Ch. 1145.

eius accuratius refertur.

Ioannes Cardin. eius apotheoſi reſiſtens punitur.

LXIII. Poſtero anno CONRADVS, imperator, a IOANNE, imperatore *Conſtantinopolitano* rogatus, ut ſecum amicitiae et affinitatis foedera iungeret, *Embriconem*, epiſcopum Wirceburgenſem, legatum in *Graeciam* miſit, et Conſtantinopoli utrumque per eum fecit. Nam et ſocietatem cum eo aduerſus *Rogerium*, Siciliae regem, iniuit, et *Bertham*, ſororem uxoris ſuae, Gebhardi comitis Sulzbacenſis filiam, *Manueli* filio eius deſpondit. Ea legatione perfunctus *Embrico*, epiſcopus, in reditu *Aquileiae*, in foro Julio, in morbum incidit, quo paulo poſt extinctus et ibidem, in maiori baſilica, ſepultus dicitur. Menſe inde *decembri* eiusdem anni, *Egilbertus* epiſcopus e uita diceſſit, pontificatus ſui anno ſexto, et in baſilica cathedrali ante aram *S. Cunegundis* ſepulturae mandatus ſuit. Is tali plerumque in inſcriptionibus titulo uſus eſt: *Egilbertus, ſanctae Babebergenſis eccleſiae miniſter humillimus.*

a. 1146. Conradus imp. cum Ioanne imp. Conſtantinop. ſocietatis et affinitatis foedera pangit.

Embrico epiſc. Wirceburg.

et Egilbertus epiſc. Bamberg. decedunt.

EBERHARDVS,
DECIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

EBERHARDVS unanimi ſuffragio eligitur.

MLXIV. Ortuo *Egilberto*, clerus et populus Babebergenſis, in Baſilica cathedrali, frequentes conuenerunt et, concordibus animis, EBERHARDVM, *Bauariae ducem*, ut actate, ſic uirtute, ad famam hominum floreſcentem, epiſcopum delegerunt et ad aram maximam poſitum, publice eum proclamauerunt. Qua electione facta, *Eberhardus* confeſtim in Italiam perrexit, et *Viterbii* pridie *idus Ianuarias* anni inſequentis, ab EVGENIO, pontifice, non eccleſiae ſolum confirmationem, ſed etiam *pallii* et *crucis* authoritatem, obtinuit. Eo anno CONRADVS imperator ſolennem paſchatis diem *Babebergae* celebrauit et duos maximos exercitus, aduerſus Saracenos, Chriſti hoſtes, deſtinauit; inde cum *Friderico*, Sueuiae duce, fratris filio et nonnullis aliis

Viterbii eonſecratur.

a. 1147.

Conradus imperator, expeditionem ſacram Babebergae decretam

An. Ch. 1147. *susceperit.* iis principibus, *Ratisbonam* profectus, nauem ibi conscendit et *Danubio* deuectus, equitatu terra subsequente, pentecostem in Germaniae finibus peregit, atque deinde per Hungariam *Constantinopolim* accessit. Ibi recreato opportune, *Manuelis* affinis liberalitate, exercitu, mare traiecit et *Iconium* in Lycaonia, quod a *Saracenis* tenebatur, obsedit. Verum obsidionem soluere et, re infecta, cum maximo suorum dispendio, discedere coactus est, fraude et perfidia *Asiaticorum*, qui panem *gypso* labefactatum, per summum scelus, ipsis uendiderant. Per eosdem dies *ossa S. Henrici*, imperatoris solenni cerimonia translata sunt. Ea uero res facta est in hunc modum. *Eberhardus*, episcopus, aduocato Eberhardo, archiepiscopo *Salisburgensi*, et Hermanno episcopo *Brixiensi* atque una cum *abbatibus*, religiosis et ipsis proceribus ciuitatis, accessit ad locum, ubi conditum corpus fuerat, atque egesta terra sacra ossa inde leuauit, et in *tumbam marmoream* transtulit, eamque clauis obsirmauit.

Iconium frustra oppugnat.

S. Henrici ossa solenniter transferuntur.

Cameracum uitibus a. 1148. consitum

LXV. *Conradus* ecclesiae S. Gangolphi praepositus, *Cameratum*, hodie *uinetum*, extra muros montis monachorum, apricis meridiani solis radiis expositum, tunc temporis locum asperis sentibus obsitum, ac sibi ad dies vitae locatum, propriis impensis perpurgauit, et uitibus excultum ecclesiae libere dimisit. Eam donationem *Eberhardus*, episcopus, confirmauit et coenobium ab omni exactione et inuidiae impetitione exemit et insigni libertatis et immunitatis priuilegio, quali etiam canonici maioris basilicae gaudent, illud et famulos eius honestauit. Eo anno hyems fuit saeuissima et mustata, qua fata passim frigore perierunt. Proximo ineunte anno monachi *Fuldenses*, cum post resignationem *Henrici*, abbatis, neminem ex collegio approbarent, extrinsecus ascitum *Marquardum*, montis archangeli Michaelis monachum, sublegerunt. Qui primo statim praesulatus sui anno *Fuldam*, quae tum uicus erat, ad *Fuldam* amnem exiguus, moenibus, quibus adhuc caruerat, cinxit atque eam in formam castelli redegit, quae post ad insignis urbis magnitudinem atque amplitudinem aucta, reuerendissimorum abbatum Fuldensium ordinis *S. Benedicti*, per Germaniam primatum et S. R. imperii augustae *archicancellariorum*, in hunc vsque diem sedes est constituta. Idem *Haselstenum* moenibus sepsit et Biberstenum; primarium hodie ditionis Fuldensis castrum, à fundamentis extruxit. Tandem curis et lassitudine corporis confectus, Babebergam in coenobium se recepit, anno reguminis sui decimo quarto et gloriae praesulatus uitam priuatam praetulit.

Cameracum uitibus a. 1148. consitum

ecclesiae Babebergensi donatur.

Marquardus monachus postulatus a Fuldensibus.

Fuldam moenibus cingit.

ut et Hasilstenum.

Biberstenum extruit,

ad monachatum redit.

An. Ch. 1147.

LXVI. Postero anno GERTRVDIS, *Conradi*, marchionis Misnensis, filia, *Hermanni*, comitis palatini ad Rhenum, coniux, coenobium uirginum *Michelfeld*, à colle *S. Nicolai* Babebergam ad. *S. Theodorum* transtulit, atq; in eo loco, ubi adhuc hodie uisitur, et *Eberhardus*, primus ecclesiae Babebergensis episcopus, hospitale construxerat, aedificare instituit et luculentissimis possessionibus auctum, defuncto marito multarum uirginum abbatissa, per plures annos administrauit. Sequenti anno *Poppo*, comes Henebergius, urbis Wirceburgensis praefectus, cum uxore *Irmigarde* et fratre *Bertholdo*, *Nordeccum* et *Stenacum*, castrum et oppidum, cum allodio et caeteris possessionibus, *Eberhardo* episcopo, per manus *Rapathonis*, comitis Abenbergici, ecclesiae Babebergensis aduocati, perpetuo possidenda tradidit. Eam donationem *Poppo*, comes, eo ipso anno, *Wirceburgi*, coram imperatore, confirmauit, praesentibus et consentientibus reliquis suis fratribus, *Gebhardo* et *Guntbero*, altero Wirceburgensi, altero Spirensi, episcopis, ut constat ex donationis instrumento, quod *VIII. Idus Iulias Indict. XIV. anno regni Conradi iisdem XIV. Thariſſe* datum.

1149.

Monasterii S. Nicolai ad S. Theodorum translatio.

1150.

Nordeccum et Stenacum ecclesiae Babebergensi cedunt.

LXVII. His temporibus terra dehiscens, in agro *Lindouiensi*, non procul à *Danbachio*, coenobii Lanckheimensis praepositura, *fontem salis* aperuit. Eum EBERHARDVS, episcopus, Adamo *Eberocensi* et Adamo *Lanckheimensi* abbatibus indulsit, ea lege, ut communem & usibus suis profuturum haberent, nec alter alterum in eiusdem possessione impediret. Qua uero ratione, aut quo tempore fons iste aquas suas continuerit, compertum non habeo. Eodem anno singulari rerum ad uictum necessariarum inopia et foeda ex ea suborta et passim dispersa pestilentia laboratum. Ex qua cum *Sigefridus*, episcopus Wirceburgensis, esset sublatus, in eius locum *Gebhardum*, comitem Henneberg ium, qui cum Rugero Vahingensi prius decertarat, subrogatum, *Frisaeus* author est. Quem tamen iam ante in episcopatu constitutum fuisse, ex diplomate comminci potest: nisi quis forte eum tunc demum ab omnibus totius ecclesiae proceribus approbatum existimare uelit.

Salinae Lindouienses

in fundum comparatae.

Fames et pestilis.

Gebhardus, episcopus Wirceburgensis.

LXVIII. Proximo anno *Conradus*, imperator, *coronae* accipiendae et *Lombardiae* componendae studio accensus, conuentum *Babebergam* indixit. Ibi cum esset atque ea, quae ad iter necessaria erant, compararet, repentino morbo correptus *XVI. Calendas Martias*, non sine ueneni

1151.

Conradus imperator defunctus.

An. Ch. 1151. ueneni ſuſpicione, è uita diſceſſit, cum prius inſignia regalia *Friderico*, Sueuiae duci, fratris filio, tradidiſſet, ei denique FRIDERICVM, filium ſuum paruulum, commendaſſet. Corpus eius *Babebergae* ſepulturae mandatum, teſtantur uerba diplomatis Friderici imperatoris, quibus de donatione Monaſterii Altacenſis ita ſcribit: *Tradidimus*, inquit, *Altaha, coenobium, ſanctae Babebergenſi eccleſiae, ob noſtram et domini et patroni et praedeceſſoris noſtri Conradi regis, in praedicta eccleſia corporaliter quieſcentis, iugem et perpetuam recordationem.* Idem in alio diplomate obtentum ait Eberhardi epiſcopi. *Tradidimus illud eccleſiae Babebergenſi, ob memoriam domini patrui et praedeceſſoris noſtri, Conradi, regis, qui in illa eccleſia ſepultus eſt.* Diplomata uero ut habentur in actis Babebergenſibus, data ſunt, illud *Aquis IV. Idus Martias, anno 1152.* indictione XVII. hoc *Babebergae, III. Non. Febr. anno 1154. indict. II.* Idem *Friſaeus* in *Annalibus Franciae* memoriae commendauit, niſi quod inteſtina Conradi *Eberacum*, in monaſterium, ab illo cumulatiſſime auctum, translata ſcribit. Contrarium ab hac ſententia tenet *Io. Cuſpinianus*, et *inteſtina* quidem Babebergae iuxta S. Henricum imperatorem recondita, *corpus* autem *Eberaci*, in coenobio, ſepultum aſſerit. Quorum tamen, ut et *Aventini*, *Naucleri* et aliorum, Conradum *Laureaci*, in ducatu Wirtemburgenſi, ſepultum ſcribentium, opinione, potior apud nos erit horum priuilegiorum authoritas, quae forſan illis incognita fuerunt.

Babebergae ſepelitur.

LXIX. Quinta, poſt *Conradi* imperatoris obitum, die, *Eberhardus* epiſcopus, *Fridericus*, Sueuiae dux et *Gebhardus*, Wirceburgenſis epiſcopus, ad *Moenum* conuenerunt et, de eligendo in imperio ſucceſſore, colloquium inſtituerunt. Qua de re, cum conuentus ad III. Non. Martias *Francofordiam* eſſet indictus, FRIDERICVS, Sueuiae dux, ab imperii proceribus electus et *Aquis*, per *Arnoldum*, archiepiſcopum Colonienſem, conſecratus eſt. Quibus rebus rite peractis, FAIDERICVS Helinum *Treuirenſem* et Eberhardum *Babebergenſem*, epiſcopos, legatos Romam ad EVGENIVM pontificem, de ſua dignitate miſit et, paſchate Coloniae celebrato, in Saxoniam transgreſſus, *Merſeburgi* habuit conuentum, in quo *Sueonem* et *Canutum*, Daniae reges; de corona contendentes, reconciliauit. In feſto inde apoſtolorum, altero *Ratisbonae* conuentu acto, Helinum et Eberhardum legatos Roma redeuntes et ab Eugenio pontifice laeta omnia referentes, audiuit. Pertinebat ſub id tempus *Altachium* inferius coenobium in dioeceſi Patauienſi ampliſſimum, ad imperium, cui etiam canonem annuum, *regale ſeruitium* nominant, ſoluere tenebatur. Cum autem rei domeſticae ſtatus in eo ualde debilitatus et ordo monachorum ad paucos redactus eſſet, FRIDERICVS, ſtudio religionis incenſus, EBERHARDO epiſcopo illud, cum aduocatia et caeteris poſſeſſionibus, indulſit et diplomate ſanxit, ut abbati et monachis ſtipendia ſua intacta manerent, ipſe uero Eberhardus cenſum imperialem et ius conſtituendorum abbatum et aduocatorum, et remouendi eosdem poteſtatem haberet atque abbatem ſub homagio de regalibus inueſtiret. Diploma hac de re, ut diximus, ſcriptum *Aquis IV. idus Martias indict. XV.* hoc anno datum fuit.

Fridericus imper. electionem ſuam pontifici nunciat.

reges Daniae conciliat.

An. Ch. 1152. Altach coenobium Eberhardo epiſc. adſignatur.

LXX. Poſtero anno FRIDERICVS paſcha *Babebergae*, pentecoſtes uero feſtum *Wormatiae* celebrauit et, per *Bernardum* et *Gregorium*, cardinales legatos, quos ab EVGENIO pontifice, ad abdicandos quosdam ſolutioris diſciplinae epiſcopos, ſecum habuit, *Henricum*, archiepiſcopum Moguntinum, exauthorauit et *Arnoldum* e nobili *Eclenhoforum*, in Ringauia, familia natum, cancellarium ſuum, ſubſtituit. Eo anno EBERHARDVS, epiſcopus, certos quosdam reditus monaſterio *S. Theodori* tradidit, et pro ſuſtentatione uirginum, in uitae communionem aggregatarum, ſumptus conſtituit annuos. Ei donationi Gregorianum collegium conſenſit. Inſequenti anno FRIDERICVS diem, diuae Dei genitricis purificationi ſacratum, *Babebergae* celebrauit et controuerſiam, factione quorundam, ſuper donatione monaſterii *Altachenſis* expoſtulantium, motam aliqua ratione finire aggreſſus. *Henrico*, epiſcopo Ratisbonenſi, ſummum ea de re ſtatuendi et litem terminandi arbitrium, dedit. Cum autem nemo ex contradictionibus, per legitimas inducias citatus, compareret, *Henricus* epiſcopus ſententiam rogatus, communi principum conſenſione prædictum monaſterium, iure a *Friderico* tradito, eccleſiae Babebergenſi adiudicauit. Quo facto Fridericus *Eberhardum* epiſcopum, de iisdem denuo inueſtiuit et, per *Bertholdum* Boiiorum comitem, coenobii aduocatum, in realem eius poſſeſſionem introduxit. Per menſem inde Iunium, *Eberhardus* epiſcopus ſacellum, a *Conrado*, camerario, uiro pietatis magnitudine inclito, ſuper occidentalem urbis portam extructum, conſecrauit et conſecratum, cum curia eidem proxima, laeuam ingredientibus ciuitatem poſita et, ab eodem camerario, pro-

a. 1153.

Henrico exauctorato ſurrogatur Arnoldus archiep. Mogunt.

Suſtentatio monialium S. Theodori. 1154.

Monaſterium Altach eccleſiae Bamberg. adiudicatum.

Sacellum Conradi

An. Ch. 1154 proprietatis iure donata, trium mona-
monachorum fis diuerſorium. ſteriorum, *Lanckheimenſis*, *Halsbrunnenſis* et *Eberacenſis*, monachis indulſit, ea conditione, ut omnes eorundem monachi et religioſi, Babebergam adeuntes, ibi diuerterent et communi in eo hoſpitio uterentur.

Fridericus I. imp. in Italiam mouet, LXXI. Interim FRIDERICVS, rebus in Germaniae conſtitutis, et conuocato, ſub principum octobris, in fines Bauariae, ad *Lycum* amnem, exercitu, cum eo, per uallem Tridentinam, in Italiam deſcendit et, rebellione Mediolanenſium coercita, reliquas Lombardiae partes luſtrare perrexit. In eo itinere
comite Eberhardo epiſc. EBERHARDVS, epiſcopus, eum praecipue eſt ſecutus et fidum in omnibus ei ſe comitem exhibuit.

1155. *officioſitatem ſuam, pontifici exhibitam* LXXII. Sequenti anno FRIDERICVS, feſto pentecoſtes in agro Bononienſium acto, *Viterbium* acceſſit, et pontifici, ADRIANO, eodem aduenienti, obuiam progreſſus, *ſtrepam* de equo deſcendentis ſuſtinuit et manu eum in tentorium introduxit. Data inde dicendi poteſtate,
et ab Eberhardo epiſc. de praedicatam, *Eberhardus* epiſcopus ſic orſus eſt loqui: *Gratias Deo ſummas agimus, beatiſſime pater, qui noſtri nos compotes uoti fecit, in eum locum adducens, in quo ſanctiſſimo tuo conſpectu perfrueremur, cuius ſumma iam pridem cupiditate flagramus. Notum ergo tibi ſit, quemadmodum haec, ex finibus terrarum, pro regni honore, collecta eccleſia, principem hunc ſuum, ad tuam beatitudinem prouehendum, ad culmen imperialis honoris adduxit, uirum nobilitate, prudentia, fortitudine et uictoria praeſtantem, rectae fidei obſeruatorem, pacis cultorem, atque imprimis S. Romanae eccleſiae ſtudioſum, quam ipſe complexatur, ut matrem, cuius rei argumento eſſe poteſt humanitas modo erga te exhibita, cum te uenientem laetus ſuſceperit, et ſolenne officium, ad pedem inclinatus, praeſtiterit. Quare petimus, ut et tu, quae tua ſunt, peragas, id eſt, ipſum imperiali, quae deſideratur, corona exornes.* Quae cum dixiſſet *Eberhardus*, in hunc modum
ab Adriano uerotaxatam, reſpondit pontifex: *Audiuimus*, inquit, *frater epiſcope, quae locutus es, ſpecioſa quidem uerba, ſed opere non exhibita, ſiquidem princeps tuus ſiniſtrau deſcendenti ſtrepam tenuit, cum dextra fuiſſet contrectanda.* Cui
argute admodum purgat. FRIDERICVS, commotus non nihil ac paulum ſubridens, reſpondit, *minime ſe ſtuduiſſe apprehendendis ſtrepis, tu primus es pater*, inquit, *cui tali officio deſeruimus. Sed ſcire uelim abs te, officii hoc genus ex debito an ſit, an ex beneuolentia? Quodſi ex beneuolentia deſcendit, quis cauſabitur negligentiam in ſponteneo: ſin ex debito, parum intereſſe*

putamus quo latere acceſſerit, qui uenerabundus accedit. Hac uerborum concertatione, cum, ut *Cranzius* ſcribit, bona diei pars abſumpta et conuentus utrinque dilapſus eſſet, poſtera die in caſtra reuocatus et de conſecratione denuo per principes rogatus pontifex, ſe quod peterent benigne conceſſurum, reſpondit, ſi FRIDERICVS opem ſibi, ad retinendam dignitatem ſuam, aduerſus inſolentem Romanorum nequitiam, adferret. Quod cum FRIDERICVS ſe facturum promiſiſſet et coronam imperialem manu pontificis accepiſſet, inde per Veronenſium agrum in Germaniam reuerſus eſt.

a pontifice, opem ſuam ſtipulante, *coronam adimitur*

LXXIII. Proximo anno, nuptias cum BEATRICE, *Reginaldi, Burgundiae comitis* filia, Wirceburgi, in maxima principum frequentia celebrauit. Ibi cum eſſet, ingens ciuium et mercatorum Babebergenſium multitudo acceſſit et, more ſupplicantium, tribunal eius adiuit. Quaerenti, *quinam eſſent, quidue peterent? ſe Babebergenſes eſſe*, dixerunt, *ob id ad eum profectos, ut exactiones grauiſſimas, quibus in Moeni flumine, ab exactoribus afficerentur, exponerent, non diffidere, ubi ille cognouerit, quin, pro ſua in omnes aequitate et iuſtitia, ſibi et ad inopiam uergenti amicae urbi, auxilium adferret.* Quibus acceptis FRIDERICVS, haud mediocriter pro re commotus, *bonum eos animum habere iuſſit, nam ſe propediem auxilium allaturum* ac continuo ad VIII. *idus Aprilis*, anni inſequentis, ea de re conuentum *Wormaciam* indixit et, ut omnes, qui telonia in Moeni flumine haberent, tempore praefiituto adeſſent et ius ſuum, uel regum, uel imperatorum donationibus ac priuilegiis, docerent, ſerio edixit. Cum uero plerique omnes regia iuſſa deſpicerent, nec ut iuſſi erant, ius ſuum docerent, FRIDERICVS, ex ſententia principum, omnia et ſingula telonia, à Babeberga usque Moguntiam, tribus ſaltem, *Neoſtadienſi* ad Moenum, *Aſchaffenburgenſi* et *Francofordenſi*, exceptis, abrogauit et diplomate ſanxit, ut menſe Auguſto, per ſeptem dies, ante et poſt aſſumptionis feſtum, *Neoſtadii* et *Aſchaffenburgii*, de ſingulis nouis nauibus a ſingulis 42. *narii* ſoluerentur. Francofordienſe uero imperio cederet et mercatores, uel per Moenum aſcendentes, uel in eius ripa, quae uia eſt regia, funes trahentes, ab omni quauis alia exactione liberi deinceps et immunes eſſent. Extant adhuc illae tabulae quibus FRIDERICVS, ſub centum librarum auri optimi multa, poſteritati cauit. At profecto, ſi unquam in coercendis et comprimendis tot nouis et acerbis exactionum generibus,

1156. *Beatricem ducit.*

Bambergenſibus de teloniorum remiſſione quaricantibus,

comitia Wormatiae indicit:

ac reis emanentibus,

telonia ad ſeptimum numerum reducit,

quae ad viginti tria denuo multiplicata.

An.Ch.1157. bus, *Friderico* opus fuit, hoc certe tempore ut cum maxime opus esset, ubi insatiabile ibi illud exigendi cacoethes ita inualuit, ut in praesentem diem tres et uiginti teloniorum stationes, huic imperatoria Friderici sanctione contrariae et de nouo excogitatae, in Moeni flumine, a Babeberga usque Moguntiam numerentur et inueniendis imponendisque nouis quilibet sit ingeniosissimus et promptissimus.

1158. *In comitiis Bambergensibus*

LXXIV. Proximo inde anno, post confectum bellum Polonicum et celebratum Magdeburgi conuentum, alterum FRIDERICVS *Babebergae* habuit. Eo ius ibi dicente, *Rapotho*, comes Abenbergius, Burgi et ecclesiae Babebergensis aduocatus ac, eiusdem beneficio, comes Ratzingauiensis, ad tribunal eius accessit et singula, quibus a *Gebhardo*, episcopo Wircebergensi, in comitatus sui territorio et iurisdictione, ob allodiorum placita, centurionum ordinationes, fractae pacis quaestiones et alia, hactenus affectus esset et nunc ut cum maxime afficeretur, detrimenta exposuit et, ut his salutare adhiberet remedium, suppliciter orauit. Qua de re, cum noua illico inter *Eberhardum* Babebergensem et *Gebhardum* Wirceburgensem episcopos, nata esse controuersia, FRIDERICVS eam, ne in bellum exiret, ex sacri palatii procerum, qui aderant, sententia, summa prudentia diremit, *Eberhardo* episcopo comitatum *Ratzingauiensem* et caetera, quae in quaestionem deducta fuerant, adiudicando et similem de aliis comitatibus, beneficio imperiali ad ecclesiam Babebergensem pertinentibus, sententiam pronunciando. Caeterum comitatus Ratzingauiensis complexus est *Auracum ducis*, *Cennam*, *Höchstadium* oppidum, *Höchstadium superius*, *ecclesiae praefecturam*, *Dachsbachium*, *Vlfeldum*, *Mülhusium*, *Wacherodum*, cum castris et finibus; ad haec oppida et praedia pertinentibus, ut ex priuilegiis apparet, quibus horum donationes confirmantur.

fiunt inter comitem Ratzingauiensem et episcopum Wirceburgensem

dirimuntur.

Ratzingauiensis comitatus pomoeria.

LXXV. Per eosdem dies Fridericus conuentum apud *Wirceburgum* habuit et legatos HADRIANI pontificis audiuit, qui cum sermone suo offenderent, *imperatorem beneficii loco accepisse a pontifice insigne regium*, FRIDERICVS acriter restitit et, deliberatione ea de re cum principibus habita, legatos recto itinere, nulla tracta mora, Germania excedere iussit, quod *se soli Deo et principibus imperium acceptum referre* diceret, ut late de his rebus *Radeuicus*, in *Othonis episcopi Frisingensis appendice*. Dimisso inde conuentu, *Ratisbonam* progressus, in praesentia *Moguntini*, *Colonien-*

Nuncii apostolici, *imperatorem pontificis beneficiarium nuncupantes*,

Germania excedere iubentur.

Otho Frisingensis *veligalia accipit.*

sis, *Babebergensis*, *Wirceburgensis*, episcoporum, Friderici *Sueuiae ducis* et caeterorum imperii procerum, quosdam principes, propinquos suos, inter se conciliare studuit et *Othoni* Frisingensi, patruo suo, certa quaedam uectigalia indulsit. Ibi VLADISLAVS, Bohemiae dux, ob egregium, in bello Polonico, nauatam operam, ad regium fastigium euectus, diademate solenni ceremonia a *Friderico* redimitus fuit et, pro *aquila nigra*, *Leonem candidum bifurcatae caudae*, *in campo rubro*, insigne regium accepit.

LXXVI. Sub id tempus FRIDERICVS, Italico bello decreto, alteram in *Insubriam*, aduersus *Mediolanenses*, expeditionem fecit atque eos, ad se adeuntes et culpam deprecantes, mediantibus Friderico, archiepiscopo *Colonien-*si, Eberhardo episcopo *Babebergensi*, *Bohemiae* rege et Leopoldo *Austriae* duce, pacificatoribus, iuratis prius conditionibus, in gratiam recepit et, relicto inde apud exercitum *Eberhardo* episcopo, qui uententes et negotia habentes audiret et causas eorum ac lites terminaret, ipse Vesuntionem Burgundiae urbem acceſſit et relictam a socero ditionem iurciurandi sacramento sibi obstrinxit. Hac ratione *Burgundia*, ut *Vignierius* author est, sub imperio germanico rursus coiuit.

Mediolanenses *culpam deprecantes.*

in gratiam recipiuntur.

Burgundia *imperio denuo iungitur.*

LXXVII. Postero anno, FRIDERICVS, acto apud *Mutinam* resurrectionis die, *Eberhardum* episcopum, cum exercitu in Bononiensium agro morantem, uisitauit et legatos inde ad fredum in terris ecclesiae subiectis exigendum, misit. Vnde nouum inter imperatorem et pontificem excitatum est incendium: de quo *Eberhardus* episcopus litteras ad *Eberhardum*, archiepiscopum Salisburgensem, dedit, quarum partem aliquam illustrandae gratia adiicere placuit: *super haec*, inquit, *ad lat. Septembr. Hadriano pontifice Anagniae mortuo, Cardinales duos, Rolandum Senensem et Octauianum Romanum, sublegerunt, quorum hic Victoris IV. ille vero Alexandri III. nomen accepit.* De qua re idem *Eberhardus* episcopus ad Eberhardum Salisburgensem ita scripsit: *conuenientibus* &c.

Propter fredi exactionem lites ortae inter imper. et pontificem.

LXXIIX. Sequenti anno FRIDERICVS, post obtentam a *Cremonensibus* uictoriam, se *Papiam* recepit et, precibus Eberhardi episcopi adductus, ecclesiae *Babebergensi* tria priuilegia amplissima concessit et aureo sigillo firmauit. *Vnum*, in quo donationem monasterii *Altacensis* denuo confirmauit. In *altero* secundum, authoritate sua rata ea omnia esse iussit, quae biennio ante Babebergae, in celebri principum conuentu, inter Eberhardum et Gebhardum episcopos, per

1160. Eberhardus *priuilegia amplissima impetrat.*

primum,

secundum,

An. Ch. 1060. pragmaticam ſanctionem, decreta fuerant. *Tertio* vero *Bothenſtenum*, *Gosweinſtenum*, *Winceram*, *Gicheburgum*, *Lichtenfelſum*, *Waſſerburgum*, *Nordeccum*, *Kunſtadium*, *Nordhaldum*, *Francobergam*, *Hochſtetum*, *Veteronam*, oppida et caſtra tam Eberhardi, quam anteceſſorum induſtria, eccleſiae Babebergenſi acquiſita, ab omni iure ſcudali exemit. Tum vero imprimis ea quae paulo ante, ut in *Egilberto* epiſcopo commemorauimus, inter ipſum et *Poponem*, comitem de *Gicheburg* et *Lichtefels*, legitima conuentione tranſacta fuerant, confirmauit et rata eſſe decreuit, quamdiu Berthioldus comes et unus ex eius filiis ſuperſtes exiſteret. Ipſis uero uita functis, in amborum perſonis conditio, abſque ulla alia ulteriore ſucceſſione, finem, haberet. Ea priuilegia leguntur data *Papiae XVI. Calend. Septembr. anno regni* Friderici *VIII. imperii V. Indict. VIII.* His rebus ita perfectis, FRIDERICVS *Eberhardum* epiſcopum, militaribus incommodis allcuatum et muncribus ornatum, cum ſuis domum dimiſit.

Eberhardus annuribus ornatus domum dimittitur.

Contra Mediolanenſes expeditio decernitur.

LXXIX. Ad huius anni exitum, conuentus prineipum *Erfordiae* eſt celebratus, quo noua in Inſubriam FRIDERICO auxilia aduerſus *Mediolanenſes* decreta ſuerunt. Ei conuentui interfuerunt *Colonienſis*, *Treuirenſis*, *Babebergenſis*, *Merſeburgenſis*, *Cicenſis*, *Miſnenſis*, epiſcopi, Henricus *Saxoniae*, Fridericus *Sueuiae* duces, Ludouicus *Thuringiae Landgrafius*, Conradus, *Saxoniae palatinus*, Albertus et Otho *Miſniae* marchiones. Et anno proximo fere omnes, ſiue a *Friderico* acciti, ſiue uicem eius ſoliciti, cum maximis copiis in Italiam redierunt. Quorum auxilio FRIDERICVS erectus, *Mediolanum* arcta obſidione cinxit. Poſtero anno expugnatam cepit, ciues expulit, muros deiecit et, domibus paucis ſeruatis, templis euerſis, aratrum per medium urbis traxit, atque ſalem aſperſit. Eodem anno *Henricus*, comes Hennebergius, permutauit *Heydam* et *Hirtendorfium* et ab *Eberhardo* epiſcopo accepit pro eis *Huſarum* praedium et *Kiſeecium* caſtrum, ad Salam amnem poſitum, ex quo coenobium ordinis praemonſtratenſium aedificauit.

1162.

Mediolanum ſolo aequatur. 1162.

Coenobium ordinis praemonſtratenſium.

LXXX. *Sexto* inde *idus Martias* anni inſequentis FRIDERICVS, ex Italia in Germaniam rcuerſus, *Norimbergam* proceſſit et mercatoribus *Babebergenſibus* et *Ambergenſibus* ampliſſimum negotiandi priuilegium dedit in haec uerba: *Fridericus Romanorum* &c. Erat ſub id tempus in his regionibus quoddam hominum genus, quod, ad eccleſiae arbitrium, cogebatur quoduis praeſtare obſequium, ſiue recuſatione, poterant tamen uel libertate donari, uel aliis in ſeruitutem concedi. Tales quinque proprietatis ſuae foeminas, *Dietmutam*, *Mathildin*, *Gertrudem*, *Pertradam* et *Otiliam*, patre *Eberhardo* Nigro, ciue Norinbergenſi, natas, cum unius earum *Dietmutae* nimirum filiis, Rudegero, Conrado, Burcardo, *Fridericus* Sueuiae dux, Conradi regis filius, authoritate et conſenſu FRIDERICI imperatoris, patrui ſui, *Eberhardo* epiſcopo ita tradidit, ut quacunque conditione eas habere uellet, in ea permanerent. Quas *Eberhardus* ab omni iure cenſuali et beneficiario exemit, et honeſtioris familiae ſuae ius eis indulſit.

An. Ch. 1163. *Homines proprii* *eccleſiae donati.* *emancipantur.*

1164. *Waldmanshoff imperatori venditum.*

LXXXI. Sequenti anno FRIDERICVS certis conditionibus emit a Georgiano collegio uicum *Waldmanshofium* pro 70. argenti mareis. Proximo uero anno cum in feſto pentecoſtes frequentem epiſcoporum, abbatum et principum conuentum *Wirceburgum* aduocaſſet, controuerſiam inter canonicos Babebergenſes et Albertum, comitem *Truhendingium*, ob *Stafelſtenum*, motam, ratione aliqua finire aggreſſus eſt. Ea uero res hoc principium et exitum habuit. Conſtituerat ſuperioribus annis LOTHARIVS imperator ex uico *Staffelſteno* oppidum, iure exigendi furcam et conſtituendi mercatum cum tributo, quae res diſcordiam inter partes adhuc aluerat, comite bona ſua et praedia, quae in eo ab Alberto, duce Rotenburgio, in feudum habebat, et ipſe dux de eisdem ab eccleſia Wirceburgenſi inueſtiebatur, imminui, quaerente, canonicis uero donationem imperialem et priuilegia ſibi indulta allegantibus. Hanc, inquam, controuerſiam FRIDERICVS authoritate ſua ita ſuſtulit, ut canonicis Babebergenſibus mercatum et caetera, quae imperiali largitione ſe conſecutos eſſe comprobauerant, inuiolata deinceps manerent, bonorum uero *S. Kiliani* poſſeſſiones, ſaltem inter aedium ſuarum limina uendendi et emendi licentiam haberet, ſine tributi alicuius praeſtatione. Sin autem more inſtitorum tabularii in publico ponere, merces ſuas extrudere, uel res alias quae uenire ſolent, in domos ſuas extrinſecus de foro introducere uellent, debitum inde aſſem perſoluerent. Ibi quoque totius imperii procerum ſententia decretum, ut PASCHALIS, qui in VICTORIS demortui locum ſubrogatus erat, pro iuſto pontifice in perpetuum haberetur, nec ullus deinceps pontifex reciperetur, niſi qui ſciente et conſentiente Romano rege electus eſſet.

1165. *Canonicorum Babebergenſium et comitis Trubendingii lites,* *de mercatu Staffelſteinenſi,* *dirimuntur.*

1613. *Facultas negotiandi datur Bambergenſibus et Ambergenſibus.*

XC. Poſtero anno FRIDERICVS nouam in Italiam expeditionem decreuit et, praemiſſis Chriſtiano, *Moguntino*, et Rinal-

1166. *Fridericus denuo in Italiam mouet.*

An. Ch. 1167. Rinaldo, *Colonienſis*, archiepiſcopis, ipſe A habuit. Ibi abbates, *Clarauallenſis* et *Ciſtercienſis*, profeſſi ſunt, ſe ad ALEXANDRVM pontificem in Italiam profecturos et res inter ipſum pontificem et imperatorem compoſituros, ſi FRIDERICVS *Eberhardum*, epiſcopum Babebergenſem, qui unus tum ex Germanis epiſcopis cum *Alexandra* ſentiebat, ſibi adiungeret ſocium. Non reſpuit FRIDERICVS conditionem, ut qui *Lambardos*, ab Alexandro deſertos, ſe facile credebat ſubacturum, atque ita omnes ire, cum liberis de pace mandatis, praecepit. ALEXANDER, ubi legatos ad ſe, de pace a *Friderico* mitti cognouit, obuiam Beneuento *Verulas* proceſſit atque ibi ſenatu dato, *Babebergenſem*, publice de pacis compoſitione diſſerentem, benigne audiuit. Verum cum pactionem haud quaquam e re foederatorum expedientem uideret, legatos re infecta dimiſit. Proximo anno foeda peſtilentiae lues totam fere Germaniam attriuit cum paſſim omnia hominum pecudumque cadaueribus complerentur. Ex continuis pluuiis non modica etiam inundatio perdidit fruges, agros et uillas.

An. Ch. 1170.

Roma capta

pacem inter ipſum et pontif. conciliaturi,

iuro maieſtatis exercet.

1168 *Saxoniae ducet concilias,*

humaniter excipiuntur,

Molendinum, retro eccleſiam Halſtadenſem huic donatur.

ac re infecta dimittuntur.

Canonicorum priſca libertas.

1171. *Saeua peſtis.*

Inundationes.

Iudicium prouinciale Wirceburg. confirmatur.

1172. *Eberhardi obitus,*

elogia.

eius pomoeria.

1169 *Gregoriani collegii noſtigal in Staffelſtein confirmatur,*

Friderici imperatoris legati,

tumulat.

LXXXIII. Proximo anno, gliſcentibus inter Saxoniae duces et *Henricum Leonem* bellorum contentionibus, conuentum *Babebergam* indixit et pacem inter eos conciliauit. *Vdalricus Memelsdorfius*, Georgiani collegii canonicus et eccleſiae Halſtadienſis rector, *molendinum* retro eccleſiam, propriis impenſis extructum, eo iure, quo ille poſſederat, eidem habendum tradidit et ab EBERHARDO epiſcopo eius confirmationem impetrauit. Tunc temporis canonici nullis uice-rectoribus uſi ſunt, ſed eccleſias ipſi, in omnibus eccleſiaſticis muneribus, baptizando, concionando et ſacra adminiſtrando, rexerunt et populo, non tam uerbis, quam exemplis, praefuerunt.

LXXXIV. Egreſſus inde Babebergâ FRIDERICVS, *Wirceburgi* uetera, de more, priuilegia inſtauravit et, *Heroldo*, epiſcopo et caeteris eccleſiae proceribus perentibus, *prouinciale iudicium* confirmauit. In iſtis priuilegiis dictum prouinciale iudicium, non ducatus Franciae orientalis, ſed dioeceſis et urbis Wirceburgenſis iudicium appellatum, quod, ut *Friſaeus* ſcribit, eius iurisdictio non uniuerſam Franciam orientalem, ſed ſolam ciuitatem ducalem Wirceburgenſem et relictam ab Hetano ditionem, complecteretur et plures in Francia principes et comites eſſent, quorum quilibet in ſua prouincia certam et diſcriminatam ab hac iurisdictionem haberet, ut ſuperius ex dicto Friſaeo, *de Francorum ducibus*, retulimus.

LXXXV. Poſtero anno EBERHARDVS epiſcopus, de iuribus oppidi *Staffelſteni*, Georgiano collegio, per *Lotharium* imperatorem, conceſſis, a *Friderico* imperatore approbatis, cognitionem exercuit et *Giſelberto* praepoſito telonium in ea inſtauratum confirmauit. Extat diploma in ante diem quartum *Cal. Septembr.* datum. Sequenti anno qui fuit 1170. FRIDERICVS imperator, natalitiis domini in *Alſatia* celebratis, in purificatione conuentum *Norimbergae* cum ingenti omnium luctu, in *baſilicam* cathedralem delatum, ante aram *S. Gertrudis*, qua itur ad ambitum, ſepulturae mandatum fuit.

An. Ch. 1172. An. Ch. 1174.

HERMANNVS, VNDECIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

HERMANNI ortus.

LXXXVII. EOdem anno HERMANNVS, *Miſniae marchio*, ex communi ſacrorum procerum ſententia, in EBERHARDI demortui locum, epiſcopus eſt ſubrectus. Huius pater *Conradus*, ante conſecutos filii honores, arma equeſtria ultro exuit et in baſilica Miſnenſi ſuſpendit et, relicta humanarum rerum cura, monachum in *Lauterburgiano* monaſterio, non procul ab Hala Saxoniae, in monte ſito, induit atque ibi, paucos poſt menſes, extremum ſpiritum edidit, tredecim liberorum parens. Poſtero inde anno HERMANNVS *noualium decimas*, in agro *Turnauienſi* acquiſitas, eccleſiae confirmauit.

1173. Noualium decimae confirmatae,

LXXXVIII. Anno ſequenti *Friderico* et *Othoni*, Sueuiae ducibus, FRIDERICI imperatoris et BEATRICIS auguſtae filiis, ditionem *Longaienſem*, ad occidentem aquilonarem, in Bauaria, uerſus Bohemicam ſyluam, *Hildesbergam* item et *Nitbergam*, arces, praefecturae ſedem in *Wincra* et caetera bona, quae *Gebhardus*, comes *Sulzbacenſis*, ab eccleſia Babebergenſi in feudum habebat, ſe iure beneficiario conceſſurum ſpopondit. Ea autem res ita conuenit, ut Gebhardus comes ea bona dum uiueret, obineret: poſt eius uero ſine heredibus diſceſſum, integra eorum poſſeſſio in *Fridericum* et *Othonem*, duces, tranſiret eaque HERMANNVS epiſcopus, manu ſua dimiſſa, in poteſtate eorum eſſe arbitrioque iuberet: contra FRIDERICVS imperator, uel ſi quid ei humanitus accidiſſet, BEATRIX, auguſta, mille ducentas argenti marcas, cum libero quodam praedio, decem marcarum annui reditus, epiſcopo et Georgiano collegio traderet, atque eius rei gratia agrum *Nitgoienſem* et caetera bona, ad ulteriorem Regneſi amnis ripam poſita, pignoris loco obligaret. Extat diploma *Werdae* ad Danubium *III. Idus Iulias* eo ipſo anno datum.

Hermannus Friderici imp. filii reſpectiuam concedit in bonis comitis Sulzbacenſis pactis, pro dominio dicto remiſſo, quibusdam conditionibus.

LXXXIX. In hoc *Gebhardo* illuſtris comitum Sulzbacenſium ſtirps defecit, quorum inchoatus in *Erneſto*, Caſtellae et *Othone*, Ameranae uallis ducibus, et in *Gebhardis* et *Berengariis* diu fuerat continuatus in Norico principatu. Erneſti filius, GEBHARDVS, condidit egregium, ad Treini et Aliſi amnium confluentes, *Sulzbacenſium* oppidum, et nomen ei ab euentu impoſuit. Nepos autem BERENGARIVS, *Caſtellenſis* et *Bertholdgadenſis*, monaſteriorum conditor praedicatur. Hujus fuere filii *Fridericus* Caſtellenſis, *Otho* Habesbergenſis, *Beringarius*, Sulzbacenſis comites. Beringarius *Gebhardum* habuit filium, et 4. filias, e quibus *Gertrudem* et *Bertham*, potentiſſimis totius chriſtiani orbis monarchis, hanc MANVELI Conſtantinopolitano, illam CONRADO *III.* Romanorum imperatori, coniugio ſocietas in annalibus Caſtellenſibus eſt memoriae proditum. Horum parens, *Auentinum* et annales ſequimur, anno a nato Chriſto ex Maria uirgine ſupra milleſimum ſeptuageſimo ſeptimo, in quinta Italica Fridcrici imperatoris expeditione, cum *Friderico* Sueuiae duce duce, *Conradi* caeſaris filio et nonnullis aliis, inſigni morte ſublatus eſt et ſtirpem in Gebhardo filio, ſine heredibus mortuo finiuit.

Sulzbach oppidi et et Caſtellenſis et Berchtolgadenſis monaſteriorum conditores.

Gebhardus ultimus ſuae gentis ἀπαις moritur.

XC. Eodem anno HERMANNVS epiſcopus in *Cario*, ſuburbii Babebergenſis monte, poſitum, et ab EBERHARDO, primo eccleſiae epiſcopo, olim, ut paulo ante diximus, conſtitutum, monaſterio *S. Theodori* adiunxit et teſtamento cauit, ut poſt abbatiſſam uita functam recens electa antiſtita ſuae dignitatis *inueſtiturum* ab epiſcopo, ipſius uero hoſpitalis *curam* a Georgiani collegii canonicis, per manum decani acciperet et inſeparabili iure poſſideret.

Hoſpitale in Cario adiungitur monaſterio S. Theodori, ſub certo lege.

XCI. Poſtero anno FRIDERICVS imperator, ad uindicandum *Lombardorum* contumaciam, nouam denuo in Italiam profectionem ſuſcepit. In ea expeditione ab *Henrico Leone*, Saxoniae duce, turpiter defertus et prope modum ſupplex ingenti faſtu contemptus, in tantum uitae diſcrimen uenit, ut, equo ſubſeſſo deiectus, diu de ſide ratus fuerit. Hanc perfidiam, ut puniret, relictis in Italia, apud exercitum, *Othone Witelsbachio* et *Bernardo Anhaltino*, ducibus, ipſe clam in Germaniam ſe recepit, et *Babebergae*, in frequenti principum conuentu, *Henricum* de maieſtate reum poſtulatum, et lata ſententia damnatum, proſcripſit et mox inde in Italiam reuerſus eſt.

Fridericus I. imperator in bello Longobardico.

ab Henrico Leone deſertus,

huncque quam maieſtatis reum proſcribit.

XCII. Ineunte inde alterius anni uere, HERMANNVS, epiſcopus, iter in *Carinthiam* inſtituit atque ea bona, quae

Hermannus epiſc. a Carinthiis bonorum ſuorum recipit

An. Ch. 1176. quae circa oppidum *S. Viti*, beneficio *Engelhardi*, marchionis, eccleſiae remanſerant, in poteſtatem recepit et, poſt ſolenne a proceribus et populis exactum ſacramentum, *Veteronum* in caſtrum proceſſit. Ibi cum eſſet, ius praefecturae eorundem et caeterorum bonorum, quae prope *Dieterichſtenum* caſtrum erant, *Hermanno*, Carinthiae *duci*, hac adiecta conditione, commutauit, ut mercede conſtituta contentus, in audiendis afflictorum querelis et dirimendis ac tollendis controuerſiis, certis et ſtatutis diebus, ius omnibus ex aequo diceret, nec quicquam iuris in foro, niſi de ſanguinis effuſione, de pignoribus et furtis, haberet. Vicarium, ſi opus eſſet talem ſubſtitueret, qui iuuitias colligeret nec homines exactionum multitudine grauaret. Imprimis uero illud caueret, ne in miniſteriales et allodia iudicium ſibi ſumeret, ſed, in his et rebus aliis, ſuam potius ſententiam exſpectaret. *An. Ch. 1176.*

Hermanno duci iurisdictionis limites praeſcribit.

XCIII. Caeterum rc' compoſita, HERMANNVS, patriae reuiſendae ſtudio incenſus, maturato itinere, *Babergam* ſe retulit. Vbi proximo anno uitam amiſit et in coenobio ad *S. Theodorum* ſepulturam accepit. Dies eius *anniuerſarius* in feſto *S. Baſilidis*, in baſilica cathedrali peragi non ſolet. Et hoc a nonnullis fieri aeſtimatur ideo, quod potius alienas, quam propriam, prouehere & poſſeſſionibus inſtaurare, eccleſiam maluerit. Quocunque autem modo res ſe habeat, ego ob ſingularis pietatis ſtudium et caeteras uirtutes eius eximias, dignum eum cenſeo qui fidelibus eccleſiae pontificibus annumeretur. *uitam finit, 1177.*

Cur uius dies anniuerſarius non peragatur.

OTHO LARGVS,
DVODECIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

XCIV. QVarto *idus Iulias* HERMANNO epiſcopo e rebus humanis exempto, OTHO, *comes Andechſius*, cognomine LARGVS, e S. Othonis epiſcopi fratre *Bertholdo* nepos, totius cleri et optimatum ſuffragiis, in eius locum ſubrogatus eſt, quando cum munificentia uiri probitas et ſapientia eligendum hunc unum omnes hortabatur. Vnde cum inſequenti anno grauis inter Conradum, archiepiſcopum *Saliſburgenſem* et Hermannum, comitem *Ortenburgium*, a clero et populo Goricenſi electum epiſcopum, lis eſſet orta, his, noui parandi iuris cauſa, epiſcopi electionem ad ſe traducere uolentibus, archiepiſcopo uero, ius ad eos non pertinere, contendente, ex communi ſententia, res in OTHONIS epiſcopi arbitrium reiecta fuit. Qui, cauſa cum *Henrico*, epiſcopo Brixienſi, *Hermanno*, Carinthiae duce et nonnullis aliis principibus, agitata, omnem authoritate ſua controuerſiam ſuſtulit et pacem inter eos ſanciuit. Proximus annus hiemis et niuis aſperitate et multitudine fuit inſignis, quibus ſeſe exundantia flumina ſata prope omnia corruperunt.

Otho Andechſius genere,

1178. ab archiepiſc. Saliſburg. et comite Ortenburg

arbiter electus

pacem inter ipſos conciliat.

1179. Hiems rigida.

XCV. Poſtero anno FRIDERICVS imperator, acto apud *Wirceburgum* conuentu, *Henricum Leonem* omnibus ditionibus dudum exuit, et ducatum *Noricorum* OTHONI *Witelsbachio*, comitum palatinorum Rheni et Bauariae ducum familiae conditori, *Saxoniae* BERNARDO *Anhaltino* attribuit. Inde *Bertholdum*, comitem Andechſium, Othonis epiſcopi fratrem ab omni Bauariae ducum iuriſdictione exemit et *Meraniae* ducatus titulo inſigniuit. Fuit autem *Merania* prouinciae ad *Atheſin* caput, a quo ducatus ille, prima autem ab eiusdem nominis urbe Dalmatiae, *Mantinia*, ut *Auentinus* putat, denominationem accepit.

1180. Henrico Leo ditionibus dudum exuto Othoni Witelsbachio Bauariae et Bernhardus Anhaltinus Saxoniae ducatus inueſtiuntur.

Ducatus Meraniae origo.

XCVI. Quarto idus octobris anni inſequentis OTHO, epiſcopus, monaſterium *Diſſenſe*, ad Ambronis lacum, a maioribus, *Bertholdo I.* Andechſio et *Othone* Wolfratshuſio comitibus, conſtitutum, dedicauit, et ampliſſimis praediis honeſtauit. Proximo anno BOLESLAVS primus a FRIDERICO imperatore, *Lubecam*, co tempore Henrici Leonis urbem, obſidente, dux *Pomeraniae* creatus, pia gentis ſuae ad Chriſtum conuerſionis recordatione compulſus, ducatum ſuum monaſterio *archangeli Michaelis* et *S. Othonis* epiſcopo, Pomeranorum apoſtolo, in eo ſepulto, tributarium conſtituit, ſingulis tabernis in *cerae lapidem* (ponderis id genus eſt) uiginti ſex librarum, in ſingulos annos, obligatis. Tenebat ſub id tempus comitum *Chamaborum* familia, beneficio epiſcoporum Babcbergenſium, ius praefecturae monaſterii *Alterbacenſis*, idque faeuiore quam ante imperio gubernabat. Qua re cognita, OTHO epiſcopus, tantam tyrannidem et inſolentem *Adelranni* comitis dominatum haud quaquam ferendum ratus, conſilium remouendi coepit et, poſtero anno, accerſitum ad ſe et grauiter obiurga-

Dieſſenſe monaſterium dedicatur.

1182. Boleslaus primus dux Pomeraniae, ex gratitudine tributarium facit ducatum ſuum.

Adelrannus monaſterii Alterbacenſis aduocatus, ob nimiam auritiem ab officio remouetur.

An. Ch. 1182. gatum, exauthorauit et monachis, permissu ecclesiae *Babebergensis*, deligendi aduocati potestatem concessit. Ab his comitibus, ex marchionum *Voburgensium* familia oriundis, Landgrauii *Lauendelburgenses* descendunt.

Landgraniorum Lauendelburg. ortus.

Vldaricus Memelsdorfius anget dotaria ecclesiae Halstad.

XCVII. Proximo anno *Vldaricus Memelsdorfius*, canonicus et ecclesiae Halstadiensis rector, bona, prius ecclesiae per se concessa, cumulare de more aggressus, aliquot agrorum iugera, areas quasdam et prata, cum praefectura et caeteris iuribus basilicae cathedrali indulsit, et donationis tabulas, manu sua subscriptas, super altare *D. Georgii*, ut testata sacratis monumentis esset, deposuit ac solenni se in eam rem iureiurando deuinxit. Eam donationem, assensu suo approbatam, OTHO episcopus priuilegio confirmauit.

1184. Sulzbacensia feuda deuoluuntur ad Fridericii II. imper. filios.

XCIIX. Postero anno *Gebhardo* comite Sulzbacensi sine stirpe uirili absumpto, pacta, prius inter FRIDERICVM imperatorem et filios eius, *Fridericum* et *Othonem* duces, et HERMANNVM, episcopum Babebergensem, inita et certis solennitatibus confirmata, ad effectum perducta sunt. Ea autem qualia fuerint, paulo ante in HERMANNO episcopo retulimus. Ex quibus *Auentini* error perspicue conuincitur, qui, *bona Gebhardi* uult *derelicta et herede uacua ad fiscum Bauariae ducum redacta fuisse*, contendit. Erat aestas calidissima et tam insolita caloris uis, ut mense Decembri, Ianuario, Februario, uites et arbores florerent, mense Maio segetes maturae sectae secarentur et Calendis Augusti, ex uuis maturatis plurimum optimi uini exprimeretur. Quam sequenti anno hyems omnium atrocissima excepit, ut mense Maio et in ipso pentecostes festo, uites, segetes et arbores ui frigoris aruerint.

Auentini lapsus.

Aestas praematura caloris

1185. Hyems horrida,

1186. Prioratus S. Iacobi in Pomerania

XCIX. Proximo anno *Iacobus Beringerus*, ciuis Babebergensis, uoti damnatus, *prioratum S. Iacobi* Stetini in Pomerania, magnificis per se excitatum impensis, communi procerum et totius populi consensu, monasterio montis archangeli Michaelis obtinuit. Huius donationis testis fuit *Sigefridus* episcopus, Caminensis, qui eam authoritate sua confirmauit. Proximo anno OTHO episcopus *Hostadium*, mille passus super *Lichtenfelsum*, non procul a Moeno, hodie praedium, olim castrum munitissimum, ab asperis pignorum uinculis partim exemtum, partim ab Eberhardo comite Risebergio emtionis titulo comparatum et ad manus suas resignatum, *Langheimensi* monasterio firmauit, atque ita scribam in donationis tabulas referre iussit.

monasterio S. Michaelis donatur.

Hostadium 1188.

Langheimensi monasterio confirmatur.

C. Caeterum *Reisenbergiorum, Frensdorfiorum, Waschenfeldensium* comitum, eadem fuit cum *Schlüsselbergiorum* familia, nisi quod abiis locis, ubi regiam habuerunt, appellari maluerunt. Per id tempus, iniquus aeris alieni et in explebilis usurarum farrago, ecclesiam grauiter afflixit et maxima eo nomine ei incommoda intulit. Quia *Fridericus*, Frensdorfius comes, *Babebergam*, *Cronacum*, *Barthuen*, *Tharissam*, *Halstadium*, *Geisfeldum*, *Creycium*, *Rosamullam* et *Kotam* urbes, monasteria, oppida, praedia et uicos, ac caetera fere omnia bona, quae ad *mensam* episcopi pertinebant, cum praefecturis eorum et reditibus, arctis pignorum uinculis obstricta, tenebat. Id quanta cum totius dioecesis iactura fieret, cum clerus edoctus esset, omnibus precibus obtestari institit, ut oppignorata iura supplicanti ecclesiae redderet et acerbo eam seruitutis iugo eximeret. Quibus uerbis impulsus comes facile petitis annuit et, acceptis ab ecclesiae thesauris, per Rudolphum camerarium, quadraginta auri marcis, eadem sub hac conditione omnino dimisit, *ut ad proximas Cal. Maias, omne frumentum, uinum et caeteri reditus, inita prius ratione, per destinatos arbitros, computarentur et in pecuniam redigerentur, quae deinde ad restitutionem thesauri conuerterentur. Quod si incendio, rapina, furto uel alio aliquo casu perirent, uel, ex iniquo fruguin prouentu, integra eius restitutio fieri non posset, periculum comitis esset. Clerus de beneficio pro arbitratu suo disponerent, nec episcopus recuperatam urbis Babebergensis praefecturam amplius alienaret uel alicui in feudum concederet.*

Domenia epi. scopi Bamberg. oppignorata

redimuntur

alienationem episcopo posthac inter dicta.

CI. Iisdem temporibus S. OTHO episcopus, Pomeranorum apostolos, sanctitatem uitae, ingentibus post mortem editis miraculis, comprobauit et tantam OTHONI episcopo, nepoti suo, religionem incussit, ut nuncios Romam ad CLEMENTEM pontificem mitteret, et pro ordinandis legatis ad eam rem cognoscendam suppliciter oraret. Qua re percitus CLEMENS *Othonem* episcopum in sanctorum numerum collocauit, illius coli diem iussit, et literas hac de re, ad Merseburgensem et Eistetensem episcopos, S. Emerani apud Ratisbonam et Schwartzacensis coenobii, abbates, decanum et scholasticum Wirceburgenses, in hanc sententiam dedit. *Ad audientiam*, &c. Extant aliae etiam literae, ad Othonem episcopum, clerum et populum Babebergensem ac monasterium montis archangeli Michaelis super hac re datae, his verbis: *Cum sedi apostolicae &c.*

S. Otho ob edita miracula

coelitibus accensetur

CII. Eodem anno OTHO episcopus *prid. Cal. Octobr.* qui dies diuo *Hiero-*

An. Ch. 1188. *eronymo* sacratus erat, sepulchrum *S. Othonis* aperiri iussit, ossa eius magna populi celebritate transtulit et sancti osculandi capitis copiam fecit.

Eius sacrae reliquiae elevantur.

Fridericus II. imp. Hierosolymam liberaturus

CIII. Cum interim totus fere occidens sacram, ad liberandam e Saracenorum manibus *Hierosolymam* urbem, expeditionem ornaret: FRIDERICVS imperator, arcito *Friderico* filio, Sueuorum duce, ex Germania, per Vngariam, Constantinopolim abiit et transgressus inde, per Bosphorum infausto itinere, in *Armeniam* uenit. Nam, positis ibi castris, eum lauandi causa *Serram* amnem ingressus, aquarum ui absorptus, infeliciter periit.

paris in flumine.

1190. Steinberga a Georgiano collegio

CIV. Postero anno *Georgianum collegium*, mediante et confirmante OTHONE episcopo, locum quendam, qui *Steinberga* dicitur, *Arnoldo* abbati et monachis *Hailsbronnensibus* perpetuo possidendum tradidit, ea lege, ut quilibet recens electus abbas eundem per manum decani in feudum acciperet, et quot annis in purificationis festo talentum annui census, monetae Babebergensis, inde persolueret.

An. Ch. 1190. abbati Hailsbronnensi in feudum confertur.

CV. Sequenti anno HENRICVS, *Friderici* imperatoris filius, iam ante Germaniae rex designatus, fama de obitu patris allata, imperium SEXTVS accepit et postridie paschatis a COELESTINO pontifice consecratus est. Ad 17. Calend. Maias anni proximi OTHO episcopus est mortuus: corpus in choro D. Georgii, retro altare sanctorum *Philippi* et *Iacobi* apostolorum fuit sepultum.

1191. Henricus VI imp. Rom. coronatur

1192. Otho epist. obit.

ANNALIVM BAMBERGENSIVM
LIBER IV.
THIMO,
DECIMVS TERTIVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Thimo virtutibus egregiis praeditus

I.

IVstis Othoni mortuo solutis, Babebergenses habito conuentu THIMONEM, canonicum et ecclesiae *S. Stephani* praepositum ei sufficerunt, uirum egregium imprimis et iustitiae, et integritatis laude praestantem, neque ecclesiam humiliorem, quam acceperat, relicturum. Is *Othonis* decessoris sui exemplum imitatus, altero post electionem anno, beneficia ecclesiae nouis muneribus ampliare aggressus, certum quoddam genus panum, quos *Lab* uel *Laib* uocant, in singulos annos distribuendos, ordinauit, et sequenti anno, a pontifice priuilegium elicuit, quo pontifex, pro magnitudine potestatis suae, sanxit, ne episcopus aut clerus Babebergensis, ad receptionem siue prouisionem alicuius, in beneficiis ecclesiasticis uel pensionibus obnoxius esset, uel per apostolicas aut legatorum sedis apostolicae literas ad id compelli posset, nisi eaedem literae plenam et expressam de indulgentia huiusmodi ac receptorum uel prouisionum mentionem facerent.

et in eccl. suam liberalis 1193.

1194. iura singularia eiusdem procurat.

II. Proximo anno CONRADVS, *Sueuiae* dux, bellum *Bertholdo* Zaringiae duci mouit. Sed dum minus continentem se gerit, *Durlachii* fato miserrime periit.

1195. Conrado defuncto,

Sueuiae ducatus Philippo

Eius ducatum HENRICVS imperatoris ad PHILIPPVM, fratrem, Thusciae ducem et ecclesiae Wirceburgensis ut *Ursperg.* scribit, praepositum, detulit. Eo anno foedis coeli tempestatibus laboratum. Nam praeter imbres, fulmina et tonitrua, quibus horribiliora homines non meminerunt, lapides instar ouorum e coelo eum pluuia deciderunt, qui uites, arbores et nonnullos etiam homines, afflixerunt. Corui quoque et aues aliae, per aera uolantes et carbones ardentes rostris ferentes, eosque tectis imponentes, conspecti.

Tusciae confertur. Saeua tempestas.

prodigium.

III. Postero anno THIMO frequentem abbatum cleri et comprouincialium conuentum *Babebergam* aduocauit et ad eos, de lapsa ecclesia et reipublicae disciplina, retulit. Ad eam rem constituendam, cum sequent anno tributum ciuibus suis primus imponeret et nouis eos decretis ex eorum authoritate constringeret, multorum inuidiam sibi conciliauit. Per id tempus COELESTINVS pontifex, de mirandis operibus, quae ad sepulchrum S. CVNEGVNDIS augustae referebantur, certior factus, eorum inquisitionem Augustano, Eistetensi, Wirceburgensi episcopis, Eberacensi, Langheimensi et Hailbronensi abbatibus, per apostolica scripta commisit. Illi quanquam omnem operam in eam rem obtulissent, ea tamen, propter inseratum ipsius

1196. Synodus Dioecesana.

1197. Seuerae impositione inuidiam incurrit Thimo episc.

de S. Kunigunde commissa fundo confectum.

An.Ch. 1197. ipſius pontificis obitum, ad triennium dilata fuit.

Henricus VI. *ueneno necatur.* 1198.

IV. Ad *III. Cal. Octobr.* HENRICO imperatore ex ueneni potu ſublato et *Pomeraci* ſepulto, proximo anno Germaniae principes ſententiarum opinione diſtracti, duos caeſares PHILIPPVM *Tuſciae* et *Sueuiae* ac BERTHOLDVM Meraniae ducem elegerunt. Hoc autem paulo poſt iterum cedente et PHILIPPO tota fide ſe ſubiiciente,

Philippus *Sueuus*

et Otho IV. *antica ſaeuus.*

OTHO, Saxoniae dux, *Henrici Leonis* filius, factione quorundam rex, aduerſus *Philippum*, proclamatus fuit.

Godefrido *epiſc. Wirceb. extincto*

Eodem anno GODEFRIDVS, epiſcopus Wirceburgenſis, migrauit e uita. Eo in domo ſaluatoris ſepulto, clerus et populus omnium conſenſu *Conradum* baronem Rauensbergium, epiſcopum *Hildeſianum* poſtularunt.

Conradus *ſufficitur,*

Ingratiis pontificis,

Qua re exaſperatus pontifex, ad *Monguntinum* et *Babebergenſem* epiſcopos ſcripſit et ſcrio eis iniunxit, ut extemplo *Wirceburgum*, ad rem inquirendam, contenderent et *Conradum* moncrent, ut, dimiſſa eccleſia Wirceburgenſi, Hildeſium ſe reciperet. Illi Wirceburgum profecti, mandata ediderunt et, cum *Conradus*, nulla ſui ratione ducta, in propoſito perſiſteret, archiepiſcopus Magdeburgenſis, authoritate pontificia, excerationis in eum ſententiam explicauit. A quo tamen paulo poſt Romae, quo ad piaculum accipiendum ſe receperat, liberatus et in epiſcopatu Wirceburgenſi confirmatus eſt.

ideoque excommunicatur,

poſtea uero in epiſcopatu confirmatur.

Philippus *coronatur.*

V. Poſtero anno PHILIPPVS conuentum epiſcoporum ac principum, ſibi adhaerentium, *Babebergam* indixit. Ibi, cum regia corona eſſet decoratus, de regum negotiis et pace agi coeptum.

S. Cunegundis

Quia uero pontificia CVNEGVNDIS auguſtae renunciatio, ad repentinam, ut paulo ante diximus, COELESTINI pontificis mortem, hactenus intermiſſa et miraculorum magnitudine indies magis comprobaretur, multorum iam dudum animos pia ſanctitatis eius cogitatione afficeret, ea re permotus THIMO epiſcopus, Romam ſibi denuo mittendum et INNOCENTIVM pontificem, de omnibus etiam diligenter edocendum, putauit. Itaque ſequenti anno alteram ad eum legationem deſtinauit et, miſſis Leopoldo, abbate Michelfeldenſi, Gundelao Decano, Conrado, cuſtode et nonnullis aliis eccleſiae canonicis, eundem de omnibus certiorem reddidit. Quibus cognitis pontifex, proximo anno, illam in numerum ſanctorum retulit, atque hac de re literas *Laterano III. Nonas Aprilis* dedit, ad Thimonem epiſcopum et caeteros eccleſiae proceres, quae extant in haec uerba: *Cum ſecundum &c.* Habetur in annalibus priuatis manuſcriptis, *Cunegundem* auguſtam altero regiminis Thimonis epiſcopi et ſic centeſimo quinquageſimo tertio poſt mortem ſuam anno, inter diuos relatam. Cum uero INNOCENTIVS *Coeleſtino* pontifici, *VI. idus Ianuar. anni 1198.* mortuo, ſubrogatus, ipſam tertio pontificatus ſui anno, in ſanctorum numerum aſcripſit, in eoque ſibi aduerſentur ii, qui annales digeſſerunt: nos tiploma pontificium potius ſequimur, et lectorem de his obiter admonere operae pretium duximus.

An.Ch. 1199. miraculis claro.

Thimone *epiſc. rogante,*

1200.

diuis accenſetur. 1201.

VI. Per autumnum anni proximi THIMO morbum, ex labore uigiliarum, contraxit, quo ingraueſcente et perniciem ultimam minitante, res ſuas diſpoſuit et paulo poſt, *XVII. Cal. Nouemb.* e uita diceſſit. Cadauer in *Baſilicam cathedralem* delatum ad truncum prope aram *S. Cunegundis*, ſepulturae mandatum eſt.

1202.

Thimo *nigritiis exhauſtus diem obit.*

CONRADVS,
DECIMVS QVARTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CONRADVS *electus*

VII. MOrtuo THIMONE epiſcopo, CONRADVS, *Sileſiae dux*, in eius locum ſurrogatus eſt. Eum *Sileſiae* ſcriptores ab honeſtis *Lutetiae Pariſiorum* ſtudiis Babebergam reuerſum, ad epiſcopalem dignitatem euectum eſſe, ſed paulo poſt, epiſcopatu repudiato in patriam rediiſſe et uxorem duxiſſe affirmant. Quod neque cum tabulis eccleſiae, neque cum annalibus priuatis noſtris, conuenit. His quippe relatum, CONRADVM altero ſtatim poſt electionem die, praeter omnium exſpectationem, in ſata conceſſiſſe ac poſtridie ſplendide et epiſcopi more, in crypta, ſub choro *D. Georgii*, ante aram S. Erhardi, fuiſſe ſepultum. Vtriusque narrationis diſſidium *anniuerſarium* eius diem tollere poſſe exiſtimo, qui ſingulis annis *V. idus Martias* in baſilica cathedrali peragi ſolet. Quod mihi grauis alia opinione potius et inſtar grauioris alicuius teſtis eſt. *III. Nonas Decembr.* CONRADVS, epiſcopus Wirceburgenſis, e templo egre-

moritur.

Conradus *epiſc. Wirceb. confoditur.*

An. Ch. 1198. grediens, *Bothonis*, Rauensburgii, agnati et *Henrici* Falcobergii, cognati, gladiis, quod ex agnatis quendam, pro criminali delicto, capite plecti iusserat, est.

Philippus imperator

IIX. Contendentibus adhuc inter se, de summa rerum, PHILIPPO et OTHONE regibus ac intestinis discordiis totam fere Germaniam perturbantibus, plerique principes, qui OTHONEM defenderunt, diuturnis fatigati malis, propensioris multo erga PHILIPPVM affecti iam animi, eum exagitare desti-

A tuunt. Itaque PHILIPPVS, tranquillitatis et ipse cupidus, consilium placandi pontificem coepit et, missis de compositione ad eum legatis, filiam suam filio fratris *Richardi*, comiti Tuscine et marchiae Anconitanae in matrimonium tradere uelle, ostendit. Qua re audita, pontifex cum *Philippo* ad concordiam rediit et per legatos eundem O-

B thoni etiam conciliauit, *Beatrice*, Philippi filia, ei desponsata et dispensatione, ob consanguinitatem, rem eam impedientem, indulta.

A. Ch. 1204.

pontifici

et Ottoni IV.

per connubia reconciliatur.

ECBERTVS,
DECIMVS QVINTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

IX.

1203. INdicto deinde circa *idus Januar.* anni insequentis, de eligendo episcopo, conuentu, Babebergenses, implorato diuino auxilio, summo omnium consensu, ECBERTVM, *Meraniae ducem*, comitem palatinum Burgundiae, hominem eximiae nobilitatis laude praestantem, nec opum nec potentiae magnitudine inferiorem, subla-

Ecberti, ducis Meraniae, electio.

pontifici nuncians.

gerunt et mox inde Gundeloum *decanum*, Godefredum et Hernidium, *canonicos*, Conradum item, Othonem et nonnullos alios ecclesiae Babebergensis *ministeriales*, pro eius confirmatione *Anagniam*, ad pontificem ablegarunt. Pontifex, cognitione de electionis forma et electi persona diligenter exercita, cum impuberem eum et propter aetatis defectum minus rite electum fuisse intelligeret, ex constitutione

irrita ob hoc pronunciatur.

concilii Lateranensis, electionem ipsius irritam pronunciauit ac *Babebergenses*, eiusdem decreti authoritate, ecclesiasticis beneficiis triennio suspensos, eligendi potestate priuauit. Quod ubi

quare ipse 1204. adit pontificem, qui

ECBERTVS cognouit, proximo anno, quanta potuit celeritate, ad pontificem in Italiam properauit, impendentia ecclesiae, direptioni expositae, pericula narrauit et, ut dispensando suum super aetatis defectum, electionem suam authoritate apostolica confirmaret, obnixe rogauit. Quibus pontifex diligenter secum reputatis et attento, quod

re accuratius perpensa,

Babebergensis ecclesia specialis esset filia Romanae sedis, utpote cuius confirmatio et consecratio ad eandem pertineret: conuentum eam in rem indixit et, habito cum episcopis et cardinalibus consilio, ECBERTI electionem, propter urgentem necessitatem et euidentem utilitatem, admisit eidemque, per episcopum *Portuensem*, in presby-

eum confirmat et pallium ipsi confert

C terum ordinato, consecrationis munus et pallii ac crucis authoritatem impertiuit et ipsos etiam electores a suspensionis sententia exsoluit. In eo conuentu ius ecclesiarum *S. Leonhardi*, *S. Petri*, *S. Iacobi* et *S. Martini*, in *Villaco* atque earum, quae in canali erant, confirmatum, de coërcendis perturbatoribus relatum, et *Ecberto*, aduersus epi-

ac potestatem excommunicandi episcopos.

D scopos, in quorum parochiis ecclesiae bona sita erant, si in eum defensione et reprimenda malorum audacia, negligentes existerent, canonicam promulgandi sententiam potestas indulta.

X. *Bertholdus*, Meraniae dux, comes palatinus Burgundiae, ECBERTI epi-

Ecberti episc. familia.

scopi pater, e uita excessit, superstitibus, ex *Agnete* coniuge, *Dedonis* marchionis Misnien sis filia, octo liberis: *Ecberto*, *Othone*, *Henrico*, *Bertholdo*, *Gertrude*, *Heduige*, *Agnete* et *Mathilde*. Quarum una, nempe *Gertrudis*, ANDREAE regi collata, *S. Elisabetham* ex eo suscepit: unde errant, qui ECBERTVM episcopum *Andreae* regis fratrem fuisse contendunt.

XI. Per eosdem dies in uiuis esse

E desiit stemma *Burggrafiorum Norimbergensium*, e uetere marchionum *Voburgiorum* familia propagatum: *Bertholdo* ultimo uita functo, qui, teste *Hundio* in *Genealogiis Bauaricis*, eo ipso anno rebus humanis exemtus est. Erat autem, sub id tempus, burggrafiatus Norimbergensis officium, quod deferebatur iudicio et arbitrio imperatorum, donec per

Bertholdo Burggrafio Norimberg. ultimo ex gente Vohburgiorum, maerito,

Burggrafiatus Norimb. adhuc ambulatorius,

F *Rudolphum* caesarem, in *Friderici III.* ex sorore nepotis, personam factum hereditarium, transire coepit in posteros. Non enim illum fuisse primum e comitum *Zoleriorum* familia burggrafium, sed duos ante eum munus illud et dignitatem obtinuisse, consentiens multorum diplomatum conuincit authori-

A. Ch. 1204. Friderico II. comiti Zolerio confertur,

tas. Ex quibus apparet, FRIDERICVM secundum, comitem *Zolerium*, *Bertholdo* fatis assumpto, statim subrogatum, uel certe sub FRIDERICO II. imperatore munus et dignitatem burggrauiorum consecutum fuisse, uiuente adhuc oTHONE III., Meraniae duce, cujus filiam duxit et de eiusdem filii Othonis, sine heredibus mortui, relicta hereditate, cum *Henrico* episcopo et comitibus nonnullis, decertauit. Ab hoc nati sunt *Henricus* et *Fridericus* duces, qui anno Christi 1243. cum *Friderico*, comite Wasserburgio, pro Henrico episcopo, fideiussor constitutus fuit. Is deinde ex *Agnete* Habsburgia suscepit *Fridericum III.* cui RVDOLPHVS burggrauiatum iure hereditario in feudum dedit, e quo deinceps burggrauiorum familia fluxit.

In cuius filio Friderico III.

factus est hereditarius.

1165. *Stephansdorfium oppignoratur.*

XII. Proximo anno ECBERTVS episcopus *Stephansdorfium* uicum, *Conrado* de *Fürtha*, pro tribus et quadraginta libris mutuatitiae ab eo acceptae pecuniae, oppignerauit et, postero anno, donationem *Feulbacensis* et *Niderndorfensis* praediorum, per *Iuditham Memelsdorfiam*, uiduam, coenobio archangeli Michaelis factam, confirmauit. Sequenti anno concilium apud *Augustam Vindelicorum* est actum, cui interfuerunt omnes fere Germaniae principes. In eo concilio ECBERTVS episcopus de maiestate reus est postulatus, quod foedere cum ANDREA, Vngariae rege affine, inito, aduersus imperium conspirasse diceretur. Qui tamen, respondendo, quo facile liberare regem suspicione potuit, in speciem dato, a damno vel periculo liber exiuit.

1166.

1167. *In comitiis Augustanis Ecbertus, criminis laesae maiestatis insimulatus,*

se purgauit.

1168. *Philippo imp. Bambergae in cubiculo,*

ab Othone Wittelsbacho et Ecberto episc.

XIII. Proximo anno PHILIPPVS, tumultuum bellicorum alienatus incommodis, *Babebergam* in castrum Alteburgum fecessit. Ibi, cum misso sanguine, die quodam, in cubiculo quietus sederet et, semotis caeteris, cum uno *Truchsessio* hilarioribus se colloquiis inuitaret, *Otho Witelsbachius*, comes palatinus, adsumptis secum ECBERTO, episcopo et fratre eius, *Henrici* marchionis Istriae ministris, cubiculum dolo dissimulato intrauit ac, sensim in medium progressus, occasione captata,

Caesare occiso,

pugionem, quem sub ueste occultauerat, in iugulum caesaris adegit et *Truchsessio*, frustra caput domini protegenti, malam eodem pugione afflixit et, clam inde conscensis equis, cum ministris praeforibus sibi praestolantibus, antequam facinus innotesceret, euasit. Hac ratione PHILIPPVS, rex optimus et pientissimus, dolo, non armis confectus, periit, eo maxime tempore, quo minus hostium habebat, et quidem in cubiculo palatii sui, qui extrinsecus in praeliis toties seruatus esset,

A. Ch. 1209. Otho IV. imp. solus rerum potitus

XIV. Eo *Babebergae* in basilica cathedrali sepulto, OTHO, *Saxoniae dux*, solus regno potitus, principum conuentum *Francofordiam* indixit et de indignissima *Philippi* caede retulit. Tum ex proposito *Beatrix*, ejus filia, in medium processit et, flebilibus uocibus, quibus ipse immeritam parentis optimi necem deflebat, omnium animos, ad uindicandum tam atrox facinus, defatigare non destitit. Mouerunt regem lacrymae, mouit rei indignitas, mouit publicus luctus ac consessum *Othonem* parricidam, *Ecbertum* episcopum, et *Henricum* eius fratrem, crimine laesae maiestatis condemnatos, publico edicto proscripsit. ECBERTVS in *Vngariam*, ad sororium suum, regem *Andream*, frater eius HENRICVS in *Palaestinam*, praecipiti fuga dilapsi sunt, cum interimo THO Witelsbachius, omnibus prouinciis nudatus, in Bauaria uagabundus oberraret.

et Beatricis, filiae Ottonis, lacrymis commotus,

sicarios prescribit.

1209. *Henricus Calatinus,*

XV. Postero anno *Henricus* Calatinus, *marscalcus*, spectatae uirtutis iuuenis, quem sibi rex PHILIPPVS a puero educauerat, opus egregium et difficile est aggressus. Etenim cum defendere uitam domini, quia non adfuerat, nequiuisset, mortem saltem ulcisci cupidus, haud procul a Ratisbona *Othonem*, obuium sibi factum, stricto gladio confodit et, capite eius defecto ac in Danubii fluenta proiecto, domino suo parricidae sanguine parentauit.

Philippi imp. necem ultus Wittelsbachium confodit.

1210. *Pigritzauiensis agere coenobio S Michaelis indutus.*

XVI. Sequenti anno *Herdeganus*, eximius ueteris *Wisentauiorum* familiae eques, coenobio archangeli Michaelis, uaria ad usum ecclesiae ornamenta deuote obtulit, et praedium agri *Pigritzauiensis* indultum confirmauit. Per eosdem dies OTHO, imperatoriae suscipiendae coronae causa, in Italiam progressus, Romae, in basilica S Petri, ab *Innocentio* pontifice, insignibus augustalibus decoratus, nec ita multo post piorum communione submotus, periurato principum obsequio abdicatus, per eundem imperii titulo spoliatus fuit. Qua re accepta, rex *Bohemiae*, dux *Austriae*, dux *Bauariae*, Landgrafius *Thuringiae*, archiepiscopi *Moguntinus* et *Treuirensis*, cum aliis nonnullis, postero anno *Norimbergae* in unum coGuntes, ipsum communi consilio reliquerunt et FRIDERICVM, *Siciliae regem* et *Sueuiae ducem*, caesarem designarunt. Qui, cum per legatos de sua electione certior factus, et ad coronam accipiendam ex Apulia in Germaniam inuitatus esset: postero anno *Romam* profectus, consilium rei gerendae cum INNOCENTIO pontifice communicauit. Inde per alpes Rhetias in Germaniam descendit et Aquis, a *Mogun-*

Otho impor. Romae coronatur,

sed paulo post imperio exuitur.

1211. *Fridericus II. electus imperator.*

1212. *Aquisgrani.*

tino

An. Ch. 1212. a Moguntino et Treuirenſi archiepp. uterus bellum contra Othonem parat.

tino et *Treuirenſi*, archiepiſcopis, de more conſecratur. Ne tempus in accindendo maiori exercitu tereret, ſtrenuos, quos ſecum habebat, milites aſſumpſit, ac propere aduerſus *Othonem* eduxit.

Ecberti epiſc. in Vngaria exulantis

XVII. Interim ECBERTO, epiſcopo, in Vngaria, apud *Gertrudem* ſororem, ut modo diximus, exulante et rege *Andrea*, eius marito, in Syria et Aegypto, aduerſus Saracenos, fortiter ſe gerente, res miſerabilis & tragici prorſus exempli accidit, quo *Gertrudis* regina, foemina ſpectatae pudicitiae & probitatis laude celeberrima, a *Petro Banchano* Varedino, regio praefecto, miſere trucidata fuit. Eius caedis hiſtoria uarie adeo à ſcriptoribus commemoratur, ut neque in cauſa, neque in euentu eius conueniant. Ac *Bonfinius* quidem, ſcriptor Vngaricus, et eius abbreuiator, *Petrus Riccius*, ſcribunt, EBERTVM epiſcopum, apud ſororem in Vngaria exulem, ſtupraſſe *Banchani* coniugem et ad hoc perpetrandum ſcelus adiutricem fuiſſe reginam, et ſic iuſtae necis in ſe conuertiſſe gladium. Sin autem *Vitum Arnpecceium* ſequimur, violentam iſtam oppreſſionem non *Ecbertus* epiſcopus, ſed frater eius *Bertholdus*, patriarcha *Aquileienſis*, intulit. Alii vero, ob odium Vngarorum in Germanos, hoc confictum eſſe et Vngaros uitae Gertrudis inſidias ſtruxiſſe, referunt, quod putaretur nimium euehere Germanos, praeteritis Vngaris. Et ſane credendum non eſt; egregiam adeo et honeſtam matronam, tam nefando ſe polluere uoluiſſe lenocinio: quia S. *Eliſabetham* filiam a cunis in tanta uitae ac morum ſanctitate educauit, ut digna ſit habita, quae poſt mortem in numerum ſanctorum ab eccleſia referretur.

ſoror et Andreae R. Vng. uxor, Gertrudis, perimitur,

dubias ob cauſas,

1213. Othonis IV. *imp. infelix cum Philippo Galliae R. praelium.*

XVIII. Proximo anno OTHO imperator, iunctis, cum *Anglae* rege et *Flandriae* comite, copiis, apud pontem Bouinum, cum Philippo, rege Francorum, armis conflixit et uictus, plurimum uirium et ſuae authoritatis amiſit. Poſtero anno ECBERTVS, epiſcopus, exilio atque animi aegritudine admodum attritus et, habitu ſupplicantis aſſumpto, ad genua FRIDERICI imperatoris proiectus, delicti ueniam ſupplex poſtulauit er ſe, quae perperam egiſſet, emendaturum promiſit. Quare FRIDERICVS mire hominis ſubmiſſione captus, eum haud difficile in gratiam recepit, et *Babebergam* in eccleſiam ſuam redire permiſit. Quam cum, diuturna abſentia, circa aedificia et res eccleſiaſticas labefactatam inueniret, eam ſingulari cum cura et fide inſtaurare perrexit: nec ſolum *Babebergae*, ſed etiam *Gronaci*, *Vorchemii* atque in aliis dioeceſis ſuae ciuitatibus et praefecturis uerſari, iurisdictionis gratia, conſueuit. Caeterum, cum per menſem

1214. Ecbertus *in gratiam ab imperatore receptus*

epiſcopatus recuperati

ingentem curam gerit

Iulium ius nouem eccleſiis diceret, unde etiam priuilegia dedit, templa et monaſteria honeſtiſſimis poſſeſſionibus cumulauit, et a fratre ſuo, OTHONE, *Meraniae* et *Voitlandiae* duce, cuius in his regionibus tunc temporis ampliſſimae opes erant, praedia aliquot in uico *Vzmgenſi*, magno pretio, comparauit atque ea omnia, in uſus monachorum coenobii *Langheimenſis* conuerſa, confirmauit. Quod exemplum imitatus *Otho* frater, proximo anno *Langheimium* nouis poſſeſſionibus ipſe affecit ac *Langenſtadium*, uicum ad Moenum rubeum amplißimum, cum finibus ei attributis, confirmauit, in haec uerba: *Otho &c.* Eo anno FRIDERICVS imperator omne ius, quod ſibi et regio fiſco, in defunctorum epiſcoporum et caeterorum ſacrorum procerum relicta omnis generis ſuppellectile, regalibus et beneficiis, competebat, dimiſit, et ſatis amplum, de meliore eorum impoſterum uſu, priuilegium, eccleſiae Babebergenſi conceſſit.

An. Ch. 1214. et Langbirmenſe monaſterium praediis augendo

Othoni fratri ſimile faciendi exemplum praebit. 1215.

Fridericus II. *imp. regalias eccleſiae Bamberg. remittit.*

XIX. Poſtero anno noui denuo, in cumulando eccleſiae catholicae ſtudio, progreſſus facti. Quippe ECBERTVS epiſcopus, *ius aduocatiae* bonorum in *Wacheroda*, *Elſendorfio* et nonnullis aliis his proximis locis, emptione acquiſitum, pro ſolenni exequiarum ſuarum celebratione, coenobio archangeli Michaelis indulſit. Cum interim legatis per pontificem ad diuerſas terrarum partes dimiſſis, de cruce praedicari, uaria de antichriſti ruina, in terrae ſanctae recuperatione, in uulgus ſpargi coeptum, et ſacra expeditio, aduerſus *Saracenos*, Chriſti hoſtes, ingenti omnium conſenſu decreta: praecipui in ea expeditione nomen dederunt Eberhardus, *Saliſburgenſis*, Ecbertus *Babebergenſis*, epiſcopi, Otho eius frater, *Meraniae* et *Voitlandiae*, Leopoldus *Auſtriae* et Ludouicus *Bauariae* duces, Albertus et Bertholdus *Bogiorum*, et Poppo *Hennebergae*, comites, et cruce ſumpta in Syriam, duce *Ioanne Columnio*, legato pontificis, cum ingenti exercitu frequentes tranſierunt et, ſequenti anno in Aegyptum progreſſi, *Damiatam* urbem, quae olim *Heliopolis* dicta fuit, obſidione cinxerunt. Quam, cum *VI. idus Nouemb.* anni proximi, in poteſtatem redegiſſent et tempus inutilibus conſultationibus terrerent, ex reſtagnatione Nili plerique ſubmerſi, plures fame et morbis abſumpti, caeteri domum, ex re male geſta, moeſti redierunt.

Ius aduocatiae in Wacheroda conceſſum coenobio S. Mich.

ſub lege anniuerſarii habendi

Expeditioni cruciatos ſe accingunt

multi principes eccleſiaſtici.

et ſeculares

duce Columnio, legato pontif. 1218. *qui, Damiata expugnata,* 1219.

plerique in Nilo ſuffocati ſunt.

XX. Poſtero anno ECBERTVS, epiſcopus, ad res monaſterii *Treburicenſis*, ab *Heduige*, ſorore ſua, *Henrici barbati*, Sileſiae ducis, coniuge, ad ſummum perducti, conſtituendas conuerſus, ſacras a-

1220. Treburicenſe *monaſterium erectum.*

An. Ch. 1221. liquas uirgines, ex coenobio *Theodoria-*
Henricus Sletanus *no*, illuc transtulit. Sequenti anno *Henricus*, Sletanae familiae uir nobilis, sine liberis naturae concessisse dicitur. Quamquam sint, qui eum aliquot annis post obiisse contendant. Quod dissidium, cum uetustissima testimonia desint, non facile posse componi uideo. Id tamen ex tabulis et actis publicis illius saeculi constat, ipsum *Henricum*, hoc anno, aduo-
praefecturas ac decimas suas catias, praefecturas, decimas, quas habuit in uicis *Radolfesdorfiensi*, *Latterbacensi*, *Neofessano*, *Brunuensi* et *Waserlosiensi*, ad
Ecberto *episcop resignat, non sterno S. Mich. indulgendas.* manus ECBERTI, episcopi, libere dimisisse, qui eas deinde, cum iuribus suis, monasterio archangeli Michaelis, perpetuo possidendas indulsit.

1222. Henricus rex Germaniae XXI. Proximo anno FRIDERICVS imperator conuentu *Wirceburgi* habito, HENRICVM, filium annorum fere duodecim, regem Germaniae creandum et
a Colonienſi Aquis inungitur. *Aquis*, per Engelbertum, archiepiscopum *Colonienſem*, consecrandum curauit. Inde nuncio, de reddita per uim a cruce signatis Damiata, perculsus in Italiam se retulit et colloquium ea de re cum pontifice habuit.

Langhemum *monasterium, ab Henrico Leoſteno uexatum,* XXII. Per eosdem dies *Henricus*, comes *Leoſtenus*, Langhemum monasterium et homines ei deditos, *Windenhagenſes*, *Stenacenſes*, *Kallebacenſes*, *Buchbacenſes*, *Hersfeldenſes* et *Ebersdorfenſes*, diuexare, patrimonia eius et iura inuadere, ea expilare et, sub praetextu iurisdictionis, priuilegiis spoliare, praesumpsit. Quam iniuriam *Otho*, Meraniae et
ab Othone Meraniae duce defenditur Voitlandiae dux, comes palatinus Burgundiae, iniquissimo animo ferens, causam monasterii tuendam suscepit et tantum per amicam compositionem effecit, ut omni iuri, quod aduersus ecclesiam hactenus usurpauerat comes et, se a parentibus suis habuisse, contenderat, omnino renunciaret, nec se impostetum monasterium, eius rei occasione, perturbaturum, solenni sacramento reciperet.
1223. *et locupletatur.* His in tanta rerum iniquitate peractis, *Otho* dux, postero anno, *Langhemum* monasterium adiit et, ab *Henrico* abbate et omnibus monachis, maximo honore exceptus, postridie templum, uota Deo facturus, intrauit et totum oculis monasterium perlustrauit: cumque illud laudasset, priuilegia a maioribus suis monasterio data firmauit ac donis uariis decoratum reliquit. Proximo incunte anno
1224. *Villacum ius nundinarum accipit.* FRIDERICVS imperator, *Villaco* et *Francomercato*, in Carinthia oppidis, ius constituendi et celebrandi nundinas indulsit, hoc, quod adhuc extat, diplomate dato: *Fridericus &c.*

1225. *Waleuni donatio feudorum eccles.* XXIII. Postero anno *Walcunus*, Halsiotum et Chamaborum comes, feudali sacramento, quod concepta in se religione, ecclesiae Babebergensi et Ratisbonensi spoponderat, repudiato, *Albertum* et *Adelramum*, ex fratre nepotes, et *Wernhardum* Vttenhofium, comites, ad se uocatos, heredes se eos instituere uelle ostendit. Quod cum illi annuissent, tum omnia iura, castra et praedia, quae ab ecclesiis beneficii nomine hactenus, possederat, eis donauit. Eam uero donationem, utpote legibus et usibus feudorum contrariam, ac in graue utriusque ecclesiae detrimentum susceptam, *Ecbertus* et *Eberhardus*, episcopi aegre ferentes, ratam esse noluerunt. Itaque res in iudicium deducta et plena cognoscendi
a Ludouico, Bau. duce, in ea potestas, in *Ludouicum*, Bauariae ducem, delata fuit. Qui anno proximo, 1226. reos per legitimas inducias, ne contra ius in absentes sententia lata diceretur, *Straubingam* citauit et, cum non comparerent, insignem eorum contumaciam *in comitiis Straubingenſibus* testatus, donationem per *Walcunum* factam, ex communi principum sententia, *reſcinditur.* discidit atque episcopos, in integram iurium suorum possessionem, restituit. *Inducias legitimae* uero *inducias* dictae sunt, iudicis edictum unum, deinde alterum et tertium, siue unum pro omnibus, peremptorium appellatum. *legitimae quid.*

1227. *Lis inter Ecbertum epiſc. et Bernhardum Carinth. ducem,* XXIV. Anno sequenti noua litis materia, inter ECBERTVM, episcopum et *Bernhardum*, Carinthiae ducem, data. Etenim *Bernardus* dux, empto ab abbate de S. Paulo *Weidenburgo* castro et bonis aliis, ad idem castrum pertinentibus, nouum pontem ibi extruxit, homines a *Villaco* ad clientelam suam coegit et mul-
ſuper ponte nouiter extructo, tis in rebus ecclesiae iura laesit. Quod ut cognouit ECBERTVS, ea omnia, quod ab antiquo iuris ecclesiae Babebergensis fuissent, repetiit. *Bernhardus* contra, se emtione comparasse et ad ditionem suam propterea adiecisse, quod iura eius emtionis iurauit. De quibus rebus, cum diu inter se disceptassent, ut modum bellorum facerent, omnem controuersiam
per arbitros ad *Eberhardi*, archiepiscopi Salisburgensis et *Leopoldi*, Austriae ducis, arbitrium detulere, ab iis *XV. Cal. Mart.* ita decretum: *Bernhardus, Carinthiae dux, dirimitur. Werdenburgum castrum et caetera bona, quae ab abbate de S. Paulo emit, ecclesiae Babebergensi in perpetuae proprietatis ius tradito; eadem uicissim ab Ecberto episcopo in feudum recipito; pontem sub castro inchoatum destruito; nullum ibi forum, nulla uectigalia, nulla teloneа habeto, nec in insula ei proxima munitionem exstruito. Homines, quos in Villaco, ad clientelam suam accipiendam, coegit, liberos dimittito. Liti ob argenti fodinas motae et iuri, quod Richefelsi in castro siti competere asseuerat, episcopo et ecclesiae renunciato. Ecbertus episcopus iniurias omnes sibi illatas remittito et, in horum omnium testimonium, Bernardo*

duci

An. Ch. 1212. *duci mille argenti marcas Colonienſis ponderis numerato.* Haec *Graizii*, inter *Ecbertum* et *Bernhardum*, ultro citroque promiſſa et pax, mutuis oſculis, Rudingero *Chiemenſi* Carolo *Seccouienſi*, epiſcopis, Henrico *Iſtriae marchione*, Henrico *Orthenburgio*, Wilhelmo *Horneccio*, comitibus et aliis praeſentibus conciliata fuit.

Alia lis de advocatia Burkardsdorfienſi

XXV. Vertebatur ſub id tempus alia adhuc controuerſia, inter monachos *Langheimenſes*, et Vlricum *Sternbergium*, de aduocatia uillae Burkardsdorfienſis, quam ſibi *Vlricus* uendicabat et homines eccleſiae maximis incommodis afficiebat. Ea res ne longius progrederetur, *Hermannus* epiſcopus Wirceburgenſis effecit. Qui, aduocato *Wirceburgum* conuentu, in ſacello S. Dei genitricis, decretum fecit, per quod, noua interueniente pactione, cautum, ut monachi *triginta libras* Wirceburgenſis monetae, *Vlrico* numerarent et ipſe omni iuri, quod in bona coenobii ſe habere contenderat, manu et calamo renunciaret, atque ea omnia, quae inter ſe conuenerant, rata impoſterum fore, ſacramento firmaret.

ob Hermanno Wirceb.

componitur.

Fridericus imp.

XXVI. Per eosdem dies FRIDERICVS imperator, uoti, quo ſe HONORIO obſtrinxerat, damnatus, expeditionem in *Syriam* comparare coepit et ſacros milites omnes, *Brunduſium*, ad diem aſſumptionis, conuenire iuſſit. Qui ſecunda nauigatione peructi, menſe Iunio, frequentiſſimi ex omnibus prouinciis confluxerunt. Inter hos in Thuringia *Ludouicus* Landgrauius cum multis baronibus, nobilibus et cataphractis equitibus, ſe quoque commouit. Caeterum, cum faeuientibus aeſtatis caloribus, in terra *Calabria* uerſarentur, foeda eos lues inuaſit, quae non gregarios ſolum milites, ſed ex ipſa etiam nobilitate praecipuos, ac inter caeteros *Ludouicum* Landgrauium abſumpſit. Ad primum necis huius nuncium *Henricus*, defuncti frater, poſſeſſiones eius occupauit et, occaſione quaeſita, *S. Eliſabetham* uiduam, *Ecberti* epiſcopi neptem, quaſi diſſipatricem, prodigam et prouinciae calamitatem, *Warburgi* e caſtro, cum liberis ſuis, deiecit, quae *Kittingam* in coenobium, ad materteram ſuam, *Mathildem*, ſacrarum uirginum abbatiſſam, transfugiens, benigno hoſpitio excepta fuit. Inde, relicta in coenobio *Sophia*, filia, Babebergam ad epiſcopum *Ecbertum*, auunculum ſuum, acceſſit. Qui honorifice eam et reuerenter ſuſceptam, cum exiguo, quem ſecum habebat, comitatu, in caſtrum *Botheſtenum*, donec alteri uiro coniungi matrimonio poſſet, recepit. Diu cum nepte contendit auunculus, nec tamen pudicum eius et

militet ſacro conuocat,

quorum magna pars

in Calabria luet perit.

et inter alios Ludouicus Landgr. Thur.

cuius uidua S. Eliſabetha

ab Henrico fratre ipſius poſſeſſionibus deiecta,

ad Ecbertum auunculum confugit et,

ad ſecundas nuptias feliciter,

A conſtantem animum expugnare potuit, quippe quae, ſi qua uis, nuptiarum gratia, ab illo inferretur, uulneribus ipſa ſibi foedare faciem omnino decreuerat ut ſecundum coniugium euitaret potius, quam obtemperaret auunculo et in humanam libidinem uicta recideret. Adeo foemina pia et deuota nec prioris fortunae felicitatem amiſſam doluit, nec ſecundam oblatam recepit, modo uoti damnata, caſtitate frui poſſet. Dum in his igitur uerſatur anguſtiis, ecce uiri ofſa ex ſacra Syriae expeditione *Babebergam* referuntur. De quibus cum certior facta illuc conceſſiſſet et ſingulari pompa, prodeunte ſimul obuiam ECBERTO, epiſcopo atque uniuerſo clero, collachrymans ea admiſiſſet, tali commiſeratione infeſtantis moleſtiam declinauit et, poſt peractas exequias, in *D. Francifci* ſe religionem aſſeruit.

faciem deturpare decreuit

peractisque marito exequiis,

D. Franciſci religionem ſuſcipit.

1228.

Ecbertus epiſc. feudis eccleſiae apertis

XXVII. Proximo anno *Ecbertus* epiſcopus eccleſiae feuda, quae inter *Patauium* et *Ratisbonam*, ex utroque Danubii littore, in Bauaria ſita erant et, poſt defunctum *Albertum III.* Bogiorum comitem, eccleſiae beneficiarium, *Albertus*, eius filius, cum fratre *Bertholdo*, per uim inuaſerat et ab eccleſia auerterat, eorum pretio perſoluto, recuperauit, et *Ludouicum*, comitem palatinum Rheni et *Othonem*, eius filium, feudali ſacramento ſibi adſtrictos, de iisdem inueſtiuit. Ea de re *Ludouicus* literas reuerſales, cum ipſe adhuc *Eslingae*, apud regem HENRICVM in comitiis moraretur, in haec uerba dedit. *Ludouicus etc.*

inueſtit Ludouicum Palat.

Eodem tempore, *Decembri menſe*, noua inter *Poponem*, comitem Henneberginm et *Hermannum*, epiſcopum Wirceburgenſem, qua ſeditione ciues etiam exagitabant, lis eſt concitata, quae poſt in apertum bellum erupit. Partibus comitis fauit ECBERTVS, epiſcopus, et ſuas cum eo copias coniunxit. Itaque *Popo*, in die S. Nicolai, cum *Hermanno* ad *Memingam* congreſſus, eum a ſuis in acie deſtitutum, praelio ſuperauit. *Henricus*, Gichiorum comes captus, *Henricus* Sternbergius et plerique peditum occiſi, reliqui difficili fuga uix euaſerunt. *Henricus*, Iſtriae marchio, ECBERTI, epiſcopi frater, poſt longum diuturni exilii taedium, in gratiam a FRIDERICO receptus et domum ad ſua dimiſſus, in agro *Gradouienſi*, prope lacum Chiminum, e uita exceſſit.

Bellum inter comitem Henneberg. et epiſc. Wirceburg.

Henricus Ecbertifrater, exul, in gratiam ob imp. reuocipitur.

XXIIX. Proxima aeſtate FRIDERICVS imperator iter Syriacae expeditionis, quod ſuperioribus annis, ob maris iactationem et aduerſam ualetudinem, omittere coactus fuit, denuo inſtituit et in palaeſtinam profectus, urbem *Hierofolymorum* a Soldano, Ægyptio, recepit et, induciis cum eo in decennium

1229.

Fridericus imp denuo mouens in palaeſtinam

Hieroſolymam recuperat

An. Ch. 1229. pactis, in templo S. ſepulchri, reſurrectionis diem peregit et ex ara maiore regiam coronam accepit. Inde ad purificationis feſtum anni inſequentis, *Bichlingius* comes, Chunimundi nouale, quod beneficiario iure ab eccleſia Babebergenſi obtinuerat, ad manus ECBERTI epiſcopi libere dimiſit. Per eosdem dies oſſa PHILIPPI caeſaris, e terris erutа et Babeberga *Spiram* delata, iuxta caeſarum aliorum et imperatorum monumenta, fuere ſepulta.

ibique coronatur. 1230.

Cadauer Philippi Spiram portatur.

1231. *S. Eliſabetha defuncta*

XXIX. Proximo anno ELISABETHA, *Ludouici*, Thuringiae Landgrafii, uidua, *Ecberti* epiſcopi neptis, quem in D. Franciſci ſe religionem inſeruiſſe, paulo ante commemorauimus, ingenti miraculorum ſplendore praefulgens, eſt mortua et quadriennio poſt, in numerum diuorum adſcripta. *Marburgi* Haſſorum baſilicam et monumentum in ea ex auro et argento, uariis lapillis pretioſis, magni ponderis ac pretii intextis, ampliſſimum obtinuit, quod in praeſentem usque diem praecipuum inter caetera eius miracula praebet ſpectaculum. Poſtero anno ECBERTVS, *Ratiſbonam* progreſſus, ad conuentum, quem *Otho*, comes palatinus Rheni, Bauariae dux, indixerat, ſed infrequentem, propter *Henrici* regis interdictum, habuit. Inde cum Eberhardo, *Salisburgenſi* et caeteris *Bauariae* epiſcopis et proceribus, ad ſtabiliendum foedus ac firmandam concordiam, *Landshutam* proceſſit; ubi theſauro et rebus aliis omnibus exhauſtus, centum quinquaginta libras imperiales mutuo accepit et *Conradum*, comitem Mersburgium, eius rei nomine obligauit. Inter haec *Fridericus*, *Auſtriae* dux, *Leopoldi* filius, ſeditionem aduerſus uicinos populos concitare et cuncta ſine diſcrimine diripere, uaſtare et magna ex parte inflammare, inſtat. Ad quem cum *Eberhardus* Salisburgenſis et *Ecbertus* Babebergenſis antiſtites, pacis reconciliandae cauſa, ſub principio ieiunii quadrageſimalis, eſſent deſtinati, eos, indicta cauſa, confeſtim in uincula tradidit, ac demum poſt reſurrectionis feſtum in ſorum productos, certis conditionibus dimiſit.

diuis accenſetur

et ampliſſimo monumento honoratur.

1232.

Friderici Auſtr. tumultus.

1234. *Otho Meraniae dux moritur.*

XXX. Poſtero anno *Otho*, Meraniae et Voitlandiae dux, comes palatinus Burgundiae, alter Ecberti epiſcopi frater, eſt mortuus et *Langhemii* in monaſterio ſepulturam accepit, relictis poſt ſe *Othone* et *Eliſabetha* liberis. Poſt cuius obitum *Otho*, filius, conuentum apud *Oenipontem* indixit et, accitis nobilibus ſuis uaſallis et beneficiariis, ſacramentum eos apud ſe dicere et feuda accipere iuſſit. *An. Ch. 1234.*

XXXI. Per eos dies HENRICVS rex, cum eſſet *Norimbergae*, *X. Cal. Septemb.* ampliſſimum de ciuibus *Babebergenſibus*, ad alium iudicem non aduocandis, ECBERTO priuilegium dedit, in haec uerba. *Henricus etc.* Poſt haec Germaniae principes adiuit et, inita aduerſus *Fridericum* patrem conſpiratione, plerasque ciuitates, partim ui, partim beneuolentia, ad authoritatem ſuam attraxit. Quare accepta, FRIDERICVS imperator ex *Sicilia* in *Italiam*, inde per *Forum Iulium* et *Carinthiam*, quanta potuit celeritate, aduerſus *Fridericum* ducem, properauit et *Viennam* atque uniuerſam prouinciam, cum caſtris eius omnibus, in ditionem redactam, *Ecberto*, *Auſtriam* epiſcopis, gubernandam commiſit. Quae quamdiu *Ecbertus* ſuperſtes fuit, ab hoſtilibus incurſionibus et direptionibus incolumis permanſit.

Ius de non euocando Ecberto conceſſum.

Fridericus imp. pulſo Friderico duce, rebelle

Auſtriam epiſcopis gubernandam concredit.

XXII. Poſtero inde anno bellum contra *Henricum* filium geſſit, quem tamen ad pedes abiectum, ac fidem ſuam et miſericordiam inplorantem, in gratiam recepit et ſecum *Wormatiam* duxit, ubi ipſum ueneni ſibi parati conuictum, in uincula tradidit atque cuſtodiendum in *Apuliam* miſit. Inde *VIII. Cal. Auguſti*, in ea urbe, nuptiis cum ISABELLA, *Henrici*, Angliae regis, ſorore, celebratis, *Conradum*, minorem natu filium, regem Germaniae deſignandum ac Coloniae coronandum curauit. Per eosdem dies ECBERTVS, epiſcopus uitam finiuit, anno pontificatus ſui trigeſimo ſecundo. *Auentinus*, *Viennae* in aditu Scotorum eum humatum fuiſſe, ſcribit. Tumulus uero marmoreus, e terra leuatus, et dies anniuerſarius, ante aram *S. Mauritii*, ſub umbone, *Bambergae*, in Baſilica cathedrali, ſepultum teſtatur, cuius etiam et publice concionandi muneris author perhibetur. Fuit ECBERTVS, ut idem *Auentinus* ſcribit, uir eximiae nobilitatis ac prudentiae, laude inſignis et rerum bellicarum peritiſſimus, cui etiam FRIDERICVS imperator, ob militarem prudentiam, Auſtriam gubernandam commiſerit. 1235.

Henricum filium inſidias ſibi parantem carceri manu cipat.

Iſabellam ducit: Conradum fil. regem Germ. coronavi facit.

Ecbertus mortuus

Bambergae tumulatur.

eius laudes.

POP-

POPPO,

DECIMVS SEXTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

XXXII.

Eodem anno, ECBERTO episcopo uita functo, patruus eius, POPPO, *Meraniae* dux, comes palatinus Burgundiae, basilicae cathedralis praepositus, propter dissidia, quod alii aliam in suffragio ferendo causam spectarent, episcopatum obtinuit et septem annorum spatio, ut male, sic minus utiliter, administrauit.

Popponis ortus et exigua laus.

1236. XXXIII. Postero anno *Fridericus*, Austriae dux, ECBERTI episcopi morte comperta, nulla mora interposita, ad socios subleuandos Neostadio erupit et, amicorum subsidio fultus, breui admodum tempore, a se missa omnia recuperauit, *Rudingero* Patauiensi et *Commodo*, Frisingensi, episcopis destinatis, a FRIDERICO imperatore, ut paulo ante diximus, Austriae gubernatoribus in uincula datis, reliquis uero caesarianis in fugam coniectis. Quod ut imperator audiuit, proscriptionis sententiam in eum publicauit et, missis inde per *Othonem*, comitem palatinum Rheni, Bauariae ducem, *Bertholdum* patriarcham Aquileiensem et *Popponem*, episcopum, in Austriam, satis numeroso exercitu, *Viennam*, per aliquot dies oppugnatam et in potestatem adductam, sui et imperii iuris effecit.

Fridericus Austr. carcere rupto, Austriam recuperat, captis episcopis regentibus, sed ob imper. proscriptus, Viennam amittit.

XXXIV. Interim clerus Babebergensis, militari episcopi sui uita, uehementissime perturbatus et, multis aliis illius offensis, exulceratus, circa *Non. Sept.* anni proximi, frequens coiuit, et SIGEFRIDVM, canonicum et praepositum ecclesiae B. Dei genetricis et S. Gangolphi, *comitem Ottingensem*, episcopum aduersus eum designauit, seque ei auxilio futurum, ad episcopatum obtinendum, promisit. Eo anno HENRICVS *de castro Belhmontis*, cum HEDWIGE coniuge, bona et praedia agri *Schesticensis*, *Erlensis*, *Ludebacensis* et *Schnaisdorfiensis*, ad manus *Othonis*, Meraniae et Voitlandiae ducis, comitis palatini Burgundiae; ille uero eadem uicissim SIGEFRIDO, episcopo et ecclesiae Babebergensi, cuius beneficiarius erat, resignauit. Quae deinde SIGEFRIDVS coenobio *Langheimensi* tradidit et, non ita multo post, antequam confirmaretur et consecraretur, e uita excessit. Eius nece audita, POPPO, episcopus, ex Austria Babebergam reuersus, ademptam dignitatem opinione citius recuperauit et Babebergenses, ut sibi dicto audientes essent, proposita grauissima multa, adegit.

Popponi, ob uitam militarem, antiepiscopus surrogatus Sigefridus, Henrici de Castro Belhmontis feuda, ecclesiae Bamberg. resignata, coenobio Langheimensi tradit. Eo paulo post defuncto, Poppo ad episcopatum redit.

XXXV. Postero anno HERMANNVS, Wirceburgensis et POPPO, Babebergensis, episcopi et OTHO, Meraniae et Voitlandiae dux, suae erga ecclesiam *Banthensem* uoluntatis argumenta, non solum in praesens, sed etiam in futurum, ad perennem memoriam extare cupientes, omnia eius iura et priuilegia rata habituros, nec ullum unquam in monte *Steccelienst* aedificium vel munitionem extructuros, se obligarunt. Extant super ea re data literae *V. Cal. Sept. indict. XIII.* Sequenti anno *Kotelia*, uilla, ad reditus ecclesiae accessit, indulgente eam *Godefrido Zigenfeldo* & consensum praebente illustri uiro *Henrico* comite *Truchendingensi*, uero fundi domino. Hanc donationem postea OTHO dux confirmauit et Conradum comitem, *Gregilesexini* dominum, eorum omnium defensorem destinauit. Haec acta sunt *Lichtefelsi*, ut ex diplomate patet, *XVII. Cal. Decembr. indict. XIII.* dato.

1238. Banthensis coenobii bona confirmantur. 1239. Kotelia uilla ecclesiae accedit.

XXXVI. Per eosdem dies POPPO, episcopus, stimulante ingenii leuitate, in reprobrum sensum ruens, bona et iura ecclesiastica inuadere, alia uendere, alia oppignorare, alia contra ecclesiae et maiorum prohibitionem in feudum concedere, subtrahere, et cuncta denique perperam et nequiter agere instituit. Vnde non longe post episcopali dignitate priuatus et in exilium actus, uitae finem misere imposuit.

Poppo, ob improbos mores, dioecesi expellitur.

1240. XXXVII. Proximo anno recruduit ortum prius, inter *Hermannum* episcopum et *Popponem*, comitem Hennebergium, et *Henricum* ac *Hermannum* eius filios, bellum, de quo in *Ecberto* diximus, et noua ex ea re agitati discordia, rursus turbarum ciuilium inter se incendia conflagrarunt. Quare, ne ad extrema descenderetur, *Henricus*, Thuringiae landgrafius, FRIDERICI imperatoris authoritate datus arbiter, recepta et accitis *Henrico* et *Gothefrido* comitibus *Hoenloiensibus*, pacem inter ipsos composuit eamque, sublatis litium aliarum causis, oportunis pacificae pactionia literis confirmauit.

Comitis Hennebergensis et episcopi Wirceb. dissidia recrudescentia per arbitros componuntur.

XXXVIII. At his uix sedatis motibus, nouis iterum anno postero rixis, inter HENRICVM episcopum et *Conradum*

De Hamelburgo motibus eiusdem

An. Ch. 1241. *radum*, abbatem Fuldenſem, tumultua- A fiae beneficiario effecto, contulit. Idem *An. Ch. 1241.*

nonae liten coortae. *1241.* tum, quod is ſatis amplo terrae ſpatio, ad juſtam urbis magnitudinem comprehenſo, *Hamelburgum* moenibus et foſſa munire, ſed armis id epiſcopus prohibere vellet, qui tamen, certamine inito, multis ſuis amiſſis, ut re infecta domum inglorius rediret, coactus eſt. Pridie *Non. Octob.* ab hora ſe-

Eclipſis ſolaris inſolita xta usque ad nonam, ſol tanta obſcuritate obductus eſt, ut meridies omnibus ſpeciem intempeſtae noctis referret, quippe cum ſtellas in coelo, perinde ac nocte ipſa, nudaret. Quare in religio-

religionem incutit terricolis. nem uerſa, uulgo homines ita perculſi ſunt, ut multi finem ſaeculi arbitrantes, ad peccata ſua per confeſſionem et poenitentiam agendam confugerent, alii in gratiam cum inimicis ſuis, ueteribus iniuriis condonatis, rurſus redire contenderent.

Alberti IV, Bogiorum comitis feuda, XXXIX. Ad exitum huius anni *Albertus IV.*, ultimus *Bogiorum* comes, ſine liberis e uita exceſſit. Opes eius, oppida, caſtra et praedia, quae ab eccleſia Babebergenſi in feudum tenuerat et

eccleſiae Bamberg. aperta, per obitum ſuum uacare coeperunt, poppo epiſcopus *Conrado*, Germaniae

Conrado regi conferuntur. regi, *Friderici* imperatoris filio, eccle- D Babebergenſes et ſepulturae honore caret.

Bertholdo, marchioni *Hohenbergio*, *Ambergam*, praeclarum eccleſiae Babebergenſis, ad Vilſum amniculum, in ſuperiori palatinatu, oppidum, pro centum argenti libris: aduocatiam coenobii *Thariſienſis*, *Conrado Schmidelfeldio*; urbem *Marquardo* Buteglario, Norimbergenſi atque alia aliis oppignerauit. Sacris etiam uaſis nec ipſis eccleſiae theſauris pepercit, & cum populo clerum atque adeo infenſum ipſum imperatorem FRIDERICVM ſibi acquiſiuit, ut ditione eiectum omni dignitate epiſcopali priuarit et ſubditos, qui illi ſacramenta dixiſſent, religione ſolutos, ab illo cedere, tanquam à nefario homine ac capitali eccleſiae hoſte, praecepe-

Amberga *ut et Theriſium.* *oppignorata a Poppone epiſc.*

qui ideo ad inimicos redeunt. rit. Qui cum, poſt graues ab inimicis perpeſſas contumelias, quadriennium in exilio egiſſet atque eo neceſſitatis et miſeriae ueniſſet, ut uictum ſibi quaerere cogeretur, tandem nulla re laudabiliter geſta inſigni, ac propria erga eccleſiam ſuam impietate, infamis e uita

inglorius decedit. ceſſit, nec dignus fuit habitus, qui in ea ſepeliretur; unde anniuerſario apud Babebergenſes et ſepulturae honore caret.

HENRICVS.

DECIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Bambergenſes ad maturandum epiſcopi electionem compulſi. XL. EXauctorato POPPONE epiſcopo, Babebergenſes, in baſilica cathedrali, ad ſacra comitia frequentes conuenerunt et, uariis inter ſe certare ſententiis, inſtituerunt, cum quidam ex iis aequum eſſe POPPONEM retinere cenſerent, alii uero nouum legi debere epiſcopum con-

Synodus Bambergenſis. tenderent. Caeterum FRIDERICO aperte denunciante, ſe daturum epiſcopum, niſi ipſi communi concordia delegiſſent, circa *Non. Ianuar.* anni inſe-

1242. Henrici ortus et ingenium, quentis, omnes uno animo in HENRICVM, *Schmidelfeldium*, uirum quidem aetatis maturae, ſed maiores ad res gerendas et inſtaurandas ſpiritus gerentem, conſenſerunt et epiſcopum eum ex ipſo eccleſiae gremio ſumpſerunt. *Bruſchius*, in metropoli Moguntina, *Catalonienſem* eum et imperatorium ſcribam fuiſſe, literis prodidit: ſed diuerſum ab hoc ex diplomate apparet, quo *Conradus Schmidelfeldius*, Henricum agnatum et conſanguincum, nominat, cui etiam praefecturam coenobii Thariſienſis, a *Poppone* ſibi nomine pigno-

Fridericus imp. ad eccleſiae Bamberg. damna reſarcienda, ris obligatam, libere dimiſit. Id di- G ploma anno Chriſti 1217 in octaua poſt epiphanias, *Halis* eſt datum. Etſi uero pontificia eius confirmatio per triennium ferme protraheretur, quod propter aſſidua bella et ſeditiones, Italiam prementes, omnes ad ſedem apoſtolicam intercluſi eſſent aditus: ne tamen laboranti iam pridem eccleſiae deeſſet, ſed quam deberet opem adferret, conuentum eam in rem indixit et, quid opus eſſet facto, decreuit.

confirmatio protracta.

XLI. Per menſem inde Iunium, FRIDERICVS imperator *Popponis* pontificatum exterminauit, omnia acta eius diſcidit et, ut eccleſiae damna reſarciret, quae in locationibus, infeudationibus et oppignerationibus uſuris pertuliſſet, nouum HENRICO, apud *Villacum* et *Griuiacum*, Carinthiae oppida cudendae monetae ius conceſſit. Extant ad-

ius monetae concedit epiſcopo adhuc illae tabulae in hanc ſententiam ſcriptae: *Fridericus* &c. Eodem quoque menſe, ad reuocandas, quas tempore transgreſſionis ſuae *Poppo* ab eccleſia alienauerat, poſſeſſiones, *Ramungum*, comitem Naſſouicum, qui *Camerſteni*, prope Suauacum oppidum, tunc

et, ad uindicandas poſſeſſiones, *procuratorem conſtituit.* temporis regiam habebat, & *Camerſteni-*

nitus

An.Ch.1243. nius inde dicebatur, ac *Marquardum Buttiglarium* Norimbergenſem, procuratores conſtituit, uiros non tam iuſtitia, quam ſoueritate, inſignes, et cum certis mandatis, ad recipiendas a creditoribus obligationes, in ſingulas ciuitates dimiſit. Id uero quo maiore cum authoritate fieret, ipſa beneficia, de quibus *Couradus*, filius, poſt *Alberti*, Bogiorum comitis; obitum, per Popponem, ut diximus, infeudatus fuerat, abdicauit, glorioſum reputans, editae ſubiacere legi potius, quam indigne tenere ea, quae per temerarium transgreſſorem collata fuerant. Quae cum ad illuſtranda haec tempora maxime facere uidcantur, his annalibus intexere placuit, quae ſic habent: *Fridericus &c.* Caeterum *Buttiglarius* in Anglica et Hibernica lingua *pincerna* uocatur, unde familia *Butlarorum* apud illos adhuc hodie eſt celebris, qui olim honorarii fuerunt Hibernae *pincernae*, ſicut Guilielmus *Complenius* in ſua *Hibernia* notat. An autem Buttiglarius, cuius in hoc diplomate fit mentio, et in antiquiſſimis literis ac inſtrumentis ſaepius inuenitur, inde, uel aliunde, nomen habeat, multi dubitant. Communi tamen opinione notum eſt, eos adeptos fuiſſe nomen ab officio, cui praeficiebantur ab imperatoribus, cum adhuc delectarentur in ſyluis apibus, ut ſcilicet eſſent *praefecti mellicidorum*, uulgo Triebelmeiſter. Hinc etiam nomen habet iudicium mellicidorum, das Triebelgericht. Quale adhuc hodie in oppido *Cronacenſi* et plerisque aliis locis, quotannis obſeruari ſolet. His obedituri, literis *Camerſtenius* et *Butiglarius* ſingulas ciuitates adierunt et, cum earum praetoribus collocuti, ut, ſe praeceptis ſuper hac re ſatis obſecuturos, iurarent, edixerunt.

et feuda a Poppone filio ſuo collata, reſignat.

Butlgrorum familia,

et nominis ortus.

Triebelmeiſter. Triebelgerichte.

XLIII. Anno 1243. FRIDERICVS imperator, antiqua uectigalia, ad incrementum eccleſiae, inſtaurauit et decimas, de argenti fodinis, diplomate, in haec uerba conſcripto, confirmauit. *Fridericus &c.* Interim plurima officia, feuda et poſſeſſiones, imprimis uero *Königsbergum*, caſtrum et oppidum et *Bebenburgum*, ad eccleſiae reditus acceſſerunt. Quam ob cauſam *Rauclinus*, baro *Rauenſtenus*, *Conradus Butiglarius*, *Wolframus*, dapifer et plures alii, CONRADVM regem, *Friderici* filium, regni Hieroſoly-mitani heredem, cum *Norimbergae* eſſet, adierunt et, ſibi de reſtitutione pignorum ſatisfactum, palam profeſſi, eorum ſe poſſeſſionibus abdicarunt.

Vectigalia antiqua eccleſiae Bamb. inſtauantur.

Koenigsberg et Bebenburg eidem accedunt.

XLIV. Per eosdem dies, gliſcentibus inter *Henricum* epiſcopum et *Rapathonem*, comitem palatinum Rheni, Bauariae ducem, contentionibus, de praefectura in *Wincera* et bonis aliis, ad eum pertinentibus, *Rapatho*, oratoribus Bambergam ad HENRICVM miſſis, orauit, ut, ad conciliandam inter ſe concordiam, animum inclinaret et, ſi quid perperam abſe factum eſſet, remitteret. Quibus ille obſecutus, conſeſtim *Albertum* praepoſitum, *Leopartum*, cuſtodem, *Couradum* Bothenſtenum, *Arnoldum* Sunneburgium, canonicos, *Gundeloum*, marſchalcum, *Albertum* Wirceburgum et *Wolframum* dapiferum decreuit, qui *IX. Cal. Auguſti* Ratisbonam uenerunt et *Rapathoni* ac caeteris principibus, quid in mandatis haberent, expoſuerunt. Ibi re agitata, lis in has conditiones deciſa fuit: *ut Rapatho per quinquennium de praefectura et eius hominibus uihil reciperet, iura eius non attentaret, nec ullum exactionis genus imponeret ſed beneficia et poſſeſſiones, quas attigiſſet, infra certum tempus, recuperaret et, datis fideiuſſoribus, eccleſiae ſolemne ſacramentum praeberet.* Eo dato *Conradum*, comitem Waſſerburgium et *Fridericum*, Burggrafium Norimbergenſem, tantarum rerum *ſponſores* conſtituit. Qui ſub fidei uinculo firmiter promiſerunt, ſe, Rapathone fidem fallente, ea praeſtituros, in quibus ipſe obligatus exiſteret.

per procuratores

componitur certis conditionibus.

datisque fideiuſſoribus.

XLV. Erat eo tempore miſerabilis et afflictus Franciae noſtrae ſtatus, et nouis ſubinde ciuilium armorum motibus agitabatur. *Swinfordiae*, tum dictionis Hennebergenſis ad Moenum oppidum, a fundamentis exciſum et ſolo aequatum fuit. Aream ultibus poſtea conſitam ciues deſeruerunt et proximos uicos incolerunt, praecipue autem locum, ad baliſtae iaculum ab urbe diſtantem, communiuerunt, quem ciuitatem nouam dixerunt. Eius fundus licet iuris Hennebergici eſſet, tamen, per initam tranſactionem partium et iuxta comitum praefecturam, caſtrum ponendi, iudicium exercendi et alia faciendi, iuri *Wirceburgenſi* attributum.

Sweinfordia a ſolo aequata.

et in proximo fundo reſtaurata.

iuris Wirceburgenſis ſit.

XLVI. Quibus rebus elatus HERMANNVS, epiſcopus, *Othonem* Meraniae ducem bello petiit, ditionem eius populationibus et incendiis afflixit, atque praefectos, *Othonem Schaumburgium* et *Henricum de caſtro belli montis*, captiuos abduxit. Epiſcopi incurſum ubi *Otho* dux cognouit, ut iniuriam acceptam referret, tumultuariis aliquot cohortibus ſumptis, *Ebernenſem* et *Seſlatenſem* agrum populabundus intrauit et ſummam eum uaſtitate affecit, *Wolframo Zabelſteno*, epiſcopi pincerna, capto et diu in carcere marcerato. Poſt datas has et acceptas clades, res, poſtero anno per Henricum epiſcopum, conciliata fuit. Belli cauſam *Friſaeus* fuiſſe ſcribit, *iudicium centenarium Baunaci* ab Othone duce deſtitutum. Sed cum id oppidum in ducum Meraniae poſſeſſione nunquam,

Hermannus Wirceb epiſc. inſolenter aget cum omnis

uim dicantur.

1244.

Belli cauſa praetenſa.

Rapathonis comitis et Henricipiſc. controuerſia, de praefectura Wirceranſi,

A.Ch.1244. quam, ſed comitum *Truchendingenſium* fuerit, ego hanc litem, moleſtiae, faciendae cauſa, motam ab epiſcopo exiſtimo.

In concilio Lugdunenſi 1245. XLVII. Sequenti anno INNOCENTIVS IV. pontifex, concilium *Lugdunum* in Galliam aduocauit, quo eccleſia Babebergenſis *Albertum* praepoſitum, *per legatos,* *Iacobum*, ſcholaſticum et *Eberhardum* Schaumburgium, canonicos, legatos ac procuratores miſit et per eos, apud pontificem, HENRICI confirmationem et *pallium obtinet Henricus epiſc.* pallii authoritatem obtinuit. In eo concilio pontifex FRIDERICVM *imperatorem* *Fridericus II. imp. excommunicatur 1246.* excommunicauit et Germaniae principes, ut nouum regem deligerent, literis hortatus eſt. Itaque *ad XIII. Cal. Iunias* anni proximi Sigefridus *Moguntinus*, Conradus *Colonienſis*, Henricus *Spirenſis*, Hermannus *Wirceburgenſis*, epiſcopi, cum nonnullis aliis imperii ordinibus, in uico *Hochemarſi* ad Moenum, infra Wirceburgum conuenerunt et, *Friderico* ab imperio remoto, in eius locum HENRICVM, Thuringiae Landgrafium, caeſarem deſignarunt, aduerſus quem cum CONRADVS imperatoris filius exercitum duceret et copias eius funderet, a plerisque contemni et *pontificius rex* appellari coepit. Eodem anno HENRICVS epiſcopus, legatus a pontifice, ad nouum electum regem HENRICVM, in Thuringiam, deſtinatus, in itinere a *Bertholdo* comite *Krumburgio* captus et ad tempus in cuſtodia detentus fuit. Vnde cum, pro ſua redemptione, *theſaurum eccleſiae* mutui nomine ſumere coactus eſſet; in auro tres cruces et caetera pretioſa ſuppellex templi cathedralis atque ſacrorum altarium erat. Eius rei gratia *Gundeloum* et *Marſcalcum* de Cunſtadt, *Ludouicum* pincernam de *Rotenhan* et *Vdalricum* dapiferum de Nammansdorf, eccleſiae officiales, *Sigefridum* camerarium, *Guntherum* ſcultetum, *Gothefridum* Munſterium, et *Libhardum* telonarium, ciues Babebergenſes, ſic uerba diplomatis habent, fideiuſſores conſtituit. Poſtero anno ſatis amplum a pontifice ea de re diploma elicuit, quo pontifex abbati *S. Stephani*, apud Wirceburgum, per literas mandauit, ut omnes pignorum detentores clericos, per eccleſiaſticam cenſuram, laicos uero per poenam, in Lateranenſi concilio contra uſurarios conſtitutam, compelleret, ut ſorte ſua contenti, bona et praedia, quae titulo pignoris obligata tenebant, eccleſiae reſtituerent, nec quicquam ultra ſortem perciperent. Id diploma *II. Idus Iunias*, anno pontificatus ſexto *Lugduni* datum. Eo anno HENRICO, Thuringiae Landgrafio, ex ictu ſagittae mortuo, GVILIELMVS, Hollandiae comes, in eius locum adlectus fuit.

a Conrado fuſus conſeruatur. *Henricus Thur. Landgraf. antuae ſor* *Henricus epiſc. captus* *eccleſiae theſaurum mutuatur,* *datis fideiuſſoribus.* *1247.* *Poſt uero diploma obtinet* *de reſtituendis pignoribus.* *Henrico ſucceſſit Wilhelmus ſufficitur.*

1241. *Otto, dux Meraniae, legat eccleſiae Bamb. tres villas.*

XLIIX. Sequenti anno *Otho*, Meraniae dux, comes palatinus Burgundiae, cum ſaepe aduerſa ualetudine tentari coepiſſet, teſtamentum ſuum condidit, et tres uillas, *Dimicionam*, *uillam nouam et Nouale S. Cunegundis*, pii muneris loco eccleſiae legauit. Eius teſtamenti tabulae, prout etiam nunc Bambergae conſeruantur, hae fuerunt, *Otho* &c. Idem annus, ducatus Othonis decimus quartus, illius uitae extremus fuit. Etenim *Hagenrs* quidam, uir nobilis, aulae eius praefectus, immoderata dominandi libidine ſtimulatus, ut potiri ditionibus et matrem eius ſibi connubio ſociare poſſet, eum *Nisdae*, in caſtro, hodie ditionis Bambergenſis, prope *Albimoenium* oppidum, praefectura, ferro inuaſit et uita exuit. Quanquam ſint, qui, in arce *Plaſſenburgenſi* eum interfectum fuiſſe, tradunt. Habentur in annalibus priuatis, Langhemii in coenobio, patria carmina, quibus tam crudele facinus aeternitati mandatum fuit, quae iambico metro ſic reddimus:

et breui poſt interficitur.

Per te mihi fas uiuere,
Hagene ſic chariſſime,
Mei iuris Nordeccium
Et Nisdae fortalitium
Habebis munus, nec nouum
Sordebit Plaſſenburgium.

Innocentia ejus ex eo apparuit, quod lapis, ejus ſanguine tinctus et infectus, nulla unquam abluitione purgari aut deleri potuit.

XLIX. Et ſic fine liberis extincta gens *Andechſia* finem coepit, quae a ſtirpe *Arnolphi* imperatoris, nati ex poſteritate Caroli magni, initium ſumpſit. Is enim filium habuit ex *Helmgarde*, concubina, *Ratholdum*, a quo familia comitum Andechſiorum fluxit, qui poſtea in duces euaſerunt et ducatus, Iſtriam, Dalmatiam, Burgundiam, Meroniam, Voitlandiam tenuerunt. *Curaeus* in annalibus Sileſienſibus, ducatum Meraniae Voitlandiam fuiſſe ſcribit, quem tamen erroris arguunt ea, quae ſaepius in *Othone* largo retulimus, cum *Voitlandia* per ſe fuerit ducatus et Meraniae ducatus uallem Oeni inter Alpes ſuperiorem, et huic finitimos *Tirolenſes* et *Atheſinos* complexus ſit.

Gens Andechſia emoritur. *a Carolo M. orta.* *Meraniae ducatus ubi ſitus.*

L. Genuit ea familia quatuor epiſcopos Babebergenſes, inter quos celebratur S. OTHO, Henrici imperatoris cancellarius, Pomeranorum apoſtolus. Quorum rebus obſcuriſſimis ut lucis aliquid adferrem, non abs re me facturum ſum arbitratus, ſi notatis praecipuarum actionum capitibus, breuem totius lineae ſeriem ſubiicerem, quae talis fuit.

Andechſiorum genealogia.

Ratbol-

An. Ch. 1248. *Ratholdus* liberos habuit diuum *Rathonem*, *Ilattam*, S. Conradi, episcopi Constantiensis matrem, et *Fridericum*. Huius filius fuit *Aribo*, templi Saurensis conditor, is filios quatuor reliquit: *Rapathonem*, *Gebhardum*, episcopum Ratisbonensem, *Aribonem*, archiepiscopum Moguntinum et *Fridericum II.* Rapathonis liberi fuerunt ex Hemma uxore, *Ortulphus*, *Willetrudis*, *Fridericus*: ex Cunigunda coniuge, *Leopoldus*. Leopoldus autem ex Gisela suscepit *Arnolphum*, HENRICO V. imperatori amicissimum, et *Fridericum III.* cognomento *Rocho*. Ex Arnulpho et Gisela, eius uxore, orti sunt *Poppo*, qui Chunillam, uxorem comitem Truchendingensem, anno 1142. Plassenburgii repudiauit: *Bertholdus* primus, *Gebhardus* et *Otho* Wolfretshusius. Is ex Adelheide coniuge reliquit *Henricum*, episcopum Ratisbonensem et *Othonem II.* qui ex uxore Laurita habuit *Othonem III.*, *Leopoldum* et *Henricum*. His sine liberis uita functis, Wolfratshusium ad Andechsiam rediit. *Bertholdus* primus, stemmatis propagator, ex Sophia, Ameranae uallis ducissa, suscepit *S. Othonem* episcopum et *Bertholdum II.* Is deinde ex Agnete *Neugum*, episcopum Babebergensem, quem *Auentinus* et, qui eum sequitur, *Hundius*, cum S. Othone confundit et unum fuisse arbitratur, *Mechthildem*, *Euphemiam* et *Giselam*. A *Bertholdo III.* ac eius coniuge Hedwige nati sunt *Bertholdus IV.*, Dalmatiae dux, *Poppo*, episcopus Babebergensis et *Mathildis* Genua, *Bertholdus* IV. ex Agnete, Dedonis, Misniae marchionis, filia, octo liberos reliquit, *Ecbertum* episcopum, *Othonem*, Burgundiae ducem, comitem Palatinum, *Henricum*, Istriae ducem, *Bertholdum*, patriarcham Aquileiensem, *Gertrudem*, Andreae Vngariae regis uxorem, S. Elisabethae matrem, *Heduigam*, Henrici barbati, Silesiae ducis, coniugem, *Agnetem*, quae Philippo, auo diui Ludouici. Galliarum regis, nupta fuit, et *Mathildam*, abbatissam Kitzingensem. Ab *Othone* et Beatrice, eius uxore, natus *Otho*, familiae ultimus, in arce Nisdena, ut diximus, trucidatus. Eius hereditas, quae fuit amplissima, a diuersis, cum nullus certus imperator esset, discerpta fuit. *Istriam* inuaserunt Veneti, de *Dalmatiae* ducatu bello decertarunt iidem, cum *Bela*, Vngariae rege, *Gertrudis* reginae filio. Quae uero *Bauariam* attigerunt, huius dux sibi uendicauit. *Meraniae* ducatum et caetera, quae ad *Athesin* et *Oenum* fluuios adiacent, *Menardus*, Gariciae comes, occupauit: accessiones *Voitlandiae* ecclesia Babebergensis et Wirceburgensis et *Otho*, Thuringiae comes, nacti sunt. Et

Hereditas Meraniae ducum discerpta.

quidem *Henricus episcopus* ecclesiae suae adiecit ducatum et iudicium prouinciale, ad *Roppachum*, amniculum hactenus celebratum, tertiam partem nemoris *Hugonici*, *Königsbergam*, *Bettenburgum*, *Gichium*, *Lichtenfelsium*, *Nisdam*, *Albimoenium*, *Guttenbergam*, et alia nonnulla oppida et castra, cum omnibus eorum iuribus et possessionibus, ea adiecta conditione, ut ea omnia et singula, apud dominium et mensam episcopi permanerent, nec ullo unquam tempore ab eo alienarentur. *An. Ch. 1248.* *Ecclesiae Bamberg ex ea accessione*

LI. Eodem anno *Gisilbertus*, Albertus, Onuphriusque et Otho, fratres, nobiles *Kinburgenses*, omne ius feudale, quod *Kimburgi* in castro habuere, ecclesiae dimiserunt, praeter *Castelloniam*, quam custodiam portae, siue feudum *Guardiae*, nominant, quod de manu *Henrici* episcopi iterum receperunt, ea adiecta lege, ut pro se et heredibus suis, solis exclusis foeminis, illud haberent, et, siue in ecclesiae potestate, siue extra eius dominium constituti, honorem et seruitium debitum eidem fideliter impenderent. Iudicia libera sunt, quae apud Villacum, Februario mense, indict. VII. data fuerunt. *Kinburgum donatur* *et Castellonia infeudum offertur, ecclesiae Bamb.*

LII. Proximo anno atrox inter *Henricum* episcopum et *Fridericum*, comitem *Truhendingium*, uiduam *Orlamundensem* et eius pueros, ex diuisione bonorum *Othonis*, Meraniae ducis, exortum est bellum, quod maiorem hereditatis partem penes episcopum esse perspicerent, ipsum iudicii prouincialis et Voitlandiae ducatus titulo atque authoritate, super omnes amplissima, ad gloriam celebrari, se autem finibus sane exiguis inclusos, nequaquam cum illo uno, aut opibus, aut amplitudine, comparari. Itaque communicatis doloribus, simul etiam consilia amplificandae ditionis conferunt. Et quoniam nullum sibi subsidium relinqui, nisi in armis, uident, ab armis petere statuerunt atque in eandem fortunae societatem *Fridericum*, Burggrafium Norimbergensem, uocant. Nec minori studio ius suum tueri *Henricus* parat. Itaque, copiis et auxiliis undique conquisitis, *Henricum*, comitem Hennebergium, belli ducem et ecclesiae defensorem constituit et eius rei causa *Königsbergum* et *Bettenburgum*, cum singulis reditibus ad ea pertinentibus, pro mille ducentis duabus marcis, oppignerauit. Sub idem tempus *Risenbergum* castrum, ex concessione *Eberhardi*, comitis Schlüsselbergii, ad ecclesiae possessiones accessit. Cui uicissim *Henricus*, episcopus, quadringentas quinquaginta libras constituit, ut contra Truhendingensem et Orlamundensem comites atque eorum 1149. *Ob iniquam diuisionem hereditatis Meranensis* *bellum cooritur.* *Reisenburgum ecclesiae accedit.*

An. Ch. 1250. fautores sibi potenter assisteret. Qua-
re, cum iam in campum processum et
res uniuersa breui, aut in hac, aut in illa
1250. parte, consisteret: postero anno, legatis ultro citroque commeantibus, placuit utrique parti inducias constituere et de rerum compositione differere. Ita *Hermanno*, episcopo Wirceburgensi, ab utraque parte electo, summa rei permissa.

Friderico imp. uenenum sublato,

LIII. Eodem anno FRIDERICVS imperator ardentissima febri, ex propinato ueneno, correptus, uel certe *Manfredi*, nothi, insidiis oppressus, uitam finiuit. Quo *Panormii* sepulto, CONRADVS, filius, Germaniae rex electus, regnum aduersus *Guilielmum*, Hollandiae comitem, iniuit. Et proximo anno *Crusinum* castrum *Friderico*, Burggrauio *Norimbergensi*, donatum, in feudum contulit. Ad diem *S. Viti*, HENRICVS, *Heodegenum*, comitem de uiridi lacu, ad sui auxilium prius, contra Truhendingensem et eius complices, inuitatum, maximis honoribus affecit. Cum autem pecunia, unde promissum stipendium penderet, non suppeteret, officium et praefectu-
Vorchemensis praefectura oppignoratur, ram *Vorchemensem* obligauit et custo-
diam castrensem arcis Regensbergensis
eidem indulsit. Constituerat etiam iam
ante et, pro trecentis marcarum argen-
ac et Albimoenium, ti, obligauerat HENRICVS *Albimoenium*, oppidum, cuidam *Willebrando*, Othonis Meraniae ducis praefecto, quod arcem *Nisdenam* in suam et ecclesiae potestatem tradidisset. Id omne ius proxi-
quod paulo post ecclesiae 1252. certa lege restitutum. mo anno *Willebrandus* dimisit et obliga-
tionem, pactis ad dies uitae quindecim
argenti libris annui sumtus, ecclesiae restituit.

Merandi, comitis Gorticiae, conuentio cum ecclesia ob debitum 100 marcarum argenti. LIV. Eo tempore *Merandus*, Goriciae comes, in *centum argenti marcas* eidem quoque ecclesiae fuit obligatus et, datis *Vldarico* et *Hugone* Rusenbergiis, *Rudolpho Domino*, Burggrafio Leuzensi et *Volperto Flechsbergio*, fideiussoribus, cum HENRICO episcopo ita conuenit, ut, si ad diem praestitutum solutio protraheretur, omnia sua bona, quae apud *S. Stephanum*, prope Ferdenbergam, ab ecclesia beneficiario iure teneret, ad eandem redirent, ipso comite et sponsoribus, debiti ac fideiussionis nomine, nihilominus obligatis manentibus.

Otho Bav. dux, iamiam feudali nexu ecclesiae Babeberg. obstrictus, LV. Erat sub id tempus *Otho*, co-
mes palatinus Rheni, Bauariae dux,
ecclesiae Babebergensi feudali sacramen-
to astrictus, propter castra et praedia,
de quibus post mortem *Alberti* fratris,
Bogiorum comitis, ab *Eberhardo* epi-
scopo infeudatus fuerat. Huc noua
nouas feudo nascentia accipit ab Henrico epis. iurisiurandi religione sibi deuincto,
Henricus, postero anno, ea quoque ca-
stra, iura et iudicia, quae ex obitu *O-*
thonis Meraniae et *Rapathonis*, Bauariae, *A. Ch. 1252.*
ducum, in ea uacare coeperant, cum
aduocatia *coenobii Biburgensis* et caete-
ris, sola praefectura uici *Kittemgespu-
lensis* excusa, in feudum contulit. Qui
ei uicissim *Winceram*, uetustum eccle-
siae, in Danubii fluento castrum, rese-
dificandi potestatem fecit. Eo anno
CONRADVS rex, *Friderici* imperatoris *Conradus imp intoxicatus perit.*
filius, ueneni hausto, quem *Manfredus*,
frater, per medicos mercede corruptos,
parari curauerat, repente uitam amisit.

LVI. Insequenti anno HENRICVS, *1253. Menseensis iurisdictio Philippo duci Carinthiae uenditur.*
episcopus, *Philippo*, *Bernardi*, Carin-
thiae ducis, ex comitum Ortenbur-
gensium familia oriundi, filio, ecclesiae
Iuuauiensis archiepiscopo, iurisdictio-
nem *Mensеensem*, pro ducentis argen-
ti marcis, uendidit. Proximo anno *Chunemundi praedationes*
Chunemundus, Henrici Gichiani filius,
homo montanus, haud modica homi-
num facinoroforum manu contracta,
Gichium castrum occupauit et omnem
late circum regionem caedibus, incen-
diis et rapinis, misere afflixit atque in-
colas, suorum subsidio occurrentes, in-
sidiis in itinere collocatis, exceptos et
per fideiusso- catenis uinctos illuc abduxit. Ea uero
res, fit mitior, res paulo post *Irmeo Cunstadio*, *Ludoui-
co* pincerna, *Rotenhanio* et *Sigefrido* ca-
merario, fidem interponentibus, com-
posita et ius ecclesiae, prius, ut diximus,
et ius ecclesiae acquisitum, interueniente pecunia,
ereptum restituitur. rursus a Chunemundo recuperatum.

LVII. Interim dum haec in Francia
geruntur, *Rudolphus de Rase* nouas HEN-
RICO, episcopo et Babebergensi ditio-
ni in Carinthia insidias componere,
Veteronam, castrum per uim inuasum, *Rudolphum de Rase Veteronam occupantem bello persequitur Henricus episc.*
in potestatem suam redigere et homi-
nes ecclesiae deditos uarie diuexare in-
stituit. Id ubi cognouit Henricus, ma-
turato itinere in *Carinthiam* propera-
uit et, comparato exercitu, armis cum
eo conflixit. In ea pugna captiuus sa-
eumque captum nonnisi duris conditionibus dimittit. ctus et in custodiam ductus Rudolphus
his demum conditionibus dimissus est:
ut Veteronam castrum ecclesiae restitueret, omni iuri et actioni quae sibi competerent et competere possent in castro, in turribus et uilla, positis iuxta partem et in ciuitate Villacensi, in castrensi feudo et ad ipsum pertinentibus, in domibus, areis et aliis omnibus, pro se et heredibus suis, renunciaret. Nullam in Henrici episcopi et ecclesiae eius praeiudicium in canalibus, uel alibi, munitionem exigeret. Bona ecclesiae aut hominum eius, per uim contra iustitiam abstracta, pleno iure remitteret: super damnis, per se ecclesiae irrogatis, ordinationi bonorum uirorum staret, et secundum eorum arbitrium satisfaceret, et super obseruatione praemissorum obsides et fideiussores constitueret. Extant tabulae, ex quibus,

quem-

An.Ch.1255. quemadmodum transactum negotium A fit, perſpici poteſt, XVII. *Cal. Iunias indict. XIII.* Villaco datae.

An.Ch.1255.

Henricus epiſc. vita defungitur,

LVIIX. His modo transactis, HENRICVS *Wolfsbergam* uenit et, de paranda reliqua ditione, locutus eſt. Ibi cum eſſet, in periculoſiſſimum morbum incidit. Itaque, ſolennibus omnibus peractis, *XV. Calend. Octob.* anni inſequentis obiit, uir ad cacteras uirtutes, quibus excelluit, prudentiae et pietatis laude inſignis. Corpus eius Wolfsbergae in coenobio Franciſcanorum ſepulturae mandatum fuit.

1255.

uirtutibus inſignis

Wolsbergae ſepelitur.

Richardus et Alphonſus caeſares eliguntur

Interregni initia.

Conrado imp. defuncto

LIX. CONRADVM ex humanis rebus exemptum ingens in imperio ſchiſma excepit, quod, GVILIELMO caeſare in bello apud Friſios interfecto, Germaniae proceres duos eligerent, RICHARDVM, *Corrubiae* comitem, regis Angliae fratrem et ALPHONSVM Caſtellae regem. *Richardus*, a Mogunti-no, Colonienſi et palatino lectus et *Aquis* conſecratus, annis 15. regnauit. *Alphonſus* per annos totidem et menſes B ſex regno potitus, in qua tamen diſſenſione interregnum uerius quam imperium fuit, quod uterque rex, nullis uel regiis uel imperialibus inſignibus exornatus, de ſumma rerum contendere et ius ſuum aduerſus regni aemulum tueri ſtuderet. Verum ad ordinem hiſtoriae redeamus.

BERTHOLDVS,

DECIMVS OCTAVVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LX. *Henrici* morte comperta, Babebergenſes continuo, de nouo eligendo epiſcopo, comitia habuerunt et, ſummis ſtudiis epiſcopatum ad BERTHOLDVM *Leiningiae* comitem detulerunt. Reliquum fuerat ſuperioribus annis, in manibus filiorum *Ludouici*, pincernae de *Rotenhan*, *Zilanum* caſtrum, quod cum praefectura oppidi *Turingſtadienſis*. Henricus epiſcopus ei obligauerat. Ea res ne paci moram adferret, BERTHOLDVS effecit, qui anno 1257. quadringentas argenti marcas, pro reſolutione pignorum et impenſis in reſectione aedificiorum factis, daturum ſe, cum certis interpoſitis fideiuſſoribus, obtulit. Rurſum *Wolframus*, Rotenhanius et eius frater, omni iuri, quod ipſi ſuper *Zilani* caſtri et praefecturae *Turingſtadienſis* poſſeſſione poſſet competere renunciarunt, iurantes, ſe pactionem ratam habituros et operam daturos, ut regia caſtri ſuperior, in qua turris erat, in poteſtate eccleſiae maneret.

Bertholdus, comes Leiningiae,

Zilanum caſtrum

et oppidum Turingſtadt a. 1257. pignoris nexu liberat:

LXI. His rebus transactis, *XII. Cal. Ianuar.* anni inſequentis concilium *Oſterhouiae* eſt aduocatum et de lite, quae inter *Bertholdum*, epiſcopum et *Albertum*, Halſiorum *comitem*, de *Mulhemo* interceſſit, compromiſſum. In eo concilio *Albertus* comes uniuerſis eccleſiae Babebergenſis, ut et *Oſterhouienſis* et *Aſpacenſis*, coenobiorum homines, in quibus aduocatiae ius a BERTHOLDO epiſcopo tenebat, liberos dimiſit atque ab omnibus oneribus et uexationum incommodis ſubleuauit. Ibi quoque *de non locandis, Oſterhouiae in foro, hominibus ſuis, de non exercendis in eo tabernis, aliis exactionibus imponendis*, cauit et *de iure, quod Eringae, Grauicci* et *Podingae habere aſſeruerat, ſententiae arbitrioque, quod praetor aut alius iudex tuliſſet, ſaturum et pro fide cuſtodienda fideiuſſores daturum*, ſpopondit.

1258. *Oſterhouienſibus et Aſpacenſibus*

onera remittit.

et priuilegia indulget.

LXII. Proximo biennio *Hermannus* et *Otho*, comites Orlamundenſes, ſopitis, aut certe in praeſens ſimulatis diſcordiis, de feudis et bonis relictis per mortem Othonis, Meraniae ducis, prius ortis, priſtinas reuocare cogitationes cauſamque belli quaerere cum *Bertholdo*, epiſcopo, coeperunt, haud dubiam ſpem gerentes, fore, ut cum leui momento, procerum praeſentium ſtatu atque ipſius interregni opportunitate ſubigerent, et ditionem ex manibus eius extorquerent. Id aegre paſſus BERTHOLDVS, quod iure non poterat, armis tentandum putauit et, aſcitis in auxilium uicinis, aduerſus comites in arcem proceſſit et, praelio commiſſo, non ſolum in fugam eos egit, ſed etiam magnam ditionis eorum partem ereptam incendio deleuit. Quam ob cauſam res ad Henricum, *Hennebergium*, Eberhardum *Schluſſelbergium*, Herdegenum *Grumbachium*, comites, *Henricum*, aduocatum Widerum, *Wolframum*, pincernam et *Eberhardum* Waldenfelſium, arbitros delata, qui, partibus ſolenni iurisiurandi religione adactis, grauiſſimas in eos, qui arbitrium uiolaſſent, poenas conſtituerunt et pignora, *Planckenum* caſtrum, a Bertholdo epiſcopo,

1259. 1260. *Orlamundenſes priſtinas lites de hereditate Meranienſi renouant,*

ſed infeliciter.

Res tandem arbitris decernit.

qui, conſtitutis prius in contrauentes poena grauiſſima,

A. Ch. 1260. *Zuuernicium* a comitibus exegerunt et in poteſtatem ſuam receperunt, ut parti ſeruanti arbitrium, partis non ſeruantis caſtrum, cum 60. talentis redituum iure proprietatis cederet et caſtrum eiusdem, pignori datum, nullatenus amplius obnoxium eſſet. Ea re peracta et ſimili ſe quoque ſacramento aſtrictis rerum quaſi ordine adducti arbitri, ſententiam de pace conſtituenda ita pro-

Iudum pronunciarunt.

nunciarunt. *Comites Rotenburgum et Crenacum caſtrum et oppidum, pro ea pecuniae ſumma, pro qua* Otho, *Schaumburgius, eius rei gratia, pro ſe et heredibus ſuis, obligati exiſterent. Iidem proprietates omnes et feuda, ad eccleſiam pertinentia et a die obitus Othonis, Meraniae ducis, in poteſtatem eccleſiae et poſſeſſionem accepta, Bertholdo epiſcopo, praeſtito prius per ipſum, ſub ſtola et ſub libro, ſacramento, adiudicarunt, et de ſolutione 50. talentorum et duarum Corratarum uini poſtulatum eum liberum pronunciarunt. Quin etiam de Stenaco in Stenacum et diſtrictum iudiciali eiusdem centenae et ducatu per eosdem decretum, ut comites ſe imperii eſſe, et feuda eadem beneficiario iure ab eo tenere, per imperialia priuilegia docerent, uel ſi non poſſent et Bertholdus epiſcopus, per integrae et probatae fidei homines, demonſtraſſet, centenam ipſam intra terminos iudicii ſui prouincialis ſitam et eccleſiae feudum eſſe, comites eundem de centenae diſtrictu et eius ducatu amplius non infeſtarent. Pinetum, Faginetum et Pyrgobacum, uillas et caſtri Plaſſenburgenſis medietatis poſſeſſionem per 7. idoneos teſtes probatam comites retinerent. Scorogaſtum aut mercatum, cum ſuis acceſſionibus et aduocatiae iure, liberum collegium apud S. Iacobum Babebergae poſſideat.*

Tranſactio inter comitem Orlamundenſem, ex una ac Burggrauium Norimbergenſem et comitem Truchſindingenſem, ex altera parte.

LXIII. Idem etiam, cum Hermannum, comitem *Orlamundenſem*, ob inaequalem obuentae in Francia, per mortem Othonis, Meraniae ducis, hereditatis diuiſionem, aduerſus *Fridericum*, Burggrauium Notimbergenſem et Fridericum, comitem *Truchendingenſem*, accenſum animaduerterent: pacem inter ipſos conciliandam et factam prius *Scheslici* compoſitionem confirmandam ſuſceperunt et Burggrauium ac comitem *in portionem, ſingulis eorum portionibus aequalem, Orlamundenſi praeſtandam* condemnarunt. *In reliquis autem quaeſtionibus, expenſis et damnis per incurſiones, incendia, bella et rapinas illatis, ſuum cuique ius integrum reſeruarunt et, ut ad inuicem iuri ſibi ſtarent*, pronunciarunt. Extant adhuc ueteres huius transactionis tabulae, in quibus rem *XIX. Cal. Ianuar.* ad Longenſtadium acta eſſe perſcriptum eſt.

Bonorum in Carinthia permutatio.

LXIV. Inde *VIII. Cal. Febr.* inſignis caſtrorum quorundam, ac praediorum inter BERTHOLDVM, epiſcopum et *Sigefridum*, comitem Merenburgum, permutatio facta eſt. *Sigefridus* comes, pro bonis in canalibus, ad conſtituendum monaſterium ordinis Ciſteticenſis, *a Bertholdo*, epiſcopo, ſibi deſtinatis, eidem uiciſſim *Merenburgum*, *Hardeccum* et *Truheſenum* caſtra et caetera in *Carinthiae* ducatu iuris ſui praedia, pleno iure poſſidenda conceſſit et diplomate confirmauit. Eodem anno *Eberhardus*, comes *Schluſſelbergius*, uoti damnatus, cum optionem a *Bertholdo*, epiſcopo, accepiſſet, et, ubicunque uellet, in ſua dioeceſi monaſterium conderet, neque de loco ſecum conſtituere incertus animo poſſet, tandem ad *Eberacum* amniculum, in ſundo proprio monaſterium aedificauit et, aduocatia in uitae communionem uirginibus, *Giſelam* filiam abbatiſſam praefecit et locum, ob agri amoenitatem, *Schluſſelauium* uocauit, non multis millibus paſſuum a Babeberga diſtantem. *Giſelam* inde *Anna* Zolletiana abbatiſſa eſt conſecuta. *An. Ch. 1260.*

Schluſſel. w *monaſterium exſtruitur.*

LXV. Inter haec BERTHOLDVS, epiſcopus, maius eſt opus aggreſſus, quod ad amplificandum catholicae pietatis ſtudium mirifice ualuit. Abdicabat *Henricus Hennebergius* et ſuper altare S. Petri aſſignabat ea praedia et poſſeſſiones, quas *Eberhardsdorfi* et *Froenloë* ab eccleſia in feudum tenuerat. Eorum bonorum uſum, dominio et iure ſibi retento, BERTHOLDVS *Iuditham*, coenobii Magdenbrennenſis abbatiſſae, tradidit, ut aliud ordinis Ciſtercienſis monaſterium, in *Salina ualle*, conſtitueret et, aſſumptis e ſuo coenobio uirginibus, abbatiſſam praeficeret. Iuditha, conditione accepta, monaſterium aedificauit, quod Bertholdus nouis aliis quibusdam iuribus honeſtatum, cum perſonis ſuis et poſſeſſionibus, in patrocinium ſuum et protectionem recepit.

Ex Bertholdi epiſc. pia liberalitate

Iuditha, abbatiſſa, coenobium ordinis Ciſtercienſis in Selana ualle exſtruit.

LXVI. Poſtero anno BERTHOLDVS, epiſcopus, *Rinardo* Hagonenſi, conſanguineo ſuo, *Oſthemium*, uicum, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, ſolo iure patronatus excepto, pro ducentis marcis denariorum Colonienſium uetetum, quorum ſinguli duodecim ſolidi marcam Colonienſem conſtituunt, nomine pignoris obligauit, et curae Romanae iisdem ſatisfecit.

1261. *Oſthemium oppignoratum.*

LXVII. Sequenti anno *Vulfingus*, comes *Truhenſtenus* et frater eius, *Ottelinus*, *Rotemannum*, eccleſiae ad radices Tauri montis oppidum, per uim occuparunt et, factis inde excurſionibus et certamininibus, agrum infeſtum reddere inſtiterunt. Cauſam belli ubi cognouit *Bruno*, epiſcopus Olmucenſis, Bohemiae regis in Auſtria et Stiria uicarius,

1262. *Comites Truhenſteni in eccleſiam Bamb. boſtiles.*

per Brunonem epiſc. Olmucenſem

An.Ch.1262. carius officii ſui eſſe putauit, ut ambas partes ad concordiam redigerit. Itaque adhibitis *Dietmaro, Weſſeneccio, Burcardo, Planeburgio, & Vldarico Lichtenſtenio*, comitibus, per compromiſſum litem ita decidit, *ut comites oppidum et bonorum aliorum, per uim occupatorum, poſſeſſionem eccleſiæ reſtituerent et omni iuri et actioni renunciarent. Rurſus Bertholdus epiſcopus, condonatis offenſionibus et ueteribus iniuriis, eoſdem in gratiam reciperet.*

et ab eo aſſumptos arbitros compromiſſarios

Bertholdo epiſc. reconciliantur.

1263. *Iudicium Aterhoſienſe Atergoiam translatum.*

LXIIX. Proximo anno *Bertholdus* epiſcopus conuentum iuridicum, *Aterhoſiae* prius cerebrari ſolitum, *Atergoiae* collocauit, qui deinde communi conſenſu *Henrici* et *Vuernerdi*, comitum Schaumburgiorum, ad eccleſiam *S. Georgii* translatus et unius ibi iudicii locus, ad exercendum et expediendum, quod ius Marchiae requirit, extructus fuit.

1264. *Ludouicus Bauar. dux ſimultatem inueſtituram, nepoti ſuo Conrado II. expetit a Bertholdo,*

LXIX. Poſtero anno *Ludouicus*, comes palatinus Rheni, Bauariae dux, *Bertholdum* Babebergae conuenit et, ut *Conradum II.* Sueuiae ducem, Conradi regis filium, nepotem ſuum, eccleſiae beneficiarium inſtitueret et ea caſtra ac praedia, quae feudali iure ab eodem teneret, ei conferret, ſollicitauit. Eo autem ſecum ſuper hac re deliberante et duce acrius inſtante, eo dilapſi ſunt, ut negotium ad *Friderici*, Burggrafii Norimbergenſis, arbitrium iudiciumque referrent. Eodem anno VRBANVS IV. pontifex ſolenne corporis Chriſti feſtum, die decima poſt pentecoſten, cum inſigni pompa in perpetuum celebrandum, inſtituit, cuius officium *S. Thomas Aquinas* compoſuit, qui ſacras illo tempore literas, in urbe Nola, illuſtri iam tum doctrinae et ſanctitatis fama, docebat.

Feſtum corporis Chriſti inſtitutum.

Thomas Aquinas.

1265. *Lis de Augia caeſarea compoſita.*

LXX. Sequenti anno lis inter *Bertholdum* et *Cremeſiorum* abbatem, de *Augia caeſarea* ſuborta, per *Petrum*, epiſcopum *Patauienſem*, ita deciſa fuit: ut *Bertholdus, perſolutis quindecim argenti libris, eam retineret et abbas inſtrumenta, ſi quae haberet, ad manus eius reſtitueret.* Erat tum Wirceburgi epiſcopus, *Iringus Rheinſtenius*, qui capitali odio a familia nobilium *Altenſteinorum* diſſidebat, ita, ut etiam poſt transactas inducias, cum quibusdam aliis in eorum perniciem coniuraret. Quod ubi cognouerunt nobiles, neque enim occulta res fuit, mellitis uerbis permulſum adierunt et, ſi quid aduerſum eum deliquiſſent, ſummo ſtudio ſatisfacturos, oſtendunt. Quibus rebus ille haud quaquam delinitus, eadem miſcere perrexit. Cum itaque die quodam alius, ea cura ſimulata, ad caſtrum ſe contuliſſet et comiter ac benigne acceptus, poſt peractum conuiuium, ad hoſpitium ſibi paratum diuertiſſet, duodecim eorum, clam aſcitia ad ſe et dolo circumuentis ſingulis, cum neque alio euadere, neque ſubſidium exſpectare a ſuis poſſent, leui admodum negotio, comprehendi et capite plecti iuſſit. E quibus tamen ultimus *Sigefridus*, equeſtri dignitate praeditus, grauiter eum uulneraſſe et naſum mutilaſſe dicitur. Horum nobilium ſepultura habetur *Langhemi* in monaſterio et, in praeſentem usque diem, non iniucunda eorum memoria celebratur.

Iringus epiſc. Wirceb. odio plusquam Vatiniano perſequitur Altenſteinios.

A. Ch. 1265

eosque nſ occidit.

1266. *Ciuium Bamb. ſeditio, propter uini menſuram.*

LXXI. Proximo anno tranquillatam, *Bertholdi*, epiſcopi uirtute, Babebergae rempublicam nous diſcordia mirifice perturbauit et, ſeditionem inter clerum et populum ſerere, atque de minuenda menſura uini agitare, coepit. Quam rem haud quaquam ferendam *Bertholdus* ratus, conſtituta quaeſtione, rem una cum clero totam cognouit et, ne quid detrimenti inpoſterum respublica ex diminutione menſurae caperet, certis literis cauit. Per eosdem dies *Irmgo*, epiſcopo, uita functo, proceres eccleſiae Wirceburgenſis, deductis in diuerſa ſententiis, duos, *Conradum Trimbergium* et *Bertholdum Hennebergenſium*, comites, deſignarunt. *Bertholdus* ab archiepiſcopo Moguntino confirmatus, ut *Conradum* peruerteret et temporalium poſſeſſionem conſequeretur, *Hermanno* fratre belli duce delecto, *Henricum*, Caſtellae comitem, affinem ſuum et alios, ſibi iunxit, atque *VI. idus Auguſti*, cum occurrente *Bertholdo* Sternbergio, decano et eccleſiae procuratore, comitibus nonnullis et ciuibus, prope *Kittingam*, comitum Hoenloenſium illo tempore oppidum, praelio conflixit, in quo quingenti deſiderati et multo plures capti, qui in cuſtodiam ducti ſunt.

Diſcordi electio Wirceburgenſium

bellum gigunit,

Conradus regno auita

LXXII. Cum interim CONRADVS II, Sueuiae dux, ad tuenda auita regna aduerſus *Carolum* comitem *Andegauenſem*, Ludouici Galliarum regis fratrem, in Italiam aduocatus, omnes ſuas ad eum ulciſcendum cogitationes conuerſas haberet. Itaque *Friderico* Auſtriae duce in expeditionis ſocietatem aſcito, ſub finem proximi anni, in Italiam, ſuperatis alpibus, deſcendit et *Veronae* hyemauit. Inde in Siciliam progreſſus, die uiceſima ſecunda Auguſti anni inſequentis, acre cum *Carolo* praelium commiſit, in quo exercitus eius non ſolum in fugam actus et conciſus, ſed ipſe etiam cum ſocio Auſtriaco poſt captus, ſuaſu CLEMENTIS pontificis, qui, ut *Nauclerus* prodidit, ea de re conſultus, iudicium de nobili ſanguine fieri poſſe reſcripſerat, quaſi latro ultimo ſupplicio eſt affectus. Haec clades utrique familiae

contra Carolum d'Anion mucitatus

una cum ſocio Friderico Auſtriaco

1267.

captus decollatur

An. Ch. 1268. miliae ducum Sueuiae et Auſtriae prima finem ſtulit.

1269. *Ludouici Palat. officium dapiferatus recognoſcit a Bertholdo.*

LXXIII. Proximo anno *Ludouicus*, comes palatinus Rheni, Bauariae dux, iurare fidem BERTHOLDO epiſcopo et officium dapiferatus eccleſiae ab eo cognoſcere cupiens in campum, inter Keſtenhurgum et nouam ciuitatem, prodiit atque, eo cognito, in haec ſe uerba obligauit, *Ludouicus* &c.

Ambergam iure beneficiario recipit

LXXIV. Per idem tempus BERTHOLDVS eidem *Ludouico*, comiti palatino Rheni, Bauariae duci, Ambergam oppidum et caetera bona, per mortem *Bertholdi*, marchionis Hoheburgenſis, ad eccleſiam deuoluta, beneficiario iure contulit, qui tale in ſe ſacramentum concepit, *Ludouicus* &c. Quo facto, Ludouicus dux, amicitia cum *Bertholdo*, epiſcopo conſanguineo ſuo, ſanctiſſime confirmata, *Truhenfeldum* caſtrum eccleſiae donauit.

et Truhenfeldum eccleſiae largitur.

1270. *Bertholdi Hennebergii ſecundae inutiles, de abſtinendo epiſcopatu Wirceb.*

LXXV. Annus inde 1270. bello, cum Wirceburgenſibus, a *Bertholdo* Hennebergio inito, fuit inſignis. Is enim cum omnem ſibi ad epiſcopatum aditus copiam interclusiſſe ſrque alium in epiſcopi *Conradi* locum ſuffectum eſſe uideret: conſilium ſaepe, de adhibendo remedio, habuit: tandem, re in utramque partem agitata, placuit clam urbem inuadere atque, uel inuitis canonicis et ciuibus, eam ſibi ſubiicere. Vt tamen iure potius, quam ui, agere uideretur, legatos iterum *Wirceburgum* miſit, qui promptum ad omne officii genus ſtudium ſuum offerrent et eccleſiae poſſeſſionem depoſcerent. Cum autem recens electus epiſcopus *Bertholdus* Sternbergius, ex ſenatus authoritate nihil eorum, quae peterentur, concedere decreuiſſet, ad dolum ſe conuertit et ciues, qui urbem proditione ſibi traderent, clanculum ſubornauit. Verum fraude detecta, cum quod ſibi propoſuerat ad effectum perducere non poſſet, ab incepto deſiſtere et inglorius ad ſua ſe referre coactus eſt.

1271. *Sigefridus, comes Morenberg. pignora gratis reſtituis eccleſiae Bamberg.*

LXXVI. Sequenti anno *Sigefridus*, comes Morenbergius, caſtra et praedia, quae circa *Wolfesbergam* et *Griuenam*, Carinthiae oppida, nomine pignoris obligata tenuerat, propter Deum et ob ſanctorum eccleſiae Babebergenſis fundatorum reuerentiam, liberè dimiſit nec ſe quicquam iuris amplius habiturum, ſub iurusiurandi religione promiſit.

1272. *Emicho ſit praepoſitus ueteris aediculae Ratisb. rogante Bertholdo epiſc.*

LXXVII. Poſtero anno *Friderico* de Bonlandia, ueteris aediculae apud Ratisbonam praepoſito, ad epiſcopatum Spirenſem euecto, BERTHOLDVS epiſcopus *Emichonem*, auunculum ſuum in eius locum ſubſtituit et, ut in ſede conſtitueretur, precibus apud *Leonem*, epiſcopum Ratisbonenſem, impetrauit.

LXXVIII. Durante interea in Germania interregni anarchia et cunctis rebus ad triſtem exitum ſpectantibus poſtero anno principes imperii Francofordiam, ad regia comitis frequentes conuenerunt et omnes uno animo in RVDOLPHVM, *Habsburgi* comitem, principem exiguarum quidem opum, ſed animi magnitudine praeſtantem, conſenſerunt et ex caſtris ad *Baſileam*, ubi bellum aduerſus loci epiſcopum gerebat, ad regia gubernacula auocarunt. Qui anno ſequenti conuentum principum *Norinbergam* conuocauit et deformando regni ſtatu ad eos retulit. Ibi, quia OTTOCARVS, Bohemiae rex, uocatus praeſens non aderat, poſt aliquot inde dies, alter *Auguſtae* conuentus eſt in dictus et, de conſenſu principum, miſſus ad eum in Bohemiam *Henricus*, Burggrafius Norimbergenſis, ut *Hiſtriae* et *Styriae* ducatus, modo uacante imperio occupatos, reposceret. Huius filia, nupta Adolpho comiti Naſſouienſi, peperit *Adolphum* Naſſouienſem imperatorem, quorum maiores ſus in urbe *Norica* domicilia habuerunt et extra *Camerſtenum* caſtrum, prope Suabacum oppidum, tenuerunt, unde *Camerſtenii* dicti ſunt.

Rudolphus Habsburgicus imp. electus,

1274. *in comitiis Norinbergenſibus*

et Auguſtanis

ab Ottocaro rege Boh. repetit Hiſtriae et Styriae ducatus.

Adolphi Naſſauici ortus.

LXXIX. Proximo anno *Herdegenus*, baro *Grunlachius*, uxore *Eliſabetha* adiuuante, in proprio fundo, non procul ab *Auraci* et *Regneſi* fluente, *Auracum* monaſterium S. Dominico condidit, idque, multis uirginibus aggregatis et poſſeſſionibus attributis cohoneſtauit. Per hoc biennium continuis imbribus coelo effuſis, tanta aquarum uis Franciam perfudit, ut propter aquas neque ſegetes colligi, neque feri frumenta potuerint. Aquarum illuuiem ſaeua fames, famem ſeuerior peſtilentia excepit, quo ingens hominum multitudo pecudumque extincta fuit.

1275. *Frauen-Aurach monaſterium.*

inundationes,

fames ac peſtis.

1277. *Bertholdus epiſc. legationi fungitur,*

LXXX. Poſtero anno *Bertholdus* epiſcopus, ad expedientus res regni grauiſſimas, legatus in *Styriam* et *Auſtriam* miſſus, earum prouinciarum populos, de aſſiduis et grauibus regis iniuriis conquerentes, audiuit et ſe, ubi rem retuliſſet, eorum temporibus non defuturum oſtendit. Per menſem inde Iunium ſequntis anni in *Carinthiam* progreſſus, recipiendis in fidem ſuam et clientelam hominibus, oppidis, caſtris et reliquis ditionis partibus ordinandis, uacauit. Dum autem in tanta rerum occupatione uerſatur, RVDOLPHVS in Auſtriam, ad obſidendum *Viennam*, cum exercitu per Bauariam deſcendit, cui ut auxilio uc niret, ne pecunis, quae bellorum nerus eſſe ſolet, in ea expeditione deficeret, certa quaedam eccleſiae in Carinthia bona, trecentis argenti marcis, obligauit

1278. *Carinthios in fidem recipit,*

Rudolphum imp. Viennam obſidentem

opibus iuuat.

An. Ch. 1278. gauit et, firma fidelium ſuorum et alio-
rum manu aſſumpta, magna *Rudolpho*, in
ea obſidione, adiumenta adminiſtrauit.
Nec uero partes eius et honorem im-
perii defendere contentus, ſed maiori-
bus ſubinde obſequiis et beneficiis co-
lendum eum et in liberis ſuis hono-
dum exiſtimauit. Vnde proximo an-
1279. no *Alberto*, *Hermanno*, *Rudolpho*, filiis,
omnium caſtrorum ac praediorum, in
Stiria, *Carinthia*, *Carniola* et *Marchia*,
per mortem Auſtriae ducum relicto-
rum uſum, dominio et iure ſibi retento,
in feudum conceſſit.

1280. LXXXI. Poſtero anno BERTHOL-
DVS, epiſcopus, arcem et praefecturam
Belleforſii, pretio ſexcentarum libra-
rum ſoluto, a *Bertholdo*, epiſcopo Wir-
ceburgenſi, coëmit et ad eccleſiae pos-
ſeſſiones adiecit. Eodem anno co-
mes *Orlamundanus*, *Strezendorfi* in uico,
ad Moenum, duobus ſupra Culmbachi-
um milliaribus, *Coelicoronam*, monaſte-
rium, aedificauit et filiam *Agnetem*, di-
uino cultui uirginem deſtinatam, abba-
tiſſam praepoſuit, cura eiusdem mona-
terii et uiſitatione abbati Langhemenſi
conceſſa. Hic clam, in aditu templi re
condita, a duobus amplius annis, pro
reliquiis aſſeruata ſunt duorum infan-
tum corpora, de quorum matre, *Carinte*,
Orlamundana uidua, exemplum inſi-
gne et memorabile eſt, quod *Bruſchius* in monaſteriis recenſet. Eam, ut
Albertum Burggrafium Norimbergen-
ſem, in ſui amorem pelliceret, eo furo-
ris et inſaniae proceſſiſſe, ut nondum bi-
mulos crudeliter interimere non ab-
horruerit, acubus in ſummo capitum
uertice, ad ſciſſuram cranii eorum clan-
culum, ne quid tale, inquiſitione facta,
ſuboleri poſſet, adactis. Vidi ego et
manibus contrectaui ea corpora, oſſi-
bus et neruis compacta et cute adhuc a-
rida conueſtita, ui balſami, ut exiſtimo,
ſiue quod Deus, iuſtus ſcelerum uin-
dex, innocentiam eorum hac ratione
teſtatam et iuſtitiam intuentibus prae-
bere uoluerit.

1281. LXXXII. Sequenti anno *Vdalricus*
Kinburgius turrim quandam, *Kinburgi*
in caſtro, ex diuiſione hereditatis ſibi
obuentam et ad eccleſiam feudali iure
attinentem, ad manus *Bertholdi* epiſco-
pi reſtituit et *Rinneccium* caſtrum eidem
ſub hac conditione obligauit, ut, ſi ſine
uirili ſtirpe ſe mori contingeret, *Otho*,
fratris ſui filius, eadem pro *octuaginta*
marcis denariorum Aquileienſium redi-
mendi plenum in perpetuum ius habe-
ret.

1282. LXXXIII. Proximo anno ingens di-
ſcordia, inter BERTHOLDVM, epiſco-
pum et *Fridericum* comitem *Ortenbur-*
gicum, ex hac cauſa fuit orta. Obliga-
uerat ſuperioribus annis ECBERTVS, e-
piſcopus, *Hermanno* comiti Ortenbur-
gio, patri comitis Friderici, certa quae-
dam eccleſiae bona, apud *S. Martinum*
in *Longaualle* ſita, quae *Fridericus* per uim
ab eo auerterat. Ea uero res demum
per *Conradum*, eccleſiae apud *S. Stepha-*
num Babebergae decanum, ditionis in
Carinthia procuratorem et *Fridericum*
Weiſeneccium, arbitros, ita confecta fuit,
ut *comes eccleſiae bona ſua reſtitueret, nec*
ſe ei amplius impedimento futurum, ſub
iureiurando caueret. Viciſſim epiſcopus
centum quinquaginta marcas ſolidorum
Aquileienſium penderet et eius rei gra-
tia *Othonem Wiſſenneccium* et *Othonem*
Vngnadium, fideiuſſores conſtitueret.
Rudolphus Chuningius et frater eius *Hen-*
ricus Salembergum, caſtrum a *Rugero*
Zachnenſi, beneficiario ſuo, repetierunt
et *Bertholdo* epiſcopo libere dimiſerunt,
qui cum eis uiciſſim *Sterzendorfum* et
Gredingam permutauit et feudum ec-
cleſiae confirmauit, literis pridie Cal.
Martias Dortibi in uilla datis.

LXXXIV. Moris autem tum erat in
Germania, ut emptiones, uenditiones,
et caeteri legitimi et uoluntarii contra-
ctus omnes, latino ſermone conſcribe-
rentur: id uero multarum confuſio-
num et diſputationum cauſa extitit.
RVDOLPHVS, patrii ſoli charitate indu-
ctus, Germaniam ſuam et eius linguam
ſuſcepit. Et poſtero anno, aduocato
Norimbergam conuentu, communi
principum decreto ſtatuit, ut omnia in
poſterum inſtrumenta patrio ſermone
ſcriberentur, quae ante illum latine ſcri-
pta fuiſſe conſtat.

1284. LXXXV. Sequenti anno noua *Wir-*
ceburg, propter nummum, de mercato-
torum tabulis praeberi ſolitum, ſeditio
excitata eſt, quae dirum inter epiſco-
pum et ciues certamen inflammauit et
malis plurimis, quae ſubinde grauiſſima
ſubſecuta ſunt, aditum patefecit. Ea
res quanquam per *Wiringum* Eberacen-
ſem, et *Hermannum* Langhemenſem ab-
bates, *Grattonem* et *Godefridum*, comi-
tes Hoënloios, arbitros, leuata in prae-
ſens uiſa eſſet; tamen paulo poſt ite-
rum recrudeſcere et in nouam exire ſe-
ditionem coepit, in qua ciues ſacrorum
interdicto notati, et clerus urbe expul-
ſus fuit. Sequenti anno BERTHOL-
1285. DVS, epiſcopus, ſenio et laboribus ex-
hauſtus, uitae finem impoſuit. Decea-
ſit autem *XVI. Cal. Iunius*, anno pontifi-
catus ſui uigeſimo octauo: ſepultus an-
te altare *B. M. uirginis*.

An. Ch. 1278.
Adalbertus Nanno
1279. Aliquos filiis ſuis dat concedit
1280. Dlifortii praefectura a Bertholdo epiſc. comm.
Himmelthaon monaſterium.
Infantulorum matre necatorum reliquiae.
1281. Turris Kinburgum reſtauratur et Rinneccium ea. ſtrum obligatur eccleſiae Bamb.
1282. Berthol-

A. Ch. 1282.
di epiſc. cum comite Ortenburgio
per arbitros
componitur
Salembergum reſtituit eccleſiae B. mb. acce-
dit, titulo permutationis pro Sterzendorfo et Greidinga.
Idiomate latino, confuſionum cauſa, abrogato,
Rudolphus I. in comitiis Norimberg. 1281.
Teutonicum introducit.
Seditio Wirceburg.
Bertholdus epiſcopus obit.

A. Ch. 1285.

ARNOLDVS,
DECIMVS NONVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXXVI. Arnoldus Solmenſium comes

BErtholdo, epiſcopo, in baſilicam cathedralem delato et ante aram S. Dei genitricis *Mariae uirginis*, e latere chori *S. Petri* ſepulto, eccleſiae proceres in ea frequentes conuenerunt et, de ſucceſſore ad tantum dignitatis faſtigium euehendo, retulerunt. Ibi *VI. Cal. Iul.* ARNOLDVS, Solmenſium comes, magna animorum conſenſione electus et ad aram maximam poſitus, epiſcopus rite proclamatus fuit. Qui anno poſtero 1286. Marchiam Hagianam redimit. *Marchiam Hagianam* acerbis pignorum uinculis obligatam, liberauit et pro centum libris denariorum, a Theodorico Hagenwaldo redemptam, rurſus in ſuam et eccleſiae poteſtatem recepit.

Vttenhoſiorum comitum gens extincta. LXXXVII. Circa id tempus illuſtris *Vttenhoſiorum* comitum ſtirps defecit, quae eadem cum comitum *Halſiorum* familia fuit, et ab *Vttendorfio* titulo ſibi uſurpandum ſumpſit. Ea extincta, cum certa quaedam bona eccleſiae uacare coepiſſent, ſequenti anno 1287. Arnoldus epiſc. ARNOLDVS epiſcopus, praeſtiti iuramenti religione adactus, iurisdictionem eccleſiae auxit, additis iudicii praefecturis et hominibus omnibus, qui ad marchiam *Maticanianam*, *Frideburgum caſtrum* et *Aſpacenſe* coenobium pertinuerant et caetera, *Henrico*, comiti palatino Rheni, Bauariae duci, in feudum contulit, qui in ſe ſacramentum ſuſcepit, cuius formula adhuc extat. praefecturas quasdam Henrico Palat. in feudum dat.

In comitiis Wirceburg. ſolemnibus LXXXIIX. Eo anno RVDOLPHVS, impetrator, frequentiſſimum *Wirceburgi* conuentum habuit, quo non ſolum epiſcopi, Henricus, *Treuirenſis*, Sigefridus, *Colonienſis*, Arnoldus *Babebergenſis*, Emicho *Friſingenſis*, Bruno *Hauelburgenſis*, Conradus *Argentoratenſis*, Henricus *Merſeburgenſis*, Bruno *Brixienſis*, Sigefridus *Auguſtanus*, Burcardus *Metenſis*, Reinboldo *Eiſtetenſis* et plures alii, conuenerunt, ſed etiam ipſe imperator et HONORII IV. pontificis legatus a latere cardinalis et epiſcopus *Tuſculanus* adfuit. Qui cum ad bellum ſacrum praeſidia, quartam partem omnium eccleſiaſticorum redituum, per quatuor annos poſtularet, nec quisquam ex archiepiſcopis et abbatibus aduerſus eum hiſcere auderet, tandem *Probus*, epiſcopus *Tullenſis*, conſcenſo baptiſterio, in maiori baſiliae recens extructo, pro concione in eum agere coepit et, magna orationis uehementia atque aſperitate, eius poſtulata deteſtatus, omnium nomine appellauit et concilium generale popoſcit. Per eosdem dies *Bertholdus*, epiſcopus Wirceburgenſis, deceſſit e uita, in eius locum *Mangoldus* ſubſtitutus, proximo anno ciuium ſuorum ſeditionem expertus eſt, quos tamen *Wiringus*, Eberacenſis *et Hermannus*, Langhemenſis, abbates, et *Cratto* comes Hoënloius, facile ad concordiam ineundam adduxerunt. Honorius IV pontif. ad bellum ſacrum, ingens tributum clero iniungit, ideoque Probus epiſc. Tullenſis, acriter in ipſum inuehit. Bertholdo epiſcop. mortuo Wirceburgenſis domo tumultuantur. 1288.

LXXXIX. Poſtero anno ARNOLDVS, epiſcopus, adhibitis uiris legum peritis, iura eccleſiae diligenter inquirere et, aduerſus *Eberhardum*, *Carolum* et *Henricum Knutones* et reliquos eorum fratres, actionem inſtituit, quod *Schidingam*, eccleſiae in Thuringia oppidum et caſtrum, iniuſte et contra noncupata ſacramenta, per uim ab ea auerterant et ab *Henrico*, Misnise marchione, in feudum receperant. Quae res cum diuturnae litis materiam praebere uideretur, ex utriusque partis conſenſu, in *Fridericum* Burggrafium Norimbergenſem, *Gerlacum*, *Beubergium* et *Theodoricum Marſcalcum* Ercardesbergium, compromiſſum et pax his conditionibus ſancita fuit, *ut Knuttones Schidingum, oppidum et caſtrum Arnoldo epiſcopo, nomine ſuae eccleſiae, reſtituerent et ipſe Arnoldus, epiſcopus, pro expenſis in refectionem aedificiorum factis et uoluntaria eorum ceſſione, centum ſeptuaginta quinque argenti marcas ſolueret.* Actum *Erfordiae XVII. Cal. Iul. indict. II.* Schidingum epiſcopatui ſub certa lege redditur

XC. Sequenti anno ARNOLDVS, epiſcopus, *Henrico*, comiti Schaumbergio, *Francoburgum* caſtrum, cum iuribus ſuis et poſſeſſionibus, pro octingentis argenti marcis obligatum, uendidit. 1290. Francoburgum uendunt comiti Schaumburgio.

Proximo anno ingens eſt orta, inter ARNOLDVM epiſcopum et ciues *Bambergenſes* diſcordia: ciuibus querentibus, multa fieri contra pactiones, ſtatuta et priuilegia, quae circa clericorum exceſſus, cauſarum publicarum et priuatarum cognitionem, magiſtratuum exactionem, conſuetudinem ſuarum obſeruationem et alia, a prioribus epiſcopis accepiſſent. Quae res cum ad *Leopoldum*, praepoſitum, *Burcardum*, decanum, *Henricum* cellarium, *Ioannem*, cuſtodem, eccleſiae canonicos, *Godefridum Schluſſelbergium*, *Sibothonem Egloſſtenum* et *Hermannum* dapiferum *Neuuendorfium* arbitros eſſet delata, *idibus Nouembribus* deciſa fuit. 1291. Ciuium Bambergenſium querelae contra epiſcopum, per arbitros compoſitae.

XCI. Eo anno imperator RVDOLPHVS, aegritudine correctus, *Germensheim* Rudolphus imp. obit.

An. Ch. 1292. Rudolphus *imp. obit.* 1292. Adolphus Naſſouicus *imp. eligitur.*

heim in oppido, ad Rheni ripam ſito, uitam amiſit, *XVII. Cal. Auguſti.* Eo *Spiræ* inter imperatorum ſepulchra repoſito; ſequenti anno ADOLPHVS, comes Naſſouienſis, ad imperium euectus eſt. Sub id tempus *Albertus Varſio*, homo montanus, cum *Alberto* filio, omnia liberi iuris bona et praedia, quae *Turnauiae* poſſidebat, eccleſiae libere dimiſit, et eadem rurſus cum turri, cuſtodia portae et caeteris omnibus acceſſionibus, ab ARNOLDO, epiſcopo, beneficiario iure recepit et ſolenne ſacramentum praeſtitit, quo ſe, ad defendendam eccleſiam et eius patrimonium, in perpetuum obligauit.

Turnauiae praedia in feuda eccleſiae Bamb. oblata.

1293. Adolpho *imp.*

XCII. Sequenti anno ADOLPHVS, rex, poſt electionem de ſe factam, *Norimbergam* proceſſit et conſilia, de rebus imperii, cum *Friderico*, burggrafio Norimbergenſi et nonnullis aliis regni proceribus, communicauit. Ibi cum *Ebernandum*, Aſchaffenburgenſis eccleſiae ſcholaſticum, protonotarium et cancellarium ſuum, ad parochiam curiae in *Voitlandia* ſe inſtituere uelle oſtenderet, fortiter ei reſtitit *Arnoldus*, epiſcopus, quod ius illud ad ſe et eccleſiam ſuam pertinere contenderet. Tandem uero ſuaui regis ADOLPHI beneficio delinitus, ſiue Ebernando gratiae faciendae cupidus, eam inſtitutionem haud inuitus admiſit, rege ius eccleſiae in eo fouente et publicis ſcriptis tabulis confirmante. Actum *Norimbergae VI. Non. maiis indict. VI.* anno regni ſui primo.

Ebernandum parochum inſtituere,

ſe opponit Arnoldus epiſc.

poſtea tamen eidem cedit.

Aduocatus Widenus in iure eccleſiae iniurius ad tribunal imp. citatur.

XCIII. Sequentibus inde diebus, cum operam iuri dicundo daret, acceſſit *Henricus Stulfius*, Arnoldi procurator, et grauiter de *Henrici*, aduocati Wideni, iniuriis, quibus *Scorgaſtum*, eccleſiae mercatum, in diminuendis aduocatiae et caeteris iuribus affecerat, eſt conqueſtus et, ut afflictis eius rebus ſuccurreret, precibus contendit. Qui cum ad regium tribunal, ad dicendam cauſam, citatus non compareret, ADOLPHVS rex, epiſcopia et principibus circumſedentibus, ita pronunciauit: *Nos Adolphus* &c. Proximo anno *Cunigundis Wallenroda* monaſterii apud *S. Theodorum* abbatiſſa, et *Eberhardus*, comes Schlu-

1294. *Abbatiſſae ad S. Theodorum*

A ſelbergius, inter ſe grauiſſime contenderunt. Ad ueteres inimicitias illud acceſſit, quod comes *Eberhardus* omnes eas poſſeſſiones, quas Vdalricus pater *Gorendorfi*, *Leoſtanae*, *Buſenfeldi*, et *Fritſiae*, poſt mortem ſuam, coenobio pii muneris loco reliquerat, per uim inuaſiſſet et aduocatiae ius in eis ſibi aſciuiſſet. Ad eas res conſtituendas, tum praecipue uero ut lis finiretur, abbatiſſa elaborauit: neque ſtudium fefellit euentus: ſiquidem, arbitris utrinque delectis pax ita conſtituta fuit, ut *Eberhardus, comes, iura et praedia, legitima patris donatione probata, in coenobii poſſeſſione relinqueret, nec ullam amplius in eis poteſtatem uel aduocatiae ius aſſumeret.*

A. Ch. 1294. rum cum Eberhardo, comite Schlufſelberg. contentiones

per arbitros ſopiuntur.

1295. Arnoldus *epus Bamb. obiit.*

XCIV. Poſtero anno ARNOLDVS epiſcopus, conſenſu collegii Georgiani, *Alberto*, Halſiorum comiti et *Eliſabethae*, eius uxori, *Oſterhoſium*, *Vrbecum*, *Erlingam*, *Zabalſingam*, et nominatim reliqua omnia bona, quae eccleſia cis Danubium, circa Winceram caſtrum, tenebat, pro *ducentis triginta tribus argenti marcis*, oppignerauit et ab eodem *Alberto* comite et eiusdem coniuge *Eliſabetha*, Truhendinga, *Neohuſium* ad Vlſeſſum amnem caſtrum, pro *quadringentarum marcarum pretio* redimendi lege coëmit. *Fridericus*, burggrafius Norimbergenſis, poſt mortem *Chelonis*, comitis *Lenbergenſis*, eccleſiae beneficiarius effectus, cum *Leonis caſtrum* et caetera bona, de quibus a *Bertholdo*, epiſcopo, infeudatus erat, in poteſtatem ſuam et poſſeſſionem redigere non poſſet, ab inductoribus, ad id deſtinatis, *Menardo*, Carinthiae duce et *Udalrico*, comite Hennebergio, praepeditus: ſequenti anno ea omnia et ſingula ad manus ARNOLDI, epiſcopi, reſtituit et omne ius, quod in ſe et heredes ſuos translatum eſſet, in eius et eccleſiae ius et dominium reiecit. Extant literae *VIII. Cal. Mart.* Cadesburgi hoc anno datae. Ad *XIV. Cal. Auguſti* ARNOLDVS *epiſcopus* uitam reliquit, et ad aram *S. Ioannis Baptiſtae* ſepultus fuit. Annales priuati diem obitus eius in annum praecedentem et indictionem VIII. reiiciunt; ſed eum hoc ipſo anno fuiſſe mortuum, conuincit diplomatis authoritas.

ra.

Arnoldi obitus et ſepultura.

LEOPOLDVS.

VIGESIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Leopoldus haro Grunelachius

XCV.

ARnoldo mortuo, LEOPOLDVS, *haro Grunelachius*, concordibus ſuffragiis euectus et ſummis a ciuitate gratulationibus exceptus, primo ſe aequum omnibus exhibuit et ſalutaria ciuibus priuilegia indulſit. Erat eo tempore *Nidſtenum*, ad

An. Ch. 1296. Veſuntis amnem caſtrum, eccleſiae ditioni ereptum et prorſus ab ea alienatum. Id recuperare LEOPOLDVS cupiens, proximo ineunte anno, procuratores, ad exponendum eccleſiae ius, Norimbergam, ad regium tribunal miſit et ex iudicum ſententia poſſeſſionem eius non ſolum obtinuit, ſed etiam opulento, quod ibi Nidſteniana uidua poſſederat, eam patrimonio auxit.

1297. *Nidſtenum caſtrum recuperat.*

XCVI. Poſtero anno ADOLPHVS, rex, Moguntiae, ſolenni principum edicto, imperii titulo exutus et ALBERTVS, Auſtriae dux, *Rudolphi* imperatoris filius, in eius locum declaratus fuit. Hinc uindictae cupiditate incenſus ADOLPHVS, quam maxima celeritate aſſequi potuit, ad Rhenum, prope *Spiram*, ALBERTO ſeſe obiecit et una cum eo praelium commiſit, in quo etiam currenti equo effuſus & oppreſſus interiit. Eo extincto ALBERTVS, a principibus electoribus, *Francofordiae* rex denuo deſignatus et *Aquis* conſecratus, *Ioannem*, epiſcopum Tullenſem et *Conradum*, comitem Odingenſem, legatos Romam ad BONIFACIVM VIII. pontificem, pro ſua remuneratione miſit. Erat iisdem diebus eccleſiae ſtatus, aſſiduis pene bellis et pignorum uinculis, in *Franciae* et *Carinthiae* partibus acriter irretitus, admodum miſer, uel potius miſerabilis et foeda imprimis eius facies. Neque enim de uſuris reſpirare, neque in agris habitare agricolae, ſine militari cuſtodia poterant: adeo proditorum hominum et latronum numerus increuerat. Qui eum, traiecto occulte, iuxta *Staffelſtenum* ad diuertigium, Mocno, ſequenti anno ditionem *Hennebergenſem* inuaderent et, uiculis incenſis, eam paſſim direptionibus et praedis, imprimis autem *Oberadam*, deuaſtarent: ea re ictus *Bertholdus*, Hennebergius, ſatis amplum equitatum collegit et agrum Babebergenſem ingreſſus, miſere eum populatus et latrones iſtos, ditione ſua puſſos et e receptaculis extractos, grauiter ultus eſt. *Conradus* ſenior, Burggrafius Norimbergenſis, ad Marchiam Furthenſem, anno 1070. per *S. Henricum* imperatorem, praepoſiturae maioris baſilicae firmatam, exigua, quae in ea habebat praedia, pii muneris loco adiecit.

1298. *Adolpho imperio exuto, Albertus Auſtriae. ſurrogatur*

Miſer Franciae et Carinthiae ſtatus.

1299.

XCVII. Eo anno, LEOPOLDVS, epiſcopus, ſuorum precibus ſtimulatus, profectionem in *Carinthiam* ſuſcepit et per Bauariam iter ingreſſus, *Oſterhofium* in monaſterium diuertit et a monachis, obuiam ſibi factis, benigne admiſſus et ab ipſo abbate, *Vdalrico*, debito officio cultus eſt. Ibi aſſiduos hominum ſuorum praetercuntium et in coenobium, tanquam ad hoſpitium, adeuntium ſumptus recordatus, ut coenobium eximio aliquo beneficio afficeret, eidem *ius patronatus* eccleſiae parochialis in *Wincera*, Patauienſis dioeceſis, in perpetuum poſſidendum conceſſit et muneribus aliis affecit. Circa hunc annum ciues *Norimbergenſes*, cum peregrinis gentibus primum negotiari coeperunt.

An. Ch. 1299. 1300.

Oſterhofium *monaſterium a Leopoldo, epiſc.*

ius patronatus in Wincera accipit.

Commercium Norimberg. initum.

1301. *Nappi libertas in epiſcopum.*

XCIIX. Poſtero anno *Nappus*, ciuis et mercator Piſtorienſis, ſocietatum de Piſtorio et abbatum de Florentia procurator, LEOPOLDVM, epiſcopum, cum *Villaci* eſſet, cum liberis mandatis adiuit et debitum, quod praedeceſſor ſuus, *Arnoldus*, epiſcopus, contraxerat, repetiit. Sed cum pecuniam, qua ſatisfaceret, non haberet: is ſuo et ſocietatum nomine, quingentas argenti marcas Romani ponderis, cum quinquaginta marcis uſurarum, quae ſupra ſortem accreuerant, eccleſiae dimiſit ac reſtituit et, reiectis obligationibus caeterisque inſtrumentis omnibus, liberam eam pronunciauit, ut patet ex literis *XIV. Cal. Febr.*

1302. *Albertus imp. eccleſiae Bamberg. priuilegia confirmat.*

C. XCIX. Sequenti anno ALBERTVS imperator, uetera omnia priuilegia, eccleſiae ſuper eiusdem bonis indulta et *Herſburgi*, *Voldenae*, *Vrbeci*, *Ambergae* et aliis in locis ſita, firmauit, hoc, quod adhuc extat, diplomate dato: *Albertus &c.* Sequenti anno *Waltherus*, comes Barbienſis, Hermanni, marchionis Brandeburgici in ditione Coburgenſi uicarius, *Meinburgum* caſtrum, a *baronibus Grumbacenſibus*, Leopoldi epiſcopi patruelibus, bis mille aureis emit. *IV. Cal. Auguſti Mangoldus*, epiſcopus Wirceburgenſis, eſt mortuus eique *Andreas* Gundelfingius ſubrogatus. Poſtero anno, *ad XI. Cal. Septemb.* LEOPOLDVS naturae conceſſit et, in choro S. Petri, iuxta aditum ſacriſtiae, ſepulturae mandatus fuit.

1303.

Meinburgum *a Grumbacenſibus emtum*

Andreas *epiſcop. Wirceb.*

1304. Leopoldus *epiſc. obit.*

WVL.

An.Ch.1304. An.Ch.1308.

WVLFINGVS.

VIGESIMVS PRIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

WVLFINGI ortus.

C. IN *Leopoldi* locum ſuffectus WVLFINGVS, baro Stubenbergius, prius ordinis praedicatorum monachus, poſt collegio canonicorum Babebergenſium inſertus, eandem ad res eccleſiae amplificandas cum *Leopoldo* diligentiam tenuit. Sequenti anno *Rudolphus*, palatinus Rheni, Bauariae dux, WVLFINGO feudali ſe ſacramento obſtrinxit et, quod *Ludouicus* pater in ſe receperat, ſe ratum habiturum promiſit. Erat eo tempore hyems aſperrima, quae inſolita ui frigoris Moenum, Regneſum et caeteros amnes, ita conſtrinxit, ut hominum et iumentorum itinera tolerarent. Ad *Cal. Maias* tanta niuis fuit copia, ut uaſtitatem arboribus, pondere diffractis ramis, inferret et uineta corrumperet.

1305. *Rudolphus palat. Wulfingio uaſallagium praeſtat.*

Hiems aſpera.

1306. Cl. Proximo anno *Bertholdus*, Hennebergius, *Meinburgum* caſtrum, dum ſaltu, uino et reliquis eius poſſeſſionibus, a *Walthero*, comite Barbienſi, qui illud ante triennium a baronibus Grumbacenſibus emerat, perſoluto pretio ſibi comparauit. Poſtero anno *Conradus Schluſſelbergius*, *Vdalrico*, *Henrico* et *Wincero* fratribus, *Poppone* Groſio, uiro nobili progenitis, *Rabenſtenum* caſtrum, pro ſe et heredibus ſuis et ſucceſſoribus contulit, quod deinde, familia Schluſſelburgiorum extincta, ad eccleſiae poſſeſſiones acceſſit. Eodem anno ordo *Templariorum*, uno quaſi momento, deletus et eorum poſſeſſiones in *S. Ioannis Hoſpitalarios* translatae ſunt.

Meinburgum ad Hennebergi peruenit.

1307. *Rabenſtein caſtrum ad Schluſſelbergios, ac poſtmodum ad eccleſiam Bamb. accedit.*

Templarii extincti.

1308. CII. Anno ſequenti *Fridericus*, comes Truhendingius, conſenticnte *Agnete*, coniuge, *Conrado* et *Ioanne*, filiis, WVLFINGO, epiſcopo *Gichianam* et *Stufenbergenſem* ditiones, cum *Schleſlico*, *Gichio* collino, *Arnſteno*, *Neohuſia* et *Stufenberga*, oppidis et caſtris ac ſingulis eorum pertinentiis, iuribus et poſſeſſionibus, pro *quinque millibus* mutuatitiis ab eo acceptis *argenti marcis*, Norimbergenſis ponderis, oppignerauit. WVLFINGVS, epiſcopus, praepoſito maioris baſilicae, aduocatiam *Thuringſtadienſem*, in eos homines et bona, quae ibi tenebat, indulſit.

Dynaſtiae Gichianus et Stufenbergenſis eccleſiae Bamberg. oppignorantur.

Thuringſtadium accedit praepoſiturae maioris baſilicae.

CIII. Interim ALBERTVS, imperator, allato ſuorum ad *Lucam*, prope *Pegas*, acceptae cladis nuncio, expeditionem in *Thuringiam* ſibi ſuſcipiendam decreuit et, cum Wulfingo *Babebergenſi*, Andrea, *Wirceburgenſi*, et Sibothone *Spirenſi*, praeſulibus, per *Franciam*, *Murſtadium* et *Wetingam*, eo tempore ditionis Hennebergenſis oppida, acceſſit et a *Bertholdo*, Hennebergio, ſplendore regio exceptus, eum *Swinfordiae* imperii uicarium conſtituit. Inde *Iſenacum*, a duerſus hoſtes progreſſus, cum eos ui ſuperare ſe poſſe diffideret, mutato conſilio, ad Rhenum, omine parum fauſto, ſe retulit. Nam dum ibi ſuperato flumine ſuorum aduentum exſpectat a nepote ſuo, *Ioanne*, fratris filio, nefarie transfoſſus et HENRICVS, comes *Lucelburgius*, in eius locum ſuffectus eſt.

Bertholdus Hennebergius imperii uicarius creatus.

Alberto a nepote ſuo occiſo ſuccedit Henricus Lucelburgius.

CIV. Proximo anno WVLFINGVS *Bertholdum* Hennebergium, ut pacem et amicitiam cum eo faceret et eccleſiae defenſorem conſtitueret, Lichtenſelſum ad ſe uocauit et ei uiginti libras denariorum Babebergenſium, quotannis Babebergae de collectis et uectigalibus exigendas, conſtituit. Poſtero anno Babeberga nouis et magnificis publicis muneribus, ad memoriae commendationem fuit exculta. Nam aedibus tem- S plariorum *S. Franciſci* fratribus aſſignatis, opportuna piorum hominum benignitate, aliquid eſt acceſſionis adiunctum et nouum, ad Regneſum amnem, *S. Dominico* monaſterium, à Wulfingo, epiſcopo aedificatum. Ad *idus Iulias* ejusdem anni, *Bertholdus* Hennebergius Francofordiae, in celebri principum conuentu, princeps imperii electus et ſolenniter remuneratus eſt.

1309. *Bertholdus Henneb. eccleſias Bamb. defenſor.*

1310. *Dominici monaſterium extruitur.*

Bertholdus Hennab. princeps imp. fit.

CV. Sequenti anno HENRICVS, ex authoritate ſua, uetera priuilegia de more inſtaurauit, *II. idus Septemb.* et tale legatis petentibus diploma indulſit *Henricus* etc. Eo anno WVLFINGVS, a *Ioanne*, Bohemiae et Poloniae rege, octomillia marcarum argenti, Viennenſis ponderis, mutui nomine ſumpſit et eius rei gratia *Friſthenſtenum*, *Kimburgum*, *Straſfridum*, *Crainneccium*, *Vederonam*, *Villacum* Aquileienſis, *Dieterichſtenum*, *Veldkirchum*, *Griuenam*, *Wolfsbergam* ad *S. Leonhardum*, *Richelfelſum*, Salisburgenſis dioeceſis, in Carinthia oppida et caſtra, cum omnibus reditibus, portoriis et uectigalibus, pignorum uinculis obligauit: prout latius continetur in literis, quae Oeniponti *VIII. Idus Aprilis* datae ſunt, cum hoc indice: *Nos Ioannes*, *Bohemiae* et *Poloniae rex*, *Carinthiae dux*, *Meraniae marchio*, *Tirolis & Goriciae*, *eccleſiarum*

1311. *Henricus imp. uetera priuilegia confirmat*

Carinthiae pleraque oppida etc oppignorantur Bohemiae regi.

An. Ch. 1311. *rum Aquileiensis, Tridentinae et Brixi-* A *ensis aduocatus etc.*

CV. Tertio *idus Augusti*, WVLFINGVS *Conradum*, comitem *Schlüsselbergium*, feudali sacramento astrictum, de castro *Bezenstено* inuestiuit, literis in hanc sententiam datis. *Nos Wulfingus etc.* Proximo anno *Fridericus* Truhendingius, ecclesiae Bambergensis canonicus et apud *S. Gangolphum* praepositus, arbiter datus, ad cognoscendam controuersiam, inter *Othonem* et *Stephanum*, Bauariae duces et *Conradum* episcopum ac clerum Ratisbonensem, ob immodicas exactiones et constitutiones, ecclesiasticae libertati contrarias, ortam, summa prudentia eruit.

Bezenstein *Conrado Schlüsselbergio conceditur in feudum.*

1312. Friderici *Truhendingii arbitrio*

lites ducum Bau. cum episc. Bamb. sopiuntur.

Henricus VII. *coronam suscepturus*

Wulfingus *episc. legatum praemittit*

§. CVI. Sub id tempus HENRICVS rex, ad suscipiendam imperii coronam, ex mandato pontificis, in Italiam traiecturus, legatum de more, cum plena potestate, WVLFINGVM e, iscopum praemisit, ut iura populorum cognosceret, eosque ad antiqua obsequia, sibi aduenienti tribuenda, adigeret atque omnino uiam sibi in Italiam muniret. Ad id faciendum iter WVLFINGVS *Groselisexinum castrum* collegio Georgiano, D pro mille uiginti libris Halensium uendidit. Interim lento Henrieus agmine subsecutus, *Mediolani* corona ferrea, Romae uero in *Laterano* insignibus augustalibus ae nomine imperatoris affectus est. Roma inde digressus, cum sequenti anno Florentinis immineret, ueneno in eucharistia, a quodam Dominicano, ut Nauclerus refert, nefarie necatus est.

1313. *ex in Italia uenomo tollitur.*

1314. *Monasterium ad dominicum sepulchrum ob singulare miraculum extructum.*

CVII. Proximo anno WVLFINGVS episcopus monasterium, ad dominicum sepulchrum, in agro extra urbem aedificare instituit. Eius uero condendi haec fuit causa et occasio. *Simon*, scholaris, qui praeferociore insania praeditus, templum *S. Martini* intempesta nocte furtim subiuit et, securi in sacrarium compacta, pixidem argenteam et sacras F in ea inuolutas hostias sacrilegis manibus subripuit et extra urbem relatas ac holoserico inuolutas, eo loci ubi nunc est monasterium et ara eius maxima ab incolis ueneratur, turpiter proiecit. Quo facto famulae duae, altera custodis, altera ciuis cuiusdam, in crastino S. Kiliani martyris, ad operas faciendas illuc perrexerunt et colligendis segetibus uacarunt. Ibi species iuuenis uenustissimi, statuae mediocris, eis oblata fuit, cuius claritate permotae illae, cum ad rem penitus cognoscendam proprius accederent et sacras hostias ibi positas esse cernerent, nec tamen tangere manibus possent, una earum ad custodem, herum suum, celeri cursu contendens, rem omnem, uti uiderat, enarrauit. Custos tacita religione per-

ueneranda sacramenti manifestatio.

fusus et rei nouitate expugnatus, continuo paroehum ecclesiae *S. Martini* ad se acciri iussum obsecrauit, ut una secum eo se conferre et accurate huius miraculi ueritatem ad liquidum explorare uellet. Ob id parochus urbe egressus, ad locum uenit et, re cognita, cum sacras hostias leuare frustra tentaret, et huius rei fama ad aures WVLFINGI episcopi peruenisset, ut erat eximia pietate praeditus, ieiunio & precatione persectus, a basilica cathedrali exiit et cum hymnis et canticis, sancta praecedente cruce, accessit ad locum, ubi proiectae fuerant hostiae et tanta eas reuerentia et deuotione excepit, ut omnes stupore et religione perculsi, statim se humi Deum collaudantes abiecerint. In huius miraculi fidem et aeternae memoriae eius commendationem monasterium ibi constructum et nomen ei ab euentu fuit inditum. *Simon*, saerilegus, canum latrantium facto in se impetu in itinere retentus et *Vorchemii* ex fuga retractus, per urbem uniuersam raptatus et, cruribus fractis, rotae impositus, meritas saerilegii poenas exsoluit. *Conradus*, Burggrafius Norimbergensis, deuotionem praepositurae Babebergensi, anno adhinc quarto decimo per se factam, renouauit. Vnde errant, qui anno 1295. eum e uita discessisse perhibent.

CIIX. Eodem anno proceres imperii, contrariis moti studiis, LVDOVICVM Bauarum et FRIDERICVM Austriae ducem paribus suffragiis caesares elegerunt. Vnde bellum ciuile in octennium, donec uictus et captus est FRIDERICVS, Germaniam tenuit. Proximo anno WVLFINGVS episcopus *Vdalricum*, comitem Phanobergium, consanguineum suum, ditionis in *Carinthia capitaneum* et *Grinenae* in castrum, *praefectum* ordinauit, & ducentas marcas denariorum Frisecensium pro annuo stipendio e, constituit. *Andrea*, episcopo Wirceburgensi, mortuo successit *Godefridus* comes Hoenloius.

Ludouicus *Bau. et Fridericus Austr. impp. eliguntur.*

1315. Vdalricus *Carinthiae capitaneus.*

Godefridus *episcop. Wirceb.*

CIX. Postero anno LVDOVICVS, rex, *Waschenfeldum*, hodie ditionis Babebergensis oppidum, exiguum eo tempore Conradi comitis Schlüsselbergii uicum, urbis et mercatus iure donauit et habenda ea iura, quae urbs Babebergae teneret, priuilegio indulsit. Sequenti anno nouis concessionum tabulis constituit ac sub decem marcarum poena sanxit, ne quis, ad, infrigendas regias huiusmodi libertates, intra dimidium milliarium uendendi vel emendi sibi licentiam assumeret.

1316. Waschenfeld *ius mercatus acquirit*

1317.

CX. Postero anno *Otho Vngnadius*, baro, *Frideburgum* castrum, ecclesiae nomine sibi pro treeentis sexaginta libris obligatum, ad manus WVLFINGI episco-

1318. Frideburgum *oppignoratum Vngnadio.*

An. Ch. 1319. piſcopi dimiſit, qui ei rurſus *Richefelſum* caſtrum ita aſſignauit, ut ad ſoluendam *certa lege reſtituitur.* conſtitutam pecuniae ſummam ſingulis annis uiginti mareas ab eccleſia exigere fas eſſet. Pridie *idus martias* WVLFINGVS epiſcopus eſt mortuus et, ad aram *S. Cunegundis*, ſepulturam accepit. *An. Ch. 1319.* *Wulfingus decedit.*

IOHANNES,
VIGESIMVS SECVNDVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CXII. MOris tum erat in eccleſia, et inde a tempore HENRICI V. imperatoris, per annos ferme ducentos obtinuerat, ut uacante ſede, epiſcopus ex ipſius eccleſiae gremio, per legitima ſuffragia eligeretur, nec quisquam ad id dignitatis faſtigium admitteretur, niſi quem maior pars procerum concors ſummae rei praeeſſe uoluiſſet. Quocirca, WVLFINGO uita functo, eccleſiae proceres in unum coierunt et, de nouo ſubligendo epiſcopo, uota contulerunt. Sed morae cauſam attulit duorum epiſcoporum, CONRADI, baſilicae cathedralis et VDALRICI Schlüſſelbergii, eccleſiae apud S. Stephanum praepoſitorum, electio et recens contra leges et inueteratam conſuetudinem inducta per *Ioannem XXII.* pontificem innouatio. Hic enim ad pontificatum euectus ita nouis ſubinde rebus ſtuduit, ut epiſcopatus ſimplices diuideret, diuiſos in unum redigeret, abbatias transferret et, quos uellet, ſuo iudicio epiſcopos imponeret. Eo anno *Fridericus*, comes *Trubendingius* conſilium retinendarum et recipiendarum ditionum coepit et, perſolutis quinque marcarum argenti millibus, pro quibus easdem WVLFINGO prius obligauerat, ab *Henrico* decano et *collegio Georgiano*, ad ſe reuocauit. Rurſus collegium ipſum et *Conradum* eius filium pro ſe et ſucceſſoribus ſolenni ſacrae deteſtationis carmine obſtrinxit, ne quando aliis, quam eccleſiae et epiſcopo, eas ditiones et quaecunque poſſiderent, alia caſtra, oppida et praedia uenderent. Extant hac de re diplomata duo, unum *idibus decembr.* alterum *XIV. Cal. Ianuar.* Babebergae data.

Epiſcoporum ex ipſo eccleſiae gremio electio, *ob eligentium diſſidia* *labefactatur a Ioanne pontif.* *Fridericus Trubendingus ditiones ſuas eccleſiae oppignorat et redimit* *filiamque in eccleſiae fauorem obligat.*

CXIII. Interim *Conrado* et *Vdalrico* Romae de epiſcopatu contendentibus et utrisque ius ſuum defendentibus, accidit, ut *Conradus* praeter omnium exſpectationem in fata concederet, cum paulo ante *Vdalricus* dignitate ſe ultro abdicaſſet. Itaque ſequenti anno IOANNES pontifex, epiſcopum IOANNEM Brixienſem, *Canonum doctorem*, dedit et, ut clero pacato uti poſſet, parochias tributarias fecit, quod multorum in eccleſia malorum fomes extitit. Hinc, *Auentino* teſte, ambitus in eum irrepſit, hoſpitalitas abolita et, quod in alimentum pauperum ante diſtributum, in luxum et pompam, ne quid dicam grauius, uerti eſt coeptum. *Ioannes Canonum doctor, epiſc. Bamb. a pontifice datus.* *tas parochias tributarias facit.*

CXIV. Proximo anno *Fridericus*, Burggrafius Norimbergenſis, *Gutebergum*, ſuae ditionis illo tempore beneficium, ab omni iure feudali exemit et *Conrado*, comiti Schluſſelbergio, libera conditione poſſidendum commiſit. Poſtremo anno IOANNES epiſcopus, ad querelas *Conradi*, comitis *Vahingenſis*, ob hereditatem *Godefredi*, comitis Schluſſelbergii, motas, *Norimbergam* ad regium tribunal citatus, ad dicendam cauſam acceſſit. Ibi cum accuſationi reſpondere iuſſus, ſe non niſi coram paribus curiae conueniri debere, opponeret et obiecta diſſerre dilueret, res inter imperii proceres eccleſiaſticos et laicos, qui in conuentu iudices aſſidebant, legitime diſceptata et ipſe ab inſtituta actione per ſententiam abſolutus eſt. Sequenti anno *Conradus* Schluſſelbergius ea bona, quae *Weizendorfi* et *Windecci* iniuſte hactenus et per uim poſſederat, eccleſiae libere dimiſit. Pridie Non. Septemb. *Godefridus*, epiſcopus Wirceburgenſis, diſceſſit et *Wolframus Wolfskelius* eccleſiae eſt praefectus. 1320. *Gutebergum uxu feudali liberatum.* *Ioannes epiſc. a comite Vahingenſi accuſatus in comitiis Norimberg.* *ab actione abſolutus.* 1322. *Wolframus Wolfskelius epiſc. Wirceb.*

CXV. Proximo anno LVDOVICVS, rex, *Ebermanſtadium* uicum munire et muris ac turribus, qui ad eam diem nulli fuerunt, ſepire permiſit et, iure mercatus indulto, eximiis et quidem huius modi priuilegiis et libertatibus, quibus urbs Norimberga gauderet, ipſum ſibi mercatum honeſtandum ſuſcepit. Sub id tempus IOANNES epiſcopus *Meinecum* caſtrum, ab *Alberto* Vorſcane acquiſitum, ſuae ditionis ac iuris fecit. Eo anno *Wolframus Rotenhanius*, de crimine falſi accuſatus, cum in iudicio coram rege reſpondere iure manifeſto non poſſet, publico decreto damnatus e rebus feudalibus exutus, omni dignitate priuatus eſt. 1322. *Ebermanſtadt municipalibus et priuilegiis munitur.* *Meinecum caſtrum ditioni Bamb. additum.* *Rotenhanius ob crimen fraudis damnatus exuitur.*

CXVI. Qua de re IOANNES, epiſcopus, pincernae officium reuocatum *Othoni Aufeſſio*, uiro ſtrenuo et equeſtri dignitate praedito, in feudum contu- *Auffeſſii pincernatum obtinent.*

lit

A. Ch. 1260. *Zuuernicium* a comitibus exegerunt et in poteſtatem ſuam receperunt, ut parti ſeruanti arbitrium, partis non ſeruantis caſtrum, cum 60. talentis redituum iure proprietatis cederet et caſtrum eiusdem, pignori datum, nullatenus amplius obnoxium eſſet. Ea re perfecta et ſimili ſe quoque ſacramento aſtrictis rerum quaſi ordine adducti arbitri, ſententiam de pace conſtituenda ita pronunciarunt. *Comites Rotenburgum et Cronacum caſtrum et oppidum, pro ea pecuniae ſumma, pro qua* Otho, *Schaumburgius, eius rei gratia, pro ſe et heredibus ſuis, obligati exiſterent. Iidem proprietates omnes et feuda, ad eccleſiam pertinentia et a die obitus Othonis, Meraniae ducis, in poteſtatem eccleſiae et poſſeſſionem accepta, Bertholdo epiſcopo, praeſtito prius per ipſum, ſub ſtola et ſub libro, ſacramento, adiudicarunt, et de ſolutione 50. talentorum et duarum Corratarum uini poſtulatum eum liberum pronunciarunt. Quin etiam de Stenaco in Stenacum et diſtrictum iudicialı eiusdem centenae et ducatu per eosdem decretum, ut comites ſe imperii eſſe, et feuda eadem beneficiario iure ab eo tenere, per imperialia priuilegia docerent, uelſi non poſſent et Bertholdus epiſcopus, per integrae et probatae fidei homines, demonſtraſſet, centenam ipſam intra terminos iudicii ſui prouincialis ſitam et eccleſiae feudum eſſe, comites eundem de centenae diſtrictu et eius ducatu amplius non infeſtarent. Pinetum, Faginetum, et Pyrgobacum, uillas et caſtri Plaſſenburgenſis medietatis poſſeſſionem per 7 idoneos teſtes probatam comites retinerent. Scorogaſtum aut mercatum, cum ſuis acceſſionibus et aduocatiae iure, liberum collegium apud S. Iacobum Babebergae poſſideat.*

laudum pronunciarunt.

Transactio inter comitem Orlamundenſem, ex una ac Burggrauium Noribergenſem et comitem Truchſindingenſem, ex altera parte.

LXIII. Idem etiam, cum Hermannum, comitem *Orlamundenſem*, ob inaequalem obuentae in Francia, per mortem Othonis, Meraniae ducis, hereditatis diuiſionem, aduerſus *Fridericum*, Burggrafium Norimbergenſem et Fridericum, comitem *Truchendingenſem*, accenſum animaduerterent: pacem inter ipſos conciliandam et factam prius *Schefflici* compoſitionem confirmandam ſuſceperunt et Burggrafium ac comitem *in portionem, ſingulis eorum portionibus aequalem, Orlamundenſi praeſtandam* condemnarunt. *In reliquis autem quaeſtionibus, expenſis et damnis per incurſiones, incendia, bella et rapinas illatis, ſuum cuique ius integrum reſeruarunt et, ut ad inuicem iuri ſibi ſtarent*, pronunciarunt. Extant adhuc ueteres huius transactionis tabulae in quibus rem *XIX. Cal. Ianuar.* ad Longenſtadium ita actam eſſe perſcriptum eſt.

Bonorum in Carinthia permutatio.

LXIV. Inde *VIII. Cal. Febr.* inſignis caſtrorum quorundam ac praediorum inter BERHOLDVM, epiſcopum et *Sigefridum*, comitem Merenburgum, permutatio facta eſt. *Sigefridus* comes, pro bonis in canalibus, ad conſtituendum monaſterium ordinis Ciſtericenſis, *a Bertholdo*, epiſcopo, ſibi deſtinatis, eidem uiciſſim *Merenburgum*, *Hardecum* et *Truheſenum* caſtra et caetera in *Carinthiae* ducatu iuris ſui praedia, pleno iure poſſidenda conceſſit et diplomate confirmauit. Eodem anno *Eberhardus*, comes *Schluſſelbergius*, uoti damnatus, cum optionem a *Bertholdo*, epiſcopo, accepiſſet et, ubicunque uellet, in ſua dioeceſi monaſterium conderet, neque de loco ſecum conſtituere incertus animo poſſet, tandem ad *Eberacum* amniculum, in fundo proprio monaſterium aedificauit et, aduocatis in uitae communionem uirginibus, *Giſelam* filiam abbatiſſam praefecit et locum, ob agri amoenitatem, *Schluſſelauium* uocauit, non multis millibus paſſuum a Babeberga diſtantem. *Giſelam* inde *Anna* Zolleriana abbatiſſa eſt conſecuta.

Schluſſel. w monaſterium exſtruitur.

LXV. Interhaec BERTHOLDVS, epiſcopus, maius eſt opus aggreſſus, quod ad amplificandum catholicae pietatis ſtudium mirifice ualuit. Abdicabat *Henricus Hennebergius* et ſuper altare S. Petri aſſignabat ea praedia et poſſeſſiones, quas *Eberhardsdorfi* et *Froenloë* ab eccleſia in feudum tenuerat. Eorum bonorum uſum, dominio et iure ſibi retento, BERTHOLDVS *Iuditham*, coenobii Magdenbrennenſis abbatiſſae, tradidit, ut aliud ordinis Ciſtercienſis monaſterium, in *Salina ualle*, conſtitueret et, aſſumptis e ſuo coenobio uirginibus, abbatiſſam praeficeret. Iuditha, conditione accepta, monaſterium aedificauit, quod Bertholdus nouis aliis quibusdam iuribus honeſtatum, cum perſonis ſuis et poſſeſſionibus, in patrocinium ſuum et protectionem recepit.

Ex Bertholdi epiſc. pia liberalitate

Iuditha, abbatiſſa, coenobium ordinis Ciſtercienſis, in Selana ualle exſtruit.

LXVI. Postero anno BERTHOLDVS, epiſcopus, *Rinardo* Hagonenſi, conſanguineo ſuo, *Oſthemium*, uicum, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, ſolo iure patronatus excepto, pro ducentis marcis denariorum Colonienſium ueterum, quorum ſinguli duodecim ſolidi marcam Colonienſem conſtituunt, nomine pignoris obligauit, et curae Romanae iisdem ſatisfecit.

1261. *Oſthemium oppignoratum.*

LXVII. Sequenti anno *Vulfingus*, comes *Trubenſtenus* et frater eius, *Ottelinus*, *Rotemannus*, eccleſiae ad radices Tauri montis oppidum, per uim occuparunt et, factis inde excurſionibus et certamininibus, agrum infeſtum reddere inſtiterunt. Cauſam belli ubi cognouit *Bruno*, epiſcopus Olmucenſis, Bohemiae regis in Auſtria et Stiria uicarius,

1262. *Comites Trubenſtenſi in eccleſiam Bamb. boſtiles.*

per Brunonem epiſc. Olmucenſem

An. Ch. 1262. carius officii sui esse putauit, ut ambas partes ad concordiam redigerit. Itaque adhibitis *Dietmaro, Wesseneccio, Burcardo, Planeburgio, & Vldarico Lichtenstenio*, comitibus, per compromissum litem ita decidit, *ut comites oppidum et bonorum aliorum, per uim occupatorum, possessionem ecclesiae restituerent et omni iuri et actioni renunciarent. Rursus Bertholdus episcopus, condonatis offensionibus et ueteribus iniuriis, eosdem in gratiam reciperet,*

et ab eo assumptos arbitros compromissarios

Bertholdo episc. reconciliantur.

1263. LXIIX. Proximo anno *Bertholdus* episcopus conuentum iuridicum, *Aterhofiae* prius cerebrari solitum, *Atergoiae* collocauit, qui deinde communi consensu *Henrici* et *Vuernerdi*, comitum Schaumburgiorum, ad ecclesiam *S. Georgii* translatus et unius ibi iudicii locus, ad exercendum et expediendum, quod ius Marchiae requirit, extructus fuit.

Iudicium Aterhofiense Atergoiam translatum.

1264. LXIX. Postero anno *Ludouicus*, comes palatinus Rheni, Bauariae dux, *Bertholdum* Babebergae conuenit et, ut *Conradum II.* Sueuiae ducem, Conradi regis filium, nepotem suum, ecclesiae beneficiarium instituerent et ea castra ac praedia, quae feudali iure ab eodem teneret, ei conferret, sollicitauit. Eo autem secum super hac re deliberante et duce acrius instante, eo dilapsi sunt, ut negotium ad *Friderici*, Burggrafii Norimbergensis, arbitrium iudiciumque referrent. Eodem anno VRBANVS IV. pontifex solenne corporis Christi festum, die decima post pentecosten, cum insigni pompa in perpetuum celebrandum, instituit, cuius officium *S. Thomas Aquinas* composuit, qui sacras illo tempore literas, in urbe Nola, illustri iam tum doctrinae et sanctitatis fama, docebat.

Ludouicus Bauar. dux simultatem cum nouis electoribus, nepoti suo Conrado II. exposit a Bertholdo.

Festum corporis Christi institutum.

Thomas Aquinas.

1265. LXX. Sequenti anno lis inter *Bertholdum* et *Cremefiorum* abbatem, de *Augia caesarea* suborta, per *Petrum*, epis-copum *Patauiensem*, ita decisa fuit: ut *Bertholdus, persolutis quindecim argenti libris, eam retineret et abbas instrumenta, si quae haberet, ad manus eius restitueret.* Erat tum Wirceburgi episcopus, *Iringus Rheinstenus*, qui capitali odio a familia nobilium *Ahenstensium* dissidebat, ita, ut etiam post transactas inducias, cum quibusdam aliis in eorum perniciem coniuraret. Quod ubi cognouerunt nobiles, neque enim occulta res fuit, mellitis uerbis permulsum adierunt et, se, si quid aduersum eum deliquissent, summo studio satisfacturos, ostendunt. Quibus rebus ille haud quaquam delinitus, eadem miscere perrexit. Cum itaque die quodam alius, ea cura simulata, ad castrum se contulisset et comiter ac benigne acceptus, post peractum conuiuium, ad hospitium sibi paratum diuertisset, duodecim eorum, clam ascitis ad se et dolo circumuentis singulis, cum neque alio euadere, neque subsidium exspectare a suis possent, leui admodum negotio, comprehendi et capite plecti iussit. E quibus tamen ultimus *Sigefridus*, equestri dignitate praeditus, grauiter eum uulnerasse et nasum mutilasse dicitur. Horum nobilium sepultura habetur *Langhemi* in monasterio et, in praesentem usque diem, non iniucunda eorum memoria celebratur.

A. Ch. 1265.

eosque nuf occultat.

Iringus episc. Wirceb. odio plusquam Vatiniano persequitur Ahenstenios.

1266. LXXI. Proximo anno tranquillitatem, *Bertholdi*, episcopi uirtute, Babebergae rempublicam noua discordia mirifice perturbauit et, seditionem inter clerum et populum ferere, atque de minuenda mensura uini agitare, coepit. Quam rem haud quaquam ferendam *Bertholdus* ratus, constituta quaestione, rem una cum clero totam cognouit et, ne quid detrimenti inposterum respublica ex diminutione mensurae caperet, certis literis cauit. Per eosdem dies *Iringo*, episcopo, uita functo, proceres ecclesiae Wirceburgensis, deductis in diuersa sententiis, duos, *Conradum Trimbergium* et *Bertholdum Hennebergium*, comites, designarunt. *Bertholdus* ab archiepiscopo Moguntino confirmatus, ut *Conradum* peruerteret et temporalium possessionem consequeretur, *Hermannum* fratre belli duce delecto, *Henricum*, Castellae comitem, affinem suum et alios, sibi iunxit, atque *VI. idus Augusti*, cum occurrente *Bertholdo* Sternbergio, decano et ecclesiae procuratore, comitibus nonnullis et ciuibus, prope *Kittingam*, comitum Hoenloensium illo tempore oppidum, praelio conflixit, in quo quingenti desiderati et multo plures capti, qui in custodiam ducti sunt.

1266. *Ciuium Bamb. seditio, propter uini mensuram.*

Discors electio Wirceburgensium

bellum gignit.

LXXII. Cum interim CONRADVS II, Sueuiae dux, ad tuenda auita regna aduersus *Carolum* comitem *Andegauensem*, Ludouici Galliarum regis fratrem, in Italiam aduocatus, omnes suas ad eum ulciscendum cogitationes conuersas haberet. Itaque *Friderico* Austriae duce in expeditionis societatem ascito, sub finem proximi anni, in Italiam, superatis alpibus, descendit et *Veronae* hyemauit. Inde in Siciliam progressus, die uicesima secunda Augusti anni insequentis, acre cum *Carolo* praelium commisit, quo exercitus eius non solum in fugam actus et concisus, sed ipse etiam cum socio Austriaco post captus, suasu CLEMENTIS pontificis, qui, ut *Nauclerus* prodidit, ea de re consultus, iudicium de nobili sanguine fieri posse rescripserat, quasi latro ultimo supplicio est affectus. Haec clades utrique familiae

Conradus regna auita contra Carolum d'Anion uindicaturus una cum socio Friderico Austriaco 1267.

captus decollatur

Lis de Augia caesarea composita.

An. Ch. 1268. miliae ducum Sueuiae et Auſtriae prima finem attulit.

1269. *Ludouici Palat. officium dapiferatus recognoſcit a Bertholdo,*

LXXIII. Proximo anno *Ludouicus*, comes palatinus Rheni, Bauariae dux, iurare fidem BERTHOLDO epiſcopo et officium dapiferatus eccleſiae ab eo cognoſcere cupiens in campum, inter Keſtenburgum et nouam ciuitatem, prodiit atque, eo cognito, in haec ſe uerba obligauit, *Ludouicus* &c.

Ambergam iure beneficiario recipit

LXXIV. Per idem tempus BERTHOLDVS eidem *Ludouico*, comiti palatino Rheni, Bauariae duci, Ambergam oppidum et caetera bona, per mortem *Bertholdi*, marchionis Hoheburgenſis, ad eccleſiam deuoluta, beneficiario iure contulit, qui tale in ſe ſacramentum concepit, *Ludouicus* &c. Quo facto,

et Trubenfeldum eccleſiae largitur.

Ludouicus dux, amicitia cum *Bertholdo*, epiſcopo conſanguineo ſuo, ſanctiſſime confirmata, *Trubenfeldum* caſtrum eccleſiae donauit.

1270. *Bertholdi Hennebergii technae inutiles, de obtinendo epiſcopatu Wirceb.*

LXXV. Annus inde 1270. bello, cum Wirceburgenſibus, a *Bertholdo* Hennebergio inito, fuit inſignis. Is enim cum omnem ſibi ad epiſcopatum aditus copiam intercluſam atque alium in epiſcopi *Conradi* locum ſuffectum eſſe uideret: conſilium ſaepe, de adhibendo remedio, habuit: tandem, re in utramque partem agitata, placuit clam urbem inuadere atque, uel inuitis canonicis et ciuibus, eam ſibi ſubiicere. Vt tamen iure potius, quam ui, agere uideretur, legatos iterum *Wirceburgum* miſit, qui promptum ad omne officii genus ſtudium ſuum offerrent et eccleſiae poſſeſſionem depoſcerent. Cum autem recens electus epiſcopus *Bertholdus* Sternbergius, ex ſenatus authoritate nihil eorum, quae peterentur, concedere decreuiſſet, ad dolum ſe conuertit et ciues, qui urbem proditione ſibi traderent, clanculum ſubornauit. Verum fraude detecta, cum quod ſibi propoſuerat ad effectum perducere non poſſet, ab incepto deſiſtere et inglorius ad ſua ſe referre coactus eſt.

1270. *Sigefridus, comes Morenberg. pignora gratis reſtituit eccleſiae Bamberg.*

LXXVI. Sequenti anno *Sigefridus*, comes Morenbergius, caſtra et praedia, quae circa *Wolfesbergam* et *Griuenam*, Carinthiae oppida, nomine pignoris obligata tenuerat, propter Deum et ob ſanctorum eccleſiae Babebergenſis fundatorum reuerentiam, liberè dimiſit nec ſe quicquam iuris amplius habiturum, ſub iurisiurandi religione promiſit.

1272. *Emicho ſit praepoſitus ueteris aediculae Ratisb.*

rogante Bertholdo epiſc.

LXXVII. Poſtero anno *Friderico* de Bonlandia, ueteris aediculae apud Ratisbonam praepoſito, ad epiſcopatum Spirenſem euecto, BERTHOLDVS epiſcopus *Emichonem*, auunculum ſuum in eius locum ſubſtituit et, ut in ſede conſtitueretur, precibus apud *Leonem*, epiſcopum Ratisbonenſem, impetrauit.

LXXIIX. Durante interea in Germania interregni anarchia et cunctis rebus ad triſtem exitum ſpectantibus poſtero anno principes imperii Francoſordiam, ad regia comitia frequentes conuenerunt et omnes uno animo in RVDOLPHVM, *Habsburgi* comitem, principem exiguarum quidem opum, ſed animi magnitudine praeſtantem, conſenſerunt et ex caſtris ad *Baſileam*, ubi bellum aduerſus loci epiſcopum gerebat, ad regia gubernacula auocarunt. Qui anno ſequenti conuentum principum *Norimbergam* conuocauit et deformando regni ſtatu ad eos retulit. Ibi, quia OTTOCARVS, Bohemiae rex, uocatus praeſens non aderat, poſt aliquot inde dies, alter *Auguſtae* conuentus eſt in dictus et, de conſenſu principum, miſſus ad eum in Bohemiam *Henricus*, Burggrafius Norimbergenſis, ut *Hiſtriae* et *Stiriae* ducatus, modo uacante imperio occupatos, reposceret. Huius filia, nupta Adolpho comiti Naſſouienſi, peperit *Adolphum* Naſſouienſem imperatorem, quorum maiores ſua in urbe *Norica* domicilia habuerunt et extra *Camerſtenum* caſtrum, prope Suabacum oppidum, tenuerunt, unde *Camerſtenii* dicti ſunt.

An. Ch. 1273.

Rudolphus Habsburgicus imp. electus,

1274. *in comitiis Noribergenſibus*

et Auguſtanis

ab Ottocaro rege Bob. repetit Hiſtriae et Stiriae ducatus.

Adolphi Naſſauici ortus.

1275.

LXXIX. Proximo anno *Herdegenus*, baro *Grunlachius*, uxore *Eliſabetha* adiuuante, in proprio fundo, non procul ab *Auraci* et *Regneſi* fluente, *Auracum* monaſterium S. Dominico condidit, idque, multis uirginibus aggregatis et poſſeſſionibus attributis cohoneſtauit.

Frauenzuach monaſterium.

inundationes,

Per hoc biennium continuis imbribus coelo effuſis, tanta aquarum uis Franciam perfudit, ut propter aquas neque ſegetes colligi, neque ſeri frumenta potuerint. Aquarum illuuiem ſaeua fames, famem ſeuerior peſtilentia excepit, quo ingens hominum multitudo pecudumque extincta fuit.

fames ac peſtis.

1277. *Bertholdus epiſc. legatione fungitur,*

LXXX. Poſtero anno *Bertholdus* epiſcopus, ad expedientus res regni grauiſſimas, legatus in *Stiriam* et *Auſtriam* miſſus, earum prouinciarum populos, de aſſiduis et grauibus regis iniuriis conquerentes, audiuit et ſe, ubi rem retuliſſet, eorum temporibus non defuturum oſtendit. Per menſem inde Iunium ſequentis anni in *Carinthiam* progreſſus, recipiendis in fidem ſuam et clientelam hominibus, oppidis, caſtris et reliquis ditionis partibus ordinandis, uacauit. Dum autem in tanta rerum occupatione uerſatur, RVDOLPHVS in Auſtriam, ad obſidendum *Viennam*, cum exercitu per Bauariam deſcendit, cui ut auxilio ueniret, ne pecunia, quae bellorum nerus eſſe ſolet, in ea expeditione deficeret, certa quaedam eccleſiae in Carinthia bona, trecentis argenti marcis, obligauit

1278. *Carinthios in fidem recipit,*

Rudolphum imp. Viennam obſidentem

opibus iuuat.

An. Ch. 1278. gauit et, firma fidelium ſuorum et alio-
rum manu aſſumpta, magna *Rudolpho*, in
ea obſidione, adiumenta adminiſtrauit.
Nec uero partes eius et honorem im-
perii defendere contentus, ſed maiori-
bus ſubinde obſequiis et beneficiis co-
lendum eum et in liberis ſuis honoran-
dum exiſtimauit. Vnde proximo an-
no *Alberto, Hermanno, Rudolpho*, filiis,
omnium caſtrorum ac praediorum, in
Stiria, Carinthia, Carniola et *Marchia*,
per mortem Auſtriae ducum relicto-
rum uſum, dominio et iure ſibi retento,
in feudum conceſſit.

1279. *Aliaque filiis feuda concedit*

1280. *Dilectorii praefectura a Bertholdo epiſc. comm.*

LXXXI. Poſtero anno BERTHOL-
DVS, epiſcopus, arcem et praefecturam
Bellefortii, pretio ſexcentarum libra-
rum ſoluto, a *Bertholdo*, epiſcopo Wir-
ceburgenſi, coëmit et ad eccleſiae pos-
ſeſſiones adiecit. Eodem anno co-
mes *Orlamundanus, Strezendorfi* in uico,
ad Moenum, duobus ſupra Culmbachi-
um milliaribus, *Coelicoronam*, monaſte-
rium, aedificauit et filiam *Agnetem*, di-
uino cultui uirginem deſtinatam, abba-
tiſſam praepoſuit, cura eiusdem mona-
terii et uiſitatione abbati Langhemenſi
conceſſa. Hic clam, in aditu templi re
condita, a ducentis amplius annis, pro
reliquiis aſſeruata ſunt duorum infan-
tum corpora, de quorum matre, *Carinte*,
Orlamundana uidua, exemplum inſi-
gne et memorabile eſt, quod *Bru-
ſchius* in monaſteriis recenſet. Eam, ut
Albertum Burggrafium Norimbergen-
ſem, in ſui amorem pelliceret, eo furo-
ris et inſaniae proceſſiſſe, ut nondum bi-
mulos crudeliter interimere non ab-
horruerit, acubus in ſummo capitum
uertice, ad ſciſſuram cranii eorum clan-
culum, ne quid tale, inquiſitione facta,
ſuboleri poſſet, adactis. Vidi ego et
manibus contrectaui ea corpora, oſſi-
bus et neruis compacta et cute adhuc a-
rida contectita, ui balſami, ut exiſtimo,
ſiue quod Deus, iuſtus ſcelerum uin-
dex, innocentiam eorum hac ratione
teſtatam et iuſtitiam intuentibus prae-
bere uoluerit.

Himmelo-don monaſterium.

Infantulorum a matre necatorum reliquiae.

1281. *Turris Kinburgum reſignatur et Rinneccium ea. ſorum obligatur eccleſiae Bamb.*

LXXXII. Sequenti anno *Vdalricus
Kinburgius* turrim quandam, *Kinburgi*
in caſtro, ex diuiſione hereditatis ſibi
obuentam et ad eccleſiam feudali iure
attinentem, ad manus *Bertholdi* epiſco-
pi reſtituit et *Rinneccium* caſtrum eidem
ſub hac conditione obligauit, ut, ſi ſine
uirili ſtirpe ſe mori contingeret, *Otho*,
fratris ſui filius, eadem pro *octuaginta
marcis denariorum Aquileienſium* redi-
mendi plenum in perpetuum ius habe-
ret.

1281. *Inter Berthol-*

LXXXIII. Proximo anno ingens di-
ſcordia, inter BERTHOLDVM, epiſco-
pum et *Fridericum* comitem *Ortenbur-
gicum*, ex hac cauſa ſuit orta. Obliga-
uerat ſuperioribus annis ECBERTVS, e-
piſcopus, *Hermanno* comiti Ortenbur-
gio, patri comitis Friderici, certa quae-
dam eccleſiae bona, apud *S. Martinum*
in *Longanalle* ſita, quae *Fridericus* per uim
ab eo auerterat. Ea uero res demum
per *Conradum*, eccleſiae apud *S. Stepha-
num* Babebergae decanum, ditionis in
Carinthia procuratorem et *Fridericum
Weiſeneccium*, arbitros, ita confecta fuit,
ut *comes eccleſiae bona ſua reſtitueret, nec
ſe ei amplius impedimento futurum, ſub
ſureiurando caueret. Viciſſim epiſcopus
centum quinquaginta* marcas ſolidorum
Aquileienſium penderet et eius rei gra-
tia *Othonem Wiſſenneccium* et *Othonem
Vngnadium*, fideiuſſores conſtitueret,
Rudolphus Chuningius et frater eius *Hen-
ricus Salembergum*, caſtrum a *Rugero
Zachnenſi*, beneficiario ſuo, repetierunt
et *Bertholdo* epiſcopo libere dimiſerunt,
qui cum eis uiciſſim *Sterzendorfium* et
Gredingam permutauit et feudum ec-
cleſiae confirmauit, literis pridie Cal.
Martias Dortibi in uilla datis.

A. Ch. 1282. *di epiſc. cum comite Ortenburgio*

per arbitros

componitur

Salembergum caſtrum eccleſiae Bamb. acce-dit,

titulo permu-tationis pro Sterzendorfo et Greidinga.

LXXXIV. Moris autem tum erat in
Germania, ut emptiones, uenditiones,
et caeteri legitimi et uoluntarii contra-
ctus omnes, latino ſermone conſcribe-
rentur: id uero multarum confuſio-
num et diſputationum cauſa extitit.
RVDOLPHVS, patrii ſoli charitate indu-
ctus, Germaniam ſuam et eius linguam
ſuſcepit. Et poſtero anno, aduocato
Norimbergam conuentu, communi
principum decreto ſtatuit, ut omnia in
poſterum inſtrumenta patrio ſermone
ſcriberentur, quae ante illum latine ſcri-
pta fuiſſe conſtat.

Idiomate latino, confuſionum cauſa, abrogato,

Rudolphus I. in comitiis Norimberg. 1282.

Teutonicum introducit.

1284. *Seditio Wirceburg.*

LXXXV. Sequenti anno noua *Wir-
ceburg*, propter nummum, de mercato-
torum tabulis praeberi ſolitum, ſeditio
excitata eſt, quae dirum inter epiſco-
pum et ciues certamen inflammauit et
malis plurimis, quae ſubinde grauiſſima
ſubſecuta ſunt, aditum patefecit. Ea
res quanquam per *Wiringum* Eberacen-
ſem, et *Hermannum* Langhemenſem ab-
bates, *Grattonem* et *Godefridum*, comi-
tes Hoënloios, arbitros, leuata in prae-
ſens uiſa eſſet; tamen paulo poſt ite-
rum recrudeſcere et in nouam exire ſe-
ditionem coepit, in qua ciues ſacrorum
interdicto notati, et clerus urbe expul-
ſus fuit. Sequenti anno BERTHOL-
DVS, epiſcopus, ſenio et laboribus ex-
hauſtus, uitae finem impoſuit. Deces-
ſit autem *XVI. Cal. Iunius*, anno pontifi-
catus ſui uigeſimo octauo: ſepultus an-
te altare *B. M. uirginis*.

1284. *Bertholdus epiſcopus obit.*

A. Ch. 1185.

ARNOLDVS,
DECIMVS NONVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXXVI. *Bertholdo*, episcopo, in basilicam cathedralem delato et ante aram S. Dei genitricis *Mariae uirginis*, e latere chori *S. Petri* sepulto, ecclesiae proceres in ea frequentes conuenerunt et, de successore ad tantum dignitatis fastigium euehendo, retulerunt. Ibi *VI. Cal. Iul.* ARNOLDVS, Solmensium comes, magna animorum consensione electus et ad aram maximam positus, episcopus rite proclamatus fuit. Qui anno postero *Marchiam Hagianam* acerbis pignorum uinculis obligatam, liberauit et pro centum libris denariorum, a Theodorico Hagenwaldo redemptam, rursus in suam et ecclesiae potestatem recepit.

Arnoldus Solmensium comes

1186. *Marchiam Hagianam redimit.*

LXXXVII. Circa id tempus illustris *Vttenhoforum* comitum stirps defecit, quae eadem cum comitum *Halstorum* familia fuit, et ab *Vttendorfo* titulo sibi usurpandum sumpsit. Ea extincta, cum certa quaedam bona ecclesiae uacare coepissent, sequenti anno ARNOLDVS episcopus, praefiti iuramenti religione adactus, iurisdictionem ecclesiae auxit, additis iudicii praefecturis et hominibus omnibus, qui ad marchiam *Matiçanianam*, *Frideburgum castrum* et *Aspacense* coenobium pertinuerant et caetera, *Henrico*, comiti palatino Rheni, Bauariae duci, in feudum contulit, qui in se sacramentum susceptum, cuius formula adhuc extat.

Vttenhoforum comitum gens extincta.

1187. *Arnoldus episc.*

praefecturas quasdam Henrico Palat. in feudum dat.

LXXXIIX. Eo anno RVDOLPHVS, imperator, frequentissimum *Wirceburgi* conuentum habuit, quo non solum episcopi, Henricus, *Treuirensis*, Sigefridus, *Colonensis*, Arnoldus *Babebergensis*, Emicho *Frisingensis*, Bruno *Hauelburgensis*, Conradus *Argentoratensis*, Henricus *Merseburgensis*, Bruno *Brixiensis*, Sigefridus *Augustanus*, Burcardus *Melensis*, Reinboldo *Eistetensis* et plures alii, conuenerunt, sed etiam ipse imperator et HONORII IV. pontificis legatus a latere cardinalis et episcopus *Tusculanus* adfuit. Qui cum ad bellum sacrum praesidia, quartam partem omnium ecclesiasticorum redituum, per quatuor annos postularet, nec quisquam ex archiepiscopis et abbatibus aduersus eum hiscere auderet, tandem *Probus*, episcopus *Tullensis*, consensu baptisterio, in maiori basiliae recens extructo, pro concione in eum agere coepit et, magna orationis uehementia atque asperitate, eius postulata detestatus, omnium nomine appellauit et concilium generale popposcit. Per eosdem dies *Bertholdus*, episcopus Wirceburgensis, decessit e uita, in eius locum *Mangoldus* substitutus, proximo anno ciuium suorum seditionem expertus est, quos tamen *Wiringus*, Eberacensis *et Hermannus*, Langhemensis, abbates, et *Cratto* comes Hoënloius, facile ad concordiam ineundam adduxerunt.

In comitiis Wirceburg. solemnibus

Honorius IV pontif. ad bellum sacrum, ingens tributum clero exigit,

ideoque Probus ep. s. Tullensis, acriter in ipsum inuehit.

Bertholdo ep. piscop. mortuo Wirceburgensis denuo tumultuantur. 1188.

LXXXIX. Postero anno ARNOLDVS, episcopus, adhibitis uiris legum peritis, iura ecclesiae diligenter inquirere et, aduersus *Eberhardum*, *Carolum* et *Henricum Knutones* et reliquos eorum fratres, actionem instituit, quod *Schidingam*, ecclesiae in Thuringia oppidum et castrum, iniuste et contra nonCcupata sacramenta, per uim ab ea auerterant et ab *Henrico*, Misniae marchione, in feudum receperant. Quae res cum diuturnae litis materiam praebere uideretur, ex utriusque partis consensu, in *Fridericum* Burggrafium Norimbergensem, *Gerlacum*, *Beubergium* et *Theodoricum Marscalcum* Ercardesbergium, compromissum et pax his conditionibus sancita fuit, *ut Knuttones Schidingum, oppidum et castrum Arnoldo episcopo, nomine suae ecclesiae, restituerent et ipse Arnoldus, episcopus, pro expensis in refectionem aedificiorum factis et uoluntaria eorum cessione, centum septuaginta quinque argenti marcas solueret.* Actum *Erfordiae XVII. Cal. Iul. indict. II.*

Schidingum episcopatui

sub certa lege redditur

XC. Sequenti anno ARNOLDVS, Eepiscopus, *Henrico*, comiti Schaumbergio, *Francoburgum* castrum, cum iuribus suis et possessionibus, pro octingentis argenti marcis obligatum, uendidit. Proximo anno ingens est orta, inter ARNOLDVM episcopum et ciues *Bambergenses* discordia: ciuibus querentibus, multa fieri contra pactiones, statuta et priuilegia, quae circa clericorum excessus, Fcausarum publicarum et priuatarum cognitionem, magistratuum exactionem, consuetudinem suarum obseruationem et alia, a prioribus episcopis accepissent. Quae res cum ad *Leopoldum*, praepositum, *Burcardum*, decanum, *Henricum* cellarium, *Ioannem*, custodem, ecclesiae canonicos, *Godefridum Schlusselbergium*, *Sibothonem Egloffstenum* et *Hermannum* dapiferum *Neuuendorfium* arbitros esset delata, *idibus Nouembribus* decisa fuit.

1190. *Francoburgum uendidit comiti Schaumbergio.*

1191. *Ciuium Bambergensium querelae contra episcopum.*

per arbitros vollantur.

XCI. Eo anno imperator RVDOLPHVS, aegritudine correptus, *Germensheim*

Rudolphus imp. obit.

An. Ch. 1292. Rudolphus *imp. obit.*

1292. *Adolphus Naſſouicus imp. eligitur,*

heim in oppido, ad Rheni ripam ſito, uitam amiſit, *X/II. Cal. Auguſti.* Eo *Spirae* inter imperaturum ſepulchra repoſito; ſequenti anno ADOLPHVS, comes Naſſouienſis, ad imperium euectus eſt. Sub id tempus *Albertus Varſio*, homo montanus, cum *Alberto* filio, omnia liberi iuris bona et praedia, quae *Turnauiae* poſſidebat, eccleſiae libere dimiſit, et eadem rurſus cum turri, cuſtodia portae et caeteris omnibus acceſſionibus, ab ARNOLDO, epiſcopo, beneficiario iure recepit et ſolenne ſacramentum praeſtitit, quo ſe, ad defendendam eccleſiam et eius patrimonium, in perpetuum obligauit.

Turnauiae praedia in feuda eccleſiae Bamb. oblata.

1293. *Adolpho imp.*

XCII. Sequenti anno ADOLPHVS, rex, poſt electionem de ſe factam, *Norimbergam* proceſſit et conſilia, de rebus imperii, cum *Friderico*, burggrafio Norimbergenſi et nonnullis aliis regni proceribus, communicauit. Ibi cum *Ebernandum*, Aſchaffenburgenſis eccleſiae ſcholaſticum, protonotarium et cancellarium ſuum, ad parochiam curiae in *Voitlandia* ſe inſtituere uelle oſtenderet, fortiter ei reſtitit *Arnoldus*, epiſcopus, quod ius illud ad ſe et eccleſiam ſuam pertinere contenderet. Tandem uero ſuaui regis ADOLPHI beneficio delinitus, ſiue Ebernando gratiae faciendae cupidus, eam inſtitutionem haud inuitus admiſit, rege ius eccleſiae in eo fouente et publicis ſcriptis tabulis confirmante. Actum *Norimbergae VI. Non. maiis indict. VI.* anno regni ſui primo.

Ebernandum parochum inſtituere,

ſe opponit Arnoldus epiſc.

poſtea tamen eidem cedit.

XCIII. Sequentibus inde diebus, cum operam iuri dicundo daret, acceſſit *Henricus Stulfius*, Arnuldi procurator, et grauiter de *Henrici*, aduocati Wideni, iniuriis, quibus *Scorgaſtum*, eccleſiae mercatum, in diminuendis aduocatiae et caeteris iuribus affecerat, eſt conqueſtus et, ut afflictis eius rebus ſuccurreret, precibus contendit. Qui cum ad regium tribunal, ad dicendam cauſam, citatus non compareret, ADOLPHVS rex, epiſcopis et principibus circumſedentibus, ita pronunciauit: *Nos Adolphus* &c. Proximo anno *Cunigundis Wallenroda* monaſterii apud *S. Theodorum* abbatiſſa, et *Eberhardus*, comes Schlu-

Aduocatus Wideni in iure eccleſiae iniurius ad tribunal imp. citatur.

1294. *Abbatiſſa ad S. Theodo-*

A ſelbergius, inter ſe grauiſſime contenderunt. Aduersus inimicitias illud accreuit, quod comes *Eberhardus* omnes eas poſſeſſiones, quas Vdalricus pater *Gorendorfi*, *Leoſtanae*, *Buſenfeldi*, et *Friſiae*, poſt mortem ſuam, coenobio pii muneris loco reliquerat, per uim inuaſiſſet et aduocatiae ius in eis ſibi aſciuiſſet. Ad eas res conſtituendas, tum praecipue uero ut lis finiretur, abbatiſſa elaborauit: neque ſtudium fefellit euentus: ſiquidem, arbitris utrinque delectis pax ita conſtituta fuit, ut *Eberhardus, comes, iura et praedia, legitima patris donatione probata, in coenobii poſſeſſione relinqueret, nec ullam amplius in eis poteſtatem uel aduocatiae ius aſſumeret.*

A. Ch. 1294.

rum cum Eberhardo, comite Schlüſſelberg. contentiones

per arbitros ſopiuntur.

XCIV. Poſtero anno ARNOLDVS epiſcopus, conſenſu collegii Georgiani, *Alberto*, Halſiorum comiti et *Eliſabethae*, eius uxori, *Oſterhoſium*, *Vrbecum*, *Erlingam*, *Zabalſingam*, et nominatim reliqua omnia bona, quae eccleſia cis Danubium, circa Winceram caſtrum, tenebat, pro *ducentis triginta tribus argenti marcis*, oppignerauit et ab eodem *Alberto* comite et eiusdem coniuge *Eliſabetha*, Truhendinga, *Neohuſium* ad Vfleſſum amnem caſtrum, pro *quadringentarum marcarum pretio* redimendi lege coëmit. *Fridericus*, burggrafius Norimbergenſis, poſt mortem *Chelonis*, comitis *Lenbergenſis*, eccleſiae beneficiarius effectus, cum *Leonis caſtrum* et caetera bona, de quibus a *Bertholdo*, epiſcopo, infeudatus erat, in poteſtatem ſuam et poſſeſſionem redigere non poſſet, ab inductoribus, ad id deſtinatis, *Menardo*, Carinthiae duce et *Udalrico*, comite Hennebergio, praepeditus: ſequenti anno ea omnia et ſingula ad manus ARNOLDI, epiſcopi, reſtituit et omne ius, quod in ſe et heredes ſuos translatum eſſet, in eius et eccleſiae ius et dominium reiecit. Extant literae *VIII. Cal. Mart.* Cadesburgi hoc anno datae. Ad *XIV. Cal. Auguſti* ARNOLDVS *epiſcopus* uitam reliquit, et ad aram *S. Ioannis Baptiſtae* ſepultus fuit. Annales priuati diem obitus eius in annum praecedentem et indictionem VIII. reiiciunt; ſed eum hoc ipſo anno fuiſſe mortuum, conuincit diplomatis auctoritas.

1295. *Arnoldus bona eccleſiae cis Danubium oppignerat.*

1296.

Arnoldi obitus et ſepultura.

LEOPOLDVS.

VIGESIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Leopoldus haro Grunelachius

XCV. *Arnoldo* mortuo, LEOPOLDVS, *haro Grunelachius*, concordibus ſuffragiis euectus et ſummia a ciuitate gratulationibus exceptus, primo ſe aequum omnibus exhibuit et ſalutaria ciuibus priuilegia indulſit. Erat eo tempore *Nidſtenum*, ad

An.Ch. 1296. Veſuntis amnem caſtrum, eccleſiae diti- A oni ereptum et prorſus ab ea alienatum. Id recuperare LEOPOLDVS cupiens,
1297. *Nidſtenum caſtrum recuperat.* proximo ineunte anno, procuratores, ad exponendum eccleſiae ius, Norimbergam, ad regium tribunal miſit et ex iudicum ſententia poſſeſſionem eius non ſolum obtinuit, ſed etiam opulento, quod ibi Nidſteniana uidua poſſederat, eam patrimonio auxit.

1298. *Adolpho imperio exuto, Albertus Auſtriae. ſurrogatur* XCVI. Poſtero anno ADOLPHVS, rex, Moguntiae, ſolenni principum edicto, imperii titulo exutus est ALBERTVS, Auſtriae dux, *Rudolphi* imperatoris filius, in eius locum declaratus fuit. Hinc uindictae cupiditate incenſus ADOLPHVS, quam maxima celeritate aſſequi potuit, ad Rhenum, prope *Spiram*, ALBERTO ſeſe obiecit et una cum eo praelium commiſit, in quo etiam currenti equo effuſus & oppreſſus interiit. Eo extincto
et Aquisgrani coronatur. ALBERTVS, a principibus electoribus, *Francofordiae* rex denuo deſignatus et *Aquis* conſecratus, *Ioannem*, epiſcopum Tullenſem et *Conradum*, comitem Odingenſem, legatos Romam ad BONIFACIVM VIII. pontificem, pro ſua re-
Miſer Franciae et Carinthiae ſtatus. muneratione miſit. Erat iisdem diebus D eccleſiae ſtatus, aſſiduis pene bellis et pignorum uinculis, in *Franciae* et *Carinthiae* partibus acriter irretitus, admodum miſer, uel potius miſerabilis et foeda imprimis eius facies. Neque enim de uſuris reſpirare, neque in agris habitare agricolae, ſine militari cuſtodia poterant: adeo proditorum hominum et latronum numerus increuerat. Qui E cum, traiecto occulte, iuxta *Staffelſtenum*
1299. ad diuertigium, Moeno, ſequenti anno ditionem *Hennebergenſem* inuaderent et, uiculis incenſis, eam paſſim direptionibus et praedis, imprimis autem *Oberadam*, deuaſtarent: ea re ictus *Bertholdus*, Hennebergius, ſatis amplum equitatum collegit et agrum Babebergenſem ingreſſus, miſere eum populatus et latro- F nes iſtos, ditione ſua pulſos et e receptaculis extractos, grauiter ultus eſt. *Conradus* ſenior, Burggrafius Norimbergenſis, ad Marchiam Furthenſem, anno 1070. per *S. Henricum* imperatorem, praepoſiturae maioris baſilicae firmatam, exigua, quae in ea habebat praedia, pii muneris loco adiecit.

XCVII. Eo anno, LEOPOLDVS, epiſcopus, ſuorum precibus ſtimulatus, profectionem in *Carinthiam* ſuſcepit et per Bauariam iter ingreſſus, *Oſterhofium* in monaſterium diuertit et a monachis, obuiam ſibi factis, benigne admiſſus et ab ipſo abbate, *Vdalrico*, debito officio cultus eſt. Ibi aſſiduos hominum ſuorum praetereuntium et in coenobi-
B um, tanquam ad hoſpitium, adeuntium ſumptus recordatus, ut coenobium eximio aliquo beneficio afficeret, eidem *ius patronatus* eccleſiae parochialis in *Wincera*, Patauienſis dioeceſis, in perpetuum poſſidendum conceſſit et muneribus aliis affecit. Circa hunc annum ci-
Commercia rum Norimberg. initia. ues *Norimbergenſes*, cum peregrinis gentibus primum negotiari coeperunt.

C XCIIX. Poſtero anno *Nappus*, ciuis et mercator Piſtorienſis, ſocietatum de Piſtorio et abbatum de Florentia procurator, LEOPOLDVM, epiſcopum, cum *Villaci* eſſet, cum liberis mandatis adiuit et debitum, quod praedeceſſor ſuus, *Arnoldus*, epiſcopus, contraxerat, repetiit. Sed cum pecuniam, qua ſatisfaceret, non habetet: is ſuo et ſocietatum no-
D mine, quingentas argenti marcas Romani ponderis, cum quinquaginta marcis uſurarum, quae ſupra ſortem accreuerant, eccleſiae dimiſit ac reſtituit et, reiectis obligationibus caeterisque inſtrumentis omnibus, liberam eam pronunciauit, ut patet ex literis *XIV. Cal. Febr.*

1302. *Albertus imp. eccleſiae Bamberg. priuilegia confirmat.* C. XCIX. Sequenti anno ALBERTVS imperator, uetera omnia priuilegia, eccleſiae ſuper eiusdem bonis indulta et *Herſburgi*, *Voldenae*, *Vrbeci*, *Ambergae* et aliis in locis ſita, firmauit, hoc, quod adhuc extat, diplomate dato: *Albertus &c.*
1303. Sequenti anno *Waltherus*, comes Barbienſis, Hermanni, marchionis Brandeburgici in ditione Coburgenſi uicarius, *Meinburgum* caſtrum, a *baronibus Grum-* Meinburgum *a Grumbacenſibus emtum* *bacenſibus*, Leopoldi epiſcopi patruelibus, bis mille aureis emit. *IV. Cal. Auguſti Mangoldus*, epiſcopus Wircebur-
Andreas *epiſcop. Wirceb.* genſis, eſt mortuus eique *Andreas* Gundelfingius ſubrogatus. Poſtero anno,
1304. *Leopoldus epiſc. obit.* *ad XI. Cal. Septemb.* LEOPOLDVS naturae conceſſit et, in choro S. Petri, iuxta aditum ſacriſtiae, ſepulturae mandatus fuit.

An. Ch. 1299. XCVII. Eo anno, LEOPOLDVS, epiſcopus, ſuorum precibus ſtimulatus, profectionem in *Carinthiam* ſuſcepit et per Bauariam iter ingreſſus, *Oſterhofium* in monaſterium diuertit et a monachis, obuiam ſibi factis, benigne admiſſus et ab ipſo abbate, *Vdalrico*, debito officio cultus eſt. Ibi aſſiduos hominum ſuorum praetereuntium et in coenobi-
B um, tanquam ad hoſpitium, adeuntium ſumptus recordatus, ut coenobium eximio aliquo beneficio afficeret, eidem *ius patronatus* eccleſiae parochialis in *Wincera*, Patauienſis dioeceſis, in perpetuum poſſidendum conceſſit et muneribus aliis affecit. Circa hunc annum ciues *Norimbergenſes*, cum peregrinis gentibus primum negotiari coeperunt.

C XCIIX. Poſtero anno *Nappus*, ciuis et mercator Piſtorienſis, ſocietatum de Piſtorio et abbatum de Florentia procurator, LEOPOLDVM, epiſcopum, cum *Villaci* eſſet, cum liberis mandatis adiuit et debitum, quod praedeceſſor ſuus, *Arnoldus*, epiſcopus, contraxerat, repetiit. Sed cum pecuniam, qua ſatisfaceret, non habetet: is ſuo et ſocietatum no-
D mine, quingentas argenti marcas Romani ponderis, cum quinquaginta marcis uſurarum, quae ſupra ſortem accreuerant, eccleſiae dimiſit ac reſtituit et, reiectis obligationibus caeterisque inſtrumentis omnibus, liberam eam pronunciauit, ut patet ex literis *XIV. Cal. Febr.*

C. XCIX. Sequenti anno ALBERTVS imperator, uetera omnia priuilegia, eccleſiae ſuper eiusdem bonis indulta et *Herſburgi*, *Voldenae*, *Vrbeci*, *Ambergae* et aliis in locis ſita, firmauit, hoc, quod adhuc extat, diplomate dato: *Albertus &c.*
Sequenti anno *Waltherus*, comes Barbienſis, Hermanni, marchionis Brandeburgici in ditione Coburgenſi uicarius, *Meinburgum* caſtrum, a *baronibus Grumbacenſibus*, Leopoldi epiſcopi patruelibus, bis mille aureis emit. *IV. Cal. Auguſti Mangoldus*, epiſcopus Wircebur-
genſis, eſt mortuus eique *Andreas* Gundelfingius ſubrogatus. Poſtero anno, *ad XI. Cal. Septemb.* LEOPOLDVS naturae conceſſit et, in choro S. Petri, iuxta aditum ſacriſtiae, ſepulturae mandatus fuit.

WVL.

An.Ch.1304. An.Ch.1308.

WVLFINGVS.

VIGESIMVS PRIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

WVLFINGI ortus.

C. IN *Leopoldi* locum ſuffectus WVLFINGVS, baro Stubenbergius, prius ordinis praedicatorum monachus, poſt collegio canonicorum Babebergenſium inſertus, eandem ad res eccleſiae amplificandas cum *Leopoldo* diligentiam tenuit. Sequenti anno *Rudolphus*, palatinus Rheni, Bauariae dux, WVLFINGO feudali ſe ſacramento obſtrinxit et, quod *Ludouicus* pater in ſe receperat, ſe ratum habiturum promiſit. Erat eo tempore hyems aſperrima, quae inſolita ui frigoris Moenum, Regneſum et caeteros amnes, ita conſtrinxit, ut hominum et iumentorum itinera tolerarent. Ad *Cal. Maias* tanta niuis fuit copia, ut uaſtitatem arboribus, pondere diffractis ramis, inferret et uineta corrumperet.

1305. *Rudolphus palat. Wulfingio uaſallagium praeſtat.*

Hiems aſpera.

1306. *Meinburgum ad Hennebergios peruenit.*

Cl. Proximo anno *Bertholdus*, Hennebergius, *Meinburgum* caſtrum, cum ſaltu, uino et reliquis eius poſſeſſionibus, a *Walthero*, comite Barbienſi, qui illud ante triennium a baronibus Grumbacenſibus emerat, perſoluto pretio ſibi comparauit. Poſtero anno *Conradus Schluſſelbergius*, *Vdalrico*, *Henrico* et *Wincero* fratribus, *Poppone* Groſio, uiro nobili progenitis, *Rabenſtenum* caſtrum, pro ſe et heredibus ſuis et ſucceſſoribus contulit, quod deinde, familia Schluſſelburgiorum extincta, ad eccleſiae poſſeſſiones acceſſit. Eodem anno ordo *Templariorum*, uno quaſi momento, deletus et eorum poſſeſſiones in *S. Ioannis Hoſpitalarios* translatae ſunt.

1307.

Rabenſtein caſtrum ad Schluſſelbergios, ac poſtmodum ad eccleſiam Bamb. accedit.

Templarii extincti.

1308.

CII. Anno ſequenti *Fridericus*, comes Truhendingius, conſenticnte *Agnete*, coniuge, *Conrado* et *Ioanne*, filiis, WVLFINGO, epiſcopo *Gichianam* et *Stufenbergenſem* ditiones, cum *Schleſlico*, *Gichio* collino, *Arnſteno*, *Neohuſia* et *Stufenberga*, oppidis et caſtris ac ſingulis eorum pertinentiis, iuribus et poſſeſſionibus, pro *quinque millibus* mutuatitiis ab eo acceptis *argenti marcis*, Norimbergenſis ponderis, oppignerauit. WVLFINGVS, epiſcopus, praepoſito maioris baſilicae, aduocatiam *Thuringſtadienſem*, in eos homines et bona, quae ibi tenebat, indulſit.

Dynaſtiae Gichianae et Stuſenbergenſis eccleſiae Bamberg. oppignorantur.

Thuringſtadium accedit praepoſituratui maioris baſilicae.

CIII. Interim ALBERTVS, imperator, allaro ſuorum ad *Lucam*, prope *Pegas*, acceptae cladis nuncio, expeditionem in *Thuringiam* ſibi ſuſcipiendam decreuit et, cum Wulfingo *Babebergenſi*, Andrea, *Wirceburgenſi*, et Sibothone *Spirenſi*, praeſulibus, per *Franciam*, *Murſtadium* et *Wetingam*, eo tempore ditionis Hennebergenſis oppida, acceſſit et a *Bertholdo*, Hennebergio, ſplendore regio exceptus, eum *Swinfordiae* imperii uicarium conſtituit. Inde *Iſenacum*, aduerſus hoſtes progreſſus, cum eos ui ſuperare ſe poſſe diffideret, mutato conſilio, ad Rhenum, omine parum fauſto, ſe retulit. Nam dum ibi ſuperato flumine ſuorum aduentum exſpectat a nepote ſuo, *Ioanne*, fratris filio, neſarie transfoſſus et HENRICVS, comes *Lucelburgius*, in eius locum ſuffectus eſt.

Bertholdus Hennebergius imperii uicarius creatus.

Alberto a nepote ſuo occiſo ſuccedit Henricus Lucelburgius.

CIII. Proximo anno WVLFINGVS *Bertholdum* Hennebergium, ut pacem et amicitiam cum eo faceret et eccleſiae defenſorem conſtitueret, Lichtenfelſum ad ſe uocauit et ei uiginti libras denariorum Babebergenſium, quotannis Babebergae de collectis et uectigalibus exigendas, conſtituit. Poſtero anno Babeberga nouis et magnificis publicis muneribus, ad memoriae commendationem fuit exculta. Nam aedibus templariorum *S. Franciſci* fratribus aſſignatis, opportuna piorum hominum benignitate, aliquid eſt acceſſionis adiunctum et nouum, ad Regneſum amnem, *S. Dominico* monaſterium, à Wulfingo, epiſcopo aedificatum. Ad *idus Iulias* ejusdem anni, *Bertholdus* Hennebergius Francoſordiae, in celebri principum conuentu, princeps imperii electus et ſolenniter remuneratus eſt.

1309. *Bertholdus Henneb. eccleſiae Bamb. defenſor.*

1310.

S Dominici monaſterium extructum.

Bertholdus Hennab princeps imp. factus.

CIV. Sequenti anno HENRICVS, ex authoritate ſua, uetera priuilegia de more inſtaurauit, *II. idus Septemb.* et tale legatis petentibus diploma indulſit: *Henricus* etc. Eo anno WVLFINGVS, a *Ioanne*, Bohemiae et Poloniae rege, octomillia marcarum argenti, Viennenſis ponderis, mutui nomine ſumpſit et eius rei gratia *Friſchenſtenum*, *Kimburgum*, *Stratfridum*, *Craimeccium*, *Vederonam*, *Villacum* Aquileienſis, *Dieterichſtenum*, *Veldkirchum*, *Griuenam*, *Wolfsbergam* ad *S. Leonhardum*, *Richelſum*, Salisburgenſis dioeceſis, in Carinthia oppida et caſtra, cum omnibus reditibus, portoriis et uectigalibus, pignorum uinculis obligauit: prout latius continetur in literis, quae Oeniponti *VIII. Idus Aprilis* datae ſunt, cum hoc indice: *Nos Ioannes*, *Bohemiae* et *Poloniae rex*, *Carinthiae dux*, *Meraniae marchio*, *Tirolis & Goriciae*, *eccleſiarum*

1311. *Henricus imp uetera priuilegia confirmat*

Carinthiae plerague oppida etc oppignorantur Bohemiae regi.

An. Ch. 1311. *rum Aquileienſis, Tridentinae et Brixienſis aduocatus etc.*

CV. Tertio *idus Auguſti*, WVLFINGVS *Conradum*, comitem *Schlüſſelbergium*, feudali ſacramento aſtrictum; de caſtro *Bezenſteno* inueſtiuit, literis in hanc ſententiam datis. *Nos Wulfingus etc.* Proximo anno *Fridericus* Truhendingius, eccleſiae Bambergenſis canonicus et apud *S. Gangolphum* praepoſitus, arbiter datus, ad cognoſcendam controuerſiam, inter *Othonem* et *Stephanum*, Bauariae duces et *Conradum* epiſcopum ac clerum Ratisbonenſem, ob immodicas exactiones et conſtitutiones, eccleſiaſticae libertati contrarias, ortam, ſumma prudentia eruit.

Bezenſtein Conrado Schluſſelbergio conceditur in feudum. 1310.

Friderici Truhendingii arbitrio

lites ducum Bau. cum epiſc. Bamb. ſopiuntur.

§. CVI. Sub id tempus HENRICVS rex, ad ſuſcipiendam imperii coronam, ex mandato pontificis, in Italiam traiecturus, legatum de more, cum plena poteſtate, WVLFINGVM e, iſcopum praemiſit, ut iura populorum cognoſceret, eosque ad antiqua obſequia, ſibi aduenienti tribuenda, adigeret atque omnino uiam ſibi in Italiam muniret. Ad id faciendum iter WVLFINGVS *Groſelifexinum caſtrum* collegio Georgiano, pro mille uiginti libris Halenſium uendidit. Interim lento Henricus agmine ſubſecutus, *Mediolani* corona ferrea, Romae uero in *Laterano* inſignibus auguſtalibus ac nomine imperatoris affectus eſt. Roma inde digreſſus, cum ſequenti anno Florentinis immineret, ueneno in eucharistia, a quodam Dominicano, ut Nauclerus refert, neſarie necatus eſt.

Henricus VII. coronam ſuſcepturus

Wulfingum epiſc. legatum praemittit

1313. et in Italia uenus ſollitur.

CVII. Proximo anno WVLFINGVS epiſcopus monaſterium, ad dominicum ſepulchrum, in agro extra urbem aedificare inſtituit. Eius uero condendi haec fuit cauſa et occaſio. *Simon*, ſcholaris, qui praeferociore inſania praeditus, templum *S. Martini* intempeſta nocte furtim ſubiuit et, ſecuri in ſacrarium compacta, pixidem argenteam et ſacras in ea inuolutas hoſtias ſacrilegis manibus ſubripuit et extra urbem relatas ac holoſerico inuolutas, eo loci ubi nunc eſt monaſterium et ara eius maxima ab incolis ueneratur, turpiter proiecit. Quo facto famulae duae, altera cuſtodis, altera eiuis cuiusdam, in craſtino S. Kiliani martyris, ad operas faciendas illuc perrexerunt et colligendis ſegetibus uacarunt. Ibi ſpecies iuuenis uenuſtiſſimi, ſtaturae mediocris, eis oblata fuit, cuius claritate permotae illae, cum ad rem penitus cognoſcendam proprius accederent et ſacras hoſtias ibi poſitas eſſe cernerent, nec tamen tangere manibus poſſent, una earum ad cuſtodem, herum ſuum, celeri curſu contendens, rem omnem, uti uiderat, enarrauit. Cuſtos tacita religione perfuſus et rei nouitate expugnatus, continuo parochum eccleſiae *S. Martini* ad ſe acciri iuſſum obſecrauit, ut una ſecum eo ſe conferre et accurate huius miraculi ueritatem ad liquidum explorare uellet. Ob id parochus urbe egreſſus, ad locum uenit et, re cognita, cum ſacras hoſtias leuare fruſtra tentaret, et huius rei fama ad aures WVLFINGI epiſcopi peruenisſet, ut erat eximia pietate praeditus, ieiunio & precatione perfectus, a baſilica cathedrali exiit et cum hymnis et canticis, ſancta praecedente cruce, acceſſit ad locum, ubi proiectae fuerant hoſtiae et tanta eas reuerentia et deuotione excepit, ut omnes ſtupore et religione perculſi, ſtatim ſe humi Deum collaudantes abiecerint. In huius miraculi fidem et aeternae memoriae eius commendationem monaſterium ibi conſtructum et nomen ei ab euentu ſuit inditum. *Simon*, ſacrilegus, canum latrantium facto in ſe impetu in itinere retentus et *Vorchemii* ex fuga retractus, per urbem uniuerſam raptatus et, cruribus fractis, rotae impoſitus, meritas ſacrilegii poenas exſoluit. *Conradus*, Burggrafius Norimbergenſis, deuotionem praepoſiturae Babebergenſi, anno adhinc quarto decimo per ſe factam, renouauit. Vnde errant, qui anno 1295. eum e uita diſceſſiſſe perhibent.

Monaſterium ad dominicum ſepulchrum ob ſingulare miraculum extructum.

venerabilis ſacramenti manifeſtatio.

CIIX. Eodem anno proceres imperii, contrariis motis ſtudiis, LVDOVICVM Bauarum et FRIDERICVM Auſtriae ducem paribus ſuffragiis caeſares elegerunt. Vnde bellum ciuile in octennium, donec uictus et captus eſt FRIDERICVS, Germaniam tenuit. Proximo anno WVLFINGVS epiſcopus *Vdalricum*, comitem Phanobergium, conſanguineum ſuum, ditionis in *Carinthia capitaneum* et *Griuenae* in caſtrum, *praefectum* ordinauit, & ducentas marcas denariorum Friſecenſium pro annuo ſtipendio e, conſtituit. *Andrea*, epiſcopo Wirceburgenſi, mortuo ſucceſſit *Godefridus* comes Hoenloius.

Ludouicus Ban. et Fridericus Auſtr. impp. eliguntur.

1315. Vdalricus Carinthiae capitaneus.

Godefridus epiſcop. Wirceb.

CIX. Poſtero anno LVDOVICVS, rex, *Waſchenfeldum*, hodie ditionis Babebergenſis oppidum, exiguum eo tempore Conradi comitis Schlüſſelbergii uicum, urbis et mercatus iure donauit et habenda ea iura, quae urbs Babebergae teneret, priuilegio indulſit. Sequenti anno nouis conceſſionum tabulis conſtituit ac ſub decem marcarum poena ſanxit, ne quis, ad infrigendas regias huiusmodi libertates, intra dimidium milliarium uendendi vel emendi ſibi licentiam aſſumeret.

1316. Waſchenfeldius mercatus acquiritur

1317.

CX. Poſtero anno *Otho Vngnadius*, baro, *Frideburgum* caſtrum, eccleſiae nomine ſibi pro trecentis ſexaginta libris obligatum, ad manus WVLFINGI epiſco-

An. Ch. 1314

1318. Frideburgum oppignoratum Vngnadio.

An. Ch. 1319. piſcopi dimiſit, qui ei rurſus *Richefelſum* caſtrum ita aſſignauit, ut ad ſoluendam conſtitutam pecuniae ſummam ſingulis annis uiginti mareas ab eccleſia exigere fas eſſet. Pridie *idus martias* WVLFINGVS epiſcopus eſt mortuus et, ad aram *S. Cunegundis*, ſepulturam accepit. *An. Ch. 1319.* Wulfingus decedit.

certa lege reſtituitur.

IOHANNES,
VIGESIMVS SECVNDVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CXII. MOris tum erat in eccleſia, et inde a tempore HENRICI V. imperatoris, per annos ferme ducentos obtinuerat, ut uacante ſede, epiſcopus ex ipſius eccleſiae gremio, per legitima ſuffragia eligeretur, nec quisquam ad id dignitatis faſtigium admitteretur, niſi quem maior pars procerum concors ſummae rei praeeſſe uoluiſſet. Quocirca, WVLFINGO uita functo, eccleſiae proceres in unum coierunt et, de nouo ſubligendo epiſcopo, uota contulerunt. Sed morae cauſam attulit duorum epiſcoporum, CONRADI; baſilicae cathedralis et VDALRICI Schlüſſelbergii, eccleſiae apud S. Stephanum praepoſitorum, electio et recens contra leges et inueteratam conſuetudinem inducta per *Ioannem XXII.* ponti)cem innouatio. Hic enim ad pontificatum euectus ita nouis ſubinde rebus ſtuduit, ut epiſcopatus ſimplices diuideret, diuiſos in unum redigeret, abbatias transferret et, quos uellet, ſuo iudicio epiſcopos imponeret. Eo anno *Fridericus*, comes *Truhendingius* conſilium retinendarum et recipiendarum ditionum coepit et, perſolutis quinque marcarum argenti millibus, pro quibus easdem WVLFINGO prius obligauerat, ab *Henrico* decano et *collegio Georgiano*, ad ſe reuocauit. Rurſus collegium ipſum et *Conradum* eius filium pro ſe et ſucceſſoribus ſolenni ſacrae deteſtationis carmine obſtrinxit, ne quando aliis, quam eccleſiae et epiſcopo, eas ditiones et quaecunque poſſiderent, alia caſtra, oppida et praedia uenderent. Extant hac de re diplomata duo, unum *idibus decembr.* alterum *XIV. Cal. Ianuar.* Babebergae data.

Epiſcoporum ex ipſo eccleſiae gremio electio,

ob eligentium diſſidia

labefactatur a Ioanne pontif.

Fridericus Truhendingus ditiones ſuas eccleſiae oppignoratas redimit

filiamque in eccleſiae ſuorum obliget.

CXIII. Interim *Conrado* et *Vdalrico* Romae de epiſcopatu contendentibus et utrisque ius ſuum defendentibus, accidit, ut *Conradus* praeter omnium exſpectationem in fata concederet, cum paulo ante *Vdalricus* dignitate ſe ultro abdicaſſet. Itaque ſequenti anno IOANNES pontifex, epiſcopum IOANNEM Brixienſem, *Canonum doctorem*, dedit et, ut clero pacato uti poſſet, parochias tributarias fecit, quod multorum in eccleſia malorum fomes extitit. Hinc, *Auentino* teſte, ambitus in eum irrepſit, hoſpitalitas abolita et, quod in alimentum pauperum ante diſtributum, in luxum et pompam, ne quid dicam grauius, uerti eſt coeptum.

Iohannes, canonum doctor epiſc. Bamb. a pontifice datur.

parochias tributarias facit.

CXIV. Proximo anno *Fridericus*, Burggrafius Norimbergenſis, *Gutebergum*, ſuae ditionis illo tempore beneficium, ab omni iure feudali exemit et *Conrado*, comiti Schluſſelbergio, libera conditione poſſidendum commiſit. Poſtremo anno IOANNES epiſcopus, ad querelas *Conradi*, comitis *Vahingenſis*, ob hereditatem *Godefredi*, comitis Schluſſelbergii, motas, *Norimbergam* ad regium tribunal citatus, ad dicendam cauſam acceſſit. Ibi cum accuſationi reſpondere iuſſus, ſe non niſi coram paribus curiae conueniri debere, opponeret et obiecta diſerte dilueret, res inter imperii proceres eccleſiaſticos et laicos, qui in conuentu iudices aſſidebant, legitime diſceptata et ipſe ab inſtituta actione per ſententiam abſolutus eſt. Sequenti anno *Conradus* Schluſſelbergius ea bona, quae *Weizendorfi* et *Windecci* iniuſte hactenus et per uim poſſederat, eccleſiae libere dimiſit. Pridie Non. Septemb. *Godefridus*, epiſcopus Wirceburgenſis, diſceſſit et *Wolframus Wolfskelius* eccleſiae eſt praefectus.

1320. *Gutebergum uaxu feudali liberatum.*

Ioannes epiſc. a comite Vahingenſi accuſatus in comitiis Norimberg.

ab actione abſoluitur.

1321. *Wolframus Wolfskelius epiſc. Wirceb*

CXV. Proximo anno LVDOVICVS, rex, *Ebermanſtadium* uicum munire et muris ac turribus, qui ad eam diem nulli fuerunt, ſepire permiſit et, iure mercatus indulto, eximiis et quidem huius modi priuilegiis et libertatibus, quibus urbs Norimberga gauderet, ipſum ſibi mercatum honeſtandum ſuſcepit. Sub id tempus IOANNES epiſcopus *Meinecum* caſtrum, ab *Alberto* Vorſcane acquiſitum, ſuae ditionis ac iuris fecit. Eo anno *Wolframus Rotenhanius*, de crimine falſi accuſatus, cum in iudicio coram rege reſpondere iure manifeſto non poſſet, publico decreto damnatus e rebus feudalibus exutus, omni dignitate priuatus eſt.

1322. *Ebermenſtadt munitur.*

Meinecum caſtrum ditioni Bamb. additum.

Rotenhanius ob crimen fundi et dignitate exuitur.

CXVI. Qua de re IOANNES, epiſcopus, pincernae officium tenuocatum *Othoni Aufeſſio*, uiro ſtrenuo et equeſtri dignitate praedito, in feudum contu-

Auffeſſii pincernatum obtinent.

lit

An. Ch. 1323. lit et, miſſis *Vorchemium* et *Albimveni-*
um, ad uaſallos eius et feudatarios, literis, ſerio eis praecepit, ut feuda ab eodem cognoſcerent et debita officia praeſtarent, prout patet ex conceſſionum et iuſſionum tabulis *IIX. Cal. et VI. idus ſeptembr.* Babebergae datis. Dum haec geruntur, LVDOVICVS, Bauariae et FRIDERICVS, Auſtriae dux, ad *Muldorfum*, et *Otingam* oppida, collatis ſignis acritet inter ſe conflixerunt. Ingens eo tempore caedes facta: LVDOVICVS uictoriam obtinuit, FRIDERICVS ab equeſtris Franciae nobilitatis uiro, Eberhardo *Masbachio*, captus et ad *Fridericum* Burggrafium Norimbergenſem adductus eſt, qui eum deinde ad LVDOVICVM caeſarem perduxit.

Friderieus Auſtr. cum Ludouico Bau. praelians uincitur et capitur.

1324. CXVII. Poſtero anno *Rotenhanum* caſtrum, in ulteriori *Baumaci* ripa, non procul ab oppido Ebernenſi ſitum, a fundamentis dirutum et, ne a quopiam in poſterum inſtauraretur, edicto cautum. Eo anno IOANNES, epiſcopus, per IOANNEM, pontificem, *Friſingam* ad epiſcopatum translatus, diuturnus ibi non fuit. Obiit trigeſimo quinto regiminis ſui die et inter epiſcopos Friſingenſes ſepulturam accepit. Annalium priuatorum ſcriptores eum ad duos tantum annos Babebergae ſedeſſe prodiderunt: ſed ipſos deceptos eſſe, diplomata et metropolis Salisburgenſis teſtatur, quae ad ſextum usque annum pontificatum eius producunt. Quae hic obiter praemonere placuit, ne, circa ſubſequentes aliquot epiſcopos, non diligenter obſeruantibus et cauentibus erroris materiam praebeant.

An. Ch. 1324. Rotenhanum caſtrum deletum.

Ioannes epiſcopatum Friſing. adeptus obit.

HENRICVS,
VIGESIMVS TERTIVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CXIIX. EOdem anno HENRICVS *Sternbergius*, ex ordine praedicatorum doctor, haud aequis procerum animis, per ipſum *Ioannem* pontificem impoſitus, epiſcopatum regendum ſuſcepit, cui tamen ultra quadriennium non praefuit. Huius pontificatus anno ſecundo, qui fuit Chriſti 1325. FRIDERICVS Auſtriacus, poſt perpeſſum triennalem cuſtodiam, his conditionibus dimiſſus eſt, *ut nomen quidem et titulum imperatoris retineret, ſed nec ius imperii, neque poteſtatem uſurparet.* Interim ſenatus et populus Romanus ad LVDOVICVM in Germaniam miſit, eumque Romam legatis ad ipſum deſtinatis inuitauit. Quibus rebus acceptis, LVDOVICVS eo ſtudioſius rea Germaniae componere maturauit, quo celerius Romam peruenire. Itaque ſequenti anno, conuentu principum Spiram conuocato, de ſuſcipienda in Italiam profectione cum iis retulit et, comparatis rebus omnibus, ad iter neceſſariis, proximo anno, ſuperatis alpibus, Italiam ingreſſus et *Mediolani* in aede *D. Ambroſii* ſuburbana cum Margaretha coniuge corona ferrea decoratus eſt.

Henricus Sternbergius a pontifice factus epiſc.

1325. *Fridericus Auſtr. e cuſtodia certis legibus dimiſſus.*

1326.

1327. *Ludouicus Mediolani cum augusta coronatur.*

CXIX. Eo anno *Henricus*, comes Hoenloius, conſenſu Eliſabethae coniugis, *Wernebergam* caſtrum, *Dietersheimum*, *Sclauersheimum*, *Dipachum*, uicos, et *Hafenloium* praedium, HENRICO epiſcopo obtulit, ea conditione, ut ipſe, dum uiueret, iis frueretur, poſt ſuum uero et coniugis obitum, hereditas eorum ad eccleſiam ueniret. Eam donationem *Fridericus*, comes Hoenloius, Henrici frater, eccleſiae Babebergenſis decanus, literis ſuis confirmauit. Qua de re HENRICVS, epiſcopus, *Henricum* comitem eccleſiae praefectum inſtituit et *Aterſſium*, *Frideburgum*, *Salembergam*, *Hagium*, *Kirchdorfium* et uniuerſam marchiam *Oſterhofianam* cum ſingulis eorum reditibus fruendam aſſignauit. Poſtero anno IOANNES pontifex, *Fridericum*, landgrauium *Leuchtenbergium*, Langhemenſem et Eberacenſem monaſteriorum abbatem, eccleſiae *Eiſtadianae* epiſcopum per uim obtruſit. Eo uero repudiato *Fridericus*, burggrafius Norimbergenſis, epiſcopus conſtitutus fuit. Eodem anno *Non. April.* HENRICVS, epiſcopus, ſupremum uitae diem expleuit et ad *S. Cunegundis* aram ſepulturam accepit.

Hoenloici comitatus expectatiua eccleſiae Bamb. effertur, ab Henrico comite,

qui ideo praefectus eccleſiae conſtituitur.

1328. *Fridericus Leuchtenbergius obtruditur eccleſiae Eiſtenſi a pontifice,*

Henricus epiſc. obit.

WERN.

An. Ch. 1328. An. Ch. 1332.

WERNTHO,
VIGESIMVS QVARTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Wernthо Richeneccius, pincerna,

CXX.

INterim clerus Babebergenſis, priſtinum eccleſiae decus et authoritatem reſtitutam, Deo gratulatus, in concilium conuenit et WERNTHONEM, pincernam *Richeneccium*, epiſcopus fa- ſubdiaconum, ob egregiam animi indolem et ſummam rerum gerendarum ſolertiam, de more epiſcopum elegit. Qui ſtatim populum de dignitatis ſuae pro- uectione commonefecit, ſeque ad iura ex aequo moderanda et rempublicam ab onere pignorum liberandam paratum eſſe, oſtendit et mox inde *Henrico* comiti Hoenloio tutelam eorum bonorum, quae praedeceſſor HENRICVS ei prius commiſerat, confirmauit et *Francoburgum* caſtrum, pro mille quadringentis argenti marcis, a comitibus *Schaumburgicis* redimendi poteſtatem fecit, ea adiecta lege, ſi uel ipſe, uel *Eliſabetha* coniux, infra anni ſpatium decederet, ut ſoluta per eos ſeptingentarum marcarum ſumma eccleſiae accreſceret et ius eius ſaluum fore, conſtitutis fideiuſſoribus, *Friderico*, eccleſiae decano, fratre ſuo, *Friderico* Truhendingo, *Godefrido* Bruneccio et *Friderico*, caſtellae comitibus caueret, prout apparet ex literis *III. idus Iulias* datis Babebergae.

Henrico Hohenloio praefecturam confirmat, atque Francoburgum redimendi poteſtatem largitur, ſub certa lege

1319. Otho Boſſo de Griuena ciuitatem Bamberg. ſuſcipit.

CXXI. Proximo inde anno *Othoni Boſſoni* de *Griuena* uiginti quatuor argenti marcas, ad recuperandum *Guardiae feudum*, conſtituit, qui eius ſe caſtellanum, nomine bonorum, quae *Griuenae* tenebat, profeſſus, iureiurando ſe illi obſtrinxit et una ſecum filios ſuos, in eius clientelam dicauit. Poſtero anno

1330. Vdalricus comes Wurtemb. beneficiis affectus a Conrado Schlüſſelbergio.

Conradus comes Schlüſſelbergius, *Vdalricum*, comitem Wirtenbergenſem, ad ſe adeuntem, benigne excepit et, ſumptuum onere ſubleuatum, maioribus ſubinde beneficiis affecit.

1331. Ludouicus imp.

CXXII. Sequenti anno LVDOVICVS imperator, rex Italiae, in Germaniam reuerſus, ad nouos delectus habendos ad iuſtum conficiendum exercitum, in Bauariam tranſiit. Et proximo anno,

1332. in comitiis Norimb.

conuentu principum *Norimbergae* celebrato, nouas tabulas eccleſiae creditorum animis intulit et obaeratam illam a

eccleſiam Bamb. a foeneratoribus liberat,

foeneratoribus debitis exoluit et, libertate indulta, praecipuum eidem priuilegium dedit. *Spiram* inde acceſſit et, legatis urbis et Italiae principum ad ſe miſſis ordine auditis, *Carinthiae* ducatum, tum *Auſtriae* ducum titulis adſcripſit: et eam rem, multorum poſtea, inter LVDOVICVM imperatorem ac *Ioannem* Bohemiae regem, motuum cauſam extitiſſe, *Nauclerus* prodidit. Cuius tamen ante *Henrici*, Carinthiae ducis, obitum titulum eum uſurpaſſe, nusquam reperio. Eo anno tanta uini copia creuit, ut ad condendum uaſa non ſufficerent.

Carinthiam Auſtriae ducum titulis inſerit.

uini largus prouentus.

1333. Leopoldus Egloffſtenius Eberacum tendens,

CXXIII. Poſtero anno *Leopoldus Egloffſtenus*, baſilicae cathedralis praepoſitus, pridie eius dii, qui *S. Stephano*, quondam Vngariae regi, marito *Giſelae*, ſororis *D. Henrici* imperatoris, conſecratus erat, honeſto comitatu ſumto, pro expediendis eccleſiae negotiis, *Eberacum* conteudit. In eo itinere cum liber et ab omni metu ſecurus ad eum locum

in via Strenia hoſtiliter inuaditur et,

ueniſſet, quem uiam *Streziam* uocant, a numeroſa diſpoſitorum per inſidias et e denſis nemorum latebris erumpentium inimicorum caterua appetitus, ita eſt uulneratus, ut uix manus eorum euaſerit. Multi quoque e comitibus uulneribus affecti et ueſtibus ac rebus omnibus exuti ſunt: et ſine dubio necati fuiſſent, niſi omni deplorato auxilio humano, imminentem peſtem Deus, ſupplicibus ad ſe fuſis precibus, aure bona dignatus eſſet. Nam cum in his conſtituti anguſtiis, ſe praeualentibus hoſtium armis ſuperari cernerent et Deum, ut ſibi et eccleſiae mire periclitanti adeſſet, intimis ſuſpiriis orarent, repente, quaſi coelo auditis, nouum ſibi robur acceſſiſſe ſenſerunt et praelium, licet numero

multis iam acceptis uulneribus,

mire a Deo confortatus

pluciores, tanto impetu et tanta felicitate inierunt, ut uniuerſos hoſtium cuneos diſſiparint et fregerint, ac glorioſe de illis triumpharint. Hanc uero uictoriam tam inopinatam, cum mirabundus ſpectaret *Leopoldus*, religioſa ac pia illi ſtatim inceſſit opinio, eam non humano auxilio, ſed praeſenti *S. S. Stephani* regis, *Henrici* imperatoris et *Cunegundis* auguſtae, eccleſiae Babebergenſis fundatorum, ſubſidio fuiſſe quaeſitam. Ne itaque tam celebris coeleſti ſanctorum confeſſorum praeſidio parta uictoria memoria intercideret, ſed ad poſteros transmitteretur, communi decreto, feſtum eorum *XIII. Cal. Septemb.* celebrari ſanxit atque, ad perennem domeſtici decoris prodendam memoriam, uexillum conſeruandum in maiori baſilica poſuit et annuatim uicenas libras Halenſium, inter canonicos, uicarios, reli-

victoriam de hoſtibus reportat:

in cuius memoriam S. S. Stephani, Henrici et Cunigundis feſtum

celebrandum indicit

et eleemoſynas diſtribuendas ordinat.

An. Ch. 1333. gioſos, moniales, chorales et pauperes, A ſingulos, in caput, teruncios diſtribuendos ordinauit. Huius inſtituti celebritatem WERNTHO, epiſcopus, authoritate ſua confirmauit et quadrageſimam peccatorum remiſſionem laicis illis, qui noxis ſuis expiati, ſanctiillius ſacris intereſſe ſolerent, in perpetuum indulſit. Haec *IX. Cal. maias* acta ſunt, ut ex diplomate, a quo haec hauſimus, patet. Ab illo tempore adhuc hodie, ſingulis annis, dies iſte, in baſilica cathedrali, celebratur, clero laetis uocibus, gaudeamus, concinente, Wirceburgenſibus uero exequias pro defunctis celebrantibus.

cui inſtituto Werntho epiſc. quadrageſimam peccatorum remiſſionem addit.

CXXIV. Eo anno WERNTHO, epiſcopus, conuentum eleri et populi *Babenbergam* aduocauit. In quo inter caeteram, magna animorum conſenſione, poteſtas clauium ad urbis portas et ius renouandi ſenatum epiſcopo adiudicatum. Per eosdem dies *Otho* et *Albertus*, *Ortenburgii* comites, et *Conradus* Ofenſtenus, *Friderico* et *Conrado*, filiis, ac pluribus aliis enixe adiuuantibus ſociis, inita aduerſus WERNTHONEM, epiſcopum et fratrem eius, *Henricum*, Carinthiae capitaneum, conſpiratione, ditionem eccleſiae per uim inuadere, oppida eius et poſſeſſiones, iuribus et priuilegiis ſpoliare et multis aliis uexare maleficiis, inſtiterunt. Quibus rebus cognitis, *Henricus* urbe cum populo egreſſus, coniuratorum copias circumuenit et *Fridericum* Ofenſtenum, Conradi filium, in poteſtatem ſuam redactum in cuſtodiam tradidit: quae res malum inter partes incurſum cumulauit, ueteribus odiis, quae extingui iam pridem, ſeuero legum terrore, debuerant, recenti magis ſuſcepto nouarum factionum ſtudio, inflammatis. Quam ob cauſam epiſcopus, frater eius et comites, antequam res ad arma deduceretur, *Albertum*, Auſtriae et Stiriae ducem, totius controuerſiae arbitrum experiri uolentes, legatos *Greicium* ad eum miſerunt et ab utraque parte petierunt, ut integram cauſam iudicio ſuo permitteret. Nec irrita eorum poſtulatio fuit, ſiquidem *Albertus*, ineunte ſeptembri ſequentis anni, diem de pace componenda indixit et, partibus ad ſernandum arbitrium ſacramento adactis, ſumma eum omnium approbatione pronunciauit. Primo *ut Villacum oppidum plenam, de integro capitalis exercendae, in caſtro et ciuitate, usque ad Sebachum, iurisdictionis poteſtatem obtineret et epiſcopus iudicium, conſuetudine ac libera conſultaque libertate, exequeretur.* Secundo: *Vt argentariam ſine pecuniariam permutationem ac negotiationem per argentarios ſuos, prout moris ab antiquo fuit, ibi exerceret nec comes eum in aliquo impediret.* Tertio, *ut ſinguli comitis homines Veldkirchi ſeruitia, tributa, ſubſidia et caetera omnia huiusmodi onera, cum reliquis ciuibus et eccleſiae hominibus ſubirent nec ſe unquam ab eorum et uectigalium praeſtatione ſubducerent.* Quarto: *Vt Otho Weiſeneccius Fiſchernum, liberi iuris eccleſiae uicum, per uim ab eo auerſum, dimitteret et in feudum ab epiſcopo reciperet.* Quinto: *Comes Ofenſtenus ciuibus et mercatoribus Villacenſibus, merces ſuas, contra ſas interceptas, reſtitueret et reliquis hominibus et incolis, in oppidis, agris et uillis, quos caedibus, incendiis, mutilatione, uulneribus aliisque grauiorum malorum detrimentis affecerat, ſatisfaceret, nec eos ad terreſtre iter, per ditionem ſuam faciendum et ſaluum conductum accipiendum, promiſſa ſecuritate compelleret.* Sexto: *Vt Werntho epiſcopus Fridericum Ofenſtenum, e carcere liberatum, reſtitueret et partes pacem inter ſe haberent. Si uero pars alteram armis denuo infeſtare praeſumeret, aduerſus eam ipſe dux Albertus et Otho frater eius, cum Henrico, Carinthiae duce, ſuppetias ferrent et cauſam eccleſiae defendendam ſuſciperent.* Huius pactionis tabulae *IIX. idus ſeptembris* Greciidatae ſunt.

An. Ch. 1334.

tertium,

quartum

quintum,

ſextum,

Poteſtas clauium urbis et renouandi ſenatum epiſcopo Bamb. indulta.

Comites Ortenburgii, cum ſociis

ditionem Bamberg populabundi inuadentes,

circumueniuntur ab Henrico, Werntbonis fratre:

CXXV. Eodem anno Albertus et Otho Auſtriae et Stiriae duces, *XV. Cal. Octobris*, WERNTHONEM, epiſcopum, imperii principem, ad ineundam ſecum amicitiam et reſtituendas res prouinciarum, domeſticis bellis attenuatas, *Greicium* ad ſe uocarunt et foedus cum eo ſanxerunt, in quo, *ſe rebus eccleſiae, in Carinthia, Stiria et Auſtria, pro opibus affuturos, amicos pro amicis, hoſtes pro hoſtibus habituros et, ſi ita dederit, ſe adliberandum occurſuros*, iuramento promiſerunt. Ibi literas quoque dederunt, quibus, *ſi, Henrico, Carinthiae duce, mortuo, eius ditionis hereditatem, quemadmodum ſpes erat, accepiſſent, ſe adempta eccleſiae loca, epiſcopo et ſucceſſoribus eius, non ſolum tradituros, ſed etiam in omnibus iuribus ſuis et poſſeſſionibus defenſuros*, ſeſe deuinxerunt, atque ita per praeſentem ſcribam referre in tabulas iuſſerunt.

Auſtriae et Stiriae ducum foedus cum Wernthone pactum,

eſt, Werntbonis epiſc. prudentia,

per arbitrum pax conciliatur, 1334.

eidus punctum primum,

ſecundum,

CXXVI. Anno 1335. WERNTHO epiſcopus, ſaeuum morbum nactus, mortem oppetiit, anno regiminis ſui octauo, ſepultus ante aram *S. Catharinae*. Quod ideirco hic admonere uolui, ut earum rerum, quae mox dicentur et annalium priuatorum ſcriptoris error notaretur, qui electiones epiſcoporum et obitus annos imprudentius et inordinatius afferre, nec ſibi ipſi conſtare ſolent. Quod qui non animaduertit, maximis ſe erroribus in ſubducendis et computandis ſequentium annorum erroribus inuoluet.

Werntho epiſcop. deceſſit.

LEO-

Digitized by Google

An. Ch. 1335. An. Ch. 1339.

LEOPOLDVS.

VIGESIMVS QVINTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CXXVII.

LEOPOLDVS *Eglofſtenus*, eccleſiae praepoſitus et feſti *S. Stephani*, Vngariae regis, conditor, ad epiſcopalem dignitatem euectus, opera pacis, quorum ſtudioſiſſimus fuit, moliri perrexit et eo ipſo anno, *Theyſſenordum* caſtrum ac uicos ad id pertinentes. *Mideldenzum*, *Popenzum* et *Diechenans dorfium*, cum omnibus eorum poſſeſſionibus, pro quingentis argenti libris, ab *Eberhardo* et *Conrado* fratribus a *Kozau*, emtionis titulo comparauit et ſui iuris effecit. Et quoniam BENEDICTVS, pontifex, Galliam deceſſorum ſuorum exemplo incoleret, legatum *Fridericum*, comitem Hoënloium, eccleſiae decanum, *Auimionem*, ad eum, pro ſua conſtitutione miſit. Quo etiam tempore *Ludouicus* imperator, *Rudolphum*, praepoſitum Auguſtanum et *Marquardum Randeccium*, praepoſitum et canonicum Babebergenſem, cum duobus comitibus *Otingenſibus*, ad ipſum deſtinauit. Pontifex, pro ea animi benignitate, qua erga LEOPOLDVM affectus erat, facile poſtulatis annuit, et ſequenti anno tales ad eum litetas dedit: *Benedictus epiſcopus etc.* Ex quo apparet Leopoldum non anno abhinc tertio, ut perperam annorum compilator habet, ſed anno praecedenti, *Werntheni* defuncto ſuffectum, cum *Platina* et *Nauclero* teſtibus, BENEDICTVS *Ioanni XXII.* pontifici anno 1334. mortuo, die decimo ſexto poſt, in pontificatu ſubrogatus ſit et annus eius ſecundus in praeſentem annum incidat.

Leopoldus *Egloſſtenus Theyſſenordum caſtrum emit*

et Fridericum Hoenloium mittit Auenionem ad pontificem,

pro obtinenda confirmatione.

1336.

CXXVIII. Proximo anno *Leopoldus* Albertum, Goriciae et Titolis comitem, Aquileienſem, Brixienſis et Tridentinae baſilicarum aduocatum et maſculos eius heredes, eccleſiae beneficiarios inſtituit et iisdem *Neobuſium*, in Buſterthal, prope Brauneccium et cetera bona et praedia, quae *Milebaci*, *Garci* et apud *S. Georgium*, ex obitu *Uldarici*, comitis *Truſerſenſis* ſibi et eccleſiae relicti fuerunt, indulſit.

1337. Albertum *Goriciae et Tyrolis comitem beneficiarium eccleſiae efficit.*

CXXIX. Poſteto anno LVDOVICVS imperator conuentum imperii principum *Francofordiae* celebrauit, in quo de imperatoris poteſtate et pontificia authoritate uarie fuit diſceptatum. Hinc *Leopoldus Babenburgius*, decretorum doctor, eccleſiae Babebergenſis canonicus occaſionem nactus, in eam rem inſigne opuſculum, de iure regni et *imperii* edidit, et *Balduino*, archiepiſcopo Treuirenſi, inſcripſit.

1338. *In comitiis Francofordenſibus de iure regni diſputatum.*

CXXX. Sequenti anno *Waltherus* et *Henricus*, cum *Conrado* et *Ioanne* fratribus et caeteris nobilibus, de caſtro bellimontis duas tertias de caſtro *Gryphonis Saxi*, pro mille argenti libris, *Leopoldo*, epiſcopo, uendiderunt et eadem rurſus beneficiario iure receperunt, iurantes, *ſe in omnibus bellis et neceſſitatibus, ad defendendam eccleſiam, affuturos et operam daturos, ut id caſtrum eccleſiae et eius hominibus, in perpetuum pateret et tutum praeberet receptum.* Eo anno tanta *locuſtarum* multitudo fuit, ut inſtar nubium ſolis lucem adimerent et Bambergae fata uineasque, faeda populatione uaſtarent, quas maxima alimentorum omnium difficultas eſt ſecuta.

1339. Gryphenſtein. *eccleſiae Bamb. clientelae ſubiicitur.*

Locuſtae.

CXXXI. Proximo anno *Godefridus*, comes Hoënloius, cognomento *Bruneccius*, *Marolſtenum* caſtrum et curiam *Grunlacenſem* in orbe Norico poſitum, cum omnibus iutibus, prouentibus et emolumentis, quae ſucceſſione foceri ſibi contigerant, LEOPOLDO, epiſcopo, pro quatuor librarum argenti millibus, uendidit. His acceſſit *Regensbergum*, *Subrebacum* et *Hochroſſadum*, quae comiti oppignorata erant, quorum omnium poſſeſſiones, eo mortuo, ad eccleſiam redierunt. Receperat non ita pridem, ut diximus, *Albertus*, Auſtriae et Stiriae dux, ſi *Henrici*, Carinthiae ducis, hereditate potiretur, ſe facturum, ut ablata omnia eccleſiae bona reſtituerentur, et uniuerſa eius ditio in poſſeſſione uel armis uel authoritate defenderetur. Huius uoti memor et a *Friderico*, rege Romanorum electo et *Othone*, fratribus, in ultimo mortis articulo conſtitutis, edoctus, poſtero anno *Mauterburgum*, in Stiria oppidum et caſtrum, a maioribus ſuis pet uim ab eccleſia abſtractum, teſtituit et tutam ei poſſeſſionem, pro ſe, *Friderico* et *Leopoldo* fratribus et omnibus eorum ſucceſſoribus, literis firmauit. Eae literae *XIII. Cal. Decemb.* Viennae datae ſunt. Per eosdem dies Catharina *Zolneriana*, gentis et familiae *Tilionum*, ui tacitae religionis perculſa, monaſterium *uirginum ad S. Claram*, propria pecunia aedificauit ibique, monaſtico ornatu aſſumpto, prima congregatis in uitae

Marolſtein. 1340 *uenditum eccleſiae*

item Regensberg. Subrebacum et Hochroſſadum

Albertus *Auſtriae et Stiriae dux uoluntatem explatus*

1341. Mauterburgum *reſtituit eccleſiae.*

Catharina Zolneria

monaſterii S. Clarae conditrix.

An. Ch. 1341. et prima abbatissa.

communionem uirginibus abbatissa praefuit.

CXXXII. Sequenti anno, *Fridericus* et *Heilmannus*, Hirsdorfii fratres, castrum, in finibus ecclesiae, ad *Scorgastum* mercatum positum, condiderunt, idque ad saxum appellatum, LEOPOLDO, episcopo, ea ratione subiecerunt, ut aduersus latrocinia et caeteros hostiles impetus praesidium esset et, si quis bellum susciperet uel fines ecclesiae peruium populabundus intrare uellet, se accursuros et ei, tanquam domino suo, debita seruitia et obsequia praestituros. Sub id quoque tempus ea *castri belli montis* pars, quam *Henricus Schlusselburgius*, pater, et eius filii, *Fridericus* et *Henricus* habebant, ad ecclesiae possessiones accessit atque iidem in ecclesiae clientelam dicantes simili modo episcopo LEOPOLDO deuinxerunt.

1342. Castrum Stein in tuenda fidelitatis insignitur ecclesiae Bamberg.

similiter et castrum belli montis.

Leopoldus episc. ualetudinarius

CXXXIII. Per eosdem dies, cum LEOPOLDVS, episcopus, graui saepe ualetudine tentari coepisset, testamentum condidit, in quo thesaurum suum, magna ex parte ex uestibus aliaque supellectili pretiosa constantem, pii muneris loco, maiori basilicae legauit et, ut dies obitus eius septimus et trigesimus, in singulis ecclesiis et monasteriis annuatim sacra ceremonia in perpetuum celebraretur, constituit et *decem libras* quotannis, stipendii nomine inter canonicos, uicarios, religiosos, sanctimoniales et pauperes, distribuendas ordinauit. Haec cum in summa animi tranquillitate peregit LEOPOLDVS, subito morbo correptus laborare coepit, quo etiam *V. Cal. Iulias* anni insequentis extinctus est. Sepultus in *Choro S. Petri*, ante aditum, ad latus sacristiae minoris.

An. Ch. 1345. sepelliebilem suam legat basilicae maiori sub lege habendi anniuersarii, una cum 10 libris argenti quotannis distribuendis.

CXXXIV. Proximo anno LVDOVICVS Imperator *Augustensem* et *Babebergensem* praepositos, pro sua absolutione ad CLEMENTEM, pontificem, misit, qui, cum reuertentes iniquissima retulissent, conuentum *Francofordiam* indixit, in quo ad principes et ordines imperii postulata pontificis retulit.

Ludouicus imp. iniquitatem pontificis proponit conuentui Francofordensi.

FRIDERICVS.

VIGESIMVS SEXTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

1344. Fridericus Hoenloius episc.

CXXXV. POstero anno, qui fuit millesimus trecentesimus quadragesimus quartus, ecclesiae proceres frequentes conuenerunt et concordibus animis decanum suum, FRIDERICVM, *comitem Hoenloium*, episcopum delegerunt, qui altero statim post electionem anno in *Carinthiam* iter instituit. Per *Bauariam* degressus in *Altachium* monasterium processit et *Petro*, eius loci abbati, super ea re aditus, regalia praediorum, concessit recepto prius ab eo iuramento, in haec uerba dato. *Petrus* &c. Altachio inde profectus *Aspachum* adiit et pari ratione *Vdalricum*, abbatem, de temporalibus illius coenobii inuestiuit, qui in hanc sententiam se obligauit. *Vdalricus* &c.

Carinthiae abbates inuestit.

CXXXVI. Interim CLEMENS, pontifex, in BENEDICTI demortui locum subrogatus, praedecessoris sui IOANNIS XXII. pontificis decreta renouare aggressus, sequenti anno, solennem in LVDOVICVM caesarem detestationem expromsit et communione piorum submotum, schismaticum eum et baereticum pronunciauit et principes electores, ut alium in eius locum eligerent, literis est hortatus. Qua de re *Gerlacus, Moguntinus*, Balduinus *Treuirensis* et Metromus, *Colonienses* episcopi, Rudolphus, *Saxoniae dux*, et Ioannes, *Bohemiae rex, Reesi*, in uilla dioeceseos Treuirensis, conuenerunt et CAROLVM, *Meraniae marchionem*, *Ioannis*, Bohemiae regis filium, Germaniae regem, adiuersus LVDOVICVM designarunt: qui tamen illo uiuo regnum capescere non fuit ausus, nisi quod episcopos et principes largitionibus et muneribus in rem suam perducere et familiares reddere tentauit. Ea ratione FRIDERICO, episcopo, sibi deuincto, munus honorarium, *sex millium marcarum* argenti et *septem millium librarum Hallensium* constituit, et eius rei gratia *Putamen*, apud Moguntinum et Oppenhemium ad Rhenum oppida, et certos quosdam alios cameras suae reditus, oppignorauit.

1345. Ludouicus imp. ut haereticus excommunicatur.

Carolus IV. rex electus

largitionibus sibi deuincit principes,

praesertim Friderico.

CXXXVII. Proximo anno *Babebergae* tumultus excitatus, in quo multi cies trucidati fuerunt. LVDOVICVS, equi saltu excussus, inter uenandum in fata concessit et *Meraci*, in aede *S. Dei genitricis*, sepultus fuit. Eius nece audita, imperii proceres electione CAROLI reprobata, Edmundum Angliae regem et, cum is recusasset, FRIDERICVM, Misniae marchionem, *Friderici admorsi* filium, LVDOVICI caesaris generum et, hoc etiam recusante, GVNTHERVM, comitem Schwarzburgicum, elegerunt.

Bambergense tumultus 1346.

Caroli IV. auspicatus.

An. Ch. 1346. gerunt. Quorum tamen electione minime deterritus, recipiendis in fidem oppidis et hominibus uacauit et, praeter alias imperii ciuitates, *Norimbergam* quoque sacramentum dicere iussit, ex qua re grauis inter senatum et ciues fuit orta seditio. Tribuni ciuium senatum ex insidiis omnino tollere et nouum suo iudicio instituere, decreuerunt. Ea autem re per *iudicem clancularium* decreta, senatus ex urbe fugiens, *Hardeccum*, in oppidum uicinum ad comitem secessit et CAROLVM in auxilium euocauit. Qui paulo post urbem obsessam et captam ad obedientiam reduxit et, nouo senatu remoto ac uetere constituto, quaestiones de seditionis authoribus habuit, tribuum iura sustulit et nouas *laniis*, qui cum senatu parti suae steterant, libertates indulsit.

Norib. ciuium tumultum. *Carolus Norimbergam.* *Laniae.*

CXXXVIII. His actis CAROLVS, sequenti anno, cum FRIDERICO, episcopo, *Basileam* processit. Manente autem in ea adhuc urbe sacrorum interdicto, ciues eum nonnisi sacris restitutis recipere uoluerunt. Tum *Marquardus Randeccius*, ecclesiae Bambergensis praepositus, legatus, super execrationum absolutione, ad pontificem missus, *Auenionem* uenit et literas, FRIDERICO, episcopo, commissario ad eam rem destinato, exhibuit, quarum formula, ut eam Nauclerus in chronicam suam retulit, haec fuit; *Cum multi contra processus et sententias Ioannis papae agentes etc.* His literis obediturus FRIDERICVS episcopus, ciuitatem adiuit et cum eius praetoribus, in conciliis generalibus, diu contendit et, ut, se praeceptis super hac re suis obsecuturos, iurarent, precibus institit. Sed cum concordes ad unum omnes responderent, abs se in sententia fide perperam nihil actum, nec se propterea errorem in ea re agnituros, in qua bonorum uirorum officio essent functi: *Conradus Berenfelsius*, consul, coram rege et ceteris omnibus principibus processit et his uerbis appellauit FRIDERICVM, episcopum; *domine Bambergensis*, inquit, *sciatis quod nec fateri, nec condere uolumus, quod dominus noster Ludouicus etc.* Quibus ita peractis, ciuibus, interdicto per *Fridericum* episcopum exempto, diuina officia restituta fuerunt, Basilea deinde, cum CAROLO per Rhenum *Wormaciam* descendit, ubi, propter subitos excitatos tumultus, ciues sine ulla delictorum confessione anathemate absoluit.

1347. Basilienses sacris interdicti, rogante Carolo imp. *per Fridericum episc.* *cui imperatoris nomine fidem iurarunt,* *absoluuntur.* *Wormatiensium fata similia.*

CXXXIX. Eodem anno illustris et uetusta comitum *Schlüsselbergiorum* familia, in *Conrado*, sine uirili stirpe absumpto, defecit. Eius castra, oppida et possessiones, quas ad Vesuntem amnem et in aliis locis habuit, a *Babebergensi* et *Wirceburgensi* episcopis, Ioanne et Alberto, *Burggrafiis Norimbergensibus*, uarie discerpta fuerunt: *Nideccum*, *Vueschenfeldum*, *Ebermanstadium*, *Genffenbergum*, castri *Bellimontis* et *Gryphonis Saxi* partem, *Roteccum*, *Oberdorfium*, *Biberbacum*, *Bezensteni* medietatem, ius pignoris apud *Nehofium* et caetera omnia, quae ultra et citra Regnesum possidet, emptionis et hereditatis nomine, FRIDERICVM episcopum attigisse, patet ex diplomate, *VIII. idus maias* Babebergae dato. Ita *Sluslauium* monasterium oppidi Schlüsselfeldensis et *Tungfeldi* castri medietas peruenit.

A. Ch. 1347. *Babebergensis et Wirceburgensis ecclesiis, ut et Burggrafius Norimb. ei uenit.* *Babebergensis portio.*

CXL. Eo anno *Villaccum*, praecipuum ecclesiae in *Carinthia* oppidum ui aquarum absorptum: eius vero rei haec fuit occasio. Ingens saxorum moles, per decliuia, ex altis montibus, inter *Gellauer* et Drauum, cum summo impetu descendit et amnibus ruentibus ita se obiecit, ut refluentibus undis, non ualles solum in stagnum conuersae, uiae itineraque confusa, sed etiam tecta subruta et moenia funditus disiecta atque homines passim, pecudesque nullo discrimine perierint. Sub id tempus tanta pestilentiae lues orbem afflixit, quanta uix ulla hominum aut literarum memoria prodidit. Causa in *Iudaeos* translata, quos ueneno fontes infeciisse suspicio erat: unde concitato in eos tumultu, per *Sueuiam*, *Franciam* totamque reliquam Germaniam, misere passim trucidati, igne *cremati* eorumque bona direpta fuerunt.

Villaccum undis submergitur. *saeua pestis* *Iudaeis imputatur.* *qui ideo dira perpetiuntur.*

CXLI. Proximo anno *Elisabetha*, monasterii apud *St. Theodorum* abbatissa, *Fridericum* episcopum, querelis onerauit et de, *Eccardo Schefftallo*, quod in monasterii bona inuasisset, expostulauit. Eam controuersiam *Henricus* comes Truchendingius, cuius is beneficiarius erat, ab episcopo, nunciis literisque missis admonitus, cognoscendum suscepit et, iudicio dato, per nobilium suorum sententiam diiudicauit. Postero anno CAROLVS, cum *Anna* coniuge sua, *Bonnae* per archiepiscopum Colonien sem consecratus, sequenti anno *Ludouicum*, Bauariae ducem, LVDOVICI caesaris filium, in marchiam Brandeburgensem restituit, qui ei rursus *lanceam*, *claues*, *partem crucis* et alia insignia imperialia, ab imperatore relicta, gratitudinis causa tradidit.

1348. Abbatissae S. Theodori querelae diiudicantur. *1349. Carolus cum augusta corona.* *1350. Ludouicus in marchiam Brandeburg. restitutus.* *imperii insignia tradit Carolo imp.*

CXLII. Sequenti anno FRIDERICVS, episcopus, *Planckensteinum*, castrum, pignorum uinculis obstrictum, ab *Hermanno*, co-

1351. Planckenstein redimitur ecclesiae accedit

An. Ch. 1351. comite Bichlingo, Carinthiorum co-mitum Schluſſelbergii genere, *quatuor millium librarum pretio* oppignoratum, liberauit et ad eccleſiae poſſeſſionem adiecit. Ad *VII. Cal. Ianuar.* FRIDERICVS, epiſcopus eſt mortuus et ante aram *S. Barbarae*, ſepulturam, acceſſit. *An. Ch. 1351. Fridericus epiſc. obit.*

LEOPOLDVS,
VIGESIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

CXLIII.

Leopoldus Bebenburgius, decretorum doctor,

POST FRIDERICI luctum et peractis exequiis, proximo ineunte anno LEOPOLDVS Bebenburgius decretorum doctor, magno procerum conſenſu, epiſcopatum iniuit et, poſt fidem a ciuibus receptam, *Auinionem* in Galliam, pro ſua confirmatione, contendit, ubi conſecrationem ab INNOCENTIO VI. ſolenni ceremonia accepit. Inde domum regreſſus, liberiori animo pacis praeclara opera coepit: et poſtero anno opus inſigne molitus eſt, quippe templum *S. Martini*, Vorchemii in oppido uetuſtum, ad eccleſiam collegiatam canonicorum Auguſtini morum excuxit, et praepoſiturae ac decanatus dignitate cohoneſtauit. Extant adhuc illae tabulae, in hacc uerba conſcriptae: *Nos Leopoldus etc.* Eodem anno CAROLVS rex, LEOPOLDO, epiſcopo, nouum in urbe ſua ius cudendae monetae conceſſit. Habentur ea de re diplomata, unum *Nonas Ianuar.* Moguntiae, alterum *pridie idus Aprilis* Norimbergae datum.

1352. *conficitur a papa.*

1353. *Templum S. Martini in Vorchemii in decanatum euehitur*

Ius monetae Bambergae conceſſum.

1354. *Albertus epiſc.*

CXLIV. Sequenti anno *Albertus*, epiſcopus Wirceburgenſis, effera ciuium ſuorum rebellione offenſus, *Wirceburgum*, exercitu admoto, obſidione circumdedit et, uitibus ac arboribus caeſis, omnia foeda paſſim populatione uaſtare inſtituit. Id uero, quia contra pacis tabulas, ſuperioribus annis, ut diximus, conſtitutas et a CAROLO inſtauratas, fieri uidebatur, LEOPOLDVS, epiſcopus, et caeteri Franciae proceres ac ſocii foederis, obſidionem ſoluere monuerunt et, cum nihil proficerent, reum poſtularunt. Ea autem res poſtea per CAROLVM transacta et omnis culpa condonata fuit. Per eosdem dies CAROLVS cum ANNA, coniuge ſua, ad accipienda auguſtalia inſignia, in Italiam proceſſit et Mediolani corona *ferrea*, Romae deinde *aurea* decoratus fuit.

de agri Wirceb. uaſtatione

accuſatus, abſoluitur.

Carolus IV. cum auguſta

Mediolani et Romae coronatur.

CXLV. Proximo inde anno conuentum *Norimbergae* frequentiſſimum habuit, in quo, praeſentibus et ſuffragantibus omnibus imperii ordinibus, auream bullam, quam alio nomine *legem Carolinam* dicimus, publicauit. Continet autem ea lex, morem et ritus, in imperatoris electi-

1356. *In comitiis Norimb.*

aurea bulla conditur.

Bonem neceſſarios, et quo pacto cuiusque ordinis dignitas conſeruanda ſit. Poſtero anno, LEOPOLDO, epiſcopo, telonium apud *Cronacum* oppidum conſtituendi ius conceſſit. Et ſequenti anno eccleſiam ab omnibus *Iudaeorum* debitis exſoluit et fideiuſſoribus liberationem a ſacramento, quo ſe nomine eiusdem aſtrinxerunt, indulſit.

1357. *Telonium Cronacenſe Leopoldo permiſſum.*

1358.

CXLVI. Proximo deinde anno *Moguntiam* profectus, in praeſentia *Moguntini*, *Colonienſis* et *Treuirenſis*, archiepiſcoporum, *Saxoniae* et *Bauariae* ducum, legatum, quem pontifex pro ſubſidio camerae miſerat, audiuit. Erat eidem animus ſeueritatis et ingenii paulo acrioris, aduerſus ambitionem et luxum clericorum. Itaque cum ibi, *Nauclero* teſte, quendam eccleſiae Moguntinenſis canonicum, *Cunonem Filechtenum*, cum caputio pretioſo ex auro, aureis ſericis ligaturis conſuto, uideret, id ſibi porrigi iuſſit et ſuo capiti, ſuum uero uilius capiti *Cunonis* impoſuit et, conuerſus ad principes dixit, *an non in caputio Cunonis uiliti quam clerico ſum ſimilior?* Deinde reddito Cunoni caputio, Moguntinum hortatus eſt, *domine archiepiſcope*, inquiens, *praecipimus uobis, ut pro ea fidelitate, qua nobis aſtringimini, reformetis clerum ueſtrum: alioquin nos, aſſentiente pontifice, beneficia in alios uſus honeſtos conuertemus.*

1359. *Carolus imp. luxus clerici cauſis impaciens.*

CXLVII. Poſtero anno LEOPOLDVS, epiſcopus, nouum exactionis genus ciuibus ſuis impoſuit et, ut de quolibet fdolio cuiuslibet generis potus, *uenalis urna*, et de qualibet urna, *menſura unciaria*, per urbem uniuerſam deinceps praeſtarentur, impetrauit. Id edictum CAROLVS literis confirmauit. Caeterum de FRIDERICO, epiſcopo, non ita pridem retulimus, quod is, ex obitu *Conradi Schluſſelbergii* comitis emtionis et hereditatis titulo, *Nideccum*, *Waſchenfeldum*, *Ebermanſtadium*, *Senffi enbergum* et nonnulia alia caſtra et praedia, comparauerit et ad eccleſiae poſſeſſiones adiunxerit. Cum uero non haberet, unde conſtitutam pecuniae ſummam perſolueret, regno *Bohemiae* et eius regi, CAROLO imperatori, eam *Veldenſis nemoris* partem, quae uerſus *Sulzbacum*, op-

1360.

An. Ch.1360. oppidum, ultra Pegneſum amnem ſita erat, pro *duobus ſexagenarum millibus* uendidit et de terminis ita conuenit, ut *Pegneſus* fines inter ſe terminaret. Ad *XI. Calend. Ianuarias* anni inſequentis idem LEOPOLDVS epiſcopus, *Erlangum* uicum, CAROLO et Bohemiae, certo pecuniae numero accepto, uendidit, ea tamen adiecta lege, ut finibus uici diuenditi contentus, nullum unquam, praeter id quod praediis et eorum poſſeſſionibus competebat, ſibi ius aſſumeret.

1361. *Erlangum Carolo imp. uenditur.*

1362. *Fames et peſtis Alsare S. Laurentii extrectum.*

CLXIIX. Proximo anno annonae inopia et morborum ui grauiſſime laboratum. Sub id tempus LEOPOLDVS aram S. Laurentii, martyris, conſtruxit et ornauit. Poſtero anno CAROLVS, conuentu nonnullorum epiſcoporum et principum *Norimbergae* coacto, *Friderico* Burggrafium Norimbergenſem, in ordinem principum imperii prouexit. LEOPOLDVS, ſaeuo morbi dolore confectus, exeunte anno uita exceſſit, uir inter primates eccleſiae principes, propter eximiam doctrinam et caeteras eius uirtutes, merito numerandus. Scripta eius plura commemorantur: et inter haec praedicatur opuſculum *de iure regni et imperii Romani*, Balduino, archiepiſcopo Treuirenſi, ut ſuperius diximus, inſcriptum. Extat adhuc etiam alius libellus, *de zelo Chriſtianae religionis Germaniae principum*, Rudolpho Saxoniae duci dicatus.

An. Ch.1362. 1363. *Friderici Burggrafius Norimb. in principum ordinem cooptatur.* *Leopoldi obitus, elogia, et ſcripta.*

FRIDERICVS,
VIGESIMVS OCTAVVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Friderici epiſc. ortus et mores.

CXLIX. LEOPOLDO, mortuo et in *Choro S. Petri* ſepulto, FRIDERICVS, *comes Truhendingius*, patre *Friderico*, matre uero *Eliſabetha*, Hennebergia, natus, uir mitis, humilis et benignus, magno animorum conſenſu, epiſcopus proclamatus. Qui, ut belli cauſam pacis cupidus non quaeſiuit, ſic nouis eccleſiam beneficiis afficere et maxima pietatis ſuae monumenta edcte perrexit. Aram *S. Mathiae apoſtoli*, a ſe fundatam, magnificis opibus cumulauit; et ſequenti anno *Biſchouesbemum*, caſtrum et uicum, prope *Zilanum* oppidum, amplioris tituli ad eccleſiae poſſeſſiones adiectum, Henrico comiti Truhendingio, fratri ſuo, *in Guardiae* feudum conceſſit.

Biſchofsheim in Grabfeldgau Comitis concedit.

eccleſias Bamberg. libertatem

CL. Fuerat hactenus eccleſia Babebergenſis ex S. HENRICI imperatoris conſtitutione libera, nec ulli antiſtiti aut metropolitano, ſed uni ſummo pontifici Romano ſubiecta. Quod ubi CAROLVS imperator reſciuit, priuati commodi ſtudium in id adhibuit et apud VRBANVM pontificem precibus inſtitit, ut eadem, cum *Ratisbonenſi* et *Miſnenſi* epiſcopatibus, Ioanni, epiſcopo *Pragenſi*, tanquam legato apoſtolico, ſubiiceretur. His delatis ad ſe ſupplicationibus inclinatus pontifex, Caroli quidem in ea re uoluntatem facere coepit et proximo anno, ex patrum omnium authoritate, mandatum Friderico edidit, in haec uerba: *Quare fraternitati ſuae per apoſtolica ſcripta mandamus &c.* Caeterum FRIDERICVS, his pontificis minis et literis minime exterritus, ius eccleſiae fortiter propugnauit. Idem fecit *Ratisbonenſis* et *Miſnenſis* epiſcopus et, ad retinendam libertatem priſtinam, pro ſua quisque parte adeo laborauit, ut eam amplius nemo mutare cogitaret. Per eosdem dies CAROLVS *Priſtadium*, *Hodingsfeldum* et *Meinbernam* ſibi et Bohemiae regi ſubiecit et *Schwinfordiam*, ſuperioribus diebus in poteſtatem ſuam redactam, a Rabano epiſcopo Eiſtadiano in feudum recepit. Poſtero anno FRIDERICVS, ſenio et uiribus exhauſtus, *XIV. Cal. Iunias*, uitam amiſit et, ante *S. Mathiae apoſtoli aram*, a ſe fundatam, ſepultus eſt.

Carolus imp. adimere ſtatagens,

1365. *pont ficis confenſum impetrat, aſt Friderico eum epiſc. aduerſantem habet.*

1366. *Friderici ep. piſcop. obit.*

LVDOVICVS,
VIGESIMVS NONVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Ludouicus, Thuringiae Lantgrafius et Miſniae marchio.

CLI. FRIDERICO mortuo, LVDOVICVS, *prouincialis Thuringiae comes, Miſniae marchio, epiſcopus Halberſtadienſis*, a Carolo ſucceſſor datus eſt et in die *S. S. Felicis* et *Adaucti*, Babebergam comitatu ſplendidiſſimo ingreſſus. Poſt menſem a morte

A. Ch. 1366. te FRIDERICI tertium, episcopatum summis eorum studiis iniuit. *Granzius lib. 9. Metropolis*, Halberstadiorum statum Moguntiam ad archiepiscopatum translatum scribit: sed contrarium tenet translationis instrumentum, quod commutationem anno demum millesimo trecentesimo septuagesimo quarto contigisse prodit.

Halberstadiensis episcopatus Moguntino subiectus.

1367. *Fridericus, dux Teccensis contra Ludouicum episc. hereditatis petitionem instituit.*

CLII. Proximo anno FRIDERICVS, dux Teccensis, *Conradi* comitis *Schlusselburgii* ditionis et hereditatis diuisionem magno dolore ferens, nihil sibi praetermittendum ratus, quod ad eam recuperandum pertinet et, cum a LVDOVICO, episcopo, nihil obtinere posset, regium tribunal accessit et *Norimbergae*, coram *Burckardo*, burggrafio Magdeburgensi, comite *Hardeccio*, iudicii curiae regiae praeside, querelas suas proposuit, quibus *Neideccum*, *Ebermanstadium*, *Wasshenfeldum*, *Rabenstenum*, *Senstenbergium*, *Bellimontem*, *Odelsdorfum*, *Türfeldum*, et *Sclüsselfeldum*, castra et oppida, in disceptationem adduxit et, ea sibi iure hereditatis deberi, grauissime contendit. Quo facto, de iure ecclesiae cognitum, quod ille dux sibi uendicabat: idque legitimis rationibus probatum, ad LVDOVICVM pertinere, ex iudicum sententia pronunciatum.

1368. *Conradus Hoenloius beneficiis inuestitur a Ludouico episc.*

CLIII. Proximo anno LVDOVICVS *Conrado*, comiti Hoenloio, cognomine Brunneccio, *Reuhelsbergam* castrum, *Badelshemum*, *Burgrodum*, *Biberernam*, et *Buchium* uicos, iure beneficiario contulit. Et sequenti anno CAROLVM, imperatorem, Babebergam ad se adeuntem, uenerabundus excepit et ab eo confirmationem priuilegiorum ueterum impetrauit. Inde in *Franciam* progressus CAROLVS, proximo anno *Hedingsfeldum* conuentum nonnullorum principum egit. In eo conuentu lis inter *Gerlacum*, archiepiscopum *Moguntinum* et *Albertum*, episcopum *Wirceburgensem*, composita et *Eberhardus*, comes Werthemius, ad dirimendas lites nouas arbiter inter utrumque datus est, praesentibus Ioanne, *Pragensi*, Ludouico *Babebergensi*, Lamberto *Spirensi*, episcopis, Ludouico *comite palatino* Rheni, Alberto *Saxoniae duce*, Friderico, *Misniae marchione*, Friderico *burggrafio Norimbergensi*, Ioanne, *comite Nassouiensi*, et Philippo Bicenbachio, *ordinis Teutonici Magistro*.

1369. *Carolus IV. imp. priuilegia Bamberg. confirmat.*

1370. *Comitia particularia celebrat, in quibus lis inter Bambergensem et Wirceburgensem episc. per arbitrum sopitur*

A. Ch. 1370. Per eosdem dies electio WENCESLAI regis, quem principes electores, laborantibus pro eodem pontifice et Cardinalibus, uix aegre tandem comprobauerunt, confirmata. Carolus singulis eorum, si filius imperii corona decoraretur, singula *centena millia* aureorum se daturum osteoderat, pro quibus tamen deinde telonia, oppida et alia imperialia iura, loco pignoris obligasse dicitur.

Wenceslai regis electionem aegre impetrat,

effusis suis largitionibus.

1371. *Ludouico episc. priuilegium de non euocandis subditis concedit.*

CLIV. Proximo inde anno LVDOVICO priuilegium indulsit, eoque statuit, ne ecclesiae homines et eorum bona ad alia iudicia, tum uero imprimis ad oppidi *Sulzbacensis* forum, a quopiam, quocunque nomine trahi possent, sed ab eius in perpetuum ditione exempti, uetere regum et imperatorum libertatis munere gauderent. Sequenti anno ecclesiae Wirceburgensis proceres, deductis in diuersa sententiis, duos, *Albertum*, Hennebergium, praepositum et *Witichonem*, ecclesiae Babebergensis decanum, episcopos designarunt. *Albertus* a sex tantum et quidem potioribus delectus, statim ciues in clientelam suam recepit: *Witicho* a caeteris omnibus ad ecclesiae gubernationem uocatus, *Auinionem* ad pontificem profectus est, experiri cupiens, utri episcopatus conueniret. Ibi, *Gerhardo*, comite Swarzenburgio, episcopo Naumburgano a ciuibus pulso, ius suum cessit et ipse in eius locum *Naumburgi*, Gerhardus uero *Wirceburgi* episcopus per pontificem constitutus fuit.

1372. *Wirceburgensium electio*

Witicho meliora uota nactus,

Gerhardo episc Naumburg. ius suum cedit.

1373. *Sepulchrum S.S coniugum clatris circumdatum*

CLV. Sequenti anno LVDOVICVS tumulum S.S. coniugum clatris circumdatum sepsit: quas tamen *Georgius*, baro Limburgius, postea diruit et nouas aliis firmiores restituit. Sub id tempus LVDOVICVS, excelsioris dignitatis cupidus, episcopatum suum deserere et *Moguntinam* ecclesiam, per eosdem dies uacantem, fauore CAROLI sibi subiicere statuit atque ea de re in *Galliam* ad pontificem profectus, eius subiectionem obtinuit. Cum uero choreatum quam sacrorum studiosior esset, a nimia saltandi leuitate *saltarelli* nomen adeptus est et tandem inter choreas, miserabili casu collisus, uitam finiit, ut prolixe scribit *lib. 10. Metropolis* suae *Cranzius*, et nos inferius pro occasione latius dicemus.

Ludouicus archiepiscopatum Moguntin. ambit

Saltarellus audit

et inter choreas miserabili decedit.

ANNA-

An. Ch. 1373. # ANNALIVM BAMBERGENSIVM, An. Ch. 1374.

LIBER V.

LAMBERTVS,

TRIGESIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

I.

VT ſedis archiepiſcopalis uacuitas *Moguntiam* in duas, ut ante, partes, ſtudiorum diuiſione diſtractam, per plures annos omni malorum genere conflictauit: ſic inopinatus LVDOVICI diſceſſus *Babebergam* in nouas calamitates et alios ſeditionum fluctus coniecit. Quae hic praemittere, non alienum fore ab inſtituto putauimus. *Ioannis*, archiepiſcopi, morte accepta, Moguntiae proceres duos, *Adolphum*, comitem Naſſouienſem, ADOLPHI, regis Romanorum fratris filium et *Ludouicum*, epiſcopum Babebergenſem, in eius locum delegerunt. Qui cum ſuam uterque dignitatem armis obtinere uellet, ex ea contentione tantum bellum exortum, ut CAROLVS imperator, ad dirimendam controuerſiam in caſtra profectus, quae tunc ante *Erfordiam* erant, et GREGORIVS pontifex, ad cognoſcendum, utrius iuſtior cauſa eſſet, proximo ineunte uere, conuentum *nouam uillam*, Auinionenſis dioeceſis, indiceret, in quo *Ludouicum*, apud ſedem apoſtolicam conſtitutum, a uinculo, quo Babebergenſi eccleſiae deuinctus erat, abſoluit et, ad eccleſiam Moguntiam translatum, archiepiſcopum confirmauit. Ibi non minorem ad eccleſiam Babebergenſem conſtituendam diligentiam adhibuit, ne ex diuturna uacatione grauius aliquod detrimentum acciperet. Itaque matura cum cardinalibus et epiſcopis habita deliberatione, de conſilio eorum, litteras ad LAMBERTVM, epiſcopum Argentinenſem, dedit, quibus eum a ſua liberatum, ad eccleſiae Babebergenſis adminiſtrationem tranſtulit, aliis adiectis literis, eodem ferme exemplo ſcriptis, per quas *Ioanni*, archiepiſcopo Pragenſi et *Gerhardo*, epiſcopo Wirceburgenſi, ininnxit, ut ſolenne ab eo ſacramentum exigerent. Qui ſe iureiurando quod adhuc extat, ſancta tangens euangelia, obligauit. Alteras deinde literas ad collegium Georgianum dedit, his uerbis: *Georgius epiſcopus &c.* Interim LAMBERTVS, uoluntati pontificis ſatisfacere cupiens, ſub incunte autumno iter ingreſſus eſt et *Henricum Hoenſteinium*, eccleſiae S. Thomae apud Argentinenſes praepoſitum, ad ſignificandum aduentum ſuum praemiſit. Vt autem *Norimbergam* uenit, per dies aliquot ſubſtitit et procuratores, *Bertholdum*, Hennebergium et *Theodoricum* Abensbergium, canonicos, ad petendam et capiendam eccleſiae bonorum poſſeſſionem conſtituit. Eius conſtitutionis inſtrumentum *III. idus octobr. indict. XII. anno* pontificatus GREGORII XI. pontificis, Norimbergae datum.

Moguntina diſſidia circa electionem archiepiſcopi.

qui, praemiſſis nunciis

& procuratoribus.

II. Inde *Babebergam* profectus, urbem omnium ciuium gratulatione iniuit et in fidem ſuam recepit. Cum autem quaedam oppida et caſtra a LVDOVICO occupata competeret: poſtero anno *Pragam* ad CAROLVM proceſſit et, ſe arbitrio eius ſtaturum, de omnibus controuerſiis, quae inter ſe et *Ludouicum* intercederent, oſtendit. Vnde res in concilium deducta, inter partes ita deciſa fuit, ut *integram Ludouicus eccleſiae bonorum poſſeſſionem Lamberto concederet et Bothoſtenum, Gosweinſtenum, Tuchersfeldum, et caetera iura, per uim occupata, in manus eius dimitteret, nec ullum amplius ei impedimentum inferret. Reditus atque prouentus, qui iam inde a tempore translationis, ad Cal. usque maias anni ſeptuageſimi quarti ſuper trecenteſimum milleſimum, debebantur, ipſe ſibi retineret. De debitis autem, tempore pontificatus ſui contractis*, LAMBERTVS *quatuor milium et quingentorum ſummam Theodorico, Abenspergio canonico, mille quingentos Conrado Wirceburgo et quadringentos florenos diuerſis aliis creditoribus ſolueret, omnia Ludouici acta probaret et feuda, quae collocata ab eo fuerant, confirmaret. Deinde transactionis tabulas, inter ſe confectas, cuſtodirent, pacem et amicitiam facerent et alter alterum mutuis officiis, conſiliis et auxiliis iuuarent.*

Babebergam uenit.

litem cum Ludouico expenit Carolo imp.

de ſuper ſententiam pronunciauit.

Bona dioeceſis occupata libera reddit.

1374.

Ludouicus epiſc. Bamb. fit archiepiſc. Mogunt.

Georgius pontif.

Lambertum epiſcop. Bamberg. conſtituit.

III. His rebus Pragae transactis, CAROLVS, de quorundam in Italia oppidorum defectione certior factus, LAMBERTVM, epiſcopum, cum mandatis in *Lombardiam*, ad *Ioannem Galeacium*, uicecomitem miſit. Is profectus eum regiae

Lamberto in Italiam miſſo.

An. Ch. 1375. giae uoluntatis admonuit, quaque ipſe A poteſtate inſtructus ueniſſet, edocuit. Ne uero per eius abſentiam eccleſia direptionibus hoſtium et libidinibus expoſita, nouis incommodis afficeretur, eam CAROLVS in fidem ſuam et patrocinium receptam, *praefectis* et *capitaneis* ſuis, quos in *Bauaria* et *Veitlandia* habebat, tuendam commiſit: et proximo anno LAMBERTO, a legatione reuerſo, priuilegium dedit, quo mercibus, quae per eius ditionem ultro citroque deuehrentur, *uectigalia* impoſuit. His nouum aliud uectigal eſt additum, ex cuius conceſſione LAMBERTVS ſingulos in dolium uini uenalis florenos, & ſingulos in dolium cercuiſiae uenalis ſemiſſes, ciuibus ſuis urbanis et agreſtibus, per uniuerſam urbem et caetera ſuae ditionis oppida, iudicia, mercatus, uicos et uillas imperauit. Huius exactionis numus a LAMBERTO impoſitus, *Lambertinus* adhuc hodie uocari ſolet.

Carolus imp. ſapitanei tuendum concredit epiſcopatum, 1376.

cui ius uectigalium concedit.

Nouus Lambertinus.

Laudum inter Ludouicum epiſc. et comitem Teccenſ. pronunciatum.

IV. Eo anno CONRADVS imperator ſententiam inter LVDOVICVM, epiſcopum et *Fridericum*, ducem Teccenſem, ſuperioribus annis, ut diximus, per *Burcardum*, burggrafium Magdeburgium, comitem *Hardeccium*, imperialis iudicii praeſidem latam, adhibitis iudicibus, diligenter perpendit et ex eorum authoritate, *Neideccum*, *Ebermanſtadium*, *Weſchenfeldum*, *Rabenſtenum*, *Senftenbergum*, *Bellimontem* et caetera oppida et caſtra, eccleſiae adiudicata, confirmauit.

ab imp. confirmatur.

Fridericus Truhendingius poſſeſſiones ab auo et patre factas

V. Inde V. *idus martius Henricus*, comes *Truhendingius*, pro miſſiones eccleſiae per *Fridericum* et *Conradum*, auum et patrem, de uenditione ditionum ſuarum factas et per *Fridericum*, pattuum, eccleſiae S. Gangolphi praepoſitum, firmatas, inſtaurauit et omnia caſtella ſua ac munitiones, in omnibus rebus bellique neceſſitatibus, in fide eccleſiae atque poteſtate futura, ipſe obligauit. Eodem anno LAMBERTVS, *epiſcopus*, in baſilicam cathedralem *XIV. calend. ianuar.* eccleſiae proceres ad conuentum uocauit atque, ex eorum ſententia, monaſterii *Nouem eccleſienſis* intereſſe conſtituit, ut, relicta immanitate tyrannorum, Neunkirchio ſedes canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini, *Vorchemium*, ad hoſpitale *S. Catharinae* transferretur.

eccleſias renouat.

Ordo canonicorum S. Auguſtini Neunkirchio transfertur Vorchemium.

Bona eccleſiae Bamb. in Bauaria,

VI. Erant inter *Ratisbonam* et *Patauium* nonnulla ex regione Bauariae loca, quae iam inde a S. Henrici imperatoris temporibus eccleſia ſibi in magna contentione retinuerat, quod ad ius ſuum ab antiquo pertinerent. Cum uero uſus eorum prope nullus uel certe perexiguus eſſet; ſequenti anno LAMBERTVS, nouae ditionis occaſione allectus, ex iis *Frideburgum* caſtrum *Conrado* et *Hardingo* Kuchlariis, *Francobergam* et *Alterſam* Alberto *Auſtriae duci*, *Oſterhouiam Eringam*, *Milacum*, *Vrbacum* et *Podingam*, Ioanni *Landgrafio Leuchtenbergio* uendidit, et eorum pretio nouas alias poſſeſſiones comparauit. Horum uero traditio bonorum conditionibus eiusmodi facta fuit, *ut emptores eccleſiae beneficiarii manerent et eadem rurſus ab epiſcopo et ſucceſſoribus eius, pro ſe et heredibus ſuis, iure feudali reciperent.* Eodem anno LAMBERTVS ſingulis iudaeis, per uniuerſas eccleſiae terras, in *Francia* et *Carinthia* tributum, ratione cenſus impoſuit et priuilegiis, exemptionem indulgentibus, decreto regio derogatum.

An. Ch. 1377. nouatura Lamberto epiſc.

certis ſub legibus.

Nouum tributum iudaeis impoſitum.

VII. Proximo anno nouum bellum inter LAMBERTVM, epiſcopum et *Fridericum*, *Balthaſarem* et *Wilhelmum*, Thuringiae landgrafios et Miſniae marchiones, eſt excitatum, quod *Albertus* et *Eberhardus*, *Waldenfelſii* fratres, quorum curae *Radeccium*, eccleſiae caſtrum, commiſſum erat, ex eo totius uicinitatis agrum, tum imprimis uero *Coburgum*, *Alsdorfum*, *Zigeruicam* et *Müldorfum*, marchionum oppida et caſtra multis incommodis afficerant. Eam controuerſiam *Fridericus*, Burggrafius Norimbergenſis, cum *Gunthero Suartzburgio* et *Gerlaco Hoënloio* comitibus, *Plaſſeburgi XVI. cal. martias* ita ſuſtulit, ut *Waldenfelſii fratres, uel eorum nomine* LAMBERTVS, epiſcopus, *pro illatis iniuriis quadringentos* aureos penderet et utraque pars ab omni deinceps maleficio deſiſteret.

1378. Controuerſia inter Lambertum epiſc. et marchiones miſniae

ſuper damno ab eccleſiae praefectis marchionum ditionibus illato

componitur.

IIX. Erat ſub id tempus *Langheimum* monaſterium in Sudetorum montium uallibus ampliſſimum, in eccleſiae et epiſcoporum Babebergenſium poteſtate conſtitutum. Cum uero ius in eo uetus, a praedeceſſoribus iam inde usque a *S. Othone epiſcopo* uſurpatum, imminui uideret: eodem anno CAROLVS, imperator, ut ipſe ſcribit, regni ſui trigeſimo ſecundo, imperii uero uigeſimo tertio, *IX. cal. martias indict. I. Norimbergae* cum eſſet, eius inſtaurationem indulſit et diplomate ſanxit, *ut cura monaſterii et defenſionis ius, apud* LAMBERTVM *et ſucceſſores eius maneret et epiſcopus illud, ut aſſueuerat, deinceps conſtitueret, quaeque correctione egere uideret, ea nouis legibus tam in monaſterio, quam publico ſtatu emendaret. Quod ſi uero abbas, uel alia monaſtica perſona, eius authoritati parere recuſaret, ad eius uindicandam pertinaciam cenſuras legum et canonum, adhiberet ſeueriſſimas.* Quo cognito *Henricus*, abbas, de conſtituendis monaſterii rebus, deque ſoluendi debiti rationibus ſollicitus, LAMBERTVM conuenit et, *ſubiurisiurandi religione pollicitus*

Langheimenſe monaſterium

a Carolo IV. imp.

Lamberto epiſc. confirmatur.

Abbas Langheimenſis

eſt

exiguum uſum, 1377.

A. Ch. 1370. *est, se, si stipendii facultas suppeteret, rerum sacrarum procuratione fore contentum atque ultro reliqua remissurum.* Ibi monasterium in LAMBERTI clientelam dicauit, obedientiam in manu eius affirmauit et priuilegiis ac libertatibus, a pontificibus, imperatoribus et regibus indultis, et quibus speciatim ordo Cisterciensis gauderet, renunciauit, nec se, uel imperium Romanum, uel alium quenquam principem, uel ciuitatem, nisi solum LAMBERTVM et successores eius, dominos ac defensores pro se et successoribus suis agnoscere uelle iurauit. Et quanquam LAMBERTVS, ad leuanda monasterii mala conuersus, eius nomine pro decem *librarum millibus* fideiuberet et insuper certam quoque pecuniae summam numeraret, tamen ne sic quidem, praeualente debitorum multitudine, omne in praesens damnum sarcire potuit.

abiequians pollicetur Lamberto.

qui pro monasterii debitis fideiubet.

Carolum IV. *defunctum excipit Wenceslaus filius, regno omnes fit.*

IX. Eo anno CAROLVS imperator mortuus et *Pragae* sepultus, WENCESLAVM filium in regno successorem habuit. Hic quantum imperio dedecus ac detrimentum allaturus esset, haud dubiis indiciis prodidit, cum sacro lauacro ablutus, aquam baptismatis stercore inficeret. Gliscebat tunc temporis, in *Francia, Sueuia* et *Bauaria*, grauia inter principes et liberas ciuitates seditio, ciuitatibus se a principibus et nobilitate premi dicentibus, nec in illo loco uel itinere tutas esse fortunas suas et salutem, querentibus. Eodem malo conflictati et ob libertatis ueteris iactu-

Ciues Bambergenses ob episcopi duriciem seditiose

1379. ram ad seditionem consternati, ciues Babebergenses, LAMBERTVM, episcopum, consiliis suis aduersarium nacti, proximo anno per iracundiam inuaserunt et inter se coniurarunt, se nec eum, nec alium quenquam passuros ecclesiae praesidere, qui aliud, quam quod ipsis liberet, sibi imponeret. Quibus uerbis LAMBERTVS in magnum timorem adactus ad diuinam implorandam opem confugit; et sequenti anno clero ac populo aduocato, tumulum S. Henrici aperuit et reliquias eius sacras protulit. Caeterum mala indies ex susceptis factionum certaminibus glisscentia, contemplatus, clauis, ut prius erat, obfirmauit et se ad omnem belli procellam fortiter sustinendam praeparauit. Inter hos autem tumultus cum sibi reditus in urbem interdiceretur, eam castris admotis obsidere uel ad deditionem redigere coactus est. Quae mala WENCESLAVS audiens, etsi iniquissime tulit, neque tamen hoc anno occurrere, neque turbatis ecclesiae rebus consulere potuit. Exeunte uero anno *Norimbergam* profectus est et quaestionem, de ciuium Babebergensium maleficiis, grauissimam habuit. Extat decretum eius, quo propter iniurias, LAMBERTO episcopo illatas, ad eorum contumaciam comprimendam et tanti mali consuetudinem extirpandam, feuda omnia ciuium, qui coniurarunt, in urbe, suburbio, agroue sita, LAMBERTO addixit, statuens, ne dux, marchio, princeps, comes aut nobilis eorum possessionem prohibere, uel ulla ratione turbare possit. Id autem scelus, quoniam non omnium, sed nonnullorum saltem hominum fuerat et ciuitas ipsa omni prorsus crimine uacauerat, annalium priuatorum scriptores, LAMBERTVM, soluta *quindecim millium florenorum summa* et iuramento a ciuibus accepto, eis ignouisse tradunt et haec ad annum octuagesimum nonum referunt; quorum tamen opinione potior apud me est diplomatis authoritas, quod in die purificationis, hoc anno, Norimbergae datum.

ac feudis priuantur.

quas tamen] soluta multa et praestito iuramento, recuperant.

X. Per eosdem dies *Ludouicus*, Thuringiae landgrafius, Misniae marchio, quem ab ecclesia Babebergensi Moguntinam translatum diximus, uoluntate pontificis, ecclesiae Magdeburgensis administrationem nactus est, cui tamen ultra dimidium annum non praefuit. Nam cum in oppido *Calba*, ad Salam fluuium, bachanalia cum fratribus suis, Misniae marchionibus et aliis amicis ageret et choreas in loco publico duceret, orto incendio, cum per scalas e curia euadere properat, impeditus reste muleris, quam manu ducebat, gradibus ruptis decidit et, trecentis amplius hominibus una cadentibus, eo casu collisus, solus expirauit et *Magdeburgum* delatus, in aede *S. uirginis* sepulturam accepit. Eo anno *Conradus*, episcopus Ratisbonensis, morbo atque aetate confectus, decessit et *Theodoricus* Abenspergius, ecclesiae Babebergensium canonicus ac praepositus, successus est.

Ludouicus archiepisc. Moguntinus ecclesiae Magdeburg. administrationem per semestre functus,

in Bachanalibus

de scala praecipitatus spiritum edit

et Magdeburgi sepelitur.

Conrado defuncto in episcopatu Ratisbonensi succedit Theodoricus

XI. Proximo anno LAMBERTVS, episcopus, *Scheslicum* oppidum cum *Gichio* et *Collino* castris et singulis eorum possessionibus, a *Ioanne Truhendingio* sub redimendi pacto, pro *quindecim aureorum millibus* comparatum suae ditionis effecit et a *Ruperto*, duce Lignitio, iudicii curiae regiae praeside, confirmationis literas elicuit. Eodem anno, glisscente inter WENCESLAVM, regem et dictum *Ioannem*, comitem *Truhendingium*, contentione, propter praedationes et rapinas, quibus comes ciues et mercatores regis infestauerat, *Fridericus*, burggrafius Norimbergensis et *Ioannes*, landgrafius *Leuchtenbergius*, arbitri dati, comitem ad damnum praestandum in *mille sexagenas* denariorum Pragensium declararunt et, donec integra

1380. *aut tumuli S. Henrici aperturo fidem,*

sed Lambertum episcopum excludentes,

a Wenceslao imp. punitur

1381.

1382. *Schesliz et Gich adiiciuntur episcopatui, restituendae dotis lege.*

Comes Truhendingius ad refarciendo damno Wenceslai mercatoribus illato, laudo arbitrorum damnatur,

An. Ch. 1382. binis caſtris pignoris loco datis.

eorum ſolutio fieret, duo comitis caſtra, *Neohuſium* et *Amſtenum*, regi addixerunt, qui ea deinde, propter moram in ſolutione factam, LAMBERTO, epiſcopo, pro eadem pecuniae ſumma obligauit.

In comitiis Norimbergenſibus 1385.

XII. Interim cum in urbibus ſeditio ſaeuiret, in agro uero caedes et latrocinia impune quotidie patrarentur, ad eum morbum ſanandum, poſtero anno, WENCESLAVS, rex et quatuor imperii electores, Adolphus *Moguntinus*, Fridericus *Colonienſis*, Rupertus *Palatinus* et Wenceslaus *Saxo*, cum Auſtriae et Bauariae ducibus et Lamberto *Babebergenſi*, Gerhardo *Wirzeburgenſi*, Rabano *Eiſtetenſi*, Theodorico *Ratisbonenſi*, epiſcopis et caeteris Germaniae principibus, *Norimbergam* conuenerunt et, de uindicanda libertate et foedere ad eam rem feriendo, egerunt. Ibi expoſitis, ut quisque grauiſſime potuit, acerbiſſimis praedonum et aliorum ſeditioſorum hominum iniuriis, quibus ad extrema redactae prouinciae eſſent, uniuerſi in id conſpirantibus animis deſcenderunt, omnes potius mortis acerbitates ferendas, quam tantas indignitates ultro eſſe patiendas. Ita omni conſilio foedus in hanc ſententiam percuſſerunt, *ſe communibus armis libertatem, aduerſus immanem praedonum impotentiam et quorumcunque hoſtium impetum, defenſuros, nec quenquam facinoroſorum in ſuis amplius ditionibus paſſuros.* Hac re perfecta, ſolenni ſe ſacramento deuinxerunt et, moderatoribus foederis ordinatis, *quatuor eius partes*, ad ſerendum, ut cuique loco opus eſſet, auxilium, conſtituerunt, quae complexae fuere, *prima* uniuerſum Bohemiae regnum, marchiam Brandeburgenſem, Saxoniam et ducatum Luceburgium: *altera* Moguntinum, Colonienſem et Treuirenſem, archiepiſcopos, Rupertum, comitem palatinum Rheni, Bauariae ducem, Haſſiae landgrafium et marchiones Badenſes: *Tertia* Albertum et Leopoldum Auſtriae, Stephanum, Fridericum et Ioannem Bauariae duces, Lotharingium, Argentinenſem, Auguſtanum et Ratisbonenſem, epiſcopos, Eberhardum et Vdalricum, comites Wirtenbergenſes: *Quarta* Babebergenſem, Wirceburgenſem et Eiſtetenſem, epiſcopos, Balthaſarem, Wilhelmum et caeteros Thuringiae landgrafios, Miſniae marchiones et Fridericum, Burggrafium Norimbergenſem. Quin etiam definitum, ut huius foederis pactio per annos duodecim duraret, et in eius numero comprehendi deberent, qui pro iungenda ſocietate deinceps ad unam uel alteram earum partium tranſirent. Foederis tabulae, prout etiam

contra mercatores praedones foedus pangitur.

iuramento munitum,

et quatuor partibus conſtans.

prima,

ſecunda,

tertia,

quarta,

ad duodecennium durans

nunc Babebergae conſeruantur, *V. idus Martias*, anno regni WENCESLAI regis ſeptimo, *Norimbergae* datae.

A. Ch. 1385.

XIII. Eodem anno WENCESLAVS rex, de ſalute Babebergenſis eccleſiae ſolicitus, ut LAMBERTI petitionibus ſatisfaceret, eius oppida et caſtra, in ſuperioribus montanae regionis partibus ſita, *Cronacum*, *Stenacum*, *Caprimontium*, *Radeccum*, *Sternbergam*, *Stenbacum* et *Teuſchnicium*, Alberto Colounrado, *Voitlandiae capitaneo*, tuenda commiſit: et ſequenti anno, iudicii prouincialis iurisdictionem, priuilegia, iura et conſuetudines ac libertates inſtauratas, diplomate confirmauit, quod *IV. idus Auguſti*. Lucenburgi dedit.

Wenceslaus imp.

Lamberti epiſc. poſſeſſiones, in partibus regionis montanae ſuperioribus, Voitlandiae capitanei tutelae commiſſa.

1384.

XIV. Per eosdem dies *Henrico*, abbate Langhemenſi, ex rebus humanis erepto, cum ſucceſſor eius *Fridericus*, abbas, onera debitorum non ſuſtinere nec opportunam ab ordine ſuo medicinam ſperare poſſet, quod eius generalis, cum nonnullis e potioribus capituli, partes CLEMENTIS pontificis amplexus, a iuſto pontifice VRBANO VI. diris grauibus deuotus ac priuilegiis et honoribus exutus eſſet, deceſſoris exemplo *Lambertum*, epiſcopum ſibi et laboranti monaſterio uocauit opitulatum. Hoc monaſterium s. OTHO, epiſcopus, ut diximus, anno Chriſti 1138. conſtruxerat et poſſeſſionum non ſolum multitudine ornauerat, ſed etiam ſucceſſores eius id, uariis ab hoſtibus detrimentis affectum et abbatum negligentia prope atritum, ſubinde inſtaurarunt et res eius ita conſtituerunt, ut alteri conditores praedicentur. Sic cum res pecuniaria et fideiuſſoria cautio, per LAMBERTVM conſtituta, ad omne debitum ſoluendum non ſufficeret, author eis fuit, ut certas quasdam monaſterii proprietates uenderent. Eae autem fuerunt *Leucaſtum*, *Traindorfum*, *Reda*, *Reichsberga*, *Baiersbacum*, *ius patronatus eccleſiae Vierenſis*, et caetera in uenditionum tabulis comprehenſa, cum ſuis iudiciis, aduocatiis et iurisdictionibus. Eas tabulas VRBANI, pontificis, authoritate firmatas et ſua manu roboratas Fridericus *abbas*, Iringus *prior*, et totum *capitulum* ſuper altare S. Petri depoſuerunt, ac ſolenni ſe ſuosque in eam rem iureiurando deuinxerunt, *ſe conſtanter in eccleſiae et epiſcoporum Babebergenſium poteſtate perſtituros, omnes ſuos homines et res ſuas, ubicunque locorum ſitas, in eorum defenſione manſuros, neminem alium, quoquo modo datum uel obtruſum defenſorem, agnituros uel recepturos, neque quenquam in perpetuum abbatem, ad abbatiae dignitatem et rerum temporalium poſſeſſionem admiſſuros, niſi prius, ſe haec omnia ſeraturum, ſacramento firmauerit.*

Lamberti epiſc. opem implorat.

qui, anteceſſorum putatem imitatus,

et mutuando et fide iubendo abbatem iuuat.

eodo uendendis quibusdam bonis ei conſilium dat:

quam ob rem capitulum Langheimenſe

Lamberto fidelitatem iurat

XV.

Digitized by Google

An. Ch.1385. XV. Per eosdem dies *Ioannes Truhendingius*, iniquissimis debitorum oneribus grauatus, cum ditionem, prius oppigneratam, in termino soluere non posset et eiusdem possessio, ex iudicum sententia, in ecclesiae potestatem redacta esset, ueterum sponsionum memor, eam LAMBERTO, episcopo et successoribus eius, sub firmissimo uenditionis contractu, tradidit. Fuerunt autem haec oppida *Schesslicium* cum castellis, praediis et uiculis, in ecclesiae partibus, id est *Gichium*, *Collinum*, *Neohusium*, *Arnstena*, *Wisengichia*, *Neodorfum*, *Stenfelda*, *Roslauba*, *Rabdorfum*, *Illerium superius*, *Neodorfum*, *Stensfeldium*, *Eclebdum*, *Rosedorfum*, *Rosefolium*, *Peusterstadelhofio*, *Crimilidorfum*, *Zeccendorfum*, *Cremelsdorfum*, *Licendorfum*, *Tamelsdorfum*, *Echobiluni*, *Pauster*, *Temelsdorfum*, *Bunzendorfum*, *Kotensdorfum cum iudicio centenario*, *Clecouia*, *Leberosa*, *Aichium*, *Vatendorfum*, *Nouomontium*, *Snebergа*, *decimae Noualium Zapfendorfi*, *Sletenis*, *Kaierloi*, et in dioecesi Wirceburgensi, *arx Stufenbergia*, *Baunacum oppidum*, et caetera praedia, iudicia, iura, pascua, flumina, molendina, piscariae, terrae, nemora, saltus et uenationes, singula cum finibus ad ea pertinentibus, ut ex literis apparet, quibus haec uenditio confirmatur. LAMBERTVS noua ditione ornatus, nouis eam legibus et priuilegiis honestauit, et *Gichium* castrum praefidi administrandum concessit, unde *praefidum sedes* dicta.

An. Ch.1378. Abus sitam et Truhendingianam, quod ab antiquo iuris comitum Truhendingiorum fuisset, uocatam, *Friderico Auffessio* litem, inter se et *Ioannem* comitem motam, terminante, obtinuit et per eosdem dies illustria duo adhuc alia ad memoriam opera edidit. Anno namque qui secutus, conuentu clericorum habito, labentem disciplinam coercuit et templum, quod est in urbis monte *Caecio*, nobilissimum condidit ac uirgini Dei matri dedicauit. Inde *paroecia* S. Dei genitricis appellata fuit. Erat adhuc sub illo tempore arx *Stufenbergia* et *Baunacum*, oppidum, *Fuldano* monasterio, iure feudali astrictum et comitibus *Truhendingis* ab eodem beneficii nomine delatum fuerat. Id infeudandi ius proximo anno per *Fridericum*, abbatem Fuldanum, Lamberto pro septingentis aureis uenditum et utile dominium directo fuit consolidatum.

1387. Lambertus *epifc. clarum reformat templum B. Mariae extra, dominium directum in* Baunach *et* Stufenberg. *acquirit.*

1388.

XVIII. Hic annus *Gerhardi*, episcopi Wirceburgensis, bello et *Winshemiorum ac Rotenburgensium* clade fuit insignis. Caeterum *Winshemiorum* opes hoc modo decisae sunt. Cum *Rotenburgenses*, assumpta iurisdicendi potestate, iure a maioribus accepto, iudicium in ecclesiae Wirceburgensis homines instituerent, et *Winshemium* conatus eorum non parum iuuaret; *Gerhardus* bellum eis indixit et LAMBERTVM, episcopum ac *Fridericum*, burggrafium Norimbergensem, in auxilium uocauit. Rotenburgenses ab episcopo et sociis bello petiti, cum uim propulsare, propriis nixi uiribus, se posse diffiderent, *Norimbergam* et *Winshemium* ciuitates, pro jungendo foedere, solicitarunt. Itaque Gerhardus, accessione copiarum facta, cum LAMBERTO et *burggrafio* Winshemiorum fines ingressus, urbem circumsedit et, leui momento in potestatem redactam, iurare coëgit, se ab omni deinceps maleficio destituturam, nec ullum cum Rotenburgensibus amplius foedus percussuram. Eodem anno ad *Rotenburgum* oppugnandum processit, sed eius oppugnatione frustra tentata, tectis agrorum direptis et incensis, domum regressus est. Haud meliorem fortunam nacta *Swinfordia*, nisi mature rebus suis prospexisset. Nam cum *Winshemium* capi et oppugnationem *Rotenburgo* admoueri uideret, nuncios ad *Adolphum*, archiepiscopum Moguntinum, misit; orans, ut sua apud *Gerhardum*, episcopum, authoritate intercederet, ne se hostili impressione peteret. Quod cum Rotenburgum et Winshemium, per suos legatos, facerent et omnem controuersiam eius et *Lamberti* episcopi arbitrio committerent: sequenti anno 1389. iis inter partes ad *idus Aprilis* uocatis per Adolphum

Gerhardus *ep ſc. Wirceb. bello petit Rotenburg. uſus et,*

aſſumtis ſibi ir, Lamberto epiſc et Friderico burgg. Norimb.

Winshemium *captum & foedere exuitur*

mediantibus uero archiepiſcopo Moguntino Lamberto *Bamberg. epiſc. pax conuenitur.*

Trahendingia bona traduntur plenarie

munique legibus ornata praefectis commendantur.

Marchio Hochenbergius

funda eccleſiae ubique eius confuſa uendens, eadem priuatur.

1385. Wenceslaus *imp. exemplo patris*

eccleſiam Bamberg. Pragenſi ſubiicere frustra laborat.

1386.

Vindemia uberrima.

Curia Truhendingiana Lamberto epiſc. cedit.

An. Ch.1389. et Lambertum non magna difficultate sublata fuit.

1390. *Braunecciorum bredicata ad ecclesiam Bamb. deuolu-ta,*

XIX. Proximo anno, Conrado et Gotfrido *Braunecciis* mortuis, cum nulla stirps eorum superesset, *Reigelsberga*, *Balderhemum*, *Burggeroda*, *Biberia* et *Bucha*, ad ecclesiae possessiones peruenerunt. Quae non ita multo post LAMBERTVS, ut et alia, quae *Slüsselfeldiae* et *Thungfeldiae*, habebat, iura et praedia *permutationis ad Wirceburgenses peruenit.* cum *Gerhardo*, *episcopo Wirceburgensi*, permutauit. Qui ei uicissim *Eberacum castrum* et oppidum ac caetera ecclesiae suae bona, *Senftenbergae*, et *Ebermanstadii* sita, perpetuo possidenda concessit. *Eberacum, Burg Ebrach* Est autem *Eberacum* duobus à Bamberga milliaribus, in ardua sylua situm, ab *Eberacio* riuo, ibi fluente, ita uocatum. Memorabilis in ea detegendi sceleris inole- *consuetudine detegendi crimina insigne,* uit consuetudo, & quasi per manus traducta fuit ad posteros. Ibi enim singulis annis, ad diem cinerum, ludicrum in campo *iudicium* instituitur, cui selectiores duodecim uirgines, ad iura reddenda, praesidere solent, coram quibus producitur et iudicio sistitur homo fictus, larua indutus et omnium maleficiorum, quae per totius anni spatium, domi uel in agro quoque modo, perpetrata sunt, reus peragitur. Qui tamen per procuratorem defensus, se innoxium expertemque criminis asserens, ea de quibus arguitur, purgare solet, et per dissimulationem, ut Satyricus de *Flacco* scribit:

Omne uafer uitium ridenti censor amico
Tangit, et admissus circum praecordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.

Vnde de cuiuslibet facinoris authore facilè constare omnibus possit et effera peccandi licentia, per hoc non parum apud rude uulgus arceatur.

1391. *Lambertus epist. a comitibus Hoenloicis*

XX. Postero anno nouae litis materia, inter LAMBERTVM, episcopum et *Vdalricum* ac *Fridericum*, comites Hoenloios, data. Etenim dum LAMBERTVS rebus bene gerendis incumbit et iura permutata sub imperium uocat, comites, *super Braunecciorum bona* bona *Braunecciorum* iure sanguinis ad se pertinere contendentes, super eorum restitutione WENCESLAVM, regem et *Adolphum*, archiepiscopum Moguntinum, solicitarunt. Quo facto WENCESLAVS eius rei cognitionem iudicibus aulae suae commisit et, edicto propo- *iudicio pulsatus,* sito, comites apud se legitima citatione compellauit. Caeterum, cum per certas inducias citati, statuta die praesto non *hominibus non comparentibus,* essent, neque probabili facti sui ratione reddita, insuper arrogantius locati fuissent, ex iudicum sententia, feuda LAMBERTO uniuersa deberi, pronunciatum.

a iudicio aulico supremo absoluitur, XXI. Sequenti anno sacrarium templi *Sacrarium Templi B. V. conditum* 1392 B. uirginis condi coeptum. Proximus 1393. *Incendium a-pud Bamberg.* inde annus insignis fuit urbis incendio, A quo aedificia, ultra citraque pontes subito correpta flagrarunt. Eo anno *Ioannes*, *An. Ch.1393.* comes Truhendingius, *Neohusium* et *Arnostenam*, castra, LAMBERTO prius, ut *Neohusium et Arnostenam Lamberto obligata* diximus, pro *mille sexagenis Bohemicis*, obligata et paulo post, cum nonnullis aliis castris et oppidis, uendita, rursus in potestatem reuocauit. Fa re ictus LAMBERTVS, nuncios, de seruandis pactis, B ad eum misit et, cum aequi nihil obtineret; postero anno nouum cum eo con- 1394. tractum inire et ea denuo, quatuor aure- *4 millibus auri rorum redimi mantur.* orum millibus, redimere coactus est. Hoc modo tranquillata ecclesia et opibus nouae ditionis accessione ditatus 1395. LAMBERTVS, episcopus, sequenti an- *Hospitale in Scheslitz ex* no *hospitale* | *Scheslicense* construxit et *structum.* possessionibus fructuosissimis exornauit.

C XXII. Per eosdem dies ecclesiae in *Vicedominorum Carinthia* ditio, quae per capitaneos hactenus administrata fuerat, suos praefectos uicarios, quos uicedominos, uulgo uicethumos, nominant, habere coepit et *Gusbachius* primus in ea potestatem episcopi uicariam nactus est. Eodem an- Henricus no *Henricus* comes Swarzenburgius, *Schwarzburgius, Lewbenburgum* *Gerhardi*, episcopi Wirceburgensis, o- pibus adiutus, arcem *Leuchtenbergiam*, D prius à | *Friderico* et *Wilhelmo*, fratribus, *a marchionibus Missniae repetitam.* Missniae marchionibus, occupatam, repetiit et, cum conditionibus, quibus ipse uolebat, eam obtinere non posset, collectis in dioecesi Babebergensi et Wirceburgensi copiis, eorum terras inuasit et *agrum Coburgensem uastat.* castra ad urbem *Coburgum* posuit. Inter caeteras iniurias hoc barbarum quodam- E modo usum, quod miles non contentus agros et aedificia perdere, flumina etiam et uiuaria piscibus exhaurire et ripas aggeresque destruere instituit. Quibus rebus auditis et precibus plebis, quae *Coburgum* confugerat, accensus *praefectus*, subitam ad resistendum manum *et a praefecto urbis* contraxit et, quod ui non potuit, industria perfecit. Nam cum pulsus ab urbis moenibus hostis, quasi desperabun- F dus abiret, incautum silentio noctis adortus, clade affecit. In eo conflictu mi- *clade afficitur.* les Babebergensis, in quem plebs irata inciderat, pene uniuersus oppressus et concisus est. Ad uindicandam contumeliam, cum comes nouum repente militem conscriberet, nec segnius urbis praefectus se communiret, eius rei com- *et multatus Lamberto epist. ad comitem edita* ponendae causa, LAMBERTVS *Balthasare*, *Thuringiae landgrafio* et Friderico G iuniore, *Burggrafio Norimbergensi*, assumptis, *Lichtenfelsium* profectus est. Ibi uix aegre sedatis in praesens belloru m contentionibus, sequenti anno *Gerhar-* 1396. *dus* reuocare cogitationes causam que belli quaerere cum *Henrico* Hermebergio coepit et arma *Menburgiam* transtulit. Eauero res per ipsum, quoque LAMBERTVM arbitrum, composita et *Gerhardus*

An.Ch. 1396. *hardus*, eiusdem interueniente authoritate, ad concordiam redactus est.

Seditio ciuium Bamberg.

XXIII. Eodem quoque tempore Babebergae grauis exorta seditio aliquantulum de communi tranquillitate detraxit. Erat ciuitas in duas partes diuisa, quarum quaelibet ab incolis suis nomen habebat. Vna *iudicium ciuitatis* dicebatur, in cuius homines episcopus imperium sibi solus uindicabat: altera *immunitatum* erat, quae licet basilicae cathedralis et aliarum ecclesiarum canonicis, officium uasallorum deberent et in certis quibusdam casibus, a temporali iudicii ciuitatis et eius officialium dominio exemtiessent, earum tamen habitatores sub ipsius episcopi defensione degere solebant et, una cum reliquis ciuibus, pacis et protectionis commodo potiebantur.

Bamberga feudum imperii

XXIV. Est etiam ciuitas haec uniuersa, cum singulis ecclesiis et monasteriis, imperii feudum et quilibet recens electus episcopus, de omnibus eius regalibus inuestiri solet, quorum occasione non ipsius solum ciuitatis, sed totius etiam diocesis iurisdictio, ad eum tanquam temporalem dominum pertinere dignoscitur. Ea autem se in libertatem

episcopi iugum excutere tentat

uindicare cupiens, onera, seruitia, contributiones et alias id generis exactiones, quas episcopus antiquitus habuerat, ausu temerario recusabat et ecclesiae cathedralis proceres huius facti sui defensores habebat. Quo facto LAMBERTVS, episcopus et *collegium Georgianum*, super hac re conuenientes, de pacis conditionibus egerunt et quinque canonicos, qui partes ad concordiam, quoad fieri posset, adducerent, constituerunt. Qui cum propositas utriusque factionis querelas audiuissent, nec tamen singulorum uoluntatibus satisfacere potuissent; ipsi e iudicio ciuitatis populares, saluti suae remedium quaerere uolentes, totum negotium ad BONIFACIVM IX.

rei totius arbitris

pontificis decretum deposcit

pontificem detulerunt et pontifex arbitrium ad id cognoscendum *Rabanum*, episcopum Spirensem, dedit. Eo uero arbitrium inter partes pronunciare cunctante et nonnullis e ciuibus iudicii ciuitatis, ad uitandos eiusmodi sumptus et eludendas sententias, aduersus se latis, ad immunitates conferentibus, seditiones et tumultus indies magis creuerunt et ciues palam fremere, proceribus audientibus, institerunt, se praesenti statu contentos non esse, debitam onerum publicorum partem ab immunitatibus deposcere, ni ultro daretur, se ui et ferro uindicaturos. Tum pontifex rerum certior factus, *IV. cal. Aug.* sequentis anni literas ad LAMBERTVM, episcopum, dedit et irrefragabili, sic uerba diplomatis habent, constitutione sanxit, *ut omnes*

1397. qui desuper functionem odii,

et singuli iudicii ciuitatis et immunitatum ciues et incolae, deinceps in perpetuum, pro se et successoribus suis, tum praedicta omnia et singula alia realia, personalia et mixta, nec non ordinaria et extraordinaria qualiacunque onera, seruitia, contributiones et expensas, ciuitati, dioecesi et domino, pacis et belli temporibus incumbentia, communiter et aequaliter, pro rerum et personarum qualitate, subirent atque LAMBERTVS *et successores eius, eorum omnium et singulorum praestationem ab omnibus et singulis iudicii ciuitatis et immunitatum ciuibus et habitatoribus libere ac licite requirere et exigere possint, consensu uel consilio procerum collegii super hoc minime requisito, non secus ac si habitatores immunitatum non in ipsis immunitatum locis, sed iudicio ciuitatis habitarent*, prout latius in diplomate scriptum est, unde haec hausimus. *An.Ch. 1397*

XXV. Inter haec cum *Gerhardus*, episcopus, licet iam sacpius ad rationem reuocatus, quiete uitam traducere non posset, nec tamen esset cum quo praelio decertaret: omnes irarum fluctus in ciues suos effundere et ad soluenda stipendia militaria nouis eos exactionibus affligere perrexit. Quas cum clare populus recusaret, quod id bellum non in utilitatem reipublicae uel ecclesiae dignitatem gestum fuisse praetenderet, nouus inter utrumque tumultus excitatus fuit. Ex quo cum miserior indies et afflictior ecclesiae fieret conditio, proximo anno Gymnasium Wirceburgo translatum, et studiosi literarum inde discedere iussi, *Erfordium* se contulerunt, ubi Gymnasium collocatum.

Ob Gerhardi episc. inquietudinem

nimiasque exactiones,

Gymnasium Wirceburg. 1398.

Erfordium transfertur.

XXVI. Per eosdem dies LAMBERTVS, uetera priuilegia Scheslizensibus confirmauit, et alia noua liberaliter addidit. Legi diploma *Cal. Nouemb.* datum, quod episcopatum eo adhuc anno in LAMBERTI potestate fuisse ostendit. Ex quibus efficitur, ut annalium priuatorum scriptoribus minus credam, qui memoriae tradiderunt, LAMBERTVM, post abdicatam episcopalem dignitatem, *Gengenbachum* in monasterium esse profectum, ALBERTO, comite *Werthemio*, successore destinato et retentis, ad dies uitae, praefecturae *Vorcheimensis* et oppidi *Werthemensis* reditibus, cum hoc in ecclesiae possessione nunquam fuerit, et *Lambertus* Babebergae mortuus in basilicae cathedralis choro primario S. Petri dicato sepeliri meruit. Annis eum et senio confectum sibi collegam, quem coadiutorem nominant, asciuisse puto, qui facilius administrationis onus ferret. Decessit proximo anno *XVI. cal. sextiles*, in quibus etiam dies eius anniuersarius peragi et optimum uinum, quod ab eius nomine *Lambertinum* dicitur, per-

Lambertus episc. Scheslizensium priuilegia auxit.

episcopatu se non abdicauit.

sed officio priuatus administrat.

1399. Bambergae animum exhalauit.

Vinum Lambertinum

An. Ch. 1399. Lamberti uirtutes et fata

singulas eccleſias et monaſteria diſtribui ſolet. Fuit autem LAMBERTVS homo ſingulari doctrina et uitae diſciplina probatus et qui paulo ante adeptas dignitates, CAROLI IV. imperatoris et eiusdem filii WENCESLAI Germaniae et Bohemiae regis intimus fuerat conſiliarius, ex *abbate Gengenbacenſe Brixienſis* epiſcopus factus, eam eccleſiam per annos quatuor tenuit. Ea deinde relicta, ad eccleſiam *Spirenſem* uocatus eſt; cui, A cum annis nouem praefuiſſet, *Argentinenſem* regendam accepit, et annis undecim rexit, ac apud multos principes, tum uero imprimis apud CAROLVM imperatorem et GREGORIVM pontificem, propter authoritatem gratioſior effectus et Babebergam translatus, eam nouis aliquot ditionibus amplificauit, pluribus aedificiis et caſtellis illuſtrauit, et B per annos uiginti quinque ſumma cum laude uirtutis adminiſtrauit.

An. Ch. 1399. Lamberti uirtutes et fata

ALBERTVS,
TRIGESIMVS PRIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Albertus, comes Wertheimius, uirtutibus alias inſignis

XXVII. ALBERTVS, comes Wertheimius, Lamberto ſucceſſor fuit, eccleſiam per annos uiginti duos adminiſtrauit, rebus a ſe geſtis et pacis ſtudio inſignis, et quidem uir inter paucos numerandus, niſi praeclara pietatis et clementiae decora, una rerum ſacrarum deformaſſet. Nam cum aulam procerum et conſiliariorum haberet inſtructiſſimam, ditionem ſuam opibus nudatam et grauibus debitorum uinculis reliquit oneratam.

ditionem debitis onerat.

Wenceslao imp. regno depoſito Rupertus palatinus, eligitur 1400.

XXIIX. Per eosdem dies WENCESLAVS, rex, propter uoluptates et ignauiam, regio titulo ſpoliatus et *Rupertus*, comes palatinus Rheni, Bauaria dux, in eius locum ſubrogatus eſt. Qui cum ſequenti anno *Francofordium* proficiſceretur, ut armis de imperio decertaret; ALBERTVS nuncios in caſtra, pro ſua confirmatione miſit, et regalia de more obtinuit: pallii uero authoritatem et conſecrationis munus a BONIFACIO IX. pontifice, dum per eos dies *Romae* iubilaeum celebraret, conſecutus eſt.

a quo regalia accipit Albertus,

1402. In omnibus Norimbergenſibus

XXIX. Poſtero anno RVPERTVS conuentum principum *Norimbergae* habuit, et ad eos de regni iure conſtituendo et profectione in Italiam, aduerſus *Ioannem Galeacium*, uice comitem, ſuſcipienda retulit. Ibi *Weiſſeneccium*, dioeceſis Bambergenſis, ad *Suabaccum* amnem, monaſterium, in ſuam et imperii protectionem ſuſcepit et uetera priuilegia monachis inſtauranda. Eo inde ſub anno proximo cum copiis in Italiam abeunte, ALBERTVS *Ioannem Varemundum*, comitem Leoſtenum, cum mandatis ad regium tribunal *Norimbergam* miſit et, expoſitis ibi, quibus eccleſia premebatur, aduerſitatibus, ab *Engelhardo* Wirzbergio, iudicii cauſae regiae praeſide, nouas ſuper iudicii prouincialis confirmatione literas obtinuit. Eae Nouembri menſe ſub ſigillo regio datae.

Weiſſeneccii monaſteriipriuilegia innouantur.

1402. Iudicii prouincialis noua confirmatio.

XXX. Eo tempore cum ſtella cometa per dies aliquot hominibus affulſiſſet, ea rerum multarum, quae paulo poſt ſecutae ſunt eccleſiae et imperio perniciosiſſimae, praenuncia fuit. In Francia nouae quoque calamitates emerſerunt, quo mercatores et qui negotiorum cauſa iter per eam facerent, paſſim ſpoliis, et caedibus afficiebantur. Id uero malum, ne latius ſerperet, eccleſiarum et aliarum prouinciarum proceres ſibi elaborandum ſtatuerunt. Itaque conuentum *Mergenthemiae* conuocato, *pridie cal. Septemb.* anni inſequentis WENCESLAVS, Bohemiae rex, ALBERTVS *Babebergenſis* et *Ioannes Wirceburgenſis*, epiſcopi, Ioannes abbas *Fuldanus*, et Fridericus *burggrafius Norimbergenſis* conuenerunt, et *Norimbergam*, *Rotenburgum*, ad Tubarum *Winshemium*, *Swinfordiam* et *Weiſſenburgum* ciuitates ad ſe uocarunt, ac communi ſententia uarias publicae pacis tabulas in annum conſtituerunt. Eauero pax proximo anno rurſus renouata et omnium iureiurando, ſine ulla exceptione, firmata fuit, legibus multis additis, quarum aliquot de fracta pace, de pignorantibus, de furtis et rapinis, adhuc extant.

Cometa malorum plurium praenuncius.

Obſtinerum inſeuitatem

pax publica ſancitur.

1403.

1404.

XXXI. Erat ſub id tempus ordo monachorum Nouemeccleſienſi monaſterio ante annos *uiginti nouem* relicto, ualde debilitatus et ad nihilum fere redactus. Quod ut ALBERTVS cognouit, id pro uiribus reſtituendum ſuſcepit et *Wolframum*, praepoſitum, crebris literis, huic ut officio inſeruiret, hortatus eſt. Quo facto *Wolframus*, aſſumptis ex hoſpitali *Vorchemenſi* monachis, poſtero anno *Nouem-eccleſias* perrexit et, aedibus inſtauratis, *S. Auguſtini* diſciplinam, prope intermortuam, excitauit.

Cloſter Neuenkirchen inſtauratur.

1405.

XXXII. Se-

A. Ch. 1405. XXXII. Sequenti anno grauis inter *Fridericum*, burggrafium Norimbergenſem, *Rotenburgum*, ad Tubarum, oppidum, tumultus exarſit. Burggrafius, ne quid contra publicas firmatae pacis leges fieret, ciues *Rotenburgenſes* ad curiam regiam, quae tunc remporis *Heidelbergae* celebrabatur, ad accipiendum iudicium, legitima citatione compellari fecit, cum non comparerent, eorum iniquitatem uehementius aperuit et, quam ſancte edictum regis colendum ſit, oſtendit. Quibus rebus exaſperatus *Rupertus* eos imperii banno proſcripſit, eiusque rei executionem ALBERTO epiſcopo commiſit. Qui proximo anno bellum in eam rem deſtinauit et, mediocri exercitu collecto, *Ioannem* epiſcopum, *Fridericum* et *Ioannem* Burggrafios, acciuit. Quibus ſeptus in fines *Rotenburgenſium* ſe intulit et uicos aliquot, cum caſtellis, *Hebelshemum*, *Entſemum*, *Nortenburgium*, *Gomesfeldium* et *Lientalem* cepit in eisque praeſidia collocauit. Rotenburgenſes ditionis ſuae detrimentum magno dolore ferentes, nihil ſibi praetermittendum rati, quod ad eius et urbis defenſionem pertineret, cum non ram propulſandam, quam, ſi fortuna permitteret, inferendam decreuerunt et, eruptione facta, duo caſtella, *Gomesfeldium* et *Lientalem*, receperunt, et poſt direptionem ignibus iniectis incenderunt. Id poſtea bellum RVPERTVS per ſequeſtrum ſuſtulit et caſtella, ne quando alias ſimilium turbarum cauſa eſſent, dirui praecepit.

1406. Rotenburgenſes a Burggrafio Norimb.

ad curiam regiam citati,

ob contumeliam

proſcribuntur,

et Alberto epiſc. executio demandatur.

1407.

quod bellum poſtea per ſequeſtrum ſiſtatum.

1408.

XXXIII. Poſtero anno *Oſwaldus Trubendingius*, nullis ſuperſtitibus liberis, e uita diſceſſit et uetuſtae comitum *Trubendingiorum* familiae finem fecit, cum paulo ante ipſe et frater *Fridericus* ditiones uendidiſſent. Eo anno *Hildebrandum Thungarium* inter et *Fridericum Aufſeſſium* agitabatur cauſa, quae eorum animos irritare non deſinebat. Cuius rei componendae ergo crebrius conuenerunt, ut ſermones de pacis conditionibus conferrent. Quas cum *Thungarius* non e re ſua fore et, ſe uiribus ac opibus *Aufſeſſio* parem eſſe, crederet, nec ea tamen cura, qua debebat, res ſuas conſtitueret; nouae cladis cauſam attulit. Nam cum proximo anno *Suarzacum*, ad Moenum oppidum, pro mille quingentis ſolidis, *a Ioanne*, epiſcopo, ſibi prius obligarum, circa ſolennes ſupplicationum dies, in fidem ſuam recepiſſet, *Aufſeſſius*, ueterum offenſionum memor, circiter trecentos equites et pedites, in montana dioeceſis Babebergenſis regione, conduxit, et per diuerſa itinera, ſilentio noctu in dioeceſin Wirceburgenſem traductos, prope *Dulſtadium*, quodam in nemore, in inſidiis poſuit et primo mane,

Trubendingii extirpantur.

1409.

A quod ſolennibus proceſſionibus illuxit, duos exploratores nobiles, ruſticorum ueſtibus inductos, in oppidum miſit. Quod cum ciuibus uacuum reperirent et ſignum, quod conſtitutum erat, ſerico purpureo de rectodarent, extemplo cum reliqua manu ex inſidiis proſiluit, oppidum nulla difficultate captum diripuit et, magna praeda parta, cum ſociis rurſus B ſe domum contulit. Eam contumeliam *Ioannes*, epiſcopus, aegerrime tulit, *Aufſeſſium* fractae pacis reum peragere inſtituit, ſed cum paulo poſt moreretur, res ad pacis conditiones adducta fuit.

A. Ch. 1409.

XXXIV. Per eosdem dies *Fridericus* et *Ioannes* burggrafius Norimbergenſis, commemorabili compatris ſui, *Wolframi*, praepoſiti Nouem eccleſienſis, pietate moti, nouis eum beneficiis C affecerunt. Nam cum monaſterium ius aliquod in nemore *Norimbergenſi* non haberet, quam quod ſub interdicto pignorationis in eo ſibi ligna comparare poſſet, burggrafii nouum ei et inregrum lignandi ius conceſſerunt, ut, omni prorſus impedimento et interdictionis cauſa remota, deinceps in perpetuum, pro ſe et ſucceſſoribus ſuis, cuiuslibet generis ligna in quoslibet monaſterii uſus, in eo caederet et ueheret, nec eius rei cauſa quicquam, niſi dimidium modium tritici, ſub diebus natalitiis, quotannis ſolueret. Huius conceſſionis diploma, die lunae proxima poſt feſtum S. Margarethae uirginis, Beiersdorfii datum.

Monaſterium Nouae Ecclesiae in nemore Norimbergenſi ius lignandi accipit.

XXXV. Laborabat per hos dies ec- D cleſia ſchismate trium pontificum, GREGORII XII. BENEDICTI XIII. et ALEXANDRI V. quorum quilibet ius ſuum tueri cupiebat. Quae res cum pias hominum mentes ſuſpenſas teneret, et eccleſiae authoritatem uehementer labefactaret: proximo anno Albertus, *Babebergenſis* et Fridericus, *Eiſtetenſis*, epiſcopi, communis colloquii gratia *Norimbergam* conuenerunt, et laborantis E eccleſiae labes diligenter diſcuſſerunt. Ibi *Benedicto* et *Alexandro* reiectis, GREGORIVM ut uerum et catholicum pontificem approbarunt et, ſe in eius officio et obedientia perſtituros eſſe, profeſſi ſunt, donec ex concilii generalis authoritate ſchiſma penitus rolleretur.

Schiſmate pontificum orto,

1410.

quidam epiſcopi in ſynodo Norimb.

Gregorium XII. agnoſcunt.

XXXVI. Ad *XV. cal. iunias* RVPERTVS imperator eſt mortuus et *Heidelbergae* ſepultus. In eius locum poſtero F anno ſucceſſit SIGISMVNDVS, Hungariae rex, CAROLI IV. imperatoris filius, uir ſapientia, eruditione et multarum rerum peritia clarus, pace ramen quam bello felicior. Eo anno *Bertholdus*, comes Hennebergius, baſilicae cathedralis praepoſitus, e uita deceſſit. I. dem annus inſignis morte *Ioannis*, epiſcopi Wirceburgenſis, qui nono pon- G

Rupertus imp. defunctus

1411.

Sigismundus Hungariae rex, ſurrogatur.

Ioannes epiſc. Wirceb. obit.

An. Ch. 1411. tificatus fui anno, *XI. cal. decemb. Vorchemii* mortuus et *Wirceburgum* reuectus, in domo saluatoris sepulturae mandatus fuit.

1412. *Zinckenwerda municipio donatur.*

XXXVII. Proximus inde annus nulla re memorabili gesta fuit insignis. *Zinckenwerda*, separatus ab urbe locus, ad praeterlabentis fluminis ripas, uersus orientem situs, et a iure municipali exemtus.

1413. *Wunderburg.*

Postero anno per ALBERTVM ciuitatis dignitate donatus est. Is enim, mille florenorum summa a ciuibus accepta et ueteri camerae *Wunderburgiorum* iure soluto, iudicii ciuitatis eam esse et communibus cum ea legibus uti iussit.

1414. *In concilio Constantiensi*

XXXIIX. Sequenti anno SIGISMVNDVS, rex, ad redintegrandam ueterem ecclesiae concordiam, frequentissimum totius orbis christiani conuentum *Constantiam* uocauit; et omnes omnium regnorum cardinales, archiepiscopos atque abbates et caeteros imperii reges ac principes, ut ad diem constitutum sibi praesto essent, mandauit. Quo facto ingens est celeberrimi omnium concilii exspectatio concitata. ALBERTVS, episcopus, eius hortatu Lambertum, *montis-archangeli Michaelis*, Henricum, *Michelfeldensem*, Nicolaum, *Langhemensem* et alios dioeceseos *abbates* praemisit, et paulo post ipse cum comitatu magnifico subsecutus, ueterem ecclesiae possessionem et omnium priuilegiorum, a superioribus regibus et imperatoribus indultorum, confirmationem, ad insequentem annum impetrauit. In eo conuentu causa trium pontificum disceptata fuit, et post liberam GREGORII resignationem, IOANNES XXIII. qui in ALEXANDRI demortui locum successerat, per concilii decretum, ex omnium patrum authoritate, pontificatus honore priuatus, Benedictus diris execratus, et *Otho Columnius*, legitimis suffragiis pontifex electus est, qui MARTINI V. nomen assumpsit. Ibi relatione de doctrina *Ioannis Hussii* facta, concilium ipsum, ut in uiam rediret, admonuit, deinde ubi pertinaciter in opinione sua permanentem audiuit, et inania omnia esse officia animaduertit, haeresis reum pronunciauit et ad rogum condemnauit. Ad *XIII. cal. octob. Friderico*, episcopo Eistetensi, mortuo, *Ioannes*, baro *Heideccius*, ecclesiae Babebergensis praepositus, subst itutus est. Emerat *VVilhelmus*, Misniae marchio, superioribus annis, ut diximus, a *Iusto* et *Procopio*, marchionibus Meraniae, marchiam Brandenburgensem: sed cum *Friderico*, eius frater, Saxoniae ducatum consequeretur et elector *Brandeburgensis* esset creandus, *VVilhelmus* ne in una familia eadem dignitas, esset, pecuniam suam recipere et marchiam dimittere iussus est. Eam postero anno SIGISMVNDVS, *Friderico*, burggrafio Norimbergensi, pro *quadraginta millibus aureorum* uendidit, et *XIII. cal. april.* anni sequentis, durante adhuc concilio, electorem eum et marchionem Brandeburgensem, solenni ceremonia creauit. Inde nunc etiam marchionum Brandeburgensium familia, in marchia simul et Francia celebris est.

Ioannes XXIII pontificatu excluditur,

et Martinus V. pontifex eligitur.

Ioannes Hus ob pertinaciam igne crematur.

Ioannes epi. scop Eistet.

Morbis Brandeburg. 1416.

XL. Postero anno ALBERTVS episcopus, morbis et aetate confectus, interpellantibus amicis, IOANNEM, comitem Werthemium, consanguineum suum, collegam sibi cooptare uoluit. Id autem factum cum proceres ecclesiae consensione sua minus probarent, res incassum cecidit et comites ab ulteriore solicitatione destiterunt. Hoc accepto, *Ioannes*, episcopus Wirceburgensis, *Lamberti* episcopi fratris filius, elatioris ingenii atque immoderatae cupiditatis homo, cum ditionem suam bellorum calamitatibus afflictam, et aere alieno oppressam, cerneret et saluti suae remedium nullum aliud haberet, ecclesiae Babebergensis administrationem sibi proposuit. In ea uero adipiscenda ubi *Ioannem Michaelem* et *Georgium*, comites Werthemios, maximum coeptis suis impedimentum allaturos esse uideret, nisi ad partes suas transirent, eos pro fideli obsequio solicitare decreuit et, consiliis cum ipsis communicatis, summo studio deuinxit. Eodem modo *Fridericum* et *Georgium*, comites Hennebergios, sibi obnoxios reddidit et, octauo die post Epiphanias anni sequentis *Babebergam*, quo etiam comitum numerus adfuit, profectus est. Vbi copiam loquendi nactus est, ordine recenset, quid inter se actum esset et, *quantas in ecclesia eorum restituenda curas patruus suus*, LAMBERTVS *episcopus*, *sustinuisset. Amasse se non minus eam semper unice et cupere nunc quoque, propter ueterem utriusque ecclesiae necessitatem, commodis eius omnibus modis inseruire. Quocirca magnopere se rogare, ut eius administrationis munus sibi committerent, et Alberto decrepito substituerent.* His et similibus uerbis ultro citroque factis, eum responso in speciem dato dimiserunt, quod totius causae cognitionem concilii iudicio se subiicere uelle praetenderent. Cum uero paulo post *Hussiticum bellum* et alia impedimenta intercederent, omni spe ipse prorsus excidit.

Bellū Hussiticū initia

XLI. Proximo anno WENCESLAO, Bohemiae rege, uita functo, *Hussitae*, ZISCA duce, *Pragam*, regni caput, inuadunt eaque direpta, templa spoliant, statuas deiiciunt, monasteria euertunt et exempla crudelitatis ultima, uniuersa moe-

An. Ch. 1416. ad Friderieum, burggraf. Norimb. peruenit. 1417.

1418. *Albertus epiſc. de ossa. mendo administratore Ioanne frustra cogitat.*

Ioannes epiſc. Wirceb. eam administrationem affectat,

comitibus Werthemiis

et Hennebergiis sibi conciliatis

1419. *Bambergae, desiderium suum aperit.*

ab spe sua frustratur.

1420.

An. Ch. 1420. moerente eccleſia, paſſim in catholicos A runt. *Tertiam* uero Saxonum et urbium maritimarum, duxit *Fridericus* Saxoniae dux; ſed inani atque irrito euentu, quod tantus exercitus, quantus ad profligendos hoſtes ſatis eſſet, hoſtibus nondum conſpectis, infeſto quodam quaſi fulmine tactus, terga daret. Eo anno *Balthaſar Gusbachius*, primus Carinthiae ditionis uicedominus, ſupremum uitae diem expleuit et Ioannes *Suinforterus*, ciuis et Patricius Babebergenſis, in eius locum ſucceſſit. Ad *XIV. cal. iun.* anni ſequentis *Albertus*, epiſcopus, ex humanis exceſſit et ante *S. Viti* martyris aram ſepultus eſt. *An. Ch. 1420.*

Ioannes Suinforterus ſecundus Carinthiae uicedominus. Albertus *ep. obit* 1421.

FRIDERICVS AVFSESSIVS, TRIGESIMVS SECVNDVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

XLII. IVſtis ALBERTO mortuo ſolutis, FRIDERICVS concordibus ſuffragiis epiſcopus electus in eius locum ſucceſſit, homo, prout haec tempora poſtularunt, eximia pietate praeditus. Eius pontificatus initio coorta prius inter epiſcopum *Wirceburgenſem* et *Suinfordiam* diſcordia recrudeſcere coepit et epiſcopus ciuitatem ſacrorum interdicto notauit, cum diceret, pacis tabulas, per *Adolphum* Moguntinum, et *Lambertum* Babebergenſem, epiſcopos, ſuperioribus annis inter ſe confectas, eſſe uiolatas et prouinciale ducatus ſui forum pertinaciter declinatum. Erat autem *Suinfordenſium* capitaneus, *Frickingerus Senshemius*, uir ſtrenuus et arte bellicarum rerum peritus, cuius opera *Theodoricum Bucembachium* et *Theodoricum* eius filium, *Michaelem Senshemium*, *Fridericum*, *Theodoricum*, *Carolum*, *Balthaſarem*, *Sigismundum* et *Eberhardum* Thunganos, in auxilium uocarunt et foedera ſocietatis inierunt, quae propter inſignes eorum familias *dominorum foederatio* nominata fuit. His autem maturi ſubſidii ſpem protrahentibus, accidit, ut *Hermannus Ebersbergius* et *Eucharius Tharienſis*, apertos ſe quoque Suinfordienſibus inimicos praeberent et agro eorum incommoda inferre pararent. Qua re cognita, foederati copias conſociarunt et fines hoſtium tumultuariis armis inuaſerunt. Ea deinde res per *Conradum* Moguntinum et FRIDERICVM Babebergenſem, epiſcopos, inducarum pactione denuo ſoluta fuit.

Suinfordenſes ſacris interdicit ab epiſc. Wirceb.

ſocietatem foederalem ineunt cum uicinis,

et bellum terras inuadunt:

res aere per arbitros componitur.

1422. Ioannes

XLIII. Proximo anno *Ioannes*, epiſcopus, ab altera expeditione e Bohemia per palatinatum ſuperiorem regreſſus, in *craſtina S. Simonis* et *Iudae Michelfeldum* in monaſterium uenit, ibi noctis unius moram traxit et in triclinio cum monachis epulatus eſt. Poſtero uero die eum Feldenſe nemus praetergreſſus eſſet, *Eucharius Tannenſis* et *Hernidus* eius frater, qui in comitatu praeſentes erant, *Ioannem Egloffſtenum*, dignitatis equeſtris uirum, praefectum *Aurbacenſium*, captiuum fecerunt et ad eum perduxerunt, quem tamen poſtridie, quae dies Iouis erat, *Hirſcheidae*, iuratis conditionibus, iterum dimiſit. Et inde ad urbem progredienti FRIDERICVS, epiſcopus, obuiam cum ſuis optimatibus iuit et in aulam epiſcopalem petduxit. *VII. inde idus ianuar.* qui eſt dies Epiphaniae, per eundem conſecratus eſt.

Wirceb epiſc. Michelfeldi, pernoctat,

duas Aurbacenſium praefectum captiuum ducit, a Friderico epiſc. humaniter exceptus et

conſecratur. 1423.

XLIV. Sequenti anno SIGISMVNDVS rex, *Norimbergam* proceſſit, eo conſilio, ut noua in Bohemiam aduerſus *Huſſitas* auxilia compararet: neque enim iis tumultuantibus ipſe ſe regnum tenere poſſe putabat. Die conſtituto Fridericus, *Babebergenſis*, Ioannes, *Wirceburgenſis* et Ioannes *Eiſtetenſis*, epiſcopi, Albertus, *Auſtriae*, Chriſtophorus, *Bauariae* et Fridericus *Saxoniae duces*, Friderieus, Ioannes et Albertus, *marchiones Brandeburgenſes*, uenerunt. Acceſſit etiam *Iulianus cardinalis*, legatus a MARTINO pontifice miſſus, ac, concione aduocata, principes omnes, ad arma aduerſus *Huſſitas* capienda, hortatus eſt, denuncians, ſe remiſſionem omnium peccatorum omnibus indulgere, qui rite confeſſi huic ſe militiae deuouiſſent.

Ia comitiis Norimberg.

principes imperii

a nuncio apoſtolico excitati,

contra Huſſitas,

A. Ch. 1423. Quibus uocibus erecti principes, qui ad- A rex, publicis ſcriptis tabulis confirma- *A. Ch. 1427.*

arma capeſſendi conſilium ineunt.

erant omnes, ut et archiepiſcopus *Moguntinus, Colonienſis, Treuirenſis, Sueuorum ſodalitas*, quam *D. Georgii* nominant, et imperiales ciuitates, ad quadraginta millia equitum et totidem ferme peditum, nomina in illam expeditionem dederunt. Inter quos *Fridericus*, marchio Brandeburgenſis, eluxit, qui uniuerſi dux exercitus fuit atque, rebus neceſſariis comparatis, una cum legato pontificio, per eam uiam, quae ducit ad *Teplam*, ſuperatis *Hercinae* ſaltibus, in Bohemiam, maturato itinere, ſe retulit, ſed eadem, qua uenerat, feſtinatione recedere coactus eſt, quod exercitus ſimili pauore perculſus aufugerat, ſarcinis, impedimentis et rebus aliis hoſtibus in praedam relictis.

Fridericus Brandenb. dux exercitus

in Bohemiam mouens

ſubito repellitur.

uit, *Belgradi*, die lunae, poſt omnium ſanctorum, anno regni ſui decimo octauo.

XLIIX. Per eosdem dies *Frackingus Senshemius*, a SIGISMVNDO, rege, baro creatus, ab arce ſua *Suarzenberga* familiam propagauit, eorum, qui in Francia bonorum *Swarzenbergenſium* cognomen tulerunt, usque ad Iohannem baronem, qui anno Chriſti ſexageſimo ſexto poſt milleſimum quingenteſimum comitis dignitate fuit ornatus. Poſtero anno FRIDERICVS, epiſcopus, neceſſariam laborantis eccleſiae reformationem aggreſſus et ea quidem remedia, quae ultima inſanabilium morborum medicamenta eſſe ſolent, requiſiuit et, aduocatis Baſilicae cathedralis canonicis, de ſubleuandis auaritiae incommodis, ad eos retulit. Id uero, quo commodius fieret, omnem ipſe totius aulae familiam dimiſit et ſequenti anno, modico comitatu ſtipatus, in *Carinthiam* ſe contulit, certus inde non reuerſurus, donec, eccleſiae reparatis opibus et oppigneratorum bonorum poſſeſſionibus, in priſtinam libertatem ſe rurſus aſſeruiſſet.

Comitum Swarzenbergiorum ortus.

1428. Fridericus epiſc. eccleſiam reformaturus

diminuto comitatu ſuo,

in Carinthiam proficiſcitur.

Albardum, Helleparden Huſſitarum inuentum.

XLV. Per eos dies inuentum ab Huſſitis aduerſus hoſtes ſuos uſurpari coepit armorum genus, quod *Albardum* dicimus, quaſi ſecurim ab omni parte laedentem, quod ea et figere, ferire et attrahere liceret. Habet enim ferrum praeeminens acutum, et ab una parte ſecuriculam refert, ab altera uero parte uncino terminatur. Vſus eius hodie praecipuus eſt apud ſatellites ſummi pontificis, quos inde *Aldebardieros* Itali nominare ſolent.

Aldebardieri

XLIX. Haec dum aguntur, *Huſſitae*, cognito, quod *Hemicus*, Plauium Steinbergium, quendam Bohemiae baronem, captiuum detineret nec ullo pacto reſtituere uellet, poſt peragratam et deuaſtatam Miſniam, proximo anno omnem belli molem in *Voitlandiam* intulerunt, et uariis eam uaſtare caedibus, incendiis et direptionibus inſtituerunt. Habet oppidum *Plaua*, ad *Ebiſterum* et *Siram* fluuios, caſtrum, ſub edito colle poſitum, cuius eo tempore praefectus erat *Georgius Radſchaureus*. Id cum hoſtes ab eo, pactis prius pacis conditionibus, acceperint, omnes deditos contra datam fidem crudeliter interfecerunt et, irruptione in oppidum facta, certatim inſitam aduerſus ciues immanitatem non minus effuderunt. Nam et nobiles, ultra centum et circiter nongentos ciues et alios homines, in ea ſuſtulerunt et, templis ac monaſteriis expilatis, in presbyteros et monachos more ſuo ferociores eſſe ſoliti e quibus octo Carmelitas interceperunt et quatuor Dominicanos una foſſa uiuos obruerunt. Inde *Hoſianum* agrum ingreſſi, ipſum usque ad urbis moenia peruaſtarunt, tum *Culmbachio*, *Boiorito* et ceteris urbibus in itinere occupatis et incenſis, exercitum in quinque diuiſum partes, in montanam dioeceſis Babebergenſis regionem duxerunt et, populationibus effuſe factis, *Meneccum*, *Holfeldum*, *Schesliciam*, cum innumerabilibus caſtellis, uicis et uillis incenderunt et foede etiam in homines, ſaeuierunt.

Huſſitae, Voigtlandiam inuadentes,

1430.

in Plauienſes

et alios dire admodum ſaeuiunt.

Iudicium centenarium in Radelsdorff monaſterio S. Michaelis arctius obligatum.

XLVI. Eo anno iudicium centenarium *Radelsdorfianum* monaſterio montis Michaelis archangeli arctioribus pignorum nexibus fuit obſtrictum, quod *Ioannes*, epiſcopus Wirceburgenſis, acceptis ab abbate *Lamberto* centum ſolidis, priores duos contractus amplius onerarat. Poſtero anno ſacuiſſima peſtilentia laboratum. Inſequens annus uini copia feliciſſimus fuit, urna enim numo Bohemico, quorum uiginti florenum conſtituunt, emebatur et dolium, duodecim urnarum capax, duobus florenis uendebatur. In frigidioribus quibusdam locis, propter frigoris uim, nullam omnino fuiſſe uindemiam, Friſaeus author eſt.

1452. Saeua peſtis.

1426. Vini abertas et uile pretium

XLVII. Proximo anno *Fridericus*, marchio Brandeburgicus, igne prius conſumptam ſui burggrafiatus arcem, caſtro imperiali Norimbergae uicinam, *Werdam* oppidum, *Sluſſlingam*, *Schephorantem*, molas quatuor et duas ſyluas, ſenatui ac reipublicae Norimbergenſi, pro ducentis quadraginta millibus florenorum, uendidit, cum ſingulis eorum poſſeſſionibus, ſolo uenandi et conducendi iure ſaluo, cuius uſum ſaltem extra urbem ſibi et heredibus ſuis, burggrafiis Norimbergenſibus, reſeruauit. Huius uenditionis literas SIGISMVNDVS,

1427. Fridericus Brandenb.

oppida et praedia quaedam Norimbergenſibus uendit

Quod

A. Ch. 1430. Bambergenſibus præ metu fecedentibus

Quod ubi Babebergenſes acceperunt, A metu trepidare, tecta cum uxoribus et liberis deſerere et fuga ſaluti ſuae conſulere coeperunt. Erat urbs non ſolum ſine praeſidio, ſed etiam ſine principe: quodque calamitatem magis augebat, omnes inde ciues ita profugerant, ut non quinquaginta conditionis honeſtioris uiri in ea amplius inuenirentur. Ea occaſione allecti *calones* et *lixae* uiliores, B tenuioribus quibusuis hominibus aſſumptis, in urbe uacua, tumultuarie pro lubitu, templa, monaſteria, curiam iudicii ciuitatis et opulentiorum ciuium domos, per uim effractis foribus, inuadere, diſpoliare, ſacras uirgines conſtuprare et omni flagitiorum ac turpitudinis genere exercere, inſtituerunt. Quod cum *Fridericus*, marchio Brandenburgenſis, C comperiret, res Babebergenſium defendendas ſuſcepit et, pactis induciis, ad Huſſitas in caſtra profectus eſt et pro ſua prudentia effecit, ut, acceptis duodecim florenorum millibus, ab agrorum uaſtatione ceſſarent et urbem ab imminentis obſidionis periculo liberarent. Huius autem ſoluendae ſummae fuit haec inſtituta ratio. *Ciues* in urbe *tria millia* flo- D renorum darent; *clerus* uero *millia quatuor cum quingentis*, et totidem *populus*, in agro nullum ab hoſte detrimentum paſſus, ſolueret. Horum omnium *Fridericus*, marchio Brandeburgenſis, interpoſito ſacramento fideiuſſit et FRIDERICVS epiſcopus ad reliqua damna, ab Huſſitis accepta, reſtituenda, uarias exactiones, ab eorum nomine *Huſſiticas* E uocatas, caeteris ditionis ſuae ciuibus impoſuit.

In urbe petulantiſſime ſe gerunt.

Domo a Friderico Brandenb. ingenti pecuniae ſumma accepta, diſceſſerunt.

Huſſiten-Steuer.

Ciuibus Bamberg. urbem moenibus cingere uolentibus clerus obſiſtit.

L. Poſt horum diſceſſum nouus, inter clerum et ciues, tumultus eſt concitatus, ciuibus querentibus, clerum ſemper hactenus obſtitiſſe, quo minus urbs muris lapideis et uallis, quibus defendi poſſet, firmata fuiſſet ac proinde obteſtantibus, ut immunitates uigore bullae, F per BONIFACIVM IX. pontificem ſuperioribus annis indultae, cum iudicio ciuitatis iure iungerent et urbis munitionem, coniunctis communibus ſumtibus, fieri permitterent. Qua re percepta, magna quidem procerum pars in petita conſentit et, miſſis ad epiſcopum in *Carinthiam* nunciis, eum ad ſe traducere, pro uiribus, nititur. Sed cum reli- G qua pars apette reſiſteret et epiſcopum de propoſita ſententia dimoueret, res ad irritum cecidit et nouarum controuerſiarum materiem praebuit.

1431. In comitiis Norimberg.

LI. Interim SIGISMVNDVS rex nouos in Bohemiam delectus habuit et, de ſuſcipiendo in Italiam itinere, ſollicitus fuit. Poſtero anno ex Vngaria in Germaniam ſe retulit, et alterum *Norimbergae* diem indixit. Is erat ad *IX. cal. maias*. Quo cum principes, ut modo diximus, omnes acceſſiſſent: EVGENIVS IV. pontifex, pro tuenda religione, ad reparandum bellum literis hortatus eſt. Et quo facilius id ſuſciperetur, in eam rem legatum creauit *Theodoricum*, archiepiſcopum Colonienſem, qui *Friderico*, Saxoniae duci, eius nomine et authoritate, eccleſiae uexilla obtulit. In eo conuentu ciues Babebergenſes eum ſuppliciter adierant et, detrimentis, quibus ciuitas, neſandis popularium ſuorum libidinibus et hoſtium periculis, nuper conflictata fuiſſet, ordine recitatis, noua, quibus eodem anno, utplurimum coitione conflictaretur et quo in ſtatu res ciuitatis futurae eſſent, niſi moenibus et foſſis cingeretur, oſtendebant, atque ab eo ruentibus patriae rebus maturum conſilium implorarunt. Quo facto rex, iudicibus et iuris peritis adhibitis, mature cum eis, de ordinanda urbe, conſilia et, bulla BONIFACII pontificis approbata, corruptas ueterum immunitatum leges ac conſuetudines penitus abrogauit, authoritate regia ſtatuens, ut unum deinceps in urbe ſeculare iudicium et unus eiusdem ro tempore iudex eſſet, qui diuitum iuxta ac pauperum querelas audiret, omnesque controuerſias ex authoritate ipſius epiſcopi iudicaret. Quin etiam ſanxit, ut omnes et ſinguli immunitatum homines in omnibus publicis negotiis, exactionibus, contributionibus et expenſis, aequalia cum ciuibus iudicii ciuitatis onera et ſeruitia, pro rerum et perſonarum qualitate, ſubirent et operas ſuas ad urbem muniendam conferrent, eius rei faciendae plenam non minus eis quoque poteſtatem conceſſit, atque haec omnia per diplomata, die *S. Georgii* Norimbergae data, diuulgauit. Quod ubi FRIDERICVS epiſcopus et uniuerſus clerus audierunt, miſſis ad regem nunciis, petierunt, ut priuilegium, quod praeter ſcientiam et uoluntatem ſuam datum eſſet, infirmaretur et iura reſtituerentur et immunitates in priſtinum ſtatum redigerentur. Hanc legationem rex repudiauit, imperii feudum Babebergam et innumeris eam ſibi obſtrictam beneficiis eſſe, dicens, usque adeo, ut et principem et alios proceres, qui eadem tenebantur miſſi erant, irrito reſponſo dimiſerit.

An. Ch. 1431. Eugenius IV. pontif. principes ad bellum contra Huſſitas hortatus,

Friderico Sax. duci eccleſiae offert uexilla et Sigismundus imper. Bambergenſium querelas exaudiunt,

ueterum immunitatum legibus abrogatis,

unicum tantum in urbe iudicium eſſe iubet

clerique exceptiones reiicit,

1432. *Fridericus epiſc. delectum ciuium contra Huſſitas mittit,*

LII. Proximo ineunte uere, Germaniae principibus in Bohemiam rurſus, aduerſus *Huſſitas*, cum exercitu mouentibus, FRIDERICVS, epiſcopus, ſingulos quaternos, de ſingulis centenis ditionis ſuae ciuibus et ſic unum de uiginti quinque, uicatim collectum, ad locum deſtinatum mittere iuſſus eſt. At ducibus belli, de damnis acceptis reſti-

A. Ch. 1432. tuendis, inter ſe fruſtra contendentibus ac hoſtibus praelii cupidis, inſtaurata acie approperantibus, rei bene gerendae occaſio denique neglecta turpiter et rurſum nouae cladis ac fugae data fuit. Itaque FRIDERICVS, epiſcopus, tot acerbis et uariis malorum cladibus afflictus, cum grauioribus indies eccleſiam debitorum uinculis obſtringi, nec eam ſe liberare poſſe uideret, magiſtratu ſe uel ultro abdicauit et reliquum uitae tempus in *Stiria* et *Carinthia* traducere decreuit, et ad ſe ſuſtentandum bona reſeruauit: in Francia *Gruben* caſtrum eum ſuis poſſeſſionibus: his in Carinthia quadringentos ſolidos *Villaci*, de telonio ſingulis annis numerandos, adiecit atque ita reliquum uitae tempus in Carinthia et Stiria tranſegit.

al dicato magiſtratu etreſeruauit ſibi annuis reditibus,

uitam priuatam elegit.

LIII. Erat hoſpitale canonicorum regularium, hodie ad radices *Peri* montis, in Stiria, collegium per eos adhuc dies eccleſiae parochiale uirginis Dei matris

Hoſpitale canonicorum regularium

A conſecrata. Eam, conſentientibus baſilicae cathedralis proceribus, in eccleſiae collegiatae formam redegit et ad honorem decanatus euexit atque, poſt impetratas ab EVGENIO, pontifice, confirmationis literas, omni laude maxime religionis exornauit. Si quidem, ut annales referunt, ambitum dilatauit, chorum templi, dormitorium, ſacrarium duplex et multa, in honorem Chriſti et ſanctorum, ſaecella conſtruxit, unum *S. Dei genitricis*, alterum *S. Catharinae uirginis* et martyris, tertium *S. S. Henrici* imperatoris et *Cunigundis* coniugum condidit: et quod praecipuum habetur, in honorem B. uirginis officium, mane ſingulis diebus celebrandum, inſtituit. Ibi frequentius agere, B eibum cum fratribus ſumere nec, niſi uel morbo uel re rationabili impeditus, abeſſe ſolitus. Vbi tandem poſt mortem ſepeliri uoluit. Deceſſit autem VII. Cal. Martias anno 1440.

A. Ch. 1432.

in decanatus honorem euexit

ibidemque tria ſaecella extruxit.

ANTONIVS,
TRIGESIMVS TERTIVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LIV. ANTONIVS de *Rotenhan*, poſtquam anno 1433. in die feſtiuitatis *S. Eliſabethae*, ex praepoſito Herbipolenſi, in epiſcopum Bambergenſem electus fuerat, confirmatur denique per EVGENIVM IV. Romanum pontificem et SIGISMVNDVM imperatorem. Altero autem electionis anno, die feſtum S. C Bartholomaci praecedente, ciuitatem Babebergenſem conſueta ſolennitate, obuiantibus ſibi clero et populo, ingreſſus eſt, comitante et introducente eius uterino Germano, *Chriſtophoro*, epiſcopo Lubecenſi, a quo illi, inter miſſarum ſolennia, epiſcopalia inſignia collata ſunt. Sub huius pontificatum, anno uidelicet 1435. a Lamberto ciuibus Babebergenſibus domitis, noua ſeditio exſuſcitata fuit, in qua ANTONIVS urbe expellitur, qui deinde collecto exercitu eandem obſidet: EVGENIVS papa excommunicat, deuicit ANTONIVS rebelles, in expenſas omnium, de nouo in ſui defenſionem extructorum, inurorum turriumque et aliorum aedificiorum demolitionem condemnatos.

Antonius de Rotenhan a pont. f. & imp. confirmatus

1344.

ſolemniter accipit inſignia epiſcopalia.

Acriubus ſeditioſis urbe pulſus

eandem expugnat ciuibus a pontifice in expenſas condemnatis.

LV. Eodem anno ex improuiſo tale incendium, in die S. Ambroſii, exortum ac Vulcanus per ambas plateas, uulgo die lange Gaß, Keßlers Gaß und den Marck, ita ſaeuit et graſſatus eſt, ut maior pars harum cum coenobio *Carme-*

Incendium Bambergae an. 1435.

D *litarum* omnino conflagrata ſit. Anno deinde 1440. a ſubitaneo horrendoque tonitru et flumine turris, ſupra pontem ſuperiorem tunc temporis exiſtens, ſic deuaſtatur et conquaſſatur, ut uix adhuc locus et ueſtigia, ubi fuerint, appareant. Campanam illam, quae incendiis ſignum dedit, aqua abſorpſit, ſicque eum turri magnificae uibis arcana ac priuilegia interierunt. Negligens illa uidua, quae ex elemoſyna in hoſpitali *S. Catharinae* uiuebat, magnum quoque ſuſcitauit incendium, niſi cura peruigil Vulcano impedimento fuiſſet.

1440.

Turris ruina

urbis priuilegia interierunt.

Incendium. aliud

LVI. Oportet et huius meminiſſe, quod anno a natiuitate Chriſti 1451. in nocte *S. Vincentii*, circiter horam F duodecimam, tanta inundatio, praecedentibus aſſiduis imbribus, ſecuta ſit, quae, unacum permixta glacie, innumerabilia in pontibus et molendinis damna dedit. Sicuti et aedificium illud, quod eſt *Regneſi* proximum, cum quo naues onerariae exonerantur, quod alioquin uectis dicitur der Granich, ui aquarum omnino ablatum eſt. Deinde deG ſiit ANTONIVS epiſcopus eſſe die *V. Maii 1459.* mortuus, anno pontificatus ſui uigeſimo ſeptimo, et terrae, omnium noſtrorum parenti, traditur, anno iam dicto. Sepulchrum ipſius ante aram S. Pauli ſe conſpiciendum praebet.

1451.

Inundatio aquarum.

Antonius epiſcopus obit a. 1459.

§. LVII.

A. Ch. 1459. Ante electionem ſuam in pontificem fuit decanus eccleſiae Babebergenſis et, poſtquam epiſcopatum adeptus eſſet, miſſus eſt ad epiſcopum *Herfordenſem*, cum prouiſione ſatis tenui et conſtituti ſunt praefecti eccleſiae, inter quos fuit *comes Georgius* de *Löwenſtein*, canonicus Babebergenſis. Tempore huius pontificis multa fuerunt ab eccleſia alienata, plurima etiam exorbitantia priuilegia conceſſa, praeterea literae debitorum, A cum apertiſſimo foenore datae, pluriſ. *A. Ch. 1459.*
mae etiam abſque ſigillo capituli. Item Iudaeis fuerunt multa praeter fas conceſſa priuilegia. Item magna iactura illata eccleſiae, cum obſtagiis Iudaeorum. Item plurima ſigilla fuerunt a diuerſis perſonis in regimine conſtitutis habita. Idem epiſcopus fuit bonus et ſincerus pater, ſed alchimiſta, quoniam plurimum delectatus fuit alchimia.

mores et fundus.

GEORGIVS,
TRIGESIMVS QVARTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Georgius de Schaumburg electus 1459.

LVIII.

GEORGIVS, ex nobili familia de *Schaumburg*, deſignatus epiſcopus, anno domini 1459. annuente et conſentiente PIO II. Romano pontifice et FRIDERICO III. imperatore, authoritate et iuſſu ſummi pontificis omnia monaſteria ſuae dioeceſeos ad normam priſtini B ſtatus reuocauit, praeter unicum illud, quod *ad S. Theodorum* uocatur. Tandem poſt multos perpeſſos labores, decimo ſexto anno adminiſtrationis ſuae, ex hac luce, *IV. Febr.* anno deceſſit, poſt Chriſti ſaluatoris noſtri natiuitatem. Tumulus uero ipſius in choro *S. Petri*, iuxta *Leopoldi* ſepulchrum ſeſe offert.

1495. poſt multos labores quieto obit.

PHILIPPVS,
TRIGESIMVS QVINTVS BAMBERGENSIS.

1475. Philippi ab Henneberg geſta

LIX.

PHILIPPVS, comes ab *Henneberg*, anno 1475. in epiſcopum eligitur, confirmationem uero ſuam a SIXTO IV. Romano pontifice et FRIDERICO III. imperatore impetrauit, bona multa impignorata redemit, curiam epiſcopalem, caſtrum *Roſenberg* et *Veldem*, plurimis aedificiis non ſaltem auxit, ſed etiam D ruinoſa reſtaurauit, Iudaeos profligauit. Ipſo decedente omnium rerum abundantia in promptuariis aperta eſt, nulla exactione ſuis ſubditis ſe moleſtum praebuit, abolita parua menſura eam in priſtinum ſtatum reduxit. Et C ut id, cuius paulo ante memini, repertam perfidam Iudaeorum gentem ſolutis debitis ex urbe expulit, de quo quidam ſic ſcripſit:

Antiſtes PHILIPPVS *inclytus de Henneberg,*
Perfidos Iudaeos pepulit de Bamberg.
Zeloſus Doctor de Münchberg,
Impetrat id ſaepius gradiens in Altenberg.

Iudaeis fuit inimicabilis.

Cum ſubditis autem ſuis ſemper in bona pace uixit, ac tandem *XXVI. Ianuarii*, anno domini 1487. exhalato ſpiritu ad coeleſtem aulam migrauit, ſepultus ante aram *S. Mariae* uirginis.

et uirtutes

annus parit decedit. 1487.

HENRICVS,
TRIGESIMVS SEXTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Henricus Gros a Trockaw'o. 1487. electus confirmatus

LX.

HENRICVS *Gros* a *Trockau*, anno poſt Chriſtum natum in uigilia purificationis D. uirginis Mariae, E in epiſcopum electus eſt, conſecratus per epiſcopum *Auguſtanum*, in dominica Iudica et ab INNOCENTIO VIII. ſummo pontifice et FRIDERICO III. imperatore confirmatus. Hic fuit uir in-

et confirmatus est.

A. Ch. 1487. ingenii magni, ſingularis prudentiae et liberalitatis, in propagando cultu diuino ſtudioſiſſimus, in obeundis muniis eccleſiaſticis indefeſſi laboris, et in adeius tuetur. uerſis magnanimus. Nam cum *Fridericus* marchio *Brandeburgenſis* magnum exercitum, ad expugnandam urbem Babebergenſem, colligeret et conſcriberet, ciuibus ad eum confugientibus non ſolum defenſionem, ſed etiam extremum auxilium promiſit, modo ipſi datam fidem ſeruarent. Equitauit in ciuitatem, in die *S. Othonis*, Babebergenſis epiſcopi, et Pomeranorum apoſtoli, cum ingenti equitum multitudine: etiam menſuram minorauit.

curia epiſcopalis conflagrat. LXI. In die *S. Galli*, eius epiſcopatus anno primo, ex incuſtodito igne balnei, Vulcanus eas acquiſiuit uires, ut cum tecto turris et omnia proxima adhaerentia aedificia curiae epiſcopalis in cineres conuerteret. Praeterea maxime diſpoſuit ſe princeps iſte et totam prouinciam, ad litem contra marchionem *Fridericum*, qui hoſpitauit multos inimicos contra eum, quia anno caſtrum *Streitberg* aſſentatum. Et an. 1497. domini 1499. rex Maximilianus uenit cum magno exercitu, et uoluit expugnare *Strezizam*, ſed non potuit, ideo diſceſſit ſine fructu, et anno 1498. aedificatum fuit propugnaculum ad *S. Claram*. Hoc tempore *Georgius de Roſenberg*, armiger, montem monachorum, per ſeptentrionem propugnaculo muniuit. Tandem plenus operibus bonis in ſumma ſenectute ultimum uitae ſuae diem 39. Maii anno pontificatus ſui XIV. clauſit, mane circa horam quartam, et ſepultus in choro *S. Petri*, circa ſtationem, ubi epiſcopus habet ſtallum in eodem choro.

A. Ch. 1487.

Henricus epiſc. Litem mouetur marchioni Friderico. 1497. 1499.

Mons monachorum munitus.

VITVS,
TRIGESIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Vitus a Pommersfelden 1501. LXII. VITVS *Truchſes* a *Pommersfelden* III. Aprilis, quae fuit uigilia Palmarum anno epiſcopatum ſuum adeptus eſt, confirmationem uero ab ALEXANDRO VI. Romano pontifice et MAXIMILIANO I. imperatore accepit.

eruditus et conſilii plenus Fuit alioquin uir eloquens et ſatis eruditus, in conſiliis dandis acutiſſimus. Hic ne otio torpeſceret, propria manu

diuinatorum oſor. libros cenſuales deſcribebat. Diuinatores et ioculatores a ſe reiiciebat, quod uel ex eo apparet, cum quodam die apud illum quidam iaculator magnalia ſe in effodiendis theſauris abſconditis facturum gloriaretur et ipſi epiſcopo quaedam arcana, cum maculis corporis, diuinando ediſſeruiſſet: iratus princeps et epiſcopus, ſtatim a ſe fuſtibus repelli iuſſit, nec quicquam amplius de eo loqui uel audire uoluit. Paruam menſuram, a ſuo praedeceſſore admiſſam, confirmauit: et tandem poſt multos grauiſſimos labores fluxu ſanguinis exhauſtus, in bona et ſancta opinione, poſtquam ſediſſet annos duos, migrauit ad dominum VII. Septemb. an. 1530. ſepelieturque in choro S. Petri &c.

menſuram paruam confirmat.

moritur. 1503.

GEORGIVS,
TRIGESIMVS OCTAVVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Georgius Marſchalcus ab Ebnet LXIII. GEORGIVS *Marſchalcus* ab *Ebnet* deſignatus epiſcopus feria III. poſt LAMBERTI epiſcopi 1503. non equitauit in ciuitatem Babebergam. Confirmatus eſt a PIO III. pontifice et MAXIMILIANO I. imperatore, egregius obſeruator iuſtitiae et aequitatis, uixitque ad praeſcriptum rationis et ſic ab aequitate nunquam deflexit. Rexit epiſcopatum duobus annis et obiit 30. Ianuar. anno 1505. et ſepultus fuit in choro *S. Georgii* martyris.

iuſtitiae et aequitatis amans

obit 1505.

GE-

An. Ch. 1505. An. Ch. 1508.

GEORGIVS LIMBVRGIVS.
TRIGESIMUS NONUS EPISCOPUS BAMBERGENSIS.

Georgius Limburgius.

LXIV. GEORGIVS, pincerna, *baro de Limburg*, electus in episcopum 13. Febr. anno 1505. confirmatus per IVLIVM II. Romanum pontificem et MAXIMILIANVM I. imperatorem. Vir erat maximi animi, uirtutum cultor ſtrenuus, in tractandis cautis ſapientiſſimus. Quam ob rem MAXIMILIANO imperatori auguſtiſſimo ita gratus acceptusque fuit, ut eius conſiliis et placitis cum aliis principibus ut plurimum, ſed et maxime in comitiis Auguſtanis, anno 15.8. habitis interfuerit? Huius ſecundo pontificatus ſtatim anno 1506. ex incuria cuiusdam famuli molæ, tantus ignis ſuit exſuſcitatus, ut nulla ui nullisque mediis extingui potuerit. Concremata ſunt igitur uiginti aedificia, citra et ultra pontes. Anno uero a partu uirginis 1508. in die *S. Dionyſii*, circa horam undeciAmam noctis, poſt multas coruſcationes et tonitrua, fulmen ſacriſtiam interiorem ſummi templi tetigit atque imaginem *S. Kiliani*, in infima circumferentia, modico foramine laeſit et uelamen ſericum combuſſit. Hinc epiſcopus oſtentationem ſanctarum reliquiarum anno 1509. omiſit.

uirtute et ſapientia florens

Maximiliano II. imp. charus

Incendium Bamberg. 1506.

1508.

LXV. Anno 1516. imago crucifixi eburnea, quae in arcu lapideo, in medio templi, a fulmine tacta, in minutiſſimas partes fuit contrita. Eodem anno ſtructura illa, quae corona dicitur, der Kranz, extructa eſt. Deinde anno 1518. in eodem atrio tres illi equeſtres extra templum poſiti deſtructo igneo aedificio in lapideum translati ſunt. Rexit eccleſiam ſuam *annis ſeptendecim et quatuor menſibus*. Obiit in arce *Altenburg* 31. Maii anno 1522. ſepultusque eſt in choro S. Petri apoſtolorum principis etc.

Imago crucifixi eburnea fulmine tacta, 1516.

Georg. epiſc. obiit. 1522.

WIGANDVS.
QUADRAGESIMUS EPISCOPUS BAMBERGENSIS.

Wigandus a Redwiz.

LXVI. WIGANDVS *a Redwiz* in epiſcopum eligitur 18. Iunii anno 1522. et ab ADRIANO VI. Romano pontifice et CAROLO V. imperatore confirmatur. Hic epiſcopus fuit uir in rebus temporalibus prouidus, in aduerſis patiens, qui et in iuuenilibus annis deuotionis ergo ſanctam terram acceſſit et uiſitauit. Sedente ipſo exorta eſt ſeditio ruſticorum, anno 1525. et durante illa etiam optimus princeps in ſeptimana ſancta, a ſuis ſubditis, obſidetur, quorum impetum non ſolum patienter tulit, ſed etiam uiriliter repreDſit. Suſtinuit anno 1554. bellum, per marchionem *Albertum* iuniorem Brandeburgicum ſibi et confoederatis temere illatum, ſine magno damno totius regionis ſuae et ſubditorum. Huic per ſesquianni ſpatium pro Coadiutore adiunctus fuit D. GEORGIVS *Fuchs a Rügheimb*, qui et hoc uita functo ad epiſcopatus gubernacula ſedit. Demum ingraueſcente iam aetate et ſenio conſectus, poſtquam ſumma cum laude et conſtantia ac fortitudine eccleſiae suae habenas 34. annos tenuiſſet, XX. Maii placide in domino obdormiuit, anno 1556. ſepultus eſt ad aram S. Iacobi minoris.

prudens et diuersus

a. 1554. litem habet cum Alberto Brandenb. coadiutorem accipit.

ob ſeditionem ruſticorum, 1525.

decedit a. 1556.

GEORGIUS FUCHS.
QVADRAGESIMVS PRIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Georgius Fuchs a Rugheim

LXVII. GEORGIVS *Fuchs a Rugheimb*, coadiutor anteceſſoris ſui piae memoriae WIGANDI a Fſto *Redwiz*, anno 1557. in epiſcopum in feſto *S. Bartholomaei* apoſtoli eligitur, et confirmatur a PAVLO IV. Romano pontifice, regnante FERDINANDO I. im-

electus epiſc. a. 1557.

An. Ch. 1557. imperatore. Praefuit eccleſiae ſuae ſal- *A. Ch. 1557.*
pie ſeptuagenarius obit. tem quatuor annis, 10. menſibus: ac deinde uitam cum morte commutat anno 1561. die XXII. Martii hora antemeridiana, et ſepultus eſt a latere dextro altaris beatae *Mariae uirginis.*

VITVS,
QVADRAGESIMVS SECVNDVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXVIII.

Vitus Würzburg. VITVS a *Hürzburg*, decedente ſuo anteceſſore, in ipſius locum, communi capituli conſenſu eligitur XXII. Aprilis anno 1561. quem confirmauit PIVS IV. Romanus pontifex et FERDINANDVS I. imperator. Huius temporibus erat *frugalitate ſua* per aliquot annos maxima frugalitas et omnium rerum abundantia, ita ut poſt ipſius obitum magna copia ſarris et uini reperta ſit. Diſſoluit et grande aes alienum, marchionico bello conflatum, et maximam partem epiſcopalis aulae ueteris de nouo, uti uidere licet, exſtruxit. Verum poſt multos grauiſſimos labores perpeſſos, in die *S. Kiliani*, uidelicet VIII. Iulii, omnipotenti Deo creatori ſpiritum reddidit, corpus uero ſuam ſepulturam accepit ante aram S. S. apoſtolorum *Simonis* et *Iudae.*

aes alienum ſoluit
aulam reparauit.
et obit.

IOHANNES GEORGIVS,
QVADRAGESIMVS TERTIVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXII.

Iohannes Georgius Zobel a Gibelſtadt IOANNES GEORGIVS ZOBEL, a *Gibelſtad*, poſt obitum VITI, in Epiſcopalem cathedram, omnium eligentium ſuffragiis, ſubleuatur, anno 1577. die 20. Auguſti et a GREGORIO XIII. Rom. Pontifice et RVDOLPHO II. Imperatore confirmatur. Fuit ſemper ualetudinarius, ideoque pro recreatione animi, in peninſula illa, ſuper pontem ſuperiorem, uulgo der Geyersworth nuncupata, *horto delectatur* hortum uere regium, exoticis et noſtratibus plantis et arboribus refertiſſimum, una cum elegantiſſimis fontibus, pro irrigatione plantarum et herbarum, uillamque ſuburbanam, prope Memelsdorff, piſcationibus et cuſtodia ferarum amoeniſſimam, conſtruxit. Fuit iſte princeps nemini aduerſus, omnibus beneuolus. Anno 1580. *die 7. Septembr.* circa horum nonam antemeridianam, cum ſediſſet annos tres, dies 18. felici fine uitam finiuit, et tumulum ante aram *S. Viti* accipere meruit, ubi et monumentum ipſius cernitur, electo epiſcopo hoc carmine applauſum eſt.

ualetudinarius

uitam finit a. 1580.

Da Deus huic ſanae felicia tempora vitae,
Floreat, at pilii ſaecla ſuperſtes agat.

MARTINVS,
QVADRAGESIMVS QVARTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXX.

Martinus ab Eyb. MARTINVS *ab Eyb*, poſt fata IOANNIS GEORGII, mitra a tota congregatione capituli dignus iudicatus eſt: ideoque anno 1580. die undecimo Octobris in epiſcopum electus. Verum cum gubernationis pertaeſus, priuataeque uitae amantior, uel ratione imbecillitatis uirium huic impoſito oneri par eſſe non poſſet, tertio ab electionis anno, nimirum 1583. die Auguſti XXVI. ſuum epiſcopatum ad manus capituli reſignauit, cui ſucceſſit ERNESTVS a *Mengersdorff.*

a. 1586.

a. 1583. pene ſicatum ſe abdicat.

ERNE-

A. Ch. 583. An. Ch. 583.

ERNESTVS,
QVADRAGESIMVS QVINTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Ernestus a Mengersdorff

LXXI. ERNESTVS *a Mengersdorff*, post factam resignationem MARTINI, eligitur in episcopum, anno 1583. die mensis Septembris secundo, ratam eam habente GREGORIO XIII. Romano Pontifice et RVDOLPHO II imperatore. Eodem anno coenobium *Carmelitarum* in collegium, illis ad S. *Theodorum* transmigrare jussis, conuertit, et magnifici iftius aedificii, dicti der Geyerswerth, principalis author extitit. Construxit praeterea pontem sublicium et magnificas aedes ad septa vulturnina, tributumque ciuibus imperauit. Tandem octauo pontificatus sui anno, die 20. Octobris, anno 1591. non sine magno suorum luctu, huic mundo ualedixit. Corpus ipsius in summo templo, ante aram *Simonis* et *Judae* apostolorum: intestina uero sua in collegio a se fundato, ante summam aram, quod optimus princeps tanquam pupillam oculi sui dilexit, sepulturae coneredita fuerunt.

Geyerswerth extruit

1591. obit.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΤΕΤΡΑΣΤΟΙΧΟΝ.

Ingenii uis acrù, amor pietatis et aequi,
Doctrina, eloquii cum grauitate decus,
Spes charitatum, fauor Aonidum, mens principe digna,
Praesulis Ernesti, sub tumulo hoc recubant.

LXXII. Liberae nobilitatis in regno Germaniae tres esse circulos, ut uulgo nuncupant, *Francicum* scilicet *Sueuicum* et *Rhenensem*, nemini dubium esse potest. Inter hos autem trium circulorum nobiles Franci orientales semper primi sunt habiti, de quo sic canit poëta:

Francicae nobilitatis

primus honor,

Primus honor Francù proprius, laus altera Sueuis.

Ordinis etiam causa ipsi Franci nobilesque in *sex* quasi subdiuisi sunt *circulos*, quorum nomina sunt, *Odenwalt*, *Gebirg*, *Steigerwalt*, *Rhön und Weiden*, *Altmühl*, *Baunach*, ob Ottonis sylua montanaque regione, quae Bohemis contigua est et Thuringis, aliisque nemoribus et fluuiis notissimis ita nuncupati. Inter hos autem Franconiae nobilitatis proceres uirtus semper primum tenuit locum, in reliquis nihil posterius, omnes nobiles, omnes Franci, liberi omnes solum et unicum imperatorem recognoscentes, eiusque maiestatis ac imperii Romani uere ligii et Franci milites de quibus olim plura. ERNESTVS igitur episcopus Bambergensis, origine Francus nobilis, nuper in domino pie mortuus, religione, eruditione et doctrina, aetate, iudicio, eloquentia, hospitalitate et multis aliis naturae donis praestantissimus et felicissimus: at non sibi, sed suo gregi, suis populis, suae infelix prosapiae, quod praematura morte, si terrestria; optatissima uero et beatissima, si coelestia perpendas, rebus humanis est exemptus: quid enim tristius et lamentabilius, quam carere tali principe, quo meliorem optare nemo possit debeatque? sed quid beatius rursus, quam tempestiue dissolui et possessione coelestis regni et aeternae abundantiae alios quasi praeuenire? Natus est autem praestantissimus iste princeps, ex parentibus nobilibus, eam Franconiae partem incolentibus, quae ad montana est. A. genealogia uus paternus fuit Otho, pater OTTO *Eberhardus*, praefectus in *Feldenstein*, familia de *Mengersdorff*, quae eadem esse creditur cum familia de *Trupach*. Distant denim castra gentilitia ad iactum paucorum lapidum et armorum. Effigies aut parum aut nihil discrepat, de quo ultimo tamen certus non sum. Mater oriunda de nobilissima gente de *Würzburg*, germana fuit soror longe praestantissimi principis VITI, episcopi Bambergensis. Cognatae familiae notae sunt.

Ernesti episc. ortus et elogia

LXXIII. VITVS autem magnus et patronus, uenerandus ille episcopus ERNESTO nostro, suo ex sorore nepoti, honoris et dignitatis author et accumulator primus et praecipuus extitit. Nam et *praebendas* ut Bambergae et Herbipoli, utrobique in summa domo, cathedralem uocant ecclesiam, nancisceretur, effecit et in politiori literatura aliisque artibus et facultatibus ita institui eum curauit, ut et orator et philosophus et iurisperitus, educatio, dici haberique merito debeat: ore facundus, iudicio dexter, acumine promptus, saepe et doctissimis metum incussit. Paedagogum habuit, ut ipse quidem putabat, duriusculum, legis tamen aquiliae non exeedentem metas. *Bambergae* consueto residentiae termino exacto, *Herbipolim* translatus est, ibique Iesuitas praeceptores habuit, ad biennium et amplius. Magnum ibi documentum morigeri et docilis discipuli

fex circuli

et inclyta uirtus

An.Ch.1583. praebuit, et ob id epiſcopo Herbipolenſi Friderico admodum charus fuit: Babebergam deinde rediens ad annum fere ibi ſubſtitit, uel quod ita placeret D. auunculo, uel quod ob famam belli exteras nationes inuiſere tutum non erat. Dimiſſum Babeberga excepit *Louanium*, Brabantiae oppidum, emporium illud muſarum, quo neque amoenius neque dulcius neque literatius coelum conteſ xuit unquam. Ibi philoſophiae totum ſe quaſi conſecrauit, audiuit in paedagogio *Falconis* philoſophos doctiſſimos per biennium, neque erubuit pro more loci cum ſuis comilitonibus ad alia pergere paedagogia et in aciem proptiſſimum quemque uocare. Erupiſſet ea quaſi uelitatio uerbalis concertationis inter commilitones, non diſſimilibus ſed iisdem ſtudiis deditos, in uerbera ſaepiſſime, ni praeceptores utrinque obſtitiſſent.

Vita academica

amor diſputationum.

LXXIV. Itaque ea, quam dixi, congrediendi certandique conſuetudine, mirum in modum profecit, tum in philoſophia, tum etiam in lingua latina: quam inter et maternam differentia ea erat, quod latine doctius et elegantius omnia diceret, maternam in praeſens non exerceret. Abſoluto philoſophiae curſu, paedagogii *Falconis* praeſes et reliqui praeceptores honorare eum titulo *magiſterii*, quod uocant, nitebantur, ſed conſultus D. auunculus prohibuit. Extat ea de re apud capitulum Bambergenſe teſtimonium Academiae Louanienſis, in quo philoſophiae *Licentiatus* appellatur. Prohibitus ergo, ut dixi, ne gradum aſſumeret, iuri operam dare coepit; ſed o inimica ſtadiis arma! Duxit enim exercitum ualidum in *Hannoniam* montes usque princeps *Vraniae* GVILELMVS, liberaturus fratrem comitem *Ludouicum*, quem montibus incluſum dux *Albertus* obſederat. Abduxerat aliquot annis ante dux *Albanus* filium principis *Vranienſis* natu maiorem, ſtudiorum cauſa *Louanii* degentem, academiae proceribus fruſtra ei renitentibus et priuilegia nec quicquam allegantibus. Et quamuis ipſe princeps *Vranienſis* Louanienſibus optime ſemper cupierat, credebatur tamen, propter illatam ab *Albano* iniuriam, animum non nihil mutaſſe. Itaque ad montes *Hannoniae* pergens, cum Louanienſem agrum ſuo cum exercitu intraſſet, conſules per caduceatorem ad ſe euocabat; ſed illi neque egreſſi ſunt, neque reſponſum dederunt. Milites ergo principis morae impatientes ex ſclopetariis Aquitanicis, *Gaſcones* uulgo uocant, uiginti duos circa tympaniſtas ad foſſas urbis pergere iuſſerunt, ut et munimenta et ſtantes pro munimentis cominus cernerent aliaque explorarent. Hi exploſis in aera tormentis, magnum in aere tumultum excitauere. Stabant in muris promiſcue uiri foeminaeque, ſenes et pueri, plurima etiam moenibus fixa cernebantur uexilla et tormenta bellica, ultra ducenta, inter quae duo erant maxima, quorum unum *S. Petri*, alterum *S. Pauli*, nomen habebat. *Gaſconibus* itaque ad foſſas accedentibus et ſua explodentibus ſclopeta, ciuis quidam Louanienſis ad *S. Pauli* tormentum ignem admouit, idque in hoſtes immiſit: quo ictu nobilis uir quidam nomine *Fridericus* periit, isque uexilliferi munus geſſit, pede ejus dextro a tibia auulſo. Tulit aeque ualde princeps hoc factum, feceſſitque ex planitie ad *monaſterium Bergenſe*. Interea milites ad *portam Heuringenſem* magnam ſtruem ſarmentorum comportarunt, ignemque iniecerunt, quo non modo porta illa, ſed et quinque uiciniores domunculae conflagrauere. Audiebatur in oppido clamor ingens, ſonabant campanae, flebant mulieres, terrebat ignis, hoſtemque ab ingreſſu non magis miles in moenibus conſtitutus, quam ex terra congeſtus tumulus arcebat, quo in opere Peginae plus, quam credibile eſt, ſeſe fatigabant. Nam per diem integrum ligna, lapides, glebasque ex agris comportarunt et duas portas ita obſtruxerunt, ut hoſtis per eas perrumpere non poſſet. Studioſi etiam uexilla quatuor a ſenatu acceperunt et quaelibet natio, ſub propriis uexillis, uallum aſcendit. Vexillifer Germanorum erat *Ioannes Fridericus* a *Freyberg*, nobilis Sueuus, qui in rei illius memoriam uexillum auexit. ERNESTVS autem noſter domi manere iuſſus et coactus, in magno metu fuit; ſed, facta pacificatione cum principe, milites ciuitatem oppugnare deſierunt, a comite *Henrico*, principis fratre, aegre repreſſi. Ex militibus triginta circiter periere, in oppido unus tantum ſtudioſus iuris Batauus, qui in porta Heuringenſi uiriliter pugnans a ſclopetario ictus cecidit.

linguae latinae peritia,

Ernestus situm magiſterii aſſumere prohibitus,

iuri operam dat,

Louanii obſidione detinetur.

LXXV. *Louanii* praeter paedagogum familiares et contubernales habuit comitem de *Helffenſtein*, baronem de *Homelburg*, Conradum iuniorem, Wilhelmum *Helbichium*, canonicum Herbipolenſem, et Nicolaum *Curtium*, hiſtoricum et philoſophum, qui poſtea Babebergam uocatus, ERNESTO principi a conſiliis, uicarius etiam in ſpiritualibus ac canonibus, in aede *D. Stephani* fuit mortuus et ſepultus ibidem.

egregiis utitur ſodalibus.

LXXVII. Soluta obſidione Louanienſi, ut ſupra dictum, etſi D. auunculus *Duacum* ut ſeſe ERNESTVS conferret, per literas paedagogo mandarat, non potuit id tamen ſine periculo fieri, neque

Louanio reliquit

An.Ch.1583.

An. Ch. 1583. que etiam tutum erat *Louanii* diutius haerere. Conducto itaque curru *Leodium*, inde *Aquisgranum*, et tandem *Coloniam* sese contulere. Ibi etiam subsistere diu non licuit, quod uel parentes filium uidere cuperent, uel quod ipse princeps VITVS, auunculus; periculis bellicis non fideret. Vocatus ergo domum in reditu ab electore Moguntino *Daniele*, illa blandissima anima, blandissime et humanissime est exceptus et, ob promptitudinem ingenii morumque suauitatem ac humanitatem, ad dies aliquot in aula est retentus mensaeque electoris accubuit. Motor horum omnium Iesuita fuit, *P. Ludouicus*, uir olim militiae deditus, societatis sacerdos, doctrina praestans et memor ueteris uitae, nil humani a se alienum putans, sincerum se in omnibus ei praebuit.

Coloniam se confert,

indeque domum uocatus,

ab elect. Moguntino humaniter excipitur.

LXXVII Postquam autem ERNESTVS nouiter *Bambergam* venit, noluit ibi diu haerere, iacturam studiorum metuens. Impetrata ergo uenia a D. auunculo, *Ingolstadium* se contulit audiuitque iurisconsultos, *Ofannaeum* explicantem *Institutiones*, et doctorem *Georgium Euerhardum* materiam *legatorum* id temporis uersantem. Neque tamen ultra annum ibi subsistitit. Causam discessus praebuerunt fama loci et corruptae ibidem iuuentutis exempla recentia. Igitur *Dolam Sequanorum* tendens, *Argentinam* uidit et *Basileam*, urbes magnificas: *Vesuntionem* etiam eo diligentius contemplatus est, quod eius loci *Caesar* in *commentariis* mentionem faciat. Comes itineris iucundissimus fuit *Ioannes Rheus*, dictus *Turcus*, qui remeans *Aurelias* ubi olim fuerat, in utroque iure doctor ibidem renunciatus est, assumptus postea ab ERNESTO principe inter consiliarios aulicos, charus eidem principi semper fuit. *Dolam* deinde ingressus, non licenter, more aliorum iuuenum, qui studia in lasciuiam vertunt, tripudia sectari, sed omnes animi vires intendere coepit, ut in iurisprudentia optatum finem contingeret et simul etiam *linguam Gallicam* addisceret. Legit ergo historiasquasdam gallice scriptas, ut Gallice loquentes intelligeret, et quaecunque uellet satis apte et eleganter loqueretur. Docebant *Vibrandus Ayta*, rector de Zuichem, *Claudius Musaeus*, senior collegii, eo tempore iurisprudentiam *Dolae Sequanorum*, post senator parlamenti, cui cohabitabant ERNESTVS et paedagogus, dein *Cynus* campanus Italus, *Mogotius Theodorus*, religiosus, et *Schisletus* Burgundi. Omnes, praeter *Cynum* rectorem et monachum, in iure canonico, *Musaeum* et religiosum in iure ciuili audiuit. Paedagogus cum pro doctoralis dignitatis gradu publice disputasset et eundem graduin ibidem adeptus esset, *Lutetiam* discipulum ducere uolens, febri impeditus fuit. Erat eodem tempore *nuptiarum Parisiensium* memoria adhuc recens. Prohibitus ergo paedagogus iter in Gallias omisit, reuocatusque domum discipulum auunculo tradidit, ab omni flagitio immunem, doctrina cultissimum et cum latinae linguae, tum gallicae clarum. Factus itaque sui iuris, cum ab auunculo plurimum amaretur, nulloque rectore opus habere crederetur, aulicae uirae paulatim assuescere coepit, ea aetate, quae sua uiolentia adolescentiam incautam plerumque rapit et perdit.

An. Ch. 1583.

Iter in Galliam instituere prohibetur.

LXXVIII. Nondum enim uigesimum secundum aetatis annum attigerat, ita tamen aduersus quosque se gessit, omnium beneuolentiam ut colligeret et ne minimum quidem offenderet. Missus dein in Italiam, *Bononiae* substitit et in iure lumen illud iurisprudenriae *Vecchium*, in historiis celeberrimum *Carolum Sigonium*, id temporis Liuium explicantem, audiuit: linguae tamen Italicae discendae auidior, caetera segnius audiuit. ERNESTO igitur adhuc in Italia haerente, dominus auunculus VITVS, episcopus, hemiplexia tactus, de die in diem peius habere coepit, tandem mortuus est. Ea mors domino ERNESTO admodum luctuosa fuit. Nam etsi ex dispositione testamentaria curiam canonicalem et alia quaedam obtineret, auunculum tamen adhuc spirantem uidere et colloqui, longe maioris aestimabat. Sed stat sua cuique dies, nec est hominis uita eius. Rediens autem ex Italia primum parentes et cognatos inuisit, ac mox *Herbipolim* sese conferens, residentiam alteram absoluit. Quod idem, et *Babebergae* facitans, utroque in loco ad capitulum legitima aetate probata admissus est. Princeps etiam Herbipolensis *Iulius*, iudicem eam causarum spiritualium constituit.

Bononiae linguam Italicam addiscit

Ingolstadii celebres audit lCtos.

Academiis denique uariis perlustratis,

Dolae iurisprudentiam alacrius excolit.

simulque linguam Gallicam.

Auunculi fit Viti episc. mors audita,

domum regreditur

Babebergae accipit canonicatum, et

LXXIX. Interea temporis moritur episcopus Bambergensis, IOANNES GEORGIVS ex *Zobeliorum* familia nobili oriundus, morbis uariis antequam eligeretur obnoxius, ingenio tamen et iudicio potentissimus. Hunc secutus est MARTINVS ab EYB, qui post annos tres ab electione episcopatum capitulo libere resignauit, administrationis laboriosae uel pertaesus, uel uitae priuatae amantior, pro dimissis praebenda, decanatu, praeposituris duabus, ad *S. Stephanum* et ad *S. Iacobum*, aliisque collegiis, nulla remuneratione nec petita nec data. Extiterunt in capitulo eo tempore praepositus ceterique omnes idonei et apti ad reipublicae gubernacula suscipien-

p st obitum Ioannis Georgii

An. Ch. 1591. enda. ERNESTVS tamen noſter, etſi trigeſimum aetatis annum nondum attigerat, unanimi tamen omnium capitularium conſenſu, tanquam maxime idoneus in epiſcopum electus *IV. Nonas Septembris* anno 1583. Magnam haec electio laetitiam non modo uaſallis nobilibus, ſed et ſubditis attulit.

ad epiſcopatum eubitur.

Confirmatio- nis impetratae

LXXX. Princeps autem ipſe pro obtinendis confirmatione et pallio, ornatiſſimum et conſultiſſimum dominum *Carolum Vaſoldum* Tyrolenſem, I. V. doctorem et conſiliarium, ablegauit, qui rem feliciter expediuit. Remouit et idem princeps uicedominum Carinthiae, dominum *Ioannem Fridericum Hoffmannum*, baronem, quem pontifex Romanus in Carinthia ferre noluit. Scripſeratque eo nomine ad *Ioannem Georgium*, exprobrans ei, quod lupum ouibus commiſiſſet. Literarum autem is erat tenor: *Venerabili fratri* IOANNI GEORGIO *epiſcopo Bambergenſi*, GEORGIVS PAPA XIII. *Venerabilis Frater, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Accepimus, te nonnullis locis* CARINTHIAE *et Styriae, amoto gubernatore catholico, praefeciſſe Ioannem Fridericum, haereſiarcham. Non poſſumus ſatis mirari, id te potuiſſe cogitare, nedum facere. Nam ſi uix poteſt mercenarius appellari is, qui ubi uidet lupum uenientem, deſerit et fugit: quo tandem nomine appellabitur is, qui in oues ipſas carpum immittit et praeficit. Tu utro et praefeciſti et illum conſiliarii et uicarii tui titulo ornaſti. Lupus igitur paſtoris conſiliarius et uicarius? Cogita, quam turpe hoc tibi ſit, ad exiſtimationem, quam exitioſum ad Dei iudicium! quam acerbum et funeſtum Chriſti ouibus ad adſpectum! Quam uero praeclare iſte tuus uicarius conſulat bonori tuo; quae de te in uulgus ſpargat, quibus nominibus plurimum tibi tribuat; quid in te maxime probet; quid praedicet; ex aliis cognoſces, niſi forte iam cognouiſti et negligis. Nos enim pudet, ea referre quae aduerſus clericos et optimum quemque molitur, exequitur. Laturi non ſumus, efficiemusque, niſi eum amoueris, ut intelligas, nihil nobis antiquius eſſe catholica religione, catholicorumque ſalute et quiete. Cauſam Chriſti ab epiſcopo negligi graue eſt, perdi intolerandum, nihil in commonendo profici horrendum. Sed ſperamus, te ad extremum hoc minimi peruenturum, neque amplius tali miniſtro uſurum, neque commiſſurum, ut cogamur ad extrema deſcendere. Deus benedictus aperiat oculos tuos, ut cognoſcas quibus officiis debeas eius matri inſeruire, tuoque muneri ſatisfacere. Caetera ex dilecto filio Horatio Malaſpina, noſtro et ſedis apoſtolicae nuncio, apud Rudolphum imperatorem, electum, cognoſces, eiusque uerbis fidem tribues. Datae Romae apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris die 28. Auguſti anno 1579. pontificatus noſtri anno octauo.* Cum ergo ipſe, quem dixi, Hoffmannus baro, obſtare confirmationi poſſe uideretur, remotus eſt conſentiente capitulo: princeps etiam conſecrationem maturauit, cui inter caeteros epiſcopos, epiſcopus *Herbipolenſis* adfuit. In aula quoque imperatoris nulla ſe exhibuit difficultas: itaque omnibus ad quietam gubernationem compoſitis, uicinorum quoque animis, principum humanitate, liberalitate, hoſpitalitate, beneuolentia pellectis, de aliis, potiſſimum autem de aere alieno diſſoluendo et de conſtituendo gymnaſio, ſollicitus fuit. Gymnaſii inſtitutio facilis erat, ſi locum ſpectas. Remotis enim priore et reliquis monachis ex coenobio Carmelitano, iisque ad monaſterium *D. Theodori* translatis, profeſſoribus locum illum ad informandam iuuentutem deſignauit, paucis cubiculis mutatis et diſtinctis. Scholarcham dedit reuerendum doctorem *Ioannem Ertlein*, Naturenſem epiſcopum, ſuffraganeum, et doctorem *Carolum Vaſoldum*. Regimini primum praefecit doctorem *Adelmannum*, et poſt illum dominum *Martinum Thumium* S. S. Theologiae licentiatum, canonicum Ratisbonenſem. Reliquorum profeſſorum nomina nota ſunt. Aeris autem alieni, in marchionico bello contracti et per tot obitus epiſcoporum legationesque, cum ad Romanam curiam, tum ad imperatoris aulam; uehementer auĉti, ſolutio difficillima fuit, annuis reditibus ad ſoluendum intereſſe uix ſufficientibus: unum erat reliquum, plebi graue, at extremum remedium. Dicta ergo die et re prompta propoſitaque, ad ſeptendecim annos tributum poſtulauit, ita ut de mille florenis quinque ſingulis annis penderentur, et a praeſtatione iſtac liber nemo et immunis eſſet, ſed remiſſis quinque, duodecim annorum tributum impetrauit, miſſique ſunt ad deſcriptionem bonorum cuiusque ſubditi reuerendus et nobilis dominus *Vitus Vdalricus Marſchalk* ab *Ebnet*, canonicus capitularis, Hieronymus ab *Abenberg* et *Henricus Nicolaus* ab *Eberbach* nobiles. *Achatius Hüls* I. V. doctor conſiliarius, *Ioannes Schmid* aſſeſſor prouincialis iudicii, et *Andreas Kirchberg*, praefectus in Schlüſſelaw.

remouet uicedominum Carinthiae

haereticum a pontifice declaratum.

Gymnaſium conſtituit.

Ad aes alienum ſoluendum.

ſteuram ſuo contributionem ſeptendo. cennem exigit

LXXXI. Re ad hunc modum conſtituta, profectionem inſtituit princeps in *Carinthiam*. Itineris cauſam dediſſe credebatur ſupra dictus baro *Ioannes Fridericus Hoffmannus*, qui, ſub ſpecie certi cuiusdam territorii aut dominii emen-

Proficiſcitur in Carinthiam,

de uicedominatu ibidem

An.Ch. 1591. emendi, multa florenorum millia extor- A *ricum* a *Nanckenreut*, ex ſuſpicione ma- *An.Ch. 1591.*
ſerat et in propria commoda impende- gis, quam uera offenſione, interuenit
rationem ratiocinii. rat. Cumque rationem de perceptis ſimultas, non diu durauit. Praepoſi-
numis reddere non poſſet, multo mi- tum autem, *Wolffgangum Albertum* a
nus reſtituere: mille effugiendi modos *Würzburg*, maximi ſemper fecit et plu-
fruſtra quaeſiuit; nunc cauſatus uaria i- rimum per omnem uitam amauit. Inter
tinera nariaque pericula, modo ponti- recreationes hortus erat, ad *ſepta uul-* *Recreationes*
ficis minas et alia obiectans; equos et- *turnina*, ubi domum conſtruxit nouam,
iam et uina, et ſi quae praeterea dona quae habitationem ſucceſſori etiam ex-
ex Carinthia miſerat, omnia rationibus B hibet. Summae autem recreationis lo- *et obiectamenta.*
inſeruit; denique ad ſtatus prouinciae co habebat *lectionem ſacrarum litera-*
ſe prouocaturum ſimulans, et ſe tutum *rum* et homiliarum cuiusdam monachi
ſecurumque fore exiſtimauit, cum a- Itali, Italico idiomate conſcriptarum.
ctor quilibet coram iudice comparere Ea lectione ſatiari quaſi non potuit, tur-
teneatur et mandatarius non admitta- batusque interdum noctu horas pluri-
tur. Ratus etiam, principem tam lon- mas impendit. Querelas cuiusque au-
ginquum iter non ſuſcepturum. Vbi diuit, blande adhibitis remediis, pro
autem principem uenire comperit, in- qualitate cauſarum. Nobilitatis fautor
tercedente CAROLO, Auſtriae archi- C et patronus ſummus, nulli crimini ob-
duce, ſolutionis terminos tolerabiles noxius. Caeterum mirae hoſpitalita-
Initiuere humaniter excipitur, obtinuit. Excepere proficiſcentem tis, quo nomine omnium principum
principem in itinere humaniſſime Mar- fauorem ſibi conciliauit.
tinus *epiſcopus Eiſtadenſis*, *dux Bauа-* LXXXIV. Poſtremo cum ex ſororibus, *Morbo ingra-*
riae, *archiepiſcopus Salisburgenſis*, ipſe natu credo minima, nobili *Martino* *uescente*
etiam *archidux Auſtriae Carolus*, proce- *Sebaſtiano* a *Redwiz* nuberet, nuptiae-
res item reliqui Carinthiae; et in redi- que in oppido *Cronach* celebrandae eſ-
tu *epiſcopus Batauienſis*. Ingreſſus i- ſent, etſi ualetudine proſpera non ute-
iter princeps pridie *Nonas Septemb. anni* D retur, intereſſe tamen nuptiis et gratu-
1587. 1587. rediit *VI. idus Ianuar.* ſequentis lari cum ſorori, tum affinibus, placuit.
in reditu uero comitem amittit anni, uno ex toto itinere tantum deſi- Itineris labor morbum auxit, et ultimum
derato, qui fuerat nobilis de *Kocksberg*, hoc fuit mortalium operum. Nam do-
hipparcha, non procul à *Klagenfurto* a mum reuerſus, uiribus fractus lectoque
comitibus digreſſus ſolusque cum eſſet a decumbens, uitam in dubium uenire
fycophanta globo tormentario traiectus, ſenſit et tandem, uariis medicamentis
poſt paucos dies moritur. Medicus et- nec quicquam ſibi prodeſſe animaduer- *deuotiſſime expirat.*
iam principis doctor *Adamus Schillingi-* tens, uita ceſſit placidiſſime XII. Cal.
us, uir celebris in ſcientia medendi, E Nouemb. anno 1591. cum aetatis annum *1591.*
ſed eo tempore aqua intercute grauiter trigeſimum octauum nondum comple-
laborans, redeuntem principem, ut ſae- uiſſet. Fudit preces ad ultimum usque
pe optauerat, uidit et ſequenti die ui- ſpiritum. Cum presbyter, qui mori-
tam cum morte commutauit. enti aderat, *Nicolaus Forckel*, ſubcuſtos
Ob uehementiorem itineris LXXXII. Principi etiam ipſi profe- et uicarius ſummi templi, uir antiqua
conuehendam ctionem ad ualetudinem non conduxis- religione inſignis, celerius pſalmum
ſe, inde coniicere licet, quod ad uer quendam recitaret, tardius proferre uer-
proxime ſuccedens, propter uentricu- ba iuſſus eſt, cumque ad finem pſalmi
thermis Carolinis utitur, li imbecillitatem ad *thermas Carolinas* F uentum eſſet: *Amen*, *Amen*, iterato di-
medicorum conſilio ſeſe contulit. V- xit et animam Deo reddidit. Paulo
tilis an damnoſus fuerit thermarum u- ante obitum porrexit in cruce penden-
ſus et hauſtus, non eſt cuiusuis iudica- tis ſculpturam, quam utraque manu ap-
re. Modicum certe bene habuit, et prehenſam tam arcte tenuit, ut mori-
mox aliis medicamentis morboſo cor- enti e manibus non elaberetur. Me-
poſtbac pluri- *mum ualetudinarius.* pori conſulit. Mirum autem eſt, hunc dicos ſecum habuit *D. Roſan*, Amber-
principem aduerſa ualetudine non genſem, *D. Ioachimum Camerarium*, No-
fuiſſe oppreſſum, cum curarum et rimbergenſem, *D. Petrum*, Herbipolen-
follicitudinum quotidianarum moles G ſem et *D. Pullamerum*, aulicum, omnes
fuerit grauiſſima. Magnum etiam do- medicos celebres: ſed fruſtra tentata
lorem et multum acerbitatis ei attulit omnia. Ventriculus enim omnino de- *mortis cauſae.*
immatura mors domini *Ioannis a Redwiz*, ſtructus et deiectus fuit, hepar ſabulo-
Carinthiae uicedomini, qui corpore ſum, lien putridus, renes integri, et ita
heroico ſpectabilis, animo ualidior, in- ſecundum poëtam *Virgiliam 3. Georg.*
tra paucorum annorum ſpatium, pleu-
ritide extinctus eſt, undecimo Ianuarii,
1591. anno 1591.

Regimen eius poſtea tum fuit.

Optima quaeque dies miſeris mortalibus aeui,
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus,
Et labor, et dirae rapit inclementia mortis,

Te-

An. Ch. 1583. Teſtamentum condidit, executores- A nominauit, ut audio, ipſum fratrem et *An. Ch. 1591.*
Heredes eius teſtamentarii. que conſtituit dn. praepoſitum Bambergenſem *Wolffgangum Albertum* a *Würzburg*, et dn. decanum Bambergenſem et praepoſitum Herbipolenſem, *Nythardum a Thungen* ſucceſſorem, *Pancratium a Mengersdorff*, praefecturam eandem quam diu pater habuit, obtinentem, fratrem Germanum et *Carolum Vaſoldum* I.V. doctorem. Heredes B ſorores quatuor, ex quibus prima nobili *Chriſtophoro* a *Kozaw*, praefecto in Weſchenfeld, ſuperſtitibus adhuc parentibus, nupſit. Altera maritum habuit nobilem *Chriſtophorum Henricum a Redwiz.* Quarta uirgo. Vixit annos 37. dies 9. praefuitque annos 8. menſem unum, dies 9. Natus anno 1554. die 2. Oct. electus anno 1583. die 2. Sept. anno 1591.

NYTHARDVS,
QVADRAGESIMVS SEXTVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXXV.

Nythardus de Thüngen. NYTHARDVS ex nobili familia de *Thüngen*, praepoſitus Herbipolenſis et decanus Bambergenſis eccleſiae eligitur anno 1591. epiſcopus 14. die menſi Nouembris, a CLEMENTE uero VIII. et RVDOLPHO II. Romanorum imperatore confirmatur. Anni ipſius 1592. C pontificatus fuerant octo, aduerſarios orthodoxae religionis a ſua dioeceſi ſolum uertere coëgit. Moritur denique Herbipoli anno domini 1598. reportatur Bambergam in uigilia circumciſionis domini et proximo ſequenti ſabbatho honorifice ſepelitur, iuxta tumulos ſuorum anteceſſorum. *aduerſae religionis addictos expellit, moritur 1598.*

IOANNES PHILIPPVS,
QVADRAGESIMVS SEPTIMVS EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

LXXXVI.

Iohannes Philippus a Gebſattel IOANNES PHILIPPVS ex nobiliſſima *Gebſatteliorum* familia oriundus, decanus Bambergenſis eccleſiae, per legitimam electionem, quae quarto Februarii facta, CLEMENTIS VII. pontificis et RVDOLPHI II. imperatoris confirmatione ſedem cathedralem epiſcopatus Bambergenſis obtinuit, anno poſt Chriſtum natum 1599. Singu- E lari fuit praeditus prudentia et magna animi moderatione, cum benignitate in pauperes ac aegrotos liberaliſſima. Negotia ſuae dioeceſis ſtrenue tractauit et promouit diligentiſſime. Quid enim operae et laboris non ſuſcepit? quos ſumptus ab ipſo initio epiſcopatus ſui factos forti animo non pertulit? ut eccleſiam ſuam defenderet, iuuaret F his uerbis ſolent recenſere. Anno 1608. ornaretque. Fuit praeterea pacis tranquillitatisque obſeruantiſſimus, qui a ſuis tanquam pater ſalutatus, amatus cultusque, aedificia collapſa, arcesque exuſtas citiſſime reſtauravit. Templum *Templum Schluſſelauienſe exſtruxit et Vorcheimum emunit. Aeneus Martinus Bambergenſis.* *Schlüſſelauienſe* de nouo exſtruxit et propugnaculo regionis, quod *Vorcheim* nuncupatur, non minimam lapidum ſtruem adiecit pluraque alia perfecit, G quae ad ſecuritatem publicam, ad ornatum urbium et templorum, ad pietatem miſerabilibus probandam, ab antiſtite facili et liberali requiri poterant aut expectari. Quorum operum pleraque cum etiam nunc ſuperſint nomenque celebrent ſui conditoris, ſintque talia, quae

2599. laudibus inſignis. *S. ligae ſocius* *mortuus 1609* *ſacra legenda 1608.*

Bambergae quidam Martinus Gutricus, ſectae Lutheri addictus, praemium inſigne tulit ſuae deuotionis erga DIVAM VIRGINEM. Quam ſolitus fuerat aliquot diebus, *ſeptem ſalutationibus angelicis*, uenerari. Ab ipſamet in morbo lethali ad eierandam haereſin inuitatus, ſumpta *euchariſtia* a Forneri, ſuffraganei Bambergenſis manibus, in nocte natalitia, ſicut praedixerat, piiſſime obiit.

Hactenus MSCTI annales muſei LVDEWIGIANI, ad annum usque 1519 1612. *Continuationem* ſacrorum Bambergae antiſtitum, quam promiſimus in fronte, in fine operis exhibebimus. Ne quis deſideret nouiſſima.

DI-

DIVI BAMBERGENSES,

S. HENRICVS, IMPERATOR.
S. KVNEGVNDIS, IMPERATRIX.
S. OTHO, EPISCOPVS;

nunc

integrius quam antea in lucem producti, notisque illustrati:

studio

IACOBI GRETSERI,

societatis IESV theologi;

ad

reuerendissimum et illustrissimum principem ac dominum,

DN. IOANNEM GODEFRIDVM,

episcopum Bambergensem;

eiusdemque ecclesiae admodum reuerendos et nobiles dominos,

D. IOANNEM CHRISTOPHORVM NEVSTETTER,

cognomento STÜRMER,

praepositum;

et

DN. HECTOREM a KOZAW,

decanum.

anno MDCXI.

Cum gratia et priuilegio sacrae caesareae maiestatis,

INGOLSTADII.

Ex typographeo Adami Sartorii.

Reuerendissimo et illustrissimo principi ac domino,

DOMINO IOANNI GODEFRIDO,

episcopo Bambergensi &c.

praeterea

admodum reuerendis, nobilibus et magnificis dominis,

DOMINO IOANNI CHRISTOPHORO NEVSTETTER,

cognomento STÜRMER,

cathedralis ecclesiae Bambergensis praeposito;

et

DN. HECTORI a KOZAW,

decano, &c

IACOBVS GRETSERVS.

VT *illustrandis ecclesiae Bambergensis tutelaribus sanctis et patronis,* HENRICO, KVNEGVNDI *et* OTHONI, *aliquid operae et laboris impenderem, multa me impulerunt:* ILLVSTRISSIME PRINCEPS, *admodum reuerendi, nobiles et magnifici domini,* PRAEPOSITE *et* DECANE. *Ac principio quidem illud ecclesiastici monitum:* laudemus uiros glorioſos et parentes noſtros in generatione ſua: homines diuites in uirtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domi-

Eccleſ. 46. mibus ſuis. *Et* HENRICO *quidem arbitror iure tribui Ioſuanum illud elogium:* fortis in bello IEſus Naue; qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum dei, expugnare inſurgentes hoſtes, ut conſequeretur hereditatem Iſrael. Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, et iactando contra

Eccleſ. 49. ciuitates romphaeas? *Quocirca, ut regis Ioſiae; ſic et memoria imperatoris* HENRICI *in compoſitione odoris facta eſt uelut opus pigmentarii.* In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, et ut muſica in conuiuio uini.

Iudith. 15. *Sanctiſſimae autem ſponſae* KVNEGVNDI *non iniuria accinetur illud odarium:* Tu gloria Hieruſalem, tu laetitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti uiriliter, et confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaueris et poſt uirum tuum alterum neſcieris: ideo et manus domini confortauit te, et ideo eris benedicta in aeternum.

Eccleſiaſt. c. 50. *Porro in S. Othonem epiſcopum perquam apte et ſcite quadrare uidentur illa encomia:* Simon Oniae filius, ſacerdos magnus, qui in uita ſua ſuffulſit domum, et in diebus ſuis corroborauit templum. In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum, et quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Quaſi ſtella matutina in medio nebulae et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: et quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei.

Deinde S. HENRICVS et S. KVNEGVNDIS *Bauariae duces fuere. Otho quoque originem et incunabula ſua Boiis debet, ut et ipſe* HENRICVS, *quippe comes Andechſius; licet non deſint, qui eum Sueuis aſſerere tentent; ſed fruſtra. Etſi autem ego Boius non ſim ortu, tot tamen annos in Bauaria uixi et tot beneficia ab eadem accepi, ut niſi illam pro altera patria colerem ac uenerarer, illiusque e in me promeritis uicem qualemcunque, ubi ſe dat occaſio, reponere tentarem, ingratae mentis uitium uix declinaturus eſſem. Quod cum aliis modis fugere ſtudui, tum etiam producendis in lucem Boiorum ornamentis, inter quae praecipua duco homines, uitae ſanctimonia uiorumque innocentia celebres ac commemorabiles; et in his maxime* S. HENRICVM, S. KVNEGVNDEM, *et* S. OTHONEM; *quorum in eccleſiam Dei et chriſtianam rempublicam benefacta, nulla unquam tacebit aetas; nullaque, licet longinqua, uetuſtas obliterabit.*

Sparſere quidem Boii orthodoxae religionis ſemina in uarios, eo que efferatos, et a uera religione alieniſſimos populos; per HENRICVM *Boiorum, et Saxonum po-*
Helmold. lib 1. cap. 37. *tentiſſimum dominatorem in Rugianos, quos Helmoldus in Slauorum Chronico* Ra-
Vide Auent. in Germ. Boiorum Chron. excuſ. Francof. 1566 p. 288. 303. 312. 322. 353. 381. 384. nos *et* Rimos *nominat. Per* THEODELINDAM *reginam in Longobardos. Per* THASSILONEM II. *in Vandalos. Per* THASSILONEM III. *in Carinthios. Per* LVDOVICVM *regem in Hunnos, Abares, Bohemos, Bulgaros, Walachos. Sed, pace aliorum dicere liceat, nemo Boiorum,* HENRICO *et* OTHONE *regnum Chriſti latius protulit. Ille quidem qua marte in Slauis; qua nuptiali foedere inter Pannonas, data ſorore ſua* GISELA *regi Hungarorum in matrimonium; cuius integritate non modo rex ipſe, uerum etiam uniuerſus propemodum populus, ſuaui iugo redemptoris noſtri colla, ad eum uſque diem ferme indomita, alacriter ſubſtraxit. Quid autem* OTHO *in Pomerania praeſtiterit, quam uberes et copioſos manipulos in horreum catholicae eccleſiae inuexerit, ſatis ſuperque docet hiſtoria uitae, quam in hoc uolumine publicanus. Neque Rugianos ſuae et caeleſtis culturae exſortes abire ſiuiſſet, niſi copioſa iſta meſſis aliis paulo poſt exorituris meſſoribus diuino conſilio deſtinata et reſeruata fuiſſet: Quapropter iure ſuo Bauaria duobus* APOSTOLIS *gaudet; altero, Hungarorum: altero, Pomeranorum; quem honoris titulum S.* OTHO *in ipſa etiam Pomerania eouſque tenuit, quoad ſuperuenere alterius ſortis et ordinis apoſtoli, uel potius emiſſarii, qui quod ſanctiſſimus uir in Pomerania exſtruxerat, deſtruxerunt; et quaſi omnes ante illos deſpuiſſent, nouum euangelium, Othoniano ex diuinis et catholicis fontibus hauſto prorſus aduerſum, tradere inſtiterunt.*

Non inuitus autem fateor, iſtud mihi quoque non modicum fuiſſe inuitamentum, imo et incitamentum, ad horum caelitum res praeclare geſtas colligendas et publico donandas; ut in eorum uita, uelut in pellucido quodam ſpeculo, intuemur heterodoxi, *qui ſemitas patrum ſuorum deſeruerunt; quam procul a recta uia auii eant: et quam nulla ſpes ad caeleſtem beatitudinem pertingendi ſuperſit; niſi pedem tempeſtiue referant.*

Quam nihil in HENRICI, KVNEGVNDIS *et* OTHONIS *uita Lutheranum? Quam nihil Caluinianum? Niſi quis exiſtimet Lutheranum aut Caluinianum eſſe, condere eccleſias, aedificare monaſteria; prouentibus annuis liberaliſſime inſtruere; ſacerdotes deoque dicatos homines reuereri et uenerari. Quo in genere ita excelluerunt tres noſtri* diui, *ut forſan paucos ſuperiores paucosque pares habeant. Certe* HENRICI *imperatoris munificentia perculſus Auentinus, homo ſtatui eccleſiaſtico nunquam*
Auent. lib. 5. *aequiſſimus, ſaepe autem aperte infeſtus et infenſus, in haec uerba, quanquam falſa,*

falſa, prorupit. Primus imperatorum ſacerdotes et monachos ditauit. *Nempe iam tum calebat, ſi non feruebat, Auentinus eo ſpiritu, qui epiſcopatus nec reparat, nec condit, nec locupletat, ut factum ab* HENRICO; *ſed expilat, diripit, deglubit, uel funditus exterminat: qui templa et coenobia nec erigit, nec reficit, nec annuo uectigali fulcit, ſed uel diruit, uel in profanos uſus conuertit, et quidquid gazae in illis reperit, id totum rapacibus ungulis in crumenam ſuam conuehit ac conuerrit.* Verres *ſectarios iſtos dicas, uel ſaltem* Verrinos. *Annal Boiorum fol. 507. Lat. edit.*

Ad extremum, eccleſiae Bambergenſis conditoribus et amplificatoribus HENRICO, KVNEGVNDI *et* OTHONI *hanc qualemcunque opellam libenter nauaui, propter recentiſſima, eaque inſignia beneficia, quae ſocietas noſtra ab hac eccleſia accepit, ordinis noſtri hominibus non ita pridem Bambergam euocatis, ut haec uelut noua ſubſidiaria cohors ueteranis praeſidiariis in ſtatione illa adiungatur: et quoniam quotidie augentur hoſtes, augeantur et ij, qui partim pietate, partim eruditione, hoſtibus obuiam eant: quorum utrumque profitetur, et pro modulo ſuo ſocietas noſtra praeſtare nititur.*

Etſi autem omnes, quicunque ſub uexillo Chriſti in hac religioſa familia militamus, palam et aperte prae nobis feramus, et ubique etiam praedicemus, nos toti quidem uenerabili, nobiliſſimo et ampliſſimo cathedralis eccleſiae Bambergenſis capitulo *ſeu* ſenatui *aeternum obligatos eſſe; cuius nutu et aſſenſu ſocietati Bambergae domicilium conſtitutum; iuuentuti uero ſtudioſae literarius ludus apertus eſt: nihilominus illud minime abnuimus, hoc uinculo omnium arctiſſime nos obſtringi, tribus huius* capituli *ſummatibus, et quaſi anteſignanis;* ueſtrae, *inquam,* celſitudini, *Reuerendiſſime et Illuſtriſſime Praeſul ac Princeps* IOANNES GODEFRIDE; ueſtrisque Magnificentiis, *admodum Reuerendi, Nobiles, et Magnifici Domini* PRAEPOSITE *et* DECANE, *qui facti tam laudabilis primarii duces et auſpices fuiſtis, remque imprimis arduam non modo feliciter, ſed et uelociter tranſactam dediſtis, atque expediuiſtis; non ſine Diuorum* HENRICI, KVNEGVNDIS *et* OTHONIS *ope e coelo miſſa, ut plane mihi perſuadeo. Nam ſi his noſtris temporibus tot eccleſiarum, monaſteriorum, et diuino obſequio conſecratorum domiciliorum conditores ac fundatores hanc uitam nobiſcum duxiſſent; quis ſanae mentis ambigat, eos ſocietati* IESV *collegium ſua in metropoli aedificaturos fuiſſe; uel bonarum literarum gratia, quarum tam* HENRICVS, *quam* OTHO *inprimis peritus erat, et hic quidem adeo, ut docendi munus ipſemet aliquandiu in Polonia obierit; et illud inter Pomeranos praeſtiterit, quod huius ordinis homines quotidie praeſtant in utrisque Indiis, Iaponia, Aethiopia, aliisque a noſtro orbe remotis regionibus.*

Quod igitur iam a conſortio mortalium ſegregati facere nequibant, hoc in caeleſtes ſedes tranſlati, per idonea ad tantum opus inſtrumenta, nempe per celſitudinem *ueſtram,* Illuſtriſſime Princeps, *et per* Magnificentias ueſtras, *admodum Reuerendi, nobiles et Magnifici Domini* PRAEPOSITE *et* DECANE, *efficere ac perficere uoluerunt.*

Deus coeptis aſpiret; et celſitudinem *ac* Magnificentias V.V. *non tantum collegio Bambergenſi, ſed et toti ſocietati, imo toti eccleſiae catholicae, quam diutiſſime incolumes eſſe iubeat; quas, ſpero, hoc exiguum gratitudinis et ſummae obſeruantiae indicium eousque beneuolenter et humaniter excepturas, donec prodeat, qui grandius quiddam offerat. Ingolſtadii XVI. Nouembris, anno Redemptoris M. DC. XI.*

ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ,

AD OPERIS HVIVS ILLVSTRISSIMVM ET MAGNIFICOS PATRONOS.

PVlatum dimitte ſtolam, BAMBERGA, togaque
Vtera ſepoſitis, et deſine tibia laſſum;
Quos luxiſti olim, rediuiuo emblemate naſti,
Et clarum e tenebris caput hoc in lumine erat
Iam renouare nides: iuuabere poſthume DIVOS;
Quae iterum artifices iuſſerunt uiuere charta,
Ante tuis ſolitos in terris uiuere DIVOS,
O terris uiuiam generoſa ſtirpe hoſtis!
Et uero cur iſta TRIAS modo prodis in ora,
Hiſtoriamque ſuam uoluit debere tot annis?
An quaſi librorum tacita ſpeculantur auidi
Nubes, ſuumque nolunt, quem egerunt, cernere uitam
In uite GOTTFRIDE, tua? Non impare quantum
Se ſapuiſſe anima, ſimulemque impleſſe tiaram
Caſtis OTHO, ſe ſeque tuis miratur in actis?
Quem ſeti CECROPIAS dudum calcaſſe CICADAS,
Quem GARAMANTEAS repulſſe auertice PENNAS,
Atque QVIRINALES heroo pectore LVNAS
Inter humigeri falſi eia ſigna ſenatus,
Fortunae et uanas ſumſer nouuereſſe figuras:
Hunc uidet unius nomen proferre Romanis,
Et coeli curam propriae p ſponere uitae.
Quae tamen eſt tuae pars illuſtriſſima laudis,
Aſſ-let, et propriae pulcherrimo gloria famae.
NIL TITVLOS CVRARE, NIHIL PRAECONIA, SVMMIS
RES DIGNA EST TITVIS: PRAECONIA MAGNA MERETVR.
QVI FVGIT, AVT CERTE SPONTE OCCVRRENTIA SPERNIT.
Quamquam nec titulis non te laudatus auitis,
Omnia das fortuna tibi, quae uita moretur.

Nam ſtirpe antiqua rerum centeſime ducis,
Et tua nobilibus fulgerent atria CERIS
Vndique, ſi veterum vellet munificſſe parentum,
Perque domum priſcos generis diſpuere vultus,
Atque coronatis oculos ſtatuare coloſſis:
Semper enim niveis duxit Rhomulea penni
Maiores, GOTTFRIDE, tuos; nitidiſſima ſemper
Fama paternarum comitato eſt nomina laudum;
Conſulorum currus ROTA CANDIDA nexit auorum.
Sed tu maiores ſolere agitare triumphos,
Fulgere aeterno nitentem laude proſoptas,
Deque tuis facilis ad avitos addis honores.
Sic te priſca domus decorat, decoraſa vicißim.
Vtque ſit aequa fatis noſtrorum cura laborum,
GENS TVA TE TVTVLIS, GENTEM TV MORIBVS ORNAS.
Sed magis [atque utinam noſtrae tam magna Camoenae
Pectora Maeonio didiciſſent dicere verſu,
Iliadis nullae mihi, nulla volumina tantae
Sufficerent facilis) labor eſt ornare ſacratas
DIVORVM ſedes, magnique negotia coeli,
Quae probat exemtus ſapientibus eſſe profecto
Principis: nec enim cogitis audire recuſus
Conſilio augentis animi rem multa ſcientis
Theſaurus, GOTTFRIDE, tui: quorum alter honoro
Nomine CHRISTOPHORVS, claro atque parendus Atlanti;
Atque alter vero Teloni pectoris HECTOR,
Et ſtirpis laudatae, fidoque marte timendus.
Nectar HENRICVM, CVNEGVNDIS, et OTTONE, virorum
Centena tempo unſe nunc in imagine ſternunt,
Et, niſi fallor, iubis nollent habitare modulis.
Qualis Hylas, olim nudo Hyla pubeſcere lympha,
Et ſubitum ſtatuere puer unda ſtupere ſub amne,
Merſerat ipſe ſuos multus lacientibus undis.
Verum ego non DIVOS, quibus ipſi timor eripuit idem,
Vſque adeo maeſtos: nec enim cum templa ſacrasque
Tot veſtaurarint aedes, avaeque dicarint,
Tot tam MAGNIFICAS poterant adiſſe COLVMNAS.

INDEX EORVM,
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

CAP. I. Vita S. Henrici imperatoris.
II. Nouem diplomata S. Henrici imperatoris.
III. Notationes in uitam S. Henrici.
IV. Vita S. Kunegundis imperatricis.
V. Notationes in uitam S. Kunegundis.
VI. Vita S. Othonis epiſcopi.
VII. Notationes in uitam S. Othonis, in quibus refelluntur mendacia Danielis Crameri Lutherani Praedicantis, quae contra S. Othonem in chronicis Pomeranicis effutiuit.
IIX. Paralipomena ad uitam S. Henrici et S. Kunegundis, in quibus, praeter alia, ineſt INNOCENTII III. pontificis bulla de canonizatione S. Kunegundis.
IX. Adelboldus epiſcopus Traiectenſis de rebus geſtis S. Henrici imperatoris.
X. Quinquaginta duae epiſtolae ad res Bambergenſes ſpectantes; nunc primum ex Codd. manuſcriptis erutae.
XI. Varia imperatorum, regum ac principum diplomata ad res Ratisbonenſes potiſſimum ſpectantia.
XII. Index duplex.

APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.

VItas S. HENRICI imperatoris et S. KVNEGVNDIS imperatricis, inclytae ecclesiae et epiſcoparus Bambergenſis fundatorum, itemque hiſtorium de rebus geſtis S. Othonis epiſcopi Bambergenſis, nunc primum ex MSS. codicibus a P. IACOBO GRETSERO, partim integre, partim de nouo, exſcriptas et notis illuſtratas, ego THEODORVS BVSAEVS, ſocietatis IESV per Germaniam ſuperiorem prouincialis, poteſtate mihi facta ab admodum R. P. N. CLAVDIO AQVAVIVA, ſocietatis noſtrae praepoſito generali, ad gloriam ſanctorum et catholicae fidei incrementum, typis mandari permitto.

Ingolſtadii X. Iulii, M. DC. X.

Theodorus Buſaeus.

VITA
S. HENRICI,
IMPERATORIS,
QVI
EPISCOPATVM
BAMBERGENSEM,
CONDIDIT AC FVNDAVIT,
NVNC PRIMVM,
EX ANTIQVIS CODICIBVS,
INTEGRA EDITA
ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATA,
Studio
IACOBI GRETSERI,
SOCIETATIS IESV THEOLOGI,
Accesserunt
QVAEDAM S. HENRICI DIPLOMATA
ANTEHAC NVNQVAM EVVLGATA.

Ad D. HENRICVM,

Qui BRVNONI fratri episcopatum Bambergensem euertere cogitanti squallidus et barba semicuulsa apparuit.

VIB imbergiaeis pietas opulescat in oris,
Fortuna, Caesar, diuite templa bene.
Hinc Athamantei donaria congeris auri,
Hinc preciosa rubri colligis ossa maris.
Et uariant sacros Babylonica textra penates,
Plurimaque aulea tuis censibus ura nitet.
Bruno sed aegrescens expallet concolor auro,
Templaque diuitiis uult uiduare suis.
Concilium ergo uocat, sociisque ostendere tentat
Qui lacerare tuas possit auarus opes.
At tu, quanquam alias felici funere gazas
Indeptus, turum non finis esse scelus,
Hinc uelli, partemque iubes squallere genarum,
Ne cupiat frater uellere dona tholis,
Et uincis, nam te moestum ne reddere pergat,
A templis auidas abstinet ille manus.
Hac tamen ut ualeas fratrem terrere figura,
Pars tantum est uultus depilis una tui.
Haereticis, a Dine, tua fua furta rapillo
Nunc monstra, ab toto uertice calnus eris.

INDEX CAPITVM,
VITAE S. HENRICI IMPERATORIS.

CAP. I. S. HENRICI ad imperium electio et inuectio.
II. Visio S. HENRICO Ratisbonae ad sepulchrum S. Wolffgangi oblata.
III. S. HENRICI in religionis cultu amplificando, inque ecclesiis instaurandis, locupletandis et ornandis indefessum studium.
IV. Expeditio S. HENRICI contra Slauos. Votum eius. Pietas exercitus. Caelites in acie uisi. Victoria insignis. Gratiarum actio.
V. Post partam victoriam instauratur ecclesia Merseburgensis.
VI. Bambergensis episcopatus fundatio et institutio.
VII. Duae ecclesiae tribus supradictis additae.

COMMENTARIVS DE VITA ET REBVS GESTIS S. HENRICI IMPERATORIS.

CAPVT I.

S. Henrici ad imperium electio et euectio.

ANNO ab incarnatione domini milleſimo primo, ab urbe autem condita milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Ottone puero, Romae defuncto, uacante regni ſolio, cum de principe ſubrogando ageretur: omnium uota, nutu diuino, ad eum inclinantur, qui tunc in regno habebatur potiſſimus. Fuit namque per idem tempus dux Bauariorum Henricus, tam bonitate, quam nobilitate regia conſpicuus et uniuerſa morum honeſtate praeclarus. Hic initium ſapientiae, timorem domini, pleniter ſequutus eſt: qui erat omni literarum ſtudio principaliter imbutus, totus ſane fide et actu catholicus. Hic ergo ab omnibus pari uoto et communi conſenſu accerſitur, diuina utique diſponente clementia: ut per temporalis regni faſtigium, ad culmen coeleſtis regni perturgeret. Terrena enim, bona omnia, ſicut uſu malo alios a ſalute praepediunt: ita alios uſu bono ad ſalutem promouent.

ANNO *ab incarnatione domini milleſimo primo*) Baronius tom. 11. anno 1001. mortem *Ottonis* et ſucceſſionem *Henrici* refert ad annum 1002. ſecutus, ut ait, *Marianum*, *Sigebertum*, *Lambertum*. *Otto* tamen *Friſingenſis* & alij cum noſtro auctore faciunt

Othone puero) Nomen *pueri* Othoni adieciſſe uiderur 1 quia puer imperium inierat. *Helmoldus* lib 1. Chron. cap. 13. *Illi* (Othoni II.) *tertius Otho, cum adhuc eſſet puer, in regnum ſubſtitutus eſt.*

Romae defuncto) Ita etiam *Rupertus* in uita S. Heriberti. *Damianus* in uita S. Rumoaldi mortuum dicit apud *Patauium*.

Literarum ſtudio) Edam *Rupertus* in uita S. Heriberti Henricum à literarum cognitione hudsit.

Ab omnibus pari uoto) Fuêre tamen, qui *Henrici* electioni refragarentur. Vide Ditm. lib 5. initio.

CAP. II.

Viſio S. Henrico Ratisbonae ad ſepulchrum S. Wolffgangi oblata.

S. Wolffgangus *apparitio*

CVi nec dum caeſaris uel imperatoris dignitatem obtinenti, apparuit Ratisbonae ſanctus *Wolffgangus* in ſomnis uiſione tali. Viſum namque eſt ei, quod manens in ſancti *Emmerammi* eccleſia, accederet, orandi gratia, ad beati Wolffgangi ſepulchrum, in eadem eccleſia ſitum: cumque ibidem dominum ſanctumque Wolffgangum precibus intimis conaretur exorare, ſubito uidebatur ei ipſe ſanctus aſtare et huiuſmodi uerbis ipſum appellare: *Intuere diligenter literas, in muro, qui eſt iuxta tumulum meum, ſcriptas.* Erat autem ibi, ſicut uidebatur, ſcriptum ſolummodo: POST SEX.

S Henricum *ſollicitum tenet.*

Euigilans uero rex HENRICVS tranſtatione diuturna ſecum reuoluit, pauciſſima huius uiſionis ſcripta. Inprimis ergo arbitratus, quod poſt *ſex dies* eſſet moriturus, multa diſpenſat pauperibus. Cum autem ſex dierum numerus praeteriret et nihil in ſe corporalis moleſtiae ſentiret: putauit ad *ſex menſes* pertinere. Tranſacto uero et huius numeri ſpacio, nihilque in ſe infirmitatis paſſus, arbitratus, hunc numerum ad *ſex annos* pertinere, ideoque et quae ſupra coepit timere. Cumque ſex annorum numerus integer pertranſiſſet et ſeptimi anni dies reuolutus uenisſet: ipſo die *caeſaris* dignitatem per apoſtolicam ſuſcepit conſecrationem. Tunc tandem ſenticns, qualis eſſet ſua uiſio, gratias egit Deo ſanctoque *Wolffgango*, qui ſibi talem reuelare dignatus eſt ſublimitatem.

Quis viſionis exitus.

ingitur Imperator.

S*anctus Wolffgangus*) a quo S. *Henricus* educatus fuerat; teſte Ditmaro lib. 5.

Nutrit praeclarum Wolffgangus praeſul alumnum,
Qui ſequitur dominum toto cenamine Chriſtum.

Viſum namque eſt ei) Haec uiſio deſcribitur quoque in *uita ſancti Wolffgangi*; et a *Baronio* refertur ad annum Chriſti 1007.

CAESARIS DIGNITATEM) Caeſaris nomen pro *imperatoris* uocabulo. Vita S. Wolffgangi: *ſeptimo anno a pontifice maximo imperator unctus eſt.* Quod factum a *Benedicto VII.* pontifice, anno Chriſti 1014. Olim ex communi uſu Romanorum taeſar appellabatur. Langius in Chronico. *Notandum, quod electus mox caeſar & Romanorum rex appellatur: tum demum imperator & Auguſtus, ſi eum Romanus pontifex confirmaſſet.*

CAP. III.

S. Henrici in religionis cultu amplificando, inque eccleſiis inſtaurandis, locupletandis et ornandis indefeſſum ſtudium.

VNctus igitur in regem beatiſſimus Dei famulus, temporalis regni non contentus anguſtiis, pro adipiſcenda immortalitatis corona, ſummo regi, cui ſeruire regnare eſt, militare diſpoſuit, ſummam etiam diligentiam in amplificando cultu religionis adhibuit: eccleſias ditare poſſeſſionibus et immenſis ornatibus augere coepit. Sedes autem epiſcopales, *Hildensheim*, ubi a puero nutritus et literas edoctus fuit, *Magdeburch*, *Argentinam*, *Miſenam et Merſeburch*, quae barbarica immanitate adiacentium *Slauorum* uaſtatae fuerant, reſtau-

Reparat S. Henricus *ſedes epiſcopales a Sclauis uaſtatas.*

ſtaurauit. Et tam ipſis, quam aliis epiſcopatibus pet uniuerſum regnum, in poſſeſſionibus et ornatibus, innumerabilia contulit. *Hildensheimenſibus* uero ſanctum *Gotehardum*, diuina edoctus reuelatione, praefecit.

S. Gotthardus epiſc. Hildesheim.

Merſeburgenſis eccleſiae uaſtatio.

Quid autem *Merſeburgenſi* eccleſiae prae aliis ſpecialius contulerit, futurorum charitati uolumus ex parte notificare. Haec enim eccleſia tempore MAGNI OTTONIS, illius, inquam, qui ad *Lycum*, fluuium, ſub ſancto *Vdalrico* confeſſore, *Vngaros* proſtrauit et reges eorum, *Laelium* uidelicet et *Affur*, Ratisbonae, principibus hoc fieri adiudicantibus, in patibulo ſuſpendit: aſſiduis incurſionibus et hoſtili uaſtatione Slauorum, ad nihilum redacta eſt. Et quia uiolentiis uicinarum nationum non poterat reſiſtere, in poſſeſſionibus, in religione et in omnibus, quae ad pontificalem dignitatem pertinebant, penitus coepit deficere. Accidit autem, ut eodem tempore *Magdeburgenſis* eccleſiae archiepiſcopus uiam uniuerſae carnis ingrederetur et *Merſeburgenſis* praeſul, propter ſapientiam a Deo ſibi collatam et propter multas uirtutes, quibus adornatus erat, ob quas etiam *Othoni magno gratiſſimus* extitit, in cathedram Magdeburgenſem, praedicto rege id efficiente, eius praeponeretur. Factum eſt autem, ut *Merſeburgenſis* epiſcopatus penitus deſtrueretur et, quae potiora erant illius eccleſiae, in praediis, in miniſterialibus, in ornamentis, in ditionem *Magdeburgenſis* eccleſiae transferrentur et de quibusdam reliquiis poſſeſſionum, quae *Merſeburg* remanſerant, *abbatia* inibi conſtrueretur. Quod factum uſque ad tempus pii confeſſoris HENRICI immutatum permanſit. Cum autem conuocatis idem rex principibus regni ſui *Quendelburg* curiam celebraſſet: uniuerſis in id ipſum conſentientibus, *Poloniam* et *Boeniam*, caeteraſque Slauorum adiacentes regiones, quae fines regni ſui uaſtabant, debellare diſpoſuit.

Bona eccleſiae Merſeburgenſis Magdeburgum tranſlata.

S. *Auctum Gothardum*) Exſtat uita S. *Gotthardi* Tom 7. Surij 4 Maij, de quo lege *Cranzium* lib. 4. Metrop. cap. 7. *Langium* in chronico anno 1014. Fuit initio monachus, imo et abbas, inferioris *Altahae*. Vide infra diplomata S. *Henrici* imperatoris.

Quid autem Merſeburgenſi eccleſiae) De inſtauratione eccleſiae *Merſeburgenſis* et in eam meritis S. *Henrici* lege *Ditmarum* lib. 6. chronici: et *uitam Ditmari*.

Tempore magni Ottonis) De victoria *magni Ottonis* ab Vngaris reportata anno 955, ſide uitam S. Vdalrici c. 12. Ditm. L. 2. chronici. Tres Vngarorum duces iuſſu *Henrici* Bauariae ducis ſuſpenſos habet *Witichindus*. Noſter iſte *reges* uocat; ut editio Urſtiſiana Contracti. Regulos appellat *Sigebertus*.

Merſeburgenſis praeſul) Merſeburgenſem epiſcoparum fundauit Otto magnus; uoto edito, cum A Vngaros ad Auguſtam aggreſſurus eſſet. Ditm. lib. 2. *In feſtiuitate Chriſti martyris Laurentij rex ſolum ſe prae caeteris culpabilem domino profeſſus eſque proſtratus, hoc facit lacrymis uotum profuſis: ſi Chriſtus dignaretur ſibi eo die, tanti intercoſſione praeconis, dare uictoriam et uitam, quod in ciuitate Merſeburgenſi epiſcopatum, in honore uictoris iguium, conſtruere uellet.*

Epiſcopus Magdeburgenſis primus fuit *Albertus* ſeu *Adalbertus*, ſecundus, *Orthricus*, tertius *Giſelerus* ſeu Giſilenus ex ſede Merſeburgenſi Magdeburgum translatus: de quo hic ſermo: idque factum non ab *Ottone magno*, ſed a filio eius *Ottone* II. quem perperam egiſſe, exſtinguendo Merſeburgenſem epiſcopatum et proptarea infeliciter in *Calabria* cum hoſtibus pugnaſſe, S. *Laurentio* iniuriam ſibi illatam ulciſcente, ſcribit auctor, qui uitam S. Adalberti ſcripſit apud Sur. tom. 2. 23. April. Lege Baron. tom. 10. anno 983.

CAP. IV.

Expeditio S. Henrici contra Slauos. Votum eius. Pietas exercitus, caelites in acie uiſi. Victoria inſignis. Gratiarum actio.

COngregato itaque exercitu, contra praedictas nationes aciem direxit: Et faciens transitum per locum, qui *Walbech* dicitur, gladium ſancti *Adriani* martyris, qui pro reliquiis multo tempore ibi ſeruabatur, accepit. Quo accinctus, ex toto corde ſuo clamauit et dixit: *iudica, domine, nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma et ſcutum et exurge, in adiutorium mihi.* Inde progreſſus, caſtrametatus eſt in campo, ubi Merſeburgenſis eccleſia ſita eſt et, uidens locum deſolatum et in nihilum redactum, ingemuit et ait: *Beate Laurenti, martyr Chriſti, ſi tuo interuentu has barbaras nationes, ad quas pergo, Romano imperio et chriſtianae religioni ſubiugauero, hunc locum deſolatum, tuo nomini conſecratum, diuina fauente gratia, in priſtinae dignitatis ſtatum reformabo.*

Imp. cingit ſi gladio ſancti Adriani

Pſalm. 34.

Voto obſtringit ſe reparandi eccleſiam Merſeburgenſem.

Vt uero principes *Poloniae* et *Boemiae*, ceterarumque *Slauicarum* gentium primates, Romanum imperatorem cum exercitu ad debellandos eos aduenire cognouerunt, innumerabili multitudine collecta, in bellum ei obuiam proceſſerunt. Quod regi pio per ſpeculatores ſuos cito innotuit et, ſicut in omnibus anguſtiis ſuis ſolebat, ad orationis arma confugit. Inuocatoque ſuper ſe nomine domini, beato *Laurentio*, ſancto *Georgio* et beato *Adriano*, martyribus, ſe ſuumque exercitum protegendum, cum ſumma deuotione commiſit. Et cum omnes perceptione corporis et ſanguinis domini confortati fuiſſent, ad locum certaminis uenerunt. Vbi cum rex beatus uerbis exhortatoriis, ad uiriliter agendum, ſingulorum animos erexiſſet, uidens innumerabilem aduerſariorum multitudinem

S. Henricus confugit ad preces.

diuis exercitum commendat.

Pſal. 78.

nem, clamsuit ad dominum et ait: *Deus, qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuum super gentes, qui cogitant seruis tuis mala. Disperge illos in virtute tua et destrue eos, protector meus. Pone illos ut rotam et sicut stipulam, ante faciem uenti.* Haec dicens, aperti sunt oculi eius et uidit glorioſos martyres, *Georgium* uidelicet, *Laurentium*, *Adrianum*, cum angelo percutiente, exercitum ſuum praecedentes et hoſtium cuneos ad fugam propellentes. Et ſicut exercitus Senacherib ab angelo percutiente contritus eſt et perijt: ita et omnis barbarorum iſta multitudo, per uirtutem Dei, conterrita, proiectis armis, ſine effuſione ſanguinis Chriſtianorum, fugae praeſidium quaeſiuit. Quo viſo, rex ſanctus, eleuatis oculis et manibus in coelum, benedixit Deo coeli et ait: *Benedico te, rex coeli et terrae, qui superbis resistis et humilibus das gratiam: qui custodis diligentes te et glorificatus es in gentibus, propter datam nobis de coelo victoriam.* Victis ergo barbaris et, quae ad futuram pacem prodeſſe poterant, firmiſſima pactione ſtabilitis uir beatus cum ſuis in ſua redierunt cum pace, glorificantes et laudantes Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe.

A

B

C

D

E

F

G

Adriani martyris) Adrianus martyr, cuius feſtum eccleſia celebrat 8. Septemb. Forſan *Walbeck* eſt locus ille, de quo Ditm. lib 6. *Monaſterium in Wallebizi cum quatuor eccleſiis &c. incendio periit.* Fabritius lib. 2. Originum Saxonic uocat *Wallebicinum*. Martinus Hſmannus in annalibus Bambergenſibus. *Dini Adriani martyris gladio, qui Walbergae eſſernabatur, ſe accinxit.* Bonfin dec. 2 lib. 1. de Henrico: *Cum ſaepe ante praelium euchariſtia munisset exercitum, Laurentium, Georgium & Adrianum, cum armato angelo, diuos ſuam ad eam praeſtiſſe ſuſpexit.* Idem habetur in compilatione chronologica.

CAPVT V.

Poſt partam uictoriam inſtauratur eccleſia Merſeburgenſis.

CVmque chriſtianiſſimus rex *Poloniam*, *Boemiam*, *Moraniam* tributarias feciſſet, ob reuerentiam *S. Laurentii* martyris, conculcationem et deſtructionem *Merſeburgenſis* eccleſiae coepit pio intuitu miſericordiae et pietatis reſpicere et, ad nihilum redactam in aedificiis, in miniſterialibus, in ſecularibus poſſeſſionibus, in eccleſiaſticis ornamentis, in priſtinum gradum pontificalis dignitatis, ſicut Deo et ſancto *Laurentio* uouerat, ſtuduit reſtaurare. Nec prius ab operibus miſericordiae deſtitit, quoad uſque eam ad antiquum ſtatum dignitatis et priſtinum honorem religionis ex integro perduceret.

Inſtauratio eccleſiae Merſeburgenſis.

CAP. VI.

Bambergenſis epiſcopatus fundatio & inſtitutio.

DEnique epiſcopatum Babenbergenſem ex integro in ſuo * domate fundauit, terminis uidelicet ab adiacentibus epiſcopatibus legitimo * concambio commutatis. Fundatum uero epiſcopatum principibus apoſtolorum *Petro* et *Paulo*, et precioſiſſimo martyri, *Georgio*, attitulatum, ſpeciali iure ſanctae Romanae eccleſiae contradidit, ut et primae ſedi debitum dignitatis impenderet honorem, et ſuam plantationem tanto patrocinio firmius communiret.

*Domo proditione et poſſeſſione.

*Permutatione Lege de hiſ Ditmarum lib 6. et Baron. 1006.

Patroni eccleſiae Bambergenſis.

In meridiana quoque parte ciuitatis monaſterium in honore *S. Stephani* protomartyris, ſub ordine * canonico conſtruens: ex altera uero, hoc eſt aquilonari, aliud monaſterium, ſub monachali regula, in honore *S. Michaëlis archangeli*, ſanctique *Benedicti* abbatis conſtituens, ſibi ſuaeque ciuitati, ſupra petram apoſtolicae firmitatis fundatae, muroque et propugnaculis meritorum *S. Georgii*, caeterorumque ſanctorum munitae ac exornatae, contra incentiuos uicinorum iactatus, turrim fortitudinis in Stephano, et contra refrigerantes flatus illius, qui in aquilone, *unde malum omne panditur*, ſedem ponere diſpoſuit, refugium certum in angelico praeparauit praeſidio: ut a dextris et a ſiniſtris juſtitiae armis uallatae in nullo ſufficiat inſidiator praeualere.

*Monaſterium S. Stephani.

*Canonicorum non ſeruium S. Michaelis.

Bodie Mauchberg.

Quae de caeſſo imp. bos patronos delegerit.

CAP. VII.

Duae eccleſiae tribus ſupradictis additae.

HIs tribus eccleſiis poſtea per *Guntherum*, eiusdem Babenbergenſis ſedis quartum praeſulem, et per *Reginoldum* quendam, uirum nobilem, addita eſt quarta eccleſia, in honore ſanctae MARIAE, matris domini: et ſancti *Gangolfi* martyris, extra urbem, uerſus orientem, in loco * *Teuuerſtat*, ſub ordine et profeſſione canonica.

Eccleſia S. Mariae.

*Tuuerſtat.

Denique ſextus eiusdem ſedis epiſcopus HERMANNVS, * contra urbem uerſus occidentem, in honore *S. Iacobi*, apoſtoli et filii Zebedaei, eccleſiam ſub ordine canonico initiauit. Hanc OTTO, humilis amator pauperum Chriſti, octauus eiusdem ſedis epiſcopus, cooperante EBERHARDO praepoſito, conſummauit et dedicauit, ac * ſtirpem ordinemque illic Deo ſeruientium decenter diſpoſuit. Sic locus Bambergenſis eccleſiis et patrociniis ſanctorum in modum crucis undique munitus, Chriſto IESV crucifixo quotidianum et ſedulum

*Hermannus.

*Extra eccleſia S. Iacobi Zebedaei F.

Apographi Bamb. ſtirpem.

celebrat officium, et ſeruitium pro primo ſuo fundatore HENRICO ſecundo, imperatore piiſſimo, eiusque cooperatoribus et ſucceſſoribus uel augmentatoribus omnibus. Et, ut inibi militantibus domino maior tranquillitas et ſecuritas et reuerentia, ad ſupplicandum DEO, perſeueret, praedictae quinque eccleſiae ſic ſunt locatae, ut fere ab omni ſtrepitu et tumultu forenſi ac populari ſint decentiſſime ſegregatae.

Situs eccleſiarum Bambergenſium.

CAPVT VIII.

Praefatiuncula in pontificum et imperatorum diplomata, eorumque cauſſa.

VT autem cunctis liquidius enitescat, qua uigilantia uir beatiſſimus nouellae ſuae eccleſiae bona pacis et tranquillitatis etiam per ſucceedentia tempora prouiderit, aliquas hic tam epiſcoporum, quam regum, inſerimus confirmationis epiſtolas: ut, quia duo ſunt, quibus hic mundus principaliter regitur, pontificalis auctoritas, et regalis poteſtas, ex utroque horum ſuſſulta a dextris et ſiniſtris, ab omnium moleſtia inſeſtationum ſecure monſtretur in perpetuum defenſa. Dicente enim domino ſaluatore; duos eccleſiae gladios ſufficere, quorum unus ad diuiſionem animae ac ſpiritus penetrat, alter inflexibilia et dura corda rigore ſuo domat et premit: quidquid eorundem gladiorum iure hinc inde munitur, conſtat profecto, quod nullius mali incurſione ab ſtatus ſui rectitudine labefactetur. Prius tamen hic chartam OTTONIS *tertii imperatoris praeſcribimus, ut ſcire uolentibus, qualiter ipſe locus Babenbergenſis in ditionem ſancti regis obuenerit, ex eadem conſcriptionis pagina colligatur.

Duo eccleſiae gladii. Lucae 22.

Error librarii: ſucceſſorio Ottoni II. tribuit. diploma tribuendum.

CAPVT IX.

Diploma Othonis imperatoris.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis: OTTO *diuina prouidentia imperator auguſtus. Nouerint omnes noſtri fideles, praeſentes ſcilicet et futuri, qualiter nos, ob interuentum dilectiſſimae genitricis uoſtrae, Adelheidae, caro nepoti uoſtro, Bauarorum duci* HEINRICO, *quoddam iuris uoſtri praedium, ciuitatem uidelicet* Babenberc *nominatam, cum omnibus ad hanc reſpicientibus, et* Nemkin Vraha *in comitatu Bertholdi comitis, Volckfelt uocupato, ſita, uoſtra imperiali potentia in perpetuae uſum proprietatis conceſſimus, firmiterque donauimus, cum utriusque ſexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, et cum omnibus iure legaliterque ad haec iam dicta praedia pertinentibus, eo tenore, ut libero ipſe deinceps perfruatur arbitrio, haec tenendi, commutandi, dandi, poſteris reliquendi, ſeu quidquid ſibi libuerit, inde faciendi. Et ut praeceptum ſtabilius firmusque permaneat, hanc chartam inſcribi iuſſimus, annuloque ſigillatim propria manu noſtra roborauimus. Data V. Kalend. Iulii indict. 1. anno regni domini* Ottonis *XIV. imperii autem VII.*

IN *nomine ſanctae*) Diploma hoc adſcribit auctor *Othoni* III. imperatori. Sed nec aſſarto referri debet ad Othonem II. imperatorem. Nam conditor huius diplomatis uocat genitricem ſuu matrem ſuam *Adelheidam*; at *Adelheida* fuit mater *Othonis* II. uxor Othonis magni; nam Othonem III. peperit Theophania, mulier Graeca. *Vvart nus* quoq; *Hoffmannus* in annalibus Bambergenſibus diploma hoc Othoni II. tribuit.

Caro nepoti noſtro) Cur Henricum nominat nepotem? Diploma loquitur de *Henrico* II huius nominis Bauariae duce, patre Henrici ſancti, qui fuit tertius Bauariae dux, *Henricus* indigitatus. Fuit autem *Henricus* II. patruelis *Ottonis* II. imperatoris. Ex duobus quippe fratribus geniti fuere. Ille, ex *Henrico primo* Bauariae duce: hic, ex *Ottone magno* imperatore. Nepotem ergo pro patruele uſurpat. Porro Bambergam reliquit Henricus pater filio Henrico, de quo haec hiſtoria.

Nemkin Vraha) Ita codex Rebdorf. noſter. Apographum Bamberg. hic nihil opis tulit. codex Donauuerdanus *cum omnibus ad hanc reſpicientibus & eo* (in fruitionem uerſus.) *& Nemkin Vraha.*

Anno regni domini Othonis XV.) Apographum Bambergenſe XIII. Etiam hinc liquet, diploma pertinere ad Othonem II. quia Otho III. tantum XII annis regis titulo imperium adminiſtrauit, imperator inunctus 996 nec. VII annos imperator fuit, ſed tantum VI. *Otto* autem *ſecundus* quatuordecim annos rex fuit. Rex creatus anno 961 et ſolus imperare ingreſſus 974. Licet enim ao 967. inunctus fuerit imperator, imperii tamen anni *Ottonis* non computantur, niſi ab obitu parentis Ottonis magni. Sed eſt error librarii in indictione, quae anno VII. imperii Ottonis non fuit prima, ſed octaua.

CAPVT X.

Synodus Francofordienſis, in qua de epiſcopatu Bambergenſi condendo actum.

ANno igitur ab incarnatione domini M. VII. indict. V. III. Kal. Nouembris, magna ſynodus epiſcoporum aliorumque patrum habita eſt et celebrata, in uilla regia *Franchenfurt*, mediante rege magno et pacifico, HENRICO, anno regni ſui VII. Nam dum idem Deo deuotus rex alta mentis conſideratione ſecum uolueret, in quo potiſſimum opere DEI miſericordiam ſibi faciliua conciliaret, et ex diuini inſtinctu conſilii inſpiratus diſpoſuit, ut DEVM ſibi heredem eligeret et conſcriberet, et epiſcopatum Babenbergenſem, ut praeſcriptum eſt, ex rebus hereditariis conſtrueret, ut et paganiſmus *Slauorum* ibi deſtrueretur, et chriſtiani nominis memoria perpetualiter inibi

ecle-

celebris haberetur. Sed cum parochiam ad eandem ſedem reſpicientem non haberet, et ſanctam pentecoſten in eodem anno regni ſui *Moguntiae* celebraret, partem *Wirceburgenſis* dioeceſeos, comitatum uidelicet *Ratenzgeuue* dictum, et pagi *Wolcuelt* dicti, inter fluuios *Vraba* et *Ratenza* ſita, ab *Heinrico*, Wirceburgenſi epiſcopo, firma ac legali traditione acquiſiuit, tradens econtra Wirzeburgenſi eccleſiae C. L. manſos, in uico *Memmigun* dicto et in proxime adiacentibus locis, conſentientibus et concurrentibus in haec uota illius *Heinrico* Wirceburgenſi, et *Willigiſo* Moguntiae metropolis archiepiſcopo, multisque qui praeſentes fuerunt, archiepiſcopis et epiſcopis, legitimum hoc concambium atteſtatione ſua et ſubſcriptione roborantibus.

* *Ditm. Radiusca.*

Glorioſiſſimus uero rex compos uoti effectus, pari ſupradictorum patrum conſultu, duos ex capellanis ſuis, *Albericum* et *Ludouicum*, adiunctis Wirceburgenſis epiſcopi literis, *Romam* usque direxit, quatenus haec bene coepta in melius proficerent, auctoritate * apoſtolica. At Romanus pontifex et uniuerſalis papa, IOANNES, piiſſimi regis deuotioni congaudens, habita in ſancti Petri baſilica ſynodo, proconfirmando epiſcopatu Babebergenſi, priuilegium fecit conſcribi et apoſtolica auctoritate firmari, uniuerſis Galliae et Germaniae epiſcopis reſcribens, ut et ipſi pari communique auctoritate praedictum epiſcopatum roborarent; cuius uidelicet priuilegii exemplar in hunc modum ſe habet.

Imper. mittit legatos ad Ioan. XIX. pontif. Rom. ut rata habeat, quae de nouo epiſcopatu Bambergenſi decreta fuerant.

* *Cod. Vienn* Romana,

ANno igitur ob incarnatione) BARONIVS ex lib. 6. *Ditmari* refert hanc ſynodum ad annum MVI. Lege Ditmarum lib. 6. Bambergenſe apographum conuenit cum noſtro codice, ut et liber manuſcriptus, in quo uaria diplomata et literae imperatorum, regum, principum, pontificum et epiſcoporum continentur, miſſus ad me *Viennam* Auſtriae, a clariſſimo et eruditiſſimo domino SEBASTIANO TENGNAGEL: niſi quod de die diſſenſio eſt: ſic enim dictus codex. Anno dominicae incarnationis MVII, indict. V. Kal. Nouemb.

Anno regni ſui VII.) Cod. Vienn. et apograph. Bamberg. VI.

In eodem anno regni ſui) Cod. Vienn. Regni ſui VI.

Ratenzgenus dictum) Cod. Vienn. *Ratenzgeuui.* Panlo poſt; *Voltfelt.*

CL. manſos) ita etiam Cod. Vienn. Apograph. Bamberg. CXL.

Memmingun.) Cod. Vienn. *Meinungim.* Apograph. Bamberg. *Meinungen.*

Multuque, qui praeſentes) quos codex Viennenſis ita nominat. *In hoc conſentientibus et perſpicientibus* (forte, perſicientibus) *inprimis uidelicet Wirceburgenſi epiſcopo Henrico, et Willigiſo uenerando archiepiſcopo Moguntino, et Burchardo Wormacienſi, et Waltero Spirenſi, et Werenhario Straſburgenſi, et Adalberone Baſileenſi, et Ondalrico Curienſi, et Liutolpho archiepiſcopo Treuerenſi, et Theodorico Metenſi, et Bertoldo Tullenſi, et Heimone Wirdunenſi, et Heriberto archiepiſcopo Colonienſi, et Nothero Leodienſi, et Ertwino Cameracenſi, et Tagimone archiepiſcopo Magdeburgenſi, et Hildolpho Mantuano.*

At Romanus pontifex) Cod. Vienn. *Romanus uero pontifex et uniuerſalis papa Ioannes precatorias praedicti Henrici literas inſpiciens et piiſſimi regis deuotioni congaudens; habita in ſancti Petri baſilica ſynodo, pro confirmando Babebergenſi epiſcopatu, priuilegium fecit conſcribi et apoſtolica auctoritate corroborari, uniuerſis Galliae et Germaniae epiſcopis reſcribens, ut et ipſi pari communique auctoritate eundem epiſcopatum corroborarent et confirmarent.*

CAPVT XI.

Bulla Ioannis Papae, qua inſtitutionem epiſcopatus Bambergenſis confirmat.

IOANNES *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Officii noſtri eſt, omnium ſanctarum Dei eccleſiarum commoda generaliter conſiderare, et maxime earum, quae ſpecialiter ſub iure ac dominio noſtrae Romanae eccleſiae conſiſtunt: ſi quod eſt incommodum, abolere, ne pro graui incommoditate ſua neglectae uileſcant; uel qualibet nacta occaſione, debita ſolennitate careant. Propterea omnibus ſanctae Dei eccleſiae fidelibus, praeſentibus ſcilicet et futuris, notum eſſe uolumus: quia dilectus et ſpiritualis noſter filius,* HEINRICVS *glorioſiſſimus atque inuictiſſimus rex, diuina inſpirante clementia, de propriis hereditariis rebus, pro ſua ſuorumque parentum anima, epiſcopatum in loco, qui dicitur* Babenberc, *perfecta fidei et charitatis deuotione, in honorem beatiſſimi* Petri, *apoſtolorum principis, eſſe conſtituit, commutatione facta, iure ac legaliter, cum* Henrico *Wirceburgenſi epiſcopo, de aliqua parte parochiae ſui epiſcopatus.* * *Vnde etiam praedictus epiſcopus nobis ſuas literas miſit, ut ſuo conſenſu, priuilegio noſtrae apoſtolicae auctoritatis epiſcopatus nouiter factus fundaretur.*

* *Inde apogr. Bamb.*

Pro qua ratione HEINRICVS *ſecundus, glorioſiſſimus rex, nuncios ſuos ad nos direxit, qui nobis haec omnia dicerent et nos, pro hac ſede confirmanda, interpellarent. Cuius ſanctiſſimam imitationem paterna et praecordiali dilectione intuentes, omnes res, quas beato* Petro, *apoſtorum principi, in loco praenominato, legitima ratione collectas contulit, noſtrae auctoritatis priuilegio confirmare decernimus, ea uidelicet ratione, ut epiſcopus eius loci et qui in perpetuum tui fuerint ſucceſſores, ea ſecura tranquillitate poſſideant, et liberam habeant poteſtatem res et proprietates eiusdem eccleſiae ordinare atque componere, uel etiam augmentare: diſſipare uero atque confundere, nullam habeant poteſtatem.*

Noſtra quoque auctoritate ſancimus,

uti in terminis, et in rebus eiusdem ecclesiae nulla sit infestatio tyrannorum, uel aliorum quorumlibet prauorum hominum, siue sint in ciuitate ipsa Babenberc, siue in castellis et uillis, seruis et ancillis, tributariis, decimis, *foreſtibus, siluis, piscationibus, uenationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, et quidquid modo illuc pertinet, uel in futurum acquiri possit, per nostrae auctoritatis priuilegium corroboratum, in secura quiete permaneat. Nullus ibi comes aut iudex legem facere praesumat, nisi quam per concessionem gloriosissimi regis HEINRICI, uel successorum eius, episcopus loci eiusdem deligeret. Nulla aliena potestas ibi per uiolentiam irrumpat. Sit ille episcopatus liber, et ab omni potestate extranea securus, Romano tantummodo* mundiburdio subditus: quatenus episcopus eo melius cum canonicis suis seruitio Dei possit insistere, et primi constructoris eiusdem loci, et recuperatoris iugiter memoriam habere. Sit tamen idem suo metropolitano* subiectus, atque obedi-

* Forſt.

Mundeburde eſt tutela, tuitio, defenſio, dicitur et Mundiburgium.

* In Cod. Vienn. additur: archiepiſcopo Moguntino.

ens. Quicunque haec praeceptа seruaueri, diuinam remunerationem, et apostolicam benedictionem accipiat. Qui autem contemptor, et uiolator exstiterit, perpetui anathematis damnationi subiaceat, nisi resipiscens ad satisfactionem perueniat. Scriptum per manus Petri notarii, et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae, in mense Iunio* indict. V.

* Eſt hic unus domini 1007. Ioan Papae. quinti.

CAPVT XII.

Altera ſynodus Francofordenſis.

Alia ſynodus Franc. in qua comprobatur et recipitur Bulla pontificis. De Willigiſo legs Seuerini lib. 5. rerum Mogunt. Fuit is primus elector inter Moguntinos antiſtites.

HAbito igitur rursum generali concilio in *Franchenfurt*, cui praesedit uenerabilis archiepiscopus *Willigisus*, Moguntinus, uniuersi archiepiscopi et episcopi, qui interfuerunt, numero * XXXVI. debita cum ueneratione priuilegium hoc sedis apostolicae suscipientes, unanimiter deuotis mentibus laudauerunt, et * scribendum roborauerunt.

* XXX. VII. ſic apogr. Bamb.

De supradictis uero parochiae terminis ab ecclesia *Wirceburgensi* commutatis: ne qua fieret inposterum querela, uel dubitatio, subiectam conscribi paginam fecerunt: cui subscripsit primo quidem ipse *Heinricus*, Wirceburgensis episcopus, deinde eiusdem ecclesiae praepositi, siue presbyteri, numero nouem.

* Subſcribendo Sic apogr. Bamb. idem.

De Bulla Ioannis pontificis, et quinam praeſules eam ſubſcriptione ſua confirmarint, ita codex Vienn.

Quod uidelicet priuilegium uenerabilis patris in ſupradicto Frankenfurt dubito generali concilio confirmatus, ſumma ueneratione legendo ſuſcipien-

tes, et apoſtolicae auctoritati obedientes, deuotis mentibus ſubſcribendo, unanimiter laudauerunt, communiterque corroborauerunt. Willigiſus ſanctae Moguntinenſis eccleſiae archiepiſcopus, qui eidem ſynodo uices Romanae eccleſiae praeſidebam, collaudani, et ſubſcripſi: Rutherus Pudelbrunnenſis eccleſiae epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Megingandus Eichſtatenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Berenwardus Hildimiſheimenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Lambertus Conſluentienſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi: Arnoldus Halberſtatenſis interfui et ſubſcripſi. Oudalricus Curienſis epiſcopus interfui, et ſubſcripſi. Burchardus Wormacienſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Werenburius Argentinenſis epiſcopus interfui. Walterus Spirenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Bruno Auguſtenſis epiſcopus interfui, collaudani et ſubſcripſi. Liudolphus Treuerenſis archiepiſcopus interfui et ſubſcripſi. Bertoldus Tullenſis epiſcopus interfui: Heimo Virdunenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Hurtwigius Innarenſis archiepiſcopus interfui: Chriſtianus Patauienſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Gebehardus Ratisbonenſis interfui et ſubſcripſi. Egilbertus Friſingenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Adelbero Brixienſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Heribertus archiepiſcopus Colonienſis interfui, ad uotum ſynodi, et ſubſcripſi Schwidgerus Mimedargeſortenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Auſridus Traiectenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Theodoricus Miudenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Dietmarus epiſcopus Oſnaeburgenſis interfui et ſubſcripſi. Tagino archiepiſcopus Magdeburgenſis interfui et ſubſcripſi. Hildiburdus Cazenſis epiſcopus interfui et ſubſcripſi. Burchardus archiepiſcopus Laudunenſis interfui et ſubſcripſi. Baldolphus archiepiſcopus Turnutenſis interfui et ſubſcripſi. Hugo Genuenſis ſubſcripſi. Anaſtaſius Lugdunenſis archiepiſcopus interfui et ſubſcripſi. Adelbero Baſilienſis interfui et ſubſcripſi. HugoGenuenſis ſubſcripſi. Heinricus Lauſonenſis ſubſcripſi. Ekebehardus Sleſwigenſis ſubſcripſi. Alkericus Cumanus epiſcopus interfui, et ſubſcripſi. Richolphus Tergeſtinenſis eccleſiae epiſcopus interfui et ſubſcripſi.

CAPVT XIII.

Litterae epiſcopi Herbipolenſi quibus confirmat tranſactionem et iurium permutationem inter ſe et Henricum regem.

OMnium ſanctae Dei eccleſiae *fidelium, tam praeſentium, quam futurorum, notitiam non latere deſideramus, qualiter glorioſiſſimus rex*, HEINRICVS, *diuinae, ut credimus, admonitionis ſtimulo compunctus, de praediis, quae Dei gratia hereditarioque iure parentum, in ſuae poſſeſſionis dominium peruenerant, Dei ſeruitium augere, epiſcopatum conſtituendo, deſiderans; quo id legitime, rationabiliterque fieri potuiſſet*, Heinricum, *uenerabilem Wirceburgenſis eccleſiae prouiſorem, quatenus quendam locum*, Babeberch *nuncupatum, cum pago* Razengeuum *dicto, qui ad ſuae dioeceſeos ſtatum pertinere uidebatur, de ſuo iure in ſuum ius ad id perficiendum tranſſunderet, ſtudioſe coepit flagitare.*

Quae, quoniam iuſtae et rationabiles cauſae uidebantur, eiusdem auguſtiſſimi, et inuictiſſimi regis petitionibus acquieſcens, cum communi cleri ſui atque militum,

tum, nec non totius populi conſilio et conſenſu, praefatum locum cum praedicto pago, tribus parochianis eccleſiis exceptis, cum ſuis adiacentiis, quarum haec ſunt nomina, Wachenrode, Lonerſtat, Mülehuſen, *omni poſtmodum remota contradictione, ſuae poteſtati tradidit. Alterius autem pagi, qui* Volcfeld *uocatur, in quo praefatus locus ſitus eſt, partem eidem regi conceſſit, quantum eſt de Babenberch ad flumen* Vraha; *de Vraha in* Ratenzam *flumen, et ſic iuxta decurſum eiusdem fluminis in* * Moin, *et inde ad riuulum* Wichibach; *deinde ad caput eiusdem riuuli, ſicque qua citiſſime et proxime perueniri poteſt ad* Vraha. *Actum in ciuitate* Wirceburgenſi, *praeſente ſerenisſimo imperatore* HEINRICO, *ea conditione, ut decimam in noualibus iam inciſis, et ad* * *manſum menſuratis cum ueteri decima non commutata, Wirceburgenſis eccleſia retineat. In noualibus uero poſthinc excolendis decimam Babenbergenſis eccleſia poſſideat cum termino commutato.*

* *Monus.*

* *Manſus ſeu manſum, fundus, praedium, hereditium.*

(*Cum pago Ratengeu*) Codex Viennenſis: *cum pago qui Ratengau dicitur.*

In ſuum ius) conſentit codex Viennenſis. Apographon Bambergenſe *ad ſuum ius.*

Witibach) codex Viennenſis, *Wichenbach.* Apographum Bambergenſe *Wichebach.*

Ad Vraha) in codice Viennenſi ſubiiciuntur liſta. *Et ut haec conditio firma atque inconuulſa permaneat, ipſe praeful Henricus roborauit et ſubſcripſit. Actum, &c.*

Non commutata) Codex Viennenſis *non commutata*, paulo poſt. *cum termino commutato.*

CAPVT XIV.

Literae patriarchae Aquileienſis ad Henricum epiſcopum Wirtzburgenſem.

Literae patriarchae Aquileienſis: de quo infra item mentio, ubi de Bambergenſis eccleſiae dedicatione agitur.

SEd et IOANNES, Aquileienſis patriarcha, opus tam laudabile regis excellentiſſimi et piam erga Chriſtum deuotionem toto affectu amplectens, *Heinrico*, epiſcopo Wirceburgenſi, gratulationis plenam ſcripſit epiſtolam.

Beatiſſimo domino et ſincera charitate diligendo, Heinrico, *ſanctae Wirceburgenſis eccleſiae epiſcopo uenerabili,* Ioannes, *Aquileienſis eccleſiae patriarcha, cum omnibus ſuae dioeceſeos epiſcopis, fraternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos, et tradidit ſemetipſum pro nobis, IESU CHriſto, domino noſtro.*

Licet, reuerende frater, fraternae dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis, quae conditor humani generis miſericorditer ad ſalutem quotidie diſponit, immenſas gratiarum actiones ipſi agere debeamus: quandocunque tamen, uel ubicunque ex prouectu ſanctae eccleſiae, uel eius exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immenſae deuotionis affectu, et ſpiritualis exultationis effectu, illum laudare, benedicere et praedicare debemus, cuius haec dona ſunt et a quo bona cuncta ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia ſempiternae dignationis ſacramenta ea et in ſuorum cordibus principum dictat, quae ad multorum exemplum et ſalutem profutura procurat.

In quibus unum eſt, quod nuper diuinitus factum, maximam mentibus noſtris laetitiam generauit. Audiuimus, quod dominus noſter, HEINRICVS, *glorioſiſſimus et inuictiſſimus rex, diuina ſibi inſtirante gratia, ex ſuis praediis et paterna hereditate, in loco, qui dicitur* Babenberc, *epiſcopatum, in honore beatiſſimi* Petri, *apoſtolorum principis, conſtituerit et, commutatione facta, digne et legaliter, cum eccleſia noſtra, partem quandam ex eius dioeceſi acquiſiuit: atque hoc concambium apoſtolicae ſedis priuilegio corroborauit. Quod quidem eximium et laudabile opus, et eius digniſſimam liberalitatem; et ueſtram charitatem ſatis egregie praedicabilem commendat; cum et ſuum eſt, per operationem, et ueſtrum ſit per dilectionem.*

In quo omnipotenti Deo immenſas gratias referimus, ad cuius inaeſtimabilem gloriam ſpectat, quod per regem noſtrum, HEINRICVM, *bonum et fidelem miniſtrum ſuum, fundatiſſimam pacem omnibus eccleſiis praeſtat, et inſuper nouam formatam eccleſiam, per quam et de inimico humani generis in uicinas Slauorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, et innumerabilem familiam per lauacrum regenerationis ſibi multiplicabit.*

Nos autem cum omnibus noſtrae dioeceſeos epiſcopis hoc diuinum opus in commune laudamus, atque in eo iuſte conſentientes et ſubter conſcribentes, in perpetuum ualere confirmamus.

CAPVT XV.

Literae S. Henrici de erectio abs ſe epiſcopatu Bambergenſi.

HEnricvs, *diuina praeordinante clementia rex, omnibus eccleſiae filiis, tam futuris, quam praeſentibus. Saluberrimis ſacri eloquii inſtitutionibus erudimur et praemonemur, ut temporalia relinquentes bona et terrena poſtponentes commoda, aeterna et ſine fine manſura in coelis ſtudeamus adipiſci conſiſtoria. Gloria enim praeſens fugitiua eſt et uana, dum poſſidetur, niſi in ea aliquid de coeleſti aeternitate cogitetur. Sed Dei miſeratio humano generi prouidit remedium, quando partem coeleſtis patriae, terrenae ſubſtantiae fecit eſſe pretium. Huius ergo nos clementiae non immemores, nec ignorantes, nos gratuito diuinae miſe-*

ſerationis reſpectu, regali dignitate ſublimatos, congruum eſſe ducimus, non ſolum eccleſias ab anteceſſoribus noſtris conſtructas ampliare, ſed ad maiorem gloriam Dei, nouas aedificare, easque deuotionis noſtrae donis gratiſſimis exaltare.

Matth. V. *Quopropter dominicis non ſurdum auditum praebentes praeceptis, et deificis obtemperando intendentes ſuaſionibus, theſauros diuinae largitatis munificentia nobis collatos, in coelo deſideramus reponere, ubi neque fures effodiunt, nec furantur, neque aerugo uel tinea demolitur, ubi et dum omnia nunc congeſta recolimus, cor noſtrum deſiderio et amore ſuo pius uerſetur.*

Hinc etiam liquet ſupra recitatum diploma ad Othonem II. et ad patrem noſtri Henrici pertinere; cum Bambergam iure hereditatis paternae ad ſe peruenisſe ſcribat.

Proinde patere uolumus omnium fidelium uniuerſitati, quod quendam paternae hereditatis noſtrae locum, Babenberc dictum, in ſedem et culmen epiſcopatus proueximus, et Romanae ſedis auctoritate firmatum atque uenerabilis Henrici, *Wirzburgenſis epiſcopi, conſenſu et dilectae coniugis noſtrae,* Chunegundae, *uoluntate ac pari communique omnium noſtri fidelium, tam archiepiſcoporum, quam epiſcoporum, abbatum, nec non et ducum, et comitum conſulto decretoque ac totius regni noſtri, principumque concordi deuotione laudatum, ad honorem omnipotentis Dei et beatae* MARIAE, *ſemper uirginis, et ſanctorum apoſtolorum,* Petri *et* Pauli, *nec non ſanctorum* Kiliani *et* Georgii, *fundauimus, ſtabiliuimus et corroborauimus, ut inibi noſtrum, parentumque noſtrorum, et* ORTONIS *tertii imperatoris, uidelicet anteceſſoris noſtri, celebre habeatur memoriale, et iugis pro omnibus orthodoxis nuncupetur hoſtia ſalutaris.*

Factum regis probatur ab uniuerſis principibus regni.

Pat. oni Bambergen. Dona et bona eccleſiae Bamb. a rege oblata.

Oblatis igitur Deo in eadem dilecta nobis eccleſia, ad honorem et decorem domus Dei, ex metallis lapidibusque preciosis, in uarios uſus ſanctuarii, uaſis ſeu ueſtibus aliisque ornamentis eccleſiaſticis, contulimus praeterea ad ſupra dictam ſedem epiſcopalem praedia, eccleſias, uicos, uillas, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſiue adhaerentiis, uidelicet utriuſque ſexus mancipiis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, ſiluis, ſagenis, uenationibus, pratis, paſcuis, campis, foreſtis, * *foreſtariis, cellariis, cenſibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, mobilibus et immobilibus et caeteris omnibus, quam rite ſcribi aut appellari poſſunt, quomodolibet utilitatibus, praeſenti noſtrae authoritatis edicto ſtatuentes, ut in Deo nobis dilectus ſaepe dictae ſedis epiſcopus,* Eberhardus, *ſuique ſucceſſores liberam debinc habeant poteſtatem, eadem praeſcripta bona, cum omnibus appendiciis ſuis tenendi, poſſidendi, ſeu in quoslibet uſus epiſcopatus conuertendi; fratribus autem canonicis, Deo ibidem famulantibus, ad quotidiana temporalis uitae ſubſidia, poſſeſſiones, quas tradidimus, noſtra imperiali auctoritate proprietatique poſſidenda confirmamus, ea uidelicet ratione, ut praefati canonici, et eorum per ſucceſſionem praepoſiti, liberam de hinc, cum ipſorum canonicorum conſenſu et conſilio, poteſtatem habeant in ueliores uſus commutandi, augmentandi et ad utilitatem ſuam quoquomodo redigendi; quatenus et ipſi, noſtri benigne memores apud Deum, ac dilectiſſimae coniugis noſtrae atque conſortis regni,* Cunegundae, *parentumque noſtrorum uerſa uice beneficiis noſtris pia atque aſſidua interceſſione reſpondeant.*

Si quis autem, quod abſit, huius noſtrae munificentiam donationis, atque inſtitutum apoſtolicae ſedis, et tot uenerabilium patrum auctoritate firmatum deſtruere, ſeu uiolare tentauerit, in die iudicii coram oculis Dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat; ſed haec traditio atque decretum ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

EXſtat haec S. Henrici conſtitutio etiam in codice Viennenſi; at nonnullis omiſis. Illa inſuper; *conſulimus praeterea, &c.* longe aliter in dicto exemplari leguntur, quam in noſtro. Id ut uideas, en tibi codicis Viennenſis uerba. *Proinde noueris omnium noſtri fidelium tam praeſentium aetas, quam et ſucceſſium poſteritas; quia uos noſtrae queudam proprietatis locum Chuigeshoff dictum ad eandem ſupradictam epiſcopalem ſedem, una cum omnibus eius pertinentiis, ſiue adhaerentiis, uidelicet uiris, uillis, eccleſiis, ſeruis et ancillis, areis, aedificiis, terris cultis et iacultis, aiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis uel inquirendis, ſagenis, uenationibus, aquis et piſcationibus, rebus mobilibus et immobilibus, ac caeteris omnibus, quae rite ſcribi aut appellari poſſunt, quolibet modo utilitatibus, hac noſtrae auctoritatis praeceptali pagina, prout firmius poſſumus, donamus atque proprietamus, omnium contradictione remota. praecipientes, ut nobis in Deo dilectus ſaepe dictae ſedis epiſcopus Eberhardus, ſuique ſucceſſores, liberum debinc habeant poteſtatem, eandem praeſcriptam locum cum omnibus appendiciis ſuis tenendi, poſſidendi, ſeu quidquid ſibi libeat, modis omnibus, in uſum epiſcopatus inde faciendi.* Quod ergo in noſtro exemplari uniuerſim de omnibus praediis et locis epiſcopatui donatis S. Henricus ſancit; id codex Viennenſis refert duntaxat ad donationem loci illius, qui Kunigeshoff appellatur.

Eberhardus primus epiſcopus Bamberg.

Segenis) Apographum Bambergenſe *Segenis*. Codex Viennenſis diſerte: *ſeginis*, quo denotari uidetur ius porcos in ſyluas agendi, *ſeginae* cauſſa; ut fieri ſolet, ubi glandiferarum arborum copia.

CA-

CAPVT XVI.

Literae, quibus Clemens II. papa, eccleſiae Bambergenſis priuilegia et immunitates confirmauit.

NEc uero ſolummodo in uita, ſuperſtite adhuc rege glorioſiſſimo, ſed magis etiam poſt tranſitum eius de morte ad uitam, felix ipſius plantatio, Babenbergenſis uidelicet eccleſia, diuinae gratiae imbribus irrigata, de die in diem accepit incrementum, ſaepe numero a ſancta ſpecialique matre ſua, Romana eccleſia, uberibus piae conſolationis potata ac ſatiata, regum quoque ſuccedentium auctoritate uel priuilegiis, nobiliter ac firmiter in perpetuum ſublimata. Denique * *Swidegerus* ſanctus, Babenbergenſis epiſcopus, quem HEINRICVS, rex tertius, tribus inuaſoribus apoſtolicae ſedis digne et iuſte exploſis, catholicum et legitimum papam conſtituens, *CLEMENTEM II. appellauit, ipſeque et uxor eius *Agnes* in die ſancto dominici natalis, imperialem benedictionem ab illo accepit; quanto amore primae cathedrae ſuae locum dilexerit, miſſis eidem a ſede apoſtolica huiusmodi priuilegiis, ſatis oſtendit.

* *Swidegerus, ſecundus epiſcop. Bamb. ut ſcribit Hermannus.*

* *Factum eſt hoc anno domini 1046. Legatur. hoc anno et ſequenti.*

Literae Clem. II papae, antea epiſcopi Bambergenſis.

CLEMENS, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ſacratiſſimae noſtrae* Babenbergenſi *eccleſiae in filiis et filiabus eius, clero uid licet ac populo, perpetuam in domino ſalutem.*

*Diſpenſatio ſeculorum uenit de principe coelorum, qui antequam ſecula efficerentur, praeſciuit, qualiter diſponerentur: inde ſit, ut non poſſit non impleri, quod ab aeterno illius oculo potuit praeuideri. Tantinuminis nutus te, ſuam chariſſimam ſponſam, Babenberc, nobis in ſponſam legitimam deſponſauit, et arte regere, quantum in nobis fuit, ſua propitiatione donauit. Certe nulli uiro circa uxorem fides purior et amor ardentior, quam circa te nobis. Nec unquam uel in mentem uenit, te deſtituere et alii adhaerere. Sed neſcio, quo diuino conſilio actum eſt, ut matri tuae omniumque eccleſiarum conſociarer, et aliquantum, tamen non omnino, a te ſepararer. Ecce enim, cum illud caput mundi, illa Romana * ſedes haeretico morbo laboraret, et chariſſimi filii noſtri, domini* HEINRICI, *imperatoris auguſti, praeſentia ad hoc inuigilaret, ad hoc inſtaret, ut huiusmodi aegritudinem propulſaret, * exploſis tribus illis, quibus idem nomen patus rapina dederat, inter tot agmina ſanctorum, qui aderant, patrum, dignatio coeleſtis gratiae noſtram indigniſſimam mediocritatem cunctis niſibus refragantem, uoluit eligi, et altiſſimi apoſtolorum principis uice fungi.*

Alloquitur ipſam Bamb. eccleſiam.

* *Dicit hoc propter Simoniacos, qui ſedem illam inuadebant, et uiolenter occupabant.*

* *Benedicto IX. Silueſtro III. et Gregorio VI. Hoc quomodo intelligendum ſit, diſces ex Bar. An. 1046.*

*Auulſum me tunc a ſuo gratiſſimo latere, ſponſa dulciſſima, quis dolor apprehenderit, quis moeror confecerit, * quo pacto exprimam, neſcio, cum nobis omnem modum uideretur transgredi. Plus honoris eſt, plus decoris, plus, inquam, uirium matri, quam filiae, utpote cui omne genu terreſtrium flectitur: procuius arbitrio ianua coeli aperitur et clauditur; aduerſus quam nec portae praeualent inferorum. Non tamen tantae dominationis cupido oſtio noſtrae mentis irrepſit, cordisque ceruicem libenter inflexit. Satis nobis erat tecum: actiuam bene; contemplatiuam quoquo modo ducebamus uitam: praeſertim cum perfectus amor nec ſpeciem alterius unquam, nec intueretur opulentiam. Teſtem inuocamus aciem diuinam, non commentari nos apologiam. Illa enim ſecreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur. Pro teſte quoque utimur ipſa conſcientia, ubi ſua eſt ſolicitudo continua. Interiorem pupillam nec terrarum ſpacioſitas, nec tot retundunt oppoſita; quin amicam meam, ſororem meam ſponſam meam, diligentiori cura circumſpiciam et undique munitam faciam. Conceſſum nobis eſt diuinitus, non ex noſtris meritis, ut iam diximus, ius illud apoſtolicum, quo et coelis imperatur et terris. Vnde dignum duximus et accommodum decreuimus, ut de profectu noſtro tu quoque proficias et inde tibi amplius conſulas, unde nobis illa poteſtas ampliatur.*

Piiſſimae recordationis dominus HEINRICVS, *imperator auguſtus, te fundauit, te erexit, te etiam in altum culmen euexit. Quo ſupplice, inexpugnabili muro et propugnaculis apoſtoli muniminis aduerſus omnes impias manus praeualentes bene circumuallata es, per praedeceſſores noſtros,* IOANNEM *ſcilicet * XIV. papam, et* BENEDICTVM. *Quod etiam idem nos facere cupientes, ut triplici tuitione circumcincta, per uirtutem S. Trinitatis nihil unquam patiaris laeſionis, nihil unquam ab aliquo moleſtationis, ſecura ſemper et quieta manens in filiis et filiabus tuis, ſemper Deo deuote ſeruiens, deuote obediens, ſecura ſemper et quieta manens: ſtatuimus per hoc noſtri magiſterii priuilegium, ut de bonis illis omnibus, quae tibi, ſponſa chariſſima, uirgo caſtiſſima, eccleſia ſpecioſiſſima* Babenberc, *ſumma liberalitas eorum orthodoxi imperatoris, de ſummo [illegible] uotione procedens, pio affectu [illegible] nominetenus illa per concambium [illegible] nientiſſimum et acceptiſſimum [illegible] burgenſi et* Eiſtetenſi, *epiſ[illegible] et rationabili iudicio per[illegible] rumcunque poſt eum [illegible] et as obtulit et oblatu[illegible] tuum, ſiue ſint mobi[illegible] lus imperator, [illegible] comes, uicecom[illegible]*

ubi etiam Gregorium excuſat, et uirtutem ſanctum fuiſſe monſtrat. Lege eundem An. 1044.

* *Cod. Vien. quo neſcio pacto licuit expunxi.*

* *Eſt Ioan. XIX. Et Benedictus IIX.*

piſcopus, non epiſcopus, non abbas, nec ulla hominum perſona, audeat, tentet, praeſumat quidquam, uel uiolentia, uel fraude, uel furto, detrahere, minuere, mutilare.

Quod, ſi quis diabolico inſtinctu pulſatus, crudeli temeritate admittere non perhorruerit et admiſſum citius emendare neglexerit, huiusmodi hominem, quicunque ſit, de communione ſacroſancti corporis et ſanguinis domini noſtri IEſu CHriſti, et a particip io totius chriſtianitatis non ſolum excludimus, ſed etiam propulſamus: quin etiam apoſtolici anathematis acutiſſima lancea eum tranſuerberamus, ut, pro malefactis male perditus mortem gemat aeternam, aſſociatus in gehenna inferioris inferni daemonum principi, mortis inuentori, et etiam Iudae ſacrilego et proditori, undique circumcinctus draconibus tartareis, in ultionem ſaeuientibus; nec in ultimo tremendi diei iudicio ad uitam reſurgat: ſed crudeliſſimum corpus reſumens duplici contritione conteratur, infeliciſſimo et miſerrimo genere uiuendi, mortem quaerens, et non inueniens.

Qui uero pio intuitu proprias manus ab huiusmodi temeritate ſuſtraxerit et, ſi ita res exegerit, aduerſum omnes inſurgentes et quidquam auferre conantes, ea bona defenderit, ad tuum tuorumque opus, ſanctiſſima Babenberch; *illa ſcilicet, ut praedictum eſt, quae tibi collata ſunt, uel de caetero in aeternum tibi conferenda ſunt, talis ab illo benedicatur, qui ſuper Cherubim ſedet, et glorietur, pro eo, quod hoc noſtrae apoſtolicae auctoritatis priuilegium ſtuduit obſeruare illaeſum ſuoque robore ſolidatum: quod nimirum conſilio, et unanimitate, nec non alacri promptoque animo chariſſimi filii noſtri, tam ſupertus memorati* * *domini* HEINRICI, *imperatoris auguſti, de noſtra apoſtolica ſede tibi tranſmiſſum eidem gratulare. Etenim ut te plantauit conditor tuus ille primus,* HEINRICVS, *caeſar auguſtus; ſic eſt hic ſecundus ueſtigia eius ſecutus, et ut pari nomine, parique dignitate, ſic pari deuotione te rigauit, tibi incrementum dedit, et adhuc dum uſque uixerit, Deo miſerante et inſpirante, dabit. In quo te, dulciſſima ſponſa, optamus in ſecula ſeculorum creſcere, pollere, uigere, dicentes: Bene ualete.*

* *Loquitur de Heurico II. imp. et rege III. huius nominis.*

CAPVT. XVII.

Leonis IX. diploma de priuilegiis eccleſiae Bambergenſis.

* *Mortuus eſt Clemens II. papa anno* 1047. *Vii. Id. Octob. menſe uono a ponſificatu anno.*

POſt huius piae memoriae * CLEMENTIS felicem exceſſum, cum DAMASVS, papa, qui et *Poppo*, Brixienſis prius epiſcopus, ſediſſet triginta tantum dies, Leo IX. qui et Bruno, a ſupra dicto HEINRICO tertio imperatore electus, et centeſimus quinquageſimus ſecundus papa conſtitutus, in ſignum benignitatis, quam erga Babenbergenſem locum habuit, *Hartuuico III.* epiſcopo pallium direxit ab apoſtolica ſede, ſcribens ei epiſtolam in haec uerba:

* *Vide Bar.* 1048.

LEO, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.* Hartuuico, *Babenbergenſis eccleſiae uenerabili epiſcopo, perpetuam in domino IEſu Chriſto ſalutem. Si paſtores ouium ſolem gelumque pro gregis ſui cuſtodia, die ac nocte ferre contenti ſunt et, ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper uigilantibus circumſpectant: quanto ſudore, quantaque debemus peruigiles eſſe diligentia, nos, qui paſtores animarum dicimur? Attendamus et ſuſceptum officium exhibere, erga cuſtodiam dominicarum ouium, non ceſſemus, ne in die diuini examinis, pro deſidia noſtra, ante ſummum paſtorem negligentiae reatus nos excruciet, unde modo bonoris reuerentia ſublimiores inter caeteros iudicamur.*

Breue Leonis IX. ad epiſc. Bamberg.

Admiſſarum itaque ſolemnia celebranda, fraternitati tuae pallium tranſmittimus, quod anteceſſoribus tuis nunquam ante conceſſum, modo tibi primo concedimus, rogatu dilectiſſimi filii noſtri imperatoris, HEINRICI, *et pro uenerationc anteceſſoris tui, piae memoriae, domini papae* CLEMENTIS, *et pro memoria* HEINRICI, *imperatoris primi, praefatae eccleſiae conſtructoris benigniſſimi. Quo tibi ter in anno uti permittimus, ſalua auctoritate domnae metropolitanae, Moguntinae eccleſiae, ſcilicet in die S.* reſurrectionis, *et in natalitiis apoſtolorum* Petri *et* Pauli, *et in ſolennitate* S. Dionyſii, *eo quod tunc anniuerſarius dies celebratur domni papae* Clementis, *ſupra memorati, hancque diem ſanctam apoſtolica auctoritate ſtatuimus celebrem eſſe per totum epiſcopatum.*

Pallium tranſmittitur epiſcopo Bamberg. a Leone IX. Hartuico epiſcopo Bamb. primus pallio donatur. Quotiens epiſc. Bamb. pallio quotannis uti poſſit.

Cuius quoniam indumenti honor modeſtia actuum in ueritate ſeruandus eſt, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conueniant: quatenus auctore Deo, uelle utrobique poſſis eſſe conſpicuus. Itaque uita tua filiis tuis ſit regula. In ipſa, ſi qua tortitudo illis iniecta eſt, dirigatur: in eo, quod imitentur, aſpiciant; in ipſa conſiderando ſemper proficiant: ut tunc, poſt DEVM, *uideatur eſſe, quod bene uixerint. Cor ergo tuum neque proſpera, quae temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduerſa deiiciant, ſed quidquid illud fuerit, uirtute patientiae deuincatur. Nullum apud te locum odia, nullum fauor indiſcretus, inueniat. Miſericordem te, prout uirtus patitur, pauperibus exhibeto. Oppreſſis defenſio tua ſubueniat, opprimentibus moderata erectio contradicat. Nullius faciem contra iuſtitiam accipias, nullum querentem iuſta deſpicias. Cuſtodia in te aequitatis excellat, ut nec diuitem pe-*

Quid pallium ab epiſcopo poſtulet.

potentia ſua aliquid apud te extra uiam ſuadeat rationis audire; neque pauperem de ſe ſua faciat humilitas deſperare, quatenus, DEO miſerante, poſſit talis exiſtere, qualem ſacra lectio praecipit dicens: oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. *Sed his omnibus ſalubriter uti poteris, ſi magiſtram charitatem habueris. Quam qui ſecutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit.*

1. Tim. 3.

Ecce, frater chariſſime, inter multa alia iſta ſacerdotii, iſta ſunt pallii. Quae ſi ſtudioſe ſeruaueris, quod te foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem ueſtram gratia ſuae protectionis circumdet, atque ita in itineris ſui uia nos dirigat, ut poſt huius uitae amaritudinem ad aeternam dulcedinem peruenire mereamur. Data III. Nonas Ianuarii, anno domini Leonis, *papae IX. indictione ſexta.*

Vius quoniam indumenti) Codex Viennenſis. *Cuius quomodo indumenti honor modeſta actuum uenuſtate ſeruandus eſt.*

Data III. Nonas Ianuarii) In codice Viennenſi additur, *Per manum* F *diaconi, ſanctae Romanae eccleſiae bibliothecarii et cancellarii, uice domini* H. *archicancellarii et Colonienſis archiepiſcopi, anno Leonis papae Noni IV Indictione VI.* Porro litera F. ſignificatur *Fridericus.* Litera H. *Heribertus.* Poſt iſtas literas Leonis IX. ſubiicitur in codice Viennenſi ſequens diploma, quod hic annectere uiſum, quandoquidem ad res Bambergenſes pertinet.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam poſteris quam modernis, qualiter Fridericus, rogata domini ſui Guntheri V. ſanctae Babenbergenſis eccleſiae epiſcopi; allodium quoddam, Haga, quod idem praenominatus epiſcopus, antea per manum aduocati ſui, in eiusdem Friderici legauerat, cum omnibus ad eo locu pertinentibus, hoc eſt, quidquid ſupradictus epiſcopus prudii inter duos flauios, uidelicet Vſiam, quam nos uulgariter Enſam dicimus, et Ibiſam habueras, ad altare S. Petri maioris monaſterii in Babenberg legauit, pro remedio animae eius dem praenominati epiſcopi Guntheri, nec non patris et matris. Leguit etiam miniſteriales ad idem praedium pertinentes ad ſupradictum altare S. Petri in Babenberg, eo deinceps ſibi ſuisque poſteris retento iure, quod aeri miniſteriales habent eiusdem eccleſiae, quod et infra ſcriptum eſt.

Haec eſt iuſtitia Babenbergenſium miniſterialium. Si quem ex his dominus ſuus uccuſauerit, de quacunque re, licet illi iuramento ſe cum ſuis coaequalibus abſoluere, exceptis tribus: hoc eſt, ſi in uitam domini ſui, aut in camerum eius conſilium babuiſſe, arguntur, uel in munitiones eius. Caeteris uero hominibus, de quacunque obiectione, abſque uocato, cum ſuis coaequalibus, iuramento ſe poterit abſoluere. Et caeteris hominibus non plus debent, quam ſeptem perſonas, ſuis aero ſociis duodecim. Si occiſus fuerit, recompenſatio eius, decem libras ſunt, quae ad alios non pertinent, niſi ad cognatos occiſi. Si beneficium ab epiſcopo non habuerit, et repraeſentauerit ſe in eius miniſterio, et beneficium non potuerit obtinere, cui uult, militet, non beneficiarius, ſed liberi. Si abſque liberis obierit, et uxorem praegnantem habuerit, exſpectetur, dum pariat. Et, ſi maſculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non; proximus agnatus de

A *funcli loricam ſuam, uel equum, quem meliorem habuerit, domino ſuo offerat, et beneficium cognati ſui accipiat. In expeditionem iturus ex ſuo ſumptu ad dominum uenit: deinceps ex eius impenſu alatur. Si expeditio in Italia eſt, dominus per ſingulos loricas unum equum det, et tres libras. Si uero alio a duo ex illis tertio dent impenſus, beneficium habentes a domino ſuo non conſtringantur, niſi ad quinque miniſterio, hoc eſt, ut aut dapiferi ſint, aut pincernae, aut cubicularii, aut marſchalci, aut uenatores.*

B *Leguit et praenominatus Fridericus aliud praedium, inter Trimam et Vſiam ſitum, quod item praenominatus epiſcopus Guntherus illi per munum aduocati ſui leguauerat, cum utriusque ſexus mancipiis ad ſupradictam altare S. Petri maioris monaſterii in Babenberg, pro remedio animae eiusdem Guntheri epiſcopi, nec non patris et matris eius. Harum ergo traditionum teſtes per aurem tracti ſunt: palatinus comes Choono, et filius eius N. et caeteri.*

CAPVT XIIX.

C *Aduentus Leonis IX. in Germaniam. Confirmantur ab eodem eccleſiae Bambergenſis priuilegia.*

IDem quoque praeſul apoſtolicus, inuitante HEINRICO imperatore, Teutonicas partes adiens, *Ratisbonam* uenit, ſanctumque *Wolfgangum*, eius-
D dem urbis epiſcopum, de tumulo leuauit; inde *Babenberc* cum ipſo imperatore tranſiens, priuilegia eiusdem loci a cancellario ſuo *Friderico*, qui ſibi poſtea ſucceſſit, perſpici et coram imperatore populoque pronunciari mandauit, et ſua auctoritate illa confirmauit. Cuius nimirum confirmationis deſcriptio in hunc modum ſe habet.

E LEO, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,* Hartuuico, *Babenbergenſi epiſcopo, ſibique canonice in ſede epiſcopatus ſucceſſuris, in perpetuum, aeternam in domino ſalutem. Cum exigente cura paſtorali totius ſanctae eccleſiae Dei, nobis Dei prouidentia commiſſae, in partes Germaniae ueniſſemus, quae orientali Franciae adiacent, prece dilectiſſimi filii noſtri* HEINRICI, *ſecundi imperatoris et tertii regis, ac ſupra fati dilectiſſimi confratris noſtri epiſcopi,* Hartuuici, *Babenberc uenimus, et in die natalis beati Lucae, euangeliſtae, inter miſſarum ſolennia, cum uerbum Dei haberemus ad populum, praeſente nominato chariſſimo filio,* HEINRICO, *et epiſcopis quam plurimis aſtantibus, etiam laicis et diuerſis poteſtatibus ſaeculi, relecta ſunt praedeceſſorum noſtrorum priuilegia, quibus idem locus fundatus, et corroboratus eſt, auctoritate Romana ſanctae ſedis apoſtolicae; relecta eſt ibi et conſcriptio et confirmatio Wirzeburgenſis* HEINRICI *epiſcopi, quae praedictam Babenbergenſem eccleſiam* banno epiſcopali *et epiſcopii termino, accepta placita*

Leo IX. Bambergae concionatur ad populum.

F G

T com-

commutatione firmauit; quae sic acta est.

Dum HEINRICVS, in imperio primus, in regno secundus, diuini ignis amore succensus, de praediis, quae Dei gratia, hereditario iure in suae possessionis dominium peruenerant, Dei seruitium augere, construendo episcopatum atque ordinando, desideraret, quo id legitime rationabiliterque fieri potuisset, HEINRICVM, uenerabilem Wirzeburgensis ecclesiae prouisorem, quatenus praedictum locum Babenberc nuncupatum, cum pago Ratenzgaue, qui dicitur, qui ad suae dioeceseos statum pertinere uidebatur, de suo iure in eius ius, ad id perficiendum, transfunderet, studiose coepit flagitare. Qui, quoniam iustae et rationabiles causae uidebantur, eiusdem inuictissimi regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui atque militum, nec non totius populi consilio et consensu, praefatum locum, cum praedicto pago, tribus parochianis ecclesiis, cum suis adiacentiis, exceptis, quarum nomina sunt haec; Wachenrode, Lonerstat, Mülhusen, omni postmodum remota contradictione, suae potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volcuelt nominatur, in quo praefatus locus situs est, partem eidem regi concessit, quantum est de Babenberc usque ad flumen Vraha, de Vraha in Ratenzam flumen, et sic iuxta decursum eiusdem fluminis in Moin, et inde adriuulum Wichibach: deinde ad caput eiusdem riuuli, sicque qua citissime ac proxime peruenire potest ad Vraha. Et ut haec traditio firma, et inconuulsa permaneret, ipse praedictus praesul, HEINRICVS, cum canonicis suis corroborauit et subscripsit.

Vide cap. 14.

Qua subscriptione relecta, cum iuxta uotum omnium, quia semper iustis operibus fauorem debemus, et nos praedictum uenerabilem locum apostolica auctoritate uellemus corroborare, ipse praenominatus eiusdem loci episcopus, Hartuuicus, proclamationem suam fecit; quia locus suus a clericis, Adalberonis, Wirceburgensis episcopi, temeraria praesumptione inuasus esset. Quod nos, quia (utrique apogr. Bamb.) episcopi praesentes aderant, inter quos causa stabat, ibidem uolentes discutere, Adalberoni episcopo, a quo iniuria illata erat, deliberationem fecimus, ut obiectionem hanc, si posset, refelleret; si non; iustitiae satisfaceret. Tum ille, inito cum suis omnibus, qui aderant, clericis et laicis, consilio, regrediens ad ambonem, de illata iniuria se cum satisfactione excusauit et de omnibus, quae ad bannum et episcopalem iustitiam et potestatem Babenbergensis ecclesiae Christi pertinerent, ex tunc et deinceps renunciauit, exceptis bis causis, quas de bonis utriusque episcopii, ipsi inter se episcopi possent legaliter definire.

Verum nos, sicut semper de profectu gaudemus fidelium, et iustis operibus debemus augmentum, eundem Babenberc locum, ab antecessoribus nostris corroboratum, apostolica authoritate, uiua uoce corroborauimus, et eandem corroborationem nunc etiam literis signauimus, ut eundem locum et omnia, quae ibidem Deo, sancloque Petro, a felicis memoriae HEINRICO, secundo rege et primo imperatore, tradita sunt et quae in posterum iure acquiri possunt; uel iuste acquisita sunt, praedia, mancipia, aurum, argentum, pallia, uasa, ornamenta et alia utensilia, nemo audeat in perpetuum surripere, auferre, aut commutare, nisi ad utilitatem eiusdem ecclesiae. Sed episcopus eiusdem loci, uel qui in perpetuum eiusdem fuerint successores, secura eas possideant tranquillitate, ac liberam habeant potestatem, aut dominationem, omnes res et proprietates eius loci ordinare atque componere uel augmentare: dissipare uero atque confundere, nullam habeant inde potestatem aut dominationem.

Insuper pro nostra auctoritate sancimus, ut in terminis eiusdem ecclesiae nulla sit infestatio tyrannorum, uel aliorum quorumlibet hominum prauorum, siue sint in ciuitate ipsa Babenberc, siue in castellis, uillis, seruis, ancillis, tributariis, decimis, forestis, siluis, uenationibus, piscationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, aut quidquid modo illuc pertinet, aut in futurum iuste acquiri poterit, per nostrae apostolicae auctoritatis priuilegium corroboratum, in secura permaneat quiete. Nullus ibi comes aut iudex, placitum seu districtionem aliquam facere, uel tenere audeat, nisi quam per concessionem gloriosissimi imperatoris secundi, HEINRICI, uel successorum eius, episcopus eiusdem loci deliberauerit; nulla in aliqua dignitate posita magna, paruaque persona per uiolentiam irruat. Sit ille episcopatus liber, Romano tantum mundeburdio subditus: quatenus episcopus liberius et delectabilius cum clericis suis seruitio Dei possit insistere, et HEINRICI quoque, charissimi filii nostri, secundi imperatoris atque omnium, quibus debitores sunt, memoriam iugiter habere. Sed tamen idem episcopus suo metropolitano episcopo Moguntino, in canonicis causis, tantummodo sit subiectus et obediens.

Deliberatis igitur, sancitis ac corroboratis omnibus supra dictis rebus, eidem sancto loco placuit addendum insigne honoris ecclesiastici, a nostra apostolica auctoritate; ducti amore et reuerentia CLEMENTIS, piae memoriae, praedecessoris nostri, quem Deus miro * dispensationis ordine, a praelatione huius loci ad sanctae Romanae, catholicae et apostolicae ecclesiae apicem dignatus est auertere, et mira-

* Dispositionis.

bi-

bilibus e Romanis finibus defunctum corpus eius reducere: uolens hanc ecclesiam, ut aestimamus, quasi nouam, tanto decoratam esse patrono et Romanam contentam, et sufficienter praeteritis et futuris patribus manere ornatam: quin etiam amore, et desiderio fratrum, qui nos in suis recepere ecclesiasticis stipendiis et quotidianis, unum nostra * uicissitudine regere fratrem, mitras gestare concedimus licentiam, ea scilicet ratione, ut ab episcopo prouideantur digniores et honestiores presbyteri et diaconi, qui bonis moribus, uel maturis aetatibus, uel etiam praelationibus ipsius loci emineant, his uidelicet diebus; in natali domini et saluatoris nostri IESU Christi, et in coena domini, et in sabbatho sancto, et in die gloriosae resurrectionis eiusdem, et sancta pentecoste, et in die S. Georgii, et in die SS. Petri et Pauli, et assumptionis beatissimae MARIAE, et S. Dionysii, pro reuerentia nostri praelibati praedecessoris domni CLEMENTIS papae, cuius anniuersarius dies tunc ab eisdem fratribus agitur: et in anniuersario die domni HEINRICI imperatoris, eiusdem loci uenerabilis constructoris. His uero concedimus hanc dignitatem, qui tantum specialiter excubant, uel deseruiunt apud praedicti praedecessoris nostri sepulchrum. Contentos tamen his sancimus diebus fore, nec ultra a quoquam teneri usurpari, ne honor proprius apostolicae sedis uilescat.

* Nostra nicc.

Haec uero omnia supra dicta obseruari et custodiri in perpetuum, nostra apostolica auctoritate decernimus, confirmamus et roboramus. Qui uero, quod absit, huius nostri priuilegii temerarius transgressor exstiterit, Dei et beatissimae MARIAE et beatorum Petri et Pauli, omniumque sanctorum * aeterna maledictione maledicatur, et perpetui anathematis uinculis innodetur, nisi digna satisfactione resipuerit, et canonice satisfecerit. Qui uero pio corde huius obseruator priuilegii exstiterit, Dei omnipotentis et almae MARIAE, et beatorum apostolorum Petri et Pauli benedictione ditatus, aeterni regni particeps fieri mereatur. Data per manus Friderici, diaconi, bibliothecarii et cancellarii sanctae Romanae catholicae et apostolicae ecclesiae, anno dominicae incarnationis M. L III. anno uero pontificatus domini Leonis noni papae IV.

* Ex nostra apogr. Bamb.

Qui sibi postea successit) Fridericus cancellarius pontificatum adeptus, Stephani X. nomen tulit: Non tamen immediate successit Leoni IX. sed interiecto Victore II.

Quin etiam amore.) Hunc locum ita emendauimus ex codice Donauuerdano. Nam in Rebdorfensi et apographo Bambergensi plane depraua-tus erat, licet neque iam modo prorsus carere uideatur.

CAPVT XIX.

Henrici imperatoris II. regis III. constitutio, qua ecclesiae Bambergensis priuilegia confirmantur.

NEc minus ipse rex praefatus Heinricus III. * Chunradi, imperatoris filius, dudum, patre uiuente, rex constitutus, ordinationis suae anno XII. regni autem * primo, ad confirmandum Babenbergense episcopium, priuilegium, quod subiunctum est, scribi iussit, superstite adhuc Eberhardo, primo eiusdem sedis episcopo.

* Salici, cuius uitam, quae nuper prodiit, conscripsit Wippo.

* Erat hic annus domini 1039. quo Conradus imp. obiit. Vide Baron.

HEINRICVS, *Dei fauente clementia, rex. In examine Dei cuncta conspicientis aequale meritum credimus fore, dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere, totius regni curas, praecipueque omnium sanctarum Dei ecclesiarum commoda considerare, et omnia eis aduersantia sub omni festinatione abolere, ne uel graui incommoditate uilescant, uel qualibet, pro nostra culpa, orta occasione, a pristino cultu et religione recedant: quatenus dum haec pro amore, pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum, qui haec pio affectu, Deo contulerunt, meritis et gloria communicemus.*

Proinde, omnibus in Christo fidelibus, scilicet tam futuris, quam praesentibus, notum esse uolumus, qualiter ob hanc spem, per interuentum dilectissimae matris nostrae Gisilae, *imperatricis augustae, pro amore etiam dilecti fidelisque nostri* Eberhardi, *primi sanctae Babenbergensis ecclesiae episcopi, eundem locum a Diuo imperatore,* HEINRICO *secundo, pro sua suorumque anima, in episcopatum, diuina inspirante clementia, perfectae fidei charitatisque deuotione, in honore principis apostolorum,* Petri *et* S. Georgii *martyris sublimatum, consensu fidelium nostrorum sancimus et, omni contradictione remota, regalis nostrae maiestatis auctoritate corroboramus, omnes etiam res mobiles et immobiles eiusdem sanctae Dei ecclesiae, quas ipse diuus imperator, pro ardore caelestis patriae, ibidem larga manu contulit, ea ratione confirmamus, ut fidelis noster* Eberhardus, *eiusdem loci primus episcopus, eiusque in perpetuum successores, secura ea tranquillitate possideant, et liberam potestatem habeant, et res, et proprietates eiusdem ecclesiae, cum consensu clerici et populi, ordinare, componere, * et augmentare.*

* Commutare, apogr. Bamb.

Nostra quoque auctoritate sancimus, ut in abbatiis, monasteriis, comitatibus, foris, mercatibus, monetis, naulis, teloniis,

caſtellis, uillis, uiicis, areis, ſeruis, ancillis, tributariis, decimis, foreſtibus, ſiluis, uenationibus, piſcationibus, molendinis, aquis, aquarumue decurſibus, campis, pratis, piſcinis, terris cultis et incultis, libris, argento et auro, gemmis, uaſis, ornamentis, uel aliquibus utenſilibus, in cultum et religionem Dei ibidem collatis, et in omnibus terminis rebusque eiusdem eccleſiae, aut quidquid ad praeſens illuc pertinet, uel ex his amplificare poteſt: nulla ſit infeſtatio tyrannorum, nulla poteſtas irruat ibi per uiolentiam; nullus ibi comes, aut iudex legem facere praeſumat, praeter epiſcopum eiusdem loci, omnisque poſſeſſio Deo famulantium ibi pro enuuitate *habeatur. Sit ille epiſcopatus liber, et ab omni extranea et iniqua ſecurus poteſtate: quatenus ibidem Deo famulantes, et primi conſtructoris memoriam digne celebrare, nosque fautores et corroboratores poſsint et uelint Deo precibus ſuis commendare. Et ut haec noſtrae auctoritatis traditio firma et inconuulſa permaneat, hoc preuilegium inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus* A *inſigniri.*

* Enuuitas, aliquando nuuitas, et mandat ab immunitate corrupta uoce.

Haec nos de fundatione, uel confirmatione ſanctae Babenbergenſis eccleſiae, accepta occaſione, dixiſſe ſufficiant, nunc ad coeptam narrationem, de geſtis beati uiri, animum ſtylumque uertamus.

WIppo in uita Conradi Salici eximium laudem huic Heinrico tribuit. Agens enim de Conrado, quomodo poenitentia ductus fuerit, quod ob inueſtituras pecuniam accipere ſoleret; cum propoſito in poſterum a tali acceptione abſtinendi; de Heinrico ſubiungit: *Sed filius eius tertius Henricus, qui poſt patrem ex anguſtus effectus eſt, optime ac ſine omni ſcrupulo paternum autem auxauit, in omni uita ſua pro omnibus dignitatibus eccleſiaſticis unius oboli pretium non dicitur adhuc accepiſſe.* Exſtat in codice Viennenſi inter Bambergenſi eccleſiae conceſſa diplomata, aliud huius imperatoris, quod deſcribere placet; ut uideant ſcriptores, quam Romanis imperatoribus nihil cum Lutherano et Caluiniano ſpiritu commune fuerit.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus. Scimus, ac perfecte cognoſcimus ſubiugationem eccleſiarum profectum parere animarum, quia dum terrenis coeleſtia, temporalibus ſempiterna comparamus, coeleſtem ac ſempiternam requiem animabus noſtris praeparamus. Vade nouerint omnes Chriſti noſtrique fideles, tam futuri, quam praeſentes, qualiter illa ſpe inducti donauimus pro remedio animae noſtrae, dilectaeque coniugis noſtrae, ſcilicet Agnetis, noſtraeque prolis Henrici, ſeu pareatuia noſtrorum, pro pace et ſtabilitate regni, decimam manſam, rectamque fructuum decimationem totius regionis, in finibus Vngarorum, gladio ab hoſtibus acquiſitae, in paga Oſterriche, ad altare S. MARIAE in Heimenburc, et tertiam partem utilitatis, ullo modo de eadem urbe prouenientis, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus: ea uidelicet ratione, ut praepoſitus fratrum inibi Deo ſeruiturus B *entiua liberam debinc habeat poteſtatem poſſidendi, precariandi, commutandi, ſeu, quidquid libet, ad utilitatem praefatae eccleſiae inde faciendi. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis et inconcuſſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione, et propriae manus confirmatione iuſſimus inſigniri.*

CAPVT XX.

Maleuolentia et inuidia Brunonis fratris in S. Henricum.

REgis autem frater erat * *Bruno*, Auguſtenſis ſedis epiſcopus, qui felicibus fratris actibus inuidens, multas ei aduerſitatum iniurias, in quantum potuit, inferebat: et ubi per ſe non poterat, inferentibus ſe adiungebat, uel alios ad inferendas exhortando ſtimulos cis prauae incitationis ſubdebat. Cui frater non ſolum talionem non reddidit, uerum etiam inſtructus fraterna dilectione, omnia diſſimulando et patienter ſuſtinendo, illum in bono uincere ſatagebat.

* *Bruno frater S. Henrici, epiſc. Angelanat, de cuius cum fratre ſimultatibus Dittm. lib V. et VI Patientia Henrici in iniuriis tolerandis.*

CAPVT XXI.

Liberalitas S. Henrici. Eiusdem Zelotypia. S. Cunegundis innocentiam ſuam probat.

QVanta eius munificentia, quanta erga DEum liberalitas exſtiterit, tam in illa Babenbergenſi eccleſia, quam in aliis compluribus locis, manifeſtis operum declaratur indiciis. SOLVM quippe DEVM ſibi elegit heredem, quatenus et ipſe in conſortium aeternae hereditatis eum aſſumere dignaretur. Liberos etenim ſecundum carnem nec habebat, nec exſpectabat, quandoquidem eam, quam pro coniuge habere uidebatur, *Chunegundam*, nunquam cognouiſſe comprobatum eſt. Qualiter autem innotuerit, ad communem aedificationem, praetereundum non eſt, ut et caſtimoniae erudiamur exemplis, et diuinorum ſecretorum admiratione moueamur, intelligentes, quemadmodum *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Tantis namque ac talibus bonis tentatio deeſſe non potuit.

Solus Deus heres S. Henrici.

Rom. IIX.

Inuidus enim omnium bonorum diabolus, ubi torum immaculatum fauciare non potuit, zelotypiae liuore foedare cogitauit, et eius ſaltem famam laedere, cui uulnus corruptionis infligere non potuit. Facta eſt igitur, auctore diabolo, ſuſpecta criminis ea, quae non nouerat maculam corruptionis. Sed quia *crudelis eſt, qui famam negligit*, expurgationis gratia, ad uomeres eandentes illud ſibi iudicium delegit, quod propter duritiam hominum inſtitutum eſſe cognoſcitur. Cumque

Prou. XX.

De probatione per ferrum candens, etiamsi ignitos gerens Delrium lib. IV. disquisit. magic. cap. IV. q. II. sect. III.

que dilecta DEO ad illud iudicium, uelut ouis ad occisionem duceretur, ingemuit; et ait; *domine DEVS, creator coeli et terrae, qui probas renes et corda, iudica iudicium meum, et eripe me. Te enim testem et iudicem hodie inuoco, quia nec hunc praesentem* HEINRICVM, *nec alterum quenquam uirum, carnali commissione unquam cognoui.* Hoc dicto, stupentibus ac flentibus uniuersis, qui aderant, uomeres candentes, nudo uestigio calcauit et, sine adustionis molestia, secura pertransiit. Ita DEVS omnipotens uinculum castae dilectionis seruauit, innocentiam comprobauit et integritati custodiam humilitatis adhibuit.

CAPVT XXII.

S. Henricus imperator Apuliam recuperat. Beneuentanum monasterium aedificat. In monte Cassino a calculi tormentis liberatur, ope S. Benedicti.

Reg. II. Henricus imp. Apuliam domat.

INter haec beatissimi principis gloria magis ac magis proficiebat, et gratia DEI erat cum ipso: *Non declinauit clypeus eius a bello, et hasta eius non est auersa.* *Apuliam* a Graecis diu possessam, Romano imperio recuperauit et eidem prouinciae *Ismaelem* ducem praefecit. Qui postea in Babenbergensi loco mortuus et in capitulo maioris monasterii sepultus, requiescit in domino.

Ismael dux Apuliae Bambergae moritur.

Beneuentanum monasterium condidit et omni ornatus decore locupletauit. Cumque ciuitates Apuliae pertransiret, et quae ad utilitatem et honorem regni pertinebant, in eis prudentissime disposuisset, coepit in infirmitate calculi laborare. Cuius morbi molestiam uir sanctus tanta patientia sustinuit, ut passiones carnis ad custodiam humilitatis a Deo sibi collatas assereret: et flagellum correptionis certissimum signum dilectionis esse affirmaret. Fomenta tamen curationum fecit sibi adhiberi; sed nulla medicorum subtilitate ad integrum potuit liberari. Ingraueſcente autem dolore, ascendit montem *Cassinum*, petiturus, ut per interceſſionem *B. Benedicti*, et sanctae *Scholasticae*, sanitatis ei a Deo praestaretur remedium. Veniens autem ad locum, ubi sanctorum reliquiae fuerant reconditae, effudit animam suam in conspectu altissimi, et per sanctorum suffragia, *Benedicti* uidelicet et *S. Scholasticae*, precibus et lacrymis postulauit a DEO, salutem corporis et animae sibi praestari. Impletumque

Imp. Henricus calculo grauissime affligitur. Lege Leonem Ostiensem lib. II. Chron. Cassin. cap. XLII. et XLIII. qui rem paulo aliter narrat, praesertim de calculi extractione.

Montem Cassinum adit, ut a calculo liberetur.

Preces fundit coram reliquiis S. Benedicti.

est, quod per prophetam dicitur; *exquisiui dominum et exaudiuit me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* *Pſ. XXXIII.* Nam petiit et exauditus est: pulsauit ad ostium perseueranter miserantis potentiae, et intromissus est. *Luc. XI.*

Interea rex coepit cogitare, quae de translatione *S. Benedicti* audierat; et quia reliquiae eius dicebantur furtim sublatae et in alium locum translatae, ideo uir sanctus de corporali eius praesentia dubitabat. Completa itaque oratione homo DEI, ad hospitium se contulit, et lassatus ac debilitatus in lectulo se collocauit. In quo obdormiens uidit *S. Benedictum* sibi assistere, et ferrum sectorium, ad medicinales sectiones aptum, manu tenere. Qui dixit ei: *Quia speraſti in DEO et in sanctis eius, ecce missus sum a Deo, ut per meam medicinam ab infirmitate tua libereris. Ecce ego, cuius ossa furtim sublata esse putabas, praesentiam* **meam* tibi *exhibeo, et in argumentum ueritatis passiones tuas curabo.* *S. Benedictus apparet Henrico imp.* **Aptatum. Eundem a calculo mirabiliter liberat.*

Haec dicens, partem illam corporis, ubi calculus iacebat, medicinali ferro, quod manu tenebat, aperuit, & euulso molliter calculo, hiatum uulneris subita sanitate redintegrauit, calculumque, quem tulerat, in manu regis dormientis reposuit. Quo facto, christianissimus imperator euigilauit et pertractans secum, quae circa ipsum per confessorem Christi gesta fuerant, uidensque calculum, quem manu tenebat, uocauit satelites, qui regio more sibi semper assistebant, dixitque ad eos: pontifices regnique nostri principes uocate ad me, ut cognoscant et uideant mirabilia DEI, quae ineffabilis misericordia, et inenarrabilis potentia eius fecerunt in me. At illi mandata regis celeri cursu perferentes ad principes, perduxerunt eos ad regem. Quos rex salutans resalutatusque ab eis, sic allocutus eos est: *Fratres & commilitones mei, magnificate dominum mecum & exaltemus nomen eius, in id ipsum, quia ipse est magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. Ipse percutit et medetur, flagellat peccatores & poenitentibus miseretur. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini uini meri plenus misto. En ego, qui heri morti proximus fui, per misericordiam* DEI *hodie uobis appareo sanus et aculeum mortis, quem heri gestaui inclusum corpori meo, hodie oculis nostris uisibiliter ostendo.* *Oratio imp. ad pr ncipes.* *Pſ. XXXIII.* *Pſ. CXLIV.* *Pſ. LXXIV.*

Haec dicens, ostendit calculum, quem manu tenebat, et ostendens cicatricem uulneris, omnia, quae per sanctum *Benedictum* circa ipsum gesta erant, cunctis audientibus, ex ordine referebat. At illi uidentes et audientes mirabilia Dei *Calculum emptum ostendit principibus.*

uti in terminis, et in rebus eiusdem ecclesiae nulla sit infestatio tyrannorum, uel aliorum quorumlibet prauorum hominum, siue sint in ciuitate ipsa Babenberc, *siue in castellis et uillis, seruis et ancillis, tributariis, decimis,* * *foresti*bus, *siluis, piscationibus, uenationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, et quidquid modo illuc pertinet, uel in futurum acquiri possit, per nostrae auctoritatis priuilegium corroboratum, in secura quiete permaneat. Nullus ibi comes aut iudex legem facere praesumat, nisi quam per concessionem gloriosissimi regis* HEINRICI, *uel successorum eius, episcopus loci eiusdem deliberet. Nulla aliena potestas ibi per uiolentiam irruat. Sit ille episcopatus liber, et ab omni potestate extranea securus, Romano tantummodo* mundiburdio *subditus: quatenus episcopus eo melius cum canonicis suis seruitio Dei possit insistere, et primi constructoris eiusdem loci, et recuperatoris iugiter memoriam habere. Sit tamen idem suo metropolitano* *subiectus, atque obediens. Quicunque haec praecepta seruaueVerst.

Mundeburde ust tutela, tuitio, defensio, dicitur et Mundburgium.

* In Cod Vienn. additur: archiepiscopo Moguntino.

rit, diuinam remunerationem, et apostolicam benedictionem accipiat. Qui autem contemptor, et uiolator exstiterit, perpetui anathematis damnationi subiaceat, nisi resipiscens ad satisfactionem perueniat. Scriptum per manus Petri notarii, et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae, in mense Iunio* indict. V.

* Est hic annus domini 1007. Ioan. Pupae, quinti.

CAPVT XII.

Altera synodus Francofordensis.

Aliu synodus Franc. in qua comprobatur et recipitur Bulla pontificis. De Willigiso lege Serarium lib. 5. rerum Mogunt. Fuit is primus elector inter Moguntinos antistites.

HAbito igitur rursum generali concilio in *Franchenfurt*, cui praesedit uenerabilis archiepiscopus *Willigisus*, Moguntinus, uniuersi archiepiscopi et episcopi, qui interfuerunt, numero * XXXVI. debita cum ueneratione priuilegium hoc sedis apostolicae suscipientes, unanimiter deuotis mentibus laudauerunt, et *scribendum roborauerunt.

* XXX. VII. sic apogr. Bamb.

De supradictis uero parochiae terminis ab ecclesia *Wirceburgensi* commutatis: ne qua fieret inposterum querela, uel dubitatio, subiectam conscribi pagi-

* Subscribendo. Sic apogr. Bamb. idem.

nam fecerunt: cui subscripsit primo quidem ipse *Heinricus*, Wirceburgensis episcopus, deinde eiusdem ecclesiae praepositi, siue presbyteri, numero nouem.

De Bulla Ioannis pontificis, et quindm praesules eam subscriptione sua confirmarint, ita codex Vienn.

Quod uidelicet priuilegium uenerabiles patres in supradicto Frankenfurt habito generali concilio consistentes, summa ueneratione legendo suscipentes, et apostolicae auctoritati obedientes, deuotis mentibus subscribendo, unanimiter laudauerunt, communiterque corroborauerunt. Willigisus sanctae Moguntinensis ecclesiae archiepiscopus, qui eidem synodo nice Romanae ecclesiae praesidebam, collaudans, et subscripsi: Ratherus Padelbrunnensis ecclesiae episcopus interfui et subscripsi. Megingandus Eichstatensis episcopus interfui et subscripsi. Berenwardus Hildinsheimensis episcopus interfui et subscripsi. Lambertus Constantiensis episcopus interfui et subscripsi: Arnoldus Halberstatensis interfui et subscripsi. Oudalricus Curiensis episcopus interfui, et subscripsi. Burchardus Wormaciensis episcopus interfui et subscripsi. Werenharius Argentinaensis episcopus interfui. Walterus Spirensis episcopus interfui et subscripsi. Bruno Augustensis episcopus interfui, collaudani et subscripsi. Ludolphus Treuerensis archiepiscopus interfui et subscripsi. Bertoldus Tullensis episcopus interfui: Heimo Virdunensis episcopus interfui et subscripsi. Hartwigius Iuuarensis archiepiscopus interfui: Christianus Putuiensis episcopus interfui et subscripsi. Gebehardus Ratisbonensis interfui et subscripsi. Egibertus Frisingensis episcopus interfui et subscripsi. Adelbero Brixiensis episcopus interfui et subscripsi Heribertus archiepiscopus Coloniensis interfui, ad notum synodi, et subscripsi Schwidgerus Munedargeforstensis episcopus interfui et subscripsi. Ausfridus Traiectensis episcopus interfui et subscripsi. Theodoricus Mindensis episcopus interfui et subscripsi. Dietmarus episcopus Osneburgensis interfui et subscripsi. Tagino archiepiscopus Magdeburgensis interfui et subscripsi. Hildibardus Cazensis episcopus interfui et subscripsi. Burchardus archiepiscopus Lundunensis interfui et subscripsi. Baldolphus archiepiscopus Taurentasiensis interfui et subscripsi. Hugo Genuensis subscripsi. Anastasius Tigurorum archiepiscopus interfui et subscripsi. Adelbero Basiliensis interfui et subscripsi. Hugo Genuensis subscripsi. Henricus Lausonensis subscripsi. Ekchebardus Sleswigensis subscripsi. Albericus Cumanus episcopus interfui, et subscripsi. Richolphus Tergestinensis ecclesiae episcopus interfui et subscripsi.

CAPVT XIII.

Litterae episcopi Herbipolensi quibus confirmat transactionem et iurium permutationem inter se et Henricum regem.

OMnium sanctae Dei ecclesiae fidelium, tam praesentium, quam futurorum, notitiam non latere desideramus, qualiter gloriosissimus rex, HEINRICVS, *diuinae, ut credimus, admonitionis stimulo compunctus, de praediis, quae Dei gratia hereditarioque iure parentum, in suae possessionis dominium peruenerant, Dei seruitium augere, episcopatum constituendo, desiderans; quo id legitime, rationabiliterque fieri potuisset,* Heinricum, *uenerabilem Wirceburgensis ecclesiae prouisorem, quatenus quendam locum,* Babeberch *nuncupatum, cum pago* Razengeuum *dicto, qui ad suae dioeceseos statum pertinere uidebatur, de suo iure in suum ius ad id perficiendum transfunderet, studiose coepit flagitare.*

Quae, quoniam iustae et rationabiles causae uidebantur, eiusdem augustissimi, et inuictissimi regis petitionibus acquiescens, cum communi cleri sui atque militum,

tum, nec non totius populi consilio et consensu, praefatum locum cum praedicto pago, tribus parochianis ecclesiis exceptis, cum suis adiacentiis, quarum haec sunt nomina, Wachenrode, Lonerstat, Mülehusen, omni postmodum remota contradictione, suae potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volcfeld uocatur, in quo praefatus locus situs est, partem eidem regi concessit, quantum est de Babenberch ad flumen Vraha; de Vraha in Ratenzam flumen, et sic iuxta decursum eiusdem fluminis in * Moin, et inde ad riuulum Wichibach; deinde ad caput eiusdem riuuli, sicque qua citissime et proxime peruenire potest ad Vraha. Actum in ciuitate Wirceburgensi, praesente serenissimo imperatore HEINRICO, ea conditione, ut decimam * in noualibus iam incisis, et ad * mansum mensuratis cum ueteri decima non commutata, Wirceburgensis ecclesia retineat. In noualibus uero posthinc excolendis decimam Babenbergensis ecclesia possideat cum termino commutato.

* Monus.

* Mansus seu mansum, fundus, praedium, hereditum.

(*In pago Ratengew*) Codex Viennensis: cum pago qui Ratenzgau dicitur.

(*In suum ius*) consentit codex Viennensis. Apographon Bambergense ad suum ius.

(*Wichibach*) codex Viennensis, *Wichenbach*. Apographum Bambergense *Wichobach*.

(*Ad Vraha*) In codice Viennensi subiiciuntur lecta. *Et ut haec conditio firma atque inconuulsa permaneat, ipse praesul Henricus roborauit et subscripsit. Actum, &c.*

(*Non commutata*) Codex Viennensis *non commutato*, paulo post. *cum termino commutato.*

CAPVT XIV.

Literae patriarchae Aquileiensis ad Henricum episcopum Wirtzburgensem.

Literae patriarchae Aquileiensis: de quo infra iterum mentio, ubi de Bambergensi ecclesiae dedicatione agitur.

SEd et IOANNES, Aquileiensis patriarcha, opus tam laudabile regis excellentissimi et piam erga Christum deuotionem toto affectu amplectens, *Heinrico*, episcopo Wirceburgensi, gratulationis plenam scripsit epistolam.

Beatissimo domino et sincera charitate diligendo, Heinrico, *sanctae Wirceburgensis ecclesiae episcopo uenerabili*, Ioannes, *Aquileiensis ecclesiae patriarcha, cum omnibus suae dioeceseos episcopis, fraternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, IESU CHristo, domino nostro.*

Licet, reuerende frater, fraternae dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis, quae conditor humani generis misericorditer ad salutem quotidie disponit, immensas gratiarum actiones ipsi agere debeamus: quandocunque tamen, uel ubicunque ex prouectu sanctae ecclesiae, uel eius exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immensae deuotionis affectu, et spiritualis exultationis effectu, illum laudare, benedicere et praedicare debemus, cuius haec dona sunt et a quo bona cuncta ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia sempiternae dignationis sacramenta ea et in suorum cordibus principum dictat, quae ad multorum exemplum et salutem profutura procurat.

In quibus unum est, quod nuper diuinitus factum, maximam mentibus nostris laetitiam generauit. Audiuimus, quod dominus noster, HEINRICVS, gloriosissimus et inuictissimus rex, diuina sibi inspirante gratia, ex suis praediis et paterna hereditate, in loco, qui dicitur Babenberc, *episcopatum, in honore beatissimi* Petri, *apostolorum principis, constituerit et, commutatione facta, digne et legaliter, cum ecclesia uestra, partem quandam ex eius dioecesi acquisiuit: atque hoc concambium apostolicae sedis priuilegio corroborauit. Quod quidem eximium et laudabile opus, et eius dignissimam liberalitatem; et uestram charitatem satis egregie praedicabilem commendat; cum et suum est, per operationem, et uestrum sit per dilectionem.*

In quo omnipotenti Deo immensas gratias referimus, ad cuius inaestimabilem gloriam spectat, quod per regem nostrum, HEINRICVM, *bonum et fidelem ministrum suum, fundatissimam pacem omnibus ecclesiis praestat, et insuper nouam formatecclesiam, per quam et de inimico humani generis in uicinas Slauorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, et innumerabilem familiam per lauacrum regenerationis sibi multiplicabit.*

Nos autem cum omnibus nostrae dioeceseos episcopis hoc diuinum opus ut commune laudamus, atque in eo iuste consentientes et subter conscribentes, in perpetuum ualere confirmamus.

CAPVT XV.

Literae S. Henrici de erecto abs se episcopatu Bambergensi.

HENRICVS, *diuina praeordinante clementia rex, omnibus ecclesiae filiis, tam futuris, quam praesentibus. Saluberrimis sacri eloquij institutionibus erudimur et praemonemur, ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda, aeterna et sine fine mansura in coelis studeamus adipisci consistoria. Gloria enim praesens fugitiua est et uana, dum possidetur, nisi in ea aliquid de coelesti aeternitate cogitetur. Sed Dei miseratio humano generi prouidit remedium, quando partem coelestis patriae, terrenae substantiae fecit esse pretium. Huius ergo nos clementiae non immemores, nec ignorantes, nos gratuito diuinae mi-*

ſerationis reſpectu, regali dignitate ſublimatos, congruum eſſe ducimus, non ſolum eccleſias ab anteceſſoribus noſtris conſtructas ampliare, ſed ad maiorem gloriam Dei, nouas aedificare, easque deuotionis noſtrae donis gratiſſimis exaltare.

Matth. V. *Quopropter dominicis non ſurdum auditum praebentes praeceptis, et deificis obtemperando intendentes ſuaſionibus, theſauros diuinae largitatis munificentia nobis collatos, in coelo deſideramus reponere, ubi neque fures effodiunt, nec furantur, neque aerugo uel tinea demolitur, ubi et dum omnia nunc congeſta recolimus, cor noſtrum deſiderio et amore ſuo pius uerſetur.*

Hinc etiam liquet ſupra recitatum diploma ad Otheboam II. et ad patrem noſtri Henrici pertinere; cum Bambergam iure hereditatis paternae ad ſe peruenisſe ſcribat.

Proinde patere uolumus omnium fidelium uniuerſitati, quod quendam paternae hereditatis noſtrae locum, Babenberc *dictum, in ſedem et culmen epiſcopatus proueximus, et Romanae ſedis auctoritate firmatum atque uenerabilis* Henrici, *Wirzburgenſis epiſcopi, conſenſu et dilectae coniugis noſtrae,* Chunegundae, *uoluntate ac pari communique omnium noſtri fidelium, tam archiepiſcoporum, quam epiſcoporum, abbatum, nec non et ducum, et comitum conſulto decretoque ac totius regni noſtri, principumque concordi deuotione laudatum, ad honorem omnipotentis Dei et beatae* MARIAE, *ſemper uirginis, et ſanctorum apoſtolorum,* Petri *et* Pauli, *nec non ſanctorum* Kiliani *et* Georgii, *fundauimus, ſtabiliuimus et corroborauimus, ut inibi noſtrum, parentumque noſtrorum, et* OTTONIS tertii *imperatoris, uidelicet anteceſſoris noſtri, celebre habeatur memoriale, et iugis pro omnibus orthodoxis* [illegible] *ſalutaris.*

Factum regis probatur ab aliorum principibus regni.

Pat. oni Bambergen. Deum et bona eccleſiae Bamb. a rege oblata.

Oblatis igitur Deo in eadem dilecta nobis eccleſia, ad honorem et decorem domus Dei, ex metallis lapidibusque preciosis, in uarios uſus ſanctuarii, uaſis ſeu ueſtibus aliisque ornamentis eccleſiaſticis, contulimus praeterea ad ſupra dictam ſedem epiſcopalem praedia, eccleſias, uicos, uillas, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſiue adhaerentiis, uidelicet utriuſque ſexus mancipiis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, ſiluis, ſagenis, uenationibus, pratis, paſcuis, campis, foreſtis, * *foreſtariis, cellariis, cenſibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, mobilibus et immobilibus et caeteris omnibus, quam rite ſcribi aut appellari poſſunt, quomodolibet utilitatibus, praeſenti noſtrae authoritatis edicto ſtatuentes, ut in Deo nobis dilectus ſaepe dictae ſedis epiſcopus,* Eberhardus, *ſuique ſucceſſores liberam dehinc habeant poteſtatem, eadem praeſcripta bona, cum omnibus appendiciis ſuis tenendi, poſſidendi, ſeu quidquid ſibi libeat, modis omnibus, in uſum epiſcopatus inde faciendi.* Quod ergo in noſtro exemplari uniuerſim de omnibus praediis et locis epiſcopatui donatis S. Henricus ſancit; id codex Viennenſis refert duntaxat ad donationem loci illius, qui Kinigeshoff appellatur.

* *Praeſtariis* ſic apogr. Bamb.

Eberhardus primat epiſcopat Bamberg.

Segenis) Apographum Bambergenſe *Segenis*. Codex Viennenſis diſcrepat: *ſaginis*, quo denotari uidetur ius porcos in ſyluas agendi, *ſaginae* cauſſa; ut fieri ſolet, ubi glandiferarum arborum copia.

CA-

CAPVT XVI.

Literae, quibus Clemens II. papa, eccleſiae Bambergenſis priuilegia et immunitates confirmauit.

NEc uero ſolummodo in uita, ſuperſtite adhuc rege glorioſiſſimo, ſed magis etiam poſt tranſitum eius de morte ad uitam, felix ipſius plantatio, Babenbergenſis uidelicet eccleſia, diuinae gratiae imbribus irrigata, de die in diem accepit incrementum, ſaepe numero a ſancta ſpecialique matre ſua, Romana eccleſia, uberibus piae conſolationis potata ac ſatiata, regum quoque ſuccedentium auctoritate uel priuilegiis, nobiliter ac firmiter in perpetuum ſublimata. Denique * *Swidegerus* ſanctus, Babenbergenſis epiſcopus, quem HEINRICVS, rex tertius, tribus inuaſoribus apoſtolicae ſedis digne et iuſte exploſis, catholicum et legitimum papam conſtituens, *CLEMENTEM II. appellauit, ipſeque et uxor eius *Agnes* in die ſancto dominici natalis, imperialem benedictionem ab illo accepit; quanto amore primae cathedrae ſuae locum dilexerit, miſſis eidem a ſede apoſtolica huiusmodi priuilegiis, ſatis oſtendit.

* *Swidegerus, ſecundus epiſcop. Bamb. ut ſcribit Hermannus.*

* *Factum eſt hoc anno dominicae 1046. Lege Baron. hoc anno et ſequenti.*

Literae Clem. II. papae, antea epiſcopi Bambergenſis.

CLEMENS, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ſacratiſſimae noſtrae* Babenbergenſi *eccleſiae in filiis et filiabus eius, clero uidelicet ac populo, perpetuam in domino ſalutem.*

Diſpenſatio ſeculorum uenit de principe coelorum, qui antequam ſecula efficerentur, praeſciuit, qualiter diſponerentur: inde ſit, ut non poſſit non impleri, quod ab aeterno illius oculo potuit praeuideri. Tanti numinis nutus te, ſuam chariſſimam filiam, Babenberc, *nobis in ſponſam legitimam deſponſauit, et arte regere, quantum in nobis fuit, ſua propitiatione donauit. Certe nulli marito circa uxorem fides purior et amor ardentior, quam circa te nobis. Nec unquam uel in mentem uenit, te deſtituere et alii adhaerere. Sed neſcio, quo diuino conſilio actum eſt, ut matri tuae omniumque eccleſiarum conſociarer, et aliquantum, tamen non omnino, a te ſepararer. Ecce enim, cum illud caput mundi, illa Romana* * *ſedes haeretico morbo laboraret, et chariſſimi filii noſtri, domini* HEINRICI, *imperatoris auguſti, praeſentia ad hoc inuigilaret, ad hoc inſtaret, ut huiusmodi aegritudinem propulſaret,* * *exploſis tribus illis, quibus idem nomen patus rapina dederat, inter tot agmina ſanctorum, qui aderant, patrum, dignatio coeleſtis gratiae noſtram indigniſſimam mediocritatem curuis niſibus refragantem, noluit eligi, et altiſſimi apoſtolorum principis uice fungi.*

Alloquitur ipſam Bamb. eccleſiam.

* *Dicit hoc propter Simoniacos, qui ſedem illam inuadebant, et uiuenter occupabant.*

* *Benedicto IX. Siluestro III. et Gregorio VI. Haec quomodo intelligendum ſit, diſces ex Bar. An. 1046.*

A *Auulſum me tunc a ſuo gratiſſimo latere, ſponſa dulciſſima, quis dolor apprehenderit, quis moeror confecerit,* * *quo pacto exprimam, neſcio, cum nobis omnem modum uideretur transgredi. Plus honoris eſt, plus decoris, plus, inquam, uitrium matri, quam filiae, utpote cui omne genu terreſtrium flectitur: procuius arbitrio ianua coeli aperitur et clauditur; aduerſus* B *quam nec portae praeualent inferorum. Non tamen tantae dominationis cupido oſtio noſtrae mentis irrepſit, cordisque ceruicem libenter inflexit. Satis nobis erat tecum: actiuam bene; contemplatiuam quoquo modo ducebamus uitam: praeſertim cum perfectus amor nec ſpeciem alterius unquam, nec intueretur opulentiam. Teſtem inuocamus aciem diuinam, non* C *commentari nos apologiam. Illa enim ſecreta cordis rimatur, cui nulla nox obtenebratur. Pro teſte quoque utimur ipſa conſcientia, ubi ſua eſt ſolicitudo continua. Interiorem pupillam nec terrarum ſpacioſitas, nec tot retundunt oppoſita; quin amicam meam, ſororem meam ſponſam meam, diligentiori cura circumſpiciam et undique* D *munitam faciam. Conceſſum nobis eſt diuinitus, non ex noſtris meritis, ut iam diximus, ius illud apoſtolicum, quo et coelis imperatur et terris. Vnde dignum duximus et accommodum decreuimus, ut de profectu noſtro tu quoque proficias et inde tibi amplius conſulas, unde nobis illa poteſtas ampliatur.*

Piiſſimae recordationis dominus HEINRICVS, *imperator auguſtus, te fundauit,* E *te erexit, te etiam in altum culmen euexit. Quo ſupplice, inexpugnabili muro et propugnaculis apoſtoli muniminis aduerſus omnes impias manus praeualentes bene circumuallata es, per praedeceſſores noſtros,* IOANNEM *ſcilicet* * *XIV. papam, et* BENEDICTVM. *Quod etiam idem nos facere cupientes, ut triplici tuitione circumcincta, per uirtutem S. Trinitatis nihil unquam patiaris laeſionis, nihil unquam ab* F *aliquo moleſtationis, ſecura ſemper et quieta manens in filiis et filiabus tuis, ſemper Deo deuote ſeruiens, deuote obediens, ſecura ſemper et quieta manens: ſtatuimus per hoc noſtri magiſterii priuilegium, ut de bonis illis omnibus, quae tibi, ſponſa chariſſima, uirgo caſtiſſima, eccleſia ſpecioſiſſima* Babenberc, *ſumma liberalitas eiusdem orthodoxi imperatoris, de ſumma deuotione procedens, pio affectu contulit, et* G *nominetenus illa per concambium conuenientiſſimum et acceptiſſimum, a* Wirceburgenſi *et* Eiſtetenſi, *epiſcopis, canonico et rationabili iudicio permutauit, uel quorumcunque poſt eum fidelium religioſa pietas obtulit et oblatura eſt, usque in perpetuum, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, nullus imperator, nullus rex, dux, marchio, comes, uicecomes, praeterea non archiepi-*

ubi etiam Gregorium excuſat, et uirum ſanctum iuſſe monſtrat. Lege eundem An. 1044.

* *Conf. Vita, quo neſcio pacto liceat exprimi.*

* *Eſt Ioan. XIX. Et Benedictus IIX.*

piſcopus, non epiſcopus, non abbas, nec ulla hominum perſona, audeat, tentet, praeſumat quidquam, uel uiolentia, uel fraude, uel furto, detrahere, minuere, mutilare.

Quod, ſi quis diabolico inſtinctu pulſatus, crudeli temeritate admittere non perhorruerit et admiſſum citius emendare neglexerit, huiusmodi hominem, quicunque ſit, de communione ſacroſanctī corporis et ſanguinis domini noſtri IESU CHRISTI, et a participio totius chriſtianitatis non ſolum excludimus, ſed etiam propulſamus: quin etiam apoſtolici anathematis acutiſſima lancea eum tranſfuerberamus, ut, pro malefactis male perditus mortem gemat aeternam, aſſociatus in gehenna inferioris inferni daemonum principi, mortis inuentori, et etiam Iudae ſacrilego et proditori, undique circumcinctus draconibus tartareis, in ultionem ſacuientibus; nec in ultimo tremendi diei iudicio ad uitam reſurgat: ſed crudeliſſimum corpus reſumens duplici contritione conteratur, infeliciſſimo et miſerrimo genere uiuendi, mos tem quaerens, et non inueniens.

Qui uero pio intuitu proprias manus ab huiusmodi temeritate ſalutaxerit et, ſi ita res exegerit, aduerſum omnes inſurgentes et quidquam auferre conantes, ea bona defenderit, ad tuum tuorumque opus, ſanctiſſima Babenberch; *illa ſcilicet, ut praedictum eſt, quae tibi collata ſunt, uel de caetero in aeternum tibi conferenda ſunt, talis ab illo benedicatur, qui ſuper Cherubim ſedet, et glorietur, pro eo, quod hoc noſtrae apoſtolicae auctoritatis priuilegium ſtudiuit obſeruare illaeſum ſuoque robore ſolidatum: quod nimirum conſilio, et uoluntate, nec non alacri promptoque animo charisſimi filii noſtri, iam ſuperius memorati* domini HEINRICI, *imperatoris auguſti, de noſtra apoſtolica ſede tibi tranſmiſſum eidem gratulare. Etenim ut te pluntauit conditor tuus ille primus,* HEINRICVS, *caeſar auguſtus; ſic eſt hic ſecundus ueſtigia eius ſecutus, et ut pari nomine, parique dignitate, ſic pari deuotione te rigauit, tibi incrementum dedit, et adhuc dum uſque uixerit, Deo miſerante et inſpirante, dabit. In quo te, dulciſſima ſponſu, optamus in ſecula ſeculorum creſcere, pollere, uigere, dicentes: Bene ualete.*

** Loquitur de Henrico II. imp. et rege III. huius nominis.*

CAPVT. XVII.

Leonis IX. diploma de priuilegiis eccleſiae Bambergenſis.

* *Mortuus eſt Clemens II. papa anno 1047. Vit. Id. Octob. menſe anno e pontificatu uno.*

POſt huius piae memoriae * CLEMENTIS felicem exceſſum, cum DAMASVS, papa, qui et *Poppo*, Brixienſis prius epiſcopus, ſediſſet triginta tantum dies, Leo IX. qui et Bruno, a ſupra dicto HEINRICO tertio imperatore electus, et centeſimus quinquageſimus ſecundus papa conſtitutus, in ſignum benignitatis, quam erga Babenbergenſem locum habuit, *Hartuuico III.* epiſcopo pallium direxit ab apoſtolica ſede, ſcribens ei epiſtolam in haec uerba:

* *Vide Ann.* 1048.

LEO, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.* Hartuuico, *Babenbergenſis eccleſiae uenerabili epiſcopo, perpetuam in domino IESU CHRISTO ſalutem. Si paſtores ouium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia, die ac nocte ferre contenti ſunt et, ut ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper uigilantibus circumſpectant: quanto ſudore, quantaque debemus peruigiles eſſe diligentia, nos, qui paſtores animarum dicimur? Attendamus et ſuſceptum officium exhibere, erga cuſtodiam dominicarum ouium, non ceſſemus, ne in die diuini examinis, pro deſidia noſtra, ante ſummum paſtorem uegligentiae reatus nos excruciet, unde modo honoris reuerentia ſublimiores inter caeteros uideamur.*

Breue Leonis IX. ad epiſc. Bamberg.

Ad miſſarum itaque ſolemnia celebranda, fraternitati tuae pallium tranſmittimus, quod anteceſſoribus tuis nunquam ante conceſſum, modo tibi primo concedimus, rogatu dilectiſſimi filii noſtri imperatoris, HEINRICI, *et pro uenerationc anteceſſoris tui, piae memoriae, domini papae* CLEMENTIS, *et pro memoria* HEINRICI, *imperatoris primi, praefatae eccleſiae conſtructoris benigniſſimi. Quo tibi in anno uti permittimus, ſalua auctoritate domnae metropolitanae, Maguntinae eccleſiae, ſcilicet in die S.* reſurrectionis, *et in natalitiis apoſtolorum* Petri *et* Pauli, *et in ſolemnitate* S. Dionyſii, *eo quod tunc anniuerſarius dies celebratur domni papae* Clementis, *ſupra memorati, hancque diem ſanctam apoſtolica auctoritate ſtatuimus celebrem eſſe per totum epiſcopatum.*

Pallium tranſmittitur epiſcopo Bamberg. a Leone IX. Hartuicus epiſcopus Bamb. primus pallio donatur. Quotiens epiſc. Bamb. pallio quotannis uti poſſit.

Cuius quoniam indumenti honor modeſtia actuum in ueritate ſeruandus eſt, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conueniant: quatenus auctore Deo, recte utrobique poſſis eſſe conſpicuus. Itaque uita tua filiis tuis ſit regula. Ipſa, ſi qua tortitudo illis iniecta eſt, dirigatur: in eo, quod imitentur, aſpiciant; in ipſa conſideranda ſemper proficiant: ut tuum, poſt DEVM, *uideatur eſſe, quod bene uixerint. Cor ergo tuum neque proſpera, quae temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduerſa deiiciant, ſed quidquid illud fuerit, uirtute patientiae deuincatur. Nulluni apud te locum odia, nullum fauor indiſcretus, inueniat. Miſericordem te, prout uirtus patitur, pauperibus exhibeto. Oppreſſis defenſio tua ſubueniat, opprimentibus moderata erectio contradicat. Nullius faciem contra iuſtitiam accipias, nullum querentem iuſta deſpicias. Cuſtodia in te aequitatis excellat, ut nec diuitem po-*

Quid pallium ab epiſcopo poſtulet.

potentia ſua aliquid apud te extra uiam ſuadeat rationis audire; neque pauperem de ſe ſua faciat humilitas deſperare, quatenus, DEO miſerante, poſſit talis exiſtere, qualem ſacra lectio praecipit dicens: oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. *Sed his omnibus ſalubriter uti poteris, ſi magiſtram charitatem habueris. Quam qui ſecutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit.*

1. Tim. 3.

Ecce, frater chariſſime, inter multa alia iſta ſacerdotii, iſta ſunt pallii. Quae ſi ſtudioſe ſeruaueris, quod te foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem ueſtram gratia ſuae protectionis circumdet, atque ita in itineris ſui uia nos dirigat, ut poſt huius uitae amaritudinem ad aeternam dulcedinem peruenire mereamur. Data III. Nonas Ianuarii, anno domini Leonis, *papae IX. indictione ſexta.*

Cuius quoniam indumenti) Codex Viennenſis. *Cuius quomodo indumenti honor modeſta electorum uiuacitate ſeruandus ſit.*

Data III. Nonas Ianuarii) In codice Viennenſi additur, *Per manum* F. *diaconi, ſanctae Romanae eccleſiae bibliothecarii et cancellarii, uice domini H. archicancellarii et Colonienſis archiepiſcopi, anno Leonis papae Noni IV. Indictione VI.* Porro litera F. ſignificatur *Fridericus.* Litera H. *Heribertus.* Poſt iſtas literas Leonis IX. ſubiicitur in codice Viennenſi ſequens diploma, quod hic annectere uiſum, quandoquidem ad res Bambergenſes pertinet.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam poſteris quam modernis, qualiter Fridericus, rogatu domini ſui Guntheri V. ſanctae Babenbergenſis eccleſiae epiſcopi; aliodum quoddam, Haga, quod idem praenominatus epiſcopus, antea per manum adaocati ſui, in eiusdem Friderici legauerat, cum omnibus ad eo loca pertinentibus, hoc eſt, quidquid ſupradictus epiſcopus praedii inter duos fluuios, aidelicet Vſiam, quam nos uulgariter Enſam dicimus, et Ibiſam habuerat, ad altare S. Petri maioris monaſterii in Babenberg legauit, pro remedio animae eiusdem praenominati epiſcopi Guntheri, nec non patris et matris. Legauit etiam miniſteriales ad idem praedium pertinentes ad ſupradictam altare S. Petri in Babenberg, eo deinceps ſibi ſuisque poſteris retento iure, quod ueri miniſteriales habent eiusdem eccleſiae, quod et infra ſcriptum eſt.

Haec eſt iuſtitia Babenbergenſium miniſterialium. Si quem ex his dominus ſuus accuſauerit, de quacunque re, licet illi iuramento ſe cum ſuis coaequalibus abſoluere, exceptis tribus: hoc eſt, ſi in uitam domini ſui, aut in cameram eius conſilium habuiſſe, arguitur, aut in munitiones eius. Caeteris uero hominibus, de quacunque obiectione, absque adaocato, cum ſuis coaequalibus, iuramento ſe poterit abſoluere. Et caeteris hominibus non plus debent, quam ſeptem perſonas, ſuis uero ſociis duodecim. Si occiſus fuerit, recompenſatio eius, decem libras ſunt, quae ad alios non pertinent, niſi ad cognatos occiſi. Si beneficium ab epiſcopo non habuerit, et repraeſentauerit ſe in eius miniſterio, et beneficium non potuerit obtinere, cui uult, militet, non beneficiarius, ſed liber. Si absque liberis obierit, et uxorem praegnantem habuerit, exſpectetur, dum pariat. Et, ſi maſculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Siuero; proximus agnatus de-

functi loricam ſuam, uel equum, quem meliorem habuerit, domino ſuo offerat, et beneficium cognati ſui accipiat. In expeditionem itarus ex ſuo ſumptu ad domum ueniat: deinceps ex eius impenſa alatur. Si expeditio in Italia eſt, dominus per ſingulas loricas unum equum det, et tres libras. Si uero alio a duo ex illis tertio dent impenſas, beneficium habentes a domino ſuo non conſtringantur, niſi ad quinque miniſteria, hoc eſt, aut aut dapiferi ſint, aut pincernae, aut cubicularii, aut marſchalci, aut uenatores.

Legauit et praenominatus Fridericus aliud praedium, inter Trimam et Vſiam ſitum, quod item praenominatus epiſcopus Guntherus illi per manum adaocati ſui legauerat, cum utriusque ſexus mancipiis ad ſupradictam altare S. Petri maioris monaſterii in Babenberg, pro remedio animae eiusdem Guntheri epiſcopi, nec non patris et matris eius. Harum ergo traditionum teſtes per aurem tracti ſunt: palatinus comes Chouno, et filius eius N. et caeteri.

CAPVT XIIX.

Aduentus Leonis IX. in Germaniam. Confirmantur ab eodem eccleſiae Bambergenſis priuilegia.

IDem quoque praeſul apoſtolicus, inuitante HEINRICO imperatore, Teutonicas partes adiens, *Ratisbonam* uenit, ſanctumque *Wolfgangum*, eiusdem urbis epiſcopum, de tumulo leuauit; inde *Babenberc* cum ipſo imperatore tranſiens, priuilegia eiusdem loci a cancellario ſuo *Friderico*, qui ſibi poſtea ſucceſſit, perſpici et coram imperatore populoque pronunciari mandauit, et ſua auctoritate illa confirmauit. Cuius nimirum confirmationis deſcriptio in hunc modum ſe habet.

Leo IX. Bambergae concionatur ad populum.

LEO, *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,* Hartuuico, *Babenbergenſi epiſcopo, ſibique canonice in ſede epiſcopatus ſucceſſuris, in perpetuum, aeternam in domino ſalutem. Cum exigente cura paſtorali totius ſanctae eccleſiae Dei, nobis Dei prouidentia commiſſae, in partes Germaniae ueniſſemus, quae orientali Franciae adiacent, prece dilectiſſimi filii noſtri* HEINRICI, *ſecundi imperatoris et tertii regis, ac ſupra fati dilectiſſimi confratris noſtri epiſcopi,* Hartuuici, *Babenberc uenimus, et in die natalis beati Lucae, euangeliſtae, inter miſſarum ſolennia, cum uerbum Dei haberemus ad populum, praeſente nominato chariſſimo filio,* HEINRICO, *et epiſcopis quam plurimis aſtantibus, etiam laicis et diuerſis poteſtatibus ſaeculi, relecta ſunt praedeceſſorum noſtrorum priuilegia, quibus idem locus fundatus, et corroboratus eſt, auctoritate Romana ſanctae ſedis apoſtolicae; relecta eſt ibi et conſcriptio et confirmatio Wirzeburgenſis* HEINRICI *epiſcopi, quae praedictam Babenbergenſem eccleſiam* banno epiſcopali *et epiſcopii termino, accepta placito*

commutatione firmauit; quae ſic acta eſt.

Dum HEINRICVS, *in imperio primus, in regno ſecundus, diuini ignis amore ſuccenſus, de praediis, quae Dei gratia, hereditario iure in ſuae poſſeſſionis dominium peruenerant, Dei ſeruitium augere, conſtruendo epiſcopatum atque ordinando, deſideraret, quo id legitime rationabiliterque fieri potuiſſet,* HEINRICVM, *uenerabilem Wirzeburgenſis eccleſiae prouiſorem, quatenus praedictum locum* Babenberc *nuncupatum, cum pago* Ratenzgaue, *qui dicitur, qui ad ſuae dioeceſeos ſtatum pertinere uidebatur, de ſuo iure in eius ius, ad id perficiendum, transfunderet, ſtudioſe coepit flagitare.* Vide cap. 13. *Qui, quoniam iuſtae et rationabiles cauſae uidebantur, eiusdem inuictiſſimi regis petitionibus acquieſcens, cum communi cleri ſui atque militum, nec non totius populi conſilio et conſenſu, praefatum locum, cum praedicto pago, tribus parochianis eccleſiis, cum ſuis adiacentiis, exceptis, quarum nomina ſunt haec;* Wachenrode, Lonerſtat, Mühuſen, *omni poſtmodum remota contradictione, ſuae poteſtati tradidit. Alterius autem pagi, qui* Volcuelt *nominatur, in quo praefatus locus ſitus eſt, partem eidem regi conceſſit, quantum eſt de* Babenberc *uſque ad flumen* Vraha, *de Vraha in* Ratenzam *flumen, et ſic iuxta decurſum eiusdem fluminis in* Moin, *et inde ad riuulum* Wichibach: *deinde ad caput eiusdem riuuli, ſicque qua citiſſime ac proxime peruenire poteſt ad* Vraha. *Et ut haec traditio firma, et inconuulſa permaneret, ipſe praedictus praeſul,* HEINRICVS, *cum canonicis ſuis corroborauit et ſubſcripſit.*

Qua ſubſcriptione relecta, cum iuxta uotum omnium, quia ſemper iuſtis operibus fauorem debemus, et nos praedictum uenerabilem locum apoſtolica auctoritate uollemus corroborare, ipſe praenominatus eiusdem loci epiſcopus, Hartuuicus, *proclamationem ſuam fecit; quia locus ſuus a clericis,* Adalberonis, *Wirceburgenſis epiſcopi, temeraria praeſumptione inuaſus eſſet. Quod nos, quia (utrique apogr. Bamb.) epiſcopi praeſentes aderant, inter quos cauſa ſtabat, ibidem uolentes diſcutere,* Adalberoni *epiſcopo, a quo iniuria illata erat, deliberationem fecimus, ut obiectionem hanc, ſi poſſet, refelleret; ſi non; iuſtitiae ſatisfaceret. Tum ille, inito cum ſuis omnibus, qui aderant, clericis et laicis, conſilio, regrediens ad ambonem, de illata iniuria ſe cum ſatisfactione excuſauit et de omnibus, quae ad bannum et epiſcopalem iuſtitiam et poteſtatem Babenbergenſis eccleſiae Chriſti pertinerent, ex tunc et deinceps renunciauit, exceptis his cauſis, quas de bonis utriusque epiſcopii, ipſi inter ſe epiſcopi poſſent legaliter definire.*

Verum nos, ſicut ſemper de profectu gaudemus fidelium, et iuſtis operibus debemus augmentum, eundem Babenberc *locum, ab anteceſſoribus noſtris corroboratum, apoſtolica authoritate, uiua uoce corroborauimus, et eandem corroborationem nunc etiam literis ſignauimus, ut eundem locum et omnia, quae ibidem Deo, ſanctoque* Petro, *a felicis memoriae* HEINRICO, *ſecundo rege et primo imperatore, tradita ſunt et quae in poſterum iure acquiri poſſunt; uel iuſte acquiſita ſunt, praedia, mancipia, aurum, argentum, pallia, uaſa, ornamenta et alia utenſilia, nemo audeat in perpetuum furripere, auferre, aut commutare, niſi ad utilitatem eiusdem eccleſiae. Sed epiſcopus eiusdem loci, uel qui in perpetuum eiusdem fuerint ſucceſſores, ſecura eas poſſideant tranquillitate, ac liberam habeant poteſtatem, aut dominationem, omnes res et proprietates eius loci ordinare atque componere uel augmentare: diſſipare uero atque confundere, nullam habeant inde poteſtatem aut dominationem.*

Inſuper pro noſtra auctoritate ſancimus, ut in terminis eiusdem eccleſiae nulla ſit infeſtatio tyrannorum, uel aliorum quorumlibet hominum prauorum, ſiue ſint in ciuitate ipſa Babenberc, *ſiue in caſtellis, uillis, ſeruis, ancillis, tributariis, decimis, foreſtis, ſiluis, uenationibus, piſcationibus, molendinis, campis, pratis, paſcuis, agris cultis et incultis, aut quidquid modo illuc pertinet, aut in futurum iuſte acquiri poterit, per noſtrae apoſtolicae auctoritatis priuilegium corroboratum, in ſecura permaneat quiete. Nullus ibi comes aut iudex, placitum ſeu diſtrictionem aliquam facere, uel tenere audeat, niſi quam per conceſſionem glorioſiſſimi imperatoris ſecundi,* HEINRICI, *uel ſucceſſorum eius, epiſcopus eiusdem loci deliberauerit; nulla in aliqua dignitate poſita magna, paruaque perſona per uiolentiam irruat. Sit ille epiſcopatus liber, Romano tantum mundeburdio ſubditus: quatenus epiſcopus liberius et delectabilius cum clericis ſuis ſeruitio Dei poſſit inſiſtere, et* HEINRICI *quoque, charisſimi filii noſtri, ſecundi imperatoris atque omnium, quibus debitores ſunt, memoriam iugiter habere. Sed tamen idem epiſcopus ſuo metropolitano epiſcopo Moguntino, in canonicis causſis, tantummodo ſit ſubiectus et obediens.*

Deliberatis igitur, ſancitis ac corroboratis omnibus ſupra dictis rebus, eidem ſancto loco placuit addendum inſigne bonoris eccleſiaſtici, a noſtra apoſtolica auctoritate; ducti amore et reuerentia CLEMENTIS, *piae memoriae, praedeceſſoris noſtri, quem Deus miro * diſpenſationis ordine, a praelatione huius loci ad ſanctae Romanae, catholicae et apoſtolicae eccleſiae apicem dignatus eſt auertere, et mira-*

* Diſpoſitionis.

bi-

bilibus e Romanis finibus defunctum cor- A
pus eius reducere: uolens hanc eccleſiam,
ut aeſtimamus, quaſi nouam, tanto deco-
ratam eſſe patrono et Romanam contentam,
et ſufficienter praeteritis et futuris
patribus manere ornatam: quin etiam a-
more, et deſiderio fratrum, qui nos in ſu-
is recepere eccleſiaſticis ſtipendiis et quoti-
* Noſtra uice. *dianis, unum noſtra * uiciſſitudine regere*
fratrem, mitras geſtare concedimus licen- B
tiam, ea ſcilicet ratione, ut ab epiſcopo pro-
uideantur digniores et honeſtiores presby-
teri et diaconi, qui bonis moribus, uel ma-
turis aetatibus, uel etiam praelationibus i-
pſius loci emineant, his uidelicet diebus; in
natali domini *et ſaluatoris noſtri IEſu*
Chriſti, et in coena domini, *et in* ſabbatho
ſancto, *et in die glorioſae* reſurrectionis *e-*
iusdem, et ſancta pentecoſte, *et in die* S. C
Georgii, *et in die* SS. Petri et Pauli, *et* aſ-
ſumptionis *beatiſſimae* MARIAE, *et* S.
Dionyſii, *pro reuerentia noſtri praelibati*
praedeceſſoris domni CLEMENTIS *pa-*
pae, cuius anniuerſarius dies tunc ab eis-
dem fratribus agitur: et in anniuerſario
die domni HEINRICI *imperatoris, eius-*
dem loci uenerabilis conſtructoris. His
uero concedimus hanc dignitatem, qui tan- D
tum ſpecialiter excubant, uel deſeruiunt
apud praedicti praedeceſſoris noſtri ſepul-
chrum. Contentos tamen his ſancimus
diebus fore, nec ultra a quoquam temere
uſurpari, ne honor proprius apoſtolicae ſe-
dis uileſcat.

Haec uero omnia ſupra dicta obſeruari
et cuſtodiri in perpetuum, noſtra apoſtoli- E
ca auctoritate decernimus, confirmamus
et roboramus. Qui uero, quod abſit, hu-
ius noſtri priuilegii temerarius transgreſ-
ſor exſtiterit, Dei et beatiſſimae MARIAE
et beatorum Petri *et* Pauli, *omniumque*
* Ex noſtra apogr. Bamb. *ſanctorum* aeterna maledictione maledi-*
catur, et perpetui anathematis uinculis
innodetur, niſi digna ſatisfactione reſipue-
rit, et canonice ſatisfecerit. Qui uero pio
corde huius obſeruator priuilegii exſtiterit, F
Dei omnipotentis et almae MARIAE,
et beatorum apoſtolorum Petri *et* Pauli
benedictione ditatus, aeterni regni parti-
ceps fieri mereatur. Data per manus Fri-
derici, diaconi, bibliothecarii et cancellarii
ſanctae Romanae catholicae et apoſtolicae
eccleſiae, anno dominicae incarnationis
M. C. III. I. anno uero pontificatus domini
Leonis *noni papae IV.* G

Qui ſibi poſtea ſucceſſit) Fridericus cancellarius pontificatum adeptus, Stephani X. nomen tulit: Non tamen immediate ſucceſſit Leoni IX. ſed interiecto Victore II.

Quin etiam amore.) Hunc locum ita emendauimus ex codice Donauuerdano. Nam in Rebdorfenſi et apographo Bambergenſi plane depraua-tus erat, licet nequaquam modo prorſus carere uideatur.

CAPVT XIX.

Henrici imperatoris II. regis III. conſti-
tutio, qua eccleſiae Bambergenſis
priuilegia confirman-
tur.

NEc minus ipſe rex praefatus *Hein-* * Salici, cuius uitam, quae
ricus III. * *Chunradi*, imperatoris nuper prodiit,
filius, dudum, patre uiuente, rex conſti- conſcripſit
tutus, ordinationis ſuae anno XII. re- Wippo.
gni autem * primo, ad confirmandum * Erat hic an-
Babenbergenſe epiſcopium, priuilegi- nus domini
um, quod ſubiunctum eſt, ſcribi iuſſit, ſu- 1039.
perſtite adhuc *Eberhardo*, primo eius- quo Conradus imp. obiit. Vide Baron.
dem ſedis epiſcopo.

HEINRICVS, *Dei fauente clementia,* C
rex. In examine Dei cuncta conſpicientis
aequale meritum credimus fore, dantis et
corroborantis. Credimus etiam ad rega-
lem noſtram maieſtatem pertinere, totius
regni curas, praecipueque omnium ſancta-
rum Dei eccleſiarum commoda conſidera-
re, et omnia eis aduerſantia ſub omni feſ-
tinatione abolere, ne uelgraui incommo-
ditate uileſcant, uel qualibet, pro noſtra D
culpa, orta occaſione, a priſtino cultu et re-
ligione recedant: quatenus dum haec pro
amore, pariterque timore Dei fideliter
peragimus, illorum, qui haec pio affectu,
Deo contulerunt, meritis et gloria commu-
nicemus.

Proinde, omnibus in Chriſto fidelibus,
ſcilicet tam futuris, quam praeſentibus,
notum eſſe uolumus, qualiter ob hanc ſpem, E
per interuentum dilectiſſimae matris no-
ſtrae Giſilae, *imperatricis auguſtae, pro*
amore etiam dilecti fidelisque noſtri Eber-
hardi, primi ſanctae Babenbergenſis ec-
cleſiae epiſcopi, eundem locum a Diuo im-
peratore, HEINRICO *ſecundo, pro ſua ſuo-*
rumque anima, in epiſcopatum, diuina in-
ſpirante clementia, perfectae fidei charita-
tisque deuotione, in honore principis apo- F
ſtolorum, Petri *et* S. Georgii *martyris*
ſublimatum, conſenſu fidelium noſtrorum
ſancimus et, omni contradictione remota,
regalis noſtrae maieſtatis auctoritate cor-
roboramus, omnes etiam res mobiles et im-
mobiles eiusdem ſanctae Dei eccleſiae, quas
ipſe diuus imperator, pro ardore caeleſtis
patriae, ibidem larga manu contulit, ea ra-
tione confirmamus, ut fidelis noſter Eber-
Ghardus, *eiusdem loci primus epiſcopus, e-* G
iusque in perpetuum ſucceſſores, ſecura ea
tranquillitate poſſideant, et liberam pote-
ſtatem habeant, et res, et proprietates e-
iusdem eccleſiae, cum conſenſu clericiet po-
puli, ordinare, componere, * *et augmen-* * Commutare, apogr. Bamb.
tare.

Noſtra quoque auctoritate ſancimus,
ut in abbatiis, monaſteriis, comitatibus, fo-
ris, mercatibus, monetis, naulis, telonits,

T 2 ca-

caſtellis, uillis, uiicis, areis, ſeruis, ancillis, tributariis, decimis, foreſtibus, ſiluis, uenationibus, piſcationibus, molendinis, aquis, aquarumue decurſibus, campis, pratis, piſcinis, terris cultis et incultis, libris, argento et auro, gemmis, uaſis, ornamentis, uel aliquibus utenſilibus, in cultum et religionem Dei ibidem collatis, et in omnibus terminis rebusque eiusdem eccleſiae, aut quidquid ad praeſens illuc pertinet, uel ex his amplificare poteſt: nulla ſit infeſtatio tyrannorum, nulla poteſtas irruat ibi per uiolentiam; nullus ibi comes, aut iudex legem facere praeſumat, praeter epiſcopum eiusdem loci, omnisque poſſeſſio Deo famulantium ibi pro emunitate habeatur. Sit ille epiſcopatus liber, et ab omni extranea et iniqua ſecurus poteſtate: quatenus ibidem Deo famulantes, et primi conſtructoris memoriam digne celebrare, nosque fautores et corroboratores poſſint et uelint Deo precibus ſuis commendare. Et ut haec noſtrae auctoritatis traditio firma et inconuulſa permaneat, hoc priuilegium inde conſcriptum manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.*

* Emunitas, aliquando munitas, et munitas ab immunitate corrupta uoce.

Haec nos de fundatione, uel confirmatione ſanctae Babenbergenſis eccleſiae, accepta occaſione, dixiſſe ſufficiant, nunc ad coeptam narrationem, de geſtis beati uiri, animum ſtylumque uertamus.

Wippo in uita Conradi Salici eximiam laudem huic Heinrico tribuit. Agens enim de Conrado, quomodo poenitentiae ductus fuerit, quod ob inueſituras pecuniam accipere ſoleret; cum propoſito in poſterum a tali acceptione abſtinendi; de Henrico ſubiungit: *Sed filius eius tertius Henricus, qui poſthorex et auguſtus effectus eſt, optime ac ſine omni ſcrupulo patrium uotum expleuit, in omni uita ſua pro omnibus dignitatibus eccleſiaſticis unius oboli pretium non dicitur ndhuc accepiſſe.* Exſtat in codice Viennenſi inter Bambergenſi eccleſiae conceſſa diplomata, aliud huius imperatoris, quod adſcribere placet; ut uideant ſcriptores, quam Romanis imperatoribus nihil cum Lutherano et Caluiniano ſpiritu commune fuerit.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus. Scimus, nec perfecte cognoſcimus ſublimationem eccleſiarum profectum parere animarum, quia dum terrenis coeleſtia, temporalibus ſempiterna comparamus, coeleſtem ac ſempiternam requiem animabus noſtris praeparamus. Vnde nouerint omnes Chriſti noſtrique fideles, tam futuri, quam praeſentes, qualiter illo ſpe inducti donauimus pro remedio animae noſtrae, dilectaeque coniugis noſtrae, ſcilicet Agnetis, noſtrorumque prolis Henrici, ſeu parentum noſtrorum, pro pace et ſtabilitate regni, decimum manſum, rectumque fructuum decimationem totius regionis, in finibus Vngarorum, gladio ab hoſtibus acquiſitae, in pago Oſterriche, ad altare S. MARIAE in Heimenburc, et tertiam partem utilitatis, ullo modo de eadem urbe prouenientis, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus; ea uidelicet ratione, ut praepoſitus fratrum ibi Deo ſeruiendium libertatem habeat poteſtatem poſſidendi, precarinndi, commutnadi, ſea, quidquid libet, ad utilitatem praefatae eccleſiae inde faciendi. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis et inconcuſſa permanent, hanc chartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione, et propriae manus conſirmatione iuſſimus inſigniri.

CAPVT XX.

Maleuolentia et inuidia Brunonis fratris in S. Henricum.

REgis autem frater erat * *Bruno*, Auguſtenſis ſedis epiſcopus, qui felicibus fratris actibus inuidens, multas ei aduerſitatum iniurias, in quantum potuit, inferebat: et ubi per ſe non poterat, inferentibus ſe adiungebat, uel alios ad inferendas exhortando ſtimulos eis prauae incitationis ſubdebat. Cui frater non ſolum talionem non reddidit, uerum etiam inſtructus fraterna dilectione, omnia diſſimulando et patienter ſuſtinendo, illum in bono uincere ſatagebat.

* *Bruno frater S. Henrici, epiſc. Auguſtanus, de cuius cum fratre ſimultatibus Ditm. lib V. et VI. Patientia Henrici in iniuriis tolerandis.*

CAPVT XXI.

Liberalitas S. Henrici. Eiusdem Zelotypia. S. Cunegundis innocentiam ſuam probat.

QVanta eius munificentia, quanta erga DEum liberalitas exſtiterit, tam in illa Babenbergenſi eccleſia, quam in aliis compluribus locis, manifeſtis operum declaratut indiciis. SOLVM quippe DEVM ſibi elegit heredem, quatenus et ipſe in conſortium aeternae hereditatis eum aſſumere dignaretur. Liberos etenim ſecundum carnem nec habebat, nec exſpectabat, quandoquidem eam, quam pro coniuge habere uidebatur, *Chunegundam*, nunquam cognouiſſe comprobatum eſt. Qualiter autem innotuerit, ad communem aedificationem, praetereundum non eſt, ut et caſtimoniae erudiamur exemplis, et diuinorum ſecretorum admiratione moueamur, intelligentes, quemadmodum *diligentibus Deum omnia cooperantur in bono.* Tantis namque ac talibus bonis tentatio deeſſe non potuit.

Solus Deus haberi S. Henrici.

Rom. IIX.

Inuidus enim omnium bonorum diabolus, ubi torum immaculatum ſauciare non potuit, zelotypiae liuore foedare eogitauit, et eius ſaltem famam laedere, cui uulnus corruptionis infligere non potuit. Facta eſt igitur, auctore diabolo, ſuſpecta criminis ea, quae non nouerat maculam corruptionis. Sed quia *crudelis eſt, qui famam negligit*, expurgationis gratia, ad uomeres candentes illud ſibi iudicium delegit, quod propter duritiam hominum inſtitutum eſſe cognoſcitur. Cumque

Prou. XI.

De probatione per ferrum candens, et quomodo ignitos legere Delrium lib. IV. disquisit. magic. cap. IV. q. IV. sect. III.

que dilecta DEO ad illud iudicium, uelut ouis ad occisionem duceretur, ingemuit; et ait; *domine DEVS, creator coeli et terrae, qui probas renes et corda, iudica iudicium meum, et eripe me. Te enim testem et iudicem hodie inuoco, quia nec hunc praesentem* HEINRICVM, *nec alterum quenquam uirum, carnali commistione unquam cognoui.* Hoc dicto, stupentibus ac flentibus uniuersis, qui aderant, uomeres candentes, nudo uestigio calcauit et, sine adustionis molestia, secura pertransiit. Ita DEVS omnipotens uinculum castae dilectionis seruauit, innocentiam comprobauit et integritati custodiam humilitatis adhibuit.

CAPVT XXII.

S. Henricus imperator Apuliam recuperat. Beneuentanum monasterium aedificat. In monte Cassino a calculi tormentis liberatur, ope S. Benedicti.

Reg. II. Henricus imp. Apuliam domat.

INter haec beatissimi principis gloria magis ac magis proficiebat, et gratia DEI erat cum ipso: *Non declinauit clypeus eius a bello, et hasta eius non est auersa. Apuliam* a Graecis diu possessam, Romano imperio recuperauit et eidem prouinciae *Ismaelem* ducem praefecit. Qui postea in Babenbergensi loco mortuus et in capitulo maioris monasterii sepultus, requiescit in domino.

Ismael dux Apuliae Bamberge moritur.

Beneuentanum monasterium condidit et omni ornatus decore locupletauit. Cumque ciuitates Apuliae pertransiret, et quae ad utilitatem et honorem regni pertinebant, in eis prudentissime disposuisset, coepit in infirmitate calculi laborare. Cuius morbi molestiam uir sanctus tanta patientia sustinuit, ut passiones carnis ad custodiam humilitatis a Deo sibi collatas assereret: et flagellum correptionis certissimum signum dilectionis esse affirmaret. Fomenta tamen curationum fecit sibi adhiberi; sed nulla medicorum subtilitate ad integrum potuit liberari. Ingraueſcente autem dolore, ascendit montem *Cassinum*, petiturus, ut per intercessionem *B. Benedicti*, et sanctae *Scholasticae*, sanitatis ei a Deo praestaretur remedium. Veniens autem ad locum, ubi sanctorum reliquiae fuerant reconditae, effudit animam suam in conspectu altissimi, et per sanctorum suffragia, *Benedicti* uidelicet et *S. Scholasticae*, precibus et lacrymis postulauit a DEO, salutem corporis et animae sibi praestari. Impletumque

Imp. Henricus calculo grauissimo afflictur. Lege Leonem Ostiensem lib. II. Chron. Cassin. cap. XLII. et XLIII. qui rem paulo aliter narrat, praesertim de calculi exemptione.

Monetum Cassinum adit, ut a calculo liberetur.

Preces fundit coram reliquiis S. Benedicti.

A est, quod per prophetam dicitur; *exquisiui dominum et exaudiuit me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Nam petiit et exauditus est: pulsauit ad ostium perseueranter miserantis potentiae, et intromissus est. *Psal. XXXIII.* *Luc. XI.*

Interea rex coepit cogitare, quae de translatione *S. Benedicti* audierat; et quia reliquiae eius dicebantur furtim sublatae et in alium locum translatae, ideo uir sanctus de corporali eius praesentia dubitabat. Completa itaque oratione homo DEI, ad hospitium se contulit, et lassatus ac debilitatus in lectulo se collocauit. In quo obdormiens uidit *S. Benedictum* sibi assistere, et ferrum sectorium, ad medicinales sectiones aptum, manu tenere. Qui dixit ei: *Quia speraſti in DEO et in sanctis eius, ecce missus sum a Deo, ut per meam medicinam ab infirmitate tua libereris. Ecce ego, cuius ossa furtim sublata esse putabas, praesentiam meam tibi exhibeo, et in argumentum ueritatis passiones tuas curabo.* *S. Benedictus apparet Henrico imp. Aptatum. Eundem a calculo mirabiliter liberat.*

Haec dicens, partem illam corporis, ubi calculus iacebat, medicinali ferro, quod manu tenebat, aperuit, & euulso molliter calculo, hiatum uulneris subita sanitate redintegrauit, calculumque, quem tulerat, in manu regis dormientis reposuit. Quo facto, christianissimus imperator euigilauit et pertractans secum, quae circa ipsum per confessorem Christi gesta fuerant, uidensque calculum, quem manu tenebat, uocauit satelites, qui regio more sibi semper assistebant, dixitque ad eos: pontifices regnique nostri principes uocate ad me, ut cognoscant et uideant mirabilia DEI, quae ineffabilis misericordia, et inenarrabilis potentia eius fecerunt in me. At illi mandata regis celeri cursu perferentes ad principes, perduxerunt eos ad regem. Quos rex salutans resalutatusque ab eis, sic allocutus eos est: *Fratres & commilitones mei, magnificate dominum mecum & exaltemus nomen eius, in id ipsum, quia ipse est magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. Ipse percutit et medetur, flagellat peccatores & paenitentibus miseretur. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini uini meri plenus misto. En ego, qui heri morti proximus fui, per misericordiam* DEI *hodie uobis appareo sanus et aculeum mortis, quem heri gestaui inclusum corpori meo, hodie oculis uestris uisibiliter ostendo.* *Oratio imp. ad principes. Psal. XXXIII. Psal. CXLIV. Psal. LXXIV.*

Haec dicens, ostendit calculum, quem manu tenebat, et ostendens cicatricem uulneris, omnia, quae per sanctum *Benedictum* circa ipsum gesta erant, cunctis audientibus, ex ordine referebat. At illi uidentes et audientes mirabilia DEI *Calculum exemptum ostendit principibus.*

et plus, quam credi poteſt, admirati ſunt; et benedicentes DEO diuque in laudem eius acclamantes, de incolumitate regis gauiſi ſunt. Rurſumque rex ad eos, *quas*, inquit, *gratiarum actiones, aut quæ munera tantis beneficiis condigna medico noſtro Benedicto poſſumus rependere?* At illi omnes iudicauerunt, eum regia munificentia dignum eſſe. Rex ergo ex conſilio principum ſuorum ingentia munera, in prædiis, in auro, in argento, in ornamentis plurimis eccleſiae *S. Benedicti* contulit. Et ualefaciens fratribus, qui eidem eccleſiae praefidebant, a *Caſſino* monte hilaris et ſanus diſceſſit. Ab eo autem tempore et deinceps, quadam ſpeciali dilectione et ueneratione, *S. Benedicto* et omnibus monaſticæ religionis cultoribus, ſtuduit deſeruire et, in amplificandis ac protegendis rebus eccleſiaſticis, benignus ac deuotus pater exiſtere. Hæc in Caſſino monte ſcripta inueniuntur, ut et moderni magnalia DEI in memoria habeant, et apud poſteros, per antiquitatem temporis, in obliuionem non ueniant.

Imp donis honorat S Benedictum: quæ Leo Oſtienſis ſpeciatim enumerat. Lege Baron. 1002.

IN obliuionem non ueniant) Poſt hanc capitis huius clauſulam, adiungitur in Bambergenſi apographo ſequens hiſtoria.

Et, ſi quis ſcire deſiderat, quare glorioſiſſimae imperator Henricae claudicauerit, cum primum corpore toto ſanus fuerit, hanc cauſam nouerit. Cum ipſe quodam tempore aceſſiſſet in Apuliam, pro diſponendis reipublicae negotiis, peruenit in montem Garganum, in cuius crepidine ſita eſt * *lacuitas, & in latere montis, in rupe concaua, eſt baſilica, non ab hominibus fabricata, aeque per hominem dedicata, ſed operatione diuina uel uirtute extracta: mirabiliter etenim diuina benedictione ueneraliter conſecrata eſt. Huius baſilicae exſtat patronus Michaël archangelus. In hac etenim eccleſia, qualibet hebdomada cantus angelicus, ab his, qui digni ſunt, audiri perhibetur.*

Viſio S. Henrici. *Hanc itaque baſilicam, orationis cauſa, cum cæteris Chriſti fidelibus uir Deo deuotus eſt ingreſſus. Cumque laudes diuinas ibi celebraſſent, et nota precum ſuarum cum multa deuotione Deo reddidiſſent: tempus iam aderat, quo coeleſtis exercitus, ad laudes Deo perſoluendas, templum hoc ſacrum faerat ingreſſus. Itaque cum omnes egredierentur, et qui moram faecerat, expelleretur exire; uir ſanctus poſtulabat, ut ei intra remanendi facultas concederetur.*

Igitur omnibus egreſſis, ſolus ipſe, ſperans in miſericordia Dei, ibi manere præſumpſit, et precem precibus continuauit, et genuum flexiones iteranit: in quo multis lacrymis diuinae ſe commiſit clementiae, et animam ſuam beato Michaëli archangelo, cum multa ſupplicatione ſtudait commendare. * *orationem.* *Cumque pij regis inceſſum aſcenderet eorum dominus, Deus Iſrael, qui in ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, mirabilem ei dignatae eſt oſtendere viſionem. Vidit enim angelorum multitudinem copioſam, ad inſtar ſolis ſplendidam, templum ſanctum ingredientem; ex quibus duo principale ſoleniter adorabant altare. Deinde aliis aliis coeleſtium agminum cohortes innumeras, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis ſalientes, et quaſi primatem ſuum cum gloria maxima deducentes: nec dubium hunc fuiſſe coeleſtis militiae ſigniferum. Nouiſſime uero uenerunt uidere ipſum regem angelorum dominum aementem cum poteſtate magna et uirtute. In cuius obſequio coeleſtis exercitus innumerabilis,*

et ſplendor eius incomparabilis: cuius uoluntate regantur omnia coeleſtia et terreſtria. Deinque chorus nouae Hieruſalem, in praedicta collectas baſilica, diuinum ſolenniter celebrauit obſequium.

Quo tandem completo, anus ex præcipuis angelis, ſacrum euangely textum cum maxima reuerentia d . . . . . detulit perſonae; quo illum deoſculante: iuuit angelo, at eandem deoſculandum deferret imperatori, in angula * . . . . . *angelo* * lacuni *uero tuſſa ſibi complente, prædictas Chriſti famulus, ad inſolitam tantae maieſtatis et gloriae viſionem, coepit anima paueſcere, et omnibus membris contremiſcere; tanquam dicerem cum propheta; contritum eſt cor meum, in medio mei contremuerant omnia oſſa mea. Haec angelus ille uidens; modeſte femur eius tetigit, in quiens: ne timeas electe Dei, ſurge uelociter, ſignum pacis diuinitus tibi tranſmiſſum ſuſcipiens alacriter; extemplo et ſtatim femur eius emarcuit; et exinde omni tempore uitae ſuae claudicauit.* forte. *Hieram. 23.* *Cauſa claudicationis S. Henrici.*

Simile per omnia euentus de beato Iacob legitur, cuius femur ad tactum angeli ſecum luctantis emarcuit. *Gen. 32.*

Hæc quidem, ut ueram fatear, in ſcriptura Fide digna non inueni, ſed relatu acracium et uenerabilium uirum teſtimonium, haec uera eſſe, in ueritate comperi. Et unum hoc hauſeram praeponere cancellariae epiſcopi Herbipoleuſis, Conradae nomine, qui perſecutionem paſſus compoſt obeſt propter iuſtitiam, haec, quae dicta ſunt, ſe legiſſe, confeſſim affirmauit, et in eccleſia Babebergenſi poſitus, multis audientibus narrauit; ex quibus unus mihi familiaris, et ipſe plane uir ueridicus, mihi fideliter intimauit, et adeo me ſilentio ſupprimere, ubique rogauit, at ſcriberem laudem ego potentis ſalutis, ee ſedulitate monente inductus, fideliter conſcripſi: quatenus in progenie altera haec enarrentur. Mulier ſenex eodo quieſcere, quam fidei uel frinola de ſanctis Dei ſcribere, praeſertim dum opus non habent falſis laudibus exaltari, qui ſignis et prodigiis uiruere decorari. Haec de tam gloriofo miraculo dicta ſufficiant. Et in euidens huius ſigni teſtimonium ipſius S. Henrici imago ante ianuam monaſterij ad dextram latae penes choruum S. Georgij ex . . . . . filio una ſuppoſito, ex oppoſito imaginum Adae et Euae lucide apparet.

Alii tamen, et in his nouiores Carionis chronicon, olim huius cognomenti cauſſam reddunt. Accipe ſiue Carionis, ſiue Melanchthonis, ſiue Peucери uerba: *Iogreſſus in Italiam, Ardoinam ducbus magnis praeliue uictam trucidauit. In eo bello captum Henricum; et cum, deceptis cuſtodibus, elapſus de muro ſe praecipitaſſet, laxato fraeuue crure, poſtea claudicaſſe ſcribunt; unde eo cognomentum claudi habuit.* Idem fere ſcribit Cranzius lib. 4. Saxoniae, cap. 32. ut et Martinus Hoffmannus in annalibus Bambergenſibus; qui tamen prioris eriam ſententiæ meminit, eamque Nonnoſio monacho et Nauclero Nonnaſium ſecuto, attribuit; ſubditque haec uerba: *Integram lectori ſit, quod horum uolit, credere. Claudicaſſe tamen Henricum non naturae uitio, ſed caſu quodam, certum eſt. Huius rei illuſtre adhuc bodie ante portam orientalem baſilicae cathedralis, in dextro latere, e regione Adami et Euae, cernitur indicium, lapidea imperatoris ſtatua, cuius ſiniſtro pedi, dextro brachiori, lapillus artificioſo ſubſtratus inſet.* Ex quibus lacuna, quae eſt in iam recitata hiſtoria, aliquo modo ſuppleri poteſt: et hinc iterum argumentum ſumitur, Nonnaſium monachum eſſe huius de uita S. Henrici lucubrationis parentem.

CAPVT XXIII.

Aduentus S. Henrici imperatoris Romam. Inuitatur Benedictus papa in Germaniam.

INde iter faciens Romam peruenit, ubi a BENEDICTO papa benigne et ho-

honorifice ſuſceptus, quantas miſerationes et beneficia per *S. Benedictum* ei dominus contulerit, indicauit. BENEDICTVS uero, papa, gratias egit DEO, pro omnibus beneficiis ſuis et pro ſalute regis et totius populi catholici obtulit ſacrificium laudis.

Eodem tempore, ſicut ſupra dictum eſt, rex ſanctus Babenbergenſem fundum, cum omnibus pertinentiis ſuis, beato PETRO contradidit et apoſtolico praeſuli extunc et ſemper defendendum commendauit, et in commemorationem huius pactionis, ſingulis annis album * ambulatorem cum phaleris Romano praeſuli dari conſtituit.

* Zelter.

Hoc prius factum eſt, nempe anno 1019, ut ex Hermanno, Lamberto, et Mariano tradit Baron. Sigebertus ponit aduentum Benedicti papae VIII. in Germ. anno 1020. Lege Bar. 1019.

Hoc quoque humilitate et deuotione apud dominum papam obtinuit, ut ad *Alemanniam* accederet, et *Babenberg* fundum, nouam plantationem, uiſitaret, Quod et ita factum eſt. Nam in proximo Aprili Alemanniam intrauit, omnibusque ciuitatibus illius regionis peragratis, tempore, quo condixerat, *Babenberg* locum adire diſpoſuit. Venit ergo V. feria maioris hebdomadae, hora ſexta, ſacris pontificalibus ueſtimentis indutus, ſicut iam ad peragenda myſteria Dei ac ſolenne illius diei officium proceſſurus erat: et ſuſcipitur glorioſiſſime ab imperatore atque uniuerſis, qui aderant, principibus omnique clero et populo inaeſtimabili exultationis tripudio. Vt autem in aduentu tam inſoliti, tamque exoptati hoſpitis Deo noſtro iucunda decoraque laudatio exhiberetur, prudentiſſimus regum *quatuor* in occurſum eius *choros pſallentium* decenter ordinauit. *Primum*, in fluminis ripa: *alium*, in citeriori: *tertium*, ante portam ciuitatis: *quartum*, in atrio eccleſiae; ubi primus omnium rex ipſe, data manu, papam in domum domini introducens, diuinis hinc inde hymnis canora ſuauitate reſonantibus, in epiſcopali cathedra locauit. Debitum huius ſacratiſſimae diei officium, cum duodenis epiſcopis cooperatoribus, apoſtolicus pontifex ſimiliter et aliorum dierum ſequentium ſumma deuotione celebrauit.

Aduentus Benedicti IIX. papae Bamberg.

In ſancta autem dominica paſchae, cum in matutinali officio *Aquileienſis* patriarcha lectionem primam, archiepiſcopus autem *Rauennas* ſecundam; ipſeque *apoſtolicus* recitaret tertiam; omni denique ornatu et elegantia proceſſionis ſolennia agerentur, ueluti condecuit apoſtolicam dignitatem imperialemque magnificentiam, in ſancta ſolennitate ſolennitatum, quis non iudicet tam religioſam, noſtrisque inuſitatam in regionibus celebritatem, merito in notitia omnium Babenbergenſis eccleſiae filiorum, perpetuo haberi et memoriale eius in ſeculum non derelinqui?

Sub eisdem diebus baſilicam in honore S. *Stephani IIX.* Kal. Maii idem uenerabilis papa conſecrans, precioſis muneribus, quae adhuc ibi ſeruantur, adornauit: ubi inter miſſarum ſolennia, cooperatione LXXII. epiſcoporum et unanimi conſenſu principum, epiſcopatum ab omni ſeculari poteſtate liberum eſſe conſtituit et cuncta, quae pontificali dignitati et utilitati congruerent, praeſentiae ſuae auctoritate et priuilegii ſui atteſtatione bannique firmitate roborauit. Cuius priuilegii confirmatio talis eſt.

IN honore S. Stephani) Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 47. ſcribit, a Benedicto pontifice templum in honorem S. Georgii fuiſſe conſecratum. De quo uide Baronium anno M. XIX. Sed recte noſter auctor; nam eccleſia S. Georgii iam antea anno domini M. XI. dedicata fuerat per Ioannem patriarcham Aquileienſem, ut oſtendit Hoffmannus in annalibus Bambergenſibus.

CAPVT XXIV.

Confirmatio priuilegiorum eccleſiae Bambergenſis a Benedicto pontifice.

BENEDICTVS, *ſeruus ſeruorum DEI, dilectiſſimo ſibi in Chriſto ſemper, domino et ſereniſſimo regi,* HEINRICO *a DEO coronato, ſuoque ſpirituali filio,* Eberhardo *quoque confratri, et epiſcopo ſuo, ſanctae uidelicet Babenbergenſis eccleſiae uenerabili epiſcopo, aeternam in domino ſalutem et apoſtolicam benedictionem.*

Data eſt haec bulla anno primo Benedicti, qui erat Chriſti annus 1014, *ut habetur in calce bullae. Henricum uocat regem, quia ante coronationem imperialem ſcripta eſt; nec Bamberga; ſed in Italia.*

Inter omnia, quae diuinae prouidentiae conſilio diſponuntur, ad laudem reſpicit creatoris, quod et a ſummis uiris Deoque deuotis, intuitu pietatis et ſpe aeternae retributionis, uenerabilia loca eorum ſumptibus ſublimantur rectiſſimeque ordinantur, poſſeſſionum ſuarum beneficiis cumulantur et in melioremſtatum, Chriſto auxiliante, commutantur. Vnde, dilectiſſime fili, in omnibus, quae te, ad laudem et gloriam redemptoris noſtri, deuote et miſericorditer feciſſe, manifeſtum eſt, nihil perfectius nihilque melius, ad promerendum regnum coelorum agere potuiſti, quam quod illum tibi feciſti heredem, a quo accepturus es aeternam hereditatem, quodque ſancta Babenbergenſis eccleſia ad epiſcopalis dignitatis faſtigium per te ſublimata, illic tibi beatiſſimam Dei genitricem ſemperque uirginem, MARIAM, *beatiſſimosque apoſtolos,* Petrum *et* Paulum, *una cum ſanctis martyribus* Kiliano

no *et* Georgio, *elegiſti in patrocinium. Qui, Chriſto propitio, compenſata uiciſſitudine, adipiſcendi regni cœleſtis perpetuum praeſtabunt auxilium.*

Pro tanto igitur Deo, eiusque ſanctis collato ſeruitio, in primis ipſi gratias, debitasque laudes referimus, qui tibi tam ſanctum opus faciendum inſpirauit et, ut id uotum tuum perficeres, largiſtua pietate adiuuare diſpoſuit.

* quoniam. *Deinde, * quomodo ſancta Romana eccleſia, quae bene fundata eſt ſupra firmam petram, hoc ſemper uerae charitatis habuit indicium, ut de exteriorum gauderet eccleſiarum proueſtu: competit noſtro apoſtolico moderamini, ut nos, qui eidem, Deo auctore, deſeruimus, ſancto tuo ſtudio pleniſſime congaudeamus, ſperantes tui operis habere portionem: ſi, quod tuum eſt, per laborem, noſtrum facimus per charitatem.*

Quapropter, quoniam petiiſti a nobis una cum confratre noſtro Eberhardo, *eiusdem ſanctae Babenbergenſis eccleſiae Deo digno epiſcopo, ut omnia, quae priuilegiorum auctoritate ſibi ſuaeque eccleſiae a praedeceſſoribus noſtris, uidelicet domino* IOANNE *et* SERGIO, *ſummis pontificibus, collata ſunt, noſtrae quoque auctoritatis priuilegio confirmaremus, conſiderantes, nos quidem ueſtrae deuotionis affectum piaeque uoluntatis propoſitum, libentiſſime petitionibus ueſtris aſſenſum praebere, decernimus.*

*Sergius Papa IV. Nullum tamen huius Pontificis diploma in hac hiſtoria reſtitutur.

Quocirca ſtatuentes, atque promulgantes coram Deo et terribili futuro eius examine, per huius noſtri apoſtolici priuilegii ſeriem et conſtitutionem, ſancimus et beatae Dei genitricis ſemperque uirginis, MARIAE, *nec non et beatorum apoſtolorum,* Petri *et* Pauli, *ſanctorumque martyrum* Kiliani, *et* Georgii, *caeterorumque omnium ſanctorum auctoritate, in quorum nomine praenominata eccleſia dedicata eſt, decernimus atque obteſtamur, tam apoſtolicae ſedis pontifices, quam qui eccleſiaſticas adminiſtrauerunt actiones cunctosque chriſtianitatis titulo inſignitos, ut nullus habeat licentiam de his omnibus, quae eidem eccleſiae a praedeceſſoribus noſtris per priuilegia conceſſa ſunt, uel a nobis data, uel danda ſunt, aut ab aliquibus fidelibus uiris ac mulieribus praefatae eccleſiae tradita ſunt, uel in futuris temporibus contradentur, tam in familiis, quam in terris, ſeu in aliquibus poſſeſſionibus, conuellendi, deſtruendi, moleſtandi uel alienandi. Si quis uero, quod non credimus, temerario auſu, contra ea, quae hac noſtra ſtabili et inconuulſa firmitate, pie et fideliter per hoc noſtrum priuilegium diſpoſita ſunt, contra ire tentauerit et haec, quae a nobis ad laudem Dei, proſtabilitate praeſcriptae eccleſiae, ſtatuta ſunt, refragari, aut in quoquam transgredi; ſciat ſe auctoritate beati* PETRI, *principis apoſtolorum omnium, noſtraque, cuius immeriti uicem agimus, anathematis uinculis innodatum et cum diabolo, eiusque atrociſſimis pompis, atque cum Iuda traditore domini noſtri* IESV CHRISTI, *aeterni incendii ſupplicio concremandum, niſi reſipuerit et eidem eccleſiae digna emendatione ſatisfecerit. At uero qui deuota intentione obſeruator in omnibus exſtiterit; huius noſtri apoſtolici priuilegii ad cultum Dei reſpicientis, benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Deo, et domino multipliciter conſequatur, et uitae aeternae particeps effici mereatur. Sancta Trinitas charitatem ueſtram illibatam cuſtodiat, dilectiſſime frater. Scriptum per manum* Hardi, *ſcriniarii ſanctae Romanae eccleſiae, in menſe Iunio,* * indict. XI. datum XII. Kalend. Februarii, *per manum* Benedicti, *Portuenſis epiſcopi et bibliothecarii ſanctae Romanae eccleſiae, anno, Deo propitio, pontificatus domini noſtri* Benedicti *ſummi pontificis, et uniuerſalis octaui papae primo, in menſe ſupradicto.*

Apogr. Bamb. Heberhadi. Cod. Vien. Berardi.

* Baron. ſignat Annum primum Benedicti Indictione X.

* Huius Benedicti mentionem ex uetuſto diplomate inuenies apud Bar. 1012. N. 8. ubi etiam uidebis exemplo quibus ſcriptum et datum dies ſit tribuatur.

CAPVT XXV.

Literae Benedicti papae ad Eberhardum primum eccleſiae Bambergenſis epiſcopum.

EBERHARDO primo quoque Babenbergenſis eccleſiae epiſcopo, idem papa BENEDICTVS ſcripſit epiſtolam, de confirmatione eiusdem epiſcopii in hunc modum.

BENEDICTVS, *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimo in domino* IESV CHRISTO, *filio,* Eberhardo, *ſanctae Babenbergenſis eccleſiae uenerabili epiſcopo, perpetuam ſalutem.*

Quandocunque noſtrae apoſtolicae corroborationis pie expoſcitur ſuffragium, celeri affectu eſt tribuendum. Et, ſi in his expoſcitur, quae durare perpetuo uidentur, literis eſt etiam annotandum, ne prolixitas temporum poſteris hoc reddat dubium uel incertum. Quapropter notum eſſe uolumus cunctis ſanctae eccleſiae filiis, tam praeſentibus, quam futuris, quod de epiſcopatu, quem chriſtianiſſimus HENRICVS, *imperator, ad honorem principis apoſtolorum* PETRI Babenbergae *deuotiſſime perfecit, actum in eadem eccleſia * nobis praeſentibus fit. Saepius enim omnixe dictus imperator; ſeruens nimio amore epiſcopatus, quem, tactus diuino impulſu, perfecerat honorifice, ad confirmandum eum apoſtolica auctoritate,* Babenbergam *adire nos deprecatus eſt. Cuius deprecationes aſſiduas et indefinentem*

* Ergo bulla haec data eſt poſtquam Benedictus Bambergae fuerat.

tem inſtantiam de iuſto deſiderio procedere cognoſcentes, iniquum iudicauimus, praeſentiam noſtram illi denegare et inde humanam calliditatem, contra uenerabilem locum aliquando occaſionem ſumere. Venimus ergo Babenbergam, ubi ab eodem imperatore ſuſcepti ſumus, prout poterat et nouerat melius. Eccleſiam autem cum omni integritate epiſcopatus, ſanctae Romanae eccleſiae, cui, DEO *auctore, praeſidemus, et nobis obtulit. Quod uidentes, aequum conſideranimus, ſeriem huius noſtri priuilegii et epiſcopatum confirmare in perpetuum, eumque tibi, dilectiſſime, et tuis ſucceſſoribus concedere, ea uidelicet ratione, hoc ordine, ut nullus unquam uiuentium, cuiuscunque ſit dignitatis uel ordinis, contra hanc noſtram confirmationem epiſcopatus uenire audeat, uel contra te, tuosque ſucceſſores ob hoc agere; neque liceat ei de omnibus, quae nunc habet, uel habiturus eſt praelibatus epiſcopatus, ui, fraude, aut iniqua calliditate aliquid abradere; uel te, tuosque ſucceſſores de his omnibus inquietare aliquo modo, ita ſane, ut ſingulis quibusque indictionibus, ſub nomine penſionis, equum unum album nobis, noſtrisque ſucceſſoribus perſoluat, cum ſella conueniente Romano pontifici.*

S. Henricus offert epiſcopatum Bamb. eccleſiae Romanae.

Vide Leonem Oſtien. lib. II. chron. cap. XLVII.

Si forte, quod non optamus, aliquis ſuperbus aut arrogans, temerario auſu, contra hanc noſtrae praeceptionis ſeriem, pie a nobis promulgatam, uenire aut agere tentauerit, ſciat, ſe domini noſtri IESV CHriſti, et apoſtolorum principis Petri, *cui oblatus a dicto imperatore epiſcopatus eſt, cum ſuis pertinentiis, et cuius ſuffragium et iudicium per nos noſtrosque ſucceſſores exſpectat, anathematis uinculo innodatum, et cum diabolo et cum eius atrociſſimis pompis, atque cum Iuda traditore domini et ſaluatoris noſtri, aeterno igne concremandum. Qui uero pio intuitu curator et obſeruator huius noſtrae ſalutiferae praeceptionis exiterit, benedictionis gratiam et coeleſtis retributionis gaudia a iuſtiſſimo iudice domino conſequatur. Scriptum per manus* Raphonis, *notarii, regionarii et ſcriniarii ſanctae Romanae eccleſiae.*

(Equum unum album) Hoffmannus in annalibus. *Inde priuilegia renouare aggreſſus* (Benedictus pontifex) *beneficia et iura a praedeceſſoribus ſuis* collata renouauit. *Qua de re Henricus epiſcopatum, album et phaleratum equum, ac centenas marcas argenti, ſancto Petro et ſucceſſoribus eius in ſingulos annos dandas obligauit.* Quam penſionem poſtea Leonem IX. remiſiſſe, ſcribit idem Hoffmannus.

CAPVT XXVI.

Aduentus S. Henrici Cluniacum.

Aduentus Henrici imp. Cluniacum ponitur a Bar. 1014.

VT autem ad ſuperiora redeamus, unde pauliſper digreſſi ſumus, poſtquam uir ſanctus Romae politus, omnia, quae petebat, a domino papa impetrauit, confirmatus apoſtolica benedictione, alpes Appenninas tranſcendit et, dimiſſo exercitu in terram ſuam, *Cluniacum*, eo quod multa de religione et ſtatu loci illius audiret, orationis cauſa, cum paucis familiaribus, perrexit. Vbi cum plurima ſigna religionis et ſanctitatis uidiſſet, ſancti ſpiritus igne ſuccenſus, coronam auream precioſiſſimis gemmis adornatam, ad miſſam, quae *de cathedra* Sancti *Petri* celebrabatur, obtulit et, fraternitatem monachorum ſuſcipiens, cum maxima humilitate et contritione cordis, orationibus eorum ſe commendauit et, in ſupplementum neceſſariarum rerum in *Alſatia*, optima praedia eidem congregationi contradidit. Inde iter faciens per *Leodium* et *Treuirim* tranſitum fecit et congregationes, inibi Deo famulantes, plurimis largitionibus et praediis ditauit.

Imp. offert Cluniacenſibus coronam auream.

Liberalitas imp. in monaſteria.

CAPVT XXVII.

Studium S. Henrici tam in propria et aliena ſalute curanda, quam in imperii terminis ampliſicandis.

ET mirum quod homo Dei, qui circa eccleſiaſticas utilitates tanto ſtudio, ob ſalutem animae ſuae, flagrabat, in nullo profectum regni negligebat, quin imo ſine effuſione ſanguinis, pietate et ſapientia terminos regni ſui dilatauit et imperialem dignitatem gloria et honore amplificauit et ornauit. *Boemiam* uicit et ſubiugauit, *Burgundiam* in deditionem recepit, *Pannoniam* quoque catholicae fidei et Romano imperio coadunauit. Victor autem aliarum nationum, *apoſtolus* ſit *Vngarorum*. Cum enim omnes adhuc infideles eſſent, HEINRICVS, imperator, ad fidei *confeſſionem illos attraxit. Quod ut facilius fieret, ſororem ſuam GISELAM *Stephano* regi matrimonio copulauit, ſecundum apoſtolum dicentem, *ſanctificatur uir infidelis, per mulierem fidelem, et ſanctificatur mulier infidelis, per uirum fidelem. *Stephano* itaque rege baptizato, uniuerſa *Pannonia* uerbum uitae ſuſcepit et, mira rerum nouitate, per *reges apoſtolos ſanctae catholicae eccleſiae incorporata eſt. Quam praeclara tanti apoſtolatus ſocietas; quam colenda et ueneranda

Quae regiones ſubiugauerit.

catholicae.

Sororem ſuam dat nuptui Stephano regi Hungariae.

Vnde Hungaris prima uia ſalutis.

I. Cor. VII.

Vterque ſanctorum numero adſcriptus.

utriusque ſanctitas, per quos tot ſaluati et ſanctificati ſunt. Praefatus autem rex *Vngarorum*, religioſus Deoque deuotus poſtea in executione bonorum operum permanſit; quod diuina pietas poſt mortem eius euidentibus indiciis ad ſepulcrum factis ſignorum miraculis demonſtrauit.

Burgundiorum quoque non humana ſed diuina fuit uictoria, qui cum armis et omnibus belli copiis eſſent inſtructi, uiri, ad bella doctiſſimi, armis poſitis, non hominis metu, ſed Dei nutu, rogantes ea, quae pacis ſunt, dextras dederunt. Quemadmodum ad celebranda beati MARTINI confeſſoris merita dominus pacificum belli dedit exitum: ita et nunc ſerui ſui meritis conſimilem uirtutem oſtendere dignatus eſt. *Similem ergo illum fecit gloriae ſanctorum.* Et ſicut *Moyſes* precibus magis, quam armis triumphauit; ita glorioſiſſimus princeps per arma iuſtitiae omnia bella feliciter conſummauit, ac minime funeſtam et incruentam uictoriam ſemper habuit.

Denique conſummatis glorioſiſſime huius uitae laboribus, poſtquam bonae opinionis odorem longe lateque redolere fecerat, locumque ſibi dilectum, cum caeteris monaſteriis ditando et ornando et excolendo ad perfectum adduxerat, ad percipiendam immarceſſibilem coronam ab ergaſtulo carnis a dominus eſt uocatus. Qui cum cerneret imminere ſibi mortis diem, citatis ad ſe parentibus et cognatis beatiſſimae imperatricis *Chunegundae*, nonnullis etiam regni primoribus, manu eam apprehenſam, illis commendauit, huiusmodi uerbis memoria dignis: *Hanc ecce*, inquit, *mihi a uobis, imo per Chriſtum conſignatam, ipſo Chriſto domino noſtro et uobis reconſigno, uirginem ueſtram.*

Vxorem ſuam Kunegundem uirginem reſtituit, ſicut acceperat.

reſigno Apogr. Bamb.

CAPVT XXVIII.

Obitus S. Henrici, et uiſio de eius meritis in trutina expenſis.

IN eius uero tranſitu, terra plorante, coelum exultauit, ſicut dominus per ſuam miſericordiam reuelare dignatus eſt. Sub ipſa etenim hora exitus illius cuidam ſeruo Dei in ſolitudine commoranti, diabolus ſub humana ſpecie traditur apparuiſſe. Quem uir Dei per ſpiritum protinus agnouit et ait: quo uadis? Cui ille: ad exequias, inquit, principis pergo. Ad ille reſpondit; uade, inquit, et comple negotium tuum, in quantum tibi a domino permittitur. Veruntamen conſummato officio tuo, adiuratus per Deum uiuum, ad me reuertere, ut per te rei exitum cognoſcam. Poſt modicum uero reuerſus coram ſeruo Dei gemebundus adſtitit et, uoce querula et ingenti ululatu, dixit: *Heu, heu, deluſi ſumus, in uanum laborauimus, quin etiam ab angelis Dei confuſi diſceſſimus. Aſſiſtentibus enim hinc et inde nobis et ſpiritibus angelicis, merita animae iuſte in ſtatera appenſa ſunt; et faſciculis peccatorum deprimentibus, iam poene pars noſtra praeponderauerat.* Tunc ſubito * *aduſtus* quidam ſuperueniens cum catino aureo, partis dextrae lancem onerauit, mirumque in modum parti noſtrae adeo praeponderauit, ut et ipſo catino ad terram collapſo, * ruina colliſionis ſignum impreſſerit. Itaque uictores angeli animam nobis ereptam gaudentes in ſuum conſortium abduxerunt.

Similia leguntur in compilatione chronologica.

* *Ita uocat S. Laurentium olim a tyranno in craticula aſſatum.*

* *Fractu uidelicet anſae, ut ex Crantio colligitur.*

Haec uero tametſi corporaliter geſta referantur, neceſſe tamen eſt, ut uirtute ſpirituali completa intelligantur. Res etenim ſpirituales per corporales exprimuntur imagines, cumque aliud foris agitur, aut dicitur, intus aliud geri ſignificatur. Praememoratus et ſaepe rememorandus Dei famulus, *calicem aureum*, in honorem Dei et commemorationem S. LAVRENTII, martyris, eccleſiae *Mersburgenſi* contulerat, cuius ſpeciali patrocinio coram Deo adiutus, et in ipſa ſui exitus hora creditur liberatus. Omni uero ueneratione et admiratione dignum eſſe perpenditur, quod eadem hora calix in certa cuſtodia clauſus habebatur, nec minus tamen praedictae colliſionis materiale ſignum excepit.

Quomodo, quod de ſtatera dicitur, intelligendum ſit.

QVae hoc capite de ſtatera et calice aureo referuntur, non probat Crancius; nam lib. 4. Metropoleos cap. 9. ita ſcribit: *Non habet apud me fidem fabula, quam Mersburgenſis eccleſia praedicat, de calice aureo, qui unſuſs detractu, cum in trutina meritorum ac demeritorum eius* (Henrici imperatoris) *ab Laurentio duomartyre imiceretur calix iſte, qui meritu facere et demeritis praeponderari. Non ſolent in ſanctos referri, quorum de uirtutibus tam ambiguum eſt indicium. Nec tam leui momento pendebat ſanctiſſimi regis aeterna ſalus, ut cuius ponderi calicis trutina ſtu libram in unam decidere et partem. Ego ſanctiſſimi imperatoris meritis indignum eſſe duco fabulationem. Poteſt enim aliis cauſis unſus eſſe calici detractus.* Ita Crancius.

Apud Graecos et Latinos ſpiritualis illa meritorum ac demeritorum cuiusuis animae, ex corpore iam ipſa egreſſae, conſideratio et quaſi examinatio, libra ſeu trutinae ſimilitudine et pictura mortalium oculis repraeſentatur. Hinc illa admodum frequens imago Michaelis archangeli cum ſtatera, in cuius una parte anima cum meritis: in altera demerita uiſuntur. Qua de re pulcherrime ſcribit in ſua diopetra lib. 4. cap. 20. Philippus Solitarius, uetus et Graecus Auctor, cuius uerba placet adſcribere: *Quis uel ſermo exprimat, qui intellectus tandem capiet, quam calamitatem neceſſario ſubitura ſit, quando inflabit a corpore ſeparatio? Daemones male feritati cum tumultu aduenient, chirographa et peccatorum ſcelera apportantes. Angeli humaniter ea per trutinam examinabunt, quibus daemones grauiora tua crimina adiicient. Si iuraſti, ſi furtum feciſti, ſi calumniam ſtruxiſti, ſi ſpectationes et adulteria perpetraſti, ſi auerſus impudicus fuiſti, ſi te ſupra fratres ex-*

extuliſti, ſi contra amicos mentitus es: totum denique, et ſimpliciter peccatorum tuorum catalogum, ſeu ſciens, ſeu neſciens, ſeu ſentiens, ſeu non ſentiens illa commiſeris. In humeris geſtabunt et apportabunt omnia maleficia, ſeſtinabuntque ut bominum exitio laetantes, et num peccatorum lanx deorſum uergat, obſeruabunt. Boni uero angeli in alterum lancem decenti ſpecie bona actiones imponent. Nempe ſi miſericors fuiſti, ſi fratribus pepercisti; ſi cibo eſurientem refeciſti; ſi ſitienti potum praebuiſti; ſi nudum, quibus potuiſti, tegumentis operuiſti; ſi carceri mandatos et aegrotos inuiſiſti; ſi peregrinos et hoſpitio carentes in aedes tuas induxiſti: ſi panperibus et egentibus opem attuliſti; ſi aliud humanitatis officium humaniter cupiam praeſtiſti: haec tem bora extrema tnebuntur. Quando igitur actiones tuas in medium protulerint, profanas quidem daemones, angeli autem bonas, lucidi lucidas, tenebroſi tenebroſas, et iis lances onerauerint: utrorum pars praeponderauerit, illos uoluptas et gaudium inceſſet, tanquam victores ſcilicet, et uicti contriſtabuntur uehementiſſime, ut teſtantur Gregorius magnus in dialogis, magnusque et omnimodis magnus et diuinus Autonius, magiſtrorum reuerendiſſimus, et ſanctorum decus.

Haec Philippus. At Demoſcenus iſte oratione de fidelibus defunctis. *Narrant uiri quidam diuinitus illuſtrati, hominum actiones in extremo uitae ſpiritu, non ſecus atque in trutina perpendi. Atque ſi lanx dextera altera am ſuper excedat, manifeſtum, quod is, cuius opera examinantur, in dextris reſocillabitur. Sin utraque aequaliter pendeat; uincet tamen omnino diuina miſericordia, quin etiam, ut theologi referunt, ſi ſiniſtra parum uergat, miſericordia Dei totum adimplebit, &c.*

De hac pictura ſic ſcribit Molanus lib. 3. de picturis cap. 29. *Michael archangelus cum libra pingitur, ut ſimplices, inquit Eckius, intelligant, cum poteſtatem habere animas hominum ſuſcipiendi, eorumque merita ponderandi. Quod quidem non ita intelligendum eſt, quaſi ii conſequantur uitam aeternam, in quibus bona opera praeponderant malis: illi uero diabolo relinquantur, in quibus mala bonis praeponderant. Quale quid habere uidetur incerti ſcriptoris ſermo, in appendice tomi decimi Auguſtini. Haec enim abſurdiſſime dicerentur: cum nihil coinquinatum introire poſſit in regnum caelorum: et qui offenderit in uno, factus ſit omnium reus. Sed ſignificatur hac pictura, quod debeamus depoſuiſſe omne pondus et circumſtantias nos peccatum, ut ſignifer S. Michael repraeſentet nos in lucem ſanctam, quae olim Abrahae et ſemini eius promiſſa eſt. Significatur, quod in aequitate erit iudicium de nobis. Saepe enim in ſcriptura inculcatur, quod Deus iudicabit orbem in aequitate. Sed et ſtaterae huius mentio fit in ſcriptura ſacra, Danielis quinto.* **Appenſus es in ſtatera, et inuentus es minus habens.** *Iob. cap. 31.* **Appendit me in ſtatera iuſta, ut ſcit Deus ſimplicitatem meam. Ita Molanus.**

Neque uero Crancius picturam huiuſcemodi, eut meritorum et demeritorum in altera uita quaſi examinationem, eiiicit, ſed hoc tantummodo pro improbabili habuit, illud unicum Henrici opus fuiſſe, quo ſi caruiſſet, libra in deteriorem partem uerſo fuiſſet, hoc eſt, e caelesti beatitudine exclusus fuiſſet. Procul dubio enim ſanctus ille impetrator, meritis grauiſſimus ad tribunal Dei uenit. Neque uult illa bilancis ſeu trutinae effigies ac repraeſentatio, fieri poſſe, ut quis una uel pluribus letiferis culpis irretitus, bonisque operibus ſimul inſtructus ad examen illud accedat; nam qui uel uno mortali ſcelere obſtrictus tenetur, is eo ipſo omni bonorum et laudabilium actionum fructu ac utilitate caret; et reus gehennae efficitur; ſed haec uicentium oculis et mentibus ita proponuntur et obiiciuntur, ut flagitia capitalia ſtudioſe uitent; et per bona opera uocationem ſuam certam facere ſedulo ſtudeant: cogitentque, daemonem etiam remiſſa peccata mortalia, homini opprobraturos; et fieri poſſe, ut licet quoad culpam, expiata ſint; nondum tamen totum illud temporalis poenae perſolutum ſit, quod Deo, ob iniurias per peccata illatas, perſolui debet. Vide Seſerium noſtrum in cap. 5. Ioſue q. 45. ubi elegantor de pictura S. Michaelis cum trutina diſſerit, et quid ſibi uelit, copioſe exponit.

Ceterum relationem, quam Crancius pro fabuloſa habet, aliter concinnat Cuſpinianus in Henrico II. quem uidit, cui talia cognoſcendi cupido ineſt. In Saxonia tamen ſua lib. 4 cap. 35. refert Crancius eandem hiſtoriam, et ſine ulla cenſura.

Non eſt autem hic ſilentio praetereundum, quod in Graecorum Menaeo, die 20 Ianuarii, de Petro Telonerio, qui ſub Iuſtiniano imperatore uixit, proditum legimus; nam cum prorſus eſſet in egenos immiſericors, et ſordida parcus, taliſque ab omnibus haberetur, eccidit, ut mendicus quidam, experiundi cauſſa, cum oditet, eleemoſynam poſtulans. Ὁ δὲ τῶν ἄρτων ἀφπασας ἐτα, καὶ γὰρ ἔτυχε τότε τὸν ἀρτοποιὸν τὰς παρασκευαζθέντας κομίζων ἄρτας, μετὰ θυμοῦ κατὰ τὸ πέντε, ὡσεὶ λίθον, ἠκόντισεν. ὅτω δὲ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ πατρίκιος νόσω καταρχεῖ γεγονὼς ἑαυτὸν εἶδε τῶν πραγτικῶν λόγως ὑπέχοντα, εἶτα καὶ ζυγὸς ἐδόκει παρῆναι διακρίνων ἑκάτερα ἔ μετὰ μὲν τὴν λαιὰν πλατύγγα μέλανας ἔβλεπε συναθροιζομένας, καὶ πολλὰ τῶν αὐτῆ πεφύκοτα ἄτοπα τῇ πλατύγγι καταττιθέντας, κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν λευκόμενας μὲν ἄνδρας καὶ φοβερὸς τὴν μορφὴν μὴν ἀγαθὸν ταθμίται παρεξευρίσκοντας, πλὴν τῇ ἄρτῃ ἐκεῖνα ὧν μετὰ θυμῆ κατὰ τὸ πέντε ἔβαλεν. μετὰ τούτων διαπαρῆς καὶ ἅπασεν αὐτῆ τὴν περιουσίαν πένησι διανέμας, καὶ αὐτὸ ἱμάτια δὲς πλαχῶ τινὶ, τῶν χριστὸν εἰς καθ' ὕπνως τοῦτα ἐνδεδυμένον.

Ille arreptum panem, (nam tum forte fortuna piſtor panes adferebat) irato animo, tanquam lapidem, in mendicum iecit. Nondum duo dies abierant, cum patricius (Petrus Telonatius) in grauem morbum delapſus, uidit ſe actionum ſuarum rationem dare; uidebatur quoque libra adeſſe, qua utriusque generis facta trutinabantur et examinabantur; ad cuius lacuam lancem atros quosdam cernebat, qui multa eius male facta lanci imponebant. A dextra uero parte ſatuebatur candida ueſte ueſtitos, ſed aſpectu terrificos, qui quod ponderarent, nihil inuenirebant, praeter panem illum, quem iratus poſt pauperem proiecerat. Statim ergo exſurgens omnes ſuas facultates egenis diſtribuit, et neſtimentis ſuis mendicum ueſtiuit; quibus poſtea Chriſtum in terris ſecundum quietem conſpexit: uitaque ſanctiſſime inſtituta Hieroſolymam, et deinde Conſtantinopolim petiit; ubi etiam plenus meritis uiuendi finem fecit. Haec recitare placuit, ut meritorum et demeritorum in altera uita futuram aeſtimationem, ſaepius ſub ſchemate bilancis et trutinae repraeſentatam et mortalium oculis exhibitam, ſciamus.

Lutherus etiam, in concione de natiuitate beatae uirginis impreſſo, cum aliis nonnullis Witebergae, anno M. D XXVII. aliquid ſimiliuit de hiſtoria ſeu traditione eolicis, in trutinam a S. Laurentio iniectis; ſed id non Henrico imperatori, ſed cuidam epiſcopo Merſeburgenſi accidiſſe, et eum, qui apparuit non S. Laurentium, ſed *diabolum* fuiſſe ait: et hoc ſine dubio ex nocte dedicit, qua cum diabolo de priuata miſſa diſputauit.

CAP. XXIX.

Ablutio calicis mutata in ſanguinem.

DE eodem uero calice, quid religioſorum uirorum relatione in ueritate audierimus, futurorum memoriis intimare operae pretium dignum duximus. Cum enim praedictus Chriſti confeſſor, HEINRICVS, pro diſponendis regni negotiis, *Marſipolim* ueniſſet, accidit, ut quadam die ad altare *S. Laurentii* attentiſſime miſſam audiret. Quia completa, ſicut ſemper facere conſueuerat, ablutionem calicis ſumere uolebat, ſed, interueniente magno negotio regni, quod uir ſanctus propoſuit, tunc temporis fieri non potuit. Vocato itaque cuſtode eccleſiae, rogauit eum, ut calicem cum ablutione in mundu loco reponeret, et cum omni diligentia ſeruaret: quoad usque ipſe exoccuparus, aptum tempus et locum ad ſumendam illam inueniret. Excreſcentibus autem cauſis et placitis, tota die illa turbatus non potuit ſe expedire. Poſtera uero die, poſt matutinas, cum paucis ſecretariis ſuis clanculo monaſterium introiuit et, diutius flexis genibus et profuſis lacrymis, DEVM exorauit, accerſitoque cuſtode, calicem cum ablutione ſibi afferri præcepit. Cumque allatus fuiſſet et diſco opertus, inuenerunt ablutionem illam in formam ueri ſanguinis tranſmutatam. Quod factum mirabile mox uniuerſis, qui aderant, innotuit, et nunc et ſemper in laudem DEI, et gloriam confeſſoris ſui omnis eccleſia ſucceſſoribus ſuis enarrabit.

Marsburgum.

Nota morem ſanctiſſimi imperatoris, ſumendi ex calice, in quo ſacrificatum fuerat, ablutionem. Sic Graeci ſanctificationis loco panem, ex quo materia pro ſacrificio deſumpta eſt, mundatant.

Vinum ablutionis facta ex calice infuſum, mutatum in ſanguinem.

CAP. XXX.

Paraeneſis et epilogus.

DIſcite ergo diuites huius ſeculi facere uobis *amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, ipſi uos in aeterna recipiant tabernacula.*

Matth 6. Luc. 16.

Huius uero glorioſiſſimi ac beatiſſimi patris praeconia linguam carnis reticere non conuenit, in cuius tranſitu angelis triumphantibus coelum exultauit. Defuncto itaque beatiſſimo DEI famulo, anno *regni* ſui XXIV. *uitae* quinquageſimo ſecundo, *imperii* uero undecimo, corpus eius in *eccleſia* beatorum apoſtolorum, *Petri* et *Pauli*, Babenbergae honorifice ſepultum eſt, ac poſtmodum multis miraculorum uirtutibus a domino glorificatum eſt.

MOritur imperator Henricus anno M. XXIV. III. idus Iulii. Natus eſt anno 972. Ratisbonae pridie Nonas Maii, ut ex Dicmaro docet Febricius in Originibus Saxonicis.

CAP. XXXI.

Brunonis epiſcopi Auguſtani, qui fuit frater S. Henrici, de euertendo epiſcopatu Bambergenſi impia conſilia.

ANno dominicae incarnationis M. XXV. ab urbe condita milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, CHVNRADVS, ex regni primoribus unus, ſed regno antea per rebellionem aduerſus, principibus pro eius electione diſcordantibus, *Aribone* autem Mogunrino archiepiſcopo et *Eberhardo*, Babenbergenſi praeſule, ſibi ſauentibus, octogeſimo quinto loco ab auguſto regnum ſuſcepit, et annis XV. regnauit. Sublimatus autem in regni ſede, conſilio *Brunonis*, Auguſtenſis epiſcopi, fratris HEINRICI imperatoris, qui ſemper, ut ſupra dictum eſt, felicibus eius inuidebat actibus, Babenbergenſem epiſcopatum meditabatur deſtruere. Quia idem *Bruno*, epiſcopus, promiſit reginae, *Giſilae*, omnia praedia, hereditario iure ad ſe pertinentia, filio eius *Heinrico* contradere.

Lege Baron. anno 1024. Num. 12. Bruno frater S. Henrici, etiam poſt imperatoris mortem turbas concitat. De hoc Brunone Wippo in Conrado Salico. Vetus et clarus ingenioſo fratri no odio, quo imperatori inhaerat, non obſcuraretur.

Eſt hic Henricus tertius hoc nomine rex, Conradi Salici et Giſilae filius. Giſilae laudes decantat Wippo in hac, quod hic recenſetur, primum laudatio.

Locus igitur et tempus conuentui ſtatuitur, ubi haec res ad exitum perducatur. Nocte uero, quae diem praeceſſerat, in qua haec uentilanda erant, EBERHARDVS, epiſcopus, ad tenturium praedicti *Brunonis* clam acceſſit, lectoque eius aſſidens, multa ſuper hac re muncndu, obſecrando, memoriam fratris animo inculcando, cum eodem ſolicitus egit. Quia uero iam multa noctis hora tranſacta receſſerat, et epiſcopum pro auditis ſolicitatum ſomnus oppreſſerat, uiſus eſt ei frater ſuus imperator, HEINRICVS, lecto ſuo aſtare faciemque ſuam, barba ex una parte depilata, turpatam obiectare: cum ſuper hac re ſtupido et admiranti ac, quis tam temerarios auſus in eum praeſumeret, interroganti: *tu*, ait, *haec feciſti, qui me et ſanctos* DEI, *quos rebus mihi a* DEO *conceſſis dotaui, deſpoliare diſpoſuiſti. Caue iam ulterius ſuper hac temeritate, ne incepta tuas magna infelicitate.* Ad haec ille expergefactus ac de uiſione non parum perterritus, membrorum quoque horrore ac timore non leuiter eſt attactus. Mane autem facto, cum diu exſpectatus ad conuentum procerum non ueniret, regina pro filio ſolicita, nuntiis miſſis, obnixe rogabat, ut aduenies promiſſa perficeret. Ille uero affirmabat, ſe tanta infirmitate grauari, ut nec de lecto ſurgere, nec pedem poſſet quoquam mouere. Cum rogaretur, ut ſe in lecto ad conuentum de-

Apparet S. Henricum Brunoni fratri ſuo.

por-

portari pateretur, quo uel sic promissio perficeretur, omnino abdicauit seque in DEVM et sanctos eius peccasse, libera tandem uoce proclamauit. Sic itaque diuina pietas per merita famuli sui, ne spe, quam in se posuit, fraudaretur, omnia illa prauae conspirationis machinamenta repressit: idque, quod ab eo coeptum est, confirmando semper exinde ad meliora prouexit.

Haec altera huius historiae pars. S. Henricum Brunoni fratri suo apparuisse, cantuariatores quoque referunt, cantuaria XI. cap. 13. ex Crantzii Metropoli, lib. 4. cap. 10. In codice Rebdorffensi praemittitur isti titulus: *Initium miraculorum.* Et forte, ut supra dictum, pars haec librum secundum constituit, cum in apographo Bambergensi *liber primus* dicatur signetur.

CAP. XXXII.

Mulier contracta ad sepulchrum S. Henrici sanitatem recuperat.

De miraculis S. Henrici post mortem.

SEd iam nunc ad miracula, quae post felicem illius transitum, dominus, ad declaranda meritorum illius insignia, circa glorioſi corporis eius sepulturam operatus est, ueniamus: pauca ex his ad posterorum notitiam transferentes, quae aut ueraci, aut indubitata maiorum relatione, ad nos delata sunt, aut ipsi modernis temporibus gesta probauimus et uidimus.

Bambergensis.

Mulier quaedam *contracta* in ipsa * ciuitate manebat, adeo incuruata, ut ad gradiendum erigi nullatenus potuisset, sed reptaret potius manibus, quam pedibus ambularet. Huic orationibus frequenter incumbenti diuinitus inspiratum est, ut ad memoriam beatissimi uiri accederet atque omnipotentis DEI misericordiam obnixius imploraret. Accidit autem, ut dies anniuersarius praefati patris et domini nostri, congrua obseruatione, celebrari deberet. Populo ergo, more solito, ad ecclesiam confluente et clero uigilias uespertinas celebrante, mulier quoque illa incuruata et contracta aduenit et, plena fide ac deuotione, usque ad locum sepulchri, *Psal. 115.* accessit, dicens cum Propheta; *uota mea domino reddam, in conspectu omnis populi eius, in atriis domus domini.* Ibidem ergo pernoctans, in oratione uni- *Psal. 50. Luc. 7.* uersum quod habebat, id est, *cor contritum et humiliatum*, domino obtulit et in fide Christi lacrymis rigauit pedes eius, et capillis capitis sui tergebat et unguento ungebat. Et quoniam multum ualet deprecatio iusti assidua, cum indefessa usque in die talibus sacrificiis insisteret; circa horam diei tertiam, inter ipsa missarum solennia, dum in secunda missa *Alleluia* canitur, *laus* DEI *in hominibus*, ipso operis effectu, adimpletur. *Luc. 2.*

Subito enim, cernentibus cunctis, qui aderant, mulier quasi *in extasi* facta est, ac deinde sensim *nerui*, qui dirigerant, *dissolui* et uniuersa corporis membra concrepantia coeperunt extendi; ac sic ordine suo tota incuruati corporis deformitas in suam pulchritudinem reformata est, ut mulier *erecta*, et usum ambulandi et reliqua membrorum officia cum omni integritate reciperet. Id autem certissima fide cognitum est, referentibus boni testimonii fratribus, qui praesentes huic miraculo se interfuisse et uidisse testati sunt.

CAP. XXXIII.

De aedituo furtum faciente.

*Capitum sequentium tituli ex cod. Rebdorff: sumpti sunt. * traditione appr. Bamb.*

NEque hoc negligendum aut silentio praetereundum uidetur, quod antiquitas tradidit, et ueridica * relatione multorum memoriae commendauit. Quidam aedituus, in ordine laico, ad custodiam ecclesiae deputatus, furtis coepit consuescere et in ipsa ecclesia, quaecunque poterat, clanculo decrustabat. Sed quemadmodum bonis DEI male utendo mali, ipsa bona DEI quantum in se est, quodammodo conuertunt, imo peruertunt in malum; ita e contrario summus artifex mala malorum quandoque etiam in bonum conuertit ipsorum. Vt enim ad propositum tedeamus, ille praedictus ecclesiasticae custodiae deputatus, cum iam inolita uitiorum consuetudine ipsam consuetudinem peccandi sibi quasi legem fecisset, misericorditer a domino uisitatus atque correptus est, iuxta illud; *Si iustitias meas profanauerint & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum et in uerberibus peccata eorum.* *Vide var. lect. MS. Bamb.* *Psal. 88.*

Nocte igitur quadam, dum in ipsa ecclesia somnum caperet, feruus DEI aspectu terribilis illi apparuit, qui et aspere inuectus in eum dixit; *species decepit te et concupiscentia subuertit cor tuum. Quare hoc et hoc fecisti? Scito, quia rem iniquam operatus es.* Hoc dicto, illum de stratu suo protraxit, et multis uerberibus caesum, cruentatum dereliquit. Haec quidem somnians pertulit; sed expergefactus signa plagarum euidentia demonstrauit, et uerba uerberum argumentis comprobauit. Talitet ab immani praecipitio retractus, idem ipse postmodum in suo ministerio usque ad prouectiorem aetatem in ecclesia permansit, et in eius correctione multi correcti sunt, glorificantes DAVM, qui per seruum suum iam coronatum in coelis talia operatur adhuc in terris *S. Henricus apparet furaci aedituo. Dan. 13.*

CAPVT XXXIV.

De quodam cui mandibula dimota erat.

QVadam uice incerto casu cuidam accidit, ut, dissociatis ab inuicem naturalibus instrumentis, *mandibula* loco suo dimota, et oris impediret officium, et naturalem humani decoris compositionem deformaret. Doloris et deformitatis accedebat molestia, quam perpendere in alio commode ualebimus, si ad nostri corporis infirmitatem animo * recurramus. Talibus circumuentus incommodis clamauit ad dominum, et diuinae pietatis obnixius imploraut auxilium. Vt ergo opera Dei manifestarentur in illo, multis assistentibus et uidentibus, ad tumbam beati uiri accessit et, capite super impositio, tam diu precibus institit, quoad usque per merita serui Dei sanitatem, quam desiderabat, accepit. Quid enim? Necessarium enim est, ut, qui domino uniuersae creaturae obediunt, illis creatura omnis certis legibus rationis per omnipotentis Dei uirtutem obediat.

* recurrerimus.

CAPVT XXXV.

Do paralytico.

ITem, alio tempore contigisse in ueritate audiuimus, ut quidam a paralysi usque adeo uexaretur, ut exinde usum brachii perdidisset: nutu diuino admonitus est, ut ad sepulturam sancti corporis accederet et, prostratus in oratione, Dei omnipotentis misericordiam, per beatissimi uiri ibidem requiescentis merita, inuocaret. Toto itaque corpore prostratus, orationibus incubuit. Quid ergo? Christus filius Dei, qui super terram gradiens manum aridam habentem sanauit, idem nunc sedens ad dexteram patris, eodem innouato miraculo, per merita dilecti sui, supplicem istum liberauit. Sanus equidem ab oratione surrexit et Deum propitiatorem in commemoratione sancti sui glorificauit. Clamor ad coelum attollitur et cum debita gratiarum actione hymnus gloriae omnipotenti Deo ab uniuersis assistentibus decantatur.

CAPVT XXXVI.

De caeco.

Dies rogationum, et in iis publica processio.

HOc quoque successoribus nostris indicare curauimus, quod in diebus rogationum, ad sepulcrum praedicti confessoris, contigisse ueraciter cognouimus. Quidam enim sacerdos, cum A populo suae procurationi commisso, in diebus rogationum, crucem cum hymnis et canticis, ad monasterium scilicet *sancti Petri* et *S. Georgii* deferebat: cum quo quidam *caecus*, alterius manu ductus, ueniebat. Is cum ad sepulcrum confessoris Christi ueniisset, ex toto corde suo rogauit sanctum HEINRICVM, ut, per eius interuentum, restitueretur ei B lumen oculorum. Cumque diu precibus et lacrymis pulsaret ad ostium pii confessoris, cunctis uidentibus et in laudem Dei acclamantibus, redditus est ei usus, per gratiam omnipotentis. Et mirum in modum, qui alterius manu ductus crucem domini secutus fuerat caecus, modo propriis manibus crucem ferens, cum laudibus Christi, populo do- C mum redeunti ductum praebuit illuminatus.

CAPVT XXXVII.

De languido.

ALiud quoque diuinae uirtutis miraculum celebri commemoratione, et certa fide cognitum est. Erat quidam *languidus*, ipsa in ciuitate omnibus cognitus, cuius inferiora omnia, a lumbis et infra, omnino praemortua fuerunt, adeo, ut nec pedibus solo niti ualeret, sed instrumento cuidam, rotulis quatuor coaptato, pendulus inhaereret, suique corporis molem manibus propriis, pro possibilitate artificis, uolutaret. Idem *loculum* sanctissimi corporis frequentius uisitare solebat et, per Dei misericordiam, ad * celebranda serui sui merita, tantam gratiam est consecutus, *Apogr. Bamb.* ut membra praemortua uiuificarentur, ac deinde baculis utroque humero suppositis, pedibus terram tangeret et erectus incederet.

* declaranda.

CAPVT XXXIIX.

De contracto.

MOdernis etiam temporibus quidam *contractus*, qui adhuc in carne supererat, in eodem loco sanatus est et naturalem usum ambulandi recepit.

Praeter haec multa alia sanctitatis argumenta et experimenta frequenter in G eodem loco uisa sunt: debiles curati, caeci illuminati, daemones ex obsessis corporibus uisibiliter fugati, multi ex diuersis infirmitatibus ibidem frequentissime liberati sunt, domino testificante, quanta sanctorum gloria in coelis sit, quos tantis miraculorum uirtutibus in terris coruscare concedit: ne apud homines loco humili teneantur, qui

qui apud Deum meritis exceſsi eſſe comprobantur.

CAP. XXXIX.

De canonizatione regis.

CVm etenim miraculorum atteſtationibus ſanctitatem confeſſoris ſui dominus declararet, Babenbergenſis eccleſiae praelati, crebreſcentibus ſignis, cum mandatis et literis * CHVNRADI regis ac principum Romam abierunt et, quam magna mirabilia Deus per confeſſorem ſuum operetur, domino papae EVGENIO, et Romanae curiae, nuntiauerunt. At illi gaudentes et, pro tantae famae dulcedine, Deum glorificantes, de canonizatione ſancti regis HEINRICI, coeperunt ſolicite ac diligenter ad inuicem conferre, quatenus in catalogo conſcriberetur ſanctorum, qui uirtutibus et ſignis probaretur aſſumptus eſſe in regnum coelorum. Cui canonizationi quidam cardinalis, *Ioannes* nomine, coepit uehementer obſiſtere et, proiecto timore Dei, in quibuscunque potuit, non uerecundatus eſt, praedicto confeſſori detrahere.

Sed diuina ultio detrahentem caeleſti uerbere repente coercuit et, dum famam beati uiri laceraret, poteſtas Dei lumine oculorum eum priuauit. At ille * adeo percuſſus et humiliatus, caecitatis moleſtia, et reatus ſui conſcientia, coepit torqueri; et quomodo hanc plagam in confeſſorem Chriſti peccando meruiſſet, publica uoce confiteri et mirum in modum, quem prius dentibus detractionis lacerabat, hunc modo laudibus et praeconiis uſque ad ſidera extollebat. Conuerſus itaque ad poenitentiam, celerem conſecutus eſt indulgentiam et, per intercеſſionem confeſſoris Chriſti, denuo eſt illuminatus, ob cuius ultionem, iuſto iudicio Dei, fuerat excaecatus.

** Conradus rex, qui Hieroſolymis fuerat, mortuus 1152.*

De canonizatione S. Henrici ab Eugenio III. facta lege Baron. Tom. XII. an. 1152, ubi bullam canonizat. recitat.

Vitio diuina in cardinalem ſancto Henrico imp. detrahentem.

** Forte leg. a Deo Et ſic M. S. Bamb. habet.*

CAPVT XL.

De caeco.

SImili modo cum in loco *Babenbergenſi*, ubi praedictus confeſſor tumulatus fuerat, de canonizatione eius celebris fama haberetur, uir quidam religioſus de ſignis, quae per eum fiebant, coepit dubitare et de permutatione exequiarum, quae in anniuerſario eius celebriter fiebant, intra ſemetipſum dolere: qui mox oculorum caligine adeo eſt plagatus, ut poſtea per confeſſorem Chriſti ſanatus, quantum ſanctitas eius apud Deum poſſet, in curatione ipſius experiretur. Et mirandum eſt ualde, quod de ſanctitate tanti uiri aliquis dubitare potuerit, cum conuerſationis ſanctitatem, caſtitatis integritatem, eleemoſynarum largitatem, humilitatis cuſtodiam, et omnia opera iuſtitiae uſque in finem uitae ſuae cum deuotione ſumma ſeruauerit. Sed, ſicut ſcriptum eſt; *nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Vir ergo praedictus, defectu luminis grauatus, confugit ad patrocinia ſanctorum, deprecans, ut per eorum ſuffragia ſanitas ſibi reſtituatur oculorum. *Luc. IV.*

Et cum ex dolore et labore et aſſiduae* uenarum incuruatione fatigatus ſuiſſet, laſſatum corpus ſomno reparauit. Cui dormienti *& Wolfgangus*, eo quod eum familiarem in orationibus ſuis habuerit, apparuit, et ait ei: *ora confeſſorem Chriſti*, HEINRICVM, *et liberabit te, quia, quod eius ſanctitati derogaſti, idcirco haec plaga caecitatis uenit ſuper te.* Poſt hanc uiſionem expergefactus, ex conſcientia delicti ſui contremuit et ad tumbam Chriſti confeſſoris, concito gradu et deuota mente, properauit. Et procumbens terrae, a confeſſore Chriſti lacrymis et precibus, ſuis exceſſibus ueniam poſtulauit. Qui ſtatim exauditus et priſtinae ſanitati reſtitutus, gratiarum actiones Deo et ſancto HEINRICO retulit et magnalia DEI, quae circa ipſum DEVS fecerat, religioſis uiris, qui nobis retulere, ipſe narrauit.

** genuum.*

Cauent igitur habitatores ſeculi, domeſticis Dei et ciuibus ſanctorum detrahere. Quia neceſſe eſt, eos hicet in aeternum perire, qui ſanctorum bonis operibus ſolent obloqui et inuidere. Quamuis ergo nunc tempora miraculorum non ſint: *ſigna enim debentur non fidelibus, ſed infidelibus:* tamen cum aliqua nobis praeter ſolitum curſum ordinemque naturae eueniunt, omni uenerationе amplectenda ſunt: quatenus et ipſe, qui in ſanctis ſuis mirabilis eſt, honoretur et tarditas noſtra ad meliora quaeque tantis uirtutibus accendatur; praeſtante domino noſtro IEſu Chriſto, qui cum patre et ſpiritu ſancto uiuit et regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, amen.

CAPVT XLI.

Procemiolum in miracula, quae in translatione S. Henrici imperatoris patrata ſunt.

TEmpore illo, quo uenerabilis abbas *Merſeburgenſis* eccleſiae *Volcma-rus*, reliquias beati HEINRICI confeſſoris Saxonicae terrae inuexit, ſexus utriusque turba, fama diuulgata, obuiam uenit. Ex quibus quosdam recuperandae ſoſpitatis cauſa, quosdam uero feruens ſtudium, quod ab antiquo, circa eius-

Haec exſcripſimus ex antiquis membranis monaſterii S. crucis Donawerdae; nam in Rebdorffenſi et apographo Bamberg non comparent.

iusdem regis nomen habuerant, attraxit: eo quod terræ suæ statum frequenti paganorum incursu quassatum, illum reformasse, priorum relatione didicerant.

Sed meritorum eius praeconia coeperunt in ipso itineris processu, euidentibus miraculorum indiciis declarari: in quo diuersis morborum generibus oppressi, saluti pristinæ fuerint restituti, referre per singula, taedium scribenti et fastidium forsitan generaret legenti. Tamen hoc non silendum, quod in plerisque curationum locis, in testimonium diuinitus ostensae uirtutis, cumuli haud grandes, uulgi studio, congesti excreuere; ut his uisis posteritas illi reuerentiam exhiberet, cuius meritis tot genti suae beneficia collata uideret. Veruntamen his interim omissis, ea referenda sunt, quae in memoria hodieque tenentur a multis.

Obſerua morem ponendi monumenta, in locis, ubi miracula patrata.

SEquentia capita forte fortuna reperi in codice manuscripto membranaceo monasterii S. crucis (quod in ciuitate Donawerdensi situm est) plane praeter exspectationem, tametsi non praeter mentem. Omittere piaculum duxi, cum contineant, quae maxime ad gloriam S. Henrici illustrandam faciunt, ea nimirum, quae Deus illius interuentu gesit, cum sacrae eius reliquiae Merseburgum transferrentur, ex loco ubi uitam finierat; non enim Bambergae excesserat; de quo Hoffmannus in annalibus Bambergensibus: *Dominicam palmarum Adsteti, resurrectionis uero diem Nouoburgi monachorum celebrauit. Perlustrata inde tota illa regione, cum de Halberstadio Goslariam, inde Groudam se reciperet, graui morbo tentari coepit, etc. His ita actis, imperator pientissimus et sanctissimus, magno totius imperii cum dolore, uitam hanc reliquit.*

CAP. XLII.

Adolescens ab ortu contractus sanatur.

INter aegros, quorum multitudo salutem petens comitabatur, *adolescens* quidam, irrefragabili membrorum contractu globatus, a parentibus portabatur* gestatoria. Qui, nil in uia consecutus, ad ecclesiae limen usque perducitur. Procedit obuiam reliquiis digno cultu chorus monachorum ac clericorum, non tam eius loci, quam ex aliis ecclesiis confluentium. Deinde, ut moris est, concentu uulgi et cleri mixtim concrepante, regreditur. Missarum quoque solennitas ritu festiuiore de ipso beato HEINRICO inchoatur. At claudus ille inter agmina constipantium uix ecclesiae illatus, iuxta altare, ubi reliquiae fuerant collocatae, deponitur. Videres in eo illud Isaiae, compleri; *Saliet sicut ceruus claudus, et clara erit lingua mutorum.* Coeperunt enim neruorum eius uincula solui, pedes cruraque extendi; illeque in oculis omnium prosilieas, quanto potuit uocis conamine, uirtutem in se factam protestari. Sicque officium gressus, quod usus ab ipso natiuitatis eius exordio negauerat, gratia Christi, per merita beati HEINRICI, reparabat. Vox in laude DEI utriusque sexus attollitur in altum. Sanatus ante altare communicaturus sistitur, sicque ad propria cum parentibus regreditur,

**in sella.*

Isaiae 35.

CAP. XLIII.

Energumeni liberati.

DAemoniaci tres, unus masculus et duae foeminae, in eodem loco curati sunt: qui nomen HEINRICI blasphemando ingeminantes frequenter, tandem cum stridore horrifico, sedes, quas tenuerant, reliquerunt. Vnus eorum pertinacior caeteris, diu sancti nominis inuocationi renitens, cum ad sereliquias deferri cognosceret; *modo, cum per se* HEINRICVS *uenit, non subsistam*, inquit: statimque cum clamore magno hominem possessum deseruit. Haec ipsa die aduentus reliquiarum infra missam gesta sunt.

CAP. XLIV.

Mulieri caecae uisus redditus.

ERat in territorio *Merseburgensi mulier* diu *caeca*, quae familiaribus gressus suos regentibus, in occursum reliquiis, ultra possibilitatem, spe recuperandi uisus, properabat, nihilque salutis in uia se recepisse, peccatorum suorum obstaculo adscribens, triduo peruigil et indefessa prece, Christi misericordiae ianuam pulsauit: tandemque lucis optatae suffragium, per merita beati HEINRICI obtinuit. Haec in eadem, qua prius, uilla, diu uixit: tamque clarens omni terrae illi eiusmodi miraculum fuit, ut nulli fere, maxime horum, qui tunc temporis fuere, incognitum esse possit.

CAP. XLV.

Mulier clauda curatur.

ITem inter occurrantes a remotioribus terrae illius partibus, *mulier* quaedam, non solum incessu priuata, sed et totius corporis miserabili specie formis et distorta, a conuiantibus uehiculo trahebatur. Quae, de beati HEINRICI patrocinio confidens, propter ubique iam uulgata uirtutum eius insignia, nomen illius assidua inuocatione, cum oculorum manuumque extensione

ne

ne, memorabat. Ideoque quod totis animi uotis quaesiuit, in itinere adhuc inuenire meruit. Laxatis siquidem fibris, ac gibbi modo reflexo, totoque corpore in habilem redintegrato formam, uocem in se uirtutis ostensae *praeconam fudit. Versisque in stuporem commeantibus, uehiculum deserit et laetas de Dei magnalibus, laetior ipsa praecedens ad ecclesiam uenit ac uota, quae pro recipienda sospitate factura uenerat, iam ea potita, triduo illic morata, soluebat.

*Praeconem.

CAPVT XLVI.

Mulier a continuo dentium dolore liberatur.

IN ciuitate *Hallensi*, quae duobus a Merseburgensi loco milliaribus distat, fuit matrona quaedam non ignobilis, quae, iugi fere dentium dolore uexabatur, adeo, ut paulatim robore dentium absumpto, spem salutis assiduitas negaret doloris. Cumque noctis cuiusdam initio uehementius acerbitate morbi stimularetur, cum graui suspirio hanc prorupit in uocem: *O beate* HEINRICE, *qui omnium te quaerentium necessitati succurris, me peccatricem plena fide te inuocantem, ne despice; sed fac, ut uel unius noctis per tuum patrocinium perfruar quiete.* His dictis, prae taedio, caput ad modicum reclinanti somnus obrepsit: statimque omnis, quo diu laborauerat, dolor funditus abscessit.

CAPVT XLVII.

Punitur monachus S. Henrico detrahens.

IN monasterio beati *Petri*, quod *Merseburgensi* ciuitati contiguum est, res talis accidit, cuius fere omnis congregatio meminit, ipseque frater, de buo sermo est, adhuc superstes, inquisitus cum gemitu referre consueuit. Cum festum beati HEINRICI, pari uoto, longe lateque, omnes terrae illius ecclesiae, ritu festiuiore, colendum exciperent; eadem, quanto uicinior, tanto in laude illius prompta, pro suo posse, coepit esse ornatior. Sed quia impossibile est, ut in prosperis quis, quamuis iustus, quamuis sanctus, liuorem effugiat, frater quidam, inuidiae stimulis actus, eius sanctitati non timuit derogare et modis omnibus, eius, quantum in ipso fuit, reniti gloriae, in tantum, ut ea die, cultiora quaeque, quia tunc custodis officio fungebatur, occultaret et signorum grandium consonantiam praepediret. Sed non diu frater ille impune Dei et beati HEINRICI tulit offensam. Nam coepit subito toto corpore fere quinque sensuum officio priuari: deinde animi rigore laxato, palam omnibus Dei iudicium in se protestari, sicque nec dum ad perfectum sanatus, aliquantulum in melius reparari.

CAP. XLVIII.

Apparitio S. Henrici.

HOc, quod subiungam, ipso, de quo dicturus sum, episcopo referente, Deo teste, cognoui. Cum *Polonia* iugum imperii, utpote gens rebellis et effera et magis saltuum et paludum inuiis, quam uirium robore, confisa, de ceruice sua niteretur excutere: ad reprimendam eius contumaciam gloriosus imperator, FRIDERICVS, animum intendit. Cumque, indicta generali expeditione, copiosus, a diuersis regni partibus, contractus esset exercitus, principes terrae illius et omnis populus timore correpti, quippe qui regni uires contra se moueri, se autem impares et inexpertos peritiae belli uidebant, ad placandam regis iram legatos mittentes, iterata subiectione prioris discidii errorem corrigere omnimodis promittebant. Ad hoc ergo reuerendae personae miraeque prudentiae episcopum *Plocensis* ecclesiae *Vuernherum* elegerunt, eumque cum donis, regiam magnificentiam decentibus, ad imperatorem, Aquisgrani morantem, et ossa CAROLI magni leuata in thecis, auro gemmisque confectis; recondentem direxerunt. A quo diu repulsus, tandem interuentu principum, in gratiam admissus, legatione ad uotum peracta, cum reliquiis S. HEINRICI, aliisque donis ab imperatore perceptis redit: et in nemore, quod *Zurbiae* ac *Poloniae* terminis interiacet, mediante iam die, tentoria figi praecepit.

Cumque post refectionem fessos exitinere artus quieti dedisset, quidam in somno, regia ueste circum amictus, et dextra sceptrum gerens illi adstitit, hisque uerbis eum allocutus ait: *quid in hac uasta solitudine somno deprimeris? quae tecum nesciens geris?* Et dum ille perterritus, *quisnam esset*, interrogaret; *Ego sum*, ait, HEINRICVS, *Babenbergensis ecclesiae fundator; qui in temporalis uitae cursu, immortalitatis compendium a domino promerui. In eo ergo, quo iaces, loco, ecclesiam nomini meo, prout tempus permittit, construe, sciens, procul dubio, processu temporis, diuinum in eo seruitium augmentari.*

Surgit igitur episcopus, statimque per famulantium ei manus certatim ruentibus lignis, in modum habilem fecit ecclesiae

cleſiam, ſed de lapidum penutia, qui ibidem audiri, non uideri conſueuerant, dum anxius circuitur epiſcopus, caſu baculum, quem ferebat, in aggeſtum terrae cumulum figens, lapidum copiam in ſimilitudinem quadratorum reperit; ſicque altare componens, Dei et beati HEINRICI ſanctique *Sigismundi*, regis, nomini dedicauit. Vbi nunc, multis adſtipulantibus, maior eccleſia conſtruitur ac monachicæ profeſſionis otdo inchoatur; quodque ille praedixerat, iam impleri uidetur. Hac igitur occaſione nomen beati HEINRICI apud illas nationes in ueneratione coepit haberi.

CAPVT XLIX.

Nefaria cuiusdam ſimulatio caſtigatur diuinitus.

QVodam tempore cum non modica multitudo pauperum, uariis languoribus oppreſſa, in eccleſia Merſeburgenſi, non ſolum ſanitatem corporis, ſed et ſtipem importune petens, confluxiſſet: populus, qui, orationis cauſa, aduenerat, prout facultas permittebat, unicuique miſericordiae manum porrigebat. Vbi ruſticus quidam e proxima uilla, cupiditate fotdens, neruorum contractionem ſimulauit et, tecuruato pede, in medio languentium conſedit. Quem, dum rei domeſticae cura regtedi compuliſſet, iamque baculo innixus, ficto greſſu, extra limen eccleſiae proceſſiſſet, locum quaerit opportunum, ut pede teflexo, expeditius, quo tendebat, peruenirет. Sed Deo et beato HEINRICO dignam eius meritis poenam ingetente, miſeriam, quam ante ſimulauerat, iam dolore irrefragabili, pede nati cohaetente, ſentiebat. Quid ageret? Pudor dolorque conflictu pati in eius mente decertabant. Pudor propalate rem geſtam prohibebat. Dolor, confiteri cogebat. Vicit tamen timor. Et omnes haec audientes, grandis apprehendit timor. Hoc itaque indicio cunctis clarуit, Dei famulum non ſolum uotis pie quaetentium adeſſe; uetum etiam talia praeſumentibus diſtrictum obeſſe; ſicque deinceps perfidorum praeſumptio talis ceſſauit.

CAPVT L.

Caecus lumine donatur.

ESt eccleſia parochialis eccleſiae *B. Petri* in ueteri caſtro contigua. Iuxta quam reſidens caecus quidam, audiuit concentum popularium, in reparatione cuiusdam aegri, deuotiſſime congratulantium. Erat autem hic de terra et de gente *Slauorum*: quibus ſimplicitas, uel irrationabilitas, prauitate quadam ingenii, naturalis eſt adeo, ut uix uel tenuem fidei uideantur habere ſcintillam. Quaerit ergo cauſam talia concentus. Cui, cum pro ſanatione languentis haec fieri, indicatum eſſet, ait: *Iſte* HEINRICVS *Teutonicus cum ſit, ſolis Teutonicis gratiae ſuae praeſtat ſubſidium: mihi uero gentisque meae hominibus nihil unquam beneficii contulit.* Inriſum ergo, qui aderant, excitantur. Quidam uero ſaniotis animi, ut eccleſiam petat pro ſalute ſua rogaturus, adhortantur. Ductus itaque, ubi reliquiae beati confeſſoris ſeruabantur, humi proſternitur: et paulo poſt pietatem *Teutonici*, Slauus ipſe, quam negari ſibi quetebatur, experitur. Coeperunt enim ab oculis eius albedines in modum ſquamarum auelli, optatumque lucis ſuffragium in eo redintegrari. Vnde gens illa, quae, ut dixi, ruſtica ſimplicitate et fidei puſillanimitate ſe ſperni arbitrabatur, hoc beneficio, fiducia ſpeque reſumpta, ultra omnes beatum HEINRICVM ſtudio deuotiori uenerabatur.

CAPVT LI.

Claudus curatur.

HVius rei, quam dictutus ſum, tot fere teſtes habentur, quot fratres, qui tunc temporis fuere, apud praefatam *B. Petri* eccleſiam inueniuntur: qui eam tanto fidelius, quanto uerius agnouiſſe contigit, atteſtantur. In quadam eorum uilla, ciuitati proxima, ruſticus quidam, grauі tactus infirmitate, officium pedis unius amiſerat, adeoque arentibus neruis ac carne ptaemortua emarcuerat, ut humana ſolettia, uel ſtudio in eo recuperari ſanitatem, tam ipſi, quam omnibus eum intuentibus, impoſſibile uideretur. Vnde, quod ab homine fieri deſperabat, ab eo, cui nihil eſt difficile, ſed ſolus reſtautat uniuerſa, pet beati HEINRICI patrocinium, fide firma, ſpe ſolida, quaerens; eius miſericordiae ianuam fletibus aſſiduis, ieiuniis crebris pulſauit et tandem in fotmam priſtini greſſus reſtitui meruit.

CAP. LII.

Mulier ſurda et muta et audiendi et loquendi facultatem recipit.

IN pago quodam, milliari uno a *Merſeburgenſi* caſtro diſtante, mulier ſurda et muta ab exordio natiuitatis ſuae, a propinquis et ciuibus, miſericordiae ſinu fouebatur. A quibus, ad eccleſiam petducta, nutibus et ſignis, quibus erga eam uti poſſibile fuit, ante beati confeſſoris

foris reliquias prona sterni iubebatur. A Sed illa iumento insipienti similis, pro se nil rogare nouerat, uel quod essent reliquiae, aut quid gereretur, penitus nesciebat: cui tamen fidelium pro salute eius in commune supplicantium oratio fidesque subueniebat, et per beati HEINRICI suffragia, ut ipsa postea testabatur, in utroque corporis officio reformari meruit ex integro.

CAPVT LIII.

Ignis urens, sed non comburens.

CVm excubiae sacrae a fidelibus, circa thesaurum incomparabilem, sine intermissione fierent, ita ut aliis recedentibus, aliis uenientibus, die noctuque fores ecclesiae non clauderentur; custos ecclesiae, inter oues, lupos, sub uellere ouium latentes, non facile agnosci considerans, auferri furtim reliquias metuebat. Ad quod praecauendum ex quadris lapidibus, facto satis habili reconditorio, eas in illo locauit. Cui etiam ostiolum ex pino, quod, causa poscente, claudi et aperiri posset, imposuit. Nocte ergo quadam, infra cursum, matutinum lumen incautius eidem apponens, chorum, quem studiosius aliis frequentabat, ingreditur: sed paulo post sumum sentiens et, quid acciderit, animo praesago concipiens, ad locum festinus reuertitur inuenitque, ostiolum a flamma tangi et fumum dare, sed non laedi. Cuius haec meritis, nisi eius, cuius illic reliquiae seruabantur, possunt adscribi? Poterant quidem, absque ligni et lapidis repositione, a raptu alieno, ipso mediante, seruari: sed pius confessor Dei, laborem et studium deuote sibi obsequentium, noluit incassum deperire; ne, uel in paruo detrimento ianuae uiderentur contristari, ideoque in ligno, foci usui apto, uim uirtutis suae ignem a Deo obtinuit obliuisci.

CAPVT LIV.

Energumena liberata. Conclusio miraculorum.

MVlier arreptitia de restibus connexa manus coram praedicto reconditorio, licet multum renitens, sistitur. Quae, daemone mugitum in aera dante seque ab HEINRICO torqueri uociferante, satis ipsa torta liberatur. Visum est illi, ut praesentibus referebat, quendam capite cano, barba prolixa, ueste amictum regia, ex eodem loco processisse, et a se spiritum nequam pugnis et minis extorsisse.

Verum, si cuncta sigillatim, quae diebus singulis facta sunt, miracula perseueranter, tempus me prius, quam materia, deficeret: praesertim cum numero possibili, cum excedente, custos ipse ecclesiae, quamplurimis fere intererat, pauca de multis memoriae tradere se potuisse perhibeba

Hoc solum i.

quod de calice amittendum non est, B ctum est, quem ol, de quo supra dissuae indicium ideciale deuotionis *Laurentio* confici iussit erator *beato* aquae uel alterius liquebricitantes, rantur: praestante domi austu, cuChristo, qui cum Deo patro Iesu sancto uiuit et regnat Deus spiritu secula seculorum, amen. nita

C

RESCRIPTVM EVGENII PAPAE. *super canonizatione* SANCTI HENRICI IMPERATORIS.

EVGENIVS, *episcopus, seruus seruorum* DEI, *uenerabili fratri* Egilberto, *episcopo et dilectis filiis, canonicis Bambergensis ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut per literas et nuncios uestros uobis mandasse meminimus, uenerabiles fratres nostros N. sanctae* Rufinae *episcopum, et N. presbyterum cardinalem, pro diuersis negotiis, ad partes illas de nostro latere delegauimus eisque uiua uoce iniunximus, ut ad ecclesiam uestram accederent atque de uita et miraculis* Henrici *regis rei ueritatem diligenter inquirerent et literis suis nobis significarent. Nunc autem eorundem fratrum nostrorum et multorum religiosorum et discretorum uirorum attestatione, de* castitate *ipsius, de* fundatione Bambergensis *ecclesiae, et multarum aliarum, quarundamquoque* episcopalium, sediumreparationes *et multiplici* eleemosynarum *largitione, de* conuersione *regis* Stephani *et totius* Hungariae, *domino cooperante per eum facta; de glorioso etiam ipsius obitu pluribusque* miraculis *post eius obitum, ad ipsius corporis praesentiam diuinitus ostensis, multa cognouimus*

Inter quae illud praecipuum et memorabile plurimum attendentes, quod cùm diadema sceptrumque imperii suscepisset, non imperialiter, *sed* spiritualiter *uixit: In thoro etiam legitimo positus, quod paucorum fuisse legitur, integritatem* castimoniae *usque in finem uitae conseruauit. Quae quidem nos omnia simul perpendentes, atque deuotionem uestram et ecclesiae Bambergensis, quae sanctae Romanae ecclesiae soli subesse dignoscitur, diligenter considerantes, tametsi huiusmodi petitio nisi in generalibus conciliis admitti non*

Baron. XII. an Christi 1152. num. IV. Hoc referiptum deest in Cod. Rebdorfensi. Exstat tamen in apographo Bamberg.

non ſoleat, auctoritate tamen S. R. E. quae omnium conciliorum firmamentum eſt, petitionibus veſtris acquieſcimus atque eiusdem memorabilis viri, cuius exaltationem requiritis, fratrum noſtrorum archiepiſcoporum et epiſcoporum, qui praeſentes aderant, communicato conſilio, memoriam inter ſanctos deinceps fieri cenſemus, et anniverſarium ipſius diem ſolenniter celebrari concedimus. Veſtra itaque intereſt, ſicut R. E. obedientia et fidelitate perſiſtere, et ſic ei dignae deuotionis obſequiis reſpondere, ut ampliori beati Petri et noſtra gratia digni inueniamini. Datum idus Tiberim, pridie idus Martii.

(*Natalium ipſius diem*) Martyrologium Rom. 14. Iulii. *Bambergae ſancti Henrici primi imperatoris, qui cum uxore ſua Cbunegunde perpetuam virginitatem ſeruauit, et ſanctum Stephanum Hungarorum regem, cum uniuerſo fere eius regno ad fidem Chriſti ſuſcipiendam perduxit.*

Idem Martyrologium 3. Martii. *Bambergae S. Chunegundis auguſtae, quae Henrico primo imperatori nupta, cum virginitatem ipſa anteuerte ſeruaſſet, bonorum operum meritis cumulata, ſancte finem quieuit et poſt mortem miraculis claruit.*

Cum illo Heſpinianus io lib. de feſtis. *Epiſcopus Baſilienſis Ioannes Sen, impetratis anno Chriſti M. CCC. XLIX. quibuſdam reliquiis Henrici II. imperatoris à Bambergenſibus, inſtituit etiam per totam ſuam epiſcopatum, diem obitus eius celebrandum, non tantum propter ſanctitatem et miraculatas, ſed etiam propter merita erga Baſilienſes.* Citatque Caluiniani Vrſtiſii chronicon lib 3 cap. 10.

Idem Caluiniſta. *Kunegundis uxor Henrici II. regis et I imperatoris fuit: eius tamen virginitatem nioletam non fuiſſe, multi* (imo omnes) *affirmant. Mortua eſt V. Non. Martii anno domini M V* (egregie! nam mortua eſt anno redemptoris M. XL. Henrico, ſponſo ſuo XV. annis ſuperſtes, qui Henricus uiuendi finem fecit anno M. XXIV.) *Ioannes epiſcopus Baſileae aſis anno M. CCC. XLIX. cum dicta ob tam Hewici in ſuo epiſcopatu feriandum inſtituiſſit, praecepit ſimul diem 9. Septembris in honorem Kunegundis imperatricis, non quidem feriari, ſed deuotè celebrare, ut Vrſtiſius indicat chronicorum lib. 3. cap. 10.*

Hic non finit me ſui immemorem eſſe Lutherus, qui tom. 2. latinorum colloquiorum hac feſtiua fab. ſtula compotores ſuos hilariores efficere tentauit: *Bambergae leguntur canonici annuatim libellum, quem dixerunt continere foedus matrimoniale inter Henricum caeſarem et N. inſpecto iſto libro ab erudito, fuerunt topica Ciceronis.* Nimis crebro filo mendacio texis, o Luthere. Saltem aliquem ueriſimilitudinis colorem allineres; nam ut unus uel alter fuerit, qui latina uel ipſe lectitans, uel ab aliis lectitari audiens, tantum intellexerit, quantum ſi aliquid Lapponico, Mexicano, Peruano, aut Chineniſi idiomate auctibus eius inſtillatum fuiſſet; omnes tamen tanta inſcitia fuiſſe occupatos, ut quid legeretur iuxta cum ignariſſimis ignorarent, id uero a fide remotius eſt, quam ut ulli, etiam admodum credulo, et quidquid de ſacerdotibus catholicis garritur, anidiſſimus aure combibere ſolito, perſuaderi queat: nam et ſtupidiſſimo cuique ſtatim in mentem ueniſſet ſciſcitari, qua de cauſſa in libello illo nulla Henrici et Kunegundis mentio exſtet; ſi foedera connubialia in eo deſcripta eſſent. Quanquam Lutherus uel collector et editor foetidiſſimorum colloquiorum adeo rerum omnium imperitus fuit, ut, quod nomen uxor S. Henrici habuerit, ignoraret; coactus hanc ſuam inſcitiam communi illa nota N. quae uerbum *neſcio*, denotat, deſignare.

Lubet ſub finem harum notationum adiungere, uerſus Godefridi Viterbienſis, non illos quidem cultos ac politos; ſed tamen tales, qui hiſtoriae S. Henrici aliquid locis accendant; et Bambergenſis eccleſias laudes iis, quibus poſſunt, modulis, decantent, candidis certe ac ſinceris, ſi minus feſtiuis et canoris.

De ciuitate Bambergenſi.

Baaricus fluuius mulgo Radiantia dictus,
Noricaturra fouent, aarteque uagando relictos,
Montis Pauonis urbis amoena colit.
Nomine aulgato moas Babeaberga uocatur,
Fluuiae craſſatur, aicinaque rara rigatur,
Ponſque ſuperſtratus, cingit utrumque latas.
Vibs laudanda nimis montis ſuccreſcit ab imo,
Indeque ſublimis ſit tui ribas inſita praeit,
Montis in urbe tamen culmina clerus habet.
Agmine marorum ſeries praecincta domorum,
Excluſis laicis munitio ſit dominorum.
Clericus illorum ſpernit adire foras.
Dogmate grammatico clerus ſolet ille beari,
Nullaque ualgaris aox audet in arbe ſonari,
Sola ſolet cunctis lingua latina dari.

En quantum in clero Bambergenſi, latinae linguae ſtudium! ut uel hinc ſopradictum Lutheri commentum refutare, et manifeſtae uanitatis conuincere liceat.

De eccleſia Babenbergenſi.

Eccleſiae forma mentis caput arget et ornat,
Orandis ibi norma cleri recidiua reformat,
Diuitiae late rebus et arte patent.
OTTO pater patrum tenet ordine pontificatum,
Nobiliam fratrum dilatat honore theatrum,
Ipſe ſacer, ſacrum praeſtat, adaequat atriam? pro utrumque per apoc.
Fulget in eccleſia mirandi pondera auri,
Quo minus eſt Danais ſolitus perſolaere Maurus,
Pallia purpurea quis numerare queat?

De monte Pauonis, et eius forma ſituque.

Mons pauonis habet colles ſibi collaterales,
Tres quaſi coaſſimiles, urbis quoque partiales,
Ipſe aiteus medius praeminet absque pare.
Pulchrior illorum loca maxime dat monacborum,
Templaque multorum reliqui dant cauonicorum,
Quartaque pars ſtanto praebet atriaque forum.
In crucis ergo modum poſiti ſibi pario coloaum,
Qui uenerator eam, foueat celebretque patronam,
Ipſe ſuis famulis praebet ab arbe bonum.
Stat uacdius Petrus, Stephanus ſibi dexter habetur,
Vertice ſtat Iacobus, laeua Michael retinetur,
Fertque ſecus ſtantem uirgo MARIA decus.

De ſepultura caeſaris Henrici.

Caeſaris Henrici ſancti, cognomine claudi,
Lectar opes audi, quo poſſint miracre claudi?
Haec et maiora haec ſua multa boant:
Cuius et oſſa bona ſtuae ad miracula prona,
Hoc opus, haec dona ſua contulit alma corona,
Vnde per eccleſias cantica digna ſonant.

Babenbergae author prius ſtuduit.

Laude aacaas iſta, recolo mihi tempora priſca,
Priſca ſuit paero mihi Babenberga magiſtra,
Mens mea quae didicit, reddit aauica ſibi.
Reddere non potaic quantum, ſed reddere quale,
Ecce meae uolitant aliae properantius alae,
Me aocut hiſtoria, pauo beate aale.

Item de eodem Henrico claudo laudes ſcribuntur.

Henrici claudi meritaia ſolenniter audi,
Cui decet applaudi, cuius metra porrigo laudi.
Samptas ab arce ſoli regaat in arce poli.
Coniuge uirginea uirgo permanſit et ille
Catholicas dedit eccleſias numero quaſi mille,
Pauperibas, aidans ſpes, ina, aita fait.
Naac et in altari ſua cerniuus oſſa ſacrari,
More ſalutari ſolennia digna parari,
Corpora debilium pluriina ſaua dari.

AP-

APPENDIX.

Vnder alter.

PRope ſub exordium huius uitae fit mentio *S. Gothardi*, abbatis *Altahae* in Bauaria, qui poſtea ab HENRICO, imperatore, ad epiſcopatum *Hildesheimenſem* euectus eſt. Erat hic ob ſanctitatem morumque integritatem imperatori chariſſimus, etiam tunc, cum adhuc abbatis officio in Bauaria funge- B retur; quod cum aliunde liquet, tum praecipue ex ſeptenis hiſce diplomatis, in gratiam *Gotthardi* abbatis et emolumentum eius monaſterii, cuipraeſidebat, ab imperatore datis: quae iam olim ex uetuſtis membranis exſcripſit uir admodum reuerendus, eximius, aetate, eruditione et uirtute commemorabilis, Doctor *Georgius Lautherius*, ad D. uir- C ginem monachii praepoſitus. Quae hic ſubiicere uiſum, tum quia uitam et res geſtas ſancti imperatoris, ſanctique abbatis et epiſcopi illuſtrant; tum quia ad Bauaricas antiquitates ſpectant, tum denique quia praeclara pietatis et liberalitatis exempla euulgare decet, piis ad imitationem, impiis ad cautelam. Nam uel ex his ſatis ſuperque liquet, D HENRICVM regem et, imperatorem non caluiſſe *Lutherano* uel *Caluiniano* genio, qui alioqui eccleſias non exſtruxiſſet, ſed deſtruxiſſet; nec eas ampliſſimis prouentibus dotaſſet, ſed rapacibus ungulis expilaſſet, ut ſolet Lutheranus et Caluinianus alaſtor: nec monaſteria condidiſſet, ſed condita ſolo æquaſſet, et monachos ultra Mocotidem paludem ablegaſſet.

DIPLOMA PRIMVM
S. HENRICI
SVPER AREA RATISBON.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

I. HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos piam* Godehardi *abbatis intendentes petitionem, quia nobis fideliter ſeruiuit et dignus, quem beneficiaremur, fuit, quandam noſtri iuris aream, infra muros urbis* Ratiſponenſis *ſitam, habentem in latitudine pedes 40. et in longitudine pedes 80. quae ex una parte plateae, quae ducit ad flumen, ex altera uero parte areae cuiusdam hominis, nomine* Ruori *collimitat, monaſterio ſancti* Mauritii, *cui idem uenerabilis abbas in loco, qui dicitur* Altaha *praeeſſe dinoſcitur, iure perpetuo retinendam per hoc regale praeceptum contulimus, cum terminis ſuis, exitibus quoque et reditibus, ſiue caeteris, quae quolibet modo uocari iuſte et legaliter poſſunt, appendiciis, ea ratione, quatenus praefatus abbas* Godehardus, *ſiue ſucceſſores eius, liberalem deinceps de eadem area habeant poteſtatem poſſidendi, uel quicquid pro utilitatibus monaſterii illis libeat, poteſtatiue faciendi. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine iuſſimus. Data* III. Idus Iulii, anno dominicae incarnationis milleſimo ſecundo. Indict. XV. *anno uero domini Heinrici regis primo. Actum* Babenburch.

SVPER EMVNITATE.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Quia, ſi piis* DEI *famulantium flagitationibus accommodamus benignum auditum, ſummae ſalutis inde prouenire nobis incunctanter credimus remedium: idcirco omnium ſanctae Dei eccleſiae fidelium, praeſentium ſcilicet et futurorum, nouerit religioſitas, quoniam tam animae noſtrae conſulentes, quam etiam dilecti noſtri* Godehardi *abbatis petitionibus obtemperantes, uenerabili* Mauritii *martyris abbatiam,* Altaha *nuncupatam, ſub noſtrae defenſionis* mundiburdium *ac tuitionem, cum omnibus eidem praefatae abbatiae aliquo modo adhaerentibus, uillis uero* Ilerahoff, Suartzaha, Cœlla, Gunzia, Munichdorff, Puechoff, Oberanhaus, Vfterlingen, Gotzzolting, Otilingen, Richeriſdoff, Baltheringa *nuncupatis, ſeu etiam caeteris cuiuſlibet utilitatis commoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus mobilibus et immobilibus, uiis, inuiis, ſyluis, ſaginis, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, paſcuis, compaſcuis, ſiue apipium paſcuis, quaeſitis et inquirendis, nec non iuſta acquiſitione eidem praefatae abbatiae pertinentibus. Praecipientes igitur regali ſummitate edicimus, ut nullus dux, marchio, comes, uicecomes, ſchuldaſio, ſcapio, ſeu aliqua magna uel parua perſona, eundem iam dictum abbatem ſuoſque ſucceſſores praeſcriptis rebus inquietare, moleſtare, uel diſueſtire praeſumat. Si quis uero huius praeſcripti noſtri, quod abſit, uiolator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum. Quod ut uerius credatur, diligentiusque ab omnibus obſeruetur, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilliſque noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Data* VI. Cal. Febr. Indict. II. anno *dominicae incarnationis* MIV. *anno uero domini* Heinrici *II. regis III. Actum* Altſteti. *In* DEI *nomine feliciter Amen.*

II.

SVPER FLINSBACH.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

III. HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Regalis enim excellentiae decet maieſtatem rationalibus ſibi a Domino ſupplicationibus miſericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorum aſſiduis precibus et ſeculariter tranquilliterque et aeternaliter caeleſtis brauii diademate coronetur. Quocirca uniuerſalis fidelium noſtrorum, praeſentium ſcilicet et futuroruni, nouerit induſtria, qualiter quidam uenerabilis* Godehardus *abbas, prouiſor uero* Altahenſis, *monaſterii celſidudinem potentiae nobis a Deo conceſſae ſubiit, humiliter imploraus, uti nos quandam uillam,* Flinſpach *dictam, in pago* Sweinichgouin *ſitam, et in comitatu* Tiemonis *comitis, olim praedicto monaſterio ſuo pertinente, dolore non paruo tactus, perdere quod iuſte uiſus eſt habere, debere, eo reſtituere dignaremur. Cuius nos condignae petitioni aſſentiendum fore exiſtimantes, eandem iam dictam uillam noſtra regali traditione atque pagina, ad ante dictum S.* Mauritii *monaſterium in* Altaha, *conſtructum concedentes reſtituimus, reſtaurauimus, donauimus atque firmiſſime ſubſcribentes eo conſolidauimus ad aedificandum, reſtaurandum, maceriandumpraefatum monaſterium, cum aliis eccleſiis, coenobiumque fratrum, quia ob hoc praedictus abbas requiſiuit, quoniam terra arenoſa eſt maceriaeque utilis. Tradentes igitur in proprium* S. Mauritii *ſubſcriptoque abbati nec non et ſuis ſucceſſoribus, quicquid inter* Winter *et* Hoffkirchen *uidetur iacere, uel etiam ad anteſcriptum monaſterium inibi reſpicere, cum omnibus rebus, mobilibus et immobilibus terris, cultis uel incultis, uineis, uinetis, molendinis, uiis, inuiis, aedificiis, exitibus et reditibus, ſyluis, uenationibus, pratis, paſcuis, compaſcuis, ſiue apium paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, familiis utriusque ſexus, quaeſitis et inquirendis, ſeu omnibus, quae dici uel ſcribi intrinſecus ſeu extrinſecus poſſint, pertinentiis et utilitatibus. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria, roborantes ſigillique noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Data* Nonis Nouembris. Indict. I. *anno dominicae incarnationis* MV: *anno uero domini* Heinrici *ſecundi regis, IV. Actum Werdae, in Dei nomine feliciter.*

SVPER KINCHNAW.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

IV. HEINRICVS diuina fauente gratia rex. *Plantationis cuiusque ſurculus trunco uiridi imputatus, quanto ſaepius aquis circumfuſis irrigatur, tanto citius ramis creſcentibus in arborem erigitur. Eccleſias igitur* DEI *comparationi eidem nos recompenſantes, ubicunque locorum nouiter plantatas, ſi bonis noſtris aliquanto benignius adhibitis ſubleuamur, tanta eas citius in diuina laude feliciter excreſcere, tantoque nos firmius imperii noſtri culmen ſtabilire fideliter confidimus.*

Quapropter omnium DEI *noſtrique fidelium uniuerſitati notum uolumus, qualiter nos, ob interuentum ac petitionem dilectae coniugis noſtrae* Chunigundae, *imperatricis auguſtae et* Brunonis, Auguſtenſis *eccleſiae praeſulis et caeterorum fidelium noſtrorum,* Eberhardi Ratiſponenſis, Bennonis Patauienſis, *epiſcoporum, ad eccleſiam ſitam in eremo, quae uocatur* Nortwald, *a* Guntherio, *monacho et inibi primitus eremiticam uitam ducente, conſtructam, in honore uictorioſiſſimae* crucis *ſanctaeque* DEI *genitricis* Mariae, *nec non* B. Joannis Baptiſtae, *in uſum fratrum ibi* DEO *ſub regula* S. Benedicti *ſeruientium, quicquid habuimus, a fonte aquae, quae uocatur* Leipfliuſa, *uſque ad locum, qui uocatur* Swartawinchil, *et inde uſque ad montem, qui uocatur* Ekkiriſchbuch, *et ita uſque ad aquam, quae uocatur* Forchenbach, *et inde ad* Holerenberch, *uſque dum uenias* Plecentenſtein, *et inde ad* Grachenbach *et ſic ad fontem ipſius aquae, et ita per aquam, quae dicitur* Flinsbach, *et hinc, ut ſubterminatum eſt, ad flumen* Regin, *et per deſcenſum* Regin *fluminis uſque in* illam* Piberach, *quae duarum Piberach media interfluit, et ſic ſurſum per eandem* Piberach, *uſque ad lacum, qui eſt in monte* Hanawich, *et inde per decurſum aquae, quae uocatur* Sebach, *et ſic inde, ut modo terminatum eſt, uſque ad locum, ubi* Kelbirbach *cadit in album* Regin, *uſque in* Aſtaltresbach, *et inde ad magnum lapidem, qui ex orientali plaga prope ſtratam iacet, quae* Bauariam *tendit, et ſic per ſtratam, uſque ad nigrum* Regin, *et ſurſum per eundem fluuium, ad locum ubi interfluit aqua* Fladinz, *et inde ad fontem eiusdem aquae, et ita uſque ad* Nauffinna, *cum omnibus utenſilibus, cum aruis, aedificiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, uenationibus, aquis aquarumue decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, ſeu cum omni utilitate, quae ullo modo inde prouenire poterit, per hoc noſtrum praeceptum, in proprium donauimus atque confirmauimus, ea uidelicet ratione, ut nemo ulterius abſque eius de mcellae prouiſoris ſuorumque ſucceſſorum licentia, poteſtatem habeat noualia faciendi, piſcan-*

* *Vilare.*

piſcandi, aut ullo ingenio feras decipiendi, aut qualibet poteſtate, infra praeſcriptum terminum exercendi. Et ut haec donationis noſtrae auctoritas, ſtabilis atque inconuulſa omni permaneat aeuo, hanc chartam, inde conſcriptam ſubtusque manu propria roboratam, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Data VII. Idus Iunii. Indict. VII. *anno domini MIX. anno uero domini* Heinrici *ſecundi, VII. Actum* Merſeburg. *In* DEI *nomine feliciter.*

SVPER HELINGERSPERGE.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

V. HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Si quid nos eccleſias* DEI, *uel in eiſdem ſeruientes, de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſſibile praemium in futuro capeſſere credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, notum eſſe uolumus, qualiter nos aeternae uitae deſiderio inflammati, tam pro remedio animae noſtrae, quam parentum noſtrorum, nec non et interuentu dilectae* * *contectalis noſtrae* Chunigundae, *et pro dilectiſſimi* Altahenſis *abbatis* Godehardi *gratiſſimo obſequio, eidem eccleſiae, cui ipſe praeeſſe uidetur, in uſum monachorum inibi* DEO *famulantium, in comitatu* Thiemonis *praefidis, prope monaſterium, in uilla* Helingerinperk *dicta, mercatum habenti thelonium, tam uiantium, quam nauigantium, exigendi ius perpetuum per hoc regale praeceptum contulimus atque conceſſimus. Quod ſi qua perſona eidem loco abſtulerit, in futuro iudicio examinanda erit. Et ut haec noſtrae traditionis auctoritas ſtabilis et inconuulſa permaneat, manu propria eam roborantes ſigillari noſtra imagine iuſſimus. Data* VII. idus Iunii indictione VII. *anno dominicae incarnationis M. IX. anno uero domini* Heinrici *regis ſecundi regnantis VIII. Actum* Merſeburg *feliciter amen.*

* *Vxoris.*

SVPER MYNDERICHING.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

VI. HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Si eccleſias* DEI *alicuius doni incremento ditare uel ſublimare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter nouerit omnium Chriſti fidelium noſtrorumque induſtria, qualiter ob remedium animae noſtrae et interuentum dilecti abbatis noſtri,* Godehardi, *ſuum iuge deuotumque ſeruitium inſpicientes, monaſterio ſuo,* Altaha *dicto, ad ſeruitium et ad uſum fratrum,* DEO *ibidem ſeruientium, in uilla* Mundrichinga *dicta, unam eccleſiam, cum dotali manſo et duabus partibus decimationis, ad eandem eccleſiam pertinentibus et in uilla eadem alium manſum, cum mancipiis* Frudun *et uxore ipſius et filiis eorum; in* Siffinchouen *autem tres manſos, cum mancipiis in his habitantibus: in* Mangoltingen *uero ſuperius molendinarium cum molendino, in pago* Wonaulgowe, *in comitatu uero* Ruotberti *comitis ſitis, cum omnibus appenditiis ſiue utilitatibus, quae dici aut nominari poſſunt, per hanc noſtri praecepti paginam concedimus atque largimur. Et de noſtro iure ac dominio in eorum ius ac dominium omnium transfundimus, ea quippe ratione, ut praedictus abbas ſuique ſucceſſores, una cum fratribus inibi* DEO *famulantibus, de praenominato bono eius utenſilibus debinc liberam habeant poteſtatem, ad communem uſum fratrum, quidquid eis libuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut haec auctoritas noſtrae donationis ſtabilis et inconuulſa permaneat omni tempore, hoc praeceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Data* octauo idus Aprilis, *indict. VII. anno ab incarnatione domini M. IX. anno uero domini* Heinrici *ſecundi regnantis VIII. Actum* Regenſpurg. *Amen.*

SVPER APPATISTORF.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

VII. HEINRICVS diuina fauente clementia rex. *Si quid nos eccleſias* DEI, *uel in eiſdem ſeruientes, de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſſibile praemium in futuro capeſſere, credimus. Qua de re cunctis fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet atque futuris, notum eſſe uolumus, qualiter nos, aeternae uitae deſiderio inflammati, tam pro remedio animae noſtrae, quam parentum noſtrorum, nec non et interuentu dilectae* contectalis *noſtrae*, Chunegundae *et pro dilecti Altahenſis* Godehardi *gratiſſimo obſequio, eidem eccleſiae, cui ipſe praeeſſe uidetur, in uſum monachorum inibi* DEO *famulantium, in marcha et comitatu* Heinrici *marchionis, decem regales manſos, inter hos terminos*

nos ſitos, item in orientali plaga de illo uallo et duabus arboribus, uulgo Feleuun *dictis, ſubtus uillam* Abbatorf *dictam, uſque in fluuium* Danubii, *et inde rurſum in latitudine, uſque in occidentalem plagam, ad terminum miniſterii* Sigimares, Weride, *in longitudine uerò, de Danubio uſque ad* Wagreim *ad aquilonem terminantur, per hanc noſtri praecepti paginam concedimus atque largimur, cum omnibus appendiciis ad eoſdem pertinentibus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, uenationibus, ſyluis extirpatis, uel adhuc exſtirpandis, ſeu cum omnibus, quae dici aut nominari poſſunt, uteníilibus, et de noſtro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut praedictus abbas ſuique ſucceſſores, exinde liberam habeant poteſtatem tenendi, commutandi, uel quidquid eis in uſum praedictorum fratrum agere libuerit. Et ut haec noſtrae donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota, ſtabilis et firma conſtet, hanc chartam, ex noſtra iuſſione conſcriptam ac ſignatam, propria manu ſubtus firmauimus. Data* VII. Calend. Iulii indict. IX. *anno dominicae incarnationis M. XI. anno uero domini* Heinrici *ſecundi regnantis X. Actum Regenſpurg.*

SVPER ABSTORE.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

VIII. HEINRICVS diuina clementia fauente Romanorum imperator auguſtus. *Si quid eccleſias* DEI *uel in eisdem ſeruientes de noſtris ditare ſtuduerimus, procul dubio immarceſſibile praemium in futuro capeſſere credimus. Quapropter* de re cunctis fidelibus noſtris praeſentibus ſcilicet et futuris notum eſſe uolumus, qualiter nos aeternae uitae deſiderio inflammati, tam pro remedio animae noſtrae, quam parentum noſtrorum, nec non et interuentu dilectae conjugis Chunigundae, *et pro dilecti* Altahenſis *abbatis* Godehardi *gratiſſimo obſequio, eidem eccleſiae, cui ipſe praeeſſe uidetur, in uſum monachorum inibi* DEO *famulantium, in marcha et comitatu* Adalberti *marchionis, decem regales manſos inter hos terminos ſitos, ab occidentali uidelicet plaga ſuper uillam, quae* Abſtorf *nuncupatur, de medio Danubii alueo uſque in riuulum, qui uocatur* Smidaha, *latitudine ad orientalem plagam, longitudine uero contra* Wagreine *uergente in locis probabilibus uſuique ſemper aptis. Inſuper etiam parnulam inſulam in Danubio, contra eandem uillam iacentem, per hanc noſtri praecepti paginam concedimus atque largimur, cum omnibus appendiciis ad eoſdem pertinentibus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis, et compaſcuis, uiis et inuiis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, uenationibus, ſyluis extirpatis uel adhuc extirpandis, ſeu cum omnibus, quae dici uel nominari poſſunt, uteníilibus, et de noſtro imperiali iure in eius ius ac dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione, ut praedictus abbas ſuique ſucceſſores, exinde liberam habeant poteſtatem, tenendi, commutandi, uel quicquid eis in uſum praedictorum fratrum agere libuerit. Et ut haec noſtrae donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota ſtabilis et firma conſtet, hanc chartam ex noſtra iuſſione conſcriptam ac ſignatam manu propria ſubtus firmauimus. Data* VII. Idus Aprilis indict. II. *anno dominicae incarnationis M. XIX. anno uero domini* Henrici *ſecundi regnantis XVII. imperii anno VI. Actum Merſeburg feliciter. Amen.*

PRIVILEGIVM IMPERATORIS HENRICI PRO DVOBVS MANSIS SITIS IVXTA LIVPNA: CONCESSVM, ANNO DOMINI M. IX.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

IX. HEINRICVS Dei gratia Romanorum imperator auguſtus. *Si dignis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum praebere decreuerimus, his ſcilicet, qui pro ſtatu regni omniumque eccleſiarum* DEI, *et pro noſtrae animae remedio atque noſtrorum parentum, noſtram adeuntes clementiam deprecantur, quatenus eccleſias monaſteriorum* DEI *ſublimare, exaltare atque ditare ſtudeamus: non ſolum nos ab ipſo retributionem accepturos ſperamus; ſed etiam ſtatum regni ſublimari putamus. Proinde cunctorum ſanctae* DEI *eccleſiae noſtrorumque fidelium recognoſcat induſtria; qualiter per interuentum ac petitionem* Chunigundae *noſtrae dilectiſſimae coniugis et imperatricis atque* Godehardi, *noſtri dilecti abbatis, monaſterio* ſancti

Qui-

Quirini, *quod ſitum eſt in loco, qui nominatur* Tegrinſe, *duos regales manſos, ſitos in loco, qui dicitur,* Liupana, *inter duos lapides* Vuatſtein, *et* Holinſtein, *donamus et proprio iure concedimus, cum aedificiis, cultis et incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, uiis, inuiis, exitibus et reditibus, aquis, aquarumue curſibus, piſcationibus, quaeſitis et inquirendis, quatenus eiusdem praedicti monaſterii abbas ad utilitatem ibidem* DEO *ſeruientium liberam habeat poteſtatem commutandi atque ordinandi, omni contradictione remota. Si quis igitur hanc noſtri praecepti paginam uiolare, uel ſpernere praeſumpſerit, ſciat ſe redditurum rationem omnipotenti* DEO *in die iudicii et noſtri gratiam in praeſenti ſeculo nunquam conſecuturum. Et ut haec uerius credantur diligentiusque ab omnibus obſeruentur, manu propria corrobantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.*

Güntherius Cancellarius, ad uicem Erchanbaldi archiepiſcopi et archicapellani recognoui.

Datum anno dominicae incarnationis M. XIX. indict. II. V. id. Ian. anno uero domini Henrici *regnantis XVII. imperii uero eius V. Actum* Chuoſunge, *feliciter, amen.*

Exſcripſimus hoc diploma ex ipſo autographo membranaceo, quod ſane uel primo aſpectu neſcio quem religioſum erga antiquitatem motum in animo excitat. Copiam eius fecerat admodum reuerendus dominus *Paulus*, abbas Tegernſeenſis uigilantiſſimus, nobili et conſultiſſimo domino *Chriſtophoro* Geuuoldo, conſiliario Bauarico; hic mihi. Eſt autem *Chuoſunge* locus, quem Ditmarus *Capungum* ſeu Kafungum, auctor uitae S. Kunegundis *Confugium* uocat. De quo uide notas in cap. IV. uitae S. Kunegundis.

APPENDIX GRETSERI,

in uitam

SANCTI HENRICI IMPERATORIS.

Exſcripſimus hanc uitam HENRICI imperatoris ex codice monaſterii *Rebdorffenſis*, prope *Aichſtadium*. Euulgauerat iam tom. 6. antiquorum lectionum clariſſimus uir D. *Henricus Canſiſius* I. C. et in academia Ingolſtadienſis S S. canonum profeſſor, aliam ex manuſcripto exemplari coenobii *Windbergenſis*. Sed haec noſtra plenior eſt, cum bullas uariorum pontificum et imperatoris *Henrici* literas contineat: quibus codex *Windbergenſis* carebat. Auctorem indagare non potui. In catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ita ſcribit Sigebertus cap. 139. *Adelbodus ex clerico Lobienſi, epiſcopus Vltraiectenſis, ſcripſit uitam ſecundi Henrici imperatoris.* Idem teſtatur *Sigebertus* in chronico.

Cum autem ſcriptor, quem nunc publicamus, faciat mentionem *canonizationis* S. Henrici, fieri non poteſt, ut ſic Adelbodus, quem Baronius *Adalberonem* uocat; nam diu ante tempora *canonizati* Henrici Adelbodum uixiſſe oportet, cum eius faciat mentionem *Sigebertus*, qui uiuere deſiit anno 1112. uel 113. ut in fine chronici eius annotatur: Henricus autem caelitum numero adſcriptus fuerit anno 1152. ut planum fit ex bulla Eugenii III. apud Baronium: niſi quis dicat, haec et alia nonnulla de miraculis S. *Henrici* a poſterioribus fuiſſe ſuperaddita; ut ſaepe factum in ſanctorum hiſtoriis.

Trithemius in chronico Hirſaugienſi ſcribit, Adelboldum (ſic enim indagitat) fuiſſe Henrici imperatoris *cancellarium et conſiliarium aliquanto tempore*, quem idem *Trithemius* in catalogo illuſtrium uirorum Germaniae et in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, mortuum ait ſub *Conrado* imperatore, anno 1027. 5. Kal. Decembr. anno epiſcopatus ſui XVIII.

Ingreſſurus etiam auctor noſter narrationem miraculorum, quae Deus per *S. Henricum* patrauit, profitetur ſe ea expoſiturum, *quae aut ueraci, aut indubitata maiorum relatione acceperit, aut quae*, ut ait, *ipſi modernis temporibus geſta probauimus et uidimus.* Quae *Adelbodo* non quadrant, cum *S. Henrico* triennium duntaxat ſuperuixerit. Quocirca de miraculis *S. Henrici*, ut de re ueteri, et quae a maioribus diſci debuerit, loqui non poterat. Accedit, quod ſcriptor iſte ſcribit iis de rebus, quae diu poſt mortem Adelbodi acciderunt; ut de diplomate *Henrici III.* regis, de bullis LEONIS IX. et CLEMENTIS II. de quarto et ſexto epiſcopo Bambergenſi, ad quorum tempora *Adelbodus* non peruenit. Forte non aberrabit, qui *Nonnoſium* monachum huius hiſtoriae, ut et eius, quae eſt de *S. Chunegunde*, au-

ctorem statuerit. Hunc enim uitam et res gestas *S. Henrici* literis mandasse, testatur in annalibus Bambergensibus Martinus Hoffmannus, et ex illa commemorat causam, cur claudicauerit Henricus, quam ex apographo Bambergensi ad caput XXII. percensuimus.

Etymon nominis Germanicum est *Hain, Haim, est domi*; inquit Auentinus in nomenclatura annalibus Boicis praefixa. Reich, *diues, & regnum atque imperium: inde* Hainreich, Haimreich, Heinreich, *&c. Veteres Honoricum dixere*; in usu est Henricus. *Vngari Hemericum, & absque aspiratione* Aemericum *uocant. Fuit filius Stephani regis Vngarorum et Gisulae, sororis* D. Heinrici *imperatoris significatur hos nomine prudens et bonus paterfamilias et qui colit regnum et imperium.* Ita Auentinus.

Cognomenta habuit *Henricus* imperator *sancti* a sanctitate, *pii*, a pietate et *claudi, a laxato femore*, ut in Saxonia illustrata ait *Fabricius*. Et olim admodum frequens erat huiusmodi appellationes regibus et imperatoribus addere. Hinc Heinricus rex, Othonis magni pater, dictus est *auceps*, quod aucupio mire delectaretur: et *humilis*, quod coronam imperialem detrectasset. Otho II. imperator, *rufus*. Otho III. *puer*; quod *Puer* regnare coepisset. Heinricus III. *niger*, *Conradus*, pater eius, *Salicus*. Hinc etiam *Carolus caluus*; *Carolus crassus, Carolus simplex*. Ludouicus balbus, apud Graecos *Michael balbus*. Fuit autem *S. Henricus* tertius huius nominis dux Bauariae, filius Henrici secundi, Boiorum ducis.

Exscripsi autem, ut initio dicebam, hanc de *S. Henrico* historiam, ex codice manuscripto monasterii *Rebdorffensis*. Postea misit ad me admodum reuerendus, magnificus et clarissimus dominus doctor FRIDERICVS FORNERVS, uicarius Bambergensis, apographum quoddam ueteris exemplaris; ex quo interdum, quae in meo deerant, uel corrupta erant, suppleui et correxi: tametsi non inuitus fateor, plura supersesse, quae correctione egeant, praecipue in diplomatis.

Codex Rebdorffensis carebat distinctione capitum: quam ex apographo Bambergensi inseruimus, additis etiam *lemmatis* seu *summariis* singulorum capitum, idque maioris lucis gratia.

In apographo Bambergensi erat iste titulus: *Incipit liber primus de uita et de gestis S. Henrici imperatoris et confessoris*. In apographo tamen nusquam apparet aut finis primi, aut exordium secundi libri, nisi forte id sumendum sit, a commemoratione miraculorum, quae Deus per sanctum imperatorem iam uita functum patrauit.

Est autem historia haec uel eo nomine magni facienda, quod contineat aliquot pontificum et imperatorum literas ac constitutiones non ualde obuias; si non penitus raras, ut

Ioannis XIX.	I.
Clementis II.	I.
Leonis IX.	II.
Benedicti VIII.	II.
Henrici episcopi Herbip.	I.
Ioannis patriarchae Aquileiensis.	I.
Othonis II. imperatoris.	I.
S. Henrici imperatoris.	I.
Henrici, cognomenti *nigri*, imp.	I.

Quae omnes, excepta illa *Othonis*, reperiuntur in codice manuscripto *Viennensi*, de quo infra dicemus.

VI.

VITA
S. KVNEGVNDIS,

IMPERATRICIS,

QVAE

CVM SANCTO SVO CONIVGE,

HENRICO IMPERATORE,

EPISCOPATVM BAMBERGENSEM,

CONDIDIT AC FVNDAVIT,

NVNC

EX ANTIQVIS MEMBRANIS AVCTIOR ET CORRECTIOR EDITA, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATA,

STVDIO

IACOBI GRETSERI,

SOCIETATIS IESV THEOLOGI.

VITA S. KVNEGVNDIS, IMPERATRICIS.

CAPVT PRIMVM.

Genus et coniugium.

EX praeclaro parentum ſanguine, et auguſtae nobilitatis gradu, duo immarceſſibilis gloriae flores mundo enituerunt, ſanctus uidelicet HEINRICVS cognomento PIVS, glorioſiſſimum Romani imperii decus, eiusque dignissima *contectalis, piae memoriae, CHVNEGVNDIS auguſta et imperatrix. Eadem uero beata et Deo dilecta terreno imperatori *copulariter, non carnaliter coniuncta, coeleſti regi ſuam uirginitatem conſecrauit, quam uſque in finem, caſti *uirginis conſenſu, Deo teſte, conſeruauit. Quod poſtmodum diuinitas, ne lumen in tenebris lateret, oſtendit: dum eam, ad confundendum uirginitatis hoſtem et obſtruendum os mendacia contra uirginem Chriſti loquentium, ſuper ignitos uomeres incedere et illaeſam procedere dedit.

*Var. Aliqui legunt apud Dithmarum et alios hac uoce uſos. Contectalis, a lecto, et Gonthoralis, a thoro. *Sur. corporaliter. *Henrici imp. qui et ipſa uirginitatem integram ſeruauit.

NOTATIONES IN VITAM S. KVNEGVNDIS.

QVis hanc uitam conſcripſerit, uidere non habeo, niſi fortè Nonnoſius monachus, cui Hoffmannus in annalibus Bambergenſibus hunc foetum tribuere uidetur. Illud ſaltem, ſcriptorem hunc, diu poſt beatum ſanctae uirginis obitum uixiſſe, utpote qui Innocentium III. ſub finem citet. Exſtat quoque tomo ſecundo Surii. Sed hanc non paucis locis ab illa diuerſam ex codice manuſcripto monaſterii Rebdorffenſis prope Aichſtadium exhibemus; cuius ut et uitae S. Henrici imperatoris ex diuite bibliotheca copiam benigne nobis fecit admodum reuerendus pater *Leonardus Crans*, loci illius prior uigilantiſſimus. Poſſes uteris cuiuſdam codicis apographum miſit ad nos, admodum reuerendus et clariſſimus dominus doctor *Fridericus Forneras*, uicarius Bambergenſis; ex quo exemplar codicis Rebdorffenſis auximus ac ſuppleuimus non uno loco.

Quod ad nomen ipſum attinet, uarie ſcribitur; *Cunegundis, Chunigundis, Chunegunda, Chunigund, Chunfreund, Chynegund*; & ſignificat *regis fauorem*; nam *Kunic, Chunic, Kuning*, hodieque nonnullis per contractionem, *Kung, Chynig, Chyne* rex eſt; & gund; gunſt, hoc eſt, *fauor*. Ad eandem formam cuſa ſunt, *Chynibild, Chunilde* & *Chunigilde, regis amor*. Idem, *Chunidrud, regis fiducia, Chunipret, regis fama*, uel *pompa*. Nam drau, trou, *fides* eſt, drauen, dronen, *fidere, fidem habere*. Hinc *Gertrudis; Ariadnada, Himeltraud, Himeldrud quae caelo fidit*. Porro Chunigildam, uxorem Henrici III. regis et imperatoris II. qui fuit filius Conradi Salici imperatoris (quam Wippo nominat *Chunelindam*) nonnulli auctores, nominatim Trithemius in chronico Hirſaugienſi, confundere uidentur cum noſtra *Chunegunda*, S. Henrici coniuge; quae et Eliphdruda uocabatur, teſte Hermanno in chronico. Fuit autem Chunegundis filia Siffridi A palatini Rheni, ut Fabricius in originibus Saxonicis, Cuſpinianus, et alii tradunt; licet aliis refragentibus.

Sectiones in capita in utroque exemplari deerant; quas nos maioris claritatis adhibendas cenſuimus. Sunt enim uelut certa uiarum ſpatia, quas iam olim, teſte S. Hieronymo in cap. ult. Ioelis prophetae, *uniuerſa Germaniae ſtraſtas* uocabat; *quietis* procul dubio, quae hodieque Germanis eſt Raſt, ut et *quieſcere* raſten, a Graeco *ταχάω*.

B GEneralis titulus Codicis Rebdorffiani eſt iſte, *Incipit vita S. Kunigundis reginae, Ex praeclaro parentum ſanguine.*

In editione Bruxellenſi 1484. *et MSS. Blaburenſi et D. Baunachi incipit:* Ex nobiliſſimo parentum, magnorum uidelicet auguſtorum, ſanguine duo &c. *In 2. parte Legendae Coloniae* 1483. *et Louanii* 1485 *editae incipit* Ex nobiliſſimo parentum auguſtorum magnorum quoque ſanguine duo *etc.* Papebroch.

ſanctus uidelicet Henricus) Vtraque editio et utrumque MSS. ſecundus uidelicet Henricus omiſſis uerbis, cognomento pius. Papebr.

C *contectalis*) *Eadem utraque* collectalis, *alibi* collectalis, *ab eodem lecto, quo quia uſi non ſunt, ab eodem tecto contectalis melius dicitur et habetur in MSS. Blabur. et D. Baunach.* Papebr.

Chunegundis auguſta) Eadem *utraque cum dictis* MSS. Kunigundis imperatrix: *additur in Bruxellenſi:* comitis quondam Palatini filia.

caſti uirginis) *Papebroch.* coniugis.

CAPVT SECVNDVM.

S. KVNEGVNDIS probat ſuam innocentiam ignitis uomeribus.

D QValiter autem id factum ſit, ad communem aedificationem praeterendum non eſt, ut et caſtimoniae erudiamur exemplis, et diuinorum ſecretorum admiratione moueamur, intelligentes, quemadmodum diligentibus E Deum omnia cooperantur in bonum. Tantis namque ac talibus bonis tentatio deeſſe non potuit. Inuidus enim omnium bonorum diabolus, ubi thorum immaculatum fauciare non potuit, zelotypiae liuore foedare cogitauit et eius ſaltem famam laedere, cui uulnus corruptionis infligere non ualuit.

Facta eſt igitur, auctore diabolo, ſuſpecta criminis, quae non nouerat F maculam corruptionis. Sed, quia crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, expurgationis gratia, ad uomeres candentes illud ſibi iudicium elegit, quod propter duritiam hominum inſtitutum eſſe cognoſcitur. Cumque dilecta Deo ad illud iudicium uelut ouis ad occiſionem duceretur, ingemuit et ait: *domine Deus, creator coeli et terrae, qui probas renes et corda, iudica iudicium meum*

De hac probatione lege Deliriam lib. 4. Diſquiſ. Mag. cap. 4. q. 4. ſect. 2.

Aliquando nouerca candentem, uel quodvis aliud ferrum ignitum manibus ferebant, uel prunas in sinum coniicie-bant; uel ferrum intrabant; de quibus omnibus Delrius loc. cit. S. Kuneg. ferrum ignitum portasse, scribit Cranzius lib 4. Saxon. cap. 32.

et eripe me. Te enim teſtem et iudicem hodie inuoco, quia nec hunc praeſentem HEINRICVM, *nec aliquem uirum, carnali commiſtione unquam cognoui.* Hoc dicto, ſtupentibus et flentibus uniuerſis, qui aderant, uomeres candentes nudo ueſtigio calcauit et, ſine aduſtionis moleſtia, ſecura pertranſiit. Ita Deus omnipotens uinculum caſtae dilectionis ſeruauit, innocentiam comprobauit, cuſtodiam humilitatis adhibuit. In faſcibus itaque conſtituta, continentiae ſuae gloriam ſub terreni chlamide imperii latagebat abſcondi, ut tanto propenſius, quando efficacius poterat, promoueret, quae Deo inſpirante, nec non adiuuante, ad ipſius laudem cogitabat perficere.

DEeſt hoc caput in apographo Bambergenſi & editione Suriana, uſque ad illa uerba: *In faſcibus itaque conſtituta, etc.* De hac probatione per uomeres candentes ita *Mutius* lib. 14 Chronic. Germaniae. *Henricus uxorem ſuam non ſtupebat. ipſa uiciſſim caſtitatem ſeruare cupiens, conſenſerat ſponſo: ita ambo degebant uitam caelibem. Satan, qui nunquam quieuit, neque quieſcet unt. conſummationem, ſuſpectam imperatori reddidit reginam Kunegundem, nomine adulterii, etc. Henricus ineenſus enim cur ſimules caſtitatem curam hominibus, grauiter indicium eam mouere; dominum, qui cordu et oculos fecit, omnia uidere, etiamſi fallat homines. Caſtiſſima uirgo pudico et modeſto uultu conſtanter negat et, ſe gaudere, inquit, quod dominum teſtem habeat, cuius teſtimonio ipſa contenta ſit, etc. Vt autem Henrico hic ſcrupulus, quem ſatanas illi iniecerat, eximeretur, conuenit inter eos, ut regina ambulau et ſuper ferrum candent. Quae poſtquam inuocauit nomen domini, ut propter gloriam ſuam proburet innocentiam ancillae ſuae; ſuetu. ſed modeſtiſſima fronte, nudis pedibus ferrum, igne iam tum extructum et adhuc rubens, calcat toties, quoties uoluerunt, qui aderant teſtes miraculi, quod Deus cum uirgine ſua uncilla operatus eſt. Qui ſcribunt, ex impulſu ſatanae hoc excogitatum ab Henrico, ut cogeret uxorem ſuam, quam nunquam eognouerat, nec cum illa conſuetudinem ſe habiturum decreuerat, non ſequitur, quod illi inferunt, pacne dixerim calumniatores, eſſe ſatis indicii, Henricum tyrannum potius fuiſſe, quam ſanctum regem. Cur non cogitant quibus quantiſque tentationibus ſancti Dei a ſatana ſint tentati, et non raro inducti nonnihil?*

Vnde S. Henrico haec de caſtiſſima coniuge ſuſpicio ſuborta fuerit, tradit auctor *compilationis chronologicae: Auctore diabolo, qui inuidebat eius uirginitati, de crimine adulterii iubenenter infamatu fuit. Callidus namque diabolus transfiguratus eſt in formam militis ſpecioſi, tribus diebus continuis mane uidebatur pluribus uxire de thalamo* S. *Kunegundis.* Martinus Hoffmannus in annalibus Bambergenſibus: *Ad ſtabiliendum huius miraculi fidem, eo in loco ſacellum aedificatum, et duorum nouorum reliquiae, D. Henrici ſarcophago inclauſae ab epiſcopo et clero Babebergenſi, ea, qua decuit, reuerentia in eccleſia cathedrali hactenus ſeruatae ſunt.*

Vide autem et deteſtare extremum centuriatorum impudentiam et impietatem, qui in indice centuriae X I. nominant S. Kunegundem *neficam ſeu magam*: quia cap. 6. eiuſdem centuriae column. 940 inter exempla magiae numerauerant etiam iſtud: *Chunegundis imperatrix, neſcio quibus artibus, daemonem ſtupendas molis marmoreas lapides, ad Bambergenſis templi exſtructionem compertore cogit. Paluum quoque aumis plenum in medium poſuit, unde nemo operariorum, praeter iuſtum laborum mercedem, quidquam auferre potuit.* Citantque chronicon Saxonicum. At ſi haec ſunt magiae ſeu ueneficii ſigna, oportet, ut multos, quorum non eſt minor quam imperatricis huius ſanctitas, in ueneficiorum claſſem coniiciant; qui ſimilia, uel certe non minus mirabilia patrarunt. An putant centuriatum fabri, fieri unu poſſe, ut daemon, etiam inuitus ac renutans, cogatur a Deo propter ſanctorum merita, operam ſuam locare ad ea efficienda, quae ipſe maxime infecta cuperet? Nam ſi quid agat, impulſu ueneficorum, id ex pacto, et ſponte agit. Nec illud alterum uirtutis diuinae excedit; quarum ui et efficacitate ſancti talia patrabant. Licet enim magicis quoque artibus effici poſſit; hic tamen omne maleficium procul abfuiſſe, colligitur cum ex aliis indiciis, tum ex perſona Kunegundis; quam ueneficam non fuiſſe, teſtantur cum edita per ipſam miracula, tum perpetuae uirginitatis ſtudium, illuſtri teſtimonio publice comprobatum, ut referunt eodem cap. 6. ipſimet centuriatores. Vbi autem et quando auditum, ſagas uel ueneficas caſtitatem colere? Quas uelpotiſſimum libidinis ardor et uoluptatum cupiditas, in cacodaemonis contubernium pertrahit? Praedictum miraculum cum Hoffmannus in annalibus Bambergenſibus recenſuiſſet, haec ſubiungit: *quod indicat huius miraculi pictura adhuc hodie in muro eiuſdem eccleſiae* (S. Stephani) *poſita. Ipſum uero lanetum cryſtallinamob illo tempore, uſque ad ſeuile illud Germaniae bellum, in monte monachorum pro reliquiis oſſeruatum, ſeditioſam ruſticorum licentiam deſtregiſſe perhibent.*

Quae hic proferuntur abſunt ab citatis MSS. et editis; ſed referuntur in Bruxellenſi, in praepoſito situ S. Henrici, et inde huc translata, primis ſolum uerbis mutatis, quae ibi ſunt: Quo uero iudicio comprobatum ſit, eos in omni puritate caſtitatis ſe conſeruaſſe ad communem aedificationem *etc.* Papebr.

CAPVT TERTIVM.

Templa ſtudio S. Kunegundis condita.

DEnique poſt nouellam foecundiſſimae plantationis ſuae eccleſiam *Babenberc*, quam cum illo ſtudioſiſſimo ſuo cooperatore, HEINRICO, in loco Babenbergenſi, uenuſtiſſimè, ſicut hactenus cernitur, fabricauit, ſub patrocinio principis apoſtolorum PETRI atque S. GEORGII martyris, monaſterium ſub regula ſancti *Benedicti*, ad aquilonarem plagam, in honore *S. Michaëlis* archangeli, extruxit, non minori ſtudio praediorum ac diuerſorum donariis ornamentorum. Tertiam demum uerſus meridiem, ſub ordine canonicorum, ſub titulo *S. Stephani* protomartyris, paruo quidem ſchemate, ſed maiori opera, de ſuo patrimonio eccleſiam fundauit. Ad quam dedicandam BENEDICTVM papam, quem praefatus DEO dignus HENRICVS imperator, ad confirmandum Babenbergenſem pontificatum, aduocauerat, uenire rogauit. Ipſa autem illud pſalmographi ſecum decantans: *domine, dilexi decorem*

Haec omnia clara ſunt ex uita S. Henrici quae prius legi debet, ut hoc probe intelligatur, praeſertim cap. 6 n 7.

Vide uitam S. Henrici cap. 23. et 24.

Pſal. 25.

rem domus tuae; diuersa eidem ecclesiae iuxta imperialem munificentiam, munera contulit, in diuersis ecclesiae ornamentis. Quae omnia ipse dominus apostolicus, ut semper memoria ipsius fundatricis illic floreat, ne quando per fraudem, aut uiolentiam, uel furto inde subtrahantur, dura banni sui innodatione, septuaginta quoque duorum episcoporum, qui ibi aderant, autoritate, ipso die confirmauit.

Ecclesiam Babenberg) *de episcopatu et ecclesia Bambergensi et z. monasteriis agitur in uita S. Henrici cap.* 6. Papebr.

Benedictum papam) *Hic est Benedictus IV. de cuius aduentu in Germaniam, priuilegiis concessis ecclesiae Bambergensi, et literis ad Eberhardum primum episcopum, agitur in uita S. Henrici cap.* 23. *seqq.* Papebr.

CAPVT QVARTVM.

Confugiense monasterium a Kunegunde exstructum.

ITem monasterium in honore saluatoris et eius uictoriosissimae crucis, in loco, qui *Confugia* dicitur, magnifice construxit et ancillarum DEI, ibidem DEO, secundum regulam *S. Benedicti*, seruientium, congregationem decentissime ordinauit. Porro cooperante ei in omnibus imperiali maiestate, idem monasterium omni ornatu decorauit. Ante principale altare * *iconam* ex auro et lapide preciosissimo statuit; calices aureos et argenteos, catinos, urceos, pallas, casulas, uela, cortinas, cappas auro et gemmis preciosis intextas, et caetera utensilia, siue uasa ministerii tanto studio, et tam sumptuosis impensis eidem ecclesiae contulit, ut, quicunque ea intuentur, regiam munificentiam et miram utriusque, imperatoris uidelicet, ac imperatricis, in DEVM deuotionem magnopere mirari non cessent.

* *imaginem.*

Dona Confugiensi monasterio oblata.

IN loco, qui Confugia *dicitur*) De hoc monasterio Martinus Hoffmannus lib 1. annalium Babebergensium, qui necdum typis excusi sunt.

Eodem anno, *hoc est indict. 1. anno regni S. Henrici imperatoris XVIII. imperii IV. qui fuit Christi* 1018, Cunigundis Aug... millibus passuum a Gasselli Hasicis coenobium uirginum, in honorem domini et saluatoris Christi, et sanctae eius crucis, ex uoto, propria pecunia constituit. Locum circa soli ubertate foecundum, aquis irriguum, et copia piscium affluentem, Dimarus Capungum, incolae Kasungum, affinitate interiectas C, K et F nota, nominare solent. Et hoc Nonnosio monacho occasionem dedisse et audaciam offerendi addidisse puto, quod ex ignorantia loci et etymologiae, coenobium a fundatrice pio ausu Confugium dictum, Confugium appellauit.

Wilhelm Dietrich Hessischer Chronick/ parte 2. p. 115.

Heinrich Churfürst und Pfaltzgraff bey Rheyn, zu Francken/ Hessen/ &c. Hertzog.

Dieser hat Heinrich den andern dieses Nahmens/ H. zu Bayern/ zum Käyser erwählen helffen/ und ihme seine Schwester Kunigunden ver-

A mählet, durch deren Vorbitt ist etwa das Closter Kauffungen mit etlichen kostbaren Kleinodien vom Käyser begabt und erneuert worden. Dahero etliche meynen wollen, solch Closter habe hochgemelter Käyser erstlich erbauet: welches doch anfänglich von Ludouico Pio fundirt und gestifftet worden.

Dimarus episcopus Merseburgensis lib. 7. tam meminit *Kopungi*. In tabulis Geographicis *Kaufungen*, prope Cassel in Hassia ponitur. Compilatio chronologica uocat hoc monasterium *Augiam*.

Iconam) *Icona pro icon usurpatur a Caesario lib. 7. cap.* 21. *et aliis. In antiquis lectionibus* iconia legitur. Papebr.

CAPVT QVINTVM.

Munificentia S. Henrici, et S. Kunegundis in uarias ecclesias.

PRaeter has principales suae fundationis et primarias ecclesias; quae conuentualis ecclesia, quae monasteria illorum donatiuo non gloriantur, aut in praediis dilatata, aut decorata ornamentis? Alias enim antiquitate collapsas reaedificauerunt; quasdam etiam destructas et ad nihilum redactas, in pristinum, uel in meliorem statum restaurauerunt et, sicuti prudentes uirgines, oleum suae misericordiae in diuersos effuderunt, ut merito dicere possint, *Christo bonus odor sumus in omni loco.* 2. Corinth. 2.

O coniugium non uoluptate, sed bona uoluntate copulatum! O sanctum matrimonium, ubi una fides inuiolatae castitatis, ubi unus spiritus misericordiae ac ueritatis; ubi idem uelle in uirtutibus, idemque nolle in uitiis: ubi nec primus, nec alter discerni potuit, dum alter, quod primus, uoluit; ubi par animus, in multiformibus operum effectibus, pares in duobus ostendit affectus. Quales has nuptias dixerim, nescio. Vnum scio; quia nescit nostra modo regio tales, dum illi propter regnum coelorum se *castrantes*, nec prolem terrenae foecunditatis exspectantes, caelibem a Dao generationem receperunt: a quorum ore laus Dei nunquam deficiet. *Haec est generatio quaerentium dominum, quaerentium faciem Dei Iacob*; qui uiuentes in Christo, membra sua mortificantes propter Christum, super terram morientes; modo regnantes cum Christo, bona domini sui uident in regione uiuentium. Matth. 19.

PRaeter has principales) Quam munificus fuerit sanctus Henricus cum sua coniuge in uarias ecclesias, abunde iam ex uita S. Henrici intelleximus; ut et annexis ipsiusdem diplomatis.

CAP.

CAPVT SEXTVM.

Cur auctor hanc ſcriptionem ſuſceperit.

QVoniam de uita et uirtutibus pii et ſancti HEINRICI chriſtianiſſimi imperatoris et miſerationibus uariis, quas fecit in domo domini, de ſignis quoque et miraculis, quae poſt tranſitum ipſius per eum fecit Deus, ſatis ac digne ſcripta ſancta recepit eccleſia: nunc animum pungit, ac in mentem uenit, uitam memorandae uirginis noſtrae CHVNEGVNDIS breuiter explicare et memoriae ſcripto commendare; ut ad exemplum eius ſe intuentes, quaecunque uirgines, quaecunque uere uiduae, perfectae uitae normam arbitrentur conuerſationem illius. Indignum enim nobis, ſed magis operae pretium duximus, ut illi officium non ſubtrahamus oris, cuius prouidentia quotidie alimenta percipimus corporis.

QVoniam) *Videtur initio hinc incepiſſe uita S. Cunegundis, cui deinceps poſtea annexa eſt facta uita S. Henrici.* Pagebr.

Cuius prouidentia quotidie alimenta) Ex hoc loco apparet, ſcriptorem huius uitae fuiſſe monachum uel ſacerdotem in aliquo monaſterio uel templo a S. Henrico et S. Kunegunde exſtructo et prouentibus annuis inſtructo.

CAPVT SEPTIMVM.

S. Kunegundis, mortuo marito, pietatis exercitationibus ſedulo inſiſtit.

HEINRICO itaque ſuo, ſuae caſtitatis patientiſſimo ſemper cuſtode, ubi eam ſuis uirginem, uti traduxerat in Chriſto, in ultimo ſpiritu conſtitutus reſignauit, ad caeleſtia, quae iugiter ſuſpirabat, gaudia translato, illa ſe ad dominum, ut ſempet, totam contulit: illum ſuae caſtitati, neceſſitati, ſaluti adeſſe, illum ſuis eccleſiis; illum filiis, quos ei in Chriſto aggregauerat, praeſentem affore, aduocare uigiliis, orationibus inſtate, die practicam cum Martha, noctu contemplatiuam cum Maria uitam agete non ceſſabat. Quanta uero eleemoſynarum largitate, quanta orationis inſtantia pro beati coniugis defuncti anima defudauerit, in ſubſcripta pagina, quam ipſa perſe, nam literarum, ſicut et aliarum artium, diſtinguere auro, gemmiſque ſacras ueſtes, fuit peritiſſima, compoſuit et conſcripſit, quicunque ſcire uoluerit, cognoſcete poterit.

CAPVT OCTAVVM.

Epiſtola S. Kunegundis ad Confugienſem congregationem.

CHVNEGVNDIS *diuina diſpenſatione ſolo nomine imperatrix, ſpecialiter dilectae congregationi in* Confugia, *quidquid iuſtae conuenit dilectioni. Propriae aduerſitatis ſarcinam, ueluti aeſtimo, facilius tolerarem, ſi ueſtras res ſaluas, incolumeſque exiſtere uiderem. Quamuis enim mens procelloſis curarum fluctibus undique quatiatur, ueſtrae tamen recordationis ancora a cordis profunditate non euellitur. Et licet longe remotae ab oculis ſitis, ab animo tamen neſquam receditis. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? caſus doloris? an longinquitas remotionis? Quin etiam ſi amiſſae facultatis uſus concederetur, uoluntas haec operis exhibitione comprobaretur. Ipſum tamen modicum, quod adhuc, Deo uolente, reliquum tenemus, ueſtrae commonitioni alienum eſſe uolumus, ut participatione paruitatis reueleretur magnitudo deuotionis. Mater namque, ſi parum habuerit, parum filiis tribuit. Ecce haec modici ſumptus munuſcula ad refectionem uobis mittuntur carnis, ut animam * ſenioris, patris ueſtri, continua orationis alimonia reficiatis: quoniam tot iuſtorum preces unanimiter continuatae, apud Deum multum poſſunt proficere, Iacobo atteſtante.* Multum uaIet deprecatio iuſti aſſidua.

Ille etiam atque etiam iuſtus dominus, qui iuſtitias dilexit, aequitatem ſupplicationis, exaudire non reſpuit: ſed uobis indefeſſis interceſſoribus, ſupradicti chari memoriam facientibus, ſalutis dabit praemium, quod ipſe promittit, dicens: qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. *Atque bonum opus in conſpectu etiam Dei placitum eſſe cernitis, ſi non ſolum pro illis, qui in hac uita poſiti, multa uobis bona; ſed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraueritis. Obſecro ergo, ut eum a cordibus ueſtris nunquam abiiciatis, qui uos tanquam proprias amauit, atque hunc locum ueſtra ſeruitute florere uoluit.*

Eſtote quoque meae neceſſitatis memores, ſemper in hilaritate cordis miſericordes, ſecundum illud apoſtoli: Dilectio ſine ſimulatione. *Nec non ueſtrae mentes in quandam mutuae charitatis ſoliditatem magis ac magis concreſcant, quatenus in die tribulationis clamorem ueſtrum*

* Intelligit Henricum imperatorem defunctum. Senior hic eſt dominus, ut poſſum apud Dominum. Hinc auſum illud Salomonis, Signor, ſi figuris Iac. 5. Pſal. 10. Matth. 10. Rom. 8. Rom. 12.

ſtrum ipſius aures exaudiant, qui dicit: Matth. 18. ubi duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum. *Quod uos omni modo promereri hortor, eodem praeſtante, qui cum patre et ſpiritu ſancto uiuit et regnat per omnia ſaecula ſaeculorum, amen.*

Haec epiſtola S. Kunegundis aberat a codice Rebdorffenſi. Reliqua eſt ex apographo Bambergenſi, et ex editione Suriana.

CAPVT NONVM.

S. Kunegundis mundo ſe abdicans, religioſum habitum induit.

*Salico. DEnique CHVNRAOO * ſibi ſuccedente in regno, ipſa curis ſaecularibus, ſicut iam diu deſiderauerat, exonerata, in ipſo anniuerſario die tranſitus S. HEINRICI, archiepiſcopos cum epiſcopis ad dedicationem *Confugienſis* eccleſiae conuocat; ubi uelata eſt; ubi inter miſſarum ſolennia, imperiali decentiſſime omni cultu ornata, ante principale altare, uirgo Deo deuota proceſſit, ibique theſaurum incomparabilem, ligni dominici, crucem partam quidem in materia, ſed maximam in uirtute, Deo obtulit. At ubi lectio euangelii, in qua ſupra arborem crucis aſcendens ſuſpicientem ſe Ieſum ſuſcipere et ab eo benedictionem puſillus meruit accipere, lecta fuit, regalem purpuram exuens, tunicam ſuſciorem, quam ipſa ſibi manibus ſuis operata fucrat, ueſtem religionis, data ſacerdotali benedictione, induit; Et multis pro ſe quidem flentibus, pro illa autem gaudentibus, quae iam ſaeculum damnaſſet in ueſtibus, capillis, qui huc uſque in eodem monaſterio pro ipſius ſeruantur honore, praecisis, impoſito ſibi ab epiſcopis uelo, annulo fidei ſubarrhata, gratulabunda ſuccinuit; *Poſuit ſignum in faciem meam et annulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus Ieſus Chriſtus.*

Mundo ſe abdicat.

Offert particulam de ligno S. Crucis.

(Hunrado) *Cunradus Salicus eodem anno 1024. factus eſt rex Germaniae, imperator a. 1026. Papebr.*

Vbi uelata eſt) Haec uerba non comparent in apographo Bambergenſi et editione Surii. Et ſatius eſt abeſſe.

At ubi lectio Euangelii) Compilatio Chronologica. *Haec ſancta Kunegundis Auglam fundauit, et poſſeſſionibus ipſam dotauit. Ibidem ipſa uirgo, dum legeretur de Zacchaeo, feliciter:* et praecurrens aſcendit in arborem ſycomorum: *depoſitis imperialibus indumentis,* induit, *nobilibus uidentibus multis, neſtes religionis.*

CAPVT DECIMVM.

Qualem uitam in monaſterio duxerit S. Kunegundis.

ITa Chriſto ſponſo ipſa ſponſa conſecrata, dum filiarum ſuarum ſe ſanctiſſimo contubernio applicuiſſet, non aut mater filiabus ſe praeferebat, ſed in omnibus ſeruitiis fetulem ſe perſonam oſtendebat: ita tamen, ut, cum omnia faceret, oſtentationem fugeret ſingulorum, ne in praeſenti ſaeculo reciperet mercedem ſuam. Operabatur manibus ſuis. Nulli enim in diſtinguendis auro gemmiſque ueſtibus plurimum, aut in ſtolis, aut in cingulis, aeſtimabatur inferior: ſciens ſcriptum eſſe: *qui non operatur, non manducet.* Sponſo aut orans loquebatur aut pſallens. Ad eccleſiae limina * paene tardioribus omnibus approperabat. Nihil ſeueritate illius iucundius: nihil iucunditate ſeuerius. Triſtis in ritu: in triſtitia ſuauis. Breue uitae ſpacium aeterna memoria compenſabat. Idem illi locus orationis et quietis fuit: idem ſemper habitus: incultum corpus: dum ſciret reiiciendas delicias corporis, quod paulo poſt uermibus exarandum fit: ſemper eam legere, aut legentem audire uideres. Multa illi circa contubernales deuotio: frequens decubantium uiſitatio: ſolicita pauperum conſolatio. Praeterea, plura eam miracula feciſſe credimus: ſed quod *gratiam hominum, et oleum adulationis ſemper fugeret, eſſe ſuppreſſa: quod tamen incuriae ſcriptorum, ſeu reuolutioni temporum, non defectui deputandum eſt uirtutum. Pauca tamen, quae in ſcriptis reperimus, aut ueridica ſanctimonialium, ubi illa Chriſto militabat, relatione cognouimus, hic inferere dignum duximus.

Paene tardioribus) Surius et apogr. Bamberg. paene inuiſa properabat.

Paene inuiſa properabat.

Surius et apogr. Bamb.

gloriam humanam.

CAPVT XI.

S. Kunegundis ſigno crucis incendium exſtinguit.

CVm poſt orationis frequentiam, inter lectionis laſſitudinem, ancilla Chriſti in lecto, non plumis exſtructo, ſed cilicio ſtrato, membra ſopore grauata remiſiſſet, puella ſacrata, quae de more illi aſſidebat, ſacros codices legens, cum fere ad medium noctis lectionem extenderet, caligantes oculos clauſit, lumenque e manibus illius prolapſum paleas corripiens, ſui fragore circumiacentes ſorores excitauit. Clamore ex concurſu facto, uirgo Chriſti de ſomno excuſſa, dum colluctantes inter ſe, et concrepantes flammas circa ſe aſpexit: ad orationis arma ſe conuertit, et ſigno crucis aduſtionem illam abſque omni ſuarum laeſione ueſtium auertit. Tua ſunt haec, Chriſte, opera: qui olim Babylonium regem in ſuo furore confudiſti, et Chaldaeos ignes, ut pueri tui liberarentur illaeſi, tua uirtute exſtinxiſti.

CAPVT XII.

Exemplum ſeueritatis in diſſolutae uitae abbatiſſam.

ALiud miraculum tam ſtupendum, quam mirandum, huic placuit inſcribere, in quo animi illius conſtantiam, et rigoris ſeueritatem diſcere poteris. Habuit ſecum ſororis ſuae filiam,* *Vtam* nomine. Hanc a primis annis educatam, omni diſciplina, ſaecularium quoque literarum ſcientia inſtruxerat. Haec materteram non minus religionis, quam dilectionis amore ſecuta, et conſecrata fuit, Quam in omnibus plene inſtructam, ubi eius in orationibus uigilantiam, in ieiuniis perſeuerantiam et ad omnia patientiam perſpexit, omnium aſſenſu et rogatu, primam in ipſo coenobio eam abbatiſſam praefecit. Tum uero mater filiam ſuſcipiens, iuxta commonitionem ſanctam dudum habitam, praecedentium illi patrum repetena alloquia, monet *ob ſalutis affectum utilia ac Deo placita ſaepe dicere, frequenter audire, ſolitas religioſi itineris uias non deſerere, magis magiſque errorum deuia et diabolica calcare figmenta, nullam luci ac tenebris, ueritati atque mendacio, turpitudini atque honeſtati, apud Dei ſeruos docet eſſe communionem; ſolicite cauendum, ne uana ſectando, deſineret eſſe templum Dei, et habitatio daemonum fieret et daemonis monumentum; lumina ſua in Dei figere aſpectum; primam, quae doceret, facere, ut fructum doctrinae ſuae ipſa in caelis, Deo adiuuante, poſſit inuenire.*

* *Hoffmanus ſuditham nocat.*

Haec et huiusmodi iterum et iterum materno ſtudio ei inculcans, quaſi in omnibus iam perfectam, et ipſa magiſtram uenerari coepit. Illa, ubi immatura libertate potita eſt, paulatim a rigore ſuo, deficere, molliorem cultum, lautiorem cibum, quae uitiorum alimenta ſunt, deſiderare; ultima in choro, prima in conuiuio, puellarum fabulis intereſſe, ac in omnibus laxius ſe agere coepit. Pro huiuſmodi leuitatibus, dum eam frequenter ſancta Dei inter ſe priuatim, publice coram omnibus, ſecundum apoſtoli praecepta, ſaepius argueret, obſecraret, increparet, nec illa, materterae uelut patrocinio aut familiaritate uane confiſa, ullo modo emendaretur: quadam die, dum ipſa cum conuentu crucem, nam dies dominicus erat, ſequitur, abbatiſſa defuit. Quam illa inquirena, et epulantem cum coaeuis in conclaui reperiena, zelo pietatis armata, cum uerbo correptionis dextera maxillam eius percuſſit; quae, quaſi ſigillum quoddam, formam digi-

Crucem ſequi, eſt proceſſionem comitari; hunc enim abtercdit erat.

A torum eius accepit; qua omni tempore uitae ſuae non caruit. De quo nimirum facto conſtat, quia non tantum pro ſe, ſed et pro aliorum emendatione, hoc pertulit, ut ad melioris uitae ſtatum a uitiis ſuis retorqueret.

VTam) *Colonienſis et Louanienſis antiqua* Iuxtam: *et MS. Bouneeb*: Vitam: *Bruxellenſis* Additio etiam in lectionibus Vytham. *MS. Robdorff.* Vtham

CAPVT XIII.

Miraculum in chirotheca S. Kunegundis.

FOrte et iſtud detractoribus fabuloſum, et infidelibus incredibile putabitur: quod ſanctitatem illius, quam, humilitatis gratia, ipſa latere uoluit, muta elementa loquuntur. Denique cum poſt lectionem euangelii ſuo ſolenni more * ſacrificatura accederet ad altare, dexterae manus ſuae chirothecam detrahens, cum nullus, qui reciperet, adeſſet, a ſe reiecit; quam radius ſolis, per feneſtrae rimulas intrans, ſuſcepit et tamdiu, quaſi ſamulando, ſuſtinuit, donec illa poſt * ſacrificium rediens, eam reciperet. Tale etiam quid in beati uiri ueſte GOARI aliquando diuina uirtute oſtenſum ſuiſſe legitur: qui dum a ſede Ruſtici Treuirenſis pontificis deſpicitur, a ſumma maieſtate, per maioris luminaris honoratur famulatum. Omnium itaque capax erat meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere uirtutum.

* *oblationem factura.*

* *oblationis.*

GOARI) *Colitur S. Goar 6. Julii, a cuius nomine oppidum indioceſi Treuirenſi ad ripam ſiniſtram Rheni ſiſtur. Miraculum hoc legitur in Vita cap. 9. ap. Surium* Papebr.

Ruſtici Treuirenſis) *Ruſticus, eius nomine epiſcopus. colitur ad 15 Octob. Late de eo agit Bromerus lib. lib. 6. Annalium Treuirenſium.*

CAPVT XIV.

Mors S. Kunegundis.

QVindecim in ſancto propoſito ſuperuixit annos, tam humilitatis gratia, quam religionis reuerentia, omnibus admiranda. Tandem, pro nimia ciborum abſtinentia, orationis et uigiliarum incredibili perſeuerantia, coepit corpore langueſcere et, ingraueſcente morbo, paulatim deficere. Sed dum membra dolore contraherentur exterius, ſpiritu tamen, nam laus Dei ſemper in ore eius fuit, confortabatur interius. Vocabat ſanctos angelos, quorum hic uita, illic iam conſortio fruitur: apoſtolos et confeſſores, quorum fidem et confeſſionem ſemper tenuit, interpellabat. Virginum Chriſti in ſuo exitu inuitabat cho-

chorum, quarum aemulatione in carne, A dum praeter carnem uiueret, immaculatum Christo conseruauerat torum: omnium Deo famulantium sibi adesse, sibi occurrere orabat auxilium.

Rom. IIX. Vere quod est scriptum; *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, in obitu tantae uirginis uidimus comprobatum. Necdum spiritum exhalauerat, nec dum Christo debitam reddiderat a- B nimam; *et iam fama uolans tanti praenuncia luctus*, non tantum sacratas uirgines, aut diuersi ordinis uiros, uerum etiam totius urbis populos, ad exequias unius congregabat. Sonabant psalmi et totam domum, ubi sanctum corpusculum in medio, super illo suo nobili cilicio compositum, iacebat, in sublime resonans litania, pro exeunte anima, quatiebatur. Interim, ex more, regales, tanquam imperatrici, non ut pauperculae debentur sorori, parantur exequiae, aurea feretro obtendenda proferuntur uelamina. Tum illa pallentes uultus, quos ante, ut sponso uenienti, laetos uideres, ad hos retorquere, manu abnuere: *Amictus iste*, ait, *non est meus: auferte hinc: ornatus hic alienus est. Illis terreno sponso; istis coelesti copulata sum. Nuda de utero matris meae egressa, nuda regrediar illuc: his uilem miserae carnis materiam inuoluite; et corpusculum meum iuxta tumulum fratris mei, ad* Apogr. Bamb. *domini* HEINRICI *imperatoris, quem me iam uocantem uideo, in proprio* * *loculo reponite.*

* lectulo.

Moritur S. Kunegundis. His dictis, in manus domini spiritum E suum commendans, ad suum anima reuolauit auctorem, et in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit: terris, matrem communem se amisisse, flentibus; coelis autem conciuem in suum consortium se suscepisse gaudentibus.

QVae ante ut sponso etc.) *Edidit Bruxellenses:* quos ante, ac si sponso uenienti, Laeto exhaurirat, uideres ad eos retorquere. *In manuscriptis Rebdorfiensi:* quos ante, ut sponso uenienti, laetos habuerat, uisa ad haec retorquere: *In Lunaelacensi* ea retorquens. *Popelor.*

CAPVT XV.

Funus S. Kunegundis. Deportatio Bambergam: et sepultura.

ITa demum sacro illo corpore feretro superposito, longo nobilium ordine praeeunte, multis hinc inde confluentibus, cum illo sibi semper familiarissimo pauperum contubernio, ad locum *Babenberc*, sepulturae suae praedestinatum, felicea exequiae usque delatae sunt.

Accurrit ad funus S. Kunegundis. Tum uero relictas urbes, uacua rura, desolatas ciuitates, undique concurrere populos uideres, matres paruulos suos in brachiis gestantes, infirmos in grabatis iacentes sanitatis gratiam sperare, salicem se credere, si cui aut feretro iungi, uel ab ipso contigisset obumbrari.

Tandem in ecclesiam *beati Petri* apostoli corpus non sine labore deportatum, triduanas ibi meritis suis ac beneficiis condignas habuit exequias. Filii, quos ipsa illic in Christo *adunauerat, de matris pace iam securi, pro se autem soliciti, incessanter psallebant, dum eam sibi ad horam subtractam, sine timore amissionis, in spe perpetuae intercessionis recepisse, plaudebant. Mater de coelo filiorum prospectans affectum gaudebat. Ita uelatum sacrum corpus, sacris uestibus, diademate Christi capiti superposito, suo loculo in dextro latere, sicut hactenus ueneratur, repositum est. Transiit autem anno dominicae incarnationis millesimo *tertio, *Indictione III. V. Nonas Martii*, regnante in aeternum, qui est corona uirginum, Christo domino nostro. O felix Babenbergensis ecclesia, recepisti thesaurum, quem amiseras. Procax et malefica lingua detractorum oculorum testimonio confutata est, dum uirginitas eius, rebus approbata sanctitas claresccntibus signis uidetur testificata.

Apogr. Bamb. congregauit.

* vitiose. Emenda MXL. Indict. IIX. Ita etiam Baron. Trithem. in Chr. Hirsaug. mortuam scribit 1039. Sed hoc non potest cum hac et aliorum historia consistere.

GAudebat. Ita uolutum) *In Editione Bruxellensi, omissis paucis sequentibus, interpolantur:* Ostendit autem diuina potentia per eundem miraculum illic potestatem, quam gratia fulgentia sit in coelis, quae sit supernis prodigiis honoratus in terris. Denique fleut ab incolis loci illius adstantibus et praesentibus notidica affectione statuta est posteris; cum tumbae S. Henrici gestaretur ut corpus istius beatae uirginis, uti in uita affectuose desiderat, iuxta fratrem ac dominum suum S. Henricum collocaretur, repleta miraculi ab omnibus cernitur sequi auditur. Siquidem apposito mausoleo, confestim uox desuper auditur, dicens: *O uirgo, uirginei loculum tribus.* Mox ergo, cunctis qui aderant contremibus, S. Henricus, uirgo Dei electus, in monumento iacens, in alterum se partem uouit et uxori suae, imo Christi uirgini, locum praebuit. Simile quoddam contigisse legitur in B. Sturero archiepiscopo Ravennatio, qui dum post missarum solemnia, populo ab ecclesia soluto, cum solo aditus ecclesiae, sepulchro coniugis suae sequi filius adhaeret, ipso praecipiente, seis ab invicem uxor et filia dimouentes in tumulo locum sibi praeparauerat. At ipso mox nimis in defossum sepulturae locum introiit, cumque casula eius approbatis eum ingeni coepit exclamasse, ipsum nisus est retinere. Sed illico sarcophagus ori spelunceae per se obturatus, monumentum clausit, partemque casulae diuidens eandem partem illam in manu custodis reliquit. Letaque cum ingenti gaudio et laudum praeconiis, multaque reverentia et deuotione populi, illud sanctum corpus beatae uirginis, sacris uestibus, diademate Christi supposito sua loco in dextero latere ecclesiae, mariti sui exuuiis reuerenter affectatum, iuxta ipsum semel et eumeo, in multo honore tum oraliter hic quieuit in terris, quorum utriusque spiritu Deo uniti, cultus inestimabili uisionis dei edito nunc et in aeuum perfruitur in coelis. O felix Babenbergensis ecclesia etc. *Vitam S. Sturi cum quinque coniugis S. Vincentio, et festum S. Innocentiae duplicem dedimus ad Calendas Februarias,* in qua *hic relata leguntur.* Popelor.

Repoſitum eſt) *Interponuntur in manuſcripto Rabdorſſenſi:* Tranſiit autem anno dominicae incarnationis MIII. Indict. III. V. Nonas Martias regnante in aeternum, qui eſt corona uirginum, Chriſto domino noſtro. *Quae melius obſunt ab aliis antiquis editionibus et ſaepius citatis manuſcriptis.* De anno obitus *ſupra actum, et paruda haec correcta.*

CAPVT XVI.

Praefatiuncula in miracula S. Kunegundis.

CHriſtianae religioni proficiens eccleſia fidelis, quae in euangelio, uoce domini teſtante, Dei mater et filia per gratiam nominatur: mater, quia ſanctae operationis exemplo filioa domino generat; filia, quia uirginis filio, pro ſalute mundi incarnato, eruditione ſanctorum patrum quotidie generatur: ſalutem miſſam a domino, coeleſtis archiatri effectibus medicinae plenam, tam mentia, quam corporis auribus animaduertat. Mundanae machinae conditor, humano generi per inobedientiam lapſo condolens, ut aeternae uitae fructus facientem nouam plantationem, ſcilicet primitiuam eccleſiam, inſereret, patriarchas et prophetas in mundum mittere dignatus eſt. Qui creditum ſibi officium, quinque corporis ſenſibus ſextoque, qui eſt ſpiritus prophetiae, myſterium incarnationis Chriſti et omnia, quae de ipſo annuncianda erant, praedicantes, alii aſperitate uitae, alii diuerſia poenarum mortibus, ipſi, quem prophetabant, famulatum ſuum fideliter impleuerunt. Horum limes Chriſtus, aeterni patris conſilio, pro liberandis hominibus, de intemeratae uirginis utero proceſſit, ut iam inchoatae plantationi, miſſis per orbem apoſtolis, atque de ſuo corpore fuſo cruore fabricatam, nouellam ſuperaedificaret eccleſiam; quae S. Trinitatis fide imbuta, et mundata baptiſmi gratia, martyres, confeſſores et infirmi ſexus uirgines, animo tamen conſtantes, primitias obtulit.

Inter quaa B. CHVNEGVNDIS, flos Bambergenſis eccleſiae, cum S. HENRICO, qui Romanorum imperium tenuit, ſub coniugii ſpecie, immortali ſponſo caſtae uirginitatis honore deſeruit. Vnde iam eius ſanctitatis merita per orbem manifeſta declaratione apparent; quia in loco, ubi ſanctum eius corpus quieſcit, infirmi, quacunque laborantes aegritudine, ſanitatem recipiunt. Vt autem ad omnia teſtes cautiſſimi ſimus, ueritatis amatoribus, aetati noſtrae ſuccedentibua, de his, quae ſcribimus, curioſe indagantibus, ſcilicet, quo tempore opera curationum praefatae imperatricis initium habuerint, largiente domino, prout poſſumus, uolumus explicare.

A Est haec altera huius hiſtoriae pars: cui in apographo Bambergenſi iſta inſcriptio praemittitur. *Incipit de miraculis S. Kunegundis uirginis et martyris.* Praefatiuncula deeſt in codice Rabdorſſiano; exſtat autem in editione Suriana, et apographo Bambergenſi.

CAPVT XVII.

Energumenus ad ſepulchrum S. Kunegundis liberatur. Tres contracti curati.

B ANno dominicae incarnationis M. C.LXXXIX. indictione II. TIRMONE tertio decimo Babenbergenſis eccleſiae epiſcopo, quarto pontificatus ſui anno; ad uincula *S. Petri*, ne de ſanctitate praememoratae uirginis ambigeremus, ſignorum experientia certificati C ſumus. Nam dum, ſolito more, populus ad praedictum locum orationum et uigiliarum cauſſa conueniſſet, affuit quidam dacmoniacus de uilla, quae dicitur *Dierrut*; qui nec pietatem agnoſcens, nec ſcelus abhorrens, filium ſuum igne cremauerat. Hic duris funibus adſtrictus, ad ſepulcrum ſanctae CHVNEGVNDIS ita manſueſcere coepit, ut furiali D morbo abſolutus, Deum omnipotentem laudaret, eique, cuius patrocinantibus meritis haec ſibi accidiſſe cognouit, cum caterua, quae praeſens adſtiterat, debitas acclamabat laudes. Igitur dum haec tam cleri, quam populi ſolenni deuotione agerentur, *tres contracti*, unus in ſuburbio de hoſpitali S. Aegidii, qui magia reptando, quam * ſcabellis uolucbatur: E alter de domo Chunradi, maioris eccleſiae praepoſiti: tertius item de domo Ottonis in eadem eccleſia canonici, ſuper ſepulcrum beatae uirginis poſiti, ab unius dolore paſſionis una erecti ſunt manu diuinae curationia.

Reiorum

Tres contracti ſanantur. Vide MS. Bamberg. qui haec diſtinctius.

** per ſcabella, intellige cruculas manuum, quibus contracti uti ſolent.*

Igitur dum haec tam cleri) In apographo Bambergenſi fuſius et diſtinctius haec percenſentur.

Igitur, dum haec cum ſolennitate cleri et populi deuotione agerentur; quidam contractus in ſuburbio de F *hoſpitali S. Egidii uidelicet, ſanitatem poſtulabat, et miſericorditer exauditus, quod poſtulauit, obtinuit. Dum igitur ſanctuarium Babebergenſium locum reſperſiſſet, contractus de domo Conradi praepoſiti maioris eccleſiae, ſanitatem affectans: et quamuis nuturu in membris eius uberraſſet; tamen, prout potuit, uelocius reptans, uenerabili ſepulcru ſe ingeſſit; ubi a domino ſalutem optatam inuenit. Audiens hoc etiam contractus de domo Othonis in eadem eccleſia canonici, uenit quantocius ad locum ſepulcri, ſperans ſibi ex beneficio gratiae, ſicut caeteris, ſubueniri; ubi ſine mora ſubuentum eſſe in Chriſto reflamur. Iterum ut in praedicta uirgine uirtus miranſanctitatis eluceſceret; ulius qui ſimili morbo membrorum naturali ſenſu perdito greſſu carebat, uditoriu curationis expetens: caterum ſanitatis effectum ſentiebat.*

Tres contracti ſanantur.

CAPVT XVIII.

Variae aegrorum curationes.

MVlier paralytica et altera ſanctimonialis foemina, uno pede claus

claudicans; et claudus de caſtro, quod dicitur *Gies*, poſt momentaneam orationem uix completam, in ipſa nocte curati ſunt.

Puer, cui tanta membrorum mollities inerat, ut paene oſſibus carere putaretur: alter de *Iicendorff*, macie deformi conſumptus, greſſum et loquendi officium, quibus omnino caruere, receperunt.

* *Iſchiatica.* Puella * ſciatica de *Giſenuelt*, necdum tumbae ingeſta ſacrae, propter turbam: puer ex contractione neruorum carens officio pedum: Puella de *Nuornberc*, planta pedis ſurſum recurua, geniculo contracto: Item, de eodem pago puella manum aridam habens, inter orationes et uigilias curati ſunt.

paralytica *Mulier paralytica)* apographum Bamberg. *Mox omni populo laudes Dei perſonante, quaedam paralytica mulier, incolis praedicti loci haud incognita, uim ſuperni medicaminis poſtulans, cum lacrymis optatum inuenit auxilium. Audiens haec alia foemina, uno pede claudicans, quae ſaeculareni habitum lugubri ueſte mutauerat, tarditate debilitatis quamuis impediretur, ingreſſa eſt, et ſpem ſanationis, quam ardenti deſiderio habebat animo infixam, plenam ſalutis inueniens, concito curſu ambulabat. Porro dum huius bonae famae odorem uicinia deguſtaſſet, atque ex diuerſis locis confluerent, claudus de caſtro, quod Iech dicitur, poſt momentaneam orationem uix completam, celerrime gratiam percepit.*

oppreſſa magno dolore capitis. *Idem in dioeceſi noſtra nobilis foemina, de caſtello, quod Wikenfeld nuncupatur, immoderatum dolorem ſuſtinens, quia nullo medicorum remedio curari poterat: ſe coeleſti medico commendans priſtinae ſanitati reſtituitur. Vt autem curationis magnitudo diffuſius eccleſiis innoteſcat, quaſdam eius infirmitates, ex quibus omni phyſica ratione deſperata fuit, pro ingenio noſtro exponere ſatagimus; a principali corporis parte incipientes. Quia cephalaeam, id eſt, dolorem capitis tam uehementer patiebatur, ut pro abiecto peplo, nec ſubtiliſſimum filum, nec ipſam caeſariem ſuſtinere poſſet. Igitur, quia tantus dolor caput ipſius ſaepiſſime tentauit: omnes regiones capitis, uidelicet os, labium, oculi, cilium et lingua ſubuerſae ſunt, ut unaquaeque illarum ſtationem ſuam a natura locatam contra ipſam naturam permutarit. Talis quoque ſingultus eam conſtrinxit, ut putaretur mortis eſſe praeſagium.* *ouus paralyſi brachii* *Soſpitatis inimica paralyſis dextrum brachium eius tam debile reddiderat, quod penitus naturali officio carebat *....*

De reliquis infirmitatibus eius ſupersedemus, ne minor de dictis fides habeatur. Sed hoc minime ſilentio tranſeundum eſt, quod praedicta foemina ſine gratiarum actione tertia die poſt ſuſceptam curam ad domum ſuam redire diſponens; recidente in brachium eius paralyſi, donec Deo ac Kunigundi pro beneficiis omnium curarum gratias rependeret, diutius per inuiſibilem febris catenam remanere cogebatur; accidit autem tale miraculum, quod brachio eius incomparabiliter uexato, et tumbae ſuperpoſito, niſi S. Henrici adhibito capite, nulla requies conceſſa fuit, nec retrahendi manum fuerat ſibi conceſſa facultas, donec, acceſſito et uotis eius annuente fratre, ipſius potentiſſimus omnium dominus, uotiuis precibus placatus, cum integra ſanitate liberum ei permiſit diſceſſum. *et relapſum paſſa:*

laborans mollitie membrorum Ibid. miracula duo de duobus pueris curatis, diſtinguuntur hiſce; *Adfuerunt etiam duo pueri ibi, quorum unus tanta membrorum mollities inerat, ut fere oſſibus carere putaretur: qui ſubito conſolidatus ambulauit.*

claudus et mutus *Alteri uero de Lycendorf tam mira macies corpuſculum conſumpſerat, ut greſſu et loquendi uſu a natiuitate uſque ad aetatem, quae plantaria dentium dicitur, omnino careret: hic bene utriusque ſanitatem recipiens, greſſum recepit et loquebatur.*

Iſchyade laborans. Ibid. *Puella ſciatica de* Gisfeld, *dum pro gratia curationis ad uiſitandum S. uirginis ſepulcrum ſuſpirans anhelaret, nec tamen ſe prae turba ingerere potuiſſet, ſubito coeleſtis gratiae medicinam recepit.* *claudus,* *In ciuitate noſtra debilis puer filius cuiuſdam uinitoris ex contractione neruorum carens officio pedum, etiam ſanus ibidem efficitur. De Sezzelach quaedam mulier, ex infirmitate diutina inclinata, meritis beatae imperatricis erigitur.* *duas recuruae* *Quaedam puella de burgo, qui dicitur Nurenberg, plantae pedis ſurſum recuruae et geniculi contracti, ſanationem obtinuit. Alia quoque puella de eodem burgo habens aridam manum, ad ſepulchrum S. Cunigundis orationibus et uigiliis inſiſtens, neruorum, articulorumque flexibilitate diuinitus indulta; ut a pluribus curatis didicerat, tonſam caeſariem in teſtimonium ſanationis legauit. In Halde.ſtat puella uiſu carens, bis illuminata eſt: et alia quaedam greſſum recepit.*

Quae ſequuntur, deſunt in codice Rebdorffenſi; ſicut et illa, quae a capite 19. uſque ad finem ex codice Rebdorffenſi referuntur, non comparent in apographo Bambergenſi, ex cuius fide haec adſcripſimus. Surius uix unum aut alterum miraculum commemorat.

tres muti *Mutus de Stetefeld: mutus de Liechtenfels, et muta de Meingouue,* loquelam receperunt.

claudo, *Filia uillici in Vorcheim greſſum recepit, et manibus paralytica debilitate areſactis, aliquanto reſumpto uigore, cibaria eri applicabat.*

et paralytico incuruata. *Alia puella de eodem oppido* curuitate *minus inclinata, diuini muneris particeps, ut humanam naturam ſequeretur, ſurſum aſſiciens, ſine mora erecta eſt.*

Puluis ſepulchri uulneri medetur, *Hoc etiam operae precium adiicere dignum duximus: quod puluis, qui ob* B *ium curationis de ſepulchro ſanctiſſimae imperatricis manibus euellitur, cum receptione ſanitatis, in purum frumentum conuertitur. Equidem, ne hoc contra rerum naturam incredibile putaremus, certae manifeſtationis indicio rei ueritatem comperimus. Enim uero quidam ruſticus cancrenum uulnus ore patiens, tali puluere pro unguento utebatur; et adepta ſanitate, puluerem in frumenti ſpeciem transmutatum, ſub teſtimonio probabilium uirorum, ad eccleſiam reportauit. Et, ut iterum inde euidentius certi fieremus: quidam uir de* C

in frumentum mutatus. Beiersdorf, *et plures alii de* Nurenberg, *idem ſibi accidiſſe affirmantes cum iuramento, mutatam terrae naturam in ueram ſpeciem frumenti oſtendentes, ad praenominatum locum detulerunt.*

Tale mirum adhuc non credentibus, ut dubium amputaretur; mulier caliginoſis oculis caecutiens, ſpe ſanationis, puluere madidato utebatur: quem etiam uerſum in frumenti naturam, et paruum madorem, quem addiderat, cum augmento in- D *uenit: unde nimis anxia, quid faceret; ad ultimum deliberauit, ut in uenalibus rebus lucratiuam gratiam haberet: quae diuinitus quod factum fuerat, tam diu celauit, donec febrium moleſtiis occupata, inde ſibi dolorem proueniſſe coniiceret. Porro cum populus ad adorandum in eccleſia conueniſſet, mulier misto conſilio, memorabile ſignum, quod acciderat, oſtendit; et quia diu celatum habuerat, in-* E *dulgentiam peccatorum cum lacrymarum effuſione quaeſiuit.*

Beantur aridam manum habens, *Quadam dominica, dum ſolemnia miſſae agerentur, arida manus cuiuſdam pueri, uigori reſtituitur,*

mutus, ſurdus et claudus, *In aſſumptione S. MARIAE, triſigna in quodam puero de* Gundolesheim *filio cuiuſdam molendinarii, perpetrata ſunt; ut* mutus *loqueretur, auribus eius auditus infunderetur: inceſſu pedum uteretur.*

daemoniaca. *At hoc dicto mirabile negligendum non eſt; quod in loco noſtro Babeberg uxor molendinarii a* maligno *ſpiritu uexata, praedictae uirginis ad tumbam ducebatur; et continuo daemon egreſſus filiaſtram illius intrauit, iterumque ad ipſam rediit*

iliaca paſſione laborans. *Non eſt praetereundum, quod quaedam femina iliaca paſſione laborans, ſanitatem* A *ſe percepiſſe fatebatur. Dum haec latius diuulgata fuiſſent; uenit claudus quidam de uilla, quae dicitur Wertheim; hic Dei* duo claudi, *miſericordia, et fauente S. Cunigunda, cupitam ſanitatem recuperabat, et ancillae pedis debilitate baculo innixa deſideratam opem inuenit.*

De Veldin *caeca mulier illuminatio-* caeca, *nis gratiam experiri digna inuenta eſt.*

Quidam claudus de Caſtil *in Boiaria* claudus, *claustro monachorum, dum ei miraculorum fama innotuiſſet, uenire propoſuit, propoſitum perfecit; ualetudinem recepit: ſed quia incognitus fuit, et ſufficiens teſtimonium, quoniam ante uiſus non erat, habere non potuit; inter curatos non recipiebatur: ſed plagis affectus, quaſi deceptor abibat confuſus. Poſtquam autem ad praedictum clauſtrum rediit, omnia, quae ſibi euenerant, memorauit: unde multos leuioris animi in riſum conuertit; multos etiam infirmos praemuniuit, quod nulli eorum ſine teſtibus ad Bambergenſem locum, gratia curationis audendo uenirent.*

Paralytica de Giſenwinde, *uotis humilibus domino ſupplicans et, ut credere* paralytica, *fas eſt, apud Deum, et ſanctam Cunegundam, praecedentibus meritis, cedente infirmitate, facta eſt incolumis.*

Muta de Sachſendorf *non lingua, ſed* muta, *corde loquendo, poſtulabat auxilium, ut ſibi reſerata lingua id in ipſa, quod natura in aliis operaretur; et ſtatim cupitum donum impetrauit.*

De Stadelhofen *quidam* officio linguae priuatus, mutus factus, loſa natus. *uidens in aliis ſalutis effectum, intentius corde orabat; ut et ipſe in numero curatorum eſſe mereretur: quod eum oraſſe dubium non eſt, quoniam exauditus eſt. Quoniam autem in gratiarum actione obmutuit, iterum loquendi* F *gratiam amiſit: mox parentes eius et conuicanei ſtupefacti, mutum reducunt; et dum eſſent in itinere, apertum eſt os eius, et loquebatur.*

De Michſendorf puer contractus, et duo contracti, *foemina de* Holfeld *eadem moleſtia turbata, dum ad curandum offeruntur, neceſſitatibus amborum a domino S. Cunigunda ſubuenit.*

Mulier caeca de Ratelsdorf, *et alia* duae caecae. *quaedam de Dieboue, dolentes pro luminis defectu, proſtratae in orationibus, ſanctiſſimae imperatricis patrocinio illuminabantur.*

Quidam mutus de Limpurch, *dum* mutus, *in orationibus pernoctaſſet, factoque mane, domum redire diſponeret, diuina praeditus gratia, et factus infirmitatis alienus, recte loquebatur.*

De

aegra dolore capitis,

De Bodenſtein *mulier inſenſata et tremulum caput agitans, populi deuotione pro ea ſupplicante, ab utriusque mali penitus incommodo liberatur.*

muta,

Beata Cunigundis plures ſuae ſanctitatis teſtes habere uolens, mutam *puellam* de Abenberg *cum miſericordia reſpiciens, ſoluto linguae uinculo, loquendi officio reſtituit.*

claudo,

De Neunkirchen clauda *puella propitiationis auctricem largis fletibus aggrediens, ut ſui miſereri dignaretur, intiſne flagitabat: et aperto ſibi benignitatis oſtio, preces, quas effuderat, non in uanum effudiſſe ſentiebat: quia infirmitatis notam* priſtinam *amittens, firmato greſſu, ueſtigia figere coepit.*

Laborans inflatione manuum,

Ancilla *quaedam* de Vochendorf, *ex inflatione manuum dolens, flens in oratione procubuit, et factum eſt, ut tumor decreſceret, atque in ſingulos articulos ſanitas citiſſime rediret.*

mutus,

Seruulus *quidam* de Eiſch officio linguae priuatus, *non tardam opem inueniens,* loquela *uſus eſt: unde etiam quos in praeſenti opere intitulauimus, eum ſocios habere uolumus.*

moleſtata debilitate manus,

De Wirzeburgenſi *loco quaedam conuerſa debilitate manus moleſtata, reſumpto uigore, laeta efficitur, et haec uidentibus iucunditas augetur.*

ſurdus,

Quidam puer auditu carens, *cum ſanitatis celeri effectu curatus, non per ſigna, ſiue per magnum clamorem, eloquentibus, imo ad tenuem uocem reſponſum dedit.*

duo aegri,

Alii duo pueri *etiam in aliis infirmitatibus per uirginem praenominatam curati ſunt.*

claudus,

Tam memorandae rei ſignum, dum, ſicut ſol coelum peruolitat orbem implens ubique, inter innumerabiles uariis infirmitatibus oppreſſos claudus piae auxiliatricis interuentu coeleſti medicina erigitur.

caecus,

Quo audito, caecus *illuminari exoptans, inter mille hominum cateruas affluentes aduenit, et S. uirginis patrocinio, in quo confidebat, amiſſa caecitate, lumen recipere dignus fuit. Siquidem huius rei experientiam puella, quae* unicam manum *habebat, ſentire uolens, pronis affectibus ſe humiliabat; et cooperantibus uotis populorum largiter adiuta, mirabilem ſanctitatis efficaciam indulta ſanitate ſentiebat.*

claudus,

Item claudus *uenerabile ſepulcrum glorioſae imperatricis diligentius amplexans, et lacrymis irriguus; S. Cunigundis auxilio ſanitatem recuperauit.*

paralyticus.

Itidem paralyticus *conſumptum naturae uigorem recipere geſtiens, et uocem attollens, medullitus precabatur, ut ſanati, quo utebantur gaudio, et ipſe uti mereretur; et continuo exauditus, incolumis effectus eſt.*

Haec apographum Bambergenſe: et quamuis narratio horum mirabilium ſimplici ac rudi ſtylo contexta ſit, et praeterea ex codice antiquo admodum deprauate exſcripta ad me peruenerit; non tamen ideo omitti debuit. Quia in ſanctorum uitis legendis lector huc potiſſimum omnem ſuam curam et operam conferre debet, ut fiat bonus animo; quod etiam absque bono ſtylo obtinere poteſt.

CAPVT XIX.

Suſpenſi S. Kunegundis ope ſeruati.

QVidam pro equo furtim ſublato, apud *Werram* fluuium, in uico, qui dicitur, *Waſegen*, ſuſpendio addictus eſt. Qui in tormento poſitus, uoce, qua poterat, * *B. uirginis* aures appellauit: cuius etiam feſtinatam opem ſibi adeſſe praeſenſit. Diuina enim uirtute, ubi populus abſceſſerat, uincula manuum diſſoluta ſunt et ipſe, laqueum ſibi deponens, in ciuitatem reuerſus, cunctis ereptionem ſui, dans gloriam Deo et ſuae ſaluatrici, expoſuit. Quorum fideli teſtimonio ad nos uſque delatus ad cenſum quinque denariorum a ſuis parentibus, ut pridem, dum damnaretur, pro ipſo deuouerant, inſcriptus eſt. * Kunegundis

Apud nos quoque non huic diſſimile de ſeruulo quodam, dum illaqueatus ab omnibus mortuus putaretur, ſignum apparuit. Nam poſt iectam urinam, quod ſignum mortis in talibus tormentis eſt, cunctis aſtantibus inſperatae ſaluti ac uitae reſtitutus eſt.

Tali modo apud *Rottenburc*, imperiale caſtrum, duo abſoluti multorum atteſtatione uſque ad nos peruenerunt.

CAPVT XX.

Infans ſine baptiſmo mortuus, reuiuiſcit ad ſepulchrum S. Kunegundis.

MIra, at nil Deo impoſſibile, et forſan noſtrae aetati incredibilia dicturus ſum, ſed tota Babenbergenſium ciuitas huius facti expers non fuit.

Mulier de proxima uilla *Elrin* uagientem ſuum, infra quadraginta dies ſine baptiſmo defunctum, ſupra tumbam beatae uirginis, non ſine ſpe reſurrectionis, poſuit. Teſtor enim, qui eſt

pri-

primogenitus mortuorum, qui mortuos suscitat, ubi miserabilis omnibus mater exstincti, sanctae uirginis nomen CHVNEGVNDIS ingeminando, multos fletus effudit; quem exanimem posuerat, de sepulchro uitium leuauit. Quis se a lacrymis, quis a laudibus contineret? una uox omnium, ut frequens turba sabbatho confluxerat; *Qualis est haec? quam sancta? quam Deo chara? quae claudos currere, caecos uidere, mutos loqui, exstincta quoque membra reuiuificere facit. Beatus uenter, qui hanc portauit: benedicta a domino ubera quae hanc lactauerunt; de benedictione tam saeculo pereunti tanta gratiarum munera effluxerunt.*

Infans mortuus resuscitatur.

CAPVT XXI.

Puer mortuus resuscitatur.

ALiud non huic dissimile signum, alio uero euentu in trienni puero, in uico *Grunberc* celebratum est; qui a mane usque ad uesperam in limoso lacu suffocatus iacuit, ubi a mulieribus, sub lini fasciculis, repertus et subleuatus, multo eiulantium comitatu, domum usque delatus est. Illic per noctem lugubres parentibus exequias celebrantibus, ubi mane sacerdos debitum humanitatis complere astitit, populus qui aderat, qui iam multa de signis beatae CHVNEGVNDIS uiderat et audierat, praesentiam illius sibi adesse, in multa spe exauditionis, rogitabat. Mirum in modum puer annularem digitum mouere coepit et, stupentibus omnibus, post spatium unius horae, sanus surrexit. Huius facti primum ipse sacerdos, sub stola; deinde, milites octo sub sacramento ipso, puero in medium locato, cum omni frequentia suae plebis, testes ad nos uenerunt.

CAPVT XXII.

Puella submersa reuocatur ad uitam.

PVella septennis in parochia *Liubersiat*, dum ad fontem incaute hauriret, infelici casu submersa est. Quam, cum ad sua a *crucibus homines fuissent reuersi, nam dies rogationum instabant, de fonte exstinctam leuantes, post uotum, ad memoriam beatae CHVNEGVNDIS factum, quam dudum lamentabantur mortuam, non sine laudibus diuinis uiuentem admirabantur. In hac trium resuscitatione mortuorum, cum et alia duo corpora ad inuocationem sanctae imperatricis ejusdem, uitae reddita, uerissima testium approbatione ac ipsorum puerorum praesentatione, cognouerimus, quis, nisi sancta Trinitas, operata uidetur, quae secundum signa, quae ipsa facit, haec et his maiora facere postmodum, suis promisit.

**Catholicus usus crucis, et supplicationis in diebus rogationum.*

CAPVT XXIII.

De muto.

ILlud qunque clarissimum, clarissimis regni primoribus coram adstantibus, celebre super muto factum, sub oculis omnium memoriae hominum tradere, non indignum duximus. Nam rem gestam ita per famulam suam, Christus clare operari uoluit, quod paene nullum latere potuit. PHILIPPVS rex, propter sui confirmationem, interim uero, quod magis fauorem sibi praestare credebat, propter translationem beatae uirginis, *indixerat: mutus quidam seruulus in comitatu probabilium uirorum de *Pogen*, conuenerat: quorum uasa, quia et ipsi poenitentes erant, portabat, regina ad ecclesiam processura, cum de more solenniter a clero suscipitur, confusus interim populorum clamor exoritur, non frustra moriturо denique homini, sed laudes cum Christo suo iam uiuenti conclamantium. Testor Christum et eius apostolos, iste, qui prius nullam, utpote mutus, linguam nouerat, singulis ad interrogata, propria lingua disertus respondebat.

**forte leg. cum: mitis indixerat.*

Muto lingua soluitur.

PHilippus) Philippus Friderici Aenobarbi filius, fratri Henrico VI. suo tuo successit, Aquisgrani a. 1198. imperium auspicatus, uixit ad 23. Iunii anni 1208. Papebr.

CAPVT XXIV.

De puero a lupo rapto.

QVid referam de bruto animali, cuius innata sibi rapacitatis ingluuies, dum praedam rapuit, quasi nomen CHVNEGVNDIS contra se inuocatum sensisset, a suo furore quieuit. Nam lupus dum circa caulas ouium uespertinus naturae suae ingenio uersatur, paruulum, ante fores incaute relictum, lustris suis intulit. Aliorum autem, qui territi fuerant per lupum, mater pueri clamore excitata, omnes ciues suos, manibus complosis pectore tundens, multis eiulatibus in dolorem commouit. Omnibus bestiam insequi, quia nox instabat, incassum iudicantibus, mater ad ecclesiam confugiens, signis, uelut mortuo, tertio compulsatis, pro conseruatione filii aures uirginis illic pernox appellare non desinebat.

Inuocatione B. Kunegundis eripitur puerulus ex faucibus lupi.

Mane facto nutricius ille syluae erumpens, paruulum, quem rapuerat, illaesum reportat et in sulco, ubi boues pridie arauerant, in pellicula sua diligenter inuolutum collocat, ipse propter sedens custodias obseruat. Vbi uero

uero ruricolas et uomeres iam appropinquare sibi uidet, quasi de paruuli quiete securus, mansuetus discedit. Quem illi, ut mos est, clamore persequentes, seruus, qui boues stimulabat, pelles aspiciens, ecce, ait, tegumenta pueri, quem lupus rapuit. Accurrens, dormientem paruulum intactum uultu splendidum reperiunt, et non sine multa admiratione haec considerantes, ciuibus et matri nuntiant. Illa aduolans et prae gaudio in lacrymas prorumpens, ubi et quo modo fuisset, inquirit. Ille, iuxta aetatem simpliciter; *canis*, ait, *ille, qui me asportauit, blande me perlingens in sinu suo compositum, tota nocte dormire fecit.*

CAPVT XXV.

De seruulo.

ISta, quae modo succincte miracula diximus et alia plura, quae uitio prolixitatis transimus, ne more hirudinis lectorem, quem hoc usque studiosum tenuimus, effluendo fastidiosum occidamus, signum in seruulo quasi annorum sedecim diuina operatione factum.* Qui caeteris membris secundum ordinem naturae bene dispositis, in principali, quod est caput, tanta passione agitabatur, ut sine intermissione parieti, si proximus esset, allideretur, pectus mento tunderet, scapulas tempore uerberaret, nunquam in eodem statu, uel uerba fundens, cibum aut potum uix aliquando sumens, permaneret. Si quando illi dormire contigisset, solo collapsus, modo caput terra, modo* caelum pulsare uideres: et quod miserabile dictu, dum ab omnibus, propterea quod horribilis uisu foret, fugeretur, a singulis uideri optabatur.

Iste ante fama, quam aspectu notus, dum ad nos peruenisset, stipem inter domos accipiens, aliquandiu sustentatus est. Hunc* *archisynagogus* uidens, *si uestra* CHVNEGVNDIS, ad Christianos ait, *istum curauerit, me Christo ac fidei uestrae applicare poterit.* Sed, quod dicit apostolus: *Iudaei signa* * *quaerunt*; in hoc Iudaeo offensum est. Nam patiens tertia dominicae resurrectionis feria, dum super sepulcro salutiferae uirginis salubri premeretur sopore, manu inuisibili quadam tactus, inde sanatus, cum summa omnium admiratione ac laude abscessit. Iudaeus uero infelix a perfidia sua, aeternos passurus ignes, non recessit.

* exponamus, aut simile quid desse uidetur.

* aerem.

* Iudaeus.

2. Cor. 2.

* petunt.

CAPVT XXVI.

De terra in thus et in grana mutata.

ILlud autem in ultimo, quod tamen signorum illius non ultimum fuit, subnectam. Quoniam terra circa sepulcrum eius a fidelibus collecta, in speciem lucidissimi thuris, aut etiam mundissimi grani fuit frequenter redacta. Super hoc INNOCENTIVS papa in sermone ad populum in Lateranensi palatio habito, uitae illius merita et miraculorum insignia commemorando, subintulit; *Recte, fratres charissimi, pulluis ille, quo gleba huius sanctissimae uirginis debito humanitatis sepulta tegitur, in thus atque granum redigitur, quae se sub sexu fragili, dum uiueret, a licitis continens, ab illicitis abstinens, illibatum domino holocaustum obtulit et dites Christo, pauper sibi, pauperes Christi sub diuersi ordinis atque sexus professione quotidie pascit. Meritu ergo in catalogo sanctorum erit adscribenda, quae uitam sanctorum semper studuit imitari. Collectaque a nobis conscriptam cum officio totius missae huic nostro sermoni apposuimus, et apostolica auctoritate omnibus ecclesiis in honore tantae uirginis decantari dixerimus.*

Est Innocentius III.

Insigne testimonium pontificis de sanctitate et miraculis S. Kunegundis.

Compilat. Chronologica.

Hic papa Innocent III. canonizauit S. Henrici sponsum, scilicet Cunegundam [illegible] Sifridus presb. de Niffen sis, ab anno [illegible] Sanct. Cunegundis imperatrix et uirgo canonizata est ab ipso Papa Innocentio III. Vide canonizationis bullam apud Auentinum, qui lib. 7. admodum fl. Machofe.

Ne, *episcopi, res diuinas flocci facere uideantur, magno religionis supercilio Chunegundam albo superum adscribunt.*

CAPVT XXVII.

Epilogus cum precatione ad S. Kunegundem.

HAec paucissima de uirtutibus et signis CHVNEGVNDIS, sanctissimae uirginis, prudentissimae charitati uestrae, inter innumerabilia dixisse sufficiat; quae si quis euolute perstringeret, prius ipsa pagina, quam materia deficeret. O beatam, o praedicandam, quae regnum mundi, et omnem ornatum saeculi pro caelesti ornatura despexit, Christum sibi sponsum regio sponso legaliter, non carnaliter copulata delegit; quae uirginitatem suam inter regales thalamos probando, ut infamiae malum sibi ab inuidis obiectum expurgaret, ignes calcauit. Quae, dum non prolem morituram exspectauit, eius casta generatio, nunquam passura successionis detrimentum, quando ecclesia in filiis suis per eleemosynas ipsius diuinae laudis semper accipit incrementum; quam cum Christo suo, quem amauit, in quo credidit, quem dilexit, etiam post mortem uiuere, signa crebra loquuntur. Ad memoriam eiusdem caeci uisum, extincti uitam, muti loquelam, aures obstructae recipiunt auditum.

Quantam igitur illam fuiſſe credimus, quae uiuens, nullo teſte, dum iactantiam uitat, ſola exercuit, cum tanta illam poſt mortem ſigna feciſſe, ſub oculis omnium uiderimus. Ad nos ergo ſigna iſta, ſquae foris miramur, intus transferamus, uitam noſtram et mores corrigamus, ut, ſi uirginis conſortium non meremur, poſt decliuia uitiorum ſit nobis praemium per uirginem tantum ſupplicium euaſiſſe peccatorum.

Virginis iſte docet CHVNEGVNDIS *geſta libellus,*
Plura tamen dicenda tacet, dum flumine mergi
Cymba timet; moritur, quae tangit, beſtia montem.
Sed, quae lingua filet, pro uirgine ſigna loquuntur,
Quae famam laudis eius tam crebra loquuntur,
Dum caecis, mutis, claudis optata ſalutis
Cura uenit, dum languor abit febrisque recedit,

DE

S. CVNIGVNDE, IMPERATRICE, VIRGINE, CONIVGE, VIDVA DEMVM SANCTIMONIALI BENEDICTINA, CONFVGIAE ET BAMBERGAE IN GERMANIA, COMMENTARIVS PAPEBROCHIANVS.

§. I. Cultus ſacri uariis diebus aſſignatus. Reliquiae Sacrae.

I.

Circa annum MXL. III. Martii.

BAmberga, prioribus ſaeculis Babenberga, urbs Franconiae illuſtris eſt, in meditullio Germaniae ſita, a S. Henrico imperatore, eiusque coniuge S. Cunigunde, quibus, dum uiuerent, in deliciis erat, magnificis templis & monaſteriis adaucta, et ſede exornata epiſcopali: quae dein a Clemente II. pontifice Romano, qui ante ſecundus huius urbis epiſcopus extiterat, ab omni iuriſdictione archiepiſcopali exempta fuit, et ſedi apoſtolicae immediata ſubiecta. At nihil tantopere amplisſima huius urbis decora compleuit, quam conceſſum dictorum ſanctorum patrocinium et facta ſacratiſſimarum illorum exuuiarum ibidem depoſitio. Augent hos honores tum frequentia ad illas patrata miracula, tum cultus & ueneratio ſacra, a ſede apoſtolica indulta. Erunt illa potiſſimum ad diem XIV. Iulii explicanda, quo S. Henricus relicto terrae imperio, ad caeleſte regnum migravit. Aliqua interim, quae ſeorſim ad Cunigundem ſpectant, hoc III Martii, quo et ipſa uitam hanc mortalem cum aeterna et immortali commutavit, exponi debent.

Bamberga a SS. Henrico et Cunigunde exornata.

Huius natalis faſtis ſacris inſcriptus 3. Martii.

II. Eſt martyrologium Vſuardi pro eccleſiis Germanicis olim auctum, quale nobis miſſum MS. ante quadringentos circiter annos exaratum, quod inter libros Nicolai Scheldii Hagenoii aſſeruatum fuit. In illo poſt SS. Marinum et Aſterium iſta leguntur: Eodem die, Cunegundis imperatricis: ac deinde, ſubiicitur natalis SS. Emeterii et Cheledonii martyrum: de quibus iam egimus. In florario MS. additur: et uirginis quae claruit anno ſalutis MIII. De eius aetate et anno mortis infra agemus. Floruit ante ducentos annos Hermannus Greuen, anno MCCCCLXXX. uita functus, qui in additionibus ſuis ad Vſuardum ita ſcribit: Cunegundis, uirginis et imperatricis, filiae palatini, comitis rheni. Haec cum uiro S. Henrico, huius nominis imperatore primo, in uirginitate Chriſto ſeruiens, plena, operibus bonis, quieuit in pace. In martyrologi Colonienſi, an. MCCCCXC. excuſo iſta referuntur: Eodem die, S. Kunigundis imperatricis, quae fuit, filia palatini comitis rheni, et copulata, S. Henrico imperatori, qui ambo uirgines fuerunt et uirginitatem usque, ad finem uitae ſeruſuerunt, et in ciuitate Babenburgenſi pariter ſepulti requieſcunt. De patre eus Siffrido comite infra inquiremus. Martyrologium eccleſiae Baſileenſis haec habet: Bambergae S. Cunigundis auguſta, quae corporis integritate, caritate in pauperes, et monaſtica obſeruantia, fuit inſignis. Huis feſtum in dioceſi Baſileenſi peragitur V. Idus Septembris, uti infra dicetur. Eamdem ſuis elogiis exornant Felicius, Galeſinius, qui magnitudinem miraculorum extollit, Molanus ad Vſuardum, Caniſius

us in martyrologio germanico, ac tandem martyrologium Romanum hodiernum: cui illud ipſius elogium inſertum eſt, Bambergae S. Cunigundis auguſta, quae Henrico I. imperatori nupta, cum uirginitatem, ipſo annuente, ſeruaſſet, bonorum operum meritis cumulata, ſancto fine quieuit, et poſt mortem miraculis claruit. Faſtis eam Colonienſibus adſcripſit Gelenius, Belgicis Miraeus: hic pater comite ad Moſellam natam tradit: ille ditiones Colonienſes huis praeſentia aſſerit illuſtratas.

III. Mortua eſt S. Cunigundis in monaſterio Confugia, ubi ſanctimonialis facta, in habitu ordinis S Benedicti per annos XV. uixit. Situm illud fuit apud Caſtellas in Haſſia, et pertinuit ad dioeceſin Paderbornenſem et inſpectionem huius epiſcopi, uti Browerus noſter in ſcholiis ad uitam S. Meinwerci numero 69. clare demonſtrat. Hinc Ioh. Trithemius recte illam ordini ſuo adſcripſit libro III. de uiris illuſtribus Benedictinis cap. 259. Nomen etiam inſertum martyrologio MS. monaſterii S. ſaluatoris: obitus S. Kunegundis imperatricis et uirginis: haec in Bamberga requieſcit. Adſcripſerunt etiam martyrologiis monaſticis Wion, Menardus, Dorganius, Bucclinus, hic maiore elogio e uita deſumpto, priores Romanum martyrologium deſcribunt: cui male adiunxit hoc exordium Wion, Bambergae in monaſterio Confugienſi, quod extra dioeceſin Bambergenſem ſitum diximus.

etiam monaſticis.

IV. Eandem uenerationem confirmat antiquum officium, quod olim ad diem III. Martii in uariis eccleſiis recitari et decantari ſolebat: in quo non ſolum lectiones ſex ad matutinum proprie aſſignantur, ſed antiphonae etiam omnes, hymni et reſponſoria, eiusdem geſta repraeſentant. Illud officium ex antiquis breuiariis cum uita eiusdem excuſum eſt, Bruxellis anno MCCCCLXXXIV. Simile reperitur in breuiario Paſſauienſi anno MDV. et Bambergenſi anno MDLXXV. recuſo. At quae hoc ſaeculo excuſa ſunt officia propria eccleſiarum Ratisbonenſis, Salisburgenſis, Friſingenſis, Eiſtettenſis, Viennenſis, Paſſauienſis aliarumque praeſcribunt omnia de communi uirginum recitari oportere, praeter duas aut tres lectiones ſecundi nocturni ex uita deſumptas. Oratio item in aliquibus ex officio de communi uirginum praeſcripta eſt, in aliis propria praefixa.

et uariis breuiariis.

V. Alter dies uenerationi eiusdem imperatricis facer eſt nonus Septembris: ad quem in Beda excuſo, utpote a poſteris ſub eius nomine uulgato, iſta leguntur: Eodem die S. Kunegundis uirginis. Martyrologium Colonienſe ſupra relatum ita refert: In Babenberga ciuitate translatio b. Cunegundis uirginis. A Greueno additur et imperatricis. Similia habentur in florario MS. et martyrologio Germanico Caniſii. In MS. calendario Benedictino S ſaluatoris dicitur: poſtea fuit ſanctimonialis Confugienſis monaſterii. Wion repererat nomen in calendario Saltzburgenſi, inſeruitque ſuo martyrologio his uerbis: Saltzburgi ſeu Cuneburgis uirginis. At celebriorem cultum eius apud Baſileenſes fuiſſe indicat huius eccleſiae martyrologium, quod ita incipit: Quinto idus Septembris in dioeceſi Baſileenſi S. Kunegundis uirginis, auguſtae, quae Henrico I. imperatori nupta, Chriſto ſeruiens, uirginalem caſtitatem perpetuo coluit: cuius rei laude florens et bonorum meritis cumulata, quieuit in domino, miraculis etiam poſt mortem ſanctitatem eius teſtantibus, clara. Bambergae eius feſtum V. nonas Martii peragitur. Sed illo IX. die Septembris, officio ſolenni cultus eius Bambergae peragitur, lectionibus ſeu cum antiphonis et reſponſoriis ex eiusdem uita efformatis. Eiusdem S. Kunigundis translatio ad XXII. Maii aſſignatur in quibusdam MSS. additionibus ad Hermannum Greuen.

Translatio 9 Septembris.

et 22. Maii.

VI. Tertia ſolennitas aſſignatur in florario MS. ad diem XXIX. Martii his uerbis: canonizatio S. Kunigundis, imperatricis et uirginis. Refertur itidem in breuiario Bambergenſi cum hac rubrica: in canonizatione S. Kunegundis, imprimis ueſperis poſt preces et orationem de feriis, dicitur antiphonia, uerſus et oratio, quae aſſignantur, uti iterum in matutinis ſiue laudibus. Si hoc feſtum in diem palmarum aut in hebdomadam ſanctam euenerit, anticipetur in feriam competentem ante Palmarum. Si in feſto hebdomada aut octaua paſchae occurrerit, aliae praeſcribuntur rubricae. In uita Bruxellis olim excuſa dicitur feſtum canonizationis celebrari IX. Septembris, quod iam oſtendimus translationis eſſe. Bulla canonizationis ſignata eſt III. nonas Aprilis, qui fuit quintus dies poſt peractam eam ſolennitatem. Quo die non reperimus memoriam eius ulli martyrologio inſertam. Quarta ſolennitas eſt Bambergae calendis Auguſti ab primum miraculum, ab illa iſto die patratum, ſupra in uita num. 17. relatum, ob quod in officio de S. Petro apoſtolo ad uincula aſſignatur in breuiario commemoratio de S. Kunigunde cum propria antipho-

28. Martii.

Memoria 1. Auguſti.

na et oratione, pulsantur etiam magnae A campanae et alia extra ordinaria ornamenta proferuntur. Quo die S. Kunigundis meminerunt Maurolicus et Felicius, et utroque citato Wion, sed dubius, num uera sint, quae ab illis referuntur. Molanus etiam 2. Maii S. Kunegundis uirginis in Erschel meminit, quam Vrsulanam esse arbitratur Gamansius noster.

Reliquiae Bambergae.

VII. Impressus olim fuit catalogus Bambergensium reliquiarum, in cuius classe prima est S. Kunigundis imperatricis triplex pallium, toga et cingulum. In classe VI. seruatur chirotheca seypho inclusa, quam radio solis adhaesisse supra num. 13. acta habent, et annulus, quo fuit desponsata. In classe IX. uisuntur eius caput, brachium et manus. In B classe X. capsa est grandis, exaggerata et „obseruata cum epigrapho': In hoc ar„genteo sarcophago sunt reliquiae S. Ku„nigundis.„ Fuimus et ipsi Bambergae MDLX. et thesaurum ecclesiae cathedralis uidimus XIV. Septembris, in eoque ex argento inaurato pulcherrimam statuam S. Kunegundis, repraesentantem corporis partem dimidiam, cuius pectori caput S. imperatricis erat inclusum. Inter reliquias, quae in Lusitaniam translatae sunt et in ecclesia domus professae societatis IEsu Vlysipone depositae, aliquae dicuntur esse S. Kunegundae augustae uirginis, uti diximus ad XV. Ianuarii, inter sanctos praetermissos et in alios dies reiectos p. 612. At brachium S. Kunegundis asseruari Viennae in Austria indicat Lipsanographia aedis cathedralis, inde nobis missa. Coloniae Agrippinae in thesauro sacrarum reliquiarum, quae in sacello SS. Willebrordi et Bonifacii collegii Batauici, uenerationi publicae exponuntur, reperiri quasdam S. Kunegundae imperatricis, refert Gelenius in sua Colonia p. 616. Monasterium item Andecense in S. monte apud Bauaros reliquias Cunegundis habet: quarum catalogum edidit Beierlinus in theatro orbis sub titulo reliquiae.

Vlysipone. *Viennae.* *Coloniae.* *Andeci*

§. II. *Acta uaria S. Kunegundis.*

VIII. Cum a ducentis circiter annis ars typographica orbi uniuerso innotuisset, reperti uarii, qui uitas sancto-G rum, ex antiquis codicibus MSS. extractas, aut seorsim uulgarent, aut in unum corpus collectas curarent excudi. Ita in Italia Boninus Mombritius Mediolanensis duo ingentia uolumina de uitis sanctorum edidit, non subiecto anno impressionis, quod postmodum e communi praxi obseruatum. Repertus etiam illis temporibus in Germania inferiore, qui uitas sanctorum simili modo coligeret ederetque: quod opus primo Coloniae anno MCCCCLXXXIII. uulgatum est, ac biennio post Louanii, appellatumque est Legenda noua a Molano secunda parslegendae. In hac folio XXXV. extat uita S. Kunegundis imperatricis: quam inde desumptam edidit postea Laurentius Surius tom. 2. de uitis sanctorum ad hunc diem III. Martii: asseritque, eam uitam grauiter et fideliter, conscriptam, tamen auctor nomen suppresserit suum: aut fortassis librariorum, incuria illud intercideriit. Autor num. 6. operae pretium duxit, ut illi, S. Cunigundi, officium non subtraheret oris, cuius prouidentia quotidie alimenta, perciperet corporis: innuens, se aut in aliquo ab ea exstructo coenobio monachum esse, aut in ecclesia Bambergensi canonicum fortassis, aut certe sacerdotem; alteriusue gradus clericum. Tempus etiam, quo haec sit scripta uita, ibidem indicatur, scilicet cum de uita et uirtutibus S. Henrici et miraculis, post transitum ipsius factis, satis, ac digne scripta sancta recepisset ecclesia, cum ab Eugenio Papa III. esset idem Henricus anno MCLII. sanctorum catalogo, solenni canonizatione, adscriptus. Imo si ab eodem auctore fuerint conscripta, quae num. 17 referuntur, post anno MDLXXXIX. quo illa facta dicuntur necessario floruisse eum constat: ac finis huius uitae in dicta editione in illo numero constituitur. Inserta est eadem uita breuiario Bambergensi, partim ad IX. Septembris partim ad hunc III. Martii. At nihil in iis de istis miraculis profertur, sed cum funere et sepultura finis imponitur, uti etiam in MS Blaburensi: quae tamen in MS. D. Baunach, de quo infra habentur, ex quibus uarias lectiones nobis submisit Gamansius noster.

et postea a Surio. *a quot et quando scripta.*

IX. Quemadmodum in ecclesia Romana uiget pia consuetudo, ut festis S. Petri apostoli fiat commemoratio S. Pauli, apostoli, ac uicissim in huius festis illius recolatur memoria; ita in ecclesia Bambergensi ita non separantur, hi sanctissimi coniuges, Henricus et Kunigundis, nec de uno eorum alterius implorato suffragio. Hoc forsan intuitu simul excusa sunt acta S. S. Henrici et Kunigundis, dein ex hisce actis lectiones in horum festis recitandae, postea reliquum officium cum propria missa assignatur: denique addunt epitaphia et epigrammata de hisce sanctis, pro quorum inuocatione subduntur uariae orationes. Habemus eiusmodi

Alibi edita anno 1494.

Vita edita an. 1483, et 1485.

di libellum Bruxellis anno MCCCCXXXIV. executum, ex quo, quae iſtius auctoris mens fuerit, indicabunt huc translata prologi uerba, qui ſic incipit:

cum hoc prologo.

„Quandoquidem Deum laudare iubemur in ſanctis ſuis, qui ſat unquam a nobis laudari non ſufficit; nempe magnus „dominus et laudabilis nimis et magni„tudinis eius non eſt finis: ſanctorum autem merita uirtutesque diiucidare, ad „ipſius utique ſancti ſanctorū uergit laudem, honorem et gloriam. Hinc conſeſſorum decus glorioſum, chriſtianiſmus imperator S. Henricus, ſuaque conſiux uirgo nobiliſſima S. Kunigundis, „condignis licet laudum praeconiis in „antiqua quadam de uitis et geſtis ipſorū „olim edita legenda ſufficienter eſſerri „uideantur; quia tamen plerosque modernis temporibus amore flagrantiſſimo „et praecordiorum ſuſpiriosis deſideriis, „circa dictorum uenerationem ſanctorum admodum affici conſideraui; ſeduˌlis aliquorum impulſus eſflagitationibus „aſſentiens, praedictam legendam ſtylo „ueraci ab antiquo congeſtam, non quidem ex integro permutare, ſed in pleriſque locis ſuis, ex illis duntaxat, quae „ſparſim in diuerſis chronicis huic operi „accommodata reperire potui, hinc inde aliquid ei adjicere, atque pro tanˌtae materiae dignitate, inculto licet ſermone, ueraci tamen ſententia, parumper eam adaugere utile duxi. Verū quia „non noua cudere, ſed antiqua propoſuerim confirmare, eisque noua adjiceˌre, congruum ſuit, hic breuem hunc „prologum de nouo proponere.„ Haec ibi. Inſerta haec potiſſimum ſpectant ad uitam S. Henrici, cuius primum caput proponit eius genealogiam, deductam ab Ottone, duce Saxoniae, patre Henrici aucupis regis Germaniae, et huius filii ſtatuuntur Otto I. imperator et Henricus, a quibus prognati Otto II. imperator et Henricus dux Bauariae, inter ſe fratrueles: horum filii Otto III. imperator et S. Henricus e duce Bauariae poſt iſtius obitum imperator. Quae indicaſſe hic ſufficit, exactius ad XIV. Iulii examinanda. At uita S. Kunegundis eadem, quam in ſupra citata legenda editam diximus, pauciſſimis hinc inde uerbis immutatis, integra recuſa eſt, Quae dein adiunguntur, nos intra ſeorſim per modum appendicis addere uoluimus.

Alia reperta in MSS.

X. Rebdorfium in dioeceſi Eiſtettenſi haud procul ab ipſa urbe, monaſterium canonicorum regularium S. Auguſtini fundatum eſt anno MCLXVI. in quo bibliotheca antiquis monumentis referta: ex qua deſcriptam habemus uitam S. Cunegundis, quam ex illa bibliotheca uulgauit Iacobus Gretſerus in Diuis Bambergenſibus, typis Sartorianis Ingolſtadii anno MDCXI. excuſis. Eadem, priore reiecta, inſerta eſt ternae editioni Surianae. Eam etiam repetit Ioannes Gamanſius noſter in monaſterio Budecenſi canonicorum regularium in Weſtphalia in MS. paſſionali menſis Martii, et ex iis lectiones uarias transmiſit. Deſunt in hac collectione epiſtolae S. Cunegundis ad Confugienſes ſanctimoniales et prologus ad miracula poſt eius obitum patrata. At contra deſcribuntur in ante citatis editionibus omiſſa miracula, quae a num. 10. uſque ad finem enarrantur. Quis hanc uitam conſcripſerit, an unus idemque, an potius priorem uitam additis ultimis miraculis, ac nonnullis, uti diximus, omiſſis, aliquis more ſuo ordinarit, nobis haud liquet. Conſcripſit Martinus Hoffmannus annales Bambergenſes eosque nec dum editos habuit Gretſerus, qui in illis hunc foetum Nonnoſio monacho tribui ait. Mentio fit infra num. 26. Innocentii III. papae, unde liquet auctorem iſtum poſt annum MCC. floruiſſe.

edita a Gretſero.

a quo et quando collecta,

XI. Alius uetus codex MS. de uita S. Kunegundis extat Bambergae, ex quo ad dictum Gretſerum apographum miſit Fridericus Fornerus, uicarius Bambergenſis, uir editis quam pluribus libris clarus. Fatetur Gretſerus exemplar codicis Rebdorffenſis ex hoc Bambergenſi apographo a ſe auctum eſſe, et non uno loco ſuppletum: et in notationibus ſuis edidit, inde uaria miracula, quae et nos alteri uitae ſubiungimus, collata cum MS. R. D. Ioannis Baunach decani, ad S. Stephanum Bambergae, ex quo ſupplentur nonnullae lacunae. Coeptum maxime agi de ſanctiſſimae Kunigundis canonizatione apud Caeleſtinum III. papam. Verum cum is anno MCXCVIII, nocte, quae diem VI. idus Ianuarii praeceſſit, uita functus eſſet, ſucceſſor eius Innocentius III. eam catalogo ſanctarum adſcripſit III. Kalendas Aprilis, pontificatus ſui anno III. Chriſti MCC. ac bullam huius canonizationis ſignatam III. nonas Aprilis, in Bambergenſibus annalibus MSS. repertam, edidit Gretſerus in ſuis paralipomenis ad uitam S. Henrici et S. Kunegundis, et nos ex illo eamdem damus collatam cum MS. Bambergenſi fratrum minorum.

Miracula addita.

Bulla canonizationis.

XII. Alium tractatum ſubmiſit nominatus ante Ioannes Gamanſius, deſcriptum ex duplici codice Bambergenſi, ſcilicet bibliothecae cathedralis et domini Ioanis Baunach. Continet is ſermonem de S. Cunigunde, compoſitum a quodam magno aut magiſtro Conrado: quem omittimus, quia ualde pauca ad

Sermo MS. de illa omittitur.

rem hiſtoricam confert. Sufficit hic eius exordium indicaſſe: quod eſt eius modi: de throno procedebant fulgura et uoces tonitrua. Sicut ſcriptum eſt, os ſapientis eſt in corde ipſius, cor autem ſtulti in ore eius. Vnde ſtultus uerba multiplicat, et indecens eſt in ore ſtulti parabola. Sapiens autem in principio ſermonis accuſator eſt ſui.

Apoc. 2. 5. Eccl. 21. 29. Eccl. 10. 14. Prou. 18. 17.

XIII. E recentioribus plures uitam S. Cunegundis ſcripſerunt, e quibus hoc breue elogium a Bauaria ſancta Raderi noſtri hic inſero. „Chunegundis Mo„ſellana, Sigefridi Metenſis reguli filia, „Henrici S. conjux, deſponſum Deo flo„rem uirginitatis, apud uirum per inuidi„am et artes impuriſſimi hoſtis cacodae„monis in ſuſpicionem adductum, gra„uiſſimo candentium igne uomerum ex„perimento iudicioque exploratum, „comprobauit. Verita enim eſt flam„ma laedere illam, quae illaeſum Deo „uiroque torum et pudorem conſerua„rat. Nec contenta hac pulcherrima uir„tute, qua Pulcheriam auguſtam Marcia„ni uel aequauit uel ſuperauit; ab im„peratoris Henrici obitu, uitta ſacra „pro corona ſumpta, ſolenni ceremo„nia ſeſe rebus humanis omnibus abdi„cauit, Chriſtoque coeleſti imperatori „in coenobio uirginum ab ipſa quondam „exſtructo Babenbergae, in S. Benedicti „familia ſe totam emancipauit. Coelo „adſcripta, terris eiusmodi exemplum „reliquit, quod omnis poſteritas adhuc „miratur, nemo in tanto faſtigio imitatur.

Elogium ex Bauaria S.

In notis ſubiunctis citat Arnoldum Wionem, quem errantem ſecutus, Bambergae conſtituit ſanctimonialem fuiſſe, quod factum eſſe Conſugiae prope Caſellas Haſſiae in dioeceſi Paderbornenſi, ſupra diximus. De Sigefrido mox agemus. Colitur S. Pulcheria auguſta X. Sept. Edidimus ad X. Februarii de laudibus S. Scholaſticae uirginis encomium Hieronymi Dungersheimii, in cuius capite V. proponuntur illuſtres ſeu ſcholaſticae imitatrices, ac primo loco profertur S. Cunegundis auguſta, et compendium uitae ſatis prolixum inſeritur.

aliud in uita S. Scholaſticae editum.

XIV. Alium tractatum habemus deſcriptum ex MS. codice Bibliothecae Bambergenſis patrum Carmelitarum, quam ibidem luſtrauimus. Continet eius relationem innocentiae S. Cunegundis, per ignem probatae. Auctor anonymus eſt, qui uidetur pro ſua deuotione illam eius innocentiam uoluiſſe debitis laudibus exornare, deſumpta materia ex actis S. S. Henrici et Cunigundis, ab antiquioribus deſcriptis: quae tamen non accurate legit, et ſaepius a ueritate deflectit: proinde hic eam relationem omittimus, et eius loco damus, quae Mutius libr. 4. chronici Germaniae his uerbis narrat: Henricus uxorem ſuam non attigerat: ipſa uiciſſim, caſtitatem ſeruare cupiens, conſenſerat, ſponſo; ita ambo degebant uitam cae„libem. Satan, qui nunquam quieuit, „neque quieſcit, neque quieſcet, ante, „conſummationem, ſuſpectam imperato„ri reddidit reginam Kunigundem, no„mine adulterii etc. Henricus inculat e„am, cur ſimulet caſtitatem coram homi„nibus grauius iudicium eam manere; „dominum qui corda et oculos fecit, o„mnia uidere, etiamſi fallat homines. Ca„ſtiſſima uirgo pudico et honeſtu uultu, „conſtanter negat, et ſe gaudere inquit, „quod dominum teſtem habeat, cuius, „teſtimonio ipſa contenta ſit etc. Vt au„tem Henrico hic ſcrupulus, quem ſatan, „illi iniecerat, eximeretur, conuenit in„ter eos, ut regina ambularet ſuper ſer„rum candens. Quae poſtquam inuo„cauit nomen domini, ut propter glo„riam ſuam probaret innocentiam ancil„lae ſuae; laeta, ſed modeſtiſſima fron„te, nudis pedibus, ferrum igne iamiam, extractum et adhuc rubens calcat toties, quoties uoluerunt, qui aderant teſtes, miraculi, quod Deus cum uirgine ſua, ancilla operatus eſt. Qui ſcribunt, ex„impulſu ſatanae hoc excogitatum ab„Henrico, ut cogeret uxorem ſuam„quam nunquam cognouerat, nec cum„illa conſuetudinem ſe habiturum decre„uerat, non ſequitur quod illi inferunt„paene dixerim calumniatores, eſſe ſatis„indicii, Henricum tyrannum potius„fuiſſe, quam ſanctum regem. Cur non„cogitant, quibus quantisque tentatio„nibus ſancti Dei a ſatana ſint tentati„et non raro inducti non nihil?

Ea ex Chronicon relata,

Vnde S. Henrico haec de caſtiſſima coniuge ſuſpicio ſuborta fuerit, tradit auctor compilationis chronologicae: auctore diabolo, qui inuidebat eius„uirginitati de crimine adulterii ueheimenter infamata fuit. Callidus nam„que diabolus transfiguratus eſt in for„mam militis ſpecioſi, tribus diebus con„tinuis mane uidebatur pluribus exire„de thalamo S. Kunigundis. Martinus„Hoffmannus in annalibus Bambergen„ſibus: ad ſtabiliendam hujus miraculi fi„dem, eo in loco facellum aedificatum„et duorum uomerum reliquiae, D. Hen„rici ſarcophago incluſae, ab epiſcopo et„clero Babenbergenſi, ea, qua decuit, re„uerentia in eccleſia cathedrali hactenus„ſeruatae ſunt.„

Reliquiae uomerum,

Relatio MS. innocentiae S. Cunigundis omittitur.

§. III. *Progenies Sigefridi patris S. Cunegundis: huius fratres, conſanguinei, affines.*

S. Cunigundis pater Sigefridus,

XV. Sanctiſſimos coniuges Henricum et Cunigundem ex nobiliſſimo au-

auguſtorum parentum ſanguine procreatos fuiſſe acta infra produnt. De S. Henrico eiusque maioribus Saxonibus inter auctores res minus controuerſa eſt, eiusque maiores ſupra paucis attigimus. Maior eſt difficultas in familia S. Cunigundis, quam hic paucis explanamus. Pater eius Sigefridus comes fuit, qui anno DCCCCLXIII. permutatione facta cum Wickero abbate S. Maximini prope Treuirim, acquiſiuit ſibi ac ſuis caſtellum Luzulinburch, ab eo dein loco denominatus primus comes Luzilinburgenſis. Chartam hanc permutationis ediderunt Miraeus in notitia eccleſiarum Belgii cap. 61. et Andracas Cheſneus in hiſtoria genealogica familiarum Brocenſis, Barrenſis, Luxeuburgenſis, Limburgenſis et Bleſſiacenſis p. 4. in probationibus, ubi deinceps poſteros Sigefridi deducit. Fratres habuit Sigefridus Gieſebertum et Godefridum, comites in Arduenna: quorum in dicta charta nomina referuntur: ex Godefrido comite prognati ſunt Adalbero an. DCCCCLXVIII. creatus archiepiſcopus Remenſis, Henricus et Godefridus comites, qui carne nobiles et genere potentes, de terra Lotharienſium dicuntur et Godefridus Heinedarios et Ardennenſes aggregarat, pro obſidione Warchi Caſtelli. Ita antiqui apud Cheſnaeum p. 6. Ex dicto comite Godefrido recta linea deſcendunt duces Lotharingiae inferioris, et marchiones Antwerpienſes, Sothilo magnus, Godefridus magnus, Godefridus gibboſus, quo ſine liberis mortuo, ſucceſſit ex Ida ſorore eius genitus, Godefridus Bullonius dein expugnata Hieroſolyma ibidem rex creatus.

Comes Luxeburgenſis; factus anno 963.

Frater Comitum in Arduenna.

a quibus duces Lotharingiae inferioris.

XVI. Sed ad Sigefridum redeo, qui ducta Hadeſwicha uxore, plures liberos genuit, ex quibus fuerunt filiae, haec imperatrix ſeu Cunegundis, et altera Gerardo ex comitibus Alſatiae nupta. Ex Gerardi fratre Adelberto comite Alſatiae, per rectam lineam maſculinam prognati ſunt Theodoricus et Philippus Alſatii comites Flandriae, item omnes illi, qui hoc tempore ſunt duces Lotharingiae, in ramos uarios diſtincti. Ex eiusdem Gerardi fratruele Landelino, comite Altenburgenſi et Viudoniſſenſi, prognati Habspurgici et Auſtriaci, usque ad hodiernos imperatores et reges Hiſpaniarum aliosque archiduces Auſtriae, de quibus conſulat lector origines familiarum, Alſatiae, Lotharingiae et Auſtriae, ab Hieronymo Vignerio editas. Fuit denique dicti Gerardi filia Iutta prima abbatiſſa Conſugienſis monaſterii, quae inter ſuas ſanctimoniales habuit materteram ſuam S. Cunigundem, uti num. 12. in huius uita legitur.

mater Hadeſwichae.

Soror nobiliſſime nupta.

XVII. At fratres eiusdem S. Cunegundis et filii Sigefridi et Hardeſwichae ſex ſtatuuntur. Henricus Luxemburgicus anno MIII. a S. Henrico creatus dux Bauariae, quo in bona ſenectute anno MXXV. defuncto, Conradus imperator ducatum filio eius Henrico contulit; uti ea in uita S. Meimuerci, epiſcopi Paderbornenſis, ab auctore coaeuo, narrantur cap. 14. et 97. Apud Brouuerum noſtrum et utroque in loco Henricus dicitur frater dominae et imperatricis Cunigundae. Secundus filius Sigefridi eſt Fredericus comes Luxenburgenſis, a quo ſucceſſiue procreati Gieſebertus, Conradus I. Guilhelmus, Conradus II. comites Luxenburgenſes. Conrado ſucceſſit Henricus, comes Namurcenſis, filius Ermenſonis, dicti Guilielmi ſororis: de quibus agunt memorati Cheſnaeus et Miraeus. Tertius filius Sigefridi eſt Theodericus epiſcopus Metenſis, quem Sigebertus in chronico ad annum MIV. et MIX. appellat fratrem Cunigundis imperatricis, et Ditmarus ſaepius ſcribit, fratrem fuiſſe Henrici, tunc ducis Bauariae, de quo iam egimus. Quartus e filiis Sigefridi Adalbero, ſiue Athelbero, eidem Ditmaro frater reginae, Cappellanus Luidulphi, archiepiſcopi Treuirenſis, quem iſtum epiſcopatum petentem S. Henricus reiecit, et uxorem dilectam caeterasque ſuimet familiares, de epiſcopatu eodem impetrando ſolicitos, ſpreuit. Quintus Giſſibertus, eidem Ditmaro egregius iuuenis, frater reginae, a Longobardis in ſeditione Papienſi uulneratus et mortuus. Demum profertur Sigefridus filius, cui Gelbertus archiepiſcopus epiſtolam 51. ſcripſit, quem in iuuentute ante patrem ſuum fuiſſe mortuum cenſet Cheſnaeus, uti alios plures: quia Sigifridus pater et Hadewicha mater, in charta donationis factae, anno DCCCCXCIII. monaſterii *S. Maximini* aſſerunt, ſe illa tradere ob remedium animarum ſuarum liberorumque ſuorum, ſuperſtitum uidelicet ſeu defunctorum. Haec de conſanguinitate et affinitate S. Cunigundis ſatis certa ſunt, et nobiliſſimum auguſtorum eius parentum ſanguinem in actis indicatum explicant.

Fratres. Henricus dux Bauariae.

Fredericus comes Luxenburgenſis.

Theodericus epiſc. Metenſis.

Giſſibertus.

Sigefridus.

XVIII. Cranzius libr. IV. Saxoniae cap. 30. Cuſpinianus in hiſtoria imperatorum, Hermannus Greuen et auctor relationis innocentiae S. Kunegundis, appellant patrem Sigefridum comitem palatinum Rheni: nec multum abfuit Andreas Cheſnaeus, quod Arduenna regio extenderetur ad Rhenum: mauult tamen appellari palatinum ad Moſellam et certiſſimum cenſet, ſi comes Luxenburgenſis uocetur. At noſtro iudicio uidentur hi ſcriptores, qui trecen-

Cur pater Sigefridus dicatur arcentioribus Palatinus Rheni?

centis et amplius annis ab illis temporibus abfuerunt, alium iuniorem Sigebertum ab iſto non ſatis diſtinxiſſe. Eſt Lacense, ſiue de lacu, non longe ab Andernaco, prope Rhenum, opulentum monaſterium, ab Henrico comite palatino Rheni, annuente coniuge ſua, Adelheida, fundatum; de quo agit Marquardus Freherus parte 2. originum palatinarum, cap. 9. cuius fundationis tenorem, a ſe in ipſo monaſterio deſcriptum, exhibet. Acta ſunt illa anno incarnationis dominicae MCXCIII. et conſtitutionis teſtes proferuntur Hilbertus Treuirorum archiepiſcopus, Sigifridus priuignus, aliique. Cum autem operi coepto Henricus immortuus eſſet, priuignus Sigefridus, itidem palatinus Rheni, id abſoluit, cuius ſcriptum truncatum ibidem exhibetur. Quam fundationem Henricus IV. imperator ſuis quoque priuilegiis ornauit, in quibus inter alia haec uerba contin„nentur: Poſt mortem praedicti comi„tis Henrici, Sigefridus, qui ei in comi„tatu palatii ſucceſſit, de patrimonio „ſuo Mylen in Brabantia, Ouerhouen „et Geneheiden monaſterio ad Lacum „dedit. Monet autem Freherus, ut huius Sigefridi, cuius coniux Gertrudis fuit, diſtinctio fiat ab alio quodam antiquiore Sigefrido palatino, quem tradunt arcem, nunc dirutam, non procul a monaſterio Lacenſi, quam Hohen Simmeren appellant, inhabitaſſe et anno DCCLIV. mortuum fuiſſe, habuiſſeque in uxorem duciſſam Brabantiae, nomine Genoueram, quam conſilio et calumnia cuiusdam equitis uoluerit igni tradere: uerum eam cum puerulo in ingenti ſylua expoſitam et poſt aliquot menſes ſine omni humana ope ſaluam et incolumem repertam, et a Deo in ſignum innocentiae conſeruatam, cauſam ſtruendae aedi ad honorem Deiparae uirginis dediſſe, in qua id ſcriptum Frehe-rus reperit. De hac Genoueta agendum erit ad 2. diem Aprilis, quo faſtis aliquibus, ut ſancta, inſcripta reperitur.

num occaſione Sigefridi iuniorisſ

auctetiam antiquioris.

XIX. Haec de Sigefridis iſtis Palatinis, occaſione quorum potuit Sigefridus, pater S. Cunegundis, appellatus fuiſſe Palatinus Rheni, quem *Elius Reuſnerus* in *Auctario βασιλικῶν genealogici p. 177. ſacri Romani imperii ſeptemuirum* primum inter electores facit iſtis uerbis: *Sigefridus ex Lotharingia Moſellana oriundus, Conradi ſapientis, ducis Franconiae et Lotharingiae filius, qui Luithgardim Ottonis II. imperatoris filiam uxorem habuit, ex filio Othone nepos, primus electoratum palatinum tenuiſſe fertur. Liberi eis dantur D. Cunegunda, uxor Heinrici II. imperatoris, uita defuncta III. Martii anni MXXXIX. Henricus - - -*

Alia de Sigefrido a recentioribus ſcripta et minus probata.

a ſororio caeſare auguſto, Bojoariae ducatu dotatur, patris in honore ſeptemuirali ſucceſſor, et Richſa uxor Mieslai II. regis Poloniae, ac dein, per dicti Henrici neptem *Igardim* eiusque filiam *Eliſabetham*, deducitur familia hodierna comitum palatinorum Rheni et ducum Bauariae. Et haec tanquam indubitata absque ulla probatione aſſeruntur. Otto I. imperator, pater dictae *Luitgardis*, hortatu huius comitis *Sigefridi* reſtituit monachos in *Epternacenſi* monaſterio, ut infra patebit, et in ſuo diplomate uocat *uenerandum comitem Sigifridum fidelem noſtrum*, non neptem aut filiae ſuae filium, non conſanguineum, cognatum aut ſimili nomine dignum, quod ſine dubio feciſſet. Similis farinae ſunt, quae *Bertelius* mox proferendus aſſumit, dum Sigefridi genus a *Raginero* I. comite Hannoniae, per *Giſſebertum* filium, ducem Lotharingiae unucrſae, huiusque filium *Kicuinum* deducit. Non etiam admittendi absque probatione *Paulus Langius* et *Glaber*, *monachus Cluniacenſis*, quorum prior *Henricum S. Cunegundis fratrem*, facit *pronepotem Caroli M.* a quo plus quam ducentis annis diſtabat, poſterior *Sigefridum ducem Saxonum* pronunciat. Verum hisce non lubet immorari, quia nulla aſſertioni probandae adiunguntur argumenta. De dignitate electorali diu poſtea inſtituta, dicentur aliqua XVI. Martii ad uitam S. Heriberti archiepiſcopi Colonienſis.

Fuit uirtutis et religioni catholicae addictus.

XX. Iohannes *Bertelius* in *hiſtoria Luxenburgenſi p. 24.* ita pietatem parentum S. Cunigundis praedicat: *Sigefridus iſte, comitum Luxenburgenſium primus, uir fuit prudentia ac uirtute praeſtantiſſimus, belli item gerendi peritiſſimus, ſimulque catholicae religionis cultui ſingulari animo deditus, in cuius rei euidentiam ſtatim atque in poteſtatem ſuam Luxemburgenſe caſtellum accepit, facellum quoddam, ſub memoratae Deigenetricis Mariae patrocinio, quod modo a ſancto Michaele archangelo titulum praefert, iuxta idem caſtellum a fundamentis excitauit. Tempore deinde inſequenti Sigefridus comes, utpote rebus eccleſiaſticis tuendis, imo et adaugendis, totus deditus, in aduocatum poſtulatus eſt uicini imperialis monaſterii Epternacenſis, atque id muneris magna cum laude et omnium applauſu, ad eccleſiae ipſius utilitatem, eſt executus et, ut erat uerae et auitae religionis zelator maximus, aduertens in Epternaco, non monaſticae uitae profeſſores, ſed ſaeculares canonicos, eosque admodum diſſolutis, imo et ſcandaloſis moribus, ſub aeque utioſo abbate degere, tanto malo remedium imprimis afferre ſtuduit.* At contra *Caſpar Bruſchius*

Administrator abbatiae Epternacensis.

curat illam restitui monachis Benedictinis.

fundauit confraternitatem miſellorum.

Contulit donationes monaſterio S. Maximini,

Et eccleſiae Treuirenſi S. Petri.

S. Kunigundis nupta S. Henrico.

ſchius in chronologia monaſteriorum Germaniae, ipſos aduocatos comites et duces loco abbatum praefuiſſe memorat, et ex his ultimis *Sigefridus* comes ſucceſſit, in abbatiae huius adminiſtratione. *Huius*, inquit, *hortatu Otto imperator anno XXXIV. regni ſui, imperii uero XI. hoc eſt anno domini DCCCCLXXII. canonicos ex hoc loco expulit, et congregationem monachorum adunauit, abbatemque iis Reginerum quemdam praefecit.* Integrum diploma edidit *Miraeus*, in notitia eccleſiarum Belgii. *cap. 65. Id actum apud Magdeburgum in Saxonibus, coram omnibus regni principibus, cum fuiſſent in hoc loco canenici annis CXXV.* Haec Bruſchius. Ea pluribus a *Bertelio* referuntur, qui addit partem antiquae chartae in archiuio *Epternacenſis* monaſterii repertae, quae ita ſonat: *Haec ego Sigefridus, licet indignus, honore tamen comitis ſublimatus, conſiderans, quod ex regia donatione abbatiain S. Willebrordi pro beneficio ſuſcepi, eamque per multos annos poteſtatiue direxi . . . Acta ſunt haec anno* DCCCCXCVII. Reliqua deſiderantur, in quibus forſan illuſtres donationes continentur huic monaſterio ſub finem uitae factae. Suggerit Bertelius, ad Sigefridi comitis commendationem ſpectare, quod confraternitatem miſſellorum, quae et hodie in *Epternaco* oppido perdurat, ipſe inſtituerit et ex propriis bonis liberaliter dotauerit.

XXI. Prae reliquis locis ſacris uidetur amaſſe monaſterium *S. Maximini*, ubi et ſibi et uxori ſuae elegit ſepulturam et pluribus ante annis obtulit illi illuſtrem donationem uariorum bonorum, quae poſt obitū ſuum in uſum cœnobitarum peruenirent. Diploma hujus donationis, ualde amplum et piiſſimorum animorum teſtimonium, ediderunt Miraeus. L. I. diplomatum Belgicorum cap. 25 et citatus ſupra Cheſnaeus, in probationibus ad familiam Luxenburgicam. p. 7. *Actum anno dominicae incarnationis DCCCCXCIII. Indict. VI.* Alia, quae poſt ſuum deceſſum donata uoluit eccleſiae Treuirenſi S. Petri, habentur apud eundem Cheſnaeum. p. 5.

§. IV. Chronologia uitae S. Cunigundae. Varia beneſacta.

XXII. A piiſſimis hiſce parentibus nata, educata et ſanctiſſimis moribus et inſtructa S. Kunigundis, et forſan etiam matrimonio cum S. Henrico, duce tunc Bauariae, conjuncta. Nam quibus illi annis mortui ſint, aut quo haec uxor ipſi data, non liquet. Mortuo Ottone III. imperatore anno MII. die 23. Januarii, *S. Henricus VIII. Idus Junii, in regem Moguntiae eligitur, acclamatur benedicitur et coronatur. Celebratis diebus ordinationis ſuae et quibusque uenientibus in militiam ſuſceptis, rex rhenum iterum tranſiit, cum maxima multitudine per orientalem Franciam, in Alemanniam, ut Herimannus caput ut ceteri, regiae Majeſtati ſubderet . . . . Ab Alemannia in Franciam terram, unice ſibi dilectam, receſſit et non multis diebus in Francia moratus, in Thuringiam iuit: inde procedens in Saxoniam peruenit. . . . Iliſtrenue peractis, regi a Saxonia in regnum Lotharienſe properanti, Gruonae accurrit uxor ſua, domina Cunigunda nomine jam extans, ſed re cito regina futura. Inde etiam Paderbornam ueniens in feſto ſancti Laurentii acclamatur, benedicitar et coronatur, et ſit Kunigunda, Kuninga, quod latine interpretari poteſt regia, regina.* Ita Adelboldus in uita S. Henrici. Adde Kunigundam ſignificare *regis fauorem*, nam *Kuning* ſeu *Kunic*, a *Kunnen*, poſſe, ductum nomen rex eſt, *gund* ſiue *gunſt* fauor. De cujus coronatione in uita S. Meinuerci, epiſcopi Paderbornenſis, apud *Brouerum* cap. 12. iſta leguntur: *Eodem anno, nouo rege natiuitatem Laurentii in ciuitate Paderburnenſi celebrante, domina Chunigunda, ipſius, ut putabatur, uxor, re autem uera caſtitatis amulatione ſeror praedicto Willigiſo, Moguntienſi archiepiſcopo inbi regiae conſecrationis dominium adinuenit, quod eidem eccleſiae in augmentum honoris et profectum magni decoris dei miſericordia prouenit.*

XXIII. At *Retharius* epiſcopo Paderbornenſi anno MIX. pridie nonas Martii mortuo, denominante et procurante S. Henrico *Meimuertus* in ſucceſſorem epiſcopum Goslariae coram illo ordinatus eſt. *Continue autem regi inſiſtens, ut eccleſiae ſibi commiſſae, lamentabiliter incendium paſſae, ſecundum ſpontem, qua eam ſibi commiſerat, ſuccurreret; rex miſericorditer annuit, et eccleſiae praefatae miſeratus paupertatem, multa ei bona, tam in praediis, quam in facultatibus aliis, larga manu et plena caritate, pro Dei amore dilectique ſibi epiſcopi aſſiduo et deuotiſſimo obſequio, contulit. Saepius autem in ciuitate Paderbrunnenſi commoratus, operum et ſtudiorum eius adiutor et cooperator extitit, fauente et inſtante per omnia uenerabili Chunigunda regina, cui non minor uoluntas, quam facultas, in eccleſiis Dei ampliſicandis et melioraudis ſemper fuit.* Quae in eadem uita *num. 17.* habentur, uti ſequentia *num. 24. Anno MXIV. expeditionem in Italiam rex iturus, ut caeſaris conſecrationem a domino apoſtolico perciperet, in caſtello, quod* Grunden *dicitur, conuenire principes mandauit. Epiſco-*

deinde anno 1002. in regem coronatur 6. Januarii.

coronatur Paderbornae in reginam 10. Auguſti.

Inſtante regina uariae poſſeſſiones conferuntur eccleſiae Paderbornenſi, an. 1099.

scopus autem Meinwercus cum rege expeditionem iturus, ecclesiae suae penuriam conquestus, itineris expensam labori suo congruam instanter petiit et, interuentu Cunigundae reginae . . . Berneshusum 1248. *situm in pago Lisga, in comitatu Bernardi comitis sitam, obtinuit. Eodem quoque die, loco et anno, interuentu saepe numero dictae et cum omni merito dicendae reginae Cunigundae, quandam regiam curtem, Maranga dictam, in pago Marangano, in comitatu Bernardi comitis sitam, obtinuit.* Vti et ecclesiae Merseburgensi. *Dithmarus*, qui tunc procurante etiam S. Henrico, Merseburgensis erat episcopus constitutus, iter Romanum regis et reginae descripturus, de donis suae ecclesiae oblatis, nec dubitamus quin interuentu S. Cunigundis, ita sub finem L. 6. scribit. *Henricus etenim rex ecclesiam adauxit nostram, multis utilitatibus, imprimis diuino apparatu et de omnibus curtis, quas in Thuringia et Saxonia habuit, duas nobis tradidit familias. Euangelium auro et tabula ornatum eburnea et calicem aureum atque gemmatum, cum patina et fistula: item cruces duas et capulas ex argento factas et magnum calicem ex eodem metallo, cum patina simul et fistula dedit. Quicquid in praediis ab antecessoribus suis neglectum erat, praecepto renouauit.* Similia pluribus aliis ecclesiis praestita fuerunt beneficia.

XXIV. Idem *Dithmarus* initio libri 7. ita coronationem utriusque, Romae a Bonifacio III. papa factam, describit: Romae coronantur S. Henr. Imp. et S. Kunigunda imperatrix. *Die dominica VI. calendas Martii anni MXIV. Henricus, Dei gratia rex inclytus, a senatoribus XII. uallatus, quorum sex rasa barba, alii prolixa, mystice incedebant cum baculis, cum dilecta suimet coniuge Cunigunda, ad ecclesiam S. Petri, papa expectante, uenit: et antequam introduceretur, ab eodem interogatus, si fidelis uellet Romanae patronus esse et defensor ecclesiae, sibi autem suisque successoribus per omnia fidelis, deuota professione respondit: et tunc ab eodem inunctionem et coronam cum contectali sua suscepit. Priorem autem coronam super altare principis apostolorum suspendi praecepit. Eodem die papa eis caenam ad Lateranum fecit copiosam.* Haec ibi. Quae hoc in itinere uariis in locis sacris, ut *Casini*, *Clamiaci* et alibi, gesta sunt, quia spectant ad uitam S. Henrici, neque particularia de S. Cunegunde memorantur, hic omittimus. Proximis degunt in Saxonia. annis cum caesar Oderam peteret, *postquam nostri*, inquit Dithmarus, *Albini transierunt, imperatrix et ego cum illa ad Merseburg pergentes, caesaris aduentum in his partibus exspectauimus. Et pluribus interpositis, imperator et cotectalis sua a Gerone archiepiscopo Magdeburgensi, magnis honoratur muneribus: crastinoque inde pergentes, tertia die, id est, dominica, ad Halberstadi, perueniunt: quos ibi Arnulphus praesul magnifice suscepit, et duas noctes secum habuit. Tertia nocte ad Quidilinburgi profecti, ab Ethelheida uenerabili abbatissa, non minori gloria ornantur. Quarta die monasterium in occidentali monte, ubi sponso coelesti sanctimoniales monachico habitu seruiunt, ab Arnulpho antistite, praesente augusto, dedicatum est III. calendas Martii. Regina Cunegundis Francofordae a caesare discedens, cum ad locum, qui Capungun dicitur, ueniret, infirmatur et ibi tunc domino promisit, se ad laudem eius unum facturam monasterium.* Fuit ea occasio fundati monasterii Confugiensis in Hassia prope Cassellas, ut supra dictum.

XXV. Haec ante annum MXVIII. contigerunt. De ecclesia episcopali huiusque dignitate, urbi Bambergensi procurata et duobus istis monasteriis exstructis, infra in uita agitur. Addere placet, quae ipsi Bambergae uidimus, in monte S. Michaelis, in templo abbatiali, scilicet dotem, siue *Morgengaban* a S. Henrico Kunigundi datam; crucem auream operis graeci antiquissimi, uti ex inscriptionibus atque imaginibus erat cognoscere: item cingulum S. Cunegundis, eiusdemque ex gemmis coronas duas. Ascendimus etiam ad S. Kunigundis palatium, amoeno situ potius, quam structura uisentium, iamque ruinosum totum: in huius superiori parte lignea, supererat adhuc cubiculum ipsius, cum hypocausti loco; utrumque tale, quod modestissimam de plebe uirginem indicaret. Hinc prospectus erat in sacellum exiguum, in quo priuatim adesse factis consueuerat: ubi et sedes ligneae mirae simplicitatis monstrabatur. Ingressi etiam sumus templum S. Stephani, quod est canonicorum regularium, ab eadem imperatrice exstructum et dotatum; quod tunc a fundamentis erigebatur elegantissimo opere. Supererant ex ueteri structura, solae alae seu crucis brachia, ubi in ala dextera ad ingressum lateralem picta erat S. Cunegundis, cum lance illa, quam *Andreas Brunnerus* Lib. 9. annalium Boiorum ita describit: *Adseruata etiam*, ait, *usque ad seruitem* Eius crux aurea. cingulum et coronae duae

Ger-

Lanx chrystallina.

Germanicum bellum chrystallina lanx est inter cimelia montis monachorum, quam argento grauem, eadem diua in publico deposituerit sine custode, unde operas manupretium ex fide numerasse sibi fama fuit, castigata praesentibus exemplis auaritia, si uel unius assis auctarium malo ungui adhaesisset. Ornamentis praesidiisque, quibus operis sui aeternitati consuluit Henricus, etiam illud insigni indulgentia adiecisse traditur, ut summi imperii proceres, quae caesaribus adorandis honoraria impendunt obsequia, iisdem Babenbergensem praesulem per uicarios prosequerentur, idque augustalis praerogatiuae quoddam uelut instar esset. Priuilegium sine dubio nullius exempli, quod posteritas admirata filum sericum *D. Kunigundis appellauit, sed urbi pro aheneo muro futurum et pignus perpetuae serenitatis.* Haec Brunerus.

filum sericum

XXVI. Ex uita S. *Meinuerci* haec ad S. Cunigundem referenda sunt: *die calendarum Martiarum anni MXXI. interuentu Benedicti papae, Cunigundae imperatricis augustae, comitatum in Limmedeshusen impetrauit.* Haec pluribus capit. 71 at cap. 77. et seqq. ista traduntur: *Episcopus Meinuercus monasterium inchoatum accelerans consummare, sanctuario testudinato, imperatorem in natiuitate domini Paderbrunne inuitauit... et ab imperatore constanter curtem regalem de Eruete exegit.... Qui diu multumque renisus, tandem episcopi perseuerantia, imperatricis primatumque coactus instantia, priuilegium protulit, et accedens ad altare, beatae Dei genetricis et perpetuae uirgini Mariae, sanctisque Kiliano et Liborio et astanti Meinuerco episcopo suisque successoribus, curtem Eruete sitam in pago Westphalen legaliter obtulit.* Et cap. 116. hoc de S. Meinuerco epiphonema datur. *Taliter uir Dei ipse caelestium bonorum amatus et consilio et auxilio christianissimi regis Henrici, eiusdem nominis secundi, imperatoris primi, uenerabilisque Cunigundae imperatricis, in omnibus adiutus et contortatus, monasterium hoc, ubi nouissimam tubam exspectare disposuit, monasticae uitae amore, maxima deuotione inchoauit etc.* Ipse etiam imperator quamplurima ecclesiis uariis beneficia praestitit, intuitu salutis propriae et S. Cunigundis. Ita *collegium Aquisgranense* canonicorum S. Adelberti anno MXVIII. fundans, asserit: *Quoniam indubitanter scimus in conspectu Dei placere sanctorum loca instituere, et sublimare, pro remedio animae nostrae, coniugisque nostrae dilectae Cunigundis, imperatricis augustae, nec non parentum nostrorum, tum etiam pro confirmando sub diuina protectione regni nostri statu, ecclesiam, in honore S. Adelberti martyris et episcopi, in monte contermino, sedi nostro Aquensi a nobis fundatam omni libertate donamus.*

Beneficia S. Meinuerco praestita

et collegio Aquisgran.

XXVII. Demum sanctis similibus operibus intentus *S. Henricus ad percipiendam immarcessibilem coronam ab ergastulo carnis a domino est uocatus. Quicum cerneret, imminere sibi mortis diem, citatis ad se parentibus et cognatis beatissimae imperatricis Cunigundae, nonnullis etiam regni primoribus, manu eam apprehensam illis commendauit huiusmodi uerbis, memoria dignis: Hanc ecce, inquit, mihi a uobis, imo per Christum, consignatam, ipso Christo domino nostro et uobis reconsigno uirginem castam.* Ita acta S. Henrici uaria, tam manu exarata, quam hactenus typis edita, ad diem XVI. Iulii illustranda, quo uirginitatis florem in caelum extulit, anno MXXIV. in Babenbergensi ecclesia, quam cum episcopo ibi construxerat, sepulturae traditur: quam Eugenius III. papa in sanctorum catalogo anno MCLII. collocauit, in cuius rescripto super eius canonizatione ista uerba habentur: *In thoro etiam legitimo positus, quod paucorum fuisse legitur, integritatem castimoniae usque in finem uitae conseruauit.* Reliqua infra ad acta S. Kunegundis explicantur. Haec pro mariti S. Henrici aeterna salute admodum sollicita, animam eius aliorum orationibus perrexit commendare, ac tandem, elapso in luctu et uiduitate integro anno, in ipso anniuersario die transitus S. Henrici, deposita regali purpura, habitum monasticum assumpsit in monasterio Confugiensi, et *quindecim in sancto proposito superuixit annos:* ut num. 14. habetur. Et conueniunt in iis annis quindecim omnia acta, tam manu exarata, quam typis uulgata. Ergo necessario uixit ad annum usque MXL. Cum tempore asseratur, V. Nonas Martii hae uita decessisse, si id dicto anno MXL. contigit, defuerunt ad integritatem illius anni menses IV. et dies XI. Si anno sequenti MXLI. statuatur obiisse, superuixisset, praeter *quindecim annos* iam indicatos, *menses VII. dies XX.* Iudicium lectori permittimus.

uidua facta an. 1024.

sanctimonialis 1025.

moritur anno 1040. aut sequentes,

XXVIII. *Canisius* in martyrologio Germanico assignat solum annos XII. in monasterio peractos et annum mortis asserit M. XXXVII. Quo etiam anno tradit *Trithemius*, in chronico Hirsaugiensi, *esse mortuam S. Kunigundem,*

menda chronica aliorum

quondam imperatricem, quae S. Henrici imperatore mortuo, pro amore omnipotentis Dei mundum contempſerat, et in monaſterio Confugienſi ſanctae conuerſationis habitum ſuſcipiens, cum ſanctis uirginibus, Chriſti monialis et ipſa uirgo uſque ad mortem permanſit. Haec ibi, nullis aſſignatis uitae monaſticae annis. Ad annum ſequentem MXXXVIII. ita Marianus Scotus ſcribit: *Cunigundimperatrix obiit V. Nonas Martii et Spirae ſepelitur:* ubi ſecundum mendum eſt, cum Bambergae ſit ſepulta. Magis aberrat *Lambertus Schaffnaburgenſis*, dum obitum ad annum MXXXIII. refert. Petrus *Cratepolius* in libello *de ſanctis Germaniae*, S. Kunegundem noluit omittere, in cuius elogio ſcribit: *D. Henricum imperatorem anno domini MXXII. mortuum eſſe et S. Kunegundem, inde relicto mundo, in monaſterio ordinis D. Benedicti, quod ipſa Bambergae conſtruxit, annis XII. domino Deo in omni pietate et humilitate ſeruiuiſſe*, ubi plura menda conglomerantur. *Hieronymus* monachus *Camaldulenſis* in uita *S. Romualdi*, quam edidimus ad VII. Februarii, hunc ad S. Henricum et Cunigundem, cum Romam proficiſcerentur, euocatum tradit, cap. 8. et narratiooem iſtam hoc epiphonemate concludit. *Iſte imperator Henricus et uxor eius Cunegundis, ambo uirgines permanſerunt, et caelibem uitam in terra ducentes quadraginta annis, in pace quieuerunt*, ſcilicet à matrimonio inito usque ad obitum S. Cunigundis, quae ultimo in pace quieuit.

EX RADERI BAVARIA SANCTA.

Iidem auctores. Cranzius, Lupoldus Babenburgius. Trithemius de uiris illuſt. ord. S. Bened. ſcriptores Ger. Surius ad 3. Mart. paſſim alii. Gretſerus in SS. Bambergenſ.

CHVNEGVNDIS Moſellana *Sigefridi* Metenſis reguli filia, *Henrici* S. coniunx, deſponſum DEO florem uirginitatis apud uirum, per inuidiam & artes impuriſſimi hoſtis cacodaemonis, in ſuſpicionem adductum, grauiſſimo candentium igne uomerum experimento (*a*) iudicioque exploratum, comprobauit. Verita enim eſt flamma laedere illam, quae illaeſum Deo uiroque torum & pudorem conſeruarat. Nec contenta hac pulcherrima uirtute, qua Pulcheriam Auguſtam Marciani uel aequauit, uel ſuperauit, ab imperatoris Henrici obitu, uitta ſacra, pro corona, ſumta, ſolenni ceremonia, ſeſe rebus humanis omnibus abdicauit, Chriſtoque caeleſti imperatori in coenobio uirginum, ab ipſa quondam extructo, Babenbergae in S. Benedicti familia ſe totam (b) emancipauit. Caelo adſcripta, terris eiusmodi exemplum reliquit, quod omnis poſteritas adhuc miratur, nemo in tanto faſtigio imitatur. Qui plura deſiderat, apud Gretſerum in SS. Bambergenſibus, nuper editis, cognoſcet.

(a) De hoc genere purgationis per ignem diſputat fuſe Marc. Deluius diſquiſ. Mag. l. 4. q. 9. ſect. 3. ubi ſnaria adducuntur exempla.

(b) Obiit a. C. MXL. Lege Arnoldum VVionem 3. Mart.

VITA
S. OTTONIS,
BABEBERGENSIS EPISCOPI
AC
POMERANICAE GENTIS APOSTOLI;

QVATVOR LIBRIS,

scripta

AB ANDREA MONASTERII
S. MICHAELIS PROPE BAMBERGAM ABBATE,

ET

PRIMVM IN LVCEM PROLATA ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATA

STVDIO

IACOBI GRETSERI,

SOCIETATIS IESV THEOLOGI

Cum GRETSERIANA de S. Ottone opuscula a VALERIO IANSCHIO plurimis accessionibus membranaceis adaucta, saepe etiam notata et emendata sint, primis ultima placuit inserere: ut uno nexu utraque continerentur neque filum historiae abrumperetur aut hiatus esset sacrae biographiae.

tendat, et in nonnullis locis a seipsis discrepantem; hanc ego sententia apertiori referarem.

Quam nimirum petitionem inprimis miratus, cur tot patribus peritis circumquaque commorantibus hucusque relictis, mihi imperito et liberalis scientiae admodum ignaro, tam arduum opus iniungi uel excogitaueritis, pro nihilo duxi; appositique aliquando animum, volens scilicet in plura petita, si ulla adstipularetur scientia. Cumque diu uelle mihi adiaceret, perficere *autem in me non inuenirem, dicebam uobis; quodque nequirem. Seduestra benemerita paternitas uti nouit, eadem crebro repetiuit decens; si mihi tantummodo solida ineesset uoluntas, a domino caetera praestari: exhortatione huiusmodi saepe incitatus, tentaui tandem uestros implere precatus: confidens in eo quam maxime, qui dixit:* aperi os tuum, Psalm. 80.
et ego adimplebo illud: *quique sicut in paucis saepe uictoriam praestans, sic etiam in imperitis, peritiam tribuens, gratiae suae potentiam ostendit.*

Haec autem ideo praemisi, ne quis, me forsitan tantum opus ultro arripuisse per arrogantiam, arbitratus, diceret, magnae praesumptionis esse causam, illa, quae a quolibet sancto uiro utcunque fuerint prolata, ab ullo deinceps quasi emendatore, in aliud transferri. His itaque praelibatis, contra detractores uniuersos, quibus nihil est dulcius, quam alios lacerare, aliis laqueos ponere in uia, qua ipsi nolunt incedere: iam deinde lectori pandere cupio; quia id mihi maxime fuit studii in opere isto, ut sententiam eandem uerbis apertioribus proferrem, exceptis his, quae ob suam difficultatem et obscuritatem inuestigare penitus n quiui. In tantum autem faciliora sequebar, ut, sicut probari potest, alicubi eadem uerba ponerem. Quid enim mihi infimo et illiterato nodosa et perplexa oratio? Habeant amatores sapientiae secularis Tullium; ego imperitus et ignobilis, despectus et contemptibilis sequar Christum; qui non philosophos, sed piscatores elegit discipulos.

Inter haec etiam illud notum facio uestrae dilectioni; quia cum ipsos libros, quos me explanare, et in unum comportare petiistis, diligenti indagine reuoluerem, plurima tam operum, quam miraculorum insignia non haberi in uno, quae in alio libro inueni, molitus sum ex illis colligere, et in locis, quae opportuna uidebantur, inserere.

Fortassis enim Sefridus *uir ille beatus, quid in peregrinis et barbaris nationibus egerit Otto episcopus sanctus; quia horum sibi conscius magis fuit, et quomodo apud principem in curia degerit, uel qua opportunitate in curiam uenerit, et inde ad pontificatus dignitatem, homo curialis et in curia enutritus, aptius explanauit. Thimon autem homo simplex, uelut* Jacob *habitans in tabernaculis, cum* Rebecca *matre sua; quae domi solitus erat agere episcopus, et de fundationibus uel renouationibus cellarum et coenobiorum coenobita clarius edicit. Iste quippe est* Thimon, *quem aiunt, ipsius sancti praesulis Ottonis minutum fuisse quinquennem; habuitque super eum oculos bonos, quod de illustri esset parentela, et ab ipsis cunabulis ad monasterium translatus, et quod esset puer gratiosae pulchritudinis, iucundus ualde et mirabilis, factus et dictu omnes laetificans. Ebbo uero presbyter et monachus coenobii nostri, uitam beati uiri Ottonis episcopi; prout ex ore * Vdalrici *facerdotis sancti Aegidii edoctus fuerat, eleganti satis stylo descripsit. Herbordus autem scholasticus uitam praefati Ottonis in libello quodam dramatico carmine, uel etiam prosa, luculentissime perstudauit.*

Quatuor Scriptores uitae S. Ottonis. Sefridus. Thimon. Ebbo. *Huius Vdalrici exstat mentio lib. 2. c. 31. Herbordus, cuius fit mentio lib. 2. cap. 34. & cap. 1. lib. 4.

Vnde consideranti mihi omnia, quae de S. praesule scripta reperi, in nullis maior tanti praesulis auctoritas, quam in epistolis ab ipso, aut ad ipsum directis, uidetur esse. Ibi namque apertissime insinuatur, quanta ueneratione primitus fuerit susceptus a pontifice Romano Paschali secundo, qualiterque eum ordinatum miserit, ne dum clero Babebergensi, uerum etiam cunctis Alemaniae episcopis; quanto etiam labore populum Pomeranorum ad fidem conuerterit: quantam gratiam a terrae principibus Henrico IV. Romanorum, et Bela Vngarorum regibus obtinuerit. Postremo & illud ibi speculatur, quod etiam nobis peropus est, quomodo corporis sui locum coenobium, uidelicet montem S. Michaëlis archangeli, possessionibus et donis plurimis sublimauerit. Vnde, quaecunque scripta huic operi conducentia de ipso inuenire potui, in unum colligere studui, et nonnunquam nomen

men auctoris expreſſi, ſperans aliquem aemulum, et tantae auctoritatis ignarum lectorem exinde poſſe aedificari.

Diuiſio operis in quatuor libros.

Quatuor autem libellos, domino adiuuante, de uita ſancti uiri ſcribere geſtio. In primo quidem narratur quis fuerit, aut qualiter ad epiſcopatus celſitudinem peruenerit, ac deinceps quae in epiſcopatu egerit, depingitur. In altero uero, qualiter in eccleſia ſancta pro conuerſione gentilium et paganorum in Pomerania laborauerit, et quomodo eos chriſtianae religioni initiauerit, explicatur. In tertio uero de ſecunda eius profectione ad Pomeranos poſt apoſtaſiam, qua a fide receſſerunt, et de eius reditu ad ſedem ſuam, exprimitur. In ultimo uero quae dominus ante felicem deceſſum miracula diuinitus ſit operatus, et de tranſitu ipſius ac miraculis factis poſt felicem ipſius exitum diligenter exponitur.

Quapropter lectores, in quarum forte manus haec ſcripta uenerint, peto, ne arrogantiae, aut temeritati hoc adſcribant, ſed, Deo teſte, ſciant, me ſola charitate urgente, dum uocem * *pectori* *negare non poſſum, ob notitiam poſterorum, haec humiliter pandere. Et certe, ſi quid erro, ad eos culpam depoſitum eo, a quibus ea legi auctoribus. Nam ego aduena ſum huius coenobii & peregrinus: quinque compleui luſtra, quo haec ſcribere coeperam; tria autem, quo eorum curam ſuſcepi agens; Dei et fratrum meorum miſericordia in conſortium eorum adoptatus, conſocius & comparticeps effectus conſolationum et bonorum omnium, per eum huic coenobio collatorum.*

Huius ergone obliuiſci potero, qui ſuas eleemoſynas fecit, dum eas manibus noſtris erogandas inſtituit? Num eius obliuiſci potero, qui oculis noſtris tot egregia et praeclara ſui monumenta, quoad uixerimus, contuenda ingeſſit? Omnes enim has coenobii maximas aedificationes tam monaſterii, quam omnium officinarum eius, intus exteriusque a fundamentis uſque ad arces tectorum, opera eius eſſe dicimus. Sic fontis uenam plumbeis fiſtulis ab horto ſuo deductam, quam labio plumbeo cernitis emergentem, ſicut conſtare poterant, cenſu appreciauit aeternae retributionis auidiſſimus negotiator, ut omnia coram Deo ſibi adſcriberentur. Unde ſaepe dum mentio fit horum, ſtupor et admiratio oritur inter loquentes, quomodo uidelicet epiſcopus tam multis et uariis negotiis occupatus, tantam circa locum noſtrum promouendum ſolicitudinem, tantamue potuiſſet habere diligentiam? Nam maioribus noſtris ſcribentibus percepimus, res coenobii noſtri, eius diligentia et prouiſione, adeo auctas fuiſſe, quas exiles ac tenues inuenit, et pauperrimas ſuo tempore; centum monachis, rectores habeam induſtrios, ſufficientes et amplas ſatis eſſe; quae olim uiginti quatuor monachis tenues fuerunt et anguſtae: licet iam, peccatis noſtris merentibus, manibus perfidorum et incuria rectorum ſint ferme diſtractae.

Sed tamen mihi ſumme cauendum, quia multum diligere ſcio eum, de quo loquor, ne ob eius dilectionem rem non uere auxiſſe uidear. Itaque ſummopere cauendum, ne laude mortuorum uiuis derogem. Multi enim ad iniuriam uiuentium magis et importunis laudibus benefacta efferunt mortuorum. Sed hos ego non laudatores ueros, ſed figuratiuos *criminatores arguerim.*

Proinde et uos, patrem amantiſſimum, unice dilectum peto atque admoneo; ut praeſens opuſculum intentione ſumma legatis, Deo ſupplicantes, ut per eius preces, a quo, uel per quem ſcriptum eſt, a prauis hominibus nos locumque noſtrum cum rebus creditis defendere dignetur. Et quia ueſtra dilectio id mihi iniunxit of-
4. Reg. 4. *ficii, ut coquam pulmentum filiis prophetarum; in quo ſi colocynthidas miſcuero, ſuperiecta, ut confido, farinula amaritudinem condiet Heliſaeus, et exceſſus inſipientiae obedientiae bonitas condonabit. Valeto patrum amantiſſime, religionis gemma, praeſidium et dulce decus meum Neſtoris aeuo. Ex monte pauonis feliciter.*

PRO-

Prologus in uitam ſanctiſſimi Ottonis, Babenbergenſis eccleſiae epiſcopi ac Pomeranorum gentis apoſtoli.

DOmino reuerendiſſimo Deoque uere digniſſimo BENEDICTO, Dei gratia ſanctae Camminenſis eccleſiae pontifici, ANDREAS humilis ſeruitor fratrum cœnobii ſancti Michaelis archangeli, ordinis Seraphici Benedicti, prope et extra muros ciuitatis Babenbergenſis, in ipſo, qui eſt uia, ueritas et uita, uiam, ueritatem et uitam inuenire ſempiternam depoſcit. Exigitis *Scripti occaſio.* a me, pater per ſaecula memorande et praeſul nominatiſſime in orbe, ut ſigna et portenta, quae per opinatiſſimum, nunc in ſecula ſanctum OTTONEM, Babenbergenſis eccleſiae epiſcopum, ac noſtris temporibus Pommeranorum apoſtolum, nouis temporibus diuina peregit clementia, cura diligentiſſima indagata, ad laudem et nomen uiuificae Trinitatis, nec non ad excitandos animos dominicae plebis, prout eadem contulerit liberalis ac Deifica Trinitas, ſcedulis annotare decertem. Grauis ſiquidem graui ſcelerum pondere praegrauato a uobis mihi imponitur ſarcina, quoniam peccatis obnoxio horrendum eſt tractare de ſacris et miſcere aliena non propriis. Verum quoniam, glorioſe pontifex, uirum deſideriorum uos fore comperior, et cum Daniele propheta ſemper noua de abditis indagare curioſius cerno, artor nimis et immenſis circumquaque ſeptus anguſtiis, quid eligam penitus ignorans, primum oppilatam pudore faciem mentis obfirmo, quoniam indignum me eſſe non ambigo: dein obedientiae normam primam humilitatis aſpiciens gemmam, ſi iubentis dicta ſuperba aure contempnam, timeo ne legem pracuaricationis incurram: tum ad memet clauum retorquens imperitiae infirmitate langueſco: inde imbecillitati meae non ſcrupuloſitati meae uires haut proprias ſed olympiacas obuio. Rurſus ſi aggredi, licet trepidus, pertemptauero, ne a lectore philocompta noter infamia, perhorreſco, dum omiſſis philoſophicis ac praeclarae indolis uiris, qui in prophetiis *calami* nomine deſignantur, ego qui nec uiridis iunci extimo uocabulo mereor tirulari, incompto arduum opus exordiar ſtilo. Et dum mundialium plurimorum indomita ſuperbia, quae ſanctorum uias ac uitas calce proterit petulanti, et mira eorum, ſi qua audierit, pediculoſa aure percipit, audiens me *noſtris ſeculis inaudita* et tamen ueraciſſima in patulo proferre prodigia, canino incipiat dente corrodere et ueriſſimis falſa praeferre. His atque aliis uallatus anguſtiis, quia ſum *refertus contagiis ac ſi ericius ſpinis*, ut uerbis Salomoniacis loquar, frequentatiua meditatio mentis meae eſt afflictio carnis. Quocirca ad arcem confugiens his uerbis clamabo, *domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam*, ut ipſo adiuuante, cuius ſum ſcilicet carnis conditio, iuſſionis ueſtrae perſoluatur exactio. Cum autem mirae caritatis uirtus, quae ex dulciſluo pectoris ueſtri emanans fonte, id exiguitati meae iniunxerit officii, ut libellos de uita beati noſtri patroni Ottonis, ueraci quidem, ſed ſimpliciori quam oportuit ſermone editos, cultiori ſtilo reddam luculeptos, pius quidem, fateor, iubentis affectus, ſed non aeque facilis parentis eſſe poterit effectus; quippe cum et tarditas ingenii mei, et exteriores curae, amaro, ut ſic dictum ſit, ſapore conditae, me prohibeant tam arduum opus aggredi. Accedit etiam, quod uenerandae me- *Ebbo alter biographus S. Ottonis.* moriae EBBO, noſtri coenobii *presbyter* et *monachus*, nulli modernorum ſecundus, idem negotium attemptauit, cui ſi ipſe manum extremam impoſuiſſet, paruitas mea ſuper hoc omnino digitum ori impoſuiſſet. Attamen ſeriem hiſtoriae totius, uerbis ſuis fidem accomodans, ipſius ueſtigiis inhaeſi, absque his per eum obmiſſis, quae ſuppleuere duo uiri celeberrimi fide digni, TIEMO uidelicet noſtri coenobii prior, ac SEFRIDVS presbyter per modum dialogi loquentes. Fuit autem TIEMO ipſius ſancti Ottonis minulus quinquennis, ſuper quem *Tiemonis hiſtoria.* ſanctus Otto habuit oculos bonos, eo quod de illuſtri eſſet parentela, et ab ipſius incunabulis ad monaſterium translatus, et quod eſſet puer gratioſae pulchritudinis, iucundus ualde atque mirabilis factis et dictis, factis omnes laetificans, homo ſimplex, uelut Iacob habitans in tabernaculis cum Rebecca matre ſua. Quae Otto ſanctus domi agere ſolitus erat, et de fundationibus coenobiorum, eccleſiarum ac cellarum coenobita ac celliſta claro ſermone edixit. Alter uero SE- *Sefridi ſa praefatio.* FRIEDVS nomine presbyter, quid in peregrinis et barbaris nationibus egerit epiſcopus Otto, quia horum conſcius, nam ſocius praedicationis exſtitit, ſibi erat, et quomodo apud principem in curia degerit, uel qua oportunitate in curiam uenerit et inde ad pontificatus dignitatem, homo curialis et in curia enutritus, apte explanauit. Id ipſum tamen quod compoſuere, licet eloquii uenuſtate redoleat, tamen ita uerborum ac ſententiarum ſublimitate ſe in altum extollit, ut uix aliquis infirmorum exinde aliquid percipere poſſit. Alterius ue-

ro EBBONIS ratio etſi rerum ueritatè ſubnixa, ſic tamen pene uidetur humi iacere, ut quisquis ſapientum ſemel hinc quiddam potuerit guſtare, pigeat ulterius ad hanc inclinare. Quocirca, beatiſſime pater, uobis placuit huiusmodi onus mihi imponere, ut inter utrosque medius incedens talem moderato ſermone materiam componam, ut ex utraque parte ad ſe uenientes, media caritate conſtrata, et paruuli lac quod ſugant, et fortes ualeant inuenire cibum, quem comedant. Quod ego omnimodis abhorrerem, niſi ſcriptum eſſe ſcirem, *melior eſt obedientia quam uictimae.* Nunc uero, ſi data interceſſionis ueſtrae manus manui meae ducatum praebere ſpoſponderit, adiunctis uobiscum beati OTTONIS meritis, omnipotentis uerbi, quod *aperuit os mutorum et linguas infantum fecit diſertas*, fretus auxilio obedire temptabo, breuiter ſtrictimque deſcribam, ut lectoris animum etſi ſermo incultus offendit, tamen breuitas ad legendum prouocet, ne uerborum ſucis ueritatem obducam, ne, dum ſcriptor eloquentiae pompam requirit, lector tantarum uirtutum ſcientiam amittat, quem non magis uerborum phaleras pompasque ſermonum, quam uirtutem rerum gratiamque Spiritus ſancti exſpectare conueniet, ſiquidem nouerimus uiatores gratiorem habere aquam, ſi uiderint breui uena aquam ſtillare fontem, cum ſitiunt, quam profluentes riuos, quorum copiam ſitis tempore reperire non poſſunt, et hordeaceus panis dulcis ſolet eſſe etiam his, qui centenis uicibus ſerculorum cottidiani conuiuii copias ructare conſueuerunt; ſed et hortorum amaena miran- tibus herbae agreſtes placere conſueuerunt. Quam ob rem obſecro omnes, in quorum manibus liber iſte uerſabitur, ut credatis, uera eſſe quae dico, nec quisquam putet, me ſtudio amoris aliquid, quod fide careat, poſuiſſe; quandoquidem melius ſit penitus nihil dicere, quam aliquid falſi proferre; cum ſciamus, omnium nos ſermonum noſtrorum reddituros eſſe rationem, nec dubitem, etſi non ab omnibus omnia, tamen a diuerſis diuerſa ſciri et ea cognita nonnullis eſſe, quae etiam minus ipſe aut audire aut uidere potui. Vnde ordinem narrandi in quatuor libros coarctaui: *Qui primi noſtri fuere monaſterii regularis uitae laudabiles inſtitutores, qualiterque idem praefuit Otto ad pontificatus apicem ueuerit, de fundatione coenobiorum in diuerſis epiſcopatibus, ac mira eius geſta in primo huius operis libro perhibui: et ad hoc rite peruenientes, qualiter Pomeranicam gentem ad fidei cauſam perduxerit, in ſecundo diſſerui: qualiter inſuper ſecundam profectionem ad apoſtatricem gentem peregerit Deoque reconciliauerit, et rite docens qualiter infirmitatis ſuae conditionem cottidie cognouerit ac debitum carnis reddiderit, in tertio deſignaui: quibusque miraculis poſt ipſius obitum claruerit, in quarto concluſi.* Placuit autem, pro legentium ampliori capacitate ac faciliori reſolutione, unicuique libro *ſuos praemittere titulos*, ut eo citius quo delectabilius quisquam, quod quaerit, inueniat, hoc ſaluo, quod nihil de propriis addam, praeter exempla antiquorum patrum ac ſententias ſanctarum ſcripturarum, quae ſuo decore ſolent dictorum ſeriem uenuſtare. Hoc tamen mihimet ex proprio ſudore coniunxi, ut latius diffuſa modeſta breuitate arctius coerceam, ſtrictius digeſta moderata prolixitate dilatem, minus regulariter prolata ad rectitudinis lineam corrigam. Quae tamen ueſtri, o pater memorande praeſulque digniſſime, iudicii examen exſpectant, ut benigno ueſtro iudicio ualeant rata conſiſtere. Peto inſuper, ut, ſicut ueſtris iuſſionibus parui, ſic beati OTTONIS precibus et in hoc ſeculo ab aemulorum inſidiis et in futuro a peccatorum nexibus merear miſericorditer liberari. Opto, pater beatiſſime, ut in Chriſto ualeatis meique memor exiſtatis.

Scriptoris finis.

Eiusdem fides.

Methodus et ordo.

SEQVVNTVR TITVLI CAPITVLORVM LIBRI PRIMI DE VITA ET OPERIBVS SANCTISS. OTTONIS BABEBERGENSIS EPISCOPI.

CAP. I. De fundatione et ortu monaſterii ſancti Michaelis archangeli et de catalogo abbatum a tempore fundationis, usque ad tempora ſanctiſſimi Ottonis.

II. De ortu, ſtudiis, ac profectu pueri Ottonis.

III. De initiis operum et conſtructione hoſpitalis in ciuitate Wurtzeburgenſi.

IV. Qualiter poſt obitum Iuditae, ſororis imperatoris, ad ipſius curiam uenerit.

V. De conſtructione Spirenſis eccleſiae, et qualiter imperator eidem operi S. Ottonem praeſecerit.

VI. De codice pſalterii uetuſto, per S. Ottonem renouato.

VII. Quod illis diebus inueſtituras eccleſiarum imperatores dare ſolebant, et de inſigniis ad imperatorem illatis in obitu Ruperti epiſcopi Babebergenſis.

VIII. De poſtulatione cleri et populi ad S. Michaëlem, pro idoneo rectore agen-

tibus

tibus nunciis apud imperatorem: et quae imperatoris commendatione Otto eis episcopus designatus sit.

IX. Qua honestate imperator Ottonem episcopum ad sedem suam direxerit, et quomodo susceptus sit?

X. De literis ad apostolicum Paschalem, *pro sua causa directis.*

XI. Qui inuestitus et consecratus sit per manus domini apostolici.

XII. De literis ipsius apostolici ecclesiae suae ipsum commendantis.

XIII. De literis ipsius apostolici ad Ruthardum archiepiscopum Moguntinum pro S. Ottone directis.

XIV. De literis ipsius apostolici ad clerum et populum Bambergensem episcopum suum commendantis.

XV. De literis consolatoriis ipsius sancti Ottonis, clero et populo Babebergensi missis.

XVI. De generali colloquio principum Ratisponae habito et de reditu pii Ottonis ad sedem suam.

XVII. De mirabili benignitate beati Ottonis episcopi.

XIIX. Quod duplex esse debeat ratio benignitatis, secundum duplicem indigentiae rationem.

XIX. Quam mala sit temeraria largitas, quia uilem facit datorem et eum cui datur.

XX. De modo benignitatis ex archa uenientis.

XXI. Duo esse genera largorum, et qui ex his prodigi.

XXII. Quis largorum liberalis dici possit.

XXIII. De discretione sancti Ottonis episcopi, quam habuit in tribuendo.

XXIV. De praerogatiua honorificentiae, quam acquisiuit ecclesiae suae Bambergensi.

XXV. De peritia ipsius et industria in rebus communibus.

XXVI. De gratia et suauitate praedicationis eius.

XXVII. Quod magis elegerit benefacere, quam benedicere in ecclesia.

XXIIX. De primitiis operum eius in episcopio Herbipolensi *et* Babebergensi.

XXIX. De operibus eius in episcopio Ratisponensi.

XXX. De operibus eius in Halberstatensi *episcopio.*

XXXI. De operibus eius in episcopatu Eistetensi.

XXXII. De operibus eius in Patauiensi *episcopio.*

XXXIII. De operibus eius in patriarchatu Aquileiensi.

XXXIV. De quinque cellulis, quas fecit in diuersis parochiis.

XXXV. Quid intentionis habuerit, uel quid rationis, de his operibus interrogatus, reddere solitus fuerit?

XXXVI. De confirmatione monasteriorum suorum per scripta Romani pontificis Calliſti.

XXXVII. De confirmatione ordinis in monasteriis.

XXXVIII. De reaedificatione cathedralis ecclesiae post incendium.

XXXIX. De structuris in monte S. Michaëlis, et capellis per eundem factis.

XL. Quam honorifice S. Otto mundo ac regibus mundi reddiderit ea, quae illorum sunt.

XLI. Quod stipendia episcopalis mensae nusquam in aliquo minuerit.

XLII. De priuilegio Calliſti papae sancientis, nulli mortalium licere religiosa opera eius uel instituta cassare.

XLIII. Quomodo auxerit rem familiarem episcopii in temporalibus.

XLIV. Quanta diligentia et parsimonia res ecclesiae seruauerit.

XLV. *De ipsius parsimonia et frugalitate.*

XLVI. *De consuetudine corporalis disciplinae.*

XLVII. *De flagello infirmitatis eius, et quid inde boni prouenerit?*

XLVIII. *De fame et sterilitate annorum, et in his de ipsius operibus.*

XLIX. *De muliere mortua, quam ad coemeterium ipse humeris suis portauit.*

L. *De propensioribus postea eius eleemosynis.*

LI. *De cooperimento ualde pretioso, quod super leprosum poni iussit.*

LII. *De fabro et terribilibus eius sagittis.*

LIII. *De furto equorum et negotio institoris.*

LIV. *De rege Vngarico et auro, quod ei misit.*

LV. *De filia regis Vngarici.*

LVI. *De singulari clementia S. Ottonis ad monachos S. Michaëlis.*

LVII. *De hospitali domo et capella S. AEgidii in pede montis fundatis.*

LVIII. *De VVolfframmo abbate per S. Ottonem instituto.*

LIX. *De literis cohortatoriis, abbatibus monaſteriorum per eundem fundatis miſſis.*
LX. *De cauſa antiqui monaſterii diſſoluendi, et noui maiori ambitu reparandi, et de dedicatione monaſterii.*

LIBER PRIMVS,

DE VITA ET OPERIBVS BEATISSIMI OTTONIS BABENBERGENSIS EPISCOPI, ET CONFESSORIS CHRISTI, AC POMERANICAE GENTIS APOSTOLI.

CAPVT I.

De fundatione et ortu monaſterii ſancti Michaëlis archangeli et de catalogo abbatum, a tempore fundationis, usque ad tempora ſanctiſſimi Ottonis.

Autor temeritatis culpam deprecatur.

SCripturus geſta piiſſimi *Ottonis* patris noſtri, lectores, in quorum forte manus uenerint, peto, ne arrogantiae aut temeritati hoc aſſcribant, ſed Deo teſte ſciant, me ſola caritate urgente, dum uocem pectori negare non poſſum, ob notitiam poſterorum haec humiliter depromere. Cuius enim uel ſaxeum pectus ad compunctionem non moueat tam flagrantiſſimum huius beati patris deſiderium, quo omnes Chriſti fideles, ac ſi nutrix officioſiſſima, foouere non deſiit. Quis ſine lacrimis ad memoriam reducat, quomodo totus uelut Seraphim ad propagandam diuinae ſeruitutis celebritatem ardebat, quomodo cuncta, quae poterat mundo abripere, ſeruis Dei feſtinabat offerre, quomodo gloriam Chriſti non ſolum in Teutonicis regionibus, per multa quae ſtruxit coenobia et hoſpitalia, dilatauit; ſed etiam in exteris et longe remotis barbarorum finibus, miro deuotionis feruore euangelii tubam cecinit, et apoſtolus gentis Pommerano-rum noſtris temporibus appellari meruit? Quod quando his diebus conſtat inſolitum, eo magis in eo amplectendum eſt, et omni laude colendum. Primum ergo antiquos patres noſtros, a quibus locus hic inhabitari coepit, futurorum cognitioni pandamus, et ſic de Ottone noſtro, cooperante gratia Spiritus ſancti, proponamus.

Coenobii ad S. Michaelem abbas primus.

Anno domini milleſimo quintode-cimo mons ſancti Michaelis apud Babenbergk inhabitari coepit a domino *Ratone* abbate, quem ſanctus *Heinricus ſecundus* imperator, huius epiſcopii conſtructor et uenerabilis *Kunegunda* ſpecialis mater noſtra, tam pro religioſa, qua nominatus erat, conuerſatione, quam et pro ſingulari, qua pollebat, induſtria, eidem loco praefecerunt. Eodem quoque anno fundamenta monaſterii locata ſunt, et ſecundo anno *Heinrici* abbatis dedicatum eſt templum ipſum. Itaque domino *Ratone* uiam uniuerſae carnis ingrediente, ſucceſſit diuae memoriae abbas *Heinricus*, mirae ſecundum Deum pietatis et ſcientiae, ſecundum ſeculum magnae nobilitatis ac ſtrenuitatis uir, qui fecit nobis *analogium* et *duas cruces* argenteas, deditque *caſulam* bonam chrocei coloris, ſed et alia plurima huic loco beneficia contulit. Cuius anno ſecundo *Eberhardus*, primus Babenbergenſis epiſcopus, anno ordinationis ſuae tertio decimo dedicauit eccleſiam ſancti Michaelis, in monte Babenbergenſi, in honore eiusdem archangeli et ſancti Benedicti abbatis, quarta nonas Nouembris, feria quinta, anno domini milleſimo triceſimo primo, Indictione quinta; anno autem regni glorioſiſſimi domini ac patroni noſtri ſancti *Heinrici* uigeſimo primo; imperii nono, ipſo praeſidente ac diſponente. Huic conſecrationi interfuerunt epiſcopi multi, ſcilicet *Erbo* Mogontinus, dudum archicapellanus ſancti Heinrici imperatoris, qui altare beati Martini dedicauit. *Pilligrinus* Colonienſis, qui altare ſancti Petri conſecrauit cum aliis multis. Poſt haec, *Heinrico* ſecundo abbate ad Chriſtum migrante, ſuſcepit curam paſtoralem dominus *Adelhelmus*, qui reſtituit nobis *ſpeculas* furto ablatas, tantusque amator diuini erat ſeruitii ac ſemper choro pſallentium intereſſe affectabat, ut etiamſi in uinea remotiori poſitus eſſet, audito ueſpertinali uel alterius horae ſigno, tota illuc feſtinantia et alacri deuotione occurreret, omnique orationis tempore primus intrando et ultimus egrediendo fieri ſatageret. Et hoc pio patre ad caeleſtia uocato, dominus *Robertus* eodem eſt anno ſubſtitutus, qui uiuus diſceſſit; plures enim abbatias habuit. Poſt quem ſanctae recordationis *Eggibertus* ipſo anno conſtituitur, qui et ipſe uiuus abſceſſit, eo quod et alia multa procuraret coenobia, et in monaſterio *Suarzanenſi* requieſcit, cuius etiam ſepulchrum miraculis eſt illuſtratum. Huic *Vto Leuita* ſubrogatur. Poſt quem anno ſequenti *Willo* abbas

Templi dedicatio.

Abbas ſecundus.

tertius

quartus

quintus

ſextus

Septimus. abbas huic loco praeficitur. Quo de hac uita ſublato, *Tierno* diaconus ſubſtituitur: hoc quoque cita morte rapto, *Gumboldus* Ratisbonenſis, de monaſterio beati Emerammi aſſumptus, loci huius regimen eſt ſortitus. Hoc tempore apud nos regularis propoſiti norma admodum erat collapſa, ſed Dei gratuita praeueniente clementia, in aduentu dominici ac nutritoris noſtri piiſſimi Ottonis epiſcopi, nobiliter eſt reparata. Nunc igitur tantum lumen eccleſiae unde procceſſerit uideamus, et quo ordine ad culmen pontificatus acceſſerit, fideli relatione aperiamus.

Octauus.

CAPVT II.

De ortu, ſtudiis ac profectu Ottonis pueri.

Ebio. IGitur ex prouincia *Alemanorum* beatiſſimus OTTO generoſa ſtirpe et parentibus, ſecundum carnem liberis, ex *Sueuia* duxit originem: nam ſummis principibus ſanguine pares erant, ſed opibus impares: patre *Ottonis.* et matre *Adelheida* nuncupata: qui ambo ſimplicitati ac manſuetudini operam dantes, nulli uiolentiam aut oppreſſionem inferebant: quin imo pus operibus et eleemoſynis uacantes, Dei nutu, ad conſolationem eccleſiae elegantem, hunc filium gignere meruerunt. Qui decurſa teneriori infantia literis imbutus, ut primum annos intelligibiles attigit, mirum in modum ſpiritu ſapientiae et intellectus abundare coepit: ſed et morum grauitate et modeſti habitus nitore cunctis acceptus et honorabilis erat.

Ortus et familia S. Ottonis.

Vide uitam editam a Dect. Camſio, lib. 1, cap. 1.

Accidit forte illis diebus, ut germana ſoror HENRICI IV. imperatoris, *Iudita* nomine, in matrimonio iungeretur *Bolezlao* Polonorum duci, cui ille tanquam fideliſſimus adhaerens *capellanus* Poloniam uenit: ibique in breui loquelam gentis addiſcens et praeſatae matronae obſequio deditus, prudenter ſe agebat; donec magnus ualde et nominatus in illa regione factus eſt. Sed et nobiles quique et potentes illius terrae, certatim ei filios ſuos ad erudiendum offerebant. Sicque. Deo cuncta eius opera dirigente, non mediocriter diues eſſe coepit in poſſeſſione auri et argenti. Non enim in ludicris et uanis mundi illecebris opes ſapientia et fidelitate ſua congregatas expendebat: ſed, ut uir prudens et ſenſatus rem ſuam ſeruare nouerat. Domina etiam *Iudita*, cui familiare contubernium praeſtabat, frequenter per eum munera uaria et magnifica germano ſuo imperatori dirigebat; utpote quae nullum fide et moribus inter obſequentes.

Venit in Poloniam.

ſibi praeſtantiorem habebat. Cuius legationis officium tanta auctoritate et circumſpectione perſoluebat, ut per hoc ipſi etiam rerum domino mirabilis uideretur.

CAPVT III.

De initiis operum, et hoſpitali pauperum, per beatum Ottonem in ciuitate Wurzeburgenſi conſtructo.

SAEpius autem tranſitum faciens per *Wurtzeburgenſe* coenobium, a religioſo eiusdem loci abbate, *Henrico* nomine, ut uir grauioris perſonae reuerenter ſuſcipiebatur debitoque humanitatis officio benigne tractabatur. Cuius beneuolentiae uir ſagacis animi non immemor, audiensque illic magnam uictualium rerum eſſe penuriam; ut totis miſericordiae et charitatis uiſceribus affluebat, inopiae eorum condoluit. Et quia *charitas operatur magna, ſi eſt; ſi uero operari renuit, charitas non eſt*: ex opibus a Deo ſibi conceſſis, *Hoſpitale* ad receptionem peregrinorum illic conſtruxit; hocque primum ſuae deuotionis munus de theſauro bonae uoluntatis Chriſto obtulit. Sic bona arbor fructum plurimum germinatura in florem erupit, et quaſi primitias agri ſui ad altare ueri ſacerdotis detulit, ut centuplum in hoc ſeculo et futuro uitam aeternam reciperet. Bonum plane initium, quod finis eſt optimus ſubſecutus.

Ebio.

S. Greg. Herbipoli hoſpitalem domum conſtruit.

Matth. 19.

CAPVT IV.

Qualiter S. Otto poſt obitum Juditae, ſororis Henrici IV. Ratisbonam demum ad curiam imperatoris uenerit.

POſt obitum ergo uenerabilis dominae *Iuditae*, ad *Teutonicas* reuerſus regiones, *Ratisbonam* adiit; ubi canonicis in ſeruitio Chriſti adhaerens, reuerendi habitus modeſtia ac probabilis uitae diſciplina cunctis amori et exemplo fuit. Illo tempore abbatiſſa de * inferiori monaſterio, magnae opinionis, utpote neptis HENRICI imperatoris, et uirtutum operatrix habebatur; quae cernens perſonae et morum eius elegantiam audiensque magni conſilii uirum, ſine mora eum aduocans, ut alterum Ioſeph, rerum ſuarum totiusque domus diſpenſatorem conſtituit; at ille ſolita grauitate induſtria fideli grauitate gubernabat omnia.

Ebio. Redit in Germaniam.

* Nidermünſter.

Interea HENRICVS imperator quoddam de principalibus feſtis *Ratisbonae* celebraturus, ad neptem ſuam abbatiſſam diuertit: in cuius obſequio uidens

Vide uitam edit. a Camſ. lib. 1, cap. 2.

tantae auctoritatis et reuerentiae uirum, mirari ac delectari coepit sagacitate animi eius; conuersusque ad cognatam, ait; *Opportunum est, soror, cunctis in hoc festo amicis suis solatiantibus, et te mihi aliquod charitatis obsequium ob consanguinitatis uinculum impendere.* Qua humiliter respondente; *iube quod uis, domine, mi rex, non enim fas est, ut anertam faciem tuam*: imperator subiunxit: *Nihil aliud peto, nisi capellanum tuum, dominum* OTTONEM, spiritu sapientiae plenum. Talem enim uirum respublica nostra habet necessarium. Quo audito, abbatissa, licet fidelissimi sui auricularii acgre ferret abscessum, imperatoriae tamen maiestati contraire non potuit. Et aduocans cum, debitasque ministerii sui gratias exsoluens, non sine lacrymis, pium amorem testantibus, principi assignauit.

Imp. Henricum petit ab abbatissa S. Otbonem.

S. Otbo adsciscitur in aulam imp.

Assumptus itaque, Dei nutu, in **curtem* regiam, uir totius industriae et religionis, ita sibi prudentissimum imperatorem, nobilitate morum et fidei pietate, deuinxit, ut eum quasi unicum amplectens filium **secretalem* intimum et custodem capitis sui poneret cunctis diebus. Nam et cancellarium eum fecit, et quaecunque preciosa, uel cariora in palatio habuit, eius fidei commisit. Hoc modo seruus Dei *Vdalricus* pium OTTONEM in *curtem* regiam accepisse ferebatur. Alii vero dicunt, eum liberalibus imbutum disciplinis, primo ad abbatem *Wurtzeburgensis* coenobii *Henricum* uenisse et post modicum, eundem *Henricum*, Dei nutu, *in Polonia* archiepiscopatus apicem conscendisse, cui ipsum fidelissimo adhaesisse famulatu testantur et mirabili strenuitate ac sapientia in breui per totam regionem diuulgatum, tam ab archiepiscopo, quam a uenerabili *Iudita*, imperiali aulae assignatum.

** aulam.*

** Secretarium.*

Fit cancellarius.

CAPVT V.

De constructione Spirensis ecclesiae; et qualiter imperator eidem operi S. Ottonem praefecerit.

Ebbo. Henr. imp. aedificat Spirensem ecclesiam.

EO tempore gloriosissimus imperator HENRICVS magnum illud et admirabile *Spirensis* ecclesiae aedificium, ob ueneratione perpetuae uirginis MARIAE, cuius specialis alumnus fuit, regali magnificentia exstruebat. Sed magistri operis fraudulenter et sine timore Dei agentes, magnam pecuniae quantitatem suis usibus insumebant; ita ut frequenter ad opus tam mirificum pecunia ipsa deficeret. Vnde his angustiis, non mediocri dolore permotus, ex consultis accito familiari auricu-

S. Otto aedificio praefigitur.

lario suo OTTONE, ei totius operis magisterium commisit, utpote cuius sapientia, cunctis probata, etiam ad maiora quaeque & ardua dispensanda esset idonea.

Qui sagaciter et prouide commisso operi intendens: sciebat enim iuxta apostolicum mandatum dominis carnalibus sic, quasi Deo, seruiendum: frequenter ad curtem regiam regressus, pecuniam, quae supererat, statuto operi fideliter resignabat. Insuper ad indicium ingeniosae diligentiae suae, aequam senestrarum ecclesiae mensuram, prudenter a se dispositam, imperatori considerandam offerebat. Pro qua sinceriissimae fidei constantia non solum regi, sed et cunctis optimatibus, ita se acceptum reddidit, ut Deo gratias agerent, quod ad eius notitiam peruenissent. Siquidem interiorem animi eius solertiam, exterioris quoque hominis habitus praeferebat, ita ut prudentes quique ex ipso eius schemate, quid in eo futurum esset, sagaciter intelligerent.

Fidelitas S. Otbonis in hoc munere obseruata.

Nam, ut de multis unum exempli causa annectam, quidam paterfamilias de *Spirensi* ciuitate, *Anselmus* nomine, non tam diuitiis quam religione et prudentia insignis, eundem Christi seruum adhuc in tenuitate positum, antequam in curtem regiam accessisset, hospitio recepit. Moxque reuerendi habitus eius uenustate delectatus & in faciem ei curiosius intendens, gratiam ipsi caelitus superuenturam, sagaci animo praeuidit: idque suis omnibus certissima attestatione praenuncians, ut in cunctis ei, tanquam sibimetipsi obsequerentur, mandauit.

Quidam Spirensis praedicit S Otboni episcopatum.

Deinde, secretius eum conueniens et unicum filium suum, *Richardum* nomine, per manum ei tradens, ait: *Video, domine, quia, largiente Deo, magnus in futuro apud Deum et homines eris. Reuera enim faciet uobis Deus nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Vnde peto, ut cum uerba mea impleta fuerint, memor obsequij mei, fidem et misericordiam cum filio meo Richardo faciatis et paternae consolationis manum ab eo non subtrahatis.* Cui ille subridens; et *quis ego*, inquit, *uel quid ego*? aut quid magni in me esse poterit? Si tamen excelsus dominus, *qui humilia respicit et alta a longe cognoscit*, exiguitatem meam promouere dignatus fuerit, absit a me peccatum hoc in domino, ut benignitas et humanitas, mihi a uobis impensa, obliuioni tradatur. Scriptum quippe est; *eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.* Decet igitur, ut et ego gratiam et misericordiam, quam hic inueni, domui huic conseruem; quod

2. Reg. 7.

Psalm. 102.

Ecclesiast. 17.

quod et poſtea deuotus impleuit, quia, A factus epiſcopus eundem *Richardum* familiarem ſibi uernulam aſſumpſit et ſpecialis amoris priuilegio fouere non deſiit.

CAPVT VI.

*De codice * Spalterij uetuſto per S. Ottorem renouato.*

* *Sic legend. et retinendum. Vide notas.*

Liber.

SEd ut ad id redeam, unde digreſſus B ſum, imperator HENRICVS, fide et prudentia pii OTTONIS cognita, ſecretius eum compellans, an *ſpalterium* corde tenus *ſpallere* poſſet, inquiſiuit. Quo reſpondente; *etiam*: gauiſus imperator eum ſibi aſſidere praecepit et, remotis aliis, *ſpalmodiae* cum eo uacabat, quoties a negotiis expeditus eſſe poterat. Erat enim imperator literis C aſque adeo imbutus, ut chartas, a quibuslibet ſibi directas, per ſemetipſum legere et intelligere praeualeret. Codex autem, in quo *ſpalmos* decantabat, manuali frequentia rugoſus et admodum obfuſcatus erat. Quod pius OTTO cernens, abſente imperatore, uetuſto codicem inuolucro deſpoliauit, et nouam mercatus pellem, eumque decenter cooperiens, loco ſuo repoſuit. Ve- D niens ergo poſtmodum imperator et, quod factum erat, neſciens, *ſpalterium* a cubiculariis requirebat. Turbantibus autem ſe ad quaerendum cubiculariis, dum prae oculis omnium iacens ueteribus teſſellis codex exutus et nouis decoratus induuiis neſcitur, ſit huc illucque diſcurſus, nec quidquam reperitur.

E Tandem imperator, diuino commonitus inſtinctu; *Vocate*, inquit, *Ottonem meum et ab eo ſciſcitamini.* Quo coram poſito, imperator ab eo *ſpalterium* exquirebat. At ille concitus librum coram imperatore iacentem eleuans; ecce, ait, prae oculis omnium hic fuit, ubi et ſemper reponebatur. Obſtupefactus imperator; *et quis*, ait, *tam nitido* F *hunc innouauit operimento?* At ille ait; *ego domine.* Quo audito imperator, collum eius blandis ſtringens amplexibus et in oſcula proruens; *Viuit dominus*, inquit; *ſicut tu inter caetera diligentiae monumenta, ſpalterium meum, uetuſto exutum tegmine, nouo illuſtraſti operimento; ſic et ego te paupertatis tunica ſpoliatum, noui honoris culmine ſublima-* G *bo.* Et exinde quaerebat opportunitatem, quomodo eum promouere, et pontificali infula redimire poſſet. Nec * *Bremenſis.* multo poſt annulus, cum uirga paſtorali * *Praemenſis* epiſcopi ad curtem regiam perlata eſt.

CAPVT VII.

Quod illis diebus inueſtituras eccleſiarum imperatores dare ſolebant, et de inſignibus ad imperatorem illatis in obitu Ruperti epiſcopi Babebergenſis.

HOc ſiquidem tempore eccleſia liberam electionem non habebat, ſicut poſtea ſub HENRICO V. mediante piae memoriae CALLISTO papa, actum eſt: ſed, cum quilibet antiſtes uiam uniuerſae carnis ingreſſus fuiſſet, mox capitanei ciuitatis illius, annulum et uirgam paſtoralem ad palatium transmittebant; ſicque regia auctoritas, communicato cum aulicis conſilio, orbatae plebi idoneum conſtituebat praeſulem. Itaque, cum, ut diximus, uirga paſtoralis et annulus epiſcopi * *Praemenſis* imperatori offerretur: mox ille, accerſito unice dilecto ſibi OTTONE, munera haec ei conſeruanda tradidit. * *Bremenſis.*

Poſt paucos uero dies, rurſum annulus et uirga paſtoralis, RVPERTI Babebergenſis epiſcopi domino imperatori transmiſſa eſt. Quo audito multi nobiles et tam ſcientia quam diuitiis inſignes ad * curtem regiam confluebant, qui epiſcopatum Babebergenſem non mediocri precio ſibi comparare tentabant. Imperator uero gaudens, quod occaſionem honorandi intimum * *ſecretalem* ſuum OTTONEM, ut uoluerat, inueniſſet, cunctos, qui pro eodem epiſcopatu adipiſcendo ſatagebant, arguta reſponſionum ambiguitate ſuſpenſos reddidit. Accidit itaque, ut procedens crepuſculo diei cuiusdam ex aula regia et parumper in limine ſubſiſtens, audiret puerulos quosdam naturali callentes ingenio, talia inuicem muſſitare: *Non bene agit imperator, qui nobilem illum Babebergenſem epiſcopatum precio uenumdare diſponit: cur non potius fideli ſuo domino Ottoni hunc aſſignat; in quo eſt aſpectus angelicus, reuerendus habitus, mores religioſi, facundia ſingularis, prudentia et magnanimitas admirabilis. Hunc omni pietati et induſtria conſpicuum decet eſſe paſtorem populorum.* * *curtem.* * *cancellarium.* *Dotes Ottonis.*

Audiens haec imperator, hilaris effectus eſt, recordatusque propheticum octaui pſalmi uerſum; *ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem*; Deo gratias agebat, quod uoluntatem ſuam hoc teſtimonio confirmari cernebat. Nec mirum, quod infantilis aetas tali eum praeconio efferebat. Illo enim tempore, ſicut et poſtea, tantae benignitatis tantaeque affectionis erga omnes erat, ut nemo cohabitantium ei inueniretur, qui non hunc ex corde diligeret et uerum Dei ſeruum acclamaret; *Pſalm. 8.*

Liber. De abuſu iſto multa Baronius Tom. 11. et Tom. 12. et ego in apologia Baroniana. Ruperti epiſcopi Bamberg. mortui.

ſed

sed et modestia habitus et perspicua religionis auctoritas sic in eo eminebat, ut nullus, eo praesente, quippiam indecens, aut risui aptum uerbo seu facto praetendere auderet; sed, cum regiam curtem intrabat, mox omnes prioris lasciuiae intentionem, magnae grauitatis manu, tergebant. Imperator uero legatos honorabiles clero et populo Babebergensi dirigit: pastorem se eis idoneum et electum ex millibus praeuidisse nuntiat; atque ut capitanei ciuitatis *Moguntiam* ad natale dominicum sibi occurrant, paterna dulcedine mandat. Exhilarantur hoc nuncio Babebergenses, et confestim *Egilbertus* praepositus, *Adelbertus* quoque decanus, cum *Eberhardo*, piae memoriae, tunc sancti Iacobi, postmodum uero, maioris ecclesiae praepositi, assumptis natu maioribus et quibusque illustrioribus personis, imperatori *Moguntiam*, tempore condicto, occurrerunt.

Legati Bambergensium ad imp. pro nouo episcopo.

CAPVT VIII.

De postulatione cleri et populi ad S. Michaëlem pro idoneo rectore, agentibus nunciis, apud imperatorem; et qua imperatoris commendatione Otto eis episcopus designatus sit.

Ebo. Vide mitam a Canisio editam lib. 1. cap 3. Supplicationes Bamberg. pro adeptione nouae praesulis.

INterim uero clerus et populus Babebergensit diu iam episcopali benedictione priuatus, nullo modo a precibus cessabat, sed unanimi deuotione congregatus in dominica proxima natali dominico solenni processione cum reliquiis sanctorum montem *B. Michaëlis archangeli* ascendunt ibique missarum celebritatem summa compunctionis dulcedine agentes, diuinam exorabant clementiam, ut per summum sedis suae ministrum, qui semper in adiutorium populo Dei occurrit, eis propitiatus, acceptabilem sibi largiri dignaretur antistitem. Quorum preces et uota, quomodo secretissimas Dei penetrauerint aures, hodieque et usque in consummationem seculi, patenter datur intelligi, quia talem huic ecclesiae praedestinauit praesulem, qui omnes praedecessores suos meritorum praerogatiua longe anteceſſit; cuius *memoria in omni ore, quasi mel indulcabitur, et ut musica in conuiuio uini.* Diuinitus enim reuera in hunc locum est directus, quem paene collapsum mirifice, Deo cooperante, reparauit et cultu interiori et exteriori tam nobiliter augmentauit, ut, quousque mundus iste uoluitur, eius laudabile meritum, semper accipiat incrementum.

Eccles. 49.

Venientibus itaque *capitaneis* ecclesiae *Babebergensis*, imperator eos cum honorifico gaudio susceſit et, accitis coram principibus, ait: *quantum profectui et honori ecclesiae Babebergensis congratuler, hinc aduertite, quod cum tot magnae et alti sanguinis personae episcopatum hunc a me precio comparare tentarent, ego illum potius, qui fide, moribus, sapientia et religione cunctis praestat, uobis eligere malui*; et aduocans pium Ottonem, annulum et uirgam pastoralem * *Praemensis* episcopi ab eo repetiit. Illo sine mora resignante, haec imperator ait: *ex multo iam tempore, fidelem te mihi et prae omnibus utilem approbaui: tempus est, ut et ego fidei tuae digna munificentiae meae largitate respondeam * Accipe nobilem ecclesiae Babebergensis praesulatum, quem multi quidem pecuniis et muneribus sibi comparare satagunt, sed ego, spretis omnibus illis, te solum hoc potificali culmine statui illustrare.*

* *Bremensis.*

Otho designatur Bamberg. episcopus.

* *saltum hoc anno Christi 1102.*

Mox pius OTTO, cadens in faciem et cum lacrymis, se tanto apice indignum esse, protestans, iussu caesaris ab optimatibus erigitur, annulo et uirga pastorali, quamuis plurimum renitens, inuestitur et, quantum se indignum fatebatur, tantum dignior a cunctis asserebatur, mirumque in modum uniuersa, quae aderat, multitudo in electione acclamabat; una omnium uoluntas, eadem uota, eademque sententia, OTTONEM episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali ecclesiam sacerdote. Quid multa? non aliud pium OTTONEM facere licuit, nisi quod imperator et populus, domino uolente, constituit.

Otho oblatam honorem deprecatur.

Sed frustra.

Gaudium populi in eius electione.

Itaque imperator clero et populo affectuosa cum sedulitate eum commendans: ecce, ait, electus et Deo dignus pontifex; hunc ut uiscera mea desideranter susciPite, scientes, eum omni diuina et humana scientia probabiliter instructum. Nam, ut uerum fatear, ex quo regni solium, Deo largiente, conscendi, in comitatu nostro, uel in capella nostra, non memini me uirum honestate, prudentia et omni uirtutum genere praestantiorem, uidisse.

Imperator commendat Bambergensibus Othonem.

Encomia Othonis.

Ad haec *Beringerus*, comes de *Sultzbach*, cui cum bonis laeua semper uoluntas fuit, submurmurans; *domine*, ait, *nescimus, quis, uel unde sit, quem nobis pastorem assignasti.* Cui imperator, *si unde sit*, ait, *quaeris? Babeberg mater eius, ego autem pater ipsius sum. Et, uiuit dominus, qui nocuerit eum, tanget pupillam oculi mei: quiue eum deponere tentauerit, me quoque regni solio priuabit. Hunc diuino credens electum iudicio, uobis pontificem dignum offero. Nam qualis est, quantaue in eo gratia redundet, euidentius adhuc experimentum capietis.* His dictis cuncti, elata in altum uoce, laudem Deo canebant, clerus et populus pro-

Obmurmurat Comes de Sultzbach. imp. defendit Othonem.

prospera ei diuinitus imprecando, affectuosis uocibus concrepabant.

CAPVT IX.

Qua honestate imperator Ottonem episcopum ad sedem suam direxerit, et quomodo susceptus sit.

Ebbo. Vide nitam edit. a Canis. lib. 1, cap. 4.

IMperator autem secretius eum de necessariis quibusque paterna informans diligentia, aliquandiu in palatio detinuit donisque optimis cumulatum, ecclesiae *Babebergensi* honorifice destinauit. At pius OTTO, chari caesaris uitam charissimo IESV multum commendans, iter cum suis aggressus est. Cumque emensо itinere ad uillam, *Ampherbach* dictam, nenisset, occurrunt ei eminentiores quique et honorati *Babebergensium*, et, magno exultationis concentu patrem desideratissimum excipientes, debita sedulitate obsequii inuicem sese praeuenire certabant. Ipse autem paululum ex eadem uilla progressus, cum ciuitati *Babebergensi* appropinquaret, ad demonstranda uerae humilitatis et inuictae magnanimitatis exempla, equo, cui insederat, sese excutiens et calceamentum soluens, nudipes intrat urbem. Erat autem tunc hiems niuosa et glaciali frigore asperrima, et ille beatus, igne diuini amoris calens, in intimis uirili constantia tolerabat horrorem tanti algoris, ita ut, per longissimos uiae tractus nudipes ambulans, cunctis per hoc admirationi esset atque stupori.

Otho Bambergam tendit.

Occurrunt Othoni Bambergenses.

Bambergam pedes et nudipes intrat.

Igitur in purificatione sanctae Dei genetricis *Mariae*, pio OTTONE cathedram suam inuisente, clerus et populus Babebergensis, unanimi deuotione adunatus, ante portam ciuitatis occurrit et solenni apparatu cantuque dulcisono, ut competebat, in domum domini nouum pastorem deducendum, cum lacrymis, spirituali gaudio plenis, Deo gratias agebant. Cumque post debitam deuotae susceptionis et salutationis iucunditatem domum episcopalem adiisset, pedes eius nimio gelu dirigerant, ita ut *sanguis* guttatim procurrens, *tepida* eos *aqua* confoueri urgeret: unde et postmodum sacpius uehementissimo *podagrae* dolore cruciabatur: sed inerat ei admiranda fortitudo patientiae et robur mentis, tantaque uis amoris Christi, ut pro hoc a Dei opere nullatenus cessaret.

Prouerb. 20.

Differt consecrationem suam.

Scions autem ueridicum illud prouerbium; *haereditas*, ad quam festinatur in principio, *in nouissimo benedictione carebit*: consecrationis suae gratiam longo tempore, id est, per triennium distulit, ut postmodum susceptі praesulatus curam tanto perfectiori interiorum et exteriorum scientia adminiſt aret, quanto ad hanc instructior extempore ueniret. Augebat quoque dilationis huius causam schismatis, quod tunc in regno erat, dolenda satis confusio: quia **Ruthardus*, uenerabilis Moguntinus archiepiscopus, quasi rebellis imperatori et per hoc cathedra sua depulsus, in *Turingia* per octo annos iam morabatur. Plurimi quoque episcoporum in *Teutonicis* partibus, officii sacerdotalis suspensione mulctati fuerant: unde pius OTTO ordinationis suae gratiam, a beatissimae memoriae PASCHALI papa, consequi desiderabat, sciens quantae affectionis priuilegio, Babebergensis ecclesia a fundatore suo, beato HENRICO imperatore, primitus Romanae sedi, quasi unica filia matri, esset obligata. Pro hoc ergo literas huiusce modi per fideles et honorabiles nuncios misit apostolico.

* *De Ruthardo, lege Seratium lib. 5. Rerum Mogunt. ad annum 1088. et seq.*

CAPVT X.

De literas ad apostolicum pro sua causa directis.

Domno apostolico PASCHALI, praerogatiua meritorum et sanctitate morum, Romanae sedis apice eondigne sublimato, OTTO, Dei gratia Babebergensis electus, cum omni deuotione, orationes promtissimas et seruitium tam uoluntarium, quam debitum.

Insigniti epistolas S. Othonis ad Paschalem pontif. et est copiosior, quam ilia, quae e. fiat in nita edit. Canisianae lib. 1, c. 5.

QVia tandem, *domino miserante et ecclesiae suae nauem moderante, post nubilas errorum tempestates, serenae lux ueritatis occidentali refulsit ecclesiae, ante omnia et super omnia desideramus, scire sanctitatem tuam, in omnibus nos paruisse, uti decuit, legato tuo, episcopo uidelicet* *Constantiensi, *et summa deuotione cuncta, quae per ipsum edocti sumus, partim executos fuisse, partim, si uita detur, exequi paratos. Quamobrem uestigiis pedum tuorum aduoluti, obnixe flagitamus, ut paternitatis tuae seruum patienter audias. Siquidem mundo iam in maligno posito,* * *cui uix cuiquam creditur homini aut loco, non paruae nos torquent angustiae, pro ordinationis nostrae assecutione. Proinde dubius et anxius et fluctibus curarum naufrago similimus, cum principe apostolorum, cuius uicem tenes, ad te clamo*; domine, salua me. *Et ut paucis summam nostrae causae concludamus, in hac hora et potestate tenebrarum, te solum respicimus oculi nostri, tibi debitam seruare obedientiam parati sumus, tecum aut consistere, aut pro te in carcerem ire decreuimus. Auctoritati ergo tuae to-*

* *Gebhardo.*

* *cum.*

S. Otho scrupulis angitur ob acceptum annulum et baculum ab imperatore.

Subiicit se tutum summo pontifici.

ta mente deſideramus tnuiti, tu nobis ma-
num porrige, quod nobis uelis facere, iube.
Si mandas, ut ad te ueniamus, opes noſtrae,
licet rapina et igne ſint attritae, tamen
deſiderio te uidendi et conſecrationis gratia-
am conſequendi, cum debita ſeruitutis no-
ſtrae benedictione, tuae maieſtatis praeſen-
tabimus aſpectibus.

Digneniur ergo uiſcera pietatis tuae ſu-
per hoc negotio aliquo nos reſcripto cer-
tum reddere, quo et in.v tutius ad te ueni-
endi nobis praemonſtretur et benedictio-
nem, quam deuoti efflagitamus, a te perce-
pturos eſſe, ſignificetur. Quam nimirum
propterea a tuae ſanctitatis manu tantope-
re expetimus: quia metropolitanus noſter,
etſi per te habeat conſecrationis gratiam,
tamen, quod ſine lacrymis fateri nequimus,
magnam cooperatorum ſpiritualis domi pa-
titur iniuriam.

CAPVT XI.

Quomodo inueſtitus et conſecratus ſit per manus domini apoſtolici.

Ebbo. Vide uitam edit. a Canifio lib. 1. cap. 7.

Factum hoc anno 1103.

HIs ergo literis ab apoſtolico reuerenter acceptis et relectis, idem ſummus pontifex PASCHALIS, gaudio repletus, erat enim totus charitate diffuſus, omnique affabilitate iucundus, pium OTTONEM paterna dulcedine ad ſedem apoſtolicam euocauit, qui pro hoc immodicas Deo gratiarum actiones exſoluens, ut mandatum acceperat, cum ſuis impigre limina apoſtolorum adiit. Cumque hilari ſatis reuerentia, ab apoſtolico ſuſceptus fuiſſet, iuxta quod ſcriptum eſt; *iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui*; genibus domini papae aduolutus, curam paſtoralem humiliter ei reſignauit, ſe indignum et nullatenus tanto oneri aptum eſſe, lacrymoſis ſingultibus uociferans. Verebatur enim aliquantulae *Simonicae* haereſeos umbra ſe reſperſum: quia tanto tempore in curte regia * fidelibus miniſterio deſudauerat, ne forte imperator, pro mercede eiusdem ſeruitii, pontificatus cum infula ſublimaſſet; ideoque non ſine animae periculo, huius ſacerdotii dignitate fungeretur. Vnde maluit temporanei honoris ſubire diſpendium, quam ſuperni arbitri oculos offendere, animaeque ſuae pati detrimentum. Cumque abdicata paſtorali cura e conſpectu apoſtolici gaudens, pro huiusmodi libertate abſceſſiſſet; conuerſus ad dominum; *Expeditus*, inquit, *tibi domine ſeruiturus ſum*; *quia tanto me onere liberaſti.*

Proverb. 18. procidit ad pedes ſummi pontificis,

eidem reſignat epiſcopatum.

* fideli.

Pontifex Ottonem epiſcopatum reſtituit.

Sed non diu hac ei libertate frui licuit. Papa enim diuino tactus ſpiritu, ſequenti die ad reuocandum Dei uirum legatos dirigit: cum iam ille ad locum *Sudra* dictum ueniſſet, eique onus eccleſiaſtici regiminis, quod pridie abiecerat, licet plurimum renitenti, ex auctoritate *S. Petri* impoſuit et iterum iterumque renitentem dulcibus et uere paternis animauit promiſſionibus, ſe ei fautorem et fidelisſimum, contra omnes mundi impetus, defenſorem ſpondens.

Deinde in uigilia *pentecoſtes* xenia ei per honorabilem transmiſit *apocriſiarium*, cui et hoc in mandatis tradidit; *dic epiſcopo, ut praeparet ſe ad accipiendum ſpiritum ſanctum*, ſicque in die ſancta *pentecoſtes*, quae erat tertio *Idus maij*, ſcilicet in natalitio *S. Gangulfi* martyris, Deo dignum antiſtitem, propriis, tanquam *B. Petri* manibus, ſolenniter concrauit in *Anagnia* ciuitate, quae *Romaniam* diuidit et *Apuliam*; et priuilegio *crucis* ac *pallij* tam eum, quam omnes ſucceſſores eius in perpetuum honorandos eſſe cenſuit, idque ſcriptis talibus confirmauit.

ipſo die pentecoſtes Pontifex conſecrat Ottonem.

CAPVT XII.

De literis ipſius apoſtolici eccleſiae ſuae ipſum commendantis.

PASCHALIS, epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabili fratri OTTONI, Babebergenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Pontifex commendat Ottonem Bamberg. cenſibus.

Claritatis proprium eſt bonum, congaudere profectibus aliorum; charitas enim non quaerit quae ſua ſunt. *Vnde et apoſtolus*, tunc, *ait*, uiuimus, ſi uos ſtatis in domino. *Et iterum*; quae eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriae? nonne uos, ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum? *Hoc igitur charitatis debito prouocamur et apoſtolicae ſedis auctoritate compellimur, hoc nomine debitum fratribus exhibere, et S. Romanae eccleſiae dignitatem, pro ſuo cuique modo, caeteris eccleſiis impartiri. Idcirco uenerabilis frater, OTTO, Babebergenſis epiſcope, dilectioni tuae pallium ad ſacrae miſſarum ſolennia celebranda concedimus; quo nimirum fraternitas tua intra eccleſiam tantum uti nouerit, illis ſolum diebus, quos praeſens deſcriptio continet; uidelicet die ſancto* reſurrectionis *dominicae et* pentecoſtes, *item* natiuitatis *domini noſtri Ieſu Chriſti, et in* natalitio *SS. apoſtolorum* Petri et Pauli, *in ſolemnitate* S. Dionyſii *martyris, anniuerſario etiam tuae conſecrationis die, et* dedicationibus *eccleſiarum: cuius nimirum pallij uoluimus te gratiam per omnia uindicare. Huius ſiquidem indumenti honor humilitas atque inſtitia eſt.*

1. Cor. 13.

1. Theſſ. 2.

Pallium conceditur S. Ottoni.

Vbi et quando ferendum.

Tota ergo mente fraternitas tua ſe exhibe-

Quid ſignificet pallium. Vide cap. 17. vita S. Henrici, vbi Bullam Leonis IX. de conceſſo ne pallii inuenies.

Vide etiam lib. 1. cap. 10. huius edit. a Caniſ.

hibere feſtinet in proſperis humilem et in aduerſis, ſi quando eueniunt, cum iuſtitia erectam, amicam bonis, peruerſis contrariam, nullius unquam faciem contra ueritatem ſuſcipiens, nullius unquam faciem pro ueritate loquentem premens, miſericordiae operibus iuxta ueritatem ſubſtantiae inſiſtens, et tamen inſiſtere etiam ſuper ueritatem cupiens, infirmis compatiens, bene ualentibus congaudens, aliena propria deputans, de alienis gaudiis, tanquam de propriis, exultans, in corrigendis uitiis pie ſaeuiens, in ſouendis uirtutibus auditorum animum demulcens, in ira iudicium ſine ira tenens, in tranquillitate autem ſeueritatis iuſtae cenſuram non deſerens.

Crucis praeferendae potestas.

Ilaec eſt ergo, frater chariſſime, pallii accepti dignitas, quam ſi ſolicite ſeruaueris, quod foris accepiſſe offenderis, intus habebis. Adhaec etiam crucis *uexillum, intra Babebergenſis eccleſiae parochiam, ante faciem tuam portari concedimus, ſalua uidelicet* Moguntiae *metropolis reuerentia, ut ſpeciali Romanae eccleſiae dignitate praeditus, ſpecialiter eius ſtudeas obedientiae ac ſeruitiis inſudare. Fraternitatem tuam ſuperna dignatio per tempora longa conſeruet incolumem, amen. Scriptum per manum Ioannis* ſcriniarii regionarii *ac notarii ſacri palatij.*

Sed et reuerendo praeſuli *Ruthardo*, metropolitano, idem apoſtolicus literas commendatitias, pro dilecto patre OTTONE, miſit in hunc ſe modum continentes.

CAPVT XIII.

De literis ipſius apoſtolici ad Ruthardum archiepiſcopum Moguntinum pro S. Ottone directis.

PASCHALIS, epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, *Ruthardo*, Moguntino archiepiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Pontifex commendat Othonem archiepiſcopo Moguntino.

Quantam a ſuae inſtitutionis exordio, Babebergenſis eccleſia ſedi apoſtolicae familiaris extiterit, prudentiae tuae notum exiſtimamus. Congruum igitur duximus, ut uenientem ad nos uenerabilem fratrem noſtrum OTTONEM, eiusdem eccleſiae electum, integra et perfecta praeteritae familiaritatis gratia ſuſciperemus.

Praeterea quoniam eccleſia eadem per diuturna iam tempora epiſcopalis officij ſolicitudine caruit et, propter praeteriti ſchismatis ultionem, in Teutonicis *partibus perpauci epiſcopali funguntur officio, iuxta ipſius eccleſiae poſtulationem, eidem fratri noſtro chariſſimo, cum per multa ad nos uenisſet pericula, conſentientibus et unanimi ſententia decernentibus omnibus, qui nobiſcum aderant, epiſcopalis benedictionis manum, domino largiente, contulimus, ſalua nimirum debita tuae metropolis reuerentia. Eum igitur ad uos cum noſtrae gratiae dulcedine remittentes, fraternitati ueſtrae literis praeſentibus commendamus, ut quanto ſedi apoſtolicae familiarior creditur, tanto apud uos charior habeatur. Data* Lateranis 12. Calend. Iunii.

Talibus ſcriptis beatiſſimum patrem noſtrum OTTONEM, apoſtolicus, diuae memoriae, *Ruthardo*, archiepiſcopo, fideli ſuo, commendans, quam intimis paterni amoris uiſceribus eum amplectendo foueret ac fouendo amplecteretur, euidentius apparuit. Nec immerito. Praeuidebat enim, beatum hunc firmiſſimam eccleſiae Dei columnam futuram et arcam domini, inter undas diluuii, feliciſſima gubernatione rectu-rum. Nihilo minus clero et populo *Babebergenſi* idem ſummus eccleſiae paſtor literas huiuscemodi transmiſit, ut filiis quoque unicum patrem, ante gratum, ex hoc gratiorem redderet.

CAPVT XIV.

De literis ipſius apoſtolici ad clerum et populum Babebergenſem, Ottonem ſuum commendantis.

Vide uitam edit. a Can. lib. 1. cap. 9.

PASCHALIS, epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, clero et populo Babebergenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Pontifex commendat Othonem Bamberg.

Quantae affectionis debito Babebergenſis *eccleſia, ab ipſo ſuae conſtitutionis primordio, ſedi apoſtolicae conſtringatur, etſi nos lateret, literarum ueſtrarum ſignificatio manifeſtat. Quod affectionis debitum uenerabilis frater noſter* OTTO, *ueſtrae eccleſiae electus, non* inconſtanter tenuiſſe et tenere cognoſcitur, cum per tot et tanta pericula ad apoſtolicae ſedis uiſitationem* tendere procurauit.*

* *Mendoſe: edit. Caniſiana.* non inſtanter. * *edit Caniſ.* percurrat.

Nos igitur eum debitae benignitatis affectione ſuſcepimus et, iuxta ueſtrae dilectionis deſiderium, noſtris, tanquam beati Petri *manibus, ſaluo metropolitani iure, uobis per Dei gratiam praeſulem ordinauimus. Nunc ergo ſub praeſentium literarum perſecutione ad eccleſiae ueſtrae regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate uenerari. Confidimus enim eccleſiaſticae diſciplinae eum futurum eſſe cuſtodem, et ſaluti ueſtrae ſolicitum prouiſorem. Huic ergo ſedulis obedite obſequiis et gratiam uobis in eo conciliate caeleſtem, integritatem fidei catholicae firmam, ſemper in omnibus con-*

seruate, sedi apostolicae semper deuotius adhaerete, ut per eius consortium a contagiis omnibus liberi, ad aeternae salutis portum feliciter peruenire, domino largiente, ucreamini.

Hoc modo uir ille, per omnia apostolicus et uere dignus *Petri* uicarius, patrem filiis deuotissimis commendabat. Ad haec etiam ipse piissimus pater OTTO, non ignarus curarum et solicitudinum, quibus grex fidelis pro unico pastore angebatur, iam iamque ardens et sitiens desiderabili eius reditu recreari, consolatorias ei misit literas haec continentes.

CAPVT XV.

De literis consolatoriis S. Ottonis clero et populo Babebergensi missis.

Edit. Canis. * Eberhardo. *Vide autam Canis. edit. lib. 1. c. 8.*

OTTO, Dei gratia Babebergensis episcopus, * *Egilberto* praepolito, *Adelberto*, decano caeterisque fratribus, omne bonum.

Epistola S. Ottonis ad Bambergenses.

QVantum ego noui et expertus sum charitatem uestram, scio uos iam diu exspectare euentum nostri laboris, ut de nostro successu, siquidem bene per misericordiam Dei successerit, gaudeatis. Ne ergo diutius suspensi aut dubii de nobis sitis, sed ut iustum est, sinceriſſime congratulemini, literis istis significare uobis decreuimus, quam misericorditer Deus, more suo, post immensos labores et sudores plurimos, nobiscum operatus sit, *Nuncias illis suam consecrationem.* *in die sancto* pentecostes, *qui dies ex aduentu sancti Spiritus sacratus et cunctis fidelibus iure solennis est: illo, inquam, die, Deo sic ordinante, in* Anagnia, *ciuitate* Campaniae, *quae* Romaniam *diuidit et* Apuliam, *episcopalis benedictionis munus, quamuis indignus, domino largiente, susceperi, beatissimo papa* PASCHALI *manum imponente, caeteris uero episcopis plurimis cooperantibus, clero quoque Romanae ecclesiae, cuius magna pars ea die in eandem ciuitatem conuenerat, astante et consentiente. Et, quod nulli a Romano pontifice consecrato nostris temporibus contigit,* sine oblatione alicuius iuramenti consecratus sum. *Huius loci, huius diei, huius gratuitae misericordiae Dei, semper memores esse uelitis, cum omni gratiarum actione, obnixe precamur, praecipue cum aliae complures uenerandae personae, de magnis rebus apud apostolicam sedent agentes, infecto negotio, redierunt.*

* *Hic finitur epistola S. Ottonis in edit. Canis.*

* Magnificate *ergo* dominum mecum, et exaltemus nomen eius inuicem: *cui quam facile est resistere superbis; tam facile est humilibus dare gratiam. Quia uero asperum est, confusis temporibus esse praepositos, curandum nobis est et omnino satagendum, ut res dura fiat nec tempus occasio. Dum ergo seminandi tempus est, semina bonorum operum serere non cessemus, ut maiores in die messis laetitiae manipulos reportemus capiti nostro, quod est Christus, per compagem charitatis adhaerentes, ne ab eo, mundanis plus iusto intenti lucris, separemur et, ueluti palmites de uite electi, arescamus. Sed quia in exequendis iustitiae operibus, diuinae gratiae adiutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exorate, quatenus ad haec nobis operanda et uelle tribuat et posse concedat, atque in ea nos uia cum fructu boni operis, quam* *Psal. 14.* *se esse, testatus est, dirigat, ut, sine quo nihil possumus, per ipsum implere omnia ualeamus.*

Igitur electus Dei pontifex, consecratione solenni ab apostolico prouectus, aliquantisper ab eo humanitatis gratia est detentus; sicque optata potius emissione, prospero itineris decursu, transcensis alpibus, *Carinthiam* uenit. *S. Otho uenit in Carinthiam.*

CAPVT XVI.

De generali colloquio principum Ratisbonae habito, et de reditu pii OTTONIS *ad sedem suam.*

POsthaec imperator HENRICVS uniuersis regni principibus curiale colloquium *Ratisbonae* indixit, ad quod nouus antistes, pius OTTO, occurrens, debiti honoris reuerentia susceptus est, cunctosque optimates praesentes, elegantia morum et sapientiae grauitate ac paternae dulcedinis affabilitate, miro sibi deuinxit amore: ita ut felicem unanimiter proclamarent ecclesiam, quae tali diuinitus donata esset sacerdote: sicque regia cumulatus munificentia, post arduae peregrinationis angariam, pastor pius ouium suarum curam susceperus *Bambergam* ingreditur, ibique a clero et populo immenso iubilationis tripudio, ac si angelus e caelo missus, exciperetur. Qui tali potitus honore, in hoc omne studium suae deuotionis impendit, ut et splendore uirtutum radiaret in moribus, et glorificantem se dominum suis glorificaret operibus. In cunctis enim *affectabat* honorem Christi, salutem populi, contemptum sui: sciens sibi in his omnibus, non sua, sed domini esse lucra quaerenda. *Ebbo, MCIV. S. Otho uenit ad comitia Ratisbonenſia.* *Inde Bambergam.* *Studia S. Ottonis.*

Nitebatur itaque in domo domini oliua esse fructifera, studuitque in populis uerbi erogare talentum, pro quo se sciebat quandoque super omnia domini bona constituendum. Quapropter de commissa sibi cura solicitus, ecclesiasticae utilitati diebus inuigilabat ac noctis- *Vigilantia circa suo gregi.*

noctibus, dans operam quomodo bona ecclesiae suae uel augeret inuenta, uel restauraret amissa. Cum itaque ad dilatandam Christi gloriam tota eius flagraret intentio, quaedam coenobia a fundamentis construxit, quaedam uero prius tenuiter in choata, sed per eum ecclesiae Babebergensi digno precio acquisita, largo sumtu perfecit.

CAPVT XVII.

De mirabili benignitate beati Ottonis episcopi.

S. Ottonis liberalitas erga monachos.

OTTO quidem beatae semper memoriae multis uirtutibus enituit, sed una in eo tanta claritate resplenduit, ut, in morem solis caetera sidera prementis, sua luce alias quodammodo minus redderet fulgentes. Dico autem *beneficentiam* uel *liberalitatem*, quam etiam bonitatem, largitatem, benignitatem et munificentiam appellari inuenio. Pluribus enim uocabulis unam rem nominari non est rarum. Quam si uelim, sicut in eo fuit singularis, singulari efferre praeconio, possunt, qui hoc audiunt, aestimare, *nos monachos, qui tamen auari notamur, callide adulari diuitibus et idcirco liberalitatem diuitis, quae licet multa fuerit in multos, maxima tamen fuit in monachos, praedicare. De nobis enim dicunt, licentiam habent accipiendi, non tribuendi; semper enim praelatis nostris facientibus ad accipiendum, quam ad tribuendam paratiores inuenimur.* Sed hanc callidae adulationis notam, ut ab isto euadam sermone, quid de ipsa benignitate sentiendum aestimem, tam diuitibus quam non diuitibus, id est, tam habentibus opes quam non habentibus, aperio.

CAPVT XVIII.

Quod duplex debeat esse ratio benignitatis secundum duplicem indigentiae rationem.

DVplex enim est ratio benignitatis, secundum duplicem indigentiae rationem; *opera* proximi proximus indiget, aut *pecunia*. Et ideo aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. *Opera* uero prudentiam accipe uel consilium et industriam, uel quicquid ad interioris hominis spectat eruditionem: *pecunia* exteriores opes complectitur. Itaque beneficentia aut opera constat, aut pecunia. Posterior haec facilior est, praesertim locupleti, sed illa lautior ac splendidior et uiro graui claroque dignior. Nam licet in utroque genere benefaciendi insit liberalis uoluntas, altera tamen ex archa, altera ex uirtute proficiscitur. Scilicet quae ex *re familiari* fit largitio, fontem ipsum benignitatis exhaurit, et ita quodammodo de benignitate benignitas tollitur, quia, quo in plures usus fueris, eo minus in multos uti poteris. At qui *opera*, id est uirtute et industria liberales sunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiutores habebunt. Deinde usu etiam et consuetudine crescit industria, quoque magis secundum illam operando exercemur, eo magis abundamus, ut operari ualeamus et paratiores atque exercitatiores erimus, ad bene de Deo et hominibus promerendum. Sed qui tantum largitione hominum beneuolentiam consectandam putant, sicque se caros et claros fore autumant, saepe in contrarium labuntur, ita, ut saepe his primo fordescant, quos ad sibi fauendum pecunia corrumpunt.

CAPVT XIX.

Quam mala sit temeraria largitas, quia uilem facit datorem et eum cui datur.

TEmeraria enim *largitas* et ipsum qui largitur, uiliorem, et eum qui accipit, deteriorem facit. Vsu enim facile accipiendi, etiam ad *impudentiam* petendi deprauantur aliqui, uel ea quae data sunt contemnendi. Quamobrem id quidem dubium non est, quin illa benignitas, quae constat ex *opera* et *industria*, et honestior fit multo et latius pateat, atque sine detrimento sui et auctoris ualeat prodesse pluribus; nonnunquam tamen largiendum est; neque hoc benignitatis genus omnino repudiandum. Sed praecipue in mendicis et pauperibus atque domesticis fidei in nomine domini sacrificandum, et saepe de seculo etiam idoneis et honestis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum est. Neque ibi beneficta locantur male; quia inde nonnunquam gratior fructus proueniet. Sed omnia diligenter atque moderate fiant. Multi enim inconsulte largiendo patrimonia effuderunt. Ergo ita largiendum, ut semper id posse inueniaris. Quid autem stultius et dementius, quam id, cum honeste quid agimus, non procurare, ut id agere diu possimus? Atqui etiam consequuntur largitionem rapinae. Cum enim inconsulte dando egere coeperint, alienis bonis manus inferre coguntur, et ita cum beneuolentiae comparandae causa benefici uocari appetunt, malefactores fiunt, nec tantam beneuolentiam assequuntur eorum, quibus

bus dederunt, quanta incurrant odia eorum, quibus ademerunt.

CAPVT XX.

De modo benignitatis ex archa uenientis.

QVamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut passim pateat omnibus. Modus adhibeatur, isque referatur ad facultates. Omnino meminisse debet omnis, qui liberalitati studet, ut de summo, non de fundo tribuat, et ita de tota fundat, ne totum effundat.

CAPVT XXI.

Duo esse genera largorum et qui ex his prodigi.

DVo autem sunt genera largorum, quorum alii *prodigi*, alii *liberales* sunt. *Prodigi* sunt, qui epulis et uiscerationibus, et ioculatorum muneribus, et superfluo cultu uestium aliisque uanitatibus pecunias profundunt. In quibus profecto memoriam post se aut nullam aut breuissimam sunt relicturi.

CAPVT XXII.

Quis largorum liberalis dici possit.

Liberales autem sunt, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut obligatos aere alieno miserati absoluunt, aut amicos et propinquos adiuuant, in rebus quaerendis uel augendis, et qui recipiunt iustum in nomine iusti, ut mercedem iusti accipiant. In hoc genere largorum non temere Ottonem constituo, qui talium sumptuum facultatem fructum putauit diuitiarum.

CAPVT XXIII.

De discretione sancti Ottonis episcopi, quam habuit in tribuendo.

TAnta uero in dando usus est discretione, ut nunquam *prodigus*, semper autem *liberalis* inueniretur. Immanes autem iacturas et sumptus infinitos parui pendebat. Si autem suae aut etiam alienae subueniendum erat necessitati, aut si dignitatis conseruandae aut etiam augendae ratio postularet, equidem homo grauis omnia facta sua certo iudicio ponderabat. Vnde si aliquando res maior aut utilior magna largitione acquirebatur, nequaquam manum contraxit. Causa igitur largitionis semper ei fuit aut utilitas, aut necessitas, aut honestas, aut diuinae remunerationis intuitus. Huic autem super omnia intentus, omnium indigentium uel qualibet calamitate oppressorum commune fuit asylum. His tamen beneficentiae modis plus afficiebatur, quorum memoriam posteris relinqueret.

CAPVT XXIV.

De praerogatiua honorificentiae, quam acquisiuit ecclesiae suae Babenbergensi.

POst Dei autem honorem, quem in cunctis factis suis glorificare iucundum habebat, etiam ecclesiae, cui praerat, gloriam et decorum cumulare satagebat. Vnde factum est, quod in ipso introitu suo, cum eatenus quandam specialis honorificentiae praerogatiuam Babenbergensis ecclesiae, usum uidelicet *crucis* et *pallii* quater tantum in anno haberet, ille, quoniam ex more pro accipenda episcopali benedictione Romanae matri uenerandum caput offerebat, non quidem ex ambitione, quod illa uehementer execrari solet, sed ex gratuita ipsius mentis benignitate, quae dignos filios honorare gaudet, eundem honore duplicato usum pallii et crucis, quatuor aliis uicibus, eo quod idoneus et honore dignissimus uideretur, ad omnes successores suos transmittendum a beatae memoriae papa *Paschali* percepit, in sacro sancto die pentecostes, ab ipso in episcopum, sancti Spiritus cooperante uirtute, consecratus. Ex eo igitur tempore, operante in se gratia eiusdem Spiritus sancti, tam in saecularibus quam in spiritualibus causis et negotiis, consilio uiguit et prudentia, ita ut et dignitatem sibi augeret et gratiam apud omnes quidem, sed apud illos specialius, quibus non magis praeesse quam prodesse incipiebat.

CAPVT XXV.

De peritia ipsius et industria in rebus communibus.

ITaque multa ei cura fuit, iura et instituta nosse maiorum, et quicquid honoris uel emolumenti alicui ordini uel professioni uel etiam dignitati, debite uel gratuito exhibere potuit, nunquam sponte praetermisit. Actionum synodalium et legum prouincialium uel etiam feudalium processus et excessus summe cognitos habebat, atque ad depromendum quod sentiebat, graui et grata et ornata dicendi facultate comptus erat.

CAPVT

CAPVT XXVI.

De gratia et ſuauitate praedicationis eius.

VNde licet non philoſophicae neque tam profundae in litteratura eſſet eruditionis, tamen in populari ſermone, ad erudiendos in diuinis et eccleſiaſticis rebus homines, nihil eius eloquentia praeſtabilius, quod admiratione audientium et aedificatione compunctorum et peccata ſua deplangentium ſaepe conſtat probatum. Huic enim ab omnibus ſui temporis pontificibus in docendo populum naturali ſermone principatus minime negabatur, quia diſertus et naturali pollens eloquio, uſu et frequentia in dicendo facilis erat, quid loco, quid tempori, quid perſonis competeret, obſeruans.

CAPVT XXVII.

Quod magis elegerit benefacere, quam benedicere in eccleſia.

SEd quia pluris eſt bene facere quam bene dicere, licet utrobique ualuerit et utrumque rectoribus eccleſiarum conueniat, tamen plerumque contingit, in altero aliquem eſſe propenſiorem. Vnde ad benefaciendum maluit eſſe procliuior, et in eam partem bonitatis, quae ex fonte rei familiaris emanat in proximos, quia copia ſinebat, ſtudium inflexit, multaque in praeſentes erogans, etiam poſterorum et abſentium, uel nondum natorum, oblitus non eſt. Hinc eſt, quod illis rebus, quae poſteris etiam manere poſſent, maiores ſumptus impendit, ut ſunt muri, pontes, aquarum ductus, et quicquid ad multorum in longum poſſet durare commoditatem.

CAPVT XXVIII.

De primitiis operum eius in epiſcopio Herbipolenſi et Babebergenſi.

Verba Thimonis. *Vide uitam edit. Caniſ. lib. 1. c. 11.* *Monaſteria a S. Othone condita in dioeceſi Herbipolenſi.*

ET PRIMITIAE quidem operum eius, duorum fuit ſtructura coenobiorum, in epiſcopio *Herbipolenſi*, quorum ALTERVM *Vraugia* dicitur, ſub patrocinio *beati Laurentij*; ALTERVM uero *Vra*, in honorem beati *Petri* apoſtoli. His autem honeſta et eleganti fabrica compoſitis, ſicut omnibus coenobiis ſuis faciebat, praedia emere, ſyluas et agros et prata comparare, uel aliis iuſtis modis acquirere, ſatagebat. Ipſa uero nominare et enumerare uniuerſa, ne longus aut faſtidioſus fiam, omitto.

Deinde in *Babebergenſi* epiſcopio TERTIA et QVARTA aedificatio duorum coenobiorum fuit; quorum unum *Michelueli* dictum, in honorem *S. Ioannis euangeliſtae*: alterum, *Lankheim*, in honore beatiſſimae uirginis, MARIAE, de ordine *Ciſtercienſi*. Nam illa tria de ordine fecit Cluniacenſi: ſed *Micheluelt* et *Vraugia* in patrimoniali fundo eccleſiae: *Lankheim* uero et *Vra* in aduentitio locata ſunt. *Coenobia ab eodem condita in dioeceſi Bamberg.*

CAPVT XXIX.

De operibus in epiſcopio Ratisbonenſi.

POrro in *Ratisbonenſi* epiſcopatu ſex monaſteria conſtruxit: quinque de ordine *Cluniacenſium*; quorum VNVM *Entsſtorff* dictum, in honore *S. Iacobi* apoſtoli. SECVNDVM eſt * *Pruueningen*, ſub patrocinio beati *Georgii* martyris: utraque autem in aduentitio fundo ſita ſunt. TERTIVM eſt coenobium cognomenti * *monaſterium*, quod cum adiacente parochia eiusdem nominis, auri et argenti precio, ab *Henrico*, duce Bauariae, et a *Dietpoldo*, marchione, comparauit et regali priuilegio imperatoris LOTHARII, in proprietatem ſanctae Babebergenſis eccleſiae collatum, ſuſcepit. QVARTVM eſt *Biburck*: QVINTVM * *Madelhardesdorff*. Sed *Biburck* ſub patrocinio eſt beatae MARIAE ſemper *uirginis*: illud autem in honorem *S. Ioannis* euangeliſtae; utrumque autem fundi aduentitii. SEXTVM eſt *Windebergen*, de ordine clericorum regularium, quos uocant *Nortpertinos*, in honore ſanctae *Deigenitricis* MARIAE; et ipſum de fundo aduentitio. *Monaſteria Ratisbonenſis dioeceſeos.* Entſtorph. * Prüfling. * Münſter. * Wallerſtorff. Biburg. Windberg.

CAPVT XXX.

De operibus eius in Halberſtatenſi epiſcopio.

IN epiſcopatu *Halberſtatenſi, undecima* ei eſt congregatio *Regensdorff*, de ordine *Cluniacenſi*, ſub patrocinio beati *Ioannis baptiſtae*. Abbatiam enim *Vicenburg*, quae nunc, mutato loco et nomine, *Regenſtorff* appellatur, cum omnibus ad illam pertinentibus, a munificentia domini HENRICI imperatoris iunioris, acceptis priuilegiis regiae auctoritatis, *S. Babebergenſis* eccleſiae adiecit. Bona quoque eiusdem coenobii duplicauit. Nam, cum prius non niſi ſexaginta duos manſos habuerit, eundem numerum totidem appoſitis, ipſe ampliare curauit. Regenſdorff

CAPVT XXXI.

De operibus eius in epiſcopatu Eiſtetenſi.

IN epiſcopatu *Eiſtetenſi*, quae * *Halesbrune* dicitur, DVODECIMA illi congregatio eſt, de ordine *Ciſtertienſi*, ſub * Heilsbrun n.

sub patrocinio beatae Dei genitricis MARIAE. Ipsum autem fundum ingenti pecunia comparatum, magnis sumptibus promouit in *abbatiam*.

CAPVT XXXII.

De operibus eius in episcopatu Patauiensi.

IN episcopatu *Patauiensi* ei TERTIADECIMA congregatio est, quae dicitur *Alrispach*; et QVARTADECIMA, *Clunica*, sub patrocinio beati *Andreae* apostoli, iuxta fluuium *Anisum*. Hanc autem a *Lupoldo* marchione datam suscepit, in cuius promotionem *uiginti mansos*, et *quinquaginta marcas impendit*.

*Alrispach. Ens.

CAPVT XXXIII.

De operibus eius in patriarchatu Aquileiensi.

ET in patriarchatu Aquileiensi DECIMVMQVINTVM coenobium in castro *Arnoldestein*, destructa munitione, constituit. Quadraginta uero et quinque annis hoc castrum, cum nonaginta quinque mansis, ad se pertinentibus, ab ecclesia Babebergensi abalienatum fuerat: quod ipse multo labore et impensa recuperauit; et appositis ei *sexaginta mansis*, abbatiam esse fecit. Has quindecim congregationes opera eius atque benignitas nunquam infoecunda propagauit.

Arnoldstein.

CAPVT XXXIV.

De quinque cellulis, quas fecit in diuersis parochiis.

QVINQVE insuper *cellulas*, quasi totidem grana seminis, seminare curauit, sciens, quod *neque qui seminat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus*. Ex eisdem igitur granis quidam iam surculi pullulant, poteruntque, Deo incrementum praestante, in arbores consurgere. Sunt autem haec. VNA, quae dicitur *Aspach*, in honore *S. Matthaei* apostoli et euangelistae: ipsum autem fundum et praedium eius multo tempore Babebergensis ecclesia perdiderat. Sed ipse illud, solerti cura requisitum, *cellam* fecit monachorum: iamque in *abbatiam* conualuit, copiosa praediorum donatione, ab ipso primum, deinde ab aliis fidelibus ditata.

*1. Cor. 3.

Aspach.

SECVNDA est in loco *Babebergensi*, in domate *S. Michaëlis* sita, sub patrocinio *S. Fidis* uirginis et martyris. Primo hanc sanctimonialium esse uoluit; sed altiori consilio, septem monachis eam instituit et, cum omnibus pertinentiis suis, *S. Michaëli* consignauit.

Cella S. Fidis seu fidei.

TERTIA est *Rotha* sub patrocinio *S. Georgii* martyris in episcopio *Herbipolensi*.

Roth.

QVARTA est *Vezzera*, in eodem episcopio in honore S. Dei genitricis MARIAE, de ordine *Nortpertinorum*. Sed alterius foecunditas alteri fecit sterilitate. *Rotha* enim in sua permanens tenuitate, proficienti *Vezzerae*, tanquam meliori, ad seruiendum subdita est. Hoc tamen sciendum, quod episcopus *Rotham*, ab *Agnete*, palatina et eius sorore, *Adelheida*, cum sexaginta mansis ecclesiae Babebergensi donatam suscepit, circumiacentia uero eidem cellae bona emit *ducentis septuaginta quinque marcis*, cum ministerialibus scilicet et agris, syluis et pratis, pascuis et molendinis et cum omni utilitate ac iure, quo *Chuno*, dux, idem praedium nosci tur habuisse. *Vezzeram* autem *Gothboldus*, comes, aedificare inchoauerat, quam episcopus ab eo sibi datam suscipiens, suis eam promouit impensis.

Vezzera.

QVINTA ei cella suis in episcopio *Herbipolensi Nithardeshusen* in pago *Tullefelt*. Atque, si, quod uerum est, fateri liceat; SEXTAM illi, *Tuckelnhausen*, in eodem episcopio, annumerare debemus. Huius enim structores, dum eius promotioni minus sufficerent, scientes episcopum talium rerum studiosissimum, ut eius opitulatione locus promoueretur, ipsius hunc titulo adscripserunt atque, ut eum Bambergensi ecclesiae omni iure firmauerit, coram idoneis testibus promiserunt. Hac igitur conditione multa eidem loco impendit.

Nithardshusen. Tuckelnhusen.

Haec de cellis et monasteriis eius dicta sibi sufficiant. Tum ego; distincte, inquam, atque succincte satis ea digessisti. Et ego, si bene numeraui, VIGINTI VNA cellarum et monasteriorum summa perficitur. Vni episcopo satis fuit, imo uero tribus aut quatuor.

CAPVT XXV.

Quid intentionis habuerit, uel quid ratiotionis, de his operibus interrogatus, reddere solitus fuerit.

SEd quare obsecro tantam pecuniam in talia proiecit? Certum est enim, quod non sine magnis sumptibus ista constiterint. Sed, sicut ea reprehendere non audeo, ita uel laudare, nisi alicuius prudentissimi hominis de his sententiam audirem, non praesumo. Mundus enim, inquiunt, coenobiis et monasteriis plenus est. Quid igitur necesse est tanta fieri monasteria?

Sefridus. Vide uitam edit. a Canis. 1. cap. 12.

Thimo. Non in primo ista causatus es. Etiam cum eo ipso talis de his, non semel a suis familiaribus, habita est quaestio. Sed, quia hunc ualde prudentem

S. Otho a multis reprehensus, quod tot monasteria exstrueret.

fuis-

fuisse non ambigis, ipsius tibi de hac re-A dico sententiam, si placet. Tum ego; non alius, inquam, sicut eius, aeque grata mihi, super eius opera, unquam poterit esse sententia. *Thimo*: Parabolam, inquit, illam euangelicam, de *Samaritano* et homine a latronibus caeso, et stabulo atque stabulario, ad suam causam inflectebat, quando familiariter ab aliquo de talibus operibus conueniebatur.

Luc. 10.

Qua ratione S. Otho multitudinem monasteriorum ab se exstructorum defenderit. 2. Cor. 5

Mundus, ait, *iste totus exilium est; et,* B *quandiu uiuimus in hoc seculo, peregrinamur a domino; unde stabulis egemus atque diuersoriis.* Stabula uero et diuersoria cellas dicebat atque monasteria; et ea non indigenis, sed peregrinis seculi esse opportuna. *Qui multa*, inquit, *uel nimia esse uel fieri queruntur diuersoria, non se in peregrinatione positos putant, sed in patria. Qui, si a latrunculis occupati fuerint, si spoliati, caesi atque plagati fuerint et ita semiuiui relicti, certe uel inuiti experientur,* C *quam melius est iuxta esse stabulum, quam procul. Cum enim repentinus superuenit interitus et dolor, sicut in utero habentis, ita ut euadere non sperent, quomodo illuc leuari poterunt, si procul est? Et si tales multi in locis multis, nonne melius est stabula multa esse, quam pauca? Si enim pauca fuerint, quomodo multis peregrinis, multis sufficient aegrotis?*

Praeterea, inquit, *nouissima hora est, et mundus in maligno positus est: sed propter eos, qui ab illo fugere et saluari cupiunt; quia homines multiplicati sunt super terram; et coenobia multiplicare absurdum non est. Ab initio seculi, cum pauci essent homines, necessaria erat hominum propagatio; et ideo non continebant se, et nubebant omnes, et nuptum dabant: nunc autem*, in- E quit, *in fine seculorum, multiplicatis hominibus super numerum, continentiae tempus est; continere debent homines, quicunque possunt, atque uacare Deo. Continentia uero, et alia sanctitatis opera, in coenobiis melius, quam extra obseruari potest. Haec mihi*, inquit, *causa fuit, haec intentio multiplicandi coenobia.*

Et ut aliquid secundum hominem loquar, F *dum proficiunt atque sucrescunt coenobia studiis et oblationibus fidelium, sicut in plerisque locis uidemus; quia, tribuente Deo, promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oues eorum foetosae, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassae; ipsorumque prouidente solertia, non est ruina maceriae, neque transitus inutilis in satis et pratis eorum; possunt nonnunquam* G *honori atque utilitati esse suis episcopis. Si uero tenues sunt et pauperes, habent successores mei, apud quos opportune collocent eleemosynas suas, et occasionem inueniunt benefaciendi honestam, si meos surculos irrigando, suat arbores faciunt, sicut et ego aliorum meas feci aliquas; et facilius quidem est inchoata promouere, quam ea, quae nulla sunt, inchoare. Initia enim rerum difficilia sunt. Vnde, si qui ad inchoandum talia tardi fuerint et timidi, uel meis initiis meisque fundamentis, in nomine domini superaedificare accingantur.*

Psal. 143.

Tales ille fuorum operum rationes reddere non est dedignatus, hoc fine omnia concludens; *ut in omnibus honorificetur Deus et proximus adiuuetur.* Nec eum utique spes se fellit. Multa enim bona ex eius studiis in ecclesia prouenere, atque proueniunt quotidie. Quid enim, putatis, in tot cellis et coenobiis Deo seruitii et honoris: quid proximo solatii exhibetur et utilitatis? Signa illic et portenta per eum et per eius opera fiunt quotidie et, si non corporaliter, profecto, quod melius est, spiritaliter. Ibi enim caeci uident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. His enim malis et incommodis circumuenti homines de saeculo peccatores, ad meliorem uitam secundum animam in coenobiis conualescunt: ibi lectiones sacrae, psalmodia et orationes, missae atque diuinarum rerum contemplationes, ieiunia et uigiliae, et pugna iugis contra spirituales nequitias; ibi carnis contritiones et cordis, eleemosynarum largitiones et multae hospitalitates. Quis neget ex magna parte meritis eius haec omnia posse adscribi, cuius labore et impensa contigit fundari? Considerans autem, quod ipsorum coenobiorum structura robustius consisteret, si eam apostolicae auctoritatis petra solidaret: nec facile posse conuelli, si uallata esset munimine *Petri*, sub eius defensione omnia constituens, a sede apostolica huiusmodi scripta suscepit.

Matth. 11.

CAPVT XXXVI.

De confirmatione monasteriorum suorum per scripta Romani pontificis Callisti.

Vide uitam edit. Can. lib. 1. cap. 14.

CALLISTVS, episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabili fratri OTTONI, Babebergensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Baron. Tom. 12. refert hanc Callisti bullam ad annum Christi, 1124.

BOnis fratrum nostrorum studiis non solum fauere, sed ad ea etiam ipsorum debemus animos incitare. Tuis ergo, charissime et uenerabilis frater, OTTO, Babebergesis episcope, supplicationibus incitati, monasteria, quae ipse propriis sumptibus exstruxisti et, Babebergensi ecclesiae conferens, apostolicae sedis roborari minimine quaesiuisti, in S. Petri eiusque Romanae ecclesiae protectionem suscepimus, contra prauorum hominum nequitiam defen-

sanda. Statuimus ergo, ut possessiones, praedia et omnia bona, quae et fraternitas tua eisdem monasteriis, diuini amoris intuitu, contulit, quaeque aliorum fidelium iusta oblatione concessa sunt, aut in futurum iuste largiterue acquiri uel offerri contigerit, firma eis et illibata, domino auctore, permaneant. Ordinationes sane abbatum uel monachorum suorum a catholicis episcopis dioecesanis accipiant. Rerum uero ipsorum monasteriorum curam et administrationem in tuo tuorumque successorum arbitrio et potestate manere censemus.

Nulli itaque hominum facultas sit eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, uel temerariis uexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur ecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri IEsu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat; cunctis autem eisdem monasteriis iusta seruantibus, sit pax domini nostri IESV Christi; quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Scriptum per manum Geruasii, *scriniarii regionarii et notarii sacri palatii.* Tum ego, ecce, inquam, quia de tam multis coenobiis faciendis ipsius, qui ea fecit, congruas accepi rationes, et eorundem ab apostolica sede confirmationes, et quia sedes apostolica non confirmat, nisi ea quae sine dubio recta nouit et bona, ergo fiducialiter infero, quod ante non praesumpsi, bonum esse et ualde bonum, quod tantam pecuniam in talia proiecit, multo enim soenore iam eam totam recepit. Ergo bonum est, non cito, non temere iudicare, sed meliorem sententiam exspectare. Sed uellem, sicut in rebus extrinsecis firmitatem et immutabiltatem suis coenobiis, per apostolicam auctoritatem, prouidere studuit et, in religione ac rebus intrinsecis aliquam eis stabilitatem per eiusdem sedis apostolicae prouidisset auctoritatem. *Non est enim finis, non est modus mutandae religionis et consuetudine maxime in ordine Cluniacensi. Pro suo arbitratu quisque abbatum sine consensu et consilio Coabbatum, suorum magno saepe fratrum detrimento, adiicit et reiicit quod uult. Tiemo, uetus* inquit, *illa de ordine nostro querela est.* Sed in promptu est me tibi ostendere, qualiter eius sagacitas huic morbo, quantum in illo fuit, obuiare studuerit. Accipe ipse, lege et perlege.

Ex Iosephi p. 57.

CAPVT XXXVII.

De confirmatione ordinis in monasteriis.

INNOCENTIVS, episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabili fratri OTTONI, Babebergensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, salutem et apostolicam benedictionem.

Videnitam eius. Can. lib. 1. cap. 14. Est hic Innocentius hoc nomine secundus.

QVoties illud a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et congruum impartire suffragium, ut fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Proinde, uenerabilis frater, Otto, *episcope, petitionis tuae desideriis, ex consueta sedis apostolicae manuetudine, clementer annuimus. In primis siquidem constituentes, ut tenor religionis, qui in ecclesiis tibi commissis est per tuam diligentiam, cooperante domino, institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conseruetur.*

Constituimus etiam, ut in iisdem ecclesiis nullus per Simoniacam prauitatem statuatur; sed honestae personae, quibus utique morum et status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sane in coenobiis, quae uel antiquitus in tua parochia constructa sunt, uel tu ipse deuotionis intuitu constituisti, seu aliis iustis modis ecclesiae tuae uenire poteris, uel ab aliquo deinceps fidelium, infra tuam dioecesin, diuina inspirante gratia, construentur, sacrae religionis ordinem monere decernimus. Nec alicui liceat eiusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi forte ad melioris status praerogatiuam, praestante domino, promouere uoluerit. Nec id alicuius singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babebergensem dioecesin pertinentium, aut saniori partis consilio ac consensu fieri debere sancimus.

Si quis autem huic nostrae constitutioni temere contraire tentauerit, secundo tertioue commonitus, si non factum suum digna satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei et redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni: conseruantes eisdem locis quae iusta sunt, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri *et* Pauli, *ac nostram gratiam consequantur.*

His ita se habentibus, nonne tibi uidetur, beatum OTTONEM satis, quantum in se fuit, prouidisse, ut in omnibus coenobiis suis ordo et tenor religionis sacrae, qui per eius diligentiam, cooperante domino, institutus est, firmiter per-

perpetuis temporibus conferuetur? Nonne ſatis apte ſancitum eſt ab auctoritate Romana, ut in eisdem eius coenobiis ſanctae inſtitutionis formam nullatenus alicui mortalium liceat permutare, niſi forte ad melioris ſtatus praerogatiuam, praeſtante domino, uoluerit promouere?

* *Haec deſunt in nita a Caniſ. edita.*

* Hic ſe tueantur nouitatum inuentores. Dicant quod dicunt, et quod certe intendunt, ſcilicet ad melioris ſtatus praerogatiuam religionem noſtram ſe uelle promouere. Sed qualiter id, quaeſo, ſi neceſſe eſt, fieri oportet? ita nimirum, ut ſacroſanctae Romanae auctoritatis ſigillum non uioletur. *Neque haec*, inquit, *auctoritas alicuius ſingulari iudicio committatur, ſed omnium monaſteriorum, ad Babebergenſem eccleſiam pertinentium, aut ſanioris partis conſilio ac conſenſu fieri debere ſancimus.* Iuſte ergo, quod iuſtum eſt, exſequantur. Si quid adiiciendum, ſi quid reiiciendum, temporum, loeorum aut perſonarum ratio poſtulauerit, quod utique pro fructu et ſalute animarum, pro melioratione et ſtatu eccleſiarum, et ordinis promotione plerunque fieri oportet, domini et patris noſtri in tantum illi beatae animae OTTONIS, in tantum etiam beati *Petri* ſigillo deferant, ut illud conſilio atque conſenſu monaſteriorum omnium ad Babebergenſem eccleſiam pertinentium, uel ſanioris partis, prout ſancitum eſt, faciant.

* *Loquitur de ordine S. Benedicti.*

Sed mirum, quod * noſtro ordini contigerit, quod generale capitulum non admittit, cum Auguſtiniani, Ciſtercienſes, Nortbertini hoc polleant honore? Omnia enim faciunt cum conſilio: et ideo multa gubernantur ſapientia. Outinam Babebergenſis epiſcopii abbates, memores *Ottonis* ſui, memores apoſtolicae ſanctionis et exemplo animati, de aliis ordinibus abbatum et praepoſitorum, de ſuis quoque actionibus incipiant communi tractare conſilio, et formulam inire capituli. Profecto, ſi gnauiter ſe agent et ſe ſuosque ſapientia gubernare uolent, et in his immorari, ſicut dicitur; *beatus uir qui in ſapientia morabitur*; proficiendo proficient ſuique profectus multos cito imitatores inuenient. Omnia magna a modicis coeperunt; ni ſorte de paucitate cauſentur; et Ciſtercienſe capitulum, quod modo maximum eſt, a paucis coepit. Sed ea, quae reſtant, his omiſſis edicam.

Eccleſiaſt. 14.

GAPVT XXXVIII.

De reaedificatione cathedralis eccleſiae poſt incendium.

Thimon. Vide uitam e.

IN diebus ipſius ſemper honorandae memoriae OTTONIS cathedralis eccleſiae monaſterium, quod ſub * anteceſſore ſuo, Deo permittente, usque ad ſolos muros ſuperſtites, conflagratum erat incendio, multis ſumptibus ab eo, ad priſtini decoris nobilitatem reparatum eſt. Ipſe pauimentum ſtrauit; eccleſiae, quas ignis afflauerat, opere gipſeo et firmauit et ornauit. Chorum *S. Georgii* exaltauit; picturas quoque non ignobiliores prioribus effecit: et ne ultra ſimiles formidare debeat euentus, totum monaſterium et turres cupreis tabulis contexit. *Sphaeras* quoque et *cruces* turrium deauraut; omnia denique aedificia clauſtri per officinas ſingulas renouare, et in meliorem ſtatum promouere curauit. Quantum uero eidem eccleſiae bonorum et praediorum, praeter ea, quae a fundatoris liberalitate pridem habuerat, ſua benignitate ipſe ſuperaddiderit, latior et lautior, multo quam fuit, teſtis eſt menſa canonicorum.

* *dit. a Can lib 1. cap. 11.*

* *Reparto.*

Quid S. Otho praeſtiterit in reſtauranda ecclesia cathedrali Bamberg.

CAPVT XXXIX.

De ſtructuris in monte S. Michaëlis et capellis, per Ottonem factis.

VT autem ad noſtra ueniamus, idem Deo deuoto pontifex Babebergenſis monaſterium *S. Michaëlis* cum eiusdem eccleſiae aedificiis, nec non et baſilicam ſanctae MARIAE, et capellam *B. Bartholomaei*, cum magna domo eidem adhaerente, a fundamentis ampliori ſtatu reaedificauit. Capellam quoque ſuper portam in honore *S. Oswaldi* regis et martyris fecit. Sed et diuerſorium et muri ambitum cum uniuerſis officinis conſtruxit.

Ebbo. Opera S. Othonis in monte S. Michaelis.

Idem uir beatus fontem in medio clauſtri fieri iuſſit; itemque uenam aquae uiuae de uicino monte in clauſtrum plumbeis fiſtulis copioſo ſumptu duci fecit. Pleraque eidem loco ornamenta contulit; inter quae duas argenteas ſcutellas ad ſuſcipiendas oblationes: auriphrygium quoque et caſulam precioſam; crucem quoque auro gemmisque nobiliter fabricatam, recondito in ea ſalutari ligno ſanctorumque reliquiis, ipſe ſacrauit, crucemque Saluatoris appellari ſtatuit et banni ſui interpoſitione, ne ab ipſo monaſterio, pro aliqua unquam neceſſitate auferretur, indicens, beato *Michaëli* archangelo eam deuotiſſime obtulit.

Crux Saluatoris.

Hunc locum ille Deo plenus fideliſſimo ſemper amore dilexit; hunc reſtaurauit; hunc ditauit; huius gloriam quaeſiuit; huic bona tribuit; hunc ſublimauit; hunc coluit; huius profectum ſemper amauit; et in ipſo, coram altari

Amor S. Othonis in montem D. Michaelis.

eiusdem archangeli, cuius ſpecialis miniſter erat, ſe ſepeliri decreuit.

Liberalitas eius in monaſterium S. Michaelis.

Eidem monaſterio quoque in uſum fratrum dedit octo praedia quingentis argenti libris comparata· quae hic ob notitiam eorum ſigillatim annotare, friuolum duximus. Praeterea eccleſiam, iuxta *Albuch*, haereditario ſibi iure propriam, eidem monaſterio, cum duabus eccleſiis aliis donauit, ob memoriam uidelicet ſui parentumque ſuorum, inibi corpore quieſcentium.

Capella S. Aegidii.

Adhuc autem dilectiſſimum ſibi locum amplificare deſiderans, ſub monte *S. Michaëlis* capellam *S. AEgidii* eum hoſpitali domo pauperum et peregrinorum receptioribus aptam conſtruxit. Totus enim miſerieordiae uiſceribus affluebat; totus elemoſynae et compaſſionis affectu ſic ardebat; ut iure cum *B. Iob* dicere poſſet; *Ab initio creuit mecum miſeratio et de uentre matris meae egreſſa eſt mecum.* *Iob. 31.* *Flebam ſuper eum, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* *Ibid. 30.* Nouerat quippe, et aſſidue recolebat illam *B. Gregorii* ſententiam: *qui compaſſionem non habet, uacuum epiſcopi nomen tenet.* *S. Greg.* Virtus namque ſanctae charitatis omnibus quidem fidelibus, ſed maxime Chriſti congruit ſacerdotibus, qui et ſpecialius ad hanc exſequendam in ipſo ſacratiſſimo ſuae ordinationis myſterio commonentur. Cum enim ſacerdos conſecratur oleo, per quod charitas intelligitur, manus eius liniuntur, oleumque manibus eius infunditur, ut per hoc uberiora miſericordiae et pietatis opera ſibi facienda nouerit. Sed et cum ueſte ſacrata ornatur et amicitur, ei conſecrator dicit; accipe ueſtem ſacerdotalem, per quam charitas intelligitur; ut ea ſe totum quaſi tunica talari circundatum et ſplendidiſſime ornatum eſſe debere meminerit. Qua pius OTTO ſingulari decore ueſtitus, usquequaque eam propagare et feliciſſimis declarare ſatagebat operibus. Multa quoque ornamenta eidem loco contulit, quia nunc fideliſſimo amore tanquam locum requietionis ſuae ſemper amauit, ipſumque uenerandi corporis ſui gleba dotauit. *Ex Iaſchio p. 64.* Multa hic ſtudio breuitatis praetereo, quae huic et aliis coenobiis et eccleſiis ſuis ab ipſo collata ſunt, in palliis, ſtolis et caſulis, in ampullis aureis et argenteis, in crucibus, in capſis murreis, in calicibus aureis et argenteis, in thuribulis et acerris, incandelabris et uariis eccleſiarum utenſilibus, in cortinis, aulaeis et tapetibus, in *libris utriusque teſtamenti et uariis codicibus*, quorum omnium tam ingens copia eſt, ut numerus aeſtimationem uideatur excedere, mirumque eſt ab uno epiſcopo tot locis tanta potuiſſe conferri. Sed haec omnia de fonte rei familiaris hauriens, Deo ſubminiſtrante, habundantiam ipſam non exhauſit, quia ſic ut fateri conſueuit, *quanto magis in opera Dei erogabat, tanto magis, quod erogaret, habebat.* Nam licet totus in domino fuerit et omnia ſua in coeleſtes theſauros permittere feſtinaret; ipſe tamen, utpote prudens et potens, Deo quae Dei erant reddidit, et mundo, quod ſuum erat, non negauit.

CAPVT XL.

Cap. XXXII. ap. Greſſer.

Quam honorifice ſanctus Otto mundo ac regibus mundi reddiderit ea, quae illorum ſunt.

Thimon. REgibus quippe ſeculi ſuper omnes regni pontifices honorifice ac fideliter domi forisque ſeruiuit. *Vide autem de his Can. cap. 17 fol. 356. cuius merita hinc emendare licebit.* Principum quoque ſibi familiaritates et amicitias intimas conciliauit, miniſterialibus et feudatis eccleſiae ſuae propria iura et honorem intemeratum conſeruauit. Familiam denique et omnia ſibi adhaerentia firmiſſimo pietatis praeſidio et maternae affectionis ala conſouendo protexit.

CAPVT XLI.

Quod ſtipendia epiſcopalis menſae nunquam in aliquo minuerit.

Thimon. Reditus menſae epiſcopalis diligenter conſeruat S. Otho. STipendia epiſcopalis menſae nullius unquam neceſſitas occaſione minorauit, ſed ſi quid de patrimoniali fundo eccleſiae matricis, propter adiacentiam et opportunitatem, coenobiis contulit; emptitiis et aducntitiis praediis recompenſare cum augmento curauit ei: quia de iniuſto non poſſe fieri diccbat eleemoſynam. Iniuſtum autem, imo iniuriam maximam eſſe affirmabat, aliqua largitione aut feudatione, tabulam minuere ſucceſſorum. Ad hanc ergo excludendam ſuſpicionem, ne cuiquam ſuccedentium ſibi epiſcoporum ſas ſit, diſpoſitioni eius, quaecunque ſuperordinare, uel ab ipſo bene ordinata reſcindere, ſedes apoſtolica, eius poſtulatione, ſuper his omnibus huiusmodi ei confirmationis priuilegium porrexit.

CAPVT XLII.

Priuilegium Calliſti papae, ſancientis, nulli mortalium licere religioſa opera eius, uel inſtituta caſſare.

CALLISTVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabili fratri, OTTONI,

NI, Babebergenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Refert hoc diploma Baronius ad annum Chriſti 1124. Et liquet ex indictione ſubiuncta.

Vide ultam edit. a Can. lib. 1. cap. 16.

Sanctorum patrum praeceptis et canonicis ſanctionibus demonſtratur, quod praedia et poſſeſſiones eccleſiarum, quae uota fidelium, pretia peccatorum et pauperum patrimonia non immerito nuncupantur, uendi uel alienari non debeant. Quae enim diuinae maieſtatis obſequio et caeleſtium ſecretorum uſui ſunt dicata, non decet in alienum ius redigi, uel in alterius ſeruitii formam transmutare. Nempe, ut beati Symmachi *uerbis loquamur; Poſſeſſiones, quas unusquisque eccleſiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut diſtractionibus, uel ſub quocunque argumento, non patimur.*

Alienari non debent, quae ſemel Deo dicata ſunt.

*Ea propter, nos tuis iuſtis poſtulationibus annuentes, * manſos, qui epiſcopalis menſae tuae ſeruitio dediti ſunt, in eodem ſtatu, in quo bene a te diſpoſiti cognoſcuntur, futuris temporibus permanere, praeſenti ſcripti noſtri confirmatione ſancimus, ſtatuentes, ut nulli ſucceſſorum tuorum, uel alicui hominum liceat eos uendere, ſiue in laicorum beneficium trahere, aut in uſus alios commutare: ſed, ſicut a te diſpoſitum eſt, de unoquoque praedictorum manſorum denarius unus, annis ſingulis, Babebergenſi eccleſiae, pro anima imperatoris* Henrici, *fundatoris eius, ad concinnanda luminaria conferatur.*

* Manſus, ſeu Manſum; eſt fundus, uel praedium. Manſuarii, illici manſos incolentes: Idem Manentes appellantur; quod in Manſis maneant.

Abbatias uero et regulares canonicas, per induſtriam tuam in religionis ordine ſtabilitas et alia a te recte conſtituta, nulli hominum facultas ſit in poſterum immutare. Si quis autem contra hanc noſtram confirmationem uenire temerario auſu praeſumpſerit, excommunicationis uinculo ſubiacebit. Data Laterani, Idib. Aprilis, indictione ſecunda.

CAPVT XLIII.

Quomodo auxerit rem familiarem epiſcopii in temporalibus.

Thimon. Vide ultam edit. a Can. lib. 1. cap. 37.

REm quoque familiarem epiſcopii, ſicut praediis et poſſeſſionibus, ita etiam aedificiis et caſtrorum munitionibus adiuuit, atque ſublimauit. Nam per diuerſa loca, et *curtes* epiſcopii quatuordecim baſilicas et quatuor coenacula elegantis fabricae conſtruxit. Praeterea ſex caſtella, quae pridem non habuit, dominio epiſcopatus adiecit; unum uidelicet, *Albuineſtein*; ſecundum, *Luipoldeſtein:* tertium, *Geutenreut*; quartum, *Hempfenuelt:* quintum, *Eberſperg:* ſextum, *Eckenuelt.* Caſtrum uero *Albuineſtein*, quod etiam dicitur *Bodenſtein*, fere in meditullio ſitum epiſcopatus, octingentis argenti libris, nec non decem et ſeptem auri talentis comparauit, prouidens in hoc et ſibi et poſteris non modicum pacis ſubſidium, quia bonis eccleſiae in circuitu poſitis, defenſio eſt et terror inimicis.

Caſtella epiſcopatui Bambergenſi per S. Ottonem adiecta.

Multa quidem commemorare poſſem, quae illius ſtudio, et labore in rebus temporalibus epiſcopatui acceſſerunt; ſed parcius haec laudanda puto; quia paene omne genus hominum acquirendi ſtudioſum eſt, et ſua cumulandi: neque, ut id faciant, egent exemplo, ſed, ne male id faciant. Hic ergo non in eo quidem magnopere laudandus, quod rem familiarem quaerere et augere ſolicitus fuit; ſed hoc in eo non temere laudatur, quod his rebus, * a quibus abeſſet turpitudo et auaritiae ſuſpicio, diligentia uidelicet et frugali parſimonia, quae ſane hinc aduerti poteſt.

Quomodo laudandus S. Otto ob rei familiaris cum curam.

** ſubintelligo: rem familiarem augere ſtuduit.*

CAPVT XLIV.

Quanta diligentia et parſimonia res eccleſiae ſeruauerit.

TEmpore quodam in domo epiſcopali domeſticae habens rei nomen forte nuper emptum ueſtiebatur, uidens et probans, ſi apte ſederet corpori. Et ecce *Bruſſo*, quondam Argentinenſis epiſcopus, eloquio et moribus apprime feſtiuus aduenies; *Bene eſt*, inquit, *bene eſt: ſenior noſter bouum habet pellicium.* Erat autem ad oras capitii et manicarum modice uulpinis abumbratum: nam caetera pars cute leporina conſtabat. Et epiſcopus; *Sic eſt*, inquit, *ſed miſerum me, care enim uenit; bis binis unciis conſtat.* Videsne, qui tam benignus in alios extitit, quam parcus in ſemetipſum fuit? * Non in ueſte, non in cibis rebus epiſcopii unquam indulgentius uti uoluit: nec uoluptati, ſed neceſſitati ſuae tantum prouidebat. * Quin etiam aiunt, illum, humilitatis cauſa, ocreas uel ſubtalares diſſutos, plerunque ad ſartorem miſiſſe. Murmurantibus autem de hoc aliquibus: *ſinite*, inquit, *fratres, ſinite; res epiſcopii eleemoſynae ſunt fidelium, uanis uſibus eas proſtigare non debemus.*

Etiam haec ex Timone ſe deſumpſiſſe, Andreas teſtatur; Sed non comparent in editione Caniſ. Et uidetur initium huius narrationis corruptum; nec niſi ope manuſcripti Codicis ſanabile.

** Haec ſunt ex Timone, unde ultam edit. a Caniſ. cap. 18*

CAPVT XLV.

De ipſius parſimonia et frugalitate.

HAEc in ueſtitu ei frugalitas fuit; at in uictu quomodo ſe reſtrinxerit, uix ulli credibile uidebitur. Nam dixiſſe hunc pro certo accepimus: *Nunquam ſe ad ſatietatem panem in epiſcopatu comediſſe.* Semper enim

Timon.

Lib. 1. cap 18. uitae ed. a Can. Frugalitas S.

Ottonis in mitto.

enim sobrius ac pene ieiunus de coena uel prandio surrexit: apposita omnia infirmis pauperibus ac mendicis impertiens. Quodam iciunii tempore multa piscium penuria fuit. Sed quidam procurator eius lucium paruae quantitatis, emptum duobus solidis, prandenti attulit bene paratum, modeste obsecrans, ut se uberius reficeret uel cibo, qui tam magno constabat. Cui episcopus, *quanto*, inquit? Procurator, *duobus*, ait, *solidis*. Et episcopus: absit, ut *miser Otto solus hodie tot denarios absumat*; leuansque discum: *defer*, ait, *hunc pretiosum cibum Christo meo, qui mihi me ipso pretiosior esse debet. Defer*, inquit, *ei, sicubi aegrotus in lecto iacet, uel paralyticus. Nam ego robustus hoc me pane reficiam. Sic ille in opulentia sua deliciis affluebat.*

Memorabile exemplum frugalitatis et charitatis in proximum.

CAPVT XLVI.

De consuetudine corporalis disciplinae.

Vita a Canis. ed. loc. cit. Notent hoc praedicantes Lutherani, maxime superintendentes. Apoc. 3.

PRaeterea in consuetudine habuit a manibus sacerdotum in conclaui corporales accipere disciplinas, sane adeo acres, ut cruor aliquando latera eius tingeret. Ipse quoque pater caelestis, qui ait: *Ego quos amo, arguo et castigo*, suo interdum uerbere ad eruditionem eum tangebat.

CAPVT XLVII.

* *De flagello infirmitatis eius, et quid inde boni promeruerit.*

Vita ed. Canis. lib. 1 c. 19.

REferam unum de flagellis eius, causamque siue ordinem monstrabo, quidue inde boni proueneri, dum forte in uico, qui dicitur Buchebach, diuinarum rerum studiosus * *chartulam patrociniorum* legisset, et in ara ecclesiae multas et permaximas sanctorum reliquias reconditas agnoscere; ad nobiliora loca eas transferre cogitabat, uti ampliore honore diuinae seruitutis a religiosis colerentur. Itaque assumptis clericis, ieiunio et oratione praemissa, pia, ut dictum est, intentione, sigillum altaris solui praecepit. Sed haesitantibus cunctis et trepidantibus, ipse serramentum accipiens: *absit*, inquit, *ut tantum decus, sub tam uili schemate remaneat:* cumque bis aut ter sigillum malleo percuteret, sanguis de cistula plumbi cucurrit, ac si de corpore animalis flueret.

* *Indicem Reliquiarum.*

Sed quid? turbatur episcopus; serramentum proiicit; stupent omnes; opus coeptum omittitur: ad orationem tam ipse, quam omnes qui aderant, se prosternunt; commissi uestram postulantes. Sed pater omnipotens sapiens ac benignus, qui ad disciplinam filium erudire parabat, graui statim languore tetigit OTTONEM suum, adeo, ut uitae terminum putaret.

S. Otto in morbum incidit.

Igitur inualescente morbo, cum euadere non speraret, eum, quem maxime fidum et familiarem habuit abbatem *Michaelis*, *Vulframum* uocauit, ut siue ad uitam, siue ad mortem res uergeret, fide et obsequio fidelis amici uteretur; qui dum eius lectulo assisteret, eiusque dolores modis, quibus poterat, leuare curaret, OTTO beatus, monasticae religionis praecipuus amator, habitum monachi ardentissime flagitabat; a multis annis se, dicens, in proposito habuisse, depositis pontificalibus, in paupertate spiritus et contritione cordis Deo seruire, sub magistri obedientia. Verum abbas gnarus et prudens et magni consilii, obedientiam quidem aegrotantis suscepit, desiderium laudans et petitionem. Porro de habitu distulit ingeniose. Hinc post aliquot dies melioratur aegrotus, uoti memor, habitum quaerit religionis, disponit de rebus suis, ad monasterium se portari mandat.

Annales Wolfr. Vlamum abbatem S.

S. Otto habitum Monasticum sumere capit.

Abbas igitur laetus de feruore uotiui sui, adhibitis compluribus honestis uiris, de hoc uerbo cum eis communicat. At hi quidem perspectis omnibus, inutile factum dicunt, personam talem, ecclesiae et pauperibus Christi tam necessariam ad silentium monasterii transire. Itaque cum reuerentia epìscopum interrogat; *si promissam sui obedientiam implere uellet.* Ille uero, *in eum*, inquit, *nomine, qui pro nobis Deo patri usque ad mortem obediuit, tibi obedire paratus sum.* Cui ille; *et ego*, inquit, *in nomine ipsius tibi iubeo, pater sanctissime, sub onere accepti regiminis, usque ad diem uocationis tuae, permanere, ad honorem et utilitatem ecclesiae, ad consolationem egenorum et pauperum Christi, in subleuationem uiduarum et orphanorum facere sicut facis, ad consummandum coepta tua in operibus bonis; et, ut breuius dicam, facere quod facis, operari quod operaris, pro aeterna uita et centuplo. Quis enim monachorum tantae perfectionis est, ut eius merita uel paupertatem tuis diuitiis adaequemus?*

Wolframus S. Ottonem sua obedientia deludit.

Igitur post haec tempora episcopus Babebergensis totus in eleemosynas, totus in hospitalitates pauperum et peregrinorum uersus est. Quidquid frumentorum uictualium, quidquid auri uel argenti usquam uel unquam reperiri potuit, per egentium manus in thesauros caeli transmissum est.

Studium eleemosynae et hospitalitatis.

CAPVT

CAPVT XLVIII.

De fame es ſterilitate annorum, et in his de ipſius operibus.

Thimon. Vita edit. Caniſ. lib. 1. c. 20.

EO tempore orientalis Francia ſterilitate annorum magna panis inopia laborabat. Ipſi namque opulentiores ſamis etiam extrema neceſſitate ſqualebant: inopes et mendici paſſim per plateas et agros mortui iacebant; ita ut prae multitudine in coemeteriis humari non poſſent. Sed uir Dei miſericordiae plenus, memor *Tobiae*, modo per ſe, modo per alios ſepeliendi officium compleuit. Vbi autem cadauerum multitudo ſepulturam ordinatam fieri non ſinebat, ingentes foſſas praeparauit et centenos ac millenos ſimul quandoque terrae mandabat, pretio conducens homines, qui talibus officiis iugiter inſeruirent. Ipſe autem per ſe omnia luſtrabat, uicos, plateas ac domos pupillorum. Veſperc, mane et meridie, nec non etiam nocturno tempore, uiſitando aegrotos, reficiendo famelicos omnique ingenio bene operandi uias inquirebat.

Pauperum ſtrages ex fame. Cura ſepeliendi mortuos.

CAPVT XLIX.

De muliere mortua, quam ad coemeterium ipſe humeris ſuis portauit.

ACcidit ergo die quadam, aeſtu meridiano, quando intus in umbraculis et refrigidariis ſuis ſoporantur homines; epiſcopus, accito cubiculario, more ſuo, ad hoſpitale pauperum pergebat. Dum autem iret, foetor iuhumati corporis, non procul a uia, de ſub urticis, nares eius tetigit. Subſtitit ergo et cubiculario ſuo digito ſuo locum demonſtrans, *ſentio*, ait, *tanquam illic corpus humatum iaceat.* Pergente puero, ſequitur epiſcopus; diligenter quaerunt, ac tandem inter herbas et ſiluam ſtantis urticae proiectum ad ſepem, cadauer inueniunt mulieris, lacero uultu, et ab auibus comeſto. Epiſcopus conſpecta miſeria, ſerit pectus, fortem deflet humanam, flagellum diuini confitetur iudicii. Poſtremo ſeipſum culpabilem, ſe reum addicit, qui ea die, qua haec fame periiſſet, multis panibus abundaret.

Reperit S. Otho cadauer mulieris.

Dehinc, dicta breuiter oratione pro anima iacentis, manum mittit ad corpus: cubicularium hortatur leuare ſecum. At ille; *noli*, ait, *domine, noli ſacras manus tuas inquinare. Curram et uocabo alios, ac ſepeliemus eam.* Cui epiſcopus; *abſit*, inquit, *ut ſororem meam, filiam Adae, imo filiam eccleſiae, tangere deſpiciam. Portabo mortuam, quam uiuam pauiſſe debueram. Sed tu, rogo, iuua me, certus, quod a Deo et a me quoque mercedem accipias.* Ille autem, etſi horrore pariter et foetore propelli potuiſſet, tamen dum luctantem et laborantem, ipſique oneri humerum iam aptantem uidit, uicit ſemetipſum et, clauſis naribus auerſoque uultu, dorſum inuiſae ſubiecit ſarcinae et, cum epiſcopo communicato labore, ad coemeterium cadauer foetidum deportauit, cantante ac flente ſacerdote; *heu mihi domine, quia peccaui nimis in uita mea, quid faciam miſer? ubi fugiam, niſi ad te Deus meus: miſerere mei, dum ueneris in nouiſſimo die.*

Corpus exanime in humeros ſublatum ipſe S. Otho ad ſepulturam defert.

CAPVT L.

De propenſioribus eius poſtea eleemoſynis.

VIdens ergo, quia tempus eum monet: omnes apothecas ſuas aperuit; panes praeparat, alit egentes; et ecce, quaſi ad uniuerſales nundinas de tota prouincia ſamelicorum turbae concurrunt; de monaſteriis uirorum ac feminarum praepoſiti ac diſpenſatores, omnesque, quos annorum egeſtas premebat, ad promptuaria epiſcopi currunt, ſperata ſubſidia, ſine mora inuenientes. Cumque meſſis appropinquaret et maturae iam ſegetes ubique locorum falcem poſtularent, multa millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, praeparata diſtribui fecit: atque refectis omnibus, in feſtiuitate *B. Iacobi; ecce*, inquit pater optimus, *filioli mei, terra coram uobis eſt; finita eſt dierum malitia;* et accipiens ſingulas falces, ſingulos addidit denarios, unicuique denarium et falcem, inſtrumentum operis et uiaticum: ſicque ualefecit eis, in bonitate et gaudio eos dimittens. Is modus, id officium ei fuit, omnibus annis inopiae ac ſterilitatis.

Thimon. Liberalitas eius tempore famis.

CAPVT LI.

De cooperimento ualde precioſo quod ſuper leproſum poni iuſſit.

DVx Poloniae, *Bolezlaus*, omnesque terrae illius meliores, ſumma ei amicitia iuncti erant, frequenter ei ſalutatorias mittebant, donariis ſuis eum magnifice uiſitabant, meritis ac precibus ſe apud Deum iuuari poſſe plurimum confidentes. Alii quoque principes ac diuites de omnibus terris, audientes famam operum eius, audientes eleemoſynas et largitates eius circa egentes; multa ei et ſaepe numero ingentia dona mittebant, ſocios ſe fieri et com-

Thimon. Haec in Caniſiana edit. exſtant lib. 3. c. 30.

comparticipes ſtudiorum eius deuote poſtulantes.

Quadam uice tegumentum nocturnale mirabilis precii de ſerico, auro et megalina pelle confectum, inter alia dona ei allatum eſt; ipſeque doni ſpecialis amicitiae ſignum hoc eſſe nuntians, obnixe rogabat, ut in recordationem ſui eius uſum dignaretur, neue de profligatione rei cauſaretur, deuote promittit, hoc detrito uel parumper abſumpto, aliud ſe transmiſſurum. At praeſul, accepta ueſte, plicat eam ac replicat et, diligenter undique perſpectam, ueſtiario ſuo commendat. Deinde portitoribus et legatis, ſub perſona mittentis, reuerenter inclinat gratiasque agit, dicens; *ſiquidem munus hoc magnae dilectionis teſtimonium eſt; et ego in memoriam datoris in perpetuum illud ſeruare curabo, ita ſane, ut nec fures mihi furentur, nec tinea demoliatur, uel aerugo.* Habebat autem cognitos et ex nominibus propriis notatos omnes paralyticos, languidos, cancerosos, ſeu leproſos de ciuitate ſua, modum, tempus et quantitatis languoris eorum per ſe inueſtigans, congruaque ſubſidia omnibus prouidebat et curabat.

Matth. c. 8. Otho miſerorum ſuae ciuitatis catalogum habebat.

Vocato ergo ueſtiario; *tolle*, ait, *praeclarum illud et carum mihi tegumentum, ac pone ſuper illum paralyticum, nomine unum deſignans, quem ſciebat longis doloribus affectum, ulceribus ſcatentem et uermibus, cuius foetorem uicinia tota perhorrebat.* Abit ille, ac mandatum implet et delicatiſſima ueſte miſerrimum illum cooperit; mirantibus ac ſtupentibus omnibus, qui hoc uidere potuerunt.

S. Otho paralytico preciosum stragulum mittit.

Sefridus. Ego huius rei teſtis ſum; ſed confiteor peccatum meum. Illis diebus ſic affectus eram, ut hoc idem factum deliramento compararem. Sed non ſolus ego de hoc murmurabam: erant complures me maiores ac nobiliores talia dona de manibus illius accipere conſueti; qui ſpe huius deluſi, uix ab iniuria linguas tenuere, aientes, *non opus eſſe megalinis tegi pellibus leproſos et paralyticos, quibus utique ouium aut leporum ueſtimenta ſufficere potuiſſent.* Sed nunc ſcio, prudentiam tanti uiri duplici hoc ratione feciſſe; ſcilicet ut exemplum miſericordiae in pauperes memoria dignum poſteris oſtenderet; et in praeſentiarum curatores aegroti de pretio ueſtis ſolatia perciperent.

Multi hoc factum S. Othonis aegre tulerunt.

Tiemo. Recte interpretatus es rem. Sed nouimus aliquos epiſcoporum, ſi hanc ueſtem corpori proprio ſubtraherent, ſanguini fortaſſe non negarent, qui terrenae ſapientiae dediti, tales ſumptus *fatuitatem* uocant, qui cor trahentes in terra, lingua caelum pulſant, qui terrenum habentes fundamentum, tem ſuam humanis praeſidiis tutandam putant, moles turrium, et inertem maſſam murorum multis ſumptibus coaceruantes, ſpiritualia munimenta floccipendunt. Verum Ottoni beatiſſimo non ea mens erat, omnem fiduciam ſuam in diuinitatis ope collocabat; caſtra quidem et urbes ad terrenos uſus quandoque *patrabat; ſed longe maior eccleſiarum uel monaſteriorum ei cura fuit. Quae res etſi probatione non egeat, eo quod manifeſta ſit; tamen, quia in medium uenit, rem paruam dico, unde cordis eius directio altius intelligi poſſit.

* *parabat.*

CAPVT LII.

De fabro et eius terribilibus ſagittis.

FAber quidam peritiſſimus, de arte ſua epiſcopo innoteſcere cupiens, telorum ac diuerſi generis ſagittarum, ad opus bellicum mirabiliter praeparatarum, ſportam plenam apportauit, ut in urbibus et propugnaculis epiſcopi futuris neceſſitatibus ſeruari debuiſſent. Epiſcopus uero gratias quidem egit homini, pro munere dignam mercedem illico rependens; ſed manu propria unam leuans, quae triplici acie, ac longo acumine, uiſu etiam, terribilis erit. *Quare*, inquit, *iſtam tam longam, tam ſubtilem, tam acutam feciſti?* Faber, *tales*, inquit, *facimus ad penetrandas loricas et clypeos. Impulſu enim balliſtae, tales ſagittae nec thorace tueri ſinunt hominem.* Epiſcopus, *ego*, inquit, *agam, ut mortales ſe de his non mortificent*, iubetque leuari omnes ſimul, ſicut erant in cophino, portitoribus dicens: *ferte eas abbati Hermanno, rogantes diligenter, ut eas, mei cauſa, in opus Dei expendat, ne mortibus hominum coaptentur.* Habebat autem opus in manibus, tectum uidelicet conſummati monaſterii noſtri.

Tiemo. Edit. Caniſ. lib. 3. cap. 40.

Iucunda hiſtoria, de ſagittis S. Othoni oblatis.

Acceptis ergo ſagittis, pabula retro haeſimenta omnibus conuolui iuſſit, ac de nobiliſſimis ſagittis, clauos tegularum fabricans, tecto eccleſiae illos coaptauit. Quae res quidem, tametſi magna non eſt, magnae tamen bonitatis indicio ualet; ſicut enim ex abundantia cordis ſermo; ita etiam ex eadem actio dirigitur. Exterior enim homo celare non poteſt, qua diſpoſitione interior ambitus ſit. Flagrant enim ad proximos per exteriorem ſtudia hominis interioris. Verum ego cuncta ſigillatim, quae ipſius ſunt, perſtringere non potero: unum tamen adhuc memorabo, quo eius diligentia et ingenium, quod habuit ad bene agendum, magis clareſcat.

CAPVT

CAPVT LIII.

De furto equorum et negotio inſtitoris.

Timon. Edit. Caniſ. lib. 3. cap. 42.

QVidam oeconomorum eius, *Rudolphus*, uir bonus ac prudens, ad eum propter cauſas domeſticas ueniébat. Cumque pro explicandis rebus aliquandiu apud eum moraretur, epiſcopus, more ſuo egreſſus, uiſitare xenodochium, ſtabulum tranſiuit oeconomi, uidensque duos equos fortes, eleganti corpore, a comitantibus, *cuius namque ſunt hi;* inquirit. Dicunt ei, hos eſſe procuratoris ſui. *Bene*, inquit; *magni ſunt et fortes. Certe portare habent pretia et redemptiones captiuorum in terram Pomeranorum.* Audierat enim, quosdam de baptizatis ſuis in ciuitate barbararum gentium fuiſſe captiuatos. Sublatis ergo equis, oeconomus, recognita, ad epiſcopum uenit: de uia ſua et negotiis ſuis inſinuat, equitaturas repetit, quas ſi habere non poſſit, ad omnia ſe impeditum dicit. Cui epiſcopus; *non iraſcaris, obſecro; lucrum quoddam et negotiationem cogitaui. Eſto ſocius. Agamus pariter, ut de fructu et lucro actionis pariter gaudeamus.*

Quem in uſum equos procuratoris ſui S. Otho deſtinarit.

Pia negotiatio S. Othonis in Pomeraniam.

Decem equos pannis oneratos in Pomeraniam miſſurus, opera tua indigeo. Omnem igitur annonam, quae ad uſus noſtros in partibus Saxoniae repoſita ſeruatur, inargentabis: inſuper omnes pecunias de redditibus earundem partium, ad nos pertinentium, quas colligere poteris, cuncta ſimul ad nundinas *Halle* portabis. Noſti enim nobiles puros et precioſos pannos in terra Pomeranorum caros frugi mercatu haud inueniri. Igitur quidquid ex priuata pecunia *fuſtani* et purpurae, *bruſſati*, *Fritſah* quoque, ſeu alterius cuiuslibet optimi generis uel coloris pannorum coëmere poteris, in ſarcinas concludes, aliasque ſpecies glorioſas et res pulchras emens, omnia his iumentis in Pomeraniam diriges, partim dona maioribus, reliqua uero, cauta uenditione habita, precium captiuis, quos in barbaras nationes abductos conſtiterit. Si autem, ut dictum eſt, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanes ac ſine mercede in futura uita remanebimus. Hac etenim occaſione equitaturas tuas abſtuli.

Nundinae Hallenſes.

Abiit homo; et quia fidelis ac ſtrenuus erat, omnia, ſicut epiſcopus ordinauerat, haud ſegniter impleuit. Muneratur honeſtiores, inſtitor *Ottonis*; laudatur forum eius, ac diſtractio populo rudi admirationi fuit et exemplo, cunctique certatim rapientes res duplo emebant, tum pro dilectione pontificis, tum etiam, quia precium ſciebant eſſe redemptionis.

CAPVT LIV.

De rege Vngarico, et auro quod miſit.

Timon.

HIs omnibus ad uotum epiſcopi explicitis, eundem oeconomum mittit ad regem *Hunorum*, illum beatae ſemper memoriae *Belam*, qui a patruo ſuo *Colomanno* rege, cum patre ſuo *Almo* duce, in diebus adoleſcentiae, luminibus priuatus, poſtea in regnum ſublimatus eſt, oculisque fidei ac ſapientia mentis praeditus, rempublicam Vngarorum per annos plures gnauiter adminiſtrauit. Certus itaque de ſtrenuitate ac prudentia Rudolphi epiſcopus, cuius memoria in benedictione ſit, qui ad omnia ſtudia miſericordiae ſedulus ei miniſter erat, ad regem praedictum *Belam*, magnum *eleemoſynatorem* cum literis ac donariis eum direxit, parare amicitias et notitiam ſocietatemque ac paritatem ſtudiorum in operibus miſericordiae, accendere hominem ſanctum ad deſiderium futurae exſpectationis, ad gaudium aeternae uitae atque beatitudinis.

Edit. Caniſ. lib. 3. cap. 42.

De Bela rege Bonfinium Decadis II. lib. 6.

Legatio S. Othonis ad Belam Hungariae regem.

Bela ergo, accepto nuntio, auditisque literis epiſcopi, ſpirituali gratia ac diuina conſolatione plenus, laetificatus eſt ualde in feſti uitate Paſchali, quae apud Vngaros etiam, propter ipſius terrae maximam ubertatem, multa epularum largitate ſplendide ac delicate celebrari ſolet, magnifice habuit nuncios Ottonis; uitam eius, conuerſationem, ſtatum et opera crebro interrogans; miraturque omnia, quae de illo audiuit, magnae felicitati adſcribens, quod talis uiri notitiam per nuntios, dona et literas accipere meruiſſet. Conſummatis ergo diebus, cum tempus eſſet dimittendi legatos, multa deuotione ſacris orationibus beati uiri rex ſeſe Deo commendans, dona multiplicat, uaſa aurea et argentea, et ueſtes precioſas mittit: inſuper uiginti libras excocti auri, ſpecialiter obſecrans, ut has in aliquos diuinos uſus in recordationem ſui expendere dignaretur.

Quomodo Bela nuncios Othonis acceperit.

Rex commendat ſe precibus S. Othonis.

Eidem ingentia munera mittit.

Epiſcopus ergo, acceptis donis et auro, nihil moratus beato Michaëli hoc obtulit; crucis decus, in nomine *Saluatoris* de hoc fieri mandans, additque de ſuo auri quantitatem et gemmas; et cluſorem conducens; inſigne trecentas argenti marcas ualiturum, ad honorem Dei et utilitatem eccleſiae, fabricatus eſt.

S. Otho dona accepta S. Michaeli offert.

CAPVT LV.

De filia regis Vngarici.

Timon. Edit. Caniſ. lib. 3. cap. 43.

SEd quia beati Belae, Vngarici regis, mentio incidit, pauca de filia eius *Sophia*, quae in propoſito uirginita-

tis, sub sacro uelamine, inter sanctas uir-
gines Admontensis monasterii laudabi-
liter degit, ad aedificationem narrare
incipiam.

Admontense monasterium in Styria, fundatum a S. Gebhardo archiepiscopo Salisburg. anno 1075. Haud in metropoli. Vide etiam uitam S. Gebhardi Tom. 2. et 6. antiq. Lect.

Hacc etenim ante annos nubiles peti-
ta est in matrimonium Henrico puero,
Teutonicorum regis *Conradi filio pri-
mogenito. Bela ergo cum saepe roga-
tus tandem acquieuisset, hanc illi dare,
et nuncii pro ea uenissent archiepiscopi
et episcopi, aliique primates de regno
Alemaniae, ut iuxta imperialem magni-
ficentiam clare ad nuptias ducceretur,
hoc ordine, hac oratione, ad sponsalia
eam direxerit: *domine Deus caeli et ter-
rae, tu omnia uides, ego autem nihil uideo.
Tua etenim ordinatione, sicut uoluisti do-
mine, caecus factus sum; sed tu uides
omnia, uides abdita cordium, praesentia,
praeterita et futura indifferenter.* Et ma-
nus ponens super caput filiae, haec in-
quit: *Domine, unica filia mihi est, hac me
sola feminea prole in tua miseratione beasti.
Hanc hodie, te teste, te inuocato in auxilium
nostrum, ad nuptias mitto: hanc hodie te
comitante, praesentibus nunciis committo,
tali fixa inter me, et te, domine Deus, con-
dicione, ut nunquam eam deseras. Et, si
forte is, qui eam petit filio suo, dominus im-
perator Conradus, unquam mali quidquam
aduersus eam cogitauerit, tua in petitione
tibi hanc commissam habeas.*

anno 1189. regnum iniit. Oratio Belae regis ad Deum pro filia sua.

Ad legatos autem: *En*, inquit, *coram
uobis est: tollite filiam meam: ducite hanc
imperatori uestro. Et quia mea uita ipsa
mihi charior est, omne, quod charum uel
pretiosum habeo, cum ea transmitto.* Ius-
sitque apportari omnia regalia sua, ca-
pellam suam totam cum * patrociniis
sanctorum, cum uniuersis paraturis, et
utensilibus aureis et argenteis, cum ten-
toriis et papilionibus, cum iumentis
optimis ad subuectionem rerum; insu-
per aurum et argentum absque ulla aesti-
matione dona genero suo et filiae. Et
apprehendens scrinium ubi erat * patro-
cinium S. Blasii, statuit super hoc filio-
lam; de hinc ad legatos; *En*, inquit, fili-
am meam cum patrono suo in haec uer-
ba, ut locutus sum, in nomine domini
uobis praesento.

Oratio Belae regis ad legatos.

** Reliquiis. Apparatus ad iter.*

** Quia Admontense monasterium construendum erat in honorem Deiparae et S. Blasii.*

Igitur abeuntibus nuntiis, exita iam
Vngaria, cum ad Taurum montem Ca-
rinthiae propinquassent; imperator
Conradus, obuiam eis mittens, ad sacras
uirgines Admuntensis monasterii, * do-
minam cum duabus puellis suis interim
collocari fecit, donec opportuno tem-
pore solenni habita curia, conuenienti
honestate ad nuptialia sacramenta uo-
caretur. Dona uero et omnes diuitias,
quae allatae cum ea fuerant, sibi appor-
tari fecit.

** Sophiam, sponsam.*

Itaque diuersis negotiis occurrenti-
bus, quae regum etiam animos a propo-
sito retardant, rem explicare impeditus
est. Puer etiam infirmitate praeuentus,
domina in monasterio permanente, ho-
minem exuit. Bela quoque requieuit
in domino, et filius eius * Gisо ei succes-
sit in regno: qui uidens frustratas esse nu-
ptias sororis suae, nuncios misit, ut re-
ducerent eam. Sed illa noluit redire.
Secundo et tertio misit. Sed illa ue-
nire noluit. Ad extremum repu-
tans apud se, ui sortasse teneri a re-
ctoribus monasterii sororem suam, in-
dignari aduersus locum, et nisi quanto-
cyus ei redderetur, excidium uastatio-
nemque minari. Sed uirgo castissima
mente et corpore ad omne bonum di-
sposita, Deo magis quam seculo adhae-
rere cogitabat, apertisque ostiis claustri,
cum abbas in eius deliberatione posuis-
set, intus manere, uel ad nuncios fratris
sui foras egredi; intus manere delegit,
et a proposito uirginitatis nunquam re-
cedere.

** Bonfin. Geisa.*

Renuntiatur Sophia in Hungariam. Renuit redire.

Exemplum singularis constantiae in beneficiis.

Rex uero nimio affectu germanitatis
circa sororem suam afflictus, cum secun-
dum seculi huius magnitudinem eam
sublimare uellet, modo ui, modo astutia
et ingenio, eam teneri quaerebatur, habi-
toque cum necessariis suis consilio, ire
parat in manu forti, eam liberare. Sed
uiri prudentes et magni, quos in consi-
lio suo habuit, regem monebant, non ab
re, nec cito regno Teutonicorum im-
portari bellum oportere, siue causas bel-
li. Optimum factum esse, ut missa per-
sona publica et honesto comitatu, cum
decore et disciplina dominam repete-
ret: quae, si inordinate negaretur, iustas
tunc fore causas commotionis. Sed
quid multis? Licet aegre, fracto animo
suo, rex audiuit consilium. Mittit du-
cem unum, uirum sortem, cognatum
suum, et amatorem gloriae suae, et cum
illo militiam magnam: et ecce uentum
est * ad Munti.

Rex Hungariae uix parat reducere sororem suam ex monasterio Admontensi.

** ad monasterium Admontense.*

Abbas uero et fratres, conspecta mul-
titudine et potentia legati, rem serio agi
uident, turbantur, praesidia orationis
quaerunt. Deinde egressi ad legatos,
responsa tyranni tristes accipiunt, sci-
licet aut reddant puellam, aut graues
Vngarorum inimicitias experiantur.
Abbas uero Admontensis, uir dignae
auctoritatis, gnarus ad omnia, et multo
pollens consilio mentis ac religione, de-
cus et firmamentum monastici ordinis
ad uerba legatorum haec paucis respon-
dit uerbis: *In hac causa*, inquit, *nihil a
nobis perperam actum est, aut agetur. Sed
hodie curam corporum uestrorum, quia iti-
nere fatigati estis, uelim agatis. Crastina
dies negotium uestrum expediet.* Itaque
lauto epularum apparatu, multaque di-
ligentia eis ministrauit.

Hungari repetunt sororem sui regis.

Oratio abbatis Admontensis ad legatos.

Sequenti uero die abbas ad legatos:
Et quid facietis, inquit, *si domina uestra
spon-*

ſponte ſua uobiſcum uenire noluerit? Nunquid inuitam abſtrahetis? Nunquid nolenti ac renitenti uiolentas manus iniicietis? Siquidem hoc regibus ac reginis extremum dedecus eſt, ui trahi, ad quod nolint, et ſubiici, quando non uelint, atque alienae uoluntati ſeu uiolentiae mancipari: non puto, id conuenire ingenuae libertati. At illi: *Sic eſt*, inquiunt, *et nos eam libertati ſuae reſtituere uenimus, et non uim inferre, ſed obſequium praeſtare ad ſuos redeunti. Denique ſi ab indigna coactione ſoluta, ſuaeque libertati reſtituta fuerit, ſane quidquid propria deliberatione delegerit, neque nos, neque uos prohibere debemus: et dominus noſter, rex Vngarorum munitiſſimus indecenter, uel contra decus regii ſanguinis habitam germanam ſuam conterminam, cauſari non poterit.*

Reſponſum Legatorum.

Placuit ſermo abbati et fratribus, et uenientes in atrium baſilicae ante fores clauſtri, quo uirgo ſacra cum uirginibus ſacris clauſa degebat; duos globos faciebant ſeorſim legati, et milites populusque multus, qui ad ſpectaculum uenerat; et ſeorſim abbas cum fratribus et monachis. Referantur poſtes, ianuae clauſtrales panduntur: regina exire ad nuncios rogatur; negat illa; nihil ſibi et eis dicens; lege ſe loci limen ianuae, niſi morte obita, non eſſe tranſituram. Docetur ergo, quid inter legatos et abbatem ſententiae ac rationis de ipſa conſtiterit, illam deſub clauſtris in apertum egredi oportere, liberam fieri, coactione ſolui. Caeterum in eius arbitrio locandum, quam uiam poſtea ſibi arripere uelit.

Conſtantia Sophiae.

At illa corpore ſemineo uiriles animos gerens, ubi uidet, quia ſic neceſſe eſt, neque aliter litem decidi poſſe, pede ſuo ſuper limen poſito; *En*, ait, *S. MARIA, domina mea, patrona mea, mater domini mei IESV CHRISTI, ſponſi mei, ſalua gratia et pace tua, te duce, te comitante, limina tua tranſeo; te adiuuante et protegente cito reuerſura, tibi commendo cauſam meam, uirgo uirginum; et tu B. Blaſi martyr Chriſti, patrone Admuntenſium, domine ac dominator loci huius, qui me a parente meo tibi commendatam, diuina ordinatione in haec tua tecta ſuſcepiſti peregrinam: obſecro, ne me derelinquas.*

Sophia limen coenobii tranſitura commendat ſe Deo, deiparae et S. Blaſio.

His dictis, flebant uirgines, flebant monachi et fratres. Egreditur illa modeſto et lento gradu in medium tendens. Stabant legati immobiles, ueſtes tantum ac purpuram gemmasque precioſas in ſeculi cultum eo allatas ei offerentes ac protendentes, ad reginae animos pelliciendos. Omnes igitur, qui aderant, immoti ſtabant, auide ſpectantes et operientes, quid eſſet factura, nullo ei aut hinc, aut inde propinquante. Sacrae autem uirgines ſtabant ardentiſſime flentes et orantes, admodum ueritae, ne quauis occaſione tantum decus ſocietatis amitterent. Itaque ubi liberalitatem, et abſolutionem ſuam, in medio poſita, ſatis omnibus oſtenderat, ad nuncios conuerſa regia uirgo, modeſte inclinans, ualefecit eis. Deinde uia, qua uenerat, ad ſorores rediens, clara uoce multam compunctionem omnibus excitans, cantare coepit: *regnum mundi, et omnem ornatum ſeculi contempſi*: ſuccinentibus caeteris uirginibus, quae illam in limine ſtantes opperiebantur; ſuccinentibus et monachis, et proſequentibus eam in gaudio et lacrymis, usque ad introitum ianuae. Omnis quoque populus uoces et laudes dedit in exceſſum; gratias agens Deo, quod uirgo nobilis et tenera, tam uirili mente ſeculi delicias abieciſſet.

Sophia ſolutatis legatis, reuertitur ad monaſterium.

Nuncii quoque non minus aliis dominum magnificabant, omniaque ornamenta ſeu ueſtes, quas ad uſus ſeculi ei portauerant, monaſterio conferunt, et reginae ualefacientes eiusque orationibus ſe commendantes, in pace et gaudio ad dominum ſuum reuertuntur; ut geſta erant, omnia referentes. Mitigatus eſt rex, ultra deſinens a propoſito ſuo reuocare illam. Haec de initio conuerſionis beatae Sophiae, quomodo occaſio data fuit, reticere non potui.

quando.

Sefridus. Grata nimis et accepta digreſſio, nempe auri occaſione gemmam acceptabilem tuae manui affixiſti.

CAPVT LVI.

De ſingulari clementia beati Ottonis ad monachos ſancti Michaëlis.

Sefridus.

SEd redi, obſecro, ad OTTONEM noſtrum, qui omnibus hominibus omnia factus, praecipue autem nobis monachis non ſolum pater, ſed, ut uerius dicam, mater fuit. *Tiemo.* Credo, inquam, nam et tu me ad uiam reuocaſti. Senes noſtros, ut patres, uenerabatur; iuniores, uel pueros, ut filios diligebat, inter nos quaſi unus ex nobis ambulabat: immemor quandoque potentiae et magnitudinis perſonae ſuae presbyteris ad altare miniſtrabat, modo ſtolam offerens, modo cingulum porrigens praeparandis: aquam etiam manibus illorum manu propria fundens, calicem praebens, et ad caetera miniſteria ſefe plerumque de inopinato ingerens, miris modis omnium in ſe affectus excitabat; omnes nos facie et nomine notos habere uolebat, ſingulorum cauſas uel ſtatum, defectus uel profectus noſtros diligenter inueſtigans, curaque de omnibus non modica ei fuit. Quid dicam de multimodis humanitati-

Amor S. Ottonis ergo monachos.

Seruiit aliquando presbyteris ad altare miniſtrabat.

Technae legatorum.

bus omnibus ac ſingulis nobis indeſi-
nenter ab eo exhibitis? Etiam fratri-
bus ad refectionem conſedentibus, ci-
bos optimos ſuis ſumptibus praepara-
tos, manibus propriis nobis intulit;
ſuſcipientium manus caro affectu deo-
culans; nonnunquam etiam, expleta
ſeculorum poſitione, conuiua nobis
idem ac miniſter aſſedit, nobiſcum con-
ueſcens, obtentu propagandae charita-
tis.

CAPVT LVII.

De hoſpitali domo et eccleſia S. Aegidii, in pede montis fundata.

Elbo. PErambulans itaque ſuburbana in circuitu, aptumque locum perluſtrans ad *Hoſpitale* conſtruendum, uenit ad collem, ſub monte *S. Michaëlis* poſitum, qui uulgo Lugenbuhel, id eſt, *mendacii collis*, uocabatur, duabus ex cauſſis, ſiue eo, quod non naturali terrae ſitu, ſed potius de fundamentis murorum ciuitatis illis aggeſta humus in altum excreuerat; ſiue pro eo, quod crebra inibi conuenticula ſtultorum, mendaciis et uanitatibus plena, agebantur. Hoc ergo ſpiritualis hic pater in melius commutare deſiderans, qui ad hoc ſe conſtitutum nouerat, ut praua exſtirparet, et bona quaeque inſereret; collem ipſum complanari, et eccleſiam illic *B. Aegidii* iuſſit aedificari. Domicilia quoque pauperibus et peregrinis opportuna conſtrui: ut, ubi antea ſeruitus inimici pullulabat, ibi deinceps diuino cultu, et eleemoſynis pauperum, lucra animarum ſuccreſcerent.

Collis mendacii.

Eo tempore canonicus quidam eccleſiae *S. Iacobi, Wichoᵈo* nomine, orationis cauſa beatum uiſitans *Aegidium*, reliquias magnificas, id eſt, pollicem eius comparauit; quem pius OTTO ab eodem ſagaciter impetratum altario *S. Aegidii*, cum aliis multiplicibus reliquiis incluſit, eccleſiamque ſolenniter dedicans, memoriam eius per omnem locum celebriorem, quam eatenus fuiſſet, inſtituit. Hoſpitale autem cum eadem eccleſia primum quidem *Gumponi* decano *S. Iacobi* commiſit; poſtea uero, mediante beatae memoriae *Wolframo*, decimo huius loci abbate, ſancto *Michaëli* cum omnibus pertinentiis ſuis contradidit. De quo amabili et reuerendiſſimo huius loci abbate dignum eſt aliqua literis mandare, quia in ingreſſu eius, domino largam ſuae benedictionis copiam infundente, locus hic iam paene in omni religione collapſus, noua et mira interioris diſciplinae, et exterioris profectus ſumpſit incrementa.

CAPVT LVIII.

De Wolframo abbate per S. Ottonem inſtituto.

Elbo. Wolframus abbas S. Michaelis ex Bauaria oriundus.

HIc enim *Wolframus* ex prouincia Bauarorum, nobili et religioſa ortus parentela, Babebergenſi eccleſiae in ſchola Chriſti educandus ſub ordine canonico traditus; ubi diuina praeuentus gratia, in tenera adhuc aetate, ſitibundo pectore hauriebat fluenta doctrinae, ac de die in diem ſapientiae maturitate et elegantia morum proficiens, inter ſuos collegas pulcherrimus proceſſit. Siquidem paternae iuſtitiae fortitudo, et maternae pietatis imago euidentius in eo apparebat, iuxta apoſtoli dictum: *Quod ſi radix ſancta, et rami.* *Rom. XI.*

Et hic quidem ſub uenerabili RVPERTO, ſeptimo Babebergenſi epiſcopo: poſtmodum autem cum annos uiriles attigiſſet aetatis, a pio OTTONE primicerius factus, auctorabili ſagacitate, uelut alter, *Ioſeph*, curam totius adminiſtrabat epiſcopatus. Nihil erat in omni eccleſiaſticae diſpenſationis negotio, quod non eius nutu et arbitrio diſponeretur.

Sed cum Deus omnipotens ſtatum monaſticae religionis, qui ſub domino *Gumboldo*, nono huius loci abbate, ad nihilum redactus erat, per miniſterium reuerendiſſimi patris *Wolframi* reparare, et nouo *Hirſaugienſium* ordine ad meliora prouehere dignatus eſſet, eundem ſaepe dictum ſaepiusque dicendum ſapientem architectum corporalis aegritudinis moleſtia perculit; ſicque naufragoſis mundi abruptum fluctibus ad portum quietis aduexit, caſtraque militiae ſpiritualis intrare compulit. Nam cum periculoſo colli tumore aliquandiu laboraſſet, iuxta beati *Iob* ſententiam: *terribis me per ſomnia, et per uiſiones horrore concuties*; quibusdam ſagacioribus de familia eius, nocturna uiſione apparuit culmen domus eius repentino lapſu corruere, domumque confractam diſſipari, illisque inter ſe hoc muſſitantibus, et mortem domini ſui praeſagire affirmantibus; ipſe pater amabilis hoc rumore pauefactus eſt, et internum iudicem hoc uerbere ad meliora ſe uocantem in ſpiritu humilitatis et animo contrito ſequi deliberauit.

Qua occaſione Wolframus factus ſit monachus.

Itaque diſpoſita domo ſua et ſolerter praecauens inſidias amicorum, et propinquorum a bono eum propoſito reuocare nitentium, clam, matutino tempore, montem *S. Michaëlis* adſcendit, ubi ueterem deponens hominem cum *pompis, quibus ornatior aliis incedere ſolebat, exuuiis, Deo ſe ipſum hoſtiam

Pompoſis

am acceptabilem obtulit et ſanctae conuerſationis habitum uoluntaria paupertate ſuſcepit. Cum ergo praeceptis obediens euangelicis, cruce ſua flagrantiſſimo corde elata, dominum ſecutus fuiſſet, ſine mora uerus ille medicus, qui *percutit et ſanat, occidit et uiuificat, quique languores noſtros tulit, et aegrotationes portauit*, infirmitati eius medelam ſolita pietate adhibuit, ut ipſe primum corpore et mente ſanatus, multis poſtmodum ſpirituali magiſterio ſalutem operaretur animarum.

Ioh. 10. 1. Reg. 2. Iſa. 53.

Eo tempore piiſſimus pater OTTO in *Carinthia* morabatur; et cum reuerſus, quae circa intimum diſpenſatorem ſuum geſta erant, audiſſet, plurimum in Chriſto exhilaratus eſt, licet in adminiſtratione publicorum negotiorum grandi ſolatio deſtitutus eſſet. Et accerſito eo ad familiare colloquium, de ſtatu ſuo paterna dulcedine requiſiuit: et ſi conſuetudine quam inuenerat, contentus eſſe uellet? Sed ille uir ſagacis animi, diſtortam et paene nullam hic monaſticae religionis diſciplinam in breui deprehenderat; et, ſe ad perfectiora tendere, ne in uacuum curreret, reſpondit. Quo audito, paſtor mitiſſimus OTTO, feruori eius admodum congratulatus, ad *Hirſaugienſe* coenobium, in ſacro tunc ſpiritualis ordinis rigore celeberrimum, quanto cyus eum cum xeniis honorabilibus deſtinauit: eo quod et ipſe ibi peculiariter notus eſſet, ob frequentes illo transmiſſas eleemoſynas. Vbi ſummo cunctorum exceptus tripudio, tum pro ſui reuerentia; tum etiam pro amore pii OTTONIS loco tantae uenerationi habitus eſt, ut etiam poſt modicum, tranſcenſis aliis officiorum gradibus, prioratus honore ſublimari mereretur.

Quomodo S. Otho conuerſionem S. Wolframi acceperit.

Wolframus Hirſaugiam mittitur.

Fit Prior.

Aderat iam tempus miſerendi: quia proſpexerat de excelſo ſancto ſuo dominus, ut locum hunc, *montem* ſcilicet *S. Michaëlis*, diu a ſpiritualium profectuum germine areſcentem, nouis ſupernae gratiae ſtillicidiis irroraret, per beatiſſimum patrem OTTONEM, qui uelut aurora pulcherrima, et lucifer matutinus, ad diſcutiendas et illuminandas priſcae conuerſationis caligines caelitus effulſit. Nam cum ſe totum ad dilatandam eius gloriam, qui eum glorificauerat, et ſpectabilem prae aliis coëpiſcopis ſuis fecerat, praeparaſſet, hic praecipue, tanquam in ipſo capite, religionis monaſticae normam propagare curauit, ut poſtmodum et aliis, quae aedificare propoſuerat, coenobiis, larga benedictio ex huius fontis ubertate profluere. Ad quod opus diuinum nullus ſibi fidelior, nemo ſibi uiſus eſt aptior, hoc, de quo loquimur, ſeruo Dei, *Wulframo*, quem dudum in actiua uita ſagaciſſimum nouerat, et nunc in contemplatiua uita audierat.

Itaque miſſa ad *Hirſaugiam* fida ſatis legatione, tam eum, quam et alios quinque fratres religione et omni ſcientia eximios impetrauit; licet cuncti abſceſſum dilecti patris *Wulframi* moleſtiſſimum, et paene importabilem ſibi cenſerent. Sed nihil erat, quod non pii OTTONIS reuerentia et eleemoſynarum largitas apud eos obtineret.

Beneficio Wolframus Hirſaugia, cum quinque aliis fratribus.

Veniente igitur eo, abſens erat epiſcopus: ideoque in Saxonia apud * curtes epiſcopales, Mocheln et Schildingen, reſidens, aduentum eius praeſtolabatur. Poſtmodum autem, cum reuerſus de *Carinthia* piiſſimus pater OTTO, uoti ſe compotem factum apud *Hirſaugiam* cognouiſſet, Deo gratias egit, dilectum ſibi *Wulframum*, ac ſi e coelo transmiſſus eſſet, omni paternae benignitatis affectu ſuſcepit: et per occultos internuncios primo ſeniores, deinde omnem *S. Michaëlis* congregationem admonuit, ut ſuae utilitati per omnia conſulentes, in electione uenerandi patris *Wulframi* unanimiter concordarent. Cumque diuina praeueniente gratia, hoc, ut deſiderabat, obtinuiſſet, uberiores ei, a quo bona cuncta procedunt, laudes exſoluit; ſtatimque in uigilia palmarum, aſſumptis maioribus et praelatis eccleſiae, montem *S. Michaëlis*, magna ſpiritualis gaudii alacritate plenus, adſcendit; ubi in conuentu publico dominus *Gumboldus* ad pedes epiſcopi procidens, ultroneam curae paſtoralis abdicationem fecit; iam ſenio longinquo ſe feſſum, et ad hanc minus, idoneam proteſtatus imbecillitatem ſuam. Beatus ergo pontifex receptam ab eo curam paſtoralem, mox reuerendo patri *Wulframo* aſſignauit; ipſeque *Gumboldus* in electione eius primus acclamauit, et ex hoc in remotiorem cellam de putatis ſibi duobus miniſtris, et quibuscunque neceſſariis, ſeceſſit.

* villas.

S. Otho monet monachos S. Michaelis ut in abbatem Wolframum eligant.

Itaque electione canonica reuerenter ſatis et unanimiter facta, pius OTTO, morae impatiens, ſequenti die, id eſt, 18. *Cal. April.* ſolenniter eum ante conſecrationem palmarum ordinauit; et ex eo ad ſtatum loci intus et exterius renouandum mirifice totum ſe accinxit; primumque abolito communi fratrum conſenſu uetuſto et remiſſo ordine *Amerbacenſium*, nouum et religione plenum ordinem *Hirſaugienſium* inſtituit. Deinde paucitatem fratrum Deo militantium corde tenus dolens et crebras in conſpectu domini ſupplicationes, pro hoc, cum eleemoſynarum largitate profundens, religioſos uiros, et tam diuina quam ſeculari ſcientia ornatos omnimodis hic aggregare ſtuduit. Nec pri-

S. Otho conſecrat abbatem Wolframum.

Hirſaugienſis diſciplina in montem S. Michaelis introducitur.

70. incolae monaſterii S. Michaelis.

us ab hoc coepto destitit, quam de exi-A guo numero, ultra septuagenarium multiplicatos uidere meruit: quod ipsius literis declaratur, quae in hunc se modum habent.

CAPVT LIX.

De literis consolatoriis abbatibus monasteriorum per eum fundatis missis.

Epistola S. Ottonis ad varios abbates.

OTTO, Dei gratia, Babebergensis ecclesiae minister humilis, uenerabili fratri Wulframo, abbati coenobii *S. Michaëlis*, Wigand, *Tharisiensi*, Baldewino *Bantzensi*, Eggehardo *Vraugiensi*, Imbriconi *Michelueldensi*, Walchuno de *Entsdorff*, Eriboni de *Pruueningen*, Friderico de *Gengenbach*, Eberhardo *Scuturensi*, Ottoni *Steinensi*, Lingero de *Regensdorff*, Ingrammo de *Arnolstein*. praeposito de *Clunicken*, praeposito de *Hosterhouen*, et omnibus sub ipsis pie conuersantibus, salutem et perseuerantem in Dei uoluntate famulatum.

Cura S. Ottonis circa monasteriorum reformationem.

Cum primum pastoralis curae regimen, quamuis indigni, suscepimus, monasteria ecclesiae nostrae subdita, qualiter in monastica religione dispositа essent, diligenter attendimus. Sed omnia a disciplinae suae rigore nimis resoluta inuenimus; quod moleste ferentes, ac dispensationi nostrae incautum existimantes, diu multumque laborauimus, fusis ad Deum precibus, ut per diuinam prouidentiam, quae in sui dispositione non fallitur, hoc mutaretur in melius. Tandem Deus uirtutum, cuius est totum, quod est optimum, uotaresp iciens humilium, in omnibus monasteriis nostris religionis praestitit augmentum: quia uos gregi suo pastores idoneos elegit, ac fratrum uestrorum numerum in sancta conuersatione multiplicauit; quod in uicino S. Michaëlis *monte ostenditur, quia dum non plus quam uiginti fratres, et eosdem sub tenui disciplina, inuenimus, iam, Deo gratias, plus quam septuaginta inibi cernimus, absque his, qui honeste conuersantur extrinsecus.*

Vnde nos non mediocriter laetificati, omnes uos praelatos ac subditos in charitate sancta appellamus, omnium pedibus humiliati, in Deo, et propter Deum obsecrantes, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, *et religionis uestrae ac spiritualis disciplinae uigorem alii succedentes aliis haereditario iure in longitudinem dierum conseruetis.*

Ephes. 4.

In memoriam ergo tam salubris exhortationis addimus decretum nostrae episcopalis confirmationis dirigendum, transscribendum, relegendum singulis monasteriis, monastica religionis spiritualem militiam, Deo placitam, hominibus acceptam, celebrem angelis, terribilem hostibus, ut iam per omnia coenobia nostra sub auctoritate Spiritus sancti renouauimus, instituimus, sic deinceps integram illibatamque perseuerare sancimus atque decreuimus; commendantes eam sub testimonio Christi et ecclesiae, uobis electis rectoribus ac dilectis fratribus, per uos nihilo minus commendandam omnibus uestris successoribus.

De caetero in nomine Domini uobis benedicimus. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes uos in Christi uisceribus. *Philip. 1.*

Quid effecerit epistola et cura sua S. Otho.

His mellifluis et auctorabilibus tanti patris uerbis euidenter satis declaratur, quam intimo et flagrantissimo affectu, sanctam monasticae professionis religionem adamauerit, quantaue diligentia eam in quibuscunque poterat locis, sed potissimum apud nos, propagare studuerit. Qua, ut desiderabat, propagata, Deo fauente, fratribusque tam merito quam numero multiplicatis, etiam materialem ecclesiae fabricam cum uniuersis monasterii officinis, necessaria et congruenti amplitudine dilatare curauit: tanquam et ei spirituales filii sui affectuosa unanimitate proclamarent: angustus est locus mihi coram te, fac spatium mihi, ut inhabitem. Et o beatus ille, qui tandem desiderii sui, quod in multiplicandis religiosis fratribus habuerat, compos effectus, iuxta prophetiam *Isaiae*, a domino audire meruit; *Isa. 49.* *Leua in circuitu oculos tuos, et uide, omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus; quia omnibus his uelut ornamento uestieris, et circundabis tibi eos, sicut circundat sponsa monile sibi pretiosum.*

Accessus ad Montem S. Michaelis.

Quomodo enim non gauderet et gratulabundus domino iubilaret, cum non solum ex uicinis, sed et de longinquis multarum regionum partibus illustres quosque et sapientes, ac diuersarum artium imbutos peritia, ad locum dilectae requietionis suae congregari cerneret, quos nimirum bonae opinionis eius fama, per totam ecclesiae domum diffusa, et indefessa oratio, quae eleemosynarum largitate fulciebatur, illo attraxerat? His nempe deuotissimis filiis, quasi floribus speciosis adornatus erat. His tanquam monilibus ambiebatur, cum et hic, et in omni actu et negotio eorum intimis praeueniebatur suffragiis, ac comitabatur; ac post in resurrectionis gloria nobili eorum stipatus frequentia regi regum accensis lampadibus occurret; ubi et filii de patris honore, et pater de filiorum salute perpetuo laetatur.

Sed his per excessum dictis, ad narrationis ordinem redeuntes, causam et ratio-

rationem antiqui monaſterii diſſoluendi, et noui deinceps maiori ambitu reparandi poſterorum notitiae pandamus.

CAPVT LX.

De cauſa antiqui monaſterii diſſoluendi, et noui maiori ambitu reparandi, et de dedicatione monaſterii.

Ebo. SIquidem anno domini MCXVII. *tertio nonas Ianuarii*, id eſt, in octauo *S. Ioannis* apoſtoli, peccatis hominum exigentibus, terrae motus ſactus eſt magnus, quarta feria, luna uiceſima ſexta, hora ueſpertina, impleta prophetia, quae dicit: *pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.* Hoc ſiquidem terrae motu eccleſiae noſtrae fabrica, quae et ante, iam longa temporis uetuſtate, ex parte ſciſſa erat, ita concuſſa eſt, ut lapis magnus in frontiſpicio uel culmine * ſcumarii ſubito lapſu proruens, totius monaſterii ruinam minaretur, cunctosque ingenti pauore perculſos in fugam conuerterat; et tamen, mirum dictu, grandi hoc lapide, qui totum in circuitu opus ſua concluſione firmabat, lapſo, reliqua templi fabrica, licet hiatu terribili, caſum iam iamque minaretur, immobilis perſtitit, donec poſt feſta paſchalia, iuſſu pii OTTONIS deſtructa et ſolo adaequata eſt.

Terrae motus Bambergae. Sap. 5. B C D

* Sic habet manu ſcriptum exemplar.

Hinc iam noui templi aedificatio, quod maiori ſe ambitu dilataret, coepta eſt: ubi tanta ſe libertate beatiſſimus pater OTTO, pro ſeruore accelerandi operis, profudit, ut cunctis ſtuporem, multis quoque inuidiam tanta pecuniae profuſio pareret. Nam cum quadam uice, eo apud caſtrum *Bodenſtein* poſito, pecunia deſeciſſet; et fideliſſimus camerarius eius, *Erbo* nomine, deuotus *S. Michaëlis* famulus, qui poſtea hic in ſancta claruit conuerſatione, perniciter ad epiſcopum tendens, defectum hunc ei inſinuaſſet; ille ſtatim centum marcas argenti beato offerens *Michaëli*, eum, morae impatiens, redire urgebat. Qui piae uoluntatis plenus theſauro, quo nil ditius Deo offertur, tanta mirae deuotionis feſtinantia reuerſus eſt, ut eadem die memoratum pondus argenti ad altare *S. Michaëlis*, tanquam holocauſtum gratiſſimum, imponeret, ſicque coepto operi tota uirtute et ſagacitate inſtandum urgeret.

S. Orbo templum S. Michaelis reparat. E F

Igitur perfecto iam templo, quod in modum crucis, ut cernitur, conſtructoris ſui praecepto aedificatum eſt; dedicationem eius in arbitrio fratrum conſtituens, utpote cum quibus cor unum et animam habebat, mandauit, ut certam ei ſignificarent diem, qua tantae ſolennitatis celebritas communi omnium uoto ageretur. At illi multam inter ſe conquiſitionem facientes, tandem, conſilio reuerendi et doctiſſimi patris *Wigandi*, de quo in ſecundo huius operis libro dicemus, unanimi conſenſu definierunt, ut in *Calendis Septembris* eadē celeberrima fieret dedicatio: congruenti ſatis et acceptiſſimo ordine, tam pro beati *Aegidii* patrocinio, cuius ea dies natalitio illuſtratur, quam et pro antiqua huius diei reuerentia, quam ſacrae Moſaicae legis obſeruantia conſtat praecipua inſigniri ſolennitate, ſicut in libro Leuitici legitur, loquente domino ad Moyſen: *Menſe ſeptimo, prima die menſis, erit uobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, et uocabitur ſanctum, omne opus ſeruile non facietis in eo, et offeretis holocauſtum domino; quia dies propitiationis eſt, ut propitietur uobis dominus Deus ueſter.* Et item in libro numeri: *menſis ſeptimi prima dies uenerabilis et ſancta erit uobis; omne opus ſeruile non facietis in ea; quia dies clangoris eſt et tubarum;* offeretisque *holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino, &c.* quae de ritu ſacrificiorum myſtico nunc in eccleſia celebrandorum ibi exequitur. Sed et decima, et decima quinta eiusdem menſis dies ſacra feſtiuitate celebres, et nullum in eis opus ſeruile fieri, ſed ſolenne ſacrificium domino offerri, lege praecipitur, de quibus modo dicendum non eſt.

Dedicatio templi noui. Leuit. 23. Num. 29.

De huius autem ſacratiſſimae diei celebritate *Origenes* ſic loquitur: *Prima die ſeptimi menſis Neomenia tubarum eſt, ſicut dicitur in pſalmo; tuba canite in initio menſis: iſta eſt ſolennitas repropitiationis: in hac ſola die pontifex intuitur omnibus pontificalibus ueſtimentis. Tunc induitur manifeſtatione et ueritate; tunc ingreditur ad illa inacceſſibilia, quo ſemel in anno accedi tantummodo licet, id eſt, in ſancta ſanctorum. Semel enim in anno pontifex populum derelinquens ingreditur ad eum locum, ubi eſt propitiatorium, et ſuper propitiatorium Cherubin, ubi et arca teſtimonii et altare incenſi; quo nulli introire fas eſt, niſi pontifici ſoli. Si ergo conſideremus uerum pontificem Chriſtum, quomodo in carne quidem poſitus, per totum annum erat cum populo, annum illum, de quo ipſe dicit; euangelizare pauperibus miſit me, et uocare annum domini acceptum et diem remiſſionis; aduertimus, quomodo ſemel in iſto anno, in die propitiationis, intrat in ſancta ſanctorum, hoc eſt, cum impleta diſpenſatione penetrat caelos, et intrat ad patrem, ut eum humano generi propitium faciat et exoret pro omnibus credentibus in ſe.*

Origen. Hom. 9. in Leuit. Pſal. 80. Luc. 4.

Hanc repropitiationem eius, qua hominibus repropitiat patrem, Ioannes apoſtolus commemorat dicens: aduocatum habemus apud patrem, IEſum: et ipſe eſt propitiatio

1. Ioan. 2.

Templum in formam crucis. G

*pro peccatis noſtris. Sed et Paulus, ſimili-*A *ter de hac repropitiatione ſcribens, ait de Chriſto; quem Deus poſuit propitiatorem in ſanguine eius per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis, usquequo occidat ſol, id eſt, uſquequo finem accipiat mundus. Stamus enim nos pro foribus, operientes pontificem noſtrum commorantem inter ſancta ſanctorum, &c. id eſt, apud patrem, et exorantem pro peccatis eorum, qui ſe exſpectant.*

Orig. Hom. 24. in lib. Numerorum.

Haec *Origenis*, eximii doctoris uerba B ſunt: qui item alio loco de hac ſolennitate, quae eſt prima die ſeptimi menſis, ſic ait: *Sicut inter dies ſeptimus quique dies obſeruatur ſabbatum et eſt feſtiuitas: ita et inter menſes ſeptimus quique menſis ſabbatum eſt menſium. Agitur ergo in eo feſtiuitas, quae dicitur ſabbata ſabbatorum et fit in die prima menſis ſeptimi memoria tubarum. Sed quis eſt, qui memoriae* C *tubarum feſtiuitatem gerat, niſi qui poteſt ſcripturas propheticas et euangelicas atque apoſtolicas, quae uelut caeleſti quadam perſonant tuba, mandare memoriae, et intra*

Pſalm. 1. *theſaurum cordis ſui recondere? Qui ergo haec facit, et in lege eius meditatur die ac nocte, iſte feſtiuitatem gerit memoriae tubarum. Sed et ſi quis poteſt gratias illas ſancti Spiritus promereri, quibus inſpirati* D *ſunt prophetae, et pſallens dicere, canite in initio menſis tubae in die inſignis ſolenni-*

Pſalm. 80. *tatis eius; et qui ſcit digne in pſalmis iubilare ei, Deo agit ſolennitatem tubarum.*

Eſt adhaec et alia ſolennitas ſeptimum illuſtrans menſem, uidelicet ſcenopegia, id eſt tabernaculorum, Deo grata, feſtiuitas. Laetatur enim, cum uiderit, fideles ſuos non habere fixum, et fundatum animum ſuper terras; ſed in tabernaculis quaſi quotidie E *migraturos habitare, non deſiderantes, quae terrena ſunt, nec umbram uitae huius quaſi poſſeſſionem propriam et perpetuam deputantes: ſed uelut in tranſitu poſitos, ad ueram patriam, unde egreſſi ſunt, ad paradiſi feſtiuitatem properare dicentes; aduenae ſumus et peregrini ſuper terram, ſicut omnes patres noſtri. Cum ergo ſic peregrinari ſe in mundo ſenſerint, et parati* F *ſunt cito tranſire, et extendere ſe ad anteriora, ut haereditatem capiant futurorum: Deus, in his laetatur, et diem feſtum agit ſuper eos.*

Hyperbole ingue ſcenda, et quae ſe ueterum autoritate tueri queat.

Haec nos de opuſculis tanti doctoris, qui in ea parte, qua presbyter, nemi- nem poſt apoſtolos habet aequalem, hic inſeruimus, ad commendandam ſacratiſſimae huius feſtiuitatis celebritatem, quae aliarum ſolennitatum mater eſt, et conuenientiſſime prima die ſeptimi menſis agitur; qui et in ueteri lege celeberrimus eſt, et in hoc nouae gratiae tempore natalitio, tam eximii patris *Aegidii*, qui ſingularis tribulantium portus et certum remedium eſt, decoratur.

Haec igitur iucundiſſima ſolennitas tanto ardentius omni deuotione ſpirituali colenda eſt, quando dulcius imaginem et umbram caeleſtis illius praefert dedicationis, ubi uerus pontifex Chriſtus, conſummato templo ſuo, quod ab origine mundi usque ad finem ſeculi, de uiuis atque electis conſtruit lapidibus, deſiderabilem et nunquam deficientem celebrat ſolennitatem; ad quam inſpirare, et omnibus cordis medullis anhelare cunctos eccleſiae filios haec tranſitoria commonet dedicatio.

Sed iam ad narrationis ordinem redeamus. Igitur audita, piiſſimus pater OTTO, filiorum ſuorum legatione, qua in *Calendis* Septembris dedicationem fieri unanimiter flagitabant, aptum quidem et rationabile hoc approbauit: ſed unum erat, quod conſenſum eius aliquantula contradictione retardabat: quia capellam beati *Aegidii* in hoſpitali a ſe conſtructam, et unice ſibi dilectam ſolita popularis concurſus ueneratione fraudari metuebat: nimirum cunctis in montem *S. Michaëlis*, tantae feſtiuitatis gratia inuitante, accurrentibus. Quapropter ſine uoluntate et petitione *Vdalrici*, religioſi eiusdem eccleſiae ſacerdotis, id ſe facturum negabat. Qui mox, urgente ſpirituali patre *Wigando*, qui haec omnia ſpeciali adminiſtrabat diligentia, epiſcopum adiit, et prudenti ratione dedicationem hanc capellae *S. Aegidii* in nullo officere, quin imo maiorem et reuerentiam, et cultum parturire affirmabat: cuius aſſertionem paſtor piiſſimus approbans, demum aſſenſit: et uenerabili *Wolframo* abbati fratribusque uniuerſis paterna dulcedine mandat, ſe deſideriis eorum, et in hoc, et in omnibus promptiſſima affectione pariturum.

Capella S. Aegidii.

Vdalricus ſacellanus S. Aegidii.

Appropinquante uero eadem ſacratiſſima die, ſummus arbiter, qui quos amat, corripit et caſtigat, hunc beatiſſimum patrem corporalis aegritudinis tam graui perculit moleſtia, ut, penitus fracta corporis uirtute, decumberet, omnemque propoſitae dedicationis intentionem poſtponeret. Quo audito, uniuerſi nimia moeroris anxietate percelluntur, cunctos nubes, et caligo triſtitiae inuoluit et, ut natura docet, capite uulnerato, caetera quoque membra dolore atteri, languorem pii paſtoris grex deuotus ſuum deputabat.

Aegritudo S. Ottonis.

Vnde quod ſolum in his erat remedium, toto ad Deum corde conuerſi, lacrymoſis ſuſpiriis cum oblationibus hoſtiarum et eleemoſynarum, ſalutem ei et ſoſpitatem caelitus imprecari non ceſſabant, donec proſpiciens de excelſo ſancto ſuo dominus clamores et gemitus pauperum ſuorum exaudire dignatus

Edit. Caniſii lib. 3. cap. 44. Preces pro ſanitate S. Ottonis.

eſt.

eſt. Illis enim tanta precum et uoto-A rum inſtantia diuinae aures clementia pulſantibus, quadam die pater amabilis, dum meridiano ſomno apud caſtrum *Bodenſtein* quieſceret, uidit ſpecioſum inuenem, qui reuera angelus Dei erat, lecto ſuo gratulabundum aſſiſtere, et magna iucunditate antiphonam; *in domum domini laetantes ibimus;* pſallere. Nec mora; expergefactus ſanum ſe et incolumen ſenſit ſtatimque, quod uiſio portenderet, intellexit. Et accerſito capellano ſuo * *Seufrido,* uiſionem expoſuit, eamque *Wulframo,* abbati, celeriter nuntiari, et omnia futurae dedicationi neceſſaria nauiter praeparari mandauit. Quo nuncio laetiſſimo, quaſi reſponſo diuinitus accepto, moeror in gaudium, luctus in laetitiam uerſus eſt, cunctique debita laudum praeconia, non ſono tantum oris, ſed et iubilo cordis, in coelum ferentes, tantae ſolennitatis iucunditatem ſpe flagrantiſſima praeſtolabantur.

Igitur anno domini M.C.XXI. indictione decima quarta, in Cal. Septemb. dedicatum eſt monaſterium *S. Michaelis* archangeli, in monte Babebergenſi, a uenerabili OTTONE, eiusdem ſedis octauo epiſcopo, in honorem praeſcripti archangeli ſanctique *Benedicti* abbatis, ſicut a primordio fundationis monaſterii definitum eſt.

Quando dedicatum nouum templum S. Michaelis.

* *Sefridus, ſeu Sifridus, qui S. Ottonis uitam ſcripſit.*

TABVLA TITVLORVM LIBRI SECVNDI IN VITAM ET PEREGRINATIONEM S. OTTONIS.

CAP. I. De epiſcopo Bernhardo, qui conuertendi gratia Pommeraniam adiit, ſed per eos turpiter eiectus, ad ſanctum Ottonem declinauit et poſtmodum pontificalibus depoſitis, monachus in monaſterio ſancti Michaelis factus eſt.

II. Qualiter ſanctus Otto per eundem Bernhardum inſtigatus, ut gentem Pommeranorum praedicationis gratia adiret; et de reuocatione eiusdem Bernhardi, per ſuos fratres facta, ad propria.

III. Quomodo ſanctus Otto licentiam euangelizandi Pommeranis impetrauit a papa Calixto; et de uiae ſuae ſocio ac profectione, usque ad ducem Bohemiae, Ladislaum.

IV. Qualiter Polislaus dux Poloniae ſanctum Ottonem excepit, ac de operibus ibidem per eum factis.

V. Quomodo ad Piriſcum caſtrum ueniens, ibi multos baptizauit.

VI. De muliere horribiliter deſuncta, quae feriare contempſerat.

VII. Qualiter ad urbem magnam Iulin peruenerit, et de periculo, quod in eodem loco pertulerunt.

VIII. Quomodo ſanctus Otto a quodam ruſtico grauiter percuſſus fuit.

IX. Qualiter ſanctus Otto Domizlaum ad fidem Chriſti adduxit.

X. De duabus matronis, ſanatis per ſanctum Ottonem ac poſtea baptizatis.

XI. Iulinenſes, audita fide Stetinenſium, a populo ſuo legatos honorabiles dirigunt, ac Chriſti fidem aſſumunt, et duo millia et centum quinquaginta ſex homines baptizantur.

XII. De feruore ſancti Ottonis, quem habuit in conuerſione infidelium, et de praedicatione ipſius.

XIII. Qualiter ſacerdotes idolorum ſancto reſiſtebant Ottoni ac idolum aureum, imaginem Triglawi furati ſunt, et cuidam matronae ſeruandam tradiderunt, quod poſtea ſanctus Otto callide recuperauit.

XIV. De inopinato incendio, in ciuitate Babebergenſi exorto.

XV. De Iulienſibus, *qui poſt reditum ad ſuos ciues baptizati ſunt.*

XVI. De legatione Babebergenſium ad S. Ottonem, ad reditum cohortantium.

XVII. De Wignando, *Tariſienſis coenobii abbate.*

XVIII. De reditu S. Ottonis ad ſedem ſuam.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De episcopo Bernhardo, qui conuertendi gratia Pommeraniam adiit, sed per eos turpiter eiectus, ad sanctum Ottonem declinauit, postmodum pontificalibus depositis, monachus in monasterio sancti Michaelis factus est.

IGitur senescente iam mundo et die seculi adueſperascente, cum diuinae pietatis dignatio Pommeranos, eatenus paganitatis errore depressos, splendore fidei illuminare decreuisset, iuxta quod scriptum est, *in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium*: idoneum eis uerbi ministrum, scilicet pium Ottonem episcopum, destinauit. Hic enim totus lucrandis animabus inuigilans, amplificatus est quasi stella matutina in medio nebulae, et ut luna plena in diebus suis lucebat, ac ueluti sol resurgens inter suos collegas episcopos emicuit. Huius autem apostolatus quae fuerit occasio, scire uolentibus aperiam, sicut ex ore serui Dei *Vdalrici*, sacerdotis ecclesiae beati Egidii, quam idem pius Otto construxit, audiui. Cuius reuerendae maturitati et spectatae coram Deo et hominibus fidei, ita me necesse fuit credere, ac si propriis oculis ea, quae dicebat, uidissem. Aiebat ergo, quia episcopus quidam mirae sanctitatis et scientiae fuit, *Bernhardus* nomine, Hispanus quidem genere, sed Romae ad episcopatum electus et consecratus. Hic aliquanto tempore heremiticam uitam cum aliis seruis Dei duxerat, sed deposito Romae quodam erroneo episcopo, ipse nutu diuino raptus ex heremo, ei subrogatus est. Qui cernens ecclesiam suam horrendo schismate laniari, quia pars una sibi, pars altera deposito sauebat, ut uir prudens et doctus, *in scissura mentium Deum non esse*, perpendens: cedendum tempori et diebus malis intellexit, curaque pastorali deposita ad heremum regredi cogitabat, tanquam et ipse cum Athanasio diceret: *Si propter me est tempestas ista, tollite me et mittite in mare.* Audiens uero Pomeraniam adhuc gentilitatis errori deditam, zelo pietatis armatus illuc euangelizandi gratia diuertit, cupiens aut illos ecclesiae catholicae per fidem incorporare, aut per martyrii gloriam ibidem pro Christo occumbere. Erat enim uitae praesentis contemptor, suique corporis acerrimus castigator, ita ut arido parcoque cibo contentus, nullo unquam potu, nisi sola aqua uteretur. Veniens itaque ad ducem Poloniae, honorifice ut seruus Dei excipitur. Cumque itineris sui causam exposuisset, dux benigne respondit: *Se quidem ardori tam sanctae uoluntatis eius congratulari; sed tantam gentis illius esse ferocitatem, ut magis necem ei inferre, quam iugum fidei subire, parata sit.* Cui episcopus constanter aiebat, *ad hoc se egressum, ut mortis sententiam pro Christi amore, si necesse fuerit, indubitanter excipiat.* Quo responso dux admodum exhilaratus, interpretem ei et uiae ducem, ut petebat, tribuit, imprecatus ei prospera diuinitus subministrari. Ille autem humilitatis ac paupertatis suae etiam in episcopatu custos; sciebat enim, *regnum diaboli non potentia, sed humilitate Christi destructum*, et quia affatim dives est, qui cum Christo pauper est: despecto habitu et nudis pedibus urbem Iulin ingreditur, ibique constanter fidei catholicae semina spargere coepit. Ciues autem ex ipso eum habitu despicientes, utpote qui non nisi secundum faciem iudicare sciebant, *quis esset uel a quo missus*, inquirunt. At ille *seruum se ueri Dei factoris caeli et terrae profitetur, et ab eo se missum, ut illos ab errore idololatriae ad uiam ueritatis reuocat.* Illi uero indignati, *quomodo*, inquiunt, *credere possumus, te nuncium summi Dei esse, cum ille gloriosus sit et omnibus diuitiis plenus; tu uero despicabilis et tantae paupertatis, ut nec calceamenta habere possis? Non recipiemus te, nec audiemus; summus enim Deus nunquam tam abiectum nobis legatum dirigeret; sed, si ueuera conuersionem nostram desiderat, per idoneum et dignum suae potestati ministrum nos uisitabit; Tu uero, si uita tuae consultum esse uolueris, quantocyus ad locum, unde digressus es, reuertere, nec ad iniuriam summi Dei missum eius te profitearis, quia pro sola tuae mendicitatis inopia releuanda huc migrasti.* Bernhardus autem intrepidus, immo illato sibi terrore constantior, *si uerbis meis*, inquit, *non creditis, uel operibus credite. Domum quamlibet uetustate conlapsam et nulli usui aptam igni immisso succendite, meque in medium iactate et si domo flammis absumpta ego illaesus ab igne apparuero; scitote me ab illo missum, cuius imperio et ignis et omnis simul creatura subiecta est et omnia simul elementa famulantur.* His auditis, sacerdotes et seniores plebis, multam inter se conquisitionem habentes, aiebant: *iste infamis et desperatus est, nimia cogente inopia mortem appetit, morti se ultro ingerit, sed et argumentosa nos cir-*

Bernhardus ex eremita fit episcopus,

sed abdicato episcopatu

Pomeraniam adit

mortem pro Christo subire paratus:

ubi ab formam humilem

contemnitur,

ad missionem suam miraculo probare non dubitat.

circumueniens nequitia repulſionis ſuae a nobis uindictam exgit, ut ſine noſtro non moriatur exitio, quia ſcilicet una domo ſuccenſa totius urbis interitum ſubſequi neceſſe eſt. Vnde cauendum eſt nobis, ne hominem ueſani capitis audiamus. Non enim expedit nobis peregrinum nudipedem interficere, quia et fratres noſtri Prucenſes *ante annos aliquos* Adelbertum *quendam, ſimilia huic praedicantem, occiderunt, „et ex eo omnis preſſura et calamitas ap- „prehendit eos, totaque ſubſtantia eorum „ad nihilum redacta eſt; ſed ſi conſultum „nobis eſſe uolumus, ſine iniuria eum a „finibus noſtris eliminemus, nauique impo- „ſitum ad alias terras transmigrare faciamus.* Interim uero ſeruus Dei Bernhardus, amore martyrii flagrans, correpta ſecure, columpnam mirae magnitudinis, *Iulio Caeſari*, a quo urbs Iulin nomen ſumpſit, dicatam, excidere aggreſſus eſt. Quod pagani non ferentes, accenſis animis irruunt ſuper eum, crudeliterque caeſum ſeminecem reliquerunt. Sed illis abeuntibus, ſeruus Dei Bernhardus, accurrente ad eum capellano ſuo, *Petro* nomine, ac manum ei dante, ſurrexit reſumptisque uiribus iterum populo uerbum ſalutis annunciare exorſus eſt. Sacerdotes uero de medio plebis eum uiolenter abſtrahentes, cum capellano et interprete ſuo nauiculae impoſuerunt dicentes: *Quandoquidem tanta tibi praedicationis ineſt auditas, praedica piſcibus maris et uolatilibus, et caue, ne ultra fines noſtros attingere praeſumas, quia non eſt, qui recipiat te, non eſt usque ad unum.* Bernhardus autem iuxta mandatum euangelicum, *excuſſo in eos puluere pedum*, ad ducem Poloniae reuertitur, euentuumque ſuorum non ſine lacrymis retexit hiſtoriam. Cui ille, *nome*, ait, *dudum praedixeram, Pomeranos fidem minime recepturos? Non ergo amplius caninam eorum attemptare uelis dementiam, quia profani ſunt et uerbo ſalutis indigni.* At epiſcopus, *animales*, inquit, *ſunt et ſpiritualium penitus ignari donorum, ideoque hominem non niſi exteriori habitu metiuntur. Me quidem pro pauperratis meae tenuitate abiecerunt; ſed ſi potens quis quam praedicator, cuius gloriam et diuitias reuerentur, ad eos acceſſerit, ſpero illos iugum Chriſti ſponranee ſubituros.* Dux igitur ſeruum Dei debita apud ſe reuerentia per aliquot dies repauſans, cum ei temporalis uitae praeberet adminicula, ab eius ore in ſuo pectore alimenta referebat uitae. Interim *curiale colloquium* in ciuitate Babebergenſi factum eſt, ubi conuenientibus regni principibus et ipſe Deo dignus aduenit *Bernhardus* epiſcopus, cunctisque doctrinae et ſapientiae ac ceterarum uirtutum culmine mirabilis apparebat. Nam et uenerabilis *Heumo* presbyter canonicus ſancti Iacobi, qui multa nobis ingenii ſui monimenta reliquit, ab eodem Chriſti ſeruo multa didicit de arte calculatoria, quae prius apud uulgatos computiſtas obſcura et intricata, ne dicam falſata inuenerat. Sed et de annis ab origine mundi usque ad paſſionem Chriſti, ac deinde de annis domini usque ad noſtrum tempus, diligenter cum eo contulit, quoniam ſupputationem eorum ſecundum uulgatos chronographos Euangelicae ueritati et autoritati nullo modo concordare ſciebat. Vnde et ipſe uenerabilis frater noſter Heumo, mirabilium editor operum, in prologo cuiusdam libri ſui de Bernhardo ſcribens, inter cetera ait: *Benedictus Deus omnipotens, quoniam per hominem illum praeſtitit mihi multa audire et diſcere, quae prius ignorabam, non tantum de chronica ſupputatione, ſed et de myſteriis et rationibus paſchalis obſeruantiae, immo de omni inter nos oborta quaeſtione.* Vdalricus etiam, religioſus ſancti Egidii ſacerdos, cui uir Dei Bernhardus familiaritatis ſuae gratiam praeſtabat, requiſitus ab eo, de ordinis et conuerſationis noſtrae qualitate reſpondit: *priſcam quidem coenobii huius conſuetudinem remiſſam et irreligioſam ſecundum ordinem Amberbacenſium fuiſſe, ſed a beato praeſule Ottone, per dilectum patrem noſtrum Wolfframmum decimum huius loci abbatem, ſpiritualem et Deo acceptum ordinem Hirſaugienſium hic inſtitutum, et ex eo per gratiam Dei tantam in coenobio hoc monachilis propoſiti excreuiſſe perfectionem, ut Chriſti bonus odor ſit in omni loco.* His auditis Bernhardus epiſcopus palmas utrasque ad caelum expandens, domino cum lacrymis gratias agebat, et ſummo deinceps affectu locum hunc excolebat! Nam et in conuentu ffratrum, depoſitis pontificalibus indumentis, habitum monachilem ſuſcepit, et paternis conſiliis tantam memoriali Wolfframmo abbati aedificationem conferebat, ut non modicas Vdalrico ſacerdoti gratias ageret, quod tam deſiderabilem ſibi uirum inſinuaſſet. Hic etiam inter alia pietatis et prudentiae conſilia frequenter adhortari ſolebat, *ut, ſi quando paſtor hic eligendus eſſet, aſſiduis orationibus et ieiuniis idoneam nobis a Deo reuelari perſonam flagitaremus, et non alium, niſi diuina reuelatione declaratum, utilitatibus noſtris per omnia profuturum* ſciamus.

a Pomeranis reiectus,

ad Boleslaum redit

Heumonem erudit,

et monachum induit.

CAPVT II.

Qualiter ſanctus Otto per eundem Bernhardum inſtigatus, ut gentem Pommera-

norum praedicationis gratia adiret, et de reuocatione eiusdem Bernhardi per suos fratres facta ad propria.

Idem Bernhardus S. Ottonem,

AGnito itaque pius Otto sanctitatis eius rumore celebri, et insolito his diebus ad paganos praedicationis feruore, debita eum ueneratione excipiens, omnem peregrinationis suae historiam et statum Pommeranicae gentis curiose scisitabatur. Quibus expositis, Bernhardus sentiens, pium Ottonem ad omne opus bonum paratum, uerbis suasoriis tanquam oleum igni adiiciens ait: *Ego quidem, pater honorande, memor uerbi domini, discipulos ad praedicationem mittentis*, nolite portare sacculum atque peram neque calceamenta, *tanta paupertatis abiectione opus euangelii aggressus sum, ut nec calceamentis uti uoluissem. Sed gens illa nimiae dedita insipientiae ueritatisque penitus ignara, cernens tenuitatis meae et habitus despectionem, non pro amore Christi, sed pro sola inopiae necessitate, me illo migrasse credidit. Ideoque uerbum salutis ex ore meo audire contemnens repulit. Vnde necesse est, ut, si tu, pater amande, lucrum aliquod in brutis barbarorum pectoribus agere uolueris, assumpta cooperatorum et obsequentium nobili frequentia, sed et uictus ac uestitus copioso apparatu, illuc tendas, et qui humilitatis iugum effrenata ceruice spreuerunt, diuitiarum gloriam reueriti colla submittent. Cauendum est etiam, ne quicquam de bonis eorum appetas, sed, si oblatum quid fuerit ab eis, maiora quam acceperis restituas, ut per hoc intelligant, te non turpis lucri gratia, sed solo Dei amore opus euangelii subiisse. Confortare igitur et esto robustus, tu enim maximam populi multitudinem in ueram repromissionis terram introduces. Nec te labor arduus et insolidus deterreat, quia quanto pugna difficilior, tanto corona erit gloriosior.* His beati uiri monitis, sicut ferrum inflammatur ab igne, ita cor pii Ottonis succensum est, ut nihil carius haberet, quam arctam peregrinationis huius pro Christo subire angariam. Bernhardus autem a fratribus suis eremitis per multa terrarum spatia requisitus et uix tandem apud nos inuentus, cum gaudio et admiratione magna ab eis in locum suum reductus est. Hac igitur occasione pius Otto Pommeraniam euangelizandi gratia adiit. Sed quo ordine, uel quem illis fructum fecerit, consequenter, Deo fauente, explicabimus.

ad iter in Pomeraniam suscipiendum hortatur,

ad fam reuertitur.

CAPVT III.

Quomodo sanctus Otto licentiam euangelizandi Pommeranis impetrauit a papa Calixto, et de uiae suae sociis ac profectione usque ad ducem Bohemiae Ladislaum.

SCiens ergo omnia quae in domo sunt, sine dispositione summi patris familias nihil esse, opus tam arduum nullatenus *absque Romani pontificis auctoritate* inchoandum praeuidit. Ideoque missis ad apostolicum *Calixtum* honorabilibus legatis, licentiam euangelizandi Pommerannis impetrauit. Igitur ipso tempore ecclesiam sanctae Walburgae uirginis, in Altenburgensi monte, dedicauit, ibique primum *Vdalrico* sacerdoti religioso uoluntatem suam, quam ad paganos eundi fixam habebat, aperuit dicens: *Quamuis diuersa mihi in his partibus tam publica quam priuata incumbant negotia, caritas tamen Christi urget me, ut ad propagandam nominis eius gloriam difficilem ad Pommeranos peregrinationis angariam incunctanter aggrediar, et aut idololatras ad ueram fidei callem pertraham, uel ipse morti pro eo, qui hanc innocens pro nobis excipere dignatus est, succumbam. Vnde inprimis agendum est mihi, ut eiusdem feruoris et constantiae socios et cooperatores assumam, qui calcata spe seculi ad mortem, si ingruerit, pro Christo subeundam parati sint. Ad quod praecipue te, frater compresbyter carissime, idoneum esse censeo, nec non et Werinherum, sacerdotem de Erenbach, uirum sapientia et pietate ornatum, Adelbertum quoque, linguae barbaricae sciolum, interpretem habere possumus. Septem ergo dierum inducias super hoc accipiens ad instar boni athletae animum tuum compone, et post haec, quicquid Spiritus sancti inspiratio cordi tuo dictauerit, mihi responde.* Ad haec Vdalricus, paululum quidem intra semetipsum deliberans et intimo diuini amoris igne succensus, ait: *Iam septem dierum inducias, pater mi, aestimo transisse, et quod tunc a me auditurus esses, nunc quoque, ut desideras, accipe. Nam ut uerbis beatissimi apostolorum principis loquar; tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire.* Quibus auditis, pius Otto cum lacrymis gratias agens, *nunc*, inquit, *laetus arduum hoc opus aggrediar, quia gratia Spiritus sancti cor tuum tetigit, et tam ardenter id ipsum accendit. Notum itaque tibi facio, quia ecclesiam sanctae Fidis nuper a me constructam, celerius consummare ac dedicare statui, eo quod incertus sit reditus meus, statimque completa dedicatione opus euangelii indubitanter uolo aggredi. Interim uero accepta a me pecunia, uestes et necessaria quaeque tibi compara, quia ad suggestionem beati uiri Bernhardi, non cum tenuitate, sed abundantia, tam uestium quam uictualium, Pome-*

Impetrata pontificis auctoritate

S. Otho socios itineris adsciscit

Digitized by Google

mernoos adire nos oportet, ne cum pauper-
tatis angustias in nobis deprehenderint, non
zelo iustitiae, sed pro inopiae releuandae
necessitate, illo nos migrasse cauillentur, et
uerbum salutis refutantes a finibus suis nos
eiiciant, sicut et illum Dei famulum abie-
cerunt, sed et seruum tibi quemlibet fide-
lem et industrium in ministerio prouide,
quem huic labori aptum esse cognoueris.

praecipue Sifridum

Tunc Vdalricus, *est*, inquit, *adolescens*
officio clericus, nomine SIFRIDVS, inge-
nio acutus, strenuus et fidelis, qui etiam
chartis in itinere, cum necesse est, scriben-
dis promptus et impiger erit. Hunc meo
iudicio idoneum huic peregrinationi, tuae,
pater, dilectioni offero. Quod pius Otto
gratanter suscipiens, *recte*, ait, *iudicasti:*
Hic deinceps praecipuum, inter familiares
meos, te suggerente, locum obtinebit. Post
haec igitur dedicata sanctae Fidis eccle-
sia, et uiae sumptibus aggregatis, cum
proficiscendi tempus instaret, Vdalri-
cum seruum Dei repentina febris inua-
sit. Ancillae etenim Christi *Berchrada*

Vdalrico aegro rebdo

et Wenzelmut, cum aliis, quibus ille Deo
acceptus sacerdos, in loco Babenber-
gensi, ucrbis et exemplis irreprehensibi-
liter praeerat, assiduis ad Deum preci-
bus et lacrumis hic eum detinuerant,
quorum procul dubio uocibus diuinae
aures clementiae patebant, quia et tem-
pore ei in suis praeceptis deuotissime
obaudiebant. Sed pius Otto aegritu-
dine eius plus quam credi potest con-
tristatus, triduoque ultra condictum
tempus propter eum in ciuitate Baben-
bergensi demoratus, cottidie eum tam
per se, quam per suos familiares, uisita-
bat et, si qua sanitatis indicia adessent,
paterna solicitudine explorabat. Ve-
rum non cessantibus doloribus, immo
cottidiana Dei nutu incrementa capi-
entibus, uir Dei electum suae peregri-
nationis comitem non sine graui moe-
rore aegrum relinquens, iter cum suis

ad iter se accingit

aggressus est, *Sefridum* tamen, bonae in-
dolis adolescentem, pro amore pii nu-
tritoris Vdalrici, in comitatu suo admit-
tens, intimae dilectionis uisceribus ex
tunc et deinceps eum souere non de-
siit. Veniens autem ad coenobium
Michelfeldense nouiter a se constructum,
orationibus et eleemosynis pro sanita-
te intimi sodalis uigilantius instabat,
iterumque triduo in eodem loco subse-
dit, crebra seruum Dei legatione com-
pellans, *ut, si qua Deo mserante uirtus*
corporis sucrescerct, illic sibi nauiter oc-
curreret. Sed illo in continuae aegri-
tudinis molestia perseuerante, pius Ot-
to se beato *Iohanni* apostolo eiusdem
monasterii patrono attentius commen-
dans, iter quod ceperat, aggressus est.

clerum Bambergensem

Multi autem de clero et familia Baben-
bergensis ecclesiae nimio piissimi patris
sui amore deuincti ad locum Michelfel-
densem eum fuerunt prosecuti, cupien-
tes uel tantillo tempore amabili eius
praesentia et doctrina suauissimae desi-
derabili eloquentia recreari. Quos il-
le monitis salutaribus *ad pacis et unani-*
mitatis fraternae concordiam accendens,
uberibus paternae consolationis reficie-
bat, dicens inter alia: *Quia pro amore*

ad concordiam hortatur,

Christi arduam peregrinationis huius an-
gariam subire et lucrum aliquod, in reno-
tis barbarorum finibus, propagare desidero,
pacem relinquo uobis, pacem iterum atque
iterum inculcans commendo uobis. Si er-
go quam magna sit pacis uirtus attenditis,
quo a uobis colenda sit studio cognoscitis.
Hanc quippe dominus et redemptor noster
ad passionem mortis iturus, uelut unicum
et speciale pignus discipulis suis relinque-
re ac dare dignatus est, ut eos qui sibi fir-
mitate fidei cohaerebant, per hanc illi pia
faceret participatione consortes. Scri-
ptum namque est: beati pacifici, quo-
niam filii Dei uocabuntur, *Quisquis*
ergo patri suo heres esse desiderat, filius
existere pacem custodiendo non renuat;
nam qui locum praebet discordia, ipse pro-
fecto tanti se muneris exortem constituit.
Si qua ergo diuini amoris aemulatio, si
qua in uobis meae humilitatis est affectio,
pacem sectamini cum omnibus domi foris-
que cum domesticis et extraneis ea quae
pacis sunt et caritatis agite, hospitalita-
tem intimo piae uoluntatis annisu excoli-
te, prouidentes bona non tantum coram
Deo, sed et omnibus hominibus. Haec et
his similia triduo eis inculcans, tandem
uelut ultra non uisuris ualefaciens, Chri-
sto attentius commendabat, et non si-
ne lacrumis paternum amorem testan-
tibus ad locum suum remisit. Ipso au-

qui discedentem cum luctu comitatur

tem uiam propositae peregrinationis
aggrediente, quae lingua explicare ua-
leat, quantus omnium filiorum eius
ploratus, quam incredibilis sit exortus
gemitus! Quia enim uinculo perfectio-
nis, quod est caritas, cum eo fuerant
arctius uniti, flebant unicum patrem,
quasi cor a uisceribus euelli, et tanquam
funus amantissimi nutritoris ad tumu-
lum deferrent. Ita cum luctu et mise-
rabili planctu eum deducentes, extra lo-
cum Michelfeldensem prosequebantur,
cum quidem ille conuersus ad eos
pastorali auctoritate et sacerdotali gra-
uitate, quantum poterat, flentes conso-
lari satageret. Itaque egressus cum no-
bili suo comitatu, sequenti die ab illu-
stri uiro *Gebehardo Waldekkendensi ad*
dedicandam ecclesiam suam inuitatus
est, quam summa deuotione et debita
diuinae seruitutis celebritate consecra-
uit. Procedens inde aliam dedicauit
ecclesiam, scilicet *Vohendrecetensem*, in
episcopatu uenerabilis *Hartwici Ratis-*

bonenſis epiſcopi, nimirum *ipſius permiſ-*A *ſu* et rogatu, ubi multitudo copioſa plebis ad ſex millia uel amplius computata ei occurrens, ſacrae *confirmationis* gratiam ſuppliciter ab eo flagitabat. Quam deſiderata manus eius impoſitione conſecuta, mox mirum in modum gratulari coepit in domino, et pro longiturna tanti patris uita proſperoque peregrinationis eius curſu enixius diuinam exorare clementiam. Fuit enim in ſumB ma apud Deum et homines gratia, ita ut cuncti ad uidendum eius reuerendam caniciem, uelut angelicam faciem ſitibundo pectore properarent, et non ſolum uenerabiles manus aſſidua eleemoſynarum largitate ſanctificatas, ſed et ueſtigia eius exoſculari ſummopere gauderent. Poſt haec ad *Cladereneuſe* coenobium ueniens, honorifice illic cum ſuis exceptus eſt. Nam et dux Bohemiae C *Ladislaus* honorabiles legatos ſuos illuc in occurſum pii patris praemiſerat, qui ei debita deuotionis reuerentia obſequerentur ac ducatum praeberent, usque dum in prouinciam ducis ad ciuitatem *Pragam* uenit. Vbi dux cum diuae memoriae *Megenhardo*, eiusdem urbis epiſcopo, omnique clero et populo officioſiſſime eum excipiens magna ei donaria obtulit, quae ipſe in uſus pauperum delegauit. Idem uero electus Dei D pontifex Megenhardus ſingularem familiaritatis gratiam cum pio Ottone iam dudum habuerat, ita ut pro amore eius etiam hunc locum, quem illi maxime dilectum nouerat, miro affectu excoleret, beneficiis magnis accumularet, perpetuamque hic anniuerſarii ſui memoriam, ut hodieque apparet, fideli deuotione diſponeret. Progreſſus itaque pius E Otto abbatiam *Setzkeam* petiit. Inde ad *Albeam* diuertit, in quibus locis dux Ladislaus certas ei manſiones usque ad terram Poloniorum conſtituerat. Ibi quoque legati uenerabilis Polizlai ducis Poloniorum nouo noſtri temporis apoſtolo occurrerunt et commeatum uictumque usque ad *Gnezenſem* metropolim habundanter exhibuerunt. Venit F ergo ad epiſcopatum *Bretlaenſem*, ubi honore debito ſuſceptus biduo manſit, Tertia die *Pozenaenſem* epiſcopatum adiit. Vnde digreſſus per loca contigua fidei et pietatis ſpargens ſemina, uix intra quatuordecim dies ad *Gnezenſem* eccleſiam, quae metropolis eſt Poloniae, acceſſit.

Obuius habet legatos Bohemiae ducis.

CAPVT IV.

Qualiter Polislaus, dux Poloniae, ſanctum Ottonem exceperit, ac de operibus ibidem per eum factis.

POlislaus ergo dux, comperto uiri Dei aduentu, flere caepit prae gaudio, moxque egreſſus cum omni G clero et populo dilecto, patri nudis pedibus occurrit, tantaque eum deuotione excepit, ut etiam filios ſuos lactentes illi obuios portari et ueſtigia eius exoſculari iuberet, ſacraque eius benedictione per manus impoſitionem confirmari cum lacrumis expeteret. Erat enim dux ipſe magnae in Chriſti eccleſia reuerentiae, amator pauperum et piiſſimus inopum conſolator, humilitatis et caritatis uirtute omnibus amabilis, congregationibus fidelium et domiciliis ſanctorum magis quam urbibus exſtruendis operam dare ſolitus. Qui deſideratiſſimum ſibi patrem Ottonem per tres hebdomadas in epiſcopatu Gnezenſi ſecum detinuit, in domo Iacobi praepoſiti maioris eccleſiae, qui poſtea epiſcopus factus eſt, ut et doctrinae eius ſuauitatem deguſtaret, et oportuna quaeque ſumptuum, ad iter illud neceſſariorum, ei prouideret. Egreſſus autem pius Otto inde *a Gnezenſi* eccleſia furtum quoddam in proxima uilla incurrit, quod mox edicto Polislai ducis recuperauit. Ibi etiam comites eius *Heroldus* et *Godeboldus*, accepta benedictione, ad ſua rediere. Poſthaec Deo gubernante proſpero itinere usque ad fines Poloniorum proceſſit. Cumque ad caſtrum quoddam, quod *Vzda* nominatum eſt, quod eſt in confinio utriusque terrae, cum ſuis ueniſſet, comes *Paulus*, ductor eius, praemiſit nuntios ad *Wortizlaum* Pommeraniae ducem, qui ſeruum Dei Ottonem fama apud eos celeberrima uulgatum fines ſuos euangelizandi gratia adire, inſinuarent, cui tam pro ſuae ſanctitatis reuerentia, quam et auctoritate apoſtolici domini Calixti, cuius miſſus erat, omni deuotione occurrerent et monitis eius ſeu praeceptis per omnia obtemperarent. Quo mandato Wortizlaus accepto, in caſtro *Zitarigroda* nuncupato ei occurrit, honorifice illum ut angelum domini excipiens. Cui pius Otto pacem Chriſti offerens, dona etiam more ſuo obtulit, hoc eſt ſedem epiſcopalem pallio obductam et dorſale precioſum, cum aliis muneribus, ut temporalibus illum donis ad amorem caeleſtium facilius attraheret. Barbari autem inſtinctu inimici et ſatellitum eius, uidelicet ſacerdotum ſuorum, crudeli impetu ſuper famulos Chriſti irruentes, mortem eis minari caeperunt. Quo uiſo, dux admodum contriſtatus cum ſuis accurrit, eorumque defenſioni uiriliter inſiſtens, exterritos et paene iam deſperatos non minime conſolatus eſt. Sed et legatos ſuos

a duce Polislao honorifice excipitur

ut et a duce Pomeraniae Wortizlao

uitae tamen periculum incurrit,

pio

pio Ottoni assignauit, qui per defertum magnum, quod imminebat, continuato septem dierum spatio, eum transduxerunt: ubi grande uenenatorum animalium periculum incurrerunt, sed Deo protegente illaesi euaserunt. Et post haec ad stagnum quoddam uentum est, ubi occurrentibus sibi Pommeranensibus, quorum Deus corda tetigerat, et ultro fidei ac lauacri salutaris gratiam expetentibus flens prae gaudio primitias noui gregis ouili Christi adiecit. Altera die ad uillam proximam diuertit, ibique plures domino cooperante fecundae natiuitatis sacramento initiauit.

CAPVT V.

Quomodo ad Piriscum castrum ueniens ibi multos baptizauit.

Pirisenses TErtia die ad *Piriscum*, castrum primum Pomeraniae, uenit, ubi ciues ad fidem exhortans, quatuordecim diebus sedit, eis nimirum *abnuentibus et seruum Dei ad alia migrare loca facientibus, seque nouam hanc legem, sine primatum et maiorum suorum consilio, aggredi non posse testantibus.* Tandem pio Ottone assiduis pro saluatione eorum precibus incubante, Spiritu Dei, *qui ubi uult spirat, et cui uult miseretur*, tacti assenserunt, et iugo fidei colla submittentes baptizati sunt, *quot quot erant praeordinati ad uitam aeternam.* Itaque in natiuitate sancti Iohannis baptistae ad castrum magnum *Gamin* dictum, ubi sedes ducis est, peruenit. Ubi multum tempus, id est quatuordecim ebdomadas uel amplius residens, *ecclesias* de *ramis arborum*, ut nouella tunc plantatio exigebat, construxit et ipse quidem infantes, cooperatores autem sui uiros et mulieres ad Christum confluentes baptizabant. Illis ergo in *catechizatione* requisitum est a mulieribus, quod infantes necassent; nam crudelitate paganica puellas necare et mares reseruare solebant, et pro hoc scelere specialis paenitentia eis iniuncta est, singulariter ergo uiri, singulariter feminae sacro abluebantur fonte obpansis, ut oportunum erat, circa baptisterium uelis, tanto ab inuicem spatio semoti, ut nulla scandali alicuius occasio hinc oboriri posset.

et Gaminenses

lubricantur.

CAPVT IV.

De muliere horribiliter defuncta, quae feriare contempserit.

S. Othonis doctrina miraculo confirmata.

AD confirmandam uero pii Ottonis praedicationem caeleste prodigium non defuit, quod consequenter hic inferi ordo relationis exigit. Nam in eodem castro *Gamyn* mulier quaedam nobilitate et diuitiis praepollens, sed inimici suasionibus seducta, piissimi apostoli doctrinam pro nihilo habebat et uerba eius postponens sequi nolebat. Vnde inter alia contemptus et transgressionis indicia dominica die, cunctis feriantibus, ipsa in agrum egressa metebat et, reclamante ac prohibente familia, irreuerenti et infronito animo cepto operi instabat. Sed pius dominus, qui praedicatoribus suis polliceri dignatus est, dicens, *qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit*, euidenti miraculo ad correctionem aliorum despectionis huius uindex et castigator factus est. Nam dum mulier infelix pertinaciter nefario operi incumberet ac familiae suae, quae circa eam adiuuare negligeret, tumida comminatione exprobraret, subito collapsa retrorsum dicto citius exspirauit, magnumque astantibus horrorem incussit, moxque a familia plangente et ululante loculo imposita, per omnem ciuitatis ambitum, cum lamentabili exequiarum celebratione circumferebatur, cunctisque tam manifestum Dei iudicium pertimescentibus uniuersi in fide et religione Christiana magis ac magis confirmabantur.

CAPVT VII.

Qualiter ad urbem magnam Iulin peruenerit et de periculo, quod in eodem loco pertulerunt.

Iulinenses feri mores

PRogressus itaque apostolus Pomerannorum, uenit ad urbem magnam *Iulin*, ubi Odora fluuius praefluens lacum uastae magnitudinis ac latitudinis facit, illicque mare influit. Ciues autem loci illius crudeles erant et impii. Vnde et pius praedicator magno illuc capitis sui periculo ingressus, certam mortis exspectationem cum suis omnibus habebat. Mos autem est regionis illi, ut princeps terrae in singulis castris *propriam sedem* et mansionem habeat, in quam quicunque fugerit, *tutum ab inimicis asylum* possidet. Illuc ergo pius Otto ingressus, orationibus et lacrymis pro conuersione gentis Pomeranicae instabat, sed incassum. Nam urbani calice furoris Dei misere debriati, audito seruorum Dei aduentu, sequenti die primo diluculo, super eos armata manu irruerunt, et fustibus ac lapidibus impetentes, expellere nitebantur, dicentes: *in uanum eos ducis mansionem irrepsisse, quasi illic pacem habituri essent; cum subuersores patriae ac legum antiquarum extranei ab hac pacis conditione Deorum suorum edicto censerentur.* Vix ergo

go intetuentu ac ſuffragio ducis, poſt multimodas iniurias, uiui euaſerunt et, extenſis ante caſtrum tentoriis, ſeptem diebus illic morabantur, cottidie per internuntios utriusque ducis, id eſt, *Polizlai et Wortizlai* requirentes a Iulinenſibus, *ſi fidei Chriſtianae iugum ſubire deliberaſſent.* Sed illi prauo ſacerdotum ſuorum conſilio ſeducti, nullatenus ſanae doctrinae praeconem recipere uolebant, quin immo de finibus ſuis cum ignominia eum perturbantes, ad Stetinenſes ire compulerunt.

et pertinacia

CAPVT VIII.

Quomodo ſanctus Otto a quodam ruſtico grauiter percuſſus fuerit.

Ruſtici furor

ACcidit quoque in eodem loco ſeruum Dei grauem et ſuo nomine indignam ſubire iacturam, quae illi maiorem apud Deum retributionis aeternae pariebat gloriam. Nam ruſticus quidam, filius perditionis, in ſyluam, ad ligna praecidenda, ierat, rediensque cum plauſtro lignis onuſto, uiro Dei occurrit in loco, ubi magna caeni profunditas inerat, et nimia furore armatus ueſania, inſtinctu poſſidentis eum ſatanae, arrepto ualidiſſimo ligno, caput ſerui Dei perfringere et cerebrum eius excutere uiſus eſt. Sed domino pium Ottonem ad multorum aedificationem conſeruante, neſandus ille homicida ſanctum eius uerticem attingere non potuit, ſed ingentem ei inter ſcapulas ictum dedit, ita ut pronus in caenum laberetur, caputque illud, reuerenda canitie honorandum, cum toto corpore luto faetidiſſimo turparetur. Sed et cooperator eius fidelis, *Hyltanus* nomine, cum ei praeſidio eſſe uoluit, et ipſe grauem pro defenſione ueritatis in brachio ictum ſuſcepit. Seruus autem Chriſti e luto ſubleuatus, gratias pro contumelia agebat dicens: *Gloria tibi domine, quia, et ſi amplius non erit, ſaltem unum pro amore tuo ictum accipere merui.* Verum uſquequaque non deſetuit Deus famulum ſuum, pro nomine eius tanta diſcriminis acerbitate laborantem, quin immo defenſorem illi adiutorem in oportunitatibus in tribulatione illuſtrem uirum, nomine *Nedamirum*, deſtinare dignatus eſt. Erat enim ipſe Nedamirus diuitiis et potentia inter ſuos opinatiſſimus, antea quidem in Saxonia baptizatus et occulte chriſtianus. Hic omnem pio Ottoni exhibebat humanitatem et defenſionem, et abeuntem magna deuotionis reuerentia profecutus, tres naues non modicas, uictualium copia oneratas, hilariter praebuit, et ducatum ei ad urbem Stetinenſem, usque

erga S. Othonem

et Hyltanum

Nedamiri pietas erga eosdem.

in arcem ducis, officioſe ſatis exhibuit, ipſeq; per noctem ad ciues ſuos Iulinenſes clam rediit. Apoſtolus itaque Pomeranorum continuis nouem ebdomadibus in urbe Stetinenſi tuto in loco reſidens, diu multumque in opere Dei et uerbo praedicationis oportune, laborabat, tandemque DEI praeueniente clementia conuerſionem efferae gentis obtinuit, hac uidelicet occaſione.

CAPVT IX.

Quomodo ſanctus Otto Domizlaum ad fidem Chriſti adduxerit.

DOmizlaus quidam, corpore et animo ac diuitiarum copia, ſed et generis nobilitate inter Stetinenſes eminentiſſimus, tanto ab omnibus honore et reuerentia colebatur, ut nec ipſe dux Pomeraniae *Wortizlaus*, ſine conſilio et aſſenſu eius, quicquam agere praeſumeret, ſed ad illius nutum uniuerſa tam publica quam priuata diſponebantur negotia. Nam et pars maxima urbis Stetinenſis, quae *principatum omnium Pommeraniae ciuitatum* obtinens, quatuor montes ſuo ambitu incluſos habet, propinquis et affinibus Domizlai repleta erat, ſed et in aliis circumiacentibus regionibus tantam propinquorum turbam habebat, ut non facile quisquam ei reſiſtere poſſet. Sciens itaque pius Otto, utpote uir ſagaciſſimus, quia, ſi hunc fidei Chriſtianae cum propinquis ſuis ſubiiceret, omnis plebs exemplo eius attraheretur, toto conamine rhinocerotam hunc, ad arandum in agro domini, loco praedicationis alligare contendit. Sed quia durꝰ erat, nec facile conſtringi poterat, primum filios eius, abſente patre, fidei ſacramentis initiauit, matrem quoque cum filiis ouili Chriſti adiecit. Quo audito Domizlaus primo quidem grauiter indignatus, quod ſine uoluntate et aſſenſu eius haec acta eſſent, uelut alter Saulus perſecutionis crudeliſſimae auctor factus eſt, ita ut minis et terroribus ac conuiciis pium Ottonem aggreſſus, cum ignominia de finibus illis eliminare tentaſſet. Sed apoſtolo Pomeranorum genua ad Deum flectente et cum lacrymis orante, ut, *ubi abundauit iniquitas, ſuperabundaret gratia:* Domizlaus, timore ſcilicet et amore Dei tactus, tanquam et ei ſuperna uoce diceretur, *Domizlae, quid me perſequeris? Olim quidem debui perdere te, ſed Otto ſeruus meus orauit pro te:* repente de lupo in agnum, hoc eſt, de Saulo mutatus eſt in Paulum, et totus lacrymis infuſus, pio Ottoni humili adgeniculatione proſternitur, *indulgentiam ab eo et locum paenitentiae* flagitans. A quo benigne ſuſceptus et pater-

Domizlaus opibus et auctoritate floreus

filiorum exemplum facinus

conuertitur

terna benedictione consolatus secreta confessione innotuit, *se olim in Saxonia baptismi gratiam percepisse, sed astutia inimici, tanta diuitiarum mole in barbarica terra sibi accedente, fidem Christi inter idololatras seruare non potuisse.* Ex eo igitur, abdicato penitus omni gentilitatis errore, fidei, quam impugnauerat, ualidissimus propugnator factus est, mirumque in modum plus correctus profuit, quam errans laeserat, statimque omnis familia eius cum gaudio nouae regenerationis lauacro perfusa est, animae scilicet plus quam *quingentae.* Sed et propinqui eius et amici cū domestici suis, exemplo eius prouocati, fidem receperunt. Sicque factum est, ut, de die in diem crescente numero fidelium, tota ciuitas, cum adiacente prouincia, fugatis idololatriae tenebris, splendore fidei illuminarentur. Mansit itaque illic pius praedicator per instantem hyemem, baptismi gratiam confluentibus ad se populis tradens, *ecclesias* in locis oportunis construens, easque *ministris ac sacerdotibus* idoneis committens, omnique ornatu ecclesiastico diligenter instituens.

Cum tota familia.

CAPVT X.

De duabus matronis sanatis per sanctum Ottonem ac postea baptizatis.

SEd nequaquam silentio praetereundum, quomodo etiam miraculi attestatione dominus fidelem suum operarium, uiriliter pro se agonizantem, illustrare dignatus est, sicut ore prophetico praedixerat: *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum.* Matronae duae, adhuc errore gentilitatis irretitae, grauissima aegritudinis molestia detinebantur, ita ut omni membrorum officio destitutae, morti iam proximae uiderentur. Ad quas pius Otto accessit, uerbum salutis, prout capere poterant, annuntiauit et sancta spe de misericordia Christi praesumens, pollicitus est eis, *si credere et baptizari uellent, non solum animae sed et corporis medelam et integerrimam sanitatem.* Quod sine mora pollicentibus illis, seruus Dei oratione facta manus capiti earum impossuit, signo crucis et benedictione eas communiuit statimque fugatis doloribus pristinae sanitati sunt redditae et a duplici morte, hoc est corporis et animae, per orationes sancti praesulis absolutae, unda salutari cum gaudio magno sunt regeneratae multisque occasio salutis et conuersionis fuere.

CAPVT XI.

Iulinenses, audita fide Stetinensium, apostolo suo legatos honorabiles dirigunt ac fidem Christi assumunt, et uiginti duo millia et centum quinquaginta sex hominum baptizantur.

IVlinenses autem, qui dudum ueritatis praeconem a se repulerant, cum audissent Stetinenses fidem recepisse, nutu Dei mente compuncti, legatos honorabiles, ad reuocandum uirum Dei, miserunt. Quibus ille uisis, zelo pietatis motus, *quid uenistis*, inquit, *ad me hominem, quem odistis et expulistis a uobis?* At illi humili satisfactione ueniam petentes, *nos*, inquiunt, *pater honorande, antiquam patrum et maiorum nostrorum legem sine consensu primatum, quos in hac Stetinensi nostra metropoli reueremur, infringere non praesumpsimus: sed postquam Deus tuus princeps nostros sibi per te subegit, nos quoque, omni remota contradictione, monitis tuis obtemperare et doctrinam salutis excipere parati sumus.* Quo audito, positis antistes domini genibus, Deo gratias egit, profectusque cum eis et debita a Iulinensibus reuerentia susceptus, ueritatis uiam errantibus aperuit et baptismi sacramento purificans adoptiuum Deo populum congregauit. Computatus est autem numerus baptisatorum illo tempore *uiginti duo millia et centum quinquaginta sex homines*, quos pater sanctus pro ignorantia creatoris et cultu rei insensibilis comparatos iumentis insipientibus et similes factos illis ad rectum tramitem perduxit et rationabile Deo uiuo obsequium exhibere edocuit; absque notitia et enim creatoris sui omnis homo pecus est.

CAPVT XII.

De feruore sancti Ottonis, quem habuit in conuersione infidelium et de praedicatione ipsius.

OPerae pretium est autem ipsa etiam praedicationis eius tempora hic ob notitiam posterorum annotare, ne uel hoc curioso desit lectori. Non enim parui pendendus est talis feruor amoris Christi, et pene inaudita *his temporibus* mentis eius deuotio, cum *alii pontifices magis urbibus et castellis, quam ecclesiis uel pauperum Christi domiciliis aedificandis insistant, plus quam segni otio torpere, quam remotos Barbarorum fines euangelizandi gratia adire satagant*, huic autem seruo Dei beatissimo longe alia mens erat. Nunquam ille munitionibus uel ciuitatibus exstruendis operam dedit, dicens cum apostolo: *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Porro basilicas Christo dicandas fideliumque cellas et hospitalia

Sancti Ottonis feruor.

tanta deuotione et libertate annuatim accidificabat, ut cunctis pro hoc ſtupori eſſet et admirationi. Et cum nimia hæc diuini cultus in Teutonicis partibus occupatio facile eum ab ardua huius peregrinationis angaria excuſabilem reddere ualeret, non tamen his contentus latitudinem ſanctae caritatis, quae in corde eius diffuſa per Spiritum ſanctum flagrabat, etiam ad remotiſſimam Pomeranorum gentem extendere curauit, ut illic populum acquiſitionis et filios Dei per euangelium generaret, quibus cum Paulo gratulantibus dicere poſſet: *Quae eſt noſtra ſpes aut gaudium aut corona gloriae? Nonne uos ante dominum IEſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra et gaudium ac ſignaculum apoſtolatus mei.* Cuius ſcliciſſimi apoſtolatus tempora ipſamque eius auctoritate canonica ſuffultam doctrinam ſcire uolentibus euidenter expli-

Quando S. Otho Pomeranos uiſitauerit.

cabimus. *Anno dominicae incarnationis milleſimo, centeſimo, uiceſimo quarto, indictione ſecunda, Calixto papa ſecundo Romanae ſedi praeſidente, Otto, DEI gratia Babenbergenſis eccleſiae octauus epiſcopus, igne diuini amoris ſuccenſus et praedicti apoſtolici auctoritate aſſenſuque roboratus, partes Pommeranorum paganorum, cum quibusdam ciuitatibus terrae Lutitiae aggreſſus eſt, ut eos ab errore gentilitatis reuocaret et ad uiam ueritatis agnitionemque Chriſti filii Dei perduceret. Quibus domino opitulante conuerſis et baptizatis, eccleſias conſtruxit et conſecrauit. Deinde iuxta ſanctorum patrum inſtituta haec eos ſeruare edocuit, ſcilicet ut ſexta feria abſtineant a carne et lacte more chriſtianorum, dominica die uacent ab omni opere malo et ad eccleſiam diuinum officium audituri ueniant, ibique orationibus ſtudioſis inſiſtant, ſolempnitates ſanctorum cum uigiliis, ſecundum quod eis indicatum fuerit, omni diligentia obſeruent, ſacroſanctam quadrageſimam ieiuniis, uigiliis, eleemoſynis et orationibus diligentiſſime obſeruare ſtudeant, infantes ſuos in ſancto ſabbato paſchae et pentecoſtes, cum candelis et cappa, quae dicitur ueſtis candida, et patrinis coniitantibus ad baptiſmum deferant, eosque ueſte innocentiae indutos per ſingulos dies usque in diem octauam eiusdem ſabbati ad eccleſiam deferant, et celebrationi diuini officii intereſſe ſatagant. Hoc etiam diſtricta redargutione prohibuit, ne filias ſuas necarent, nam hoc nephas maxime inter eos uigebat, ne etiam filios ſuos et filias ad baptiſmum teneant, ſed ſibi patrinos quaerant, patrinis etiam fidem et amicitiam ut carnalibus parentibus ſeruent. Interdixit etiam, ne quis commatrem ſuam ducat in uxorem, neque propriam cognatam ſuam usque in ſextam et ſeptimam generationem, et unusquisque contentus ſit una uxore: ne ſepeliant mortuos chriſtianos inter paganos in ſyluis aut in campis, ſed in cimiteriis, ſicut mos eſt omnium chriſtianorum, ne ſuſtes ad ſepulchra eorum ponant, omnem ritum et prauitatem paganam adiiciant, domos idolorum non conſtruant, phitoniſſas non adeant, ſortilegi non ſint, ne quid etiam immundum comedant, non morticinum, non ſuffocatum, neque idolotitum, neque ſanguinem animalium, ne communicent paganis, ne cibum aut potum cum eis aut in uaſculis eorum ſumant, ne in his omnibus conſuetudinem paganismi repetant. Iniunxit etiam eis, ut, dum ſani ſint, ueniant ad ſacerdotes eccleſiae et confiteantur peccata ſua; in infirmitate autem uocent ad ſe preshyteros, ac pura confeſſione expiati corpus domini accipiant. Inſtituit etiam, ut de periuriis, de adulteriis, de homicidiis et de ceteris criminalibus ſecundum canonica inſtituta paenitentiam agant, et in omni chriſtiana religione et obſeruatione obedientes ſint, et ut mulieres poſt partum ad eccleſiam ueniant et benedictionem a ſacerdote, ut mos eſt, accipiant.*

Regulae uitandi Pomeranos praeſcriptae.

CAPVT XIII.

Qualiter ſacerdotes idolorum ſancto Ottoni reſiſtebant, ac idolum aureum, imaginem Trigelawi ſurati ſunt et cuidam matronae ſeruandam tradiderunt, quam poſtea ſanctus Otto callide recuperauit.

SOli autem pontifices idolorum uiae domini reſiſtebant et multas ſeruo Dei tendentes inſidias occulte eum perimere nitebantur. Sed multitudine plebis cottidie ad fidem conuolante, cum nullis ſacrilegis et profanis ſacerdotibus ad eum pateret acceſſus, confuſi et reueriti a facie eius, exemplo Zaroes et Arfaxat magorum, apoſtolos Chriſti, Matthaeum, Simonem et Iudam fugientium, longius extra regionem illam feceſſerunt. Et quia apertam famulo Dei perſecutionem inferre non poterant, detractionibus et blaſphemiis horribilibus eum lacerabant, et quocunque deueniſſent, inuidiam ei et inimicitias excitantes maledicta et probra in eum congerebant. Pro quibus tamen ille Deo dignus antiſtes a domino gratiam ampliorem conſequebatur, quia, ut ſcriptum eſt, *benedictio domini ſuper caput iuſti*; ideo dedit illi hereditatem aeternam in caelis, et inuenit gratiam in conſpectu omnis carnis. Cum uero delubra et effigies idolorum a pio Ottone deſtruerentur, profani ſacerdotes auream imaginem Trigelawi, qui principaliter ab eis colebatur, furati extra prouinciam abduxerunt

Sacerdotum paganorum ſacrilegia.

Idolum Trigelawi uidnae cuſtodiendum traditur.

runt et cuidam uiduae, apud uillam mo-A dicam degenti, ubi nec spes ulla requirendi esset, ad custodiendum tradiderunt. Quae mercede ad hoc conducta, quasi pupillam oculi sui includens, profanum illud custodiebat simulacrum, ita ut, trunco ualidissimae arboris cauato, illic imaginem Trigelawi pallio obductam includeret, et nec uidendi, ne dicam tangendi illud, cuique copia esset: solummodo foramen modicum, ubi sa-B crificium inferretur, in trunco patebat, nec quisquam domum illam, nisi profanos sacrificiorum ritus agendi causa, intrabat. Quod audiens inclytus Pomeranorum apostolus, multifaria intentione satagebat quoquo modo illuc attingere, praemetuens, quod et accidit, post absessum suum, rudibus adhuc et necdum in fide confirmatis plebibus simulacrum illud in ruinam futurum.C Sed prudenter animaduertens, utpote uir omni sagacitate praeditus, quia si publicam illuc profectionem indiceret, sacerdotes audito eius aduentu imaginem Trigelawi rursum ad remotiora occultando abducerent, sapienti usus consilio quendam ex comitibus suis Hermannum nomine, barbarae locutionis sciolum sensuque et ingenio satis acutum, latenter ad uiduam illam de-D stinare curauit. Cui etiam praecepit, ut assumpto habitu barbarico ad sacrificandum Trigelawo se pergere fingeret. Hermannus itaque pileolum barbaricum et chlamydem mercatus, post multa arduae uiae pericula uiduam illam tandem conueniens asserebat, *se nuper de procelloso maris gurgite per inuocationem Dei sui Trigelawi erutum, ideoque* E *debitum ei pro saluatione sua sacrificium litare desiderantem, ductu eius illo mirabili ordine, per ignatos uia tractus, deuenisse.* At illa, *si ab eo*, inquit, *missus es, ecce aedes, in qua Deus noster, robore cauato inclusus, detinetur. Proprium quidem uidere et tangere non poteris, sed ante truncum procidens eminus foramen modicum, ubi quod uoluisti sacrificium inferas, at-*F *tende. Quod dum imposueris, reuerenter clauso ostio egredere et, si uitae tuae consultum uolueris, caue ne cuiquam hunc patefacias sermonem.* Qui alacer aedem illam ingressus dragmam argenti in foramen iactauit, ut sonitu metalli sacrificasse putaretur. Sed concitus, quod iecerat, retraxit, et pro honore contumeliam Trigelawo, id est sputaculum G ingens, pro sacrificio obtulit. Deinde curiosius attendens, si forte negotii, pro quo missus erat, exequendi facultas ulla suppeteret, animaduertit imaginem Trigelawi tanta cautela et firmitate trunco impressam, ut nullo pacto eripi aut saltem loco moueri posset.

S. Othonis pium zelum.

Falsilo quium licitum.

Vnde non mediocri tactus dolore, quidnam ageret aestuabat, dicens intra se; *Heu quod tantum uiae pelagus sine fructu peragraui, quid respondebo domino meo, uel quis me hic fuisse credet, cum uacuus rediero?* Et circumferens oculos uidit *sellam Trigelawi* comminus parieti affixam, erat autem nimiae antiquitatis et nullo iam paene usui apta, statimque exiliens cum gaudio infaustum munus parieti detrahit et abscondit, primoque noctis conticinio egressus omni festinatione dominum suum sociosque reuisit, cuncta, quae egerat, replicat, *sellam* etiam *Trigelawi* in testimonium fidei suae repraesentat. Apostolus itaque Pomeranorum, habito cum suis consilio, sibi quidem et suis ab hac requisitione desistendum censuit, ne non tam zelo iustitiae, quam auri cupiditate hoc agere uideretur. Collectis tamen et adunatis principibus ac natu maioribus, iusiurandum ab eis exegit, *ut cultura Trigelawi penitus abdicaretur et, confracta imagine, aurum omne in redemptionem captiuorum erogaretur.*

Sella Trigelawi ablata.

CAPVT XIV.

De inopinato incendio *in ciuitate Babebergensi exorto.*

SEd dum *fortem armatum*, qui eatenus atrium suum, Pomeraniam scilicet, possederat, fortior Christus superueniens superasset, armisque eius per beatum praesulem confractis, spolia distribuisset, non ferens ille uiolentam de sedibus suis exclusionem, tanquam leo rugiens, uel modicam seruo Dei inferre nisus est laesionem. Etaliud, quod ageret, domino prohibente, non inueniens, locum Babebergensem, maiori ex parte, inopinato incendii discrimine, absumpsit, ut, dum pastor eximius, peracta apud extraneos praedicatione, sponsam suam cum gaudio reuiseret, non per omnia integram, sed aliquantulum hoc damno conquassatam, ac moerore confectam inueniret. Nocte enim, qua festiuitas sancti *Hermetis* martyris agebatur, cuius precioso cotpote locus ipse a primordio per fundatorem suum beatum HENRICVM nobiliter est insignitus, idem lamentabile incendium, occasione mulieris cuiusdam in partu laborantis, sumpsit exordium: quod statim circum circa se impetu ualido torquens, omnem locum extra ciuitatis ambitum tanta uastauit atrocitate, ut uix rariusculae quorundam casae euaderent. Ipsa uero ciuitas, cum ecclesiis suis infra uel extra positis, patrocinio beati *Hermetis*, aliorumque aduocatorum suorum, illaesa permansit.

Ebbo. Luc. 11.

Sequentia usque ad finem huius libri secundi, desunt in edit. Caniſiana.

Incendium Bambergense, Caedemannum inuidia et ira excitatum.

Corpus S. Hermetis Bambergae conditum.

Ad nihilum itaque fraus et militia uerſuti hoſtis eſt redacta, quoniam quidem et ſponſa caſtiſſima Bamberga tetram calamitatis huius nubeculam, patre ſuo, tanquam ſereniſſimi ſolis iubare, ad ſe reuerſo, facile diſſipauit: et ipſe atrium ſuum, quod diu ſecurus poſſederat, ultra tenere non potuit. Chriſto enim in Pomerania, per apoſtolatum pii Ottonis, regnante, *inimici defecerunt frameae in finem, et ciuitates eorum deſtructae ſunt.*

Pſalm. 9.

CAPVT XV.

De Iulinenſibus, qui poſt reditum ad ſuos ciues baptizati ſunt.

Ebbo.

PLurimi autem Iulinenſium pro negotiatione ſua trans mare abierant: qui, audita ciuium ſuorum conuerſione, ſpiritu Dei praeueniente, aemulatores eorum facti ſunt; et ad metropolim ſuam reuerſi, regi regum Chriſto colla ſubmittunt, ſtatimque a presbyteris, quos pius Otto illic conſtituerat, baptizati, ciuibus ſuis dudum chriſtianis legibus incitatis, pari deuotione adunantur, et mirum in modum, fideliſſimo praecone ueritatis in opere Dei laborante, eccleſia per totam illam regionem creſcebat et confortabatur, dominusque augebat quotidie, qui ſaluum faceret in idipſum.

Baptizantur Iulinenſes, qui domo abfuerant, praeſente S. Othone.

Apoſtolus itaque Pomeranorum duas illic eccleſias conſtituit, unam in ciuitate Iulin, ſub honore *S. Adalberti* et *Wenceslai*, qui magnae apud barbaros opinionis erant, in loco, ubi profani daemonum ritus agi ſolebant; ut, ubi ſpurca pridem commercia, Chriſti deinceps frequentarentur myſteria. Alteram extra ciuitatem in campo mirae latitudinis et amoenitatis, in uenerationem beatiſſimi apoſtolorum principis aedificauit, illicque ſedem epiſcopalem ſtatuit.

Duas eccleſias Iulinae aedificat.

Alteram, extra urbem in honorem S. Petri.

CAPVT XVI.

De legatione Babebergenſium ad S. Ottonem ad reditum exhortantium.

Ebbo.

SEd pio doctore pro continuis animarum lucris moram illic faciente, deuota gregis ſui multitudo, non ſolum in Babebergenſi loco, ſed et in pluribus coenobiis et parochiis collecta; incredibili ſolicitudine et moerore, pro longiturna tanti paſtoris abſentia, angebatur et, ut reportaret illum, modis omnibus inſtat. Vnde crebra ad illum miſſa legatione, preces precibus, uota uotis congeminant; ſed et literis filialem atteſtantibus amorem, pro redi-

Quantis precibus Bamberg. reditum S. Othonis efflagitarint.

A ru eius ſatagere non deſinunt: quarum hic unam inſerere dignum uidetur, tam pro ſui dulcedine, quam etiam pro auctoris eius, piae memoriae, *Wigandi* abbatis perpetua recordatione; quae in hunc ſe modum habent.

Literae Wigandi abbatis ad S. Othonem.

Domino et patri chariſſimo, pio Ottoni epiſcopo ac gentis Pomeranicae apoſtolo, Wigandus, Tariſienſis coenobii prouiſor indignus, deuotum in omnibus ſeruitium et orationum ſpirituale debitum.

Hieron. 1.

BEneditus DEVS pater miſericordiarum, pater luminum, qui ex utero formans uos ſeruum ſibi dedit in lucem gentium, ut ſalus eius in extremis terrae per uos annunciaretur; ac lumine fidei tenebroſa gentilium corda irradiarentur. Vnde ſancta mater eccleſia nouo filiorum augmento digne laetatur, dum per miniſterium ueſtrum multa millia barbarae nationis ſacro baptiſmate renaſcuntur, et abiecta idolorum cultura, deſtructis delubris, reaedificatis eccleſiis, uerus DEVS aduocatur et colitur.

Ergo poſt euangelium alienis annunciatum, poſt tanti miniſterii opus conſummatum, iam ad proprias oues reuertenti paſtori grex omnis laetabundus occurrit, clerus cum populo, ac ſingulari gaudio monachorum proceſſio, patrem ſuum ſuſcipit, concinens in iubilo cordis et uoce exultationis: reuertere, reuertere, Sunamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te.

Cant. 6.

Ego autem horum omnium minimus, ſed fidei et dilectionis integritati nulli ſecundus, circa feſtum S. Mauritii, *in Saxoniam ueni, ſperans optatiſſimum aduentum domini mei, ut primus ſuſciperem, quem nouiſſimus deduxi. Sed redeunte nuncio ueſtro, ſpe exſpectationis meae fruſtratus, multum autem de certo reditu ueſtro laetificatus, quod corporali praeſentia non potui, in ſpiritu humiliatis dominum ineum primus ſalutare ſtudui dicens non ſono tantum oris, ſed flagrantiſſimo etiam iubilo cordis:*

Wigandus itaque in Saxoniam S. Othonem iuit;

Salue magne pater, dic litera, dic reuerenter,
Dic rogo uerifice, inclyte praeſul aue.
Exſpectate redi populi ſpes, optio cleri,
Digne dator legis, certa medela gregis.

Nolumus ergo uos ignorare, pater ſanctiſſime;

sime; quia, ex quo recessistis, semper imminebat nobis dies angustiae et tribulationis. *Vide Vrsperg. in chron. anno 1116.* *Tyrannus enim ille* Conradus *toto paene anno in castello Nurnbergensi moratus, bona episcopatus sibi uicina deuastauit, de reditibus uestris frumentum ex parte abstulit, censum sibi persolui statuit; uillicum de* Rustal *bis captiuatum omnibus rebus suis despoliauit; insuper urbem* Babenberg *calli-* *Damna ecclesiae Bambergensi illata.* *da machinatione, ut fertur, apprehendere studuit; sed, DEO gratias, iniquitas eius nequaquam praeualuit. Ego enim et Conradus custos, de dispensatione nobis credita soliciti, ciuitati praesidia et custodes cum caeteris fidelibus uestris deputauimus, militibus, prout opus erat, stipendia erogauimus, reliqua omnia, quae commisistis, diligenter procurauimus.*

Inter Hermannum *et* Fridericum *maxima* guerra *habetur; insidiae diuersae altrinsecus tenduntur, rapinae rapinis, incendia incendiis redduntur: inter quae, uilla subiacens* † *lapidi* Botonis *cum ecclesia combusta est.* † *Botenstein.* *Fridericus quadam nocte munitionem* Niestein *cum militibus suis clam ingressus, uirili-* D *ter agere coepit: sed qui in arce erant, missis iaculis, et iactis lapidibus unum de suis occiderunt, plures uulnerauerunt: sicque infecto negotio, uix cum suis omnibus euasit. Praeterea per totam prouinciam multa mala grassantur, rapinis, incendiis omnia uastantur.*

Ergo tot malis, tot miseriis finem facere sperantes, aduentum uestrum elamamus singuli, clamamus omnes; ueni domine, ueni, festina, ne tardaueris, aduenì desiderabilis, quem exspectabamus in tot tribulationum tenebris.

Reliquus rerum uestrarum status in Bauaria et Saxonia satis prospere agitur. F *De negotio autem mihi specialiter iniuncto, paternitatem uestram scire uolo: quia cuprum ad septingentos, et eo amplius centenarios comparauimus; ex quibus trecentos maxima difficultate usque* Smalchalten *perduximus, et iam uiribus exhausti, manum auxilii uestri ardenti desiderio praestolamur, ac exoptatissimum omni regno sanctitatis uestrae reditum uix exspectamus.* Hae sunt piissimi patris Wignandi litterae, calamo uerae dilectionis scriptae.

CAPVT XVII.

De Wignando, *Tarisiensis coenobii abbate.*

HIc est *Wignandus* praedicator fuissimus, quem pius Otto quasi *auricularium* sibi fidelissimum eligens, in tanto amore et reuerentia habebat, ut omnium secretorum suorum participem eum faceret, et custodia ciuitatis specialiter sibi delegata, etiam egregium opus, quod tunc inchoauerat, scilicet et *domum S. Petri* maioris ecclesiae, cum turribus, ad arcenda ignium pericula, cupreis operire laminis, eius potissimum magisterio committeret. Nec immerito. Erat enim uir totius prudentiae et sagacitatis: gloria ordinis nostri, non solum spirituali gratia praestantissimus, sed et corporis uenustate, et morum habitusque dulcedine amabilis. Cuius uenerandam senectutem et caput ad similitudinem Christi candidum liceat nobis parumper dignis uocibus praedicare.

Ebbo. *Digressio de Wignando abbate; quis et unde fuerit.* *Dotes animi et corporis.*

Nam cum paene *centenariam* ageret aetatem, et plurimum in opere Dei nocte dieque laboraret, *oculi puro uigebant lumine, pedes firmo gressu ueloces, auditus penetrabilis, dentes numero et firmitate durabant, uox canora, corpus solidum, nec senio longinquo curuatum, cani cum rubore discrepabant, uires cum aetate dissentiebant; non memoriae tenacitatem, ut in plerisque cernimus, antiquior senecta dissoluebat, non calidi acumen ingenii frigidus sanguis obtundebat, non contractam rugis faciem arata frons asperabat; non denique tremula manus per curuos cerae tramites errantem stylum ducebat.* Futurae igitur resurrectionis uirorem in eo dominus nobis ostendit, ut peccati quidem sciamus esse, quod caeteri adhuc iuuenes praemoriuntur in carne; iustitiae autem, quod hic adolescentiam in aliena aetate metiebatur.

Wignandus ferme centenarius uix ulla senectutis incommoda sentit.

Et quanquam multis istam corporis sanitatem etiam peccatoribus, euenire uideamus; tamen hac illi ad peccandum abuntur: hic uero adbene agendum. Siquidem ab infantia diuinis apud nos scripturis eruditus et in sancta conuersatione probatus, cum prioratum hic strenue sub uenerabili *Wolframo* abbate administrabat, pius OTTO uiolenter abreptum Tarisiensi eum coenobio praefecit, quod multo tempore, id est, *amplius quam triginta* annorum spatio, nobiliter gubernans, ac circumquaque coelestis doctrinae dulcedinem mellifluam praedicatione spargens, cunctorum in Deum prouocabat affectus. *Totus enim, quasi Seraphin, superni amoris facibus accensus, in solo redemptoris desiderio anhelabat, diuinae seruitutis celebritatem flagrantissima deuotione peragebat, secretiorum coelestium summa et capere praeualuit et annũciare loquendo, et alios accendebat, et quos uerbo tangebat, ardere protinus*

Wignandus prior montis S. Michaelis. Fit abbas monasterii Tarisiensis. *Eiusdem dicendi gratia.*

in Dei amore faciebat; sed et sacra missa-
rum singulari affectu et compunctionis dul-
cedine agebat; ita, ut et alios in unculo
perfectionis, quod est charitas, sibi arctius
deuinctos tam uiua uoce, quam et literis, in-
comparabili suauitate plenis, ad hoc sacrifi-
cium, ardentissimo summi ac ueri sacerdo-
tis desiderio celebrandum, saepius accende-
ret; nec mirum: quod *spiritualis huius*
cibi intimum saporem diu multumque de-
gustans amplius esuriebat. Nam et plus,
quam XL. annis sacerdotio functus est.

Pietas in rediuiua facienda.

Sacerdos supra XL. annos.

O felix et omni dignus beatitudine, quem senectus honorabilis Christo seruientem occupauit, quem extrema dies saluatoti tanta deuotione inuenit militantem: *qui non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta:* cui introitu paradisi dicetur; *serue bone et fidelis, intra in gaudium domini tui: accipe manna absconditum, accipe calculum candidum, et in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit:* cerne desideratissimum Christi uultum;

Psalm. 126.

Matth. 25. Apoc. 2.

Quem pius absconsum nitidi sub tegmine panis
Mystica uerba canens semper sacrare solebas.

Si quis autem de transitu eius audire uoluerit, breuitet accipiat. Totam enim paschalem quinquagesimam solita deuotione in diuinis exegit laudibus, *psalmis es orationibus, sacraeque lectioni et praedicationi uacabat* et, cum discipulis suis noua co loci moenia struere cogeretur; ille instabilem uitae humanae cursum, diemque uocationis sedulo attendens, respondebat: *Cernitis me filicernium: uelox est depositio taberuaculi mei; paucitas dierum meorum finietur breui; ideoque expensas ad coeleste aedificium congregare desiderio, flendo, eleemosynas tribuendo, sacras hostias offerendo, ceterisque spiritualibas exercitiis inuigilando, aduentum iudicis iam iamque ad ostium pulsantis operiri uolo.* Appropinquante igitur die praestolato remunerationis, antiquus domini uineae operatius, dominica, qua cantabatur, *uocem iucunditatis*, more suo festiuus et alacer, chorum ingressus in usitato ordine; *alleluia; surrexit pastor bonus*, ac deinde sequentiam, *uictimae paschali* per semetipsum imposuit, cunctos *uoce, manu totiusque corporis motu ad psallendum deuotius* incitabat, tanquam praesentis uitae metam sibi iam adesse intelligens, diceret; *omnis laus in fine canitur.* Solebat enim saepius tantae suauitatis et compunctionis cantum indifferenter psallere, quoties id Spiritus S. cordi eius dictasset; *cuius uidelicet donum lege non constringitur.*

2. Petr. 1. lib. 10.

Praeparatio ad mortem.

Finita autem *diuini celebritate officii*, accersito fratre, cui dispensatio monasterii credita erat, dixit: *Hodie, ut audisti, charissime fili, dominicae resurrectionis gloriam debitis laudum praeconiis pro modulo nostro prosecuti sumus: Tu ergo, quod te attinet, sedulus nunus exequere, ministerium tuum imple, quia, tam deuotis Christi seruitoribus affluentior hodie impendenda charitas. Ipse ego, sicut praecentor et instigator ad dulcisonum carmen fui: ita spiritualis conuiuii administrator esse uolo;* sicque ultimum cum grege suo pastor piissimus agens conuiuium, futurae ascensioni solita precum et lacrimarum se deuotione praeparabat diebus *rogationum*, id est, *secunda et tertia feria* litaniis cum fratribus intersuit: sed *feria quarta* graui, nocturno tempore, oppressus infirmitate, matutinali officio assurgere non potuit. Iam enim resolutionis tempus instabat, iam summus patersamilias ad ostium serui uigilantissimi pulsabat, iam teuetendo seni, qui diu in stadio * laborasse huius † uitae indefessa deuotione cucurrerat, brauium aeternae dulcedinis date spondebat.

Dies rogationum.

* Laborum. † Vitae.

Itaque accitis fratribus, infirmitatis suae grauedinem aperuit, *canonicum* coram se *cursum decantari* fecit et mane in capellam suam, ad audienda sacra *missarum solemnia*, se defetti petiit. Exinde relatus, *pacem omnibus dedit, cunctis se paterno affectu commendauit*, sicque aegrotans biduo, *omnes ad se confluentes, pro uirium suarum possibilitate, uerbo Dei aedificabat*, et morbo ingrauescente, *feria sexta post ascensionem domini, sumpto uiatico*, hora nona ex Aegypto huius mundi ad ueram reptomissionis terram migrauit; testatique sunt, qui aderant, in exanimi eius corpore nec tenuem se deformitatis alicuius pallorem uidisse; sed *uultu decoro dormienti* simillimus apparebat, ita ut rubeus color facici, et totius corpotis uetustas primo obitum eius ambiguum faceret.

Quando uitam finierit.

Nec mirum, si mortis acerbitas minime sibi locum in eo uendicabat, qui non ad mortem, sed potius *de morte ad uitam transibat.* Antea quidem frequentissimus graui et longissima decubuerat aegritudine, ut uirtus spiritus in infirmitate carnis probaretur: sed cunctis pro uita et sanitate eius certatim supplicantibus, iam desperatum patrem amantissimum dominus, quasi de ipso mortis limine reuocatum, filiis moerentibus et lugentibus saepius restituebat: tunc autem, *praemissis ad* dominum pluribus gregis sui *mampulis*, et ipse pastor eximus, breui tactus morbo, supet nobilem hunc nobiliot ipse ruit aceruum, qui tegem glotiae in decote suo uidere desiderans, quotidianis cum prophcta suspitiis decantabat, dicens: *quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum,* Psalm 83.

concupiſcit et deficit anima mea in atrio domui. Sed haec hactenus, nunc reuertamur ad ordinem.

CAPVT XVIII.

De reditu S. Ottonis ad ſedem ſuam.

Abit.

IGitur apoſtolus Pomeranorum, OTTO pius, aſſiduis fratrum ac filiorum ſuorum precibus et legationibus contraire non ualens, cum apud Iulinenſes hiemaſſet, circa purificationem S. MARIAE, accepta ab omnibus licentia, unicam ſibi ſponſam Babebergenſem eccleſiam deſiderato reditu conſolari diſpoſuit. Quo audito, plebs neophyta Pomeranorum non mediocri moerore perculſa, lacrymoſis precibus ueſtigia pii doctoris ambire, eumque apud ſe detinere conata eſt. Sed incaſſum. Ipſe enim *graues in terra ſua diuerſorum negotiorum cauſas ſibi imminere reſpondit: ſed et magnum animae ſuae periculum aſſerebat, ſi, dum Chriſto noua de alienis gregibus lucra requirat, proprias oues ſibique ſpecialiter aſſignatas negligeret. Moxque adunata ſociorum et cooperatorum turba, cunctos, quibus fidei uerbum diſſeminauerat, circuiuit et in religione chriſtiana tam monitis, quam precibus deuotis confirmauit.*

S. Otho diſcedit ex Pomerania circa purificationem B. virginis.

* *Camina.*

Primum uero caſtellum * *Gamin*, exin *Dodonenſem* locum, in honore S. crucis conſecratum, adiit, ubi multos Pomeranorum de inſulis maris reuerſos, ubi timore Bolezlai ducis occulti erant, baptizauit. Nam dux *Bolezlaus*, ſicut erga Deum cultoresque Dei religione ac pietate inſignis; ita erga idololatras et criminoſos debiti rigoris aſperitate fuit implacabilis. Singulis quippe annis, collecto exercitu ualido, terras paganorum deuaſtare ſolebat, ut uel timore gladii iugo chriſtianae fidei ſubigerentur. Quod ubi miniſterio pii OTTONIS factum eſt, arma in pacem mutata ſunt, cunctique de latibulis, ubi abſconditi erant, accepta per beatum praeſulem ſecuritate, prodeuntes, baptiſmi gratiam conſecuti ſunt. Haec igitur ſancta occupatio praedicatori ueritatis moram redeundi fecit, eumque in *Dodonenſi* loco aliquandiu detinuit.

Ducis Boleslai eximia uirtus.

Sed peractis omnibus *Belgradenſem* urbem petiit: deinde *Colobergam*; illic eccleſiam S. Dei genitricis MARIAE dudum a ſe inchoatam perfecit et conſecrauit. Poſt haec uiſitatis omnibus eccleſiis, Deoque intima lacrymarum profuſione commendatis, auctus benedictione domini Pomeraniam egreditur.

Dein, proſpero curſu, *Poloniam* ueniens, inedicibili gaudio et reuerentia, uelut angelus Dei, a duce *Bolezlao* omnique clero et populo ſuſcipitur. Fit gaudium generale totius plebis, tam de conuerſione Pomeranicae gentis, quam etiam de ſoſpitate et reditu deſideratiſſimi patris Ottonis.

S. Otho redit in Poloniam.

Haec iam ſupra cap. 30. expoſita ſunt; ſed ex Tiemone.

Aliquandiu ergo illic a Bolezlao duce, humanitatis gratia, detentus, Bohemiam adiit, ſimilemque Ladislao duci et omnibus ſuis de aduentu ſuo laetitiam praebuit. Deinde ad *Cladurauenſe* coenobium ueniens, fratribus unanimi deuotione ſibi occurrentibus, ſolita humilitatis affectione ſe commendauit; ſicque omni feſtinantia fines terrae ſuae ingreſſus, feria tertia maioris hebdomadae *Michelueldenſem* locum adiit, ibique coenam domini, debita ueneratione, multo fidelium ſtipatus agmine, celebrauit. Nam plures de clero et populo Babebergenſi, deſiderantes angelicam eius praeſentiam, illic occurrerant et, quaſi de morte redditum paſtorem piiſſimum ſuſcipientes, omnipotenti domino, qui per tot pericula ſaluum eum reduxit, cum lacrymis gratias agebant.

Venit in Bohemiam.

Igitur ſacratiſſimo paſchali ſabbato diu uiduatam ſponſam ſuam amantiſſimus pater reuiſit, locumque *Teuerſtaſenſem* ingreſſus, ibi reuerendas ſacrae noctis uigilias, more ſolenni peregit. Mane primo reſurrectionis dominicae ſplendidior ſolito nobis aurora refulſit et geminata nos excepit laetitia, tam iucunditate paſchalis feſti, quam etiam aduentu pii OTTONIS illuſtrata. Nam uniuerſo clero et populo coadunato, multisque honorabilibus et reuerendis aliorum coenobiorum patribus praeſentibus, nouus noſtri temporis apoſtolus, deſtructis apud barbaros portis mortis, uictor rediens eccleſiam ſuam cum triumpho nobili ingreditur et, cunctis prae gaudio flentibus, cum cantu paſchali, *aduenisti deſiderabilis*; omni deuotione ſpirituali ſuſcipitur.

S. Otho Bambergam redit ſabbatho paſchae.

S. Otho Bambergae cum proceſſione excipitur.

Erat apud omnes gaudium lacrymis intimae compunctionis permiſtum, uti ſolet eſſe in charis mortuis reſuſcitatis, cunctorum uoces inedicibili iubilationis ſuauitate *alleluia* reſonabant, ſtrepitu quantum humanae aures capere uix poſſent. Omnibus enim ueriſimile uidebatur, ac ſi Chriſtum a morte reſurgentem ſuſciperent, Deo laudes, Deo gratias, nullo tacente, unanimi pſallentium affectu, concrepabant. Omnes reuerendam eius caniciem et angelicam faciem uidere geſtiebant; cuncti pedes eius, euangelio pacis conſecratos, exoſculari gaudebant. Quibus ille uerbum Dei ſolita eructans dulcedine, magnalia domini et conuerſionem Pomeranicae gen-

Gaudium ex aduentu S. Othonis.

gentis narrabat, et cunctorum affectus ad considerandam diuinae pietatis gratiam, illo, quo ipse ardebat, charitatis igne accendebat.

A

Exinde incertam humanae uitae metam attendas, illudque de libro beati Iob assidua meditatione reuoluens; *nescio, quandiu subsistam et si post modicum tollat me factor meus*; omnia, quae dudum inchoauerat coenobiorum et ecclesiarum septa, quantocius consummare accelerabat. Sed et necessariis quibusque domicilia et hospitalia pauperum Christi, ut bonus paterfamilias, sufficienter accumulare satagebat, ne, si quid in his neglectum foret, de mercede sua subtractum postea doleret.

B

Sed pio praesule in his partibus toto conamine diuinis operibus insudante, antiquus hostis ueneno inuidiae tabescens, tot animarum detrimenta sibi in Pomerania succrescere doluit, ideoque bono semini zizania superseminare studuit. Nam duae praecipuae illae ciuitates *Iulin* et *Stetin*, instinctu inimici, apostasian incurrerunt, abiectoque ueri Dei cultu, priscis daemoniorum ritibus se perdendos prostituerunt. Hoc autem, quo ordine sit factum, uel qualiter secundo pii Ottonis apostolatu, per Dei gratiam, mirifice sit recuperatum, tertius liber, domino annuente, explicabit.

Deficiunt a fide de Iulina et Stetina.

TITVLI LIBRI TERTII.

CAP. *I. De apostasia duarum ciuitatum* Iulin *et* Stetin, *et de ultione diuina super eos facta.*

II. De liberatione Vuitischardi *et de periculo maris eodem liberato.*

III. De secunda profectione S. Ottonis ad Pomeranos apostatas.

IV. De aduentu ipsius ad urbem Timinam, *et de apparatu bellico, quem ibidem inuenit.*

V. Quomodo dux Wortislaus *suos ad colloquium uocauerit et ad fidem Christi hortatus sit.*

VI. Quomodo Vdalricus *presbyter et* Albinus *interpres* Hologast *ciuitatem adierint, et de periculo eruto.*

VII. De periculo clericorum in eadem ciuitate, et de uno ad templum confugiente.

VIII. De operibus eius in Chozegowa.

IX. De legatis marchionis Adelberti *de Saxonia et de seditione sacerdotum idolorum facta.*

X. De dedicatione ecclesiae, ad quam plures conuecauit ac magnalia quae egit.

XI. De duce Poloniorum, qualiter Pomeranis bellum indixit, sed per beatum Ottonem mitigatus bello renunciauit.

XII. De Vdalrico *sacerdote, missoper S. Ottonem pro conuersione* Veranorum *et de periculo eiusdem.*

XIII. Qualiter pontifices idolorum in mortem sancti Ottonis populum excitauerunt.

XIV. De duobus Rumbonibus mirae magnitudinis, captis et sancto Ottoni per piscatores alatis.

XV. De incisione nuceae *arboris et periculo episcopi.*

XVI. De profunda inclinatione Adelberti *presbyteri post euasionem periculi.*

XVII. Quomodo Stetinenses *fidei reconciliatos duci suo reconciliauerit, et de interitu sacerdotum episcopo insidiantium.*

XVIII. Quomodo episcopus transitis insidiis Iulinam *uenerit, et ipsam de apostasia correxerit: et de illuminata ibi caeca muliere, et de filio lunatico militis in papilione reliquiarum liberato.*

XIX. De Bocho *presbytero, et segete incensa in die S. Laurentii martyris, et de muliere a morte reseruata, et de milite frenetico sanato.*

XX. De bello inter Ruthenos et Stetinenses et de uictoria Stetinensium.

XXI. De reuocatione S. OTTONIS per Lotharium *Romanorum regem.*

XXII. De uisione religiosi Lipoldi *presbytero de obitu S. Ottonis.*

XXIII. De uisitatione fratrum in monte S. Michaelis per S. Ottonem facta.

XXVI. De transitu S. Ottonis.

LIBER

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De apoſtaſia duarum ciuitatum Iulin *et* Stetin, *et de ultione diuina ſuper eos facta.*

Ebbo. Haec non habentur in edit. Caniſ.

CVm infatigabilem domini ac patris noſtri, pii OTTONIS epiſcopi, affectum, quo gloriam et cultum Chriſti non ſolum in Teutonicis, ſed et in remotis barbarorum finibus euangelizando propagauit, aſſidua mediratione reuoluerem, neſas iudicaui, tam laudabilia eius geſta infructuoſo tegi ſilentio; unde non praeſumptionis, ſed potius intimae charitatis ſpiritu ductus, de ſecundo eius apoſtolatu in Pomerania, ſicut fidelis cooperator ipſius * *Vdalricus* presbyter S. Aegidii mihi innotuit, ſcripto tradere curaui. Nam de primo alias ſcriptum eſt. Legat ergo qui uoluerit; inuitum et faſtidientem nemo legere compellit.

* De quo Andreas in praefat. huius operis.

Beatiſſimo patre noſtro Ottone, poſt primum gentis Pomeranicae apoſtolatum ad ſedem propriam feliciter reuerſo, duae ex nobiliſſimis ciuitatibus, id eſt *Iulin* et *Stetin*, inuidia diaboli inſtigante, ad priſtinas idololatriae ſordes rediere, hac uidelicet occaſione. Iulin a Iulio Caeſare condita et nominata, in qua etiam lancea ipſius columnae miraeD magnitudinis, ob memoriam eius, infixa ſeruabatur, cuiusdam idoli celebritatem, initio aetatis maximo concurſu et tripudio agere ſolebat. Cumque uerbo fidei et baptismi lauacro urbe mundata, per beatum pontificem idola maiora et minora, quae in propatulo erant, ignibus conflagrare coepiſſent, quidam ſtultorum modicas idolorum ſtatuas, auro et argento decoraras, clam furati, penes ſe E abſconderant, neſcientes, quale per hoc urbis ſuae operarentur excidium, ſicut et infelix *Achan*, qui Hierichuntina urbe ſubuerſa, auream regulam quinquaginta ſiclorum, cum pallio coccineo et ducentis argenti ſiclis furatus eſt, indeque grauem caeleſtis irae uindictam et Iudaicae plebis uidit ruinam.

Qua de cauſſa Iulina et Stetina a fide defecerint.

Iulina a Iulio Caeſare condita.

Ioſ. 7.

Nam ad praedicti idoli celebritatem, cum, prouincialibus ſolito feruore concurrentibus, ludosque et comeſſationes F multiformi apparatu exhibentibus, ipſi dudum abſconditas ſimulacrorum effigies, populo inani laetitia reſoluto, praeſentantes, eos ad antiquum *paganizandi* ritum impulerunt, ſtatimque per hoc diuinae correptionis plagam incurrerunt. Siquidem ludis et ſaltationibus, paganico more, omni populo occupato, ſubito ignis Dei cecidit e caelo ſuper apoſtatricem ciuitatem, tantaque uiolentia tota urbs conflagrare coepit, ut nemo quippiam de rebus ſuis eripere ualeret, ſed animas tantum ſuas ſaluare cupientes, fuga pernici ſaeuiens incendium uix euaderent. Tandem uero, urbe ſua ignis atrocitate deleta, reuerſi, inuenerunt eccleſiam *S. Adelberti* per apoſtolum ſuum Ottonem, illic in meditullio, propter raritatem lapidum, firmo ligno- rum tabulato conſtructam, ex media B parte flammarum uaporibus abſumptam: ſed mirum in modum ſanctuarium, quod uiliori ſchemate, id eſt, arundineto contectum fuerat, ſubter habens pannum lineum oppanſum, propter uermiculos ab altari arcendos, omnino ab ignibus intactum remanſerat. Quo ingenti uiſo miraculo, tota plebs in laudem Dei ſumma clamoris exultatione perſonabat, aſſerens, procul dubio uerum hunc eſſe Deum, qui in tanta ignis uiolentia, quae etiam lapides comminuerat, arundinetum ſuo altari oppanſum reſeruare potuerit illaeſum: ſicque aduocatis ſacerdotibus chriſtianis, publicam egere poenitentiam: et abiuratis penitus idolis urbeque ſua, prout poterant, reaedificata, iugo Chriſti ceruices ſuas alacri deuotione ſubmiſerunt. Hoc modo diuinae correptionis plaga ſalutem in terra eorum eſt operata.

Vltio diuina in apoſtatas.

Eccleſiae S. Adelberti media ex parte flammis abſumpta.

Ingens miraculum.

Stetin uero ampliſſima ciuitas, et maior *Iulin*, tres montes ambitu ſuo concluſos habebat; quorum medius, qui et altior, ſummo paganorum Deo, *Trigelaus* dictus, * tricapitum habebat ſimulacrum, quod aurea cidari oculos et labia contegebat, aſſerentibus idolorum ſacerdotibus, ideo ſummum Deum tria habere capita, quonia tria procurat regna, id eſt caeli, terrae et inferni: et faciem cidari operire pro eo, quod peccata hominum quaſi non uidens et tacens diſſimularet.

* Trium capitum uel tricipit. Triglaff.

Hac itaque potentiſſima ciuitate ad ueri Dei agnitionem per beatam praefulem adducta, delubra idolorum flammis erant abſumpta; duaeque eccleſiae, una in monte * *Trigelai*, ſub honore *S. Adelberti*; alia extra ciuitatis moenia, in ueneratione S. Petri, erant excitatae: et ex hoc ſacrificia, quae copioſo apparatu et diuitiis, ſacerdotibus ſanisque idolorum exhibebantur, nunc eccleſiae Chriſti uindicabant: unde commoti ſacerdotes, et prioris pompae delicias quotidie ſibi decreſcere uidentes, occaſionem quaerebant, ut populum ad idololatriam, quaeſtus ſui gratia, reuocarent. Accidit ergo, mortalitatem magnam ciuitati ſuperuenire, et requiſiti a

* Triglaff.

Sacrificuli admiti famem meruerunt; populum ad defectionem ſollicitant.

plebe ſacerdotes, dicebant; abiuratio-A nis idolorum cauſa hoc eos incurriſſe, omnesque ſubito morituros, niſi antiquos Deos ſacrificiis et muneribus ſolitis placare ſtuderent. Ad hanc uocem ſtatim conuenrus ſorenſes agunrur, ſimulacra requirunrur, et in commune profanus ſacrificiorum ritus ac celebritas repetitur: eccleſiae Chriſti ex media parte deſtruuntur. Cumque ad ſanctuarium plebs furibunda ueniſſet, non B auſa ulterius progredi, ſummum idolorum pontificem ſic rumultuoſo ſtrepitu alloquitur.

Tumultuantis plebis ad praecipuum papam oratio.

Ecce, quod noſtrum erat, executi ſumus, tuum eſt iſtud caput et culmen *Teutonici Dei* pro officio ſuo aggredi et profanare. Ille autem, arrepta ſecuri, cum altius dextram libraſſet, ſubito diriguit et reſupinus corruens, clamore lamen-

Punitur impius ſacrificus.

tabili dolorem ſuum proteſtatus eſt. Ac-C currens uulgus cauſam doloris requirit. At ille grauiter ingemiſcens; *heu, proh dolor*, inquit, *quantae potentiae, quantae fortitudinis eſt TEVTONICVS DEVS, et quis reſiſtet ei? Ecce ego, quia ſacraminis eius aedem contigere praeſumpſi, quomodo percuſſus ſum.* Illis uero attonitis et, quid agerent, inquirentibus; pontifex eorum: *aedificate*, ait, *hic domum Dei ueſtri, iuxta aedem TEVTONICI DEI,* D *et colite eum pariter cum diis ueſtris, ne forte indignatus* interitum huic loco quantocyus inferat; qui praecepto eius paruerunt, et usque ad reditum piiſſimi apoſtoli ſui OTTONIS in hoc errore permanſerunt.

CAPVT II.

De liberatione Wirtſchachi, *et de periculo maris eodem liberato.*

E

SEd interim non deſtitit diuinae pietatis prouidentia, quae ſemper conuerſionem errantium deſiderat, paterna eos lenitate redarguere, per quen-

Vide edit. Camiſ. cap. 13.

dam potentiſſimum de ciuibus ſuis, *Wirtſchachum* nomine, mirabiliter ab hoſtium captiuitate et maris periculo libera-F tum, quod nullatenus ſilentio praetereundum eſt: maxime cum per abſentem licet beatiſſimum Pomeranicae gentis apoſtolum, tam euidens miraculum Chriſti operari ſit dignatus. Siquidem orientalis eſt regio barbarorum Pomerania, habens ex latere prouinciam *Danorum*, mari interiacente; tantaque eſt G maris latitudo, utramque diuidens regionem, ut, qui in medio nauigans ſereniſſima die poſitus fuerit, uix prouincias has ad inſtar minimae nubis conſiderare ualeat.

Wirtſchachus ciuis Stetinenſis ditiſſimus.

Hic itaque ciuitatis Stetinenſis gloria ex diuitiis inter ſuos opinatiſſimus, frequenter in prouinciam *Danorum* nauigare, et praedam ex ea agere ſolebat: ſicut et illi e contra in Pomeraniam crebras incurſiones piraticas faciebant. Sed eo tempore, quo ciuitas ſua apoſtataſiam, ut praediximus, incurterat, idem praepotens uir *Wirtſchachus*, copioſo ſex nauium apparatu, *Danos* ſibi inſenſos pete-

capitur a Danis.

bat; et non praciſas incidens inſidias, cum omnibus ſuis caprus eſt; ſociisque crudeliter ſtrangulatis, ipſe ſolus carceri tradirur, collo, pectore, manibus, pedibusque graui catenarum nexu, quaeſtus duntaxat gratia, compeditus.

In hac arctiſſima recluſione poſitus, ſingulisque momentis, quando ad mortis atrociſſimum ſupplicium traheretur, ſuſpectus, piiſſimi apoſtoli ſui memoriam reuoluere coepit, a quo ipſo dudum de ſacro Chriſti fonte ſuſceptus erat, et ſalubri lacrymarum imbre perfuſus, hanc ſupplicem domino ex omnibus cordis medullis profudit orationem:

Oratio eius ad Deum.

domine Deus omnipotens, qui nos ad cognitionem nominis tui, per os ſancti patris noſtri Ottonis epiſcopi, uenire tribuiſti; miſerere et ſuccurre mihi in hac tribulatione, per eius beatiſſima merita, qui me licet indignum de ſacro nouae regenerationis lauacro ſuſcepit, ut, ſi uera ſunt omnia, quae ex ore eius de tua inaeſtimabili pietate audiui, nunc in tam horrendae mortis imagine poſitus experiar, et tuo munere abſolutus, deinceps ab hac piratica inuaſione deſiſtam, tuaeque religioni debita deuotione iugiter inhaeream.

Haec cum dixiſſet, ex multa moeroris et inediae deſectione in ſomnum reſolutus eſt, continuoque dilectum apoſtolum ſuum Ottonem cernit, pontificali infula redimirum, adſtare et uirga paſtorali latera dormientis pulſare. Qui attonitus et prae gaudio lacrymans, hac flebili uoce eum compellat. O pater ſancte, o ſerue Dei uiui, quis te ſic inopinatum his appulit oris? At ille; *propter te*, inquit, *ueni: ſurge quantocius, et ſequere me.* Cui captiuus: *quomodo*, ait, *domine pater, ſurgam tantis catenarum nexibus irretitus?* Tunc pater benignus, *Liberatur ex uinculis ope S. Othonis.* ſigno crucis edito, erexit eum, ſtatimque uincula eius, coeleſti uirtute, dicto citius, ſoluta ceciderunt in terram. Cui ſeruus domini: *Ecce*, ait, *abſoluit te Chriſtus, cui credidiſti. Memento, ut, cum redieris in terram tuam, omnibus ciuibus tuis legationem meam proferas. Grauem quippe offenſam Dei incurrerunt pro eo, quod cultu eius neglecto, priſcis idololatriae ſordibus ſe polluere ueriti non ſunt: et, niſi quantocyus reſipiſcant, coeleſtis irae uindictam aut hic, aut in futuro ſeculo, multipliciter incurrent.* His dictis euanuit ex oculis eius.

S. Otho apparet Wirtſchacho.

At ille concitus egrediens, curſu rapidiſ-

pidiſſimo uenit ad mare. Sed, quid age-
ret, dubius intra ſemetipſum uariis cogi-
tationibus aeſtuabat dicens: *ecce Deus*
per merita beatiſſimi patris mei Ottonis ab-
ſoluit me: ſed quomodo tanta maris ſpatia
ſine naui tranſibo? Haec animo uoluens
in tetrae noctis ſilentio, aſpicit modi-
cam coram ſe nauiculam, littoribus ſine
uectore appulſam, in qua non niſi unus
homo, gnarus et exercitatus in his, uehi
poſſet: quam ſine cunctatione ingreſ-
ſus, pelago ſe committit, ſola fide muni-
tus, et haec ſecum reputans: *ſatius duco*
in profundo maris, ſi ſic neceſſe eſt, *introire,*
quam denuo cruentas hoſtium manus in-
cidere: qui, ſi me, quod abſit, in hoc littore
comprehenderint, nouis et inauditis cruciа-
tibus laniatum crudeliter ſtrangulabunt.

Sed adſcendente eo in nauiculam ſta-
tim dominus uentum ualidiſſimum mi-
ſit in mare, qui eum ſine mora ad littus
Stetinenſis ciuitatis ſine remige perdu-
xit. Et egreſſus ad terram, cum lacry-
mis Deo omnipotenti et beatiſſimo pa-
tri ſuo Ottoni debitas gratiarum actio-
nes exſoluit, maximoque ciuium ſuo-
rum gaudio et admiratione ſuſceptus,
omnem iacturae et ereptionis ſuae or-
dinem eis expoſuit: qui etiam in teſti-
monium miraculi huius, nauiculam
ipſam in portae urbis introitu ſuſpen-
derunt. Sed a malis incitati ſacerdoti-
bus, legationem pii doctoris ſui ſpreue-
runt, in eodem errore durantes, quoad
uſque praeſul ipſe, denuo eos uiſitans, ad
uiam ueritatis reuocaret. Quod, quo
ordine factum ſit, ſubſequens narratio
declarabit.

Diuinitus of-
fertur ei nauis-
cula.

Intelligit pe-
dum lotionem
diuinae do-
mini fieri con-
ſuetam.

Interire.

ſine remige
tranſfretat.

Venit Stetti-
num.

Liberationis
ſuae modum
exponit.

CAPVT III.

De ſecunda profectione S. Ottonis ad Pomeranos apoſtatas.

Ebbo.

IGitur electus Dei pontifex audiens
inimicum bono ſemini zizania ſuper
ſeminaſſe, non eſt paſſus Stetinenſes
claudicare in duas partes, domino et
idolis ſeruiendo; ſed, petita benedi-
ctione a domino apoſtolico Honorio, et
ſereniſſimo rege Lothario, barbarorum
fines rurſum adire diſpoſuit, tam pro
apoſtatis ad ſinum eccleſiae reuocandis,
quam etiam pro alia gente, uidelicet
Noim dicta, quae necdum nomen Chriſti
audierat, iugo fidei ſubigenda.

anno Chriſti
1128.

Praeparatis itaque prouiſione
abundanter uitae neceſſariis, pluribus
etiam uerbi miniſtris et cooperatoribus,
religione et induſtria pollentibus, acci-
tis, in coena domini ſacratiſſima, mox
poſt confectionem chriſmatis et miſſa-
rum ſolennia deuote peracta, ieiunus ac
ſandaliis; ſicut altari adſtiterat, ornatus,
elato crucis uexillo, iter praedicationis

Altera S. Ot-
tonis in Pome-
raniam profectio.

arripuit, iuxta quod ſcriptum eſt; *quam*
ſpecioſi pedes euangelizantium bona. *Rom. 10.*

Omnibus ergo filiis ſuis amantiſſi-
mum patrem lacrymis proſequentibus,
et proſpera ei ſupplici affectu impre-
cantibus, ipſe fide armatus et galea ſalu-
tis munitus, ciuitatem inimici expugnа-
re ac deſtruere aggreſſus, primam man-
ſionem habuit in curia Babenbergenſis
eccleſiae, quae *Grouuze* dicitur, ubi au-
thenticum* mandatum ſuis, more ſolen-
ni, celebrauit. Sequenti uero die poſt
officii et ſepulturae domini celebratio-
nem, inde digreſſus ad urbem antiquam,
uocabulo Kirchberg deuertit: ubi ſab-
bathum ſanctum paſchae et ipſam do-
minicae reſurrectionis diem ſumma
deuotione peregit. Feria ſecunda pa-
ſchae monaſterium nouiter a ſe conſtru-
ctum Regenhereſtorf expetiit, quod et
feria III. paſchae, in honore S. Ioannis
baptiſtae, debita cum ueneratione dedi-
cauit, multum ſe iterque ſuum beato Io-
anni, intimo patrono ſuo, commen-
dans.

Poſt haec tota paſchali hebdomada, in
poſſeſſionibus eccleſiae *Schidingen* et
Mucheln, pro neceſſariis uiae ſumptibus
aggregandis, occupatus, inſignem illam
Saxoniae metropolim *Magdeburg* adiit,
ubi a dilecto ſuo *Noriperto* archiepiſco-
po honorifice ſuſceptus eſt. Sed quia
ſemper gloriam ſequitur aemulatio,
idem archiepiſcopus cernens, eum de
tam longinqua regione ad officium
praedicationis ſuperuenire, et pudore
actus, quod ipſe in ciuitate gentium bar-
barorum poſitus, nihil tale aggredi prae-
ſumpſiſſet, inuidia ſtimulante, pium do-
ctorem aliquandiu retardare uoluit. Sed
ipſe feruens iu ſpiritu, nullatenus a bo-
no propoſito reuocari potuit.

* intelligit pe-
dum lotionem
diuinae do-
mini fieri con-
ſuetam.

* *Norberto.*

Itaque petita ab eo benedictione, po-
ſtera die, * *Adelbergenſem* † epiſcopatum
petiit, quod tunc paganorum crebris in-
curſionibus ita deſtructum erat, ut Chri-
ſtiani nominis uix tenues in eo reliquiae
manſerint. Nam ipſa die aduentus eius
ciuitas uexillis undique circum poſita,
cuiusdam idoli, *Gerouiti* nomine, cele-
britatem agebat. Quod uir domini ut
aduertit, corde tenus pro tali errore
compunctus, urbis moenia ingredi re-
cuſauit. Sed, ante portam conſiſtens,
Wirikindum, eiusdem loci dominum, ac-
ceri fecit; et cur hanc idololatriam exer-
ceri pateretur, obiurgauit: qui prote-
ſtatus plebem, archiepiſcopo ſuo *Nori-*
perto rebellem, eo quod duriori ſeruitu-
tis iugo eam ſubiugare tentaret, nullo
modo cogi poſſe fatebatur, ut ab eo do-
ctrinae uerbum ſuſciperet, ſed prius
mortis occaſum, quam ſeruitutis huius-
modi onus ſubire paratam eſſe. Ideo
uero idem *Wirikindus* ſupplicabat epi-

* *Hamelber-*
genſe.

† *Epiſcopium.*

Solennitas Eb-
bonis. *De iſto*
Gerouito infra,
cap. 8. forte le-
gendum Hero-
uito.

S. Ebbo domi-
num loci obiur-
gat ob tolera-
tam idololatri-
am.

ſcopo, ut eidem ciuitati errorem ſuum pandere ne abnueret, dicens; monitis eius multo ardentibus plebem, quam archiepiſcopi ſui iuſſionibus obedire. Qui ſtans in edito ante portam ciuitatis; omni populo coadunato, uerbum ſalutis praedicabat et abdicationem huius ſacrilegae celebritatis facile apud eos obtinuit, proteſtantibus eis baptiſmi gratiam ſub alio archiepiſcopo prompta uoluntate ſuſcepturos. Pius ucro praedicator eidem *Wirikindo* magnam auri quantitatem et coniugi eius pſaltcrium precioſum, ſolita uſus beneuolentia, tribuit: ibique diuerſa itineri neceſſaria cum triginta plauſtris comparauit.

S. Othonis concio ad Hauelbergenſes.

Fructus concionis. Munera data Wirikindo.

Deinde a *Witikindo* exquirere coepit, ſi ducatum ſibi per regionem ſuam, ſicut in Merſeburgenſi oppido, coram glorioſiſſimo rege Lothario ei ſpoponderat, praebere paratus eſſet? qui abnuens, reſpondit, eum per terras hoſtium ſuorum paulo poſt tranſiturum, ideoque ducatum ei praebere non poſſe, ne forte ſatellites ſui ab eisdem hoſtibus capti et iugulati interirent. Tum pater amabilis, fortiſſima Dei manu ſuper ſe inuocata, coepti itineris curſum aggreſſus eſt.

Erat illic uaſtiſſima ſilua, qua diebus quinq; transmiſſa, uenit ad ſtagnum mirae longitudinis, ubi homuncionem paruae inſidentem nauiculae contemplatq, copioſam ab eo piſcium multitudinem comparauit; ſed ipſe, mirum dictu, argento multo, aliisque ſpeciebus ſibi propoſitis, nihil precii, niſi tantum ſal accipere conſenſit. Dicebat enim ſe ſeptennio panem non guſtaſſe, ſed piſcibus tantum et aqua ſtagni illius uitam alere inopem. Siquidem capta a duce Poloniae prouincia, ipſe cum uxore ſua fugiens, ſecuri et aſcia ſua aſſumpta, paruam in medio ſtagni ipſius planitiem inuenit: ubi aedificata domuncula, ſecure habitabat, tantamque ſiccatorum piſcium multitudinem aeſtiuo tempore congregabat, ut tota hieme ſuperabundaret: quibus etiam condiendis non paruam ſalis quantitatem a bono praedicatore coëmit.

Piſcator pro uenditu piſcibus ſalem petit, repudiatis nummis; et quare.

Erat etiam illic barbarorum natio, quae *Morim* uocabatur, Haec, audita beati praeſulis opinione, ultro ſe fidei ſacramentis ab eo imbui expetebat: ſed ipſe uir prudens et ſagaciſſimi ingenii, ad *Noripertum*, archipraeſulem ſuum, eos dirigebat, dicens: illicitum eſſe ſuper alienum fundamentum aedificare, ſe potius ad remotiores gentes, edicto domini papae et literis *Wortizlai* ducis Pomeraniae euocatum. At illi; *Magdeburgenſem* ſe nolle ſequi proteſtantes: quia grauiſſimo ſeruitutis iugo eos oppremere niteretur, ei, tanquam pio Dei ſeruo, ceruicem cordis humiliter ſubmittere et dictis eius per omnia obedire pollicentur. Quorum deuotionem intuens, benigne reſpondit, ſe quidem interim ad gentes ſibi commiſſas tendere; ſed poſt earum conuerſionem, ſi in hac uoluntate perſiſterent, auctoritate et permiſſu domini papae atque uoluntate et conſenſu *Noriperti* archiepiſcopi, eos impigre uiſitaturum.

Sacerdos ſubiectus archiepiſcopo Magdeburgenſi petunt baptiſmum a S. Othone.

CAPVT IV.

De aduentu eius ad urbem Timinam, *et de apparatu bellico.*

ITur ueniens ad urbem *Timinam* maximum illic belli apparatum hoſtilemque *Luticenſium* incurſionem reperit. Nam *Luticenſes*, quorum ciuitas cum ſano ſuo, a glorioſiſſimo rege LOTHARIO, zelo iuſtitiae, nuper erat igni tradita, urbem *Timinam* uaſtare ciuesque eius captiuare nitebantur: ſed ipſi eis utiliter reſiſtentes, *Wortizlai* ducis auxilium requirebant. Dux uero beato patri noſtro aduentum ſuum illic praeſtolari mandauerat, quem etiam per biduum, non ſine periculo capitis ſui, intra hoſtiles diſcurſus expectabat. Ipſa uero die aduentus praeſulis eximii, *Timinenſes* ante portam conuentus forenſes agebant. Sed quia ciuitas in ualle poſita erat, ipſo de montibus cum tam copioſo triginta plauſtrorum apparatu deſcendente, plebs omnis tumultuoſo hoc perterrita ſonitu hoſtiumque cuneos ſuper ſe arbitrata irruere, urbem quantotius ingredi, ſeque ad reſiſtendum praeparare molitur.

Ebo. Dñmin. Demina ſeu Damina. Luticenſes oppugnant Timinam.

Implorant opem ducis Pomeraniae. Timinenſes terrentur aduentu S. Othonis.

Appropinquante ſeruo Dei, nihil armorum in circuitu eius, ſed potius uexillum crucis deprehendit, ſtatimque pium OTTONEM, fama apud eos celeberrima uulgatum, agnoſcentes, alacri deuotione occurrunt moeniaque ciuitatis intrare depoſcunt, qui renuens urbem idololatriae ſordibus pollutam ingredi, ante portam, fixis tentoriis, habitabat; interimque accerſitos ad ſe primates plebis ad fidei chriſtianae et lauacri ſalutaris gratiam, mira praedicationis dulcedine, prouocabat. Sed antiquus hoſtis cernens illic dominica lucra, ſuaque detrimenta ſuccreſcere, inuidiam erga Dei famulum habitam celare non paſſus eſt: ſed immiſſo quodam ſallaci terrore, eum a finibus illis propellere niſus eſt. Sequenti etenim nocte, dux Pomeraniae in auxilium Timinenſium cum duobus exercitibus, id eſt, nauali et equeſtri ſuperuenit: et equeſtris exercitus prior occurrere debuerat, ſed uentus rapidiſſimo curſu nauium impel-

Ponunt timorem.

Timinenſes occurrunt S. Othoni.

Figit tentoria ante portam.

Vide lib. 3. cap. 3 uitae a Cemiſ. edit.

pellens, celerius littori appulit. Eque-A
ſtris uero exercitus poſtea ueniens, ſo-
ciamque turmam, quam ſe tarde ſecu-
turam ſperabat, illic inueniens, ſuſpica-
tus eſt hoſtilem cuneum ſe incurriſſe,
eo quod tetra noctis ingrueret caligo;
ſtatimque clamor confuſus et tumultus
importabilis utrimque exoritur; uni-
uerſus pii praefulis comitatus nimio ter-
rore perculſus, ad fugam ſemet inuicem
cohortantur, affirmante domino *Albi-* B
Albinus interpres S. Ottonis. *no*, interprete uiri Dei, paganorum *Lu-*
ticenſium adeſſe cateruam, et iam caede
miſerabili duces exercitum laniare.

Doctor uero eximius eundem *Albi-*
num, religioſum presbyterum, illuc ce-
leriter pro inuestiganda rei ueritate
transmiſit: qui flumini concitus ſe inii-
ciens, eo quod natandi peritus eſſet,
pacata iam omnia reperit, quia exerci-
tus illi ciues ſe tandem recognouerant,
et diabolico errore ſe praeuentos aſſe-
rebant.

Gaudium ducis Pomeraniae ob praeſentiam S. Ottonis. Dux autem *Wortizlaus*, de aduentu
pii paſtoris ultra quam credi poteſt gra-
tulatus, mandat ei ſine mora, in ulterio-
rem ſibi ripam occurrere, dicens: diui-
ni eſſe miraculi, quod biduo ibi inter
tam crebras hoſtium diſcurſiones illae-
ſus permanſit. Et reuera, niſi ualidiſ-
ſima Dei protectione, tanquam ſcuto D
inexpugnabili, obumbratus fuiſſet, eum
omni ſuo comitatu, nullo reſiſtente, in-
teriiſſet.

Mox autem, ut terris dies eſt reddi-
tus, dux cum exercitibus ſuis rebelli-
um *Luticenſium* terras inuadens, cuncta
ferro et igne uaſtat. Ad ueſperam ue-
ro magna praeda onuſtus rediens, cha-
riſſimum ſibi patrem OTTONEM debita E
Eſdem. cum reuerentia *Vznoim* perduxit; ubi
opportunam manendi et praedicandi
quietem habebat; ſtatimque in feſtiui-
tate pentecoſtes generale principum re-
gni ſui colloquium in eodem loco in-
dixit, ubi conuenientibus *Timinenſis*
ciuitatis aliarumque urbium primori-
bus, ſapienter eos ad ſuſcipiendum
chriſtianae fidei iugum prouocabat. I-F
pſe enim in pueritia ſua captiuus erat in
Teutonicas regiones abductus, atque in
oppido Merſeburgenſi baptiſmi gratiam
conſecutus: ſed, inter paganos uiuens,
ritum chriſtianae legis exequi non po-
terat, ideoque gentem, cui praeerat, fi-
dei iugo ſubiici, ardenter deſiderabat.

CAPVT V.

Qualiter dux Wortizlaus *ſuos ad collo-*
quium uocauerit et ad fidem Chriſti
exhortatus ſit.

Oratio ducis ad ſuos ſubditos. COnfidentibus ergo principibus,
dux ita exorſus eſt: *Cernitis, dile-*
ctiſſimi, quomodo pater hic beatiſ-

ſimus, etiam canicie uenerandus, pro ſalute
ueſtra, omnem gloriam et magnificentiam,
quam apud ſuos habeat, reliquerit et cum
periculo capitis ſui longinquas ſibi ignotas-
que adiit regiones, nec propriis ſumptibus,
nec canis ſuis, pro Dei amore, parcens, ſed
in morte animam ſuam ponens, ut uos a
morte ad uitam reuocaret; arduam difficilemque nimis hanc peregrinationem ſubire non dubitarit. Antea quidem multi *Vſdemenſes iam uerbum Dei his partibus annuntiantes ue-* *terfecerunt*
nerunt, quos inſtinctu ſatanae occidiſtis, e *nonnullos e-*
quibus etiam nuper unum crucifixiſtis, ſed *uangelii praedicatores,*
oſſa eius capellani domini mei epiſcopi, di-
gna reuerentia colligentes, honorifice tra-
diderunt ſepulturae.

Hunc autem reuerendiſſimum dominum
meum epiſcopum, fama celeberrima ubi- *Legatio*
que uulgatum; non ſic tractare debetis, *Quo et quando*
*nec poteſtis, quia * miſſus eſt papae et dile-* *tus Otto epiſcopus.*
ctus domini noſtri LOTHARII *regis inuictiſ-*
ſimi. Nam et ipſe Romani imperii prin-
ceps, et cuncti primates, loco patris eum
uenerantes, conſiliis eius per omnia obedi-
re ſatagunt. Vnde ſciatis procul dubio;
quia, ſi quidquam moleſtiae aut controuer-
ſiae ei a uobis irrogari dominus rex audie-
rit, ſine mora cum exercitu ſuperueniens,
usque ad internecionem delebit uos et ter-
ram ueſtram. Non eſt meum, ad hanc uos
religionem cogere, quia, ut ex ore domini
mei epiſcopi audiui, non uult Deus coacta
ſeruitia, ſed uoluntaria. Quapropter una-
nimi conſilio inter uos ſecreto conuenientes,
ſalutis ueſtrae cauſam, agite, et quali de-
uotione hunc reuerendiſſimum Dei ſer-
uum ueſtrumque apoſtolum ſuſcipiatis, in
commune decernite.

His auditis, principes et natu maio- *Audita oratione ducis deliberant, quid facto opus.*
res, opportunum huic colloquio locum
petentes, diu multumque ancipiti ſen-
tentia nutabundi oberrabant, praecipue
ſacerdotibus idolorum, quaeſtus ſui gra-
tia, contradicentibus: ſed pars ſanioris
conſilii affirmabat, infinitae nimis eſſe
inſipientiae, cum omnes circumiacen-
tium nationum prouinciae totusque
Romanus orbis chriſtianae fidei iugum
ſubierit, ſe uelut abortiuos, gremio ſan-
ctae matris eccleſiae abalienari, merito-
que diligendum chriſtianorum popu-
lum, qui per tot annorum curricula eos
ſibi rebelles pertulerit, patienter ex-
ſpectans conuerſionem eorum; nimis-
que uerendum, ſi amplius iugum eius
detrectauerint, caeleſtis irae importabi-
lem ſeſe uindictam incurrere.

Tandem diuina praeueniente cle- G *Idolatriam deſerunt.*
mentia, unaniminter cultum idolorum
abdicarunt et, fidei iugo colla ſubmit-
tentes, baptiſmi gratiam flagitare coe-
perunt. Quo audito, paſtor piiſſimus
flens prae gaudio, poſitisque genibus,
intimas Deo gratiarum actiones exſol-
uit.

CAPVT VI.

Quomodo Vdalricus *presbyter*, *et* Albinus *interpres* * Hologoſt *ciuitatem adierunt*, *et de periculo euaſo.*

* Wolgaſt.

Ebbo! Vita a Caniſ. edit. lib. 3. c. 4.

MOx igitur in eadem ciuitate baptizatis principibus uniuerſis, binos et binos e presbyteris ſibi adhaerentibus, ad alias urbes, ante faciem ſuam, praemiſit, ut populo conuerſionem principum ſuumque aduentum denunciarent, quorum duo, id eſt, *Vdalricus*, religioſus presbyter S. Aegidii, et ſupra dictus *Albinus*, interpres uiri Dei, opulentiſſimam ciuitatem *Hologoſt* dictam, adierunt, ubi a matrefamilias, uxore ſcilicet praefecti urbis, honorifice ſuſcepti ſunt, ita ut pedes eorum ſumma humilitatis deuotione lauaret; ſtatimque, menſa appoſita, copioſiſſimis eos dapibus reficeret, mirantibus eis et admodum ſtupentibus, quod talem in regno diaboli humilitatis et hoſpitalitatis gratiam meruiſſent.

Quam humaniter Wolgaſti excepti fuerint.

Tandem finita refectione, dominus *Albinus* matremfamilias ſecretius alloquens, indicauit ei cauſam aduentus ſui, et qualiter ad colloquium * *Vznoim* habitum cuncti principes, abdicatis idolatriae ſordibus, Chriſti gratiam induerint. Haec illa audiens, adeo expauit, ut terra procumbens diu ſemianimis remanſerit, quam in aqua refocillatam dominus *Albinus* requirere coepit; cur Dei gratiam adeo exhorruiſſet; cum magis laetari debuerit, quod Deus uiſitauit plebem ſuam, mittendo ei tam idoneum uerbi miniſtrum. At illa, non pro hoc, ait, obſtupui, ſed magis pro nece ueſtra, iam iamque imminente, contremuit cor meum. Nam magiſtratus ciuitatis huius cum omni plebe propoſitum habet, ut ubicunque apparueritis, ſine retractatione occidamini: et haec domus mea ſemper quieta et pacifica omnibus peregrinis ſuperuenientibus hoſpitalis fuit; nunc uero ſanguine ueſtro contaminanda erit re uera. Nam ſi aliquis magiſtratuum introitum ueſtrum hunc deprehendit, hac hora domus mea obſidione uallabitur; et ego infelix, niſi uos tradidero, igni, cum omnibus meis, concremabor.

* Ipſum, Albinum cauſſam aduentus pandit.

Mulier praepauore corruit.

Cauſſa huius rei.

Iam decretum fuerat, ut trucidarentur.

Abſcondantur in aedibus foeminae.

Aſcendite ergo in ſuperiora domus meae, ibique latitate. Ego miniſtros meos cum exuuiis ueſtris atque caballis ad remotiores uillas meas dirigam, ut, ſi uenerint inquiſitores, libere uos excuſare poſſim, cum nec indumenta ueſtra, nec caballi apud me deprehendantur. Illi uero piae eius prouiſioni gratias agentes, fecerunt ut docti erant: ſtatimque miniſtris caballos eorum et ueſtes abducentibus, poſt modicum plebs furibunda irrupit, omniaque ſcrutantes, peregrinos illic ingreſſos uoluenter ad mortem expetebant. Quibus materfamilias, fateor, ait, domum meam ingreſſi ſunt, et ſufficienter refecti uelocius abierunt; et ego, qui uel unde eſſent, aut quo tenderent, explorare non potui. Sequimini autem, et forſan comprehenditis eos. Illi uero, ſi, inquiunt, abierunt, uanum eſt, eos inſequi: ſed uiam ſuam pergant; et ſi denuo hic apparuerint, morti ſe procul dubio inuoluendos ſciant. Et ſic inquiſitio eorum, Dei nutu, caſſata eſt: ſeruique Dei, *Vdalricus* et *Albinus*, in ſolario matronae illius, uelut alterius *Raab*, abſconditi latuerunt.

plebs furens imperium facit in aedes.

Quae clauſa recedit.

CAPVT VII.

De periculo clericorum in eadem ciuitate et de uno ad templum fugiente.

CAuſa autem huius inquiſitionis et tumultus ſacerdos quidam idolorum fuit, qui, audita nouae praedicationis opinione, ad callida argumenta conuerſus, *cuiusdam fani chlamyde* et reliquis indutus exuuiis, urbem clam ingreditur, uicinamque petens ſyluam, praetereuntem quendam ruſticum inſolito occurſu perterruit. Qui uidens, eum *ueſtibus idoli* amictum, ſuſpicatus, Deum ſuum principalem ſibi apparuiſſe, prae ſtupore exanimis in faciem corruit, eumque talia dicentem audiuit: *Ego ſum Deus tuus, quem colis, ne paueas, ſed ſurge quantocyus, urbemque ingrediens legationem meam magiſtratibus omnique populo inſinua, ut, ſi diſcipuli ſeductoris illius, qui cum duce Wortizlao apud Vznoym moratur, illis apparuerint, ſine dilatione morti acerbiſſimae tradantur, aliquin ciuitas cum habitatoribus ſuis peribit.* Quod cum ruſticus ille ſumma feſtinatione ciuibus denunciaſſet, illi unanimiter adunati mandatum Dei ſui peragere conabantur. Sed, ut praediximus, diuina prouidentia ſeruos ſuos abſcondit, donec ſequenti die pius *Otto* epiſcopus, cum duce ſuperueniens, eos a latibulis produxit. Sed nec in ipſa die aduentus epiſcopi tentatio, per inuidiam diaboli ſeruis Dei immiſſa, defuit; adueſperaſcente namque die, quidam ex comitibus domini epiſcopi, fanum in eadem urbe ſitum conſiderare uolentes, minus caute pergebant: quod cernentes aliqui de ciuibus, ſuſpicati ſunt, fanum ipſum igni eos tradere uelle, et congregati horriſono armorum ſtrepitu eis occurrere geſtiebant. Tum reli-

Sacerdotis pagani fraus,

tumultum cauſa

religiosus presbyter *Vdalricus*, ad sociosA conuersus, ait: *non sine causa congregantur isti, sed sciatis, eos reuera ad interitum nostrum festinare.* Quo audito, socii retrogradum iter secuti, fugae praesidia petunt. Clericus autem, *Dietricus* nomine, qui iam praecedens eos, portis delubri ipsius appropinquauerat, nesciens quo diuerteret, audacter fanum ipsum irrupit et, uidens *aureum clypeum* parieti affixum, *Gerouito*, qui Deus militiae eorum fuit, consecratum, quem contingere apud eos illicitum erat, arrepto eodem clypeo, obuiam eis processit; illi autem, utpote uiri stulti rusticitatis, suspicati Deum suum *Gerouitum* sibi occurrere, obstupefacti abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. *Dietricus* autem uidens amentiam eorum, proiecto clypeo aufugit, benedicens Deum, qui de manibus eorum liberareC dignatus est fideles suos.

Dietrici clerici, stratagema.

Periculo liberat fideles.

CAPVT VIII.

De operibus eius in Chozegowa.

APostolus itaque Pomeranorum totam instantem ebdomadam in eadem ciuitate uerbum Dei disseminans, baptismi gratiam tradens, *Iohannem* religiosum presbyterum eis praefecit, sicque aliam urbem *Chozegowam* expetiit, in qua magni decoris et miri artificii fana erant, quae ciues eiusdem loci trecentis exstruxerant *talentis*. Sed et beato patri nostro maximam pecuniae quantitatem offerebant, ne ea deleret, sed pro ornatu loci integra et inconuulsa reseruaret. Quod uir domini penitus abdicauit, *seque nullo pacto sacrilegas aedes reseruare* affirmabat, dicens, *post discessum suum materiam apostasiae causamque ruinae infirmis exinde generari, seque huius delicti reatu nolle apud Deum obligari.* Magnam uero praedicationi suae auctoritatem dabat, quia cum dominus ordinasset his, *qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere*, ipse iuxta apoF stolum *non est usus hac potestate*, quin immo propriis se comitesque suos transigebat sumptibus, quos statuto tempore, ex uillis episcopii, per fideles nuntios sibi deferri, paterna prouisione solerter disposuerat; omnem derogandi occasionem inuidis aufferre satagens, ne forte reputarent, eum causa inopiae tam remotas adisse regiones, quasi in terraG sua ingruente rerum uictualium penuria, in haec *opulentissima regna* secedens, sub praetextu euangelizandi, uitae sustentacula argumentose requireret. Quod prudenter animaduertens uir sagacissimi ingenii, nunquam ab eis, quibus spiritualia seminabat, carnalia metereuolebat, sed nec loco muneris quicquam ab eis percipere consensit; si uero a primoribus, sibi fidelissima familiaritate adhaerentibus, quicquam uoluntarie offerretur et, ut id susciperet, multa precum instantia constringeretur, ipse de suis pretiosa quaelibet eis honorabiliter offerens, maiora dabat, quam accepisset, exemplo *Salomonis*, qui reginae *Sabba*, diuersas munerum species offerenti, multo plura dedit, quam ab ea consecutus fuisset. Vnde etiam pater hic beatus libentissime ab omnibus audiebatur, quia cernebant, eum, tantis redundantem mundialium rerum copiis, pro sola Christi dilectione, non lucri alicuius gratia, officium praedicationis arripuisse.

et munificentia.

S. Othonis continentia.

CAPVT IX.

De legatis suis et marchionis Adalberti de Saxonia.

EO igitur tempore, quo fana haec mirandi operis in urbe *Chozegowa* destruebat, legati honorabiles marchionis *Adalberti*, statum eius curiosius inuestigantes, sed et nuntii de uillis suis *Mücheln et Scidingen*, iuxta conductum oportuna ei subsidia deferentes, superuenere et uidentes, gratiam Dei ecclesiamque illic crescere et consortari, gaudio magno et consolatione sancti Spiritus replebantur. Et reuera iucundum erat spectaculum, cum simulacra mirae magnitudinis, et sculptoria arte incredibili pulchritudine caelata, quae multa boum paria uix mouere poterant, abscisis manibus et pedibus, effossis oculis, ac truncatis naribus, per descensum cuiusdam pontis igni cremanda trahebantur, adstantibus idolorum fautoribus, et magno eiulatu, ut diis suis succurreretur, ac iniqui patriae subuersores per pontem demergerentur, acclamantibus: aliis uero sanioris consilii e contra protestantibus: quia, si dii essent, semetipsos defendere possent; sed cum ipsi tacerent, nec de loco, nec tracti moueantur, omni sensu ac uitali spiritu penitus carere probentur.

Adalberti marchionis legatorum laetitia.

Ebur.

Ingens magnitudo idolorum.

Cremantur idola.

Sacerdotes uero idolorum seditionem conflare moliebantur, quaestus sui gratia. Nam, ut in Daniele propheta legimus, quotidie fercula et pocula diuersi generis, copioso apparatu, simulacris illis, uasta mole prominentibus, exhibebantur, quae omnia sacerdotes cum amicis suis, clanculo ingressi, absumebant.

Dan. 14.

Sed non praetereundum uidetur, quid miraculi in destructione fanorum ipsorum apparuerit. Subito enim, adstante populi frequentia, insolitae magni-

Muscae minutae quam antea uisae ex fanis euolant.

gnitudinis muſcae, quae nunquam in terra illa uiſae ſunt, magno impetu ex delubris idolorum proruperunt, et tanta denſitate omnem ciuitatis ambitum operiebant, ut paene lucem diei tetra caligine obducere uiderentur: ſed et oculos et labra uniuerſorum nimia importunitate uexantes, non paruum horrorem adſpicientibus ingerebant. Sed cum uiolentis manuum percuſſionibus abigerentur, nihilominus tamen diutius inſiſtebant: donec fidelibus laudes Dei concrepantibns, crucisque uexillum circumferentibus, inuiſum monſtrum portis apertis euolans, terram barbarorum, qui *Rutheni* dicuntur, pernici uelocitate petiit. Vnde cunctorum ſapientum iudicio definitum eſt, non aliud hoc portenti genus, niſi daemonum expulſionem, praeſagire, qui chriſtianiſmi coruſcantem per nouos doctores gratiam non ferentes, negata ſibi in his regionibus manſione, Ruthenos, pagano adhuc errore irretitos, adicre.

Fugantur circumlato crucis uexillo.

CAPVT X.

De dedicatione eccleſiae, ad quam plures conuocauit, ac magnalia quae egit.

Edit. Laſcivan

Plus itaque praedicator, deſtructis idolorum fanis et populo ſacrae regenerationis lauacro in ſinum matris eccleſiae congregato, nouam Chriſto aedificare coepit *baſilicam*. Ad cuius dedicationem cum loci eiusdem princeps, *Mizlaus* nomine, ueniſſet, qui dudum cum aliis primoribus ad curiale colloquium, in pentecoſte *Vznoym* habitum, baptiſmatis gratiam perceperat: his eum beatus pontifex uerbis, per interpretem ſuum *Adelbertum*, poſtea epiſcopum, allocutus eſt: *Fili cariſſime, quem ego Chriſto domino per euangelium genui, dedicatio haec exterior interiorem tui cordis dedicationem futuram ſignificat. Tu enim es templum Dei, ubi Chriſtus per fidem inhabitare dignatur et, ſi domum cordis tui ſic ornare uolueris, ut Deo, qui inſpector eius eſt, manſio illa placeat, cum gaudio ſpirituali hanc exteriorem perage-*
compunctus, *re potero dedicationem.* Qui compunctus his beati patris et apoſtoli ſui uerbis, flebili uoce reſpondit; *Quid me, pater ſancte, uis agere, ut Deus domum pectoris mei uiſitare dignetur?* At ille, *hoc eſt*, ait, *quod moneo, ut ſecreta conſcientiae tuae ſcruteris et, ſi cui aliquid per uiolentiam rapuiſti, digne reſtituas, ſi quos cauſa pecuniae captiuaſti, pro honore Dei abſoluas.* Tunc ille, *nemini*, inquit, *uiolentiam exhibui, ſed captiuos multos penes me habeo, grauiter mihi obnoxios.* Cui uir domini inquit, *require, ſi qui inter eos ſint chriſtiani.* Et cum requiſiſſet, inuenit plures ex *Danorum* regione chriſtianos, quos ſtatim beato patri noſtro, omni debito abſolutos, obtulit.

captiuos dimittit chriſtianos.

Ad quod ſeruus Dei gratulatus, *quia*, ait, *coepiſti, perfice gratum domino ſacrificium, ut paganos etiam captiuitate depreſſos, quo facilius iugo fidei colla ſubmittant, abſoluas.* Et ille, *multorum*, inquit, *criminum rei ſunt iſti, et damnabili non ferenda intulerunt, ſed ne dedicationis huius gaudia quolibet moerore obnubilentur, iuxta uerbum tuum, pater amantiſſime, abſoluantur.* His auditis doctor piiſſimus cum lacrymis gratias agens, *nunc*, ait, *acceptabilis erit Deo haec dedicatio, quia hoſpitium cordis tui hoc pietatis opere ad inhabitandum domino dedicaſti.* Et haec dicens ſolemnia dedicationis eccleſiae exorſus eſt. Nutu autem Dei ex improuiſo cineres defuerunt et, iurantibus miniſtris, pridem ſe eos in circuitu altaris collocaſſe, mirum in modum nec ſignum excuſſionis uſpiam inueniri potuit. Tunc religioſus presbyter *Vdalricus*, ſpiritu Dei actus, ad ſubterraneum quoddam habitaculum, pro cineribus colligendis, uelocius abiit. Cuius introitu audito, captiuus illic latitans uocem cum gemitu emiſit, manum de cauea protraxit. Obſtupefactus ſeruus Dei *Vdalricus* acceſſit uidere, quidnam hoc eſſet, uiditque iuuenem mirabiliter collo, pectore ao pedibus ferro incluſum. Et accerſito interprete haec ab eo audiuit: *ſerue Dei, miſere mei et mitte manum tuam, ut educas me de grauiſſimo huius captiuitatis iugo, etenim ſum filius nobiliſſimi Danorum principis, et dux* Mizlaus, *pro quingentis marcis, a patre meo ſibi dandis, hic me incluſum retinet.* Quo audito *Vdalricus* concito gradu ad epiſcopum rediit, et ſecreto eum conueniens, *non ſine cauſa*, inquit, *hoc impedimentum dedicationi noſtrae accidit; quia nutu Dei ego in reclusione grauiſſima filium principis Danorum inueni, dum pro cineribus colligendis abiiſſem, et non poterit dedicatio rata eſſe, niſi cum reliquis abſoluatur.* Cui epiſcopus, *iam*, ait, *tanta praeſtitit nobis, quod non praeſumo eum amplius interpellare, quoniam reuera nec in Teutonicis regionibus quisquam principum hoc facile ageret; ſed ſi uultis, ſecreto eum per uos conuenite, et forſitan acquieſcet uobis, licet graue ſit negotium.* Vdalricus itaque, aſſumpto interprete ſuo *Adalberto*, de turba eduxit *Mizlaum* principem, et primum *pacis Chriſti* uerbo ſalutans requirit, *ſi omnes captiui eius relaxati eſſent?* Quo dicente, *etiam*, Adalbertus interpres, *cur fallere conaris Chriſtum, qui falli non poteſt? Cur apoſtolum eius negando et diſſimulando contriſtas?*

Mizlaus princeps

monitione S. Ottonis

Dedicationis eccleſiae impedimentum,

ex principis Danici detentione eorum,

Ecce

Ecce impedimentum dedicationi huic tuae dissimulatione feciſti. Siquidem cineres heſterna die hic repoſiti uutu diuino hodie diſparuerunt et, dum cariſſimus domini mei capellanus Vdalricus, *non caſu, ſed Deo ſic diſponente, ad requirendos cineres abiſſet, inuenit captiuum tuum, quem Deo, cui omnia patent, occultare uoluiſti.* His auditis obſtupefactus princeps, *hic*, ait, *captiuus ſingulariter mihi prae omnibus aliis obnoxius eſt, ideoque ſuppliciter peto, ne cauſa eius manifeſtetur, ſed magis in ſubterraneo habitaculo, ut dignus eſt, reſeruetur.* Cui ſeruus Dei *Vdalricus, abſit*, inquit, *ut tanta pietatis opera, quae Deo exhibuiſti, ita, ut ipſi etiam domino meo epiſcopo admirationi ſis et honori, hac una crudelitate pereant, ſed reuera ſciat, quia ſacratiſſimae dedicationis huius gaudia nullatenus conſummari poterunt, niſi et hunc cum ceteris abſoluens gratum domino ſacrificium obtuleris.* Et ille, *quid ergo fiet*, ait, *de quingentis argenti talentis, a patre ipſius pro incomparabili damno mihi illato exſoluendis?* Ad quod famulus Dei, *non*, inquit, *tanta ſuper hoc affligaris moleſtia; habet dominus, unde tibi in centuplum haec reſtituat.* Tunc demum *Mizlaus* princeps, Dei praeueniente gratia compunctus, totus lacrymis eſt perfuſus et graui ſuſpirio frendens in ſemetipſo, *dominum*, ait, *teſtem inuoco, quod etſi corpus meum pro martyrio conſecrarem, non amplius quid nec animo meo grauius agere poſſem, quam quod hunc tanto mihi obnoxium debito, quem nullo pacto relaxari decreueram, nunc animo meo uioleuter reluctans, pro honore Dei omnipotentis et amore domini mei epiſcopi, abſoluo.* Statimque miſſis militibus ſuis de ergaſtulo tenebroſo eum produxit, et ſic catenis undique adſtrictum manibus ſuis altari conſecrando ſuperponena, holocauſtum in odorem ſuauitatis obtulit domino, et mox uincula eius ſolui mandauit, cunctis qui aderant prae gaudio flentibus, Deumque pro tanta eius deuotione benedicentibus. Tunc demum uenerabilis pontifex Chriſti ſolemnia dedicationis eccleſiae laetiori, quam coeperat, et diligentiori executione adimpleuit.

eiusdem liberationem ſublatum.

CAPVT XI.

De duce Poloniorum, qualiter Pomeranis bellum indixit, ſed per beatum Ottonem mitigatus bello renunciauit.

Edit. Leſchian.

SEd haec gaudia antiquus noſtri generis inimicus non aequis aſpiciens oculis, utpote cui innumera captiuitatis uaſa illic per beatum praeſulem erant erepta; omnibus modis haec laeta chriſtianae fationis ſemina, zizaniis ſeditionum et externorum incurſu bellorum, turbare molitus eſt. *Dux* enim *Poloniorum*, nomine *Polizlaus*, ante aduentum patris noſtri Ottonis grauiter a gente Pomeranorum offenſus, expeditionem ſuam illo cum manu ualida indixit. Quo nuntio gens illa, nouiter fidei ſacramentis initiata, non mediocriter eſt perterrita et primates natuque maiorea unanimiter ad apoſtolum ſuum, uelut tutiſſimum confugientes aſylum, eius magnopere flagitabant conſilium, dicentes: *tu, domine pater, nobis, chriſtianae fidei iugum ſubeuntibus, libertatem firmiſſimamque pacem in uerbo Dei promiſiſti, et ecce fratres noſtri Polonienſes, inter ipſa fidei primordia, rupto pacis foedere, bellum nobis indicunt populumque, nuper baptiſmi lauacro mundatum, humani ſanguinis effuſione iterum polluere conantur; ſed abſit, ut, te praeſente, eccleſia Chriſti hic collecta diſpergatur, cum pax in ingreſſu tuo in iſtam intrauerit prouinciam.* Quibus auditis pater piiſſimus, lacrymas ab oculis diſtillans, *nolite*, ait, *timere, potens eſt Deus meus, cui credidiſtis ad introitum humilitatis meae, cauſas belli huius praecidere pacemque deſideratam nouo ouili ſuo reſtituere. En ego ipſe animam pro uobis morti dare paratus ſum, uos tantum religioni, quam didiciſtis, operam date. Ego cum comitibus meis ducem Poloniorum adeam eumque ab intentione bellandi, Deo auxiliante, auertam.* At illi, pedibus eius prouoluti, debitas gratiarum actiones exſoluebant et confeſtim, diſpoſitis uiae ſociis, *Vdalricum*, religioſum presbyterum, uice ſua ad confirmandam neophytam plebem *Vznoym* reliquit, ipſe uero ad ducem Poloniorum impigre, ut condixerat, ire coepit. Cuius aduentu dux comperto, celerius ei debita cum reuerentia occurrit, omnique humanitatis officio, ut par erat, fouere non deſiit; nam antea etiam familiariter eum notum habebat; agnitis uero cauſis itineris, admodum obſtupuit dicens, *gentem illam beluinae ferociatis immanitate terram populumque ſuum deuaſtaſſe, adeo ut etiam parentes ſuos e ſepulchris protraheret, et collisis capitibus dentes excuteret, oſſaque eorum per publicum aggerem diſpergeret; mirumque eſſe, quod ipſe uiuus diſcerptus non fuiſſet ab eis, cum omnes anteriori tempore Chriſtum illic annunciantes mortis ſententiam incurriſſent, ſed unus eorum crucis patibulo nuper affixus occubuiſſet.* At ille, *Dei protectione et Romani principis reſpectu, ac defenſione* Wortizlai *ducis ſe munitum* proteſtatus, *gratia Chriſti gentem illam*, aiebat, *initiatam, ſeque ad hoc ueniſſe; ut incurſionem bellorum ab ea,*

Pomerani a Polizlao duce Poloniorum bello affecti.

a Ottoni ſuppliciter petentes

huius interpellatione

quae pacem Dei receperat, annouaret, ne nouus grex inter ipsa fidei primordia turbatus a recto tramite exarbitaret. Dux autem Polizlaus respondit, *non ex facili sibi constare, ut expeditionem illam tanto tempore propositam intermitteret, sed pro nihilo se deinceps ab omni populo suo habendum, si Pomeranorum ducem, tam grauiter sibi obnoxium, debita talione non re*B*percuteret; seque Deo gratias agere, quod seruus Dei ab eis secessisset, quia eo praesente, bello infensum sibi gentem obpetere nequiret.* Cui episcopus, *etsi ego*, ait, *recessi, sed* Vdalricus *dilectissimus capellanus meus ibi remansit, quem pro confirmanda et consolanda plebe neophyta illic reliqui, et non minori pro eo, quam pro memetipso angor solicitudine. Noueris ergo fili karissime, quia si nouam Christi sponsam, hoc impetu belli quassatam, fides iugo abalienaueris, in tremendo examine rationem Deo posituru eris, sed et ego pro omnibus mihi creditis mortem excipere paratus sum.* Ad haec ille, *si*, inquit, *humiliatus Pomeranorum dux per semetipsum mihi occurrere et ueniam deprecari uoluerit, faciam secundum uerbum tuum, testorque Deum coeli, quod nec domino meo regi Lothario in tam grandi negotio annuerem; sed nunc honoraui faciem tuam et reuerendam canitiem, quam pro amore Dei in tam remotas barbarorum regiones fatigare non dubitasti.* Mox ergo legati honorabiles, *Wortizlaum* ducem et *Vdalricum* capellanum accersentes, diriguntur, data eis prius firmissimae pacis desiderata securitate. Qui trium dierum itinere confecto, Poloniam uenerunt et honorifice cum suo comitatu susceptI, causam, pro qua uenerant, tractare coeperunt, sed per E duos dies interminatam reliquerunt, tertia tandem die, domino opitulante et pio Ottone mediante, reconciliati pacis oscula libant et, abdicata bellandi intentione, foedus intemeratae dilectionis ambo duces coram primatum et nobilium frequentia pepigerunt. Ipse quoque dux Pomeranorum in testimonium deuotionis suae magnam pecuniae quantitatem super altari beati *Adalberti* martyris, *canonicorum illic Deo seruientium usibus* profuturam, obtulit multumque se orationibus eorum commendans, itinere, quo uenerat, cum pio *Ottone* uniuersoque comitatu, *Vznoym* reuersus est. Plebs ergo Christi, nuper legibus dicata, pro concessa a Deo pacis securitate, cum lacrymis gratias agens, inuicem sese ad conseruandam rectae fidei traditionem cohortabatur, piusque praedicator ad circumpositas ciuitates *uerbi ministros*, sicut et antea, peruigili solicitudine dirigebat.

duci reconciliantur.

CAPVT XII.

De Vdalrico sacerdote, misso per sanctum Ottonem, pro conuersione Veranorum et de periculo eiusdem.

ERant autem trans mare barbari, eru- *Edit. Ioschim.* delitate et saeuitia singulares, qui *Verani* dicebantur. Hi audita praesulis beati opinione, crebris legationibus ei mandauerant, *quod, si unquam terras eorum interare praesumeret, sine mora cum omnibus suis morti acerbissimae se tradendum sciret.* Cumque uir Dei feruens in spiritu minas eorum postponeret, saepiusque illo tendere disponeret, ab omnibus uitam eius desiderantibus inhibebatur; aegre tamen ferebat, quod nullus ex omnibus suis opus aggredi uolebat. Quod sentiens *Vdalricus* sacerdos a proposito conuertitur ad Veranos
Vdalricus, religiosus sancti *Egidii* sacer- C dos, incunctanter sehuic discrimini obtulit: cui pius Otto admodum gratulatus licentiam et uiae comites statim concessit. *Adalbertus* autem, uiri Dei interpres, tunc non aderat, sed postea haec addiscens, dominum episcopum omnino ab hac intentione conabatur auertere, lacrimosis singultibus hoc modo compellans: *O sancte pater, quid* nec Alberti precibus demouetur *agis? cur dilectissimum cooperatorem tuum* D *morti destinare non metuis? scias uerax, quod ab omnibus nobis ut reus mortis eius reiunio addiceris.* Seruus autem Dei subridens, *nome*, ait, *ipse dominus IEsus Christus discipulos suos quasi oues in medio luporum misit, et magister totius ecclesiae, princeps apostolorum multos e suis ad subigendam barbarorum rebiem destinauit? Sed et sanctus* Clemens *papa Dionysium Areopagitam in Gallias, aliique pontifices Romani dilectissimos suos euangelizandi gratia paganis direxerunt, qui ab eis iugulati occubuerunt, nec tamen magistri eorum mortis reos se adiudicabant, quinimo gloriae passionis ipsorum alacri deuotione adgaudebant. Testis est mihi Deus, quod pro amore eius ipse ego hanc* F *periculosam praedicationis angariam subire paratus essem, sed, quia aditum egrediendi uiolenter mihi obstrutis, hunc athletam Christi, proficisci cupientem, non auersor.* Nocte igitur insecuta, *Vdalricus* per soporem uidit, se in atrio ecclesiae *S. Aegidii* quasi ad profectionem quandam pertingere, et cum iam portam egredi conaretur, ancillae Christi *Berthrada et Wendelhmut*, cum reliquis per nec uisionis deterritus G uestimenti fimbrias eum magno cum gemitu retrahebant nec ullo modo portam exire finebant. Quod cum experefactus *Adalberto* interpreti retulisset, ille *manifestam*, respondit, *esse uisionem;*

sua

nec aliud praefagare, quam quod ſponſae Chriſti, quibus in Babenbergenſi loco praeerat, aſſiduis apud Deum precibus obtinuiſſet, ne Veranos, ubi certa mors ei imminebat, expeteret, ſed potius alumnas ſuas uita comite cum gaudio reuiſeret. Seruus autem Dei *Vdalricus* nullo modo ob id a bono propoſito reuocari conſenſit, ſed mane facto, pio Ottoni puram agens confeſſionem, arduum huius praedicationis iter, in remiſſionem peccatorum ſuorum, alacri deuotione ſuſcepit, moxque naui, cum comitibus ſuis et interprete quodam Polonienſe religioſo uiro, impoſitus, cunctis ei proſpera imprecantibus, Dei uiri benedictione munito, nauigium eſt aggreſſus. Tum uero magna caeli ſerenitas et maris tranquillitas arridebat; ſed ubi longius a littore eſt remotus, ſubito fluctibus, uento ualidiſſimo concitatis, tempeſtas non modica ingruere coepit, quae ſine mora arreptam nauem littori, quod reliquerat, appulit ſeruumque Chriſti *Vdalricum* loco ſuo reſtituit. Quae ſcilicet tempeſtas ſeptem diebus continuis mari imminens, omnem profectionis huius caſſauit intentionem.

propter maris paucos inclementiam conſilium mutare compelluntur,

CAPVT XIII.

Qualiter pontifices idolorum in mortem ſancti Ottonis populum excitauerunt.

ex Iaffeio.

APoſtolus autem Pomeranorum, uoluntatem Dei prudenter in hoc conſiderans, nec *Veranos* uerbo ſalutis dignos iudicans, ad *Stetinenſes*, qui a fide, ut ſupra diximus, apoſtataverant, iter ſuum direxit, licet multi fideles Chriſti et familiares ſui eum ab hoc propoſito reuocarent. Nam pontifices idolorum plebem apoſtatam in necem eius unanimiter concitauerant; ſed ipſe martyrii ardore flagrans nullumque ſuorum opus hoc aggredi praeſumere cernens, quodam die, ſecreto collectis pontificalibus exuuiis colloque impoſitis, ſolus eo tendere coepit et nauim ibi fortuito praetereuntem aſpiciens, naulo dato eam quantocyus ingredi accelerabat. Quod *Vdalricus* Dei nutu animaduertens ſociis confeſtim indicauit. Illi pernici curſu eum inſequuntur, primusque *Adalbertus* interpres eum comprehendens, inuitum ac renitentem domum redire compulit. Qui altius ingemiſcens ſeque deprehenſum acriter dolens, paucos tandem e ſuis periculoſae huius uiae ſocios habere meruit, qui nimium eius feruorem conſiderantes, nefas cenſebant, eum reuocare aut in comitatu relinquere. Nauem ergo ingreſſi, cum ciuitati *Stetinenſi* appropinquaſſent, ſpeculatores eos agnoſcentes et conſiderantes ingenti ſtrepitu ciuibus, *antiquum erroris magiſtrum ſuperuenire*, acclamabant, *cui cum gladiis et fuſtibus occurrere et ad iniuriam Deorum uindicandam indigne tractare expediret.* Quod famulus Dei cum per interpretem agnouiſſet, intrepidus ac calore fidei armatus crucis uexillum erexit, pontificalibus ſeſe indumentis praeparauit, eisque obuiam ire deliberauit, primoque eccleſiam principis apoſtolorum, quam

Stetinenſes ad pontificum monita lapſi

legatos Dei adoriuntur.

Reliqua de fine capitis decimi quinti et initio capitis decimi ſexti deſiderantur, quae uno folio, quod in codice laceratum erat, ſcripta fuerunt. Vide quae in notis addidi.

Sequitur ergo capituli decimi ſexti pars poſterior.*

* edit. Iaffeio.

Fidem Chriſti abdicatis Idololatriae ſordibus receperunt, primusque *Wirtſchachus*, nobiliſſimus eorum, ad ſeruum Dei ingreſſus, hanc *pro omnibus* dedit rationem: *ego, pater honorande, cum primatibo, nunc locum regentibus, Deo inſpirante, pari uoto in hoc conuenimus, ut ſacrilegos iſtos ſacerdotes, omnium malorum incentores, longe a terminis noſtris eliminemus, teque ducem et praeceptorem in uiam ſalutis aeternae auida mente ſequamur.* Et conuerſus ad eum, qui prius fuerat locutus, ſacerdotem ait: *O miſer et miſerabilis, quid mihi dii tui profuerunt, cum in arctiſſima compeditus cuſtodia mortis ſententiam iam iamque praeſtolarer, ſocius meis pridem crudeliter ſtrangulatis, ubi uiſibiliter dominum et patrem meum Ottonem a uinculis me abſoluere et deſiderantem libertati reddere aſpexi? Nonne melius eſt mihi Deo uiuo et uero liberatori meo ſeruire, quam lignis et lapidibus uita ſenſuque carentibus? Tu ergo cum tuis perge, quo uolueris, et caue, ne amplius in finibus noſtris compareas, quia, domino noſtro IEſu Chriſto regnante ſuper nos, non eſt tibi et ſimulacris tuis locus in his regionibus.* Quo audito cuncti ſacerdotes idolorum ſine mora ſurgentes pernici fuga elapſi ſunt, ita ut nullus eorum deinceps ibi comparuerit. Antiſtes autem domini ſuper hoc intimas Deo gratias exſoluens, confeſtim delubra idolorum cum ſuis deſtruere coepit.

Sacerdotum idololatricorum fuga.

CAPVT XIV.

De duobus Rumbonibus *mirae magnitudinis captis et ſancto Ottoni per piſcatores allatis.*

DEinde eos, qui a fide apoſtataverant, *benedictione ſacrati fontis* et *manuum impoſitione* purificans, *uiuificae crucis uexillo* et *orationis uirtu-*

Stetinenſes apoſtatae eccleſiae redimiti.

te katholicae matri cum gaudio recon- A ciliauit, aliis uero baptiſmi gratiam et fidei ſacramenta contradidit. Sed, ut ſcriptum eſt, *inquirentes dominum non deficient omni bono*; praedicatori ueritatis in opere Dei laboranti ſolitae benignitatis munificentiam dominus exhibere dignatus eſt. Piſcatores enim Stetinenſium autumnali tempore, quo haec chriſtianae militiae rudimenta agebantur, ad fluuium *Oderam* progreſſi, duos inſolitae magnitudinis *rombones* apprehendunt, quorum occurſus non niſi uerno tempore eſſe ſolet. Obſtupefacti illi nouam hanc capturam, nouis praedicatoribus caelitus prouiſam, inter ſe conferunt, moxque apoſtolo ſuo cum hoc iucundo munere occurrentes, aiebant: *nunquam in illis partibus rombones autumnali tempore uiſos, ſed caeleſti prodigio ad introitum eius largam hanc benedictionis ſuae copiam dominum declaraſſe*. Erant autem rombones tantae uaſtitatis ac longitudinis, ut ſeruo Dei cum uniuerſo comitatu ſuo per quatuordecim dies ſufficientem praeberent alimoniam, ita ut nobilibus etiam quibusque ex eadem copia reliquiae honorabiliter partirentur. Ex hoc uero populus in fide magis ac magis corroborabatur, cum tantam in apoſtolo ſuo gratiam tam in temporalium quam et in ſpiritualium exuberantia profectuum mirarctur. Erat autem fanum quoddam longius remotum, ad quod deiiciendum fidelem et familiariſſimum ſibi *Vdalricum* ſacerdotem religioſum direxerat.

Alimonia S. Ottoni caelitus prouiſa.

CAPVT XV.

De inciſione nuceae arboris et periculo epiſcopi.

S. Otto nucem idololatricam fruſtraturus.

SEd pauci, qui remanſerant, fautores idolorum de muro proſpicientes, eum illo tendere, iactu lapidum et lignorum, caput eius conterere moliebantur; qui tamen, Deo protegente, illaeſus euaſit reuerſuſque ad pium patrem Ottonem, inſidias eorum retexuit. Vir domini ſtatim clato crucis uexillo ac pontificali redimitus inſula ſemetipſum huic periculo ingerere non dubitauit, cuius praeſentiam barbari non ferentes hac illacque diſperſi fugae latibula quaeſierc. Deſtructo igitur fano, cum uir Dei reuerteretur, *arborem nuceam* praegrandem idolo conſecratam, cum fonte, qui ſubterfluebat, inuenit, quam ſtatim ſuccidere ſuis imperauit. Accedentes uero Stetinenſes ſuppliciter rogabant, *ne ſuccideretur, quia pauperculus ille cuſtos arboris ex fructu eius uitam alebat inopem, ſe autem*, iure iurando affirmabant, *ſacrificia, quae illic daemoniis exhibebantur, generali edicto perpetualiter inhibere*. Quorum petitioni doctor piiſſimus, *dictante aequitatis ratione*, nauiter annuit. Dum uero mutuis haec conferunt ſermonibus, ecce barbarus ille cuſtos arboris ex improuiſo accurrit, ſeruoque Dei poſt tergum clam aſſiſtens eius ſanctum uerticem *frantiſca*, anniſu forti, appetiit, ſed Dei nutu fruſtrato ictu, ponti firmo tabulatu ſtrato, cui tum forte ſuperſtabat, frantiſcam tam ualide infixit, ut difficultate extrahendi moram percuſſori faceret.

Vitae periculum ille ſubit.

CAPVT XVI.

De orationibus pro ſaluatione pii Ottonis in monte S. Michaëlis factis, et de uiſione Ellenhardi ſenioris.

QVo uiſo *Adalbertus* interpres nimio terrore concuſſus, perniciter *frantiſcam* barbari manibus eripit et abſcondit, omnesque inſolito horrore circumfuſi ſacrilegum inuadunt et mortem ei intentant. Sed pietas *Ottonis*, ne quid mali homicida patiatur, obſiſtit eique, licet indigno, uitam et ſalutem impetrat. *Adalbertus* autem, in lacrymas erumpens et montem *ſancti Michaelis* Babenbergenſem deuota inclinatione ſalutans, *hic*, ait, *ictus ſine dubio precibus fratrum coenobii ſancti Michaelis a domino meo epiſcopo diuina protectione eſt auerſus, quia barbarus iſte, naturali ingenio callens, ita ſagittandi uel manu feriendi peritia eſt imbutus, ut etiam anguſti foraminis orbem non fruſtrato ictu oppetere idoneus eſſet*. Illo etenim tempore preces et ſupplicationes magnae, ſicut et ſemper, apud nos fiebant pro dilectiſſimo patre Ottone, qui nos pro aliis mirum in modum, materno potius quam paterno affectu, iugiter foucre non deſiit; adeo, ut quadam uice, cum ad curiale colloquium a ſereniſſimo rege LOTHARIO euocatus, apud *Magdeburgenſem* urbem grauiter aegrotaret, accito diuae memoriae *Hermanno* abbate noſtro, per quem tunc etiam, praeter alia dona, trecentas nobis marcas transmiſit, in hanc lugubriter erumperet uocem: *O quam incomparabilis me detinet gemitus, quod in hac aegritudine tam longe remotus ſum a dulciſſimo requietionis meae loco, nimirum uidelicet domini et patroni mei beati Michaëlis archangeli, ubi corde et animo ita fixus inhaereo, ut teſte domino, ſi in hac hora illic poſitus eſſem, mille marcas huic beneficio non praeponerem.*

Amor S. Ottonis in monachos.

Quia ergo charitas exigit charitatem, ſpeciali eius amori, de cuius capite, ut ſcriptura loquitur, *oleum non defecit*, id eſt, meriti eius charitas nunquam exci-

Gratitudo monachorum S. Michaëlis erga S. Ottonem.

dit,

dit, ſpecialem orationis intimae deuotio-
nem rependere curauimus. Nam ut de
caeteris ſileam; *Ellenhardus* ſenior no-
ſter, uir totius prudentiae et pietatis, ac
ſingulari compunctionis et humilitatis
dulcedine amabilis, nocturnas fratrum
uigilias orando praeuenire ſolitus, pro
Preces pro S. Ottonis reditu. ſalute pii Ottonis placidas diuinae cle-
mentiae aures lacrymoſis ſingultibus eo
usque pulſare non ceſſabat, donec deſi-
deratum eius reditum caeleſti reſponſo
audire meretur. Cum enim nocturno
tempore, more ſuo, in tenebroſis gradi-
bus capellae ad ſanctas uirgines intimis
pro dilecto patre inſiſteret precibus, ſu-
bito clara luce, in eodem loco, emicante,
audiuit dicentem ſibi; *exauditus es pro
pio Ottone; ſaluum eum recipies.* Sed his
paulisper neceſſario inſertis, nunc re-
uertamur ad ordinem.

CAPVT XVII.

*Quomodo Stetinenſes fidei reconciliatos du-
ci ſuo reconciliauerit et de interitu
ſacerdotum epiſcopo inſidian-
tium.*

Stetinenſium legatio ad Ottonem. IGitur confirmatis in fide et doctrina
domini *Stetinenſibus*, cum uir Dei
Vznoym redire diſponeret, accedentes ad eum urbis eiusdem ciues ſuppli-
citer rogabant; *ut diſcordiam, quae in-
ter eos et ducem Wortizlaum diabolo in-
ſtigante conflata erat, ſuo interuentu diſ-
ſolueret.* Ad haec ille, *faciam*, inquit,
*ut uultis, ſed peto legatos honorabiles ex
parte ueſtra mecum dirigi, qui pacis huius
munia nobis reportent et, ſi dux iuſtae ali-
quid habet querelae, de obiectis rationem
reddant.* Conſeſtim legati Stetinen-
ſium bono paſtori aſſignantur; qui et-
iam non paruo in eadem uia praeſuli
Sacerdotes idolatrici S. Othoni mortem intentantes almo fuere praeſidio. Nam duo pon-
tifices idolorum uiro Dei mortis la-
queos intenderant et milites octoginta
quatuor clam praemiſerant, qui eum
obſeruantes in reditu iugularent et ca-
put eius palo infixum ſibi remitterent.
*Sed non eſt ſapientia, non eſt fortitudo, non
eſt conſilium contra dominum.* Nam et pius
Otto diuina ſe protegente gratia illaeſus
exiuit, et infideles illi laqueum et fo-
ueam, quam parauerant, inciderunt.
Abeunte enim praeſule beato, maior il-
le pontifex idolorum conuocatis ami-
cis ſuis magno laetitiae tripudio eos
diem feſtum diis ſuis agere praecepit,
dicens: *Deus noſter, quem antiquus ille
ſeductor exterminare conatus eſt, apparuit
mihi, et ſine ambiguitate caput Ottonis ho-
die amputandum mihi transmittendum in-
timauit.* Cumque haec furibunda et
tremendam poenam luunt. cachinnanti uoce promiſiſſet, ſtatim a
diabolo confractis ceruicibus caput eius
retrorſum eſt horrendo et mirabili or-
dine transuerſum, cerebrumque loco
ſuo exiliens crudeli impetu parieti eſt
appulſum. Quo uiſo amici eius uehe-
menter obſtupefacti, cauſam inſolitae
huius calamitatis ab eo ſuſcitantur. At
ille diu horriſono ſonitu increpitans
tandem erupit: *quia*, ait, *ſeruo Dei in-
ſidias tetendi et uos a uia ueritatis ſepa-
rare cogitaui, terribiliter a Deo percuſſus
ſum.* Et his dictis exſpirauit, tantoque
faetore locus eſt ille repletus, ut nemo
illic, moriente eo, prae intolerantia fae-
toris conſiſtere ualeret. Et ut ſcriptum
eſt, *peſtilente multato ſapientior erit ſa-
piens*, omnis populus, audito eius inte-
ritu, magis ac magis in fidei perſeue-
rentia eſt confortatus. Alter uero ſa-
crilegus pontifex nec ſic compunctus
eſt, ſed uiro Dei conuicia irrogans, aie-
bat, *doctrinam eius in illis partibus abolen-
dam* et, quos poterat, a uero tramite co-
nabatur auertere, unde et ipſe iudicio
Dei poſt modicum interit. Nam dum
cauſa quadam ingruente nauigio mare
tranſiret, pro corporali neceſſitate e-
greſſus, uicinae ſiluae latibula petiit,
moxque nonnulli ex comitibus ſuis,
nutu Dei, zelo iuſtitiae armati, ipſum
clam inſequuntur, et apprehenſum
crudeli laqueo in ſpiſſioribus locis ſu-
ſpendunt, ſicque dolor eius et iniqui-
tas in uerticem ipſius deſcendit. Cum
ergo milites octuaginta quatuor a pro-
fano illo ſacerdote idolorum, ut ſupra
diximus, praemiſſi, uirum Dei nauigan-
tem aſpexiſſent, ex inſidiis erumpen-
tes, *quo tenderet*, clamoſa uoce requi-
runt: reſpondentes legati Stetinenſes,
cur hoc inquirerent, uiciſſim percunctan-
tantur. At illi uoces ciuium et ami-
corum ſuorum agnoſcentes gradum ſi-
ſtunt, ſeque praeſentiam eorum illic
neſciſſe fatentur. Illi uero econtra,
antiſtes, inquiunt, *domini diſcordiam in-
ter ducem et nos inueteratam diſſoluere
intendit, ideoque non patiemur eum quic-
quam moleſtiae in hac uia incurrere, ſed
mortem pro eo ſubire parati ſumus: ergo, ſi
conſultum uobis eſſe cupitis, uia, qua ue-
niſtis, quantocyus reuertimini.*

CAPVT XVIII.

Quomodo epiſcopus tranſitis inſidiis Iulinam uenerit et ipſam de apoſtaſia correxerit, et de illuminata caeca muliere, et de filio militis lunatico in papilione reliquiarum liberato.

SIc igitur nutu Dei caſſata eſt iniqua
ſacrilegi pontificis machina et ſer-
uus domini urbem *Iulin*, dudum a
ſe rectae fidei ſacramenti initiatam, a-
diit. Cumque eos doctrinis pariter et

exemplis in domino confortaret, mulier quaedam luminibus orbata ueſtigiis eius prouoluitur, *benedictionem ab eo et remedium* inſtanter efflagitans. Quod pius Otto ioculariter ſuſcipiens, *ecce*, ait, *eccleſia ſancti Adalberti martyris praeſto eſt, illuc credens Deo et ſanctis eius curre, tangensque campanam auxilium martyris Chriſti implora.* Solebant enim *rudes adhuc in fide barbari*, cum aliquod in eccleſia remedium flagitabant, *campanae ſonum, quaſi ſanctos per hoc ad ſubueniendum excitantes, mouere.* Quod cum illa *ſimplicitatis* intentione credens exſecuta ſuiſſet, illico lumen recepit et, exiliens cum gaudio, ad ſeruum Dei regreſſa pro ſanitate recepta gratias egit immenſas. Cui ille, *non mihi*, inquit, *ſed Deo et ſanctis eius gratias age et in fide, quam didiciſti, usque in finem perſeuerare non deſinas.* Poſt haec miles quidam, habens filium *lunaticum*, ſeruo Dei eum adduxit, boucs quatuor, ut ſanitati puerum reſtitueret, obtulit. Qui humilitatis gratia haec refugiens ait: *Erras homo, non eſt hoc meum, ſed perge ad tentorium, ubi reliquias ſanctorum poſitas habeo, ibique Deo et ſanctis eius uota tua pro filio credulus offer, ſtatimque ſaluum eum recipies.* Qui pergens cum puero fecit, ut doctus erat, moxque filium incolumem uiro Dei gratulabundus repraeſentauit.

Campanae S. Adalberti tactu mulier caeca uſum recipit.

Lunaticus medicantibus reliquiis curatur.

CAPVT XIX.

De Bocho *presbytero et ſegete incenſa, in die ſancti Laurentii martyris, et de muliere a morte reſeruata et de milite frenetico ſanato.*

ACcidit poſt haec in feſto beati *Laurentii*, ut presbyter quidam, ex comitatu pii *Ottonis*, nomine *Bockeus* praeteriens uideret ruſticos in agro frumenta metentes, quos modeſte compeſcuit dicens: *Miſeri quid agitis? Hodie natalis dies eſt beatiſſimi martyris Laurentii, qui totius eccleſiae ſumma ueneratione celebratur, et uos infelices hunc uiolare praeſumitis?* At illi, *non*, inquiunt, *omni tempore ſabbatizare poſſumus, expedit etiam neceſſaria domibus noſtris aliquando prouidere. Bockeus* autem feruens in ſpiritu, *ſcio*, ait, *non impune nobis uiolationem huius ſacratiſſimae ſolempnitatis cedere, ſed caeleſti igne omnia, quae illicite meſſuiſtis, conſumenda fore noueritis.* Vix haec ediderat, et ecce iuxta uerbum eius ignis Dei cecidit e caelo, tactasque meſſes eorum usque ad fauillam conſumpſit. Qui reatum ſuum agnoſcentes ac per hoc ſuppliciter ueniam petentes in magna deinceps reuerentia eximium Chriſti martyrem *Laurentium* habuerunt, ſe ſuaque omnia illi tuenda committentes. Item in urbe *Games* dicta ruſticus quidam cum coniuge ſua ad metendum exierat in ſolempnitate aſſumptionis Dei genitricis Mariae perpetuae uirginis; quod cernens praedictus uiri Dei aſſecla *Bockeus*, zelo iuſtitia motus redarguit dicens: *ceſſate infelices, ceſſate, nullo modo fas eſt huic deſeruire operi in tam celebri ſacratiſſimae matris domini feſtiuitate.* Erat autem feria ſecunda. Et illi, *heſternam*, inquiunt, *diem dominicam feriatam habuimus; hodie autem operi manum intendere debemus.* Bockeus autem, *et hodie*, inquit, *ſumma deuotione feriandum eſt nobis in honore matris domini, cuius ueneranda aſſumptio uniuerſam Chriſti exornat eccleſiam.* Illis autem non acquieſcentibus, ſed obſtinata mente caepto labori inſiſtentibus, religioſus ſacerdos *Bockeus, quia*, ait, *uerbis meis non creditis, ſanguis ueſter erit ſuper caput ueſtrum; iam nunc transgreſſionis huius uindictam euidentibus rerum indiciis experiemini.* Nec dum uerba finierat, et ecce ruſticus ille incredulus cecidit retrorſum et exſpirauit, partemque ſegetis, quam metendo apprehenderat, tam ſorti annisu etiam moriens manu retinuit, ut nulla quisquam ratione uel manum aperire, uel ſegetem eruere poſſet, ſed miraculi ordine cum hac ſtupenda alligatione tumulo traderetur. Mulier autem interuentu Dei genitricis uitae reſeruata, ſed ſimili prodigio alligata: ſcilicet digitis cum ſegete palmo inſolubiliter adhaerentibus tremens ad uirum Dei Ottonem cocurrit, delictumque ſuum humili confeſſione detegens ueniam ſuppliciter expetiit. A quo protinus conſignata et ad memoriam ſancti Adalberti martyris, illic conſtitutam, transmiſſa curata eſt. Et ex eo ſpecialis dominae noſtrae perpetuae uirginis reuerentia in illis partibus, ſicut et in omni chriſtianitatis loco, excreuit. Poſt haec miles quidam *frenesi* laborans inſano clamore et horrendis membrorum motibus cunctis onerosus erat. Socii uero et cooperatores uiri Dei importunitatem ueſaniae eius non ferentes, apprehenſum eum in locum, ubi ſeruus Dei orare et miſſarum ſolemnia celebrare ſolebat, attrahunt. Erat enim tabulatum ligneum illic extructum: ubi dum miles aliquandiu decumberet, repente ſanatus eſt, et exiliens gratias egit Deo et beato praeſuli, multisque uerbo et conuerſatione ſaluti fuit.

Ruſtici in feſto B. Laurentii laborantes

frumenti combuſtione puniuntur.

Alius ruſticus ob eandem causam mortem appetit.

Mulier eius prodigio emendata ſaluatur.

Phreneticus ſanatur precibus S. Ottonis.

CAPVT XX.

De bello inter Ruthenos ac Stetinenſes et de victoria Stetinenſium.

Igi-

Gaminenſes reuerenter excipiunt S. Ottonem.

IGitur electus Dei pontifex cum legatis *Stetinenſium* ad ducem Pomeraniae tendens urbem *Gaminam* adiit, ubi, occurrente ſibi duce *Wortizlao* cum omni plebe, debita reuerentia uelut angelus Dei exceptus eſt. Cumque eccleſiam ingreſſus ſolita Deo precum ymnorumque uota perſoluiſſet, cauſam pro qua uenerat, tractare coepit et, uti bonus paſtor gregi ſuo, ubique proſpiciens, *in unitate ſemper diuiſa membra eccleſiae paci ſtuduit reformare.* Dux autem piiſſimi apoſtoli ſui uerba, ac ſi caelitus ad eum delata, ſuſcipiens benigne humiliterque reſpondit: *Tuum eſt, pater amantiſſime, quicquid dignatus fueris, non petendo a me, ſed magis praecipiendo exigere; et nos enim et noſtra omnia tua ſunt, quia in Chriſto Ieſu per euangelium nos genuiſti et tenebris ignorantiae noſtrae aeterni ſolis ſplendorem infudiſti. Populus iſte, pro quo petis, durae ceruicis eſt, nec Deum nec homines reueretur, multo iam tempore rapiris et latrocinis regnum meum uaſtando maculauit; ſed tu, paſtor dulciſſime, efferos mitigaſti, de lupis agnos feciſti, ideoque pacis firmiſſimae gaudia deinceps te mediante obtineant.* Statimque legati *Stetinenſium* ueſtigiis eius aduoluti omnem prioris diſcordiae occaſionem penitus abdicarunt, pacisque oſculo a duce percepto beato pontifici debitas reconciliationis huius gratias egerunt, emptisque, prout uolebant, neceſſariis, quod antea diſcordes nullo modo praeſumpſerant, in ſua ouantes remearunt. Sed quia bonos ſemper inſequuntur mali, ut ESAIAS ait, *qui receſſit a malo, praeda patuit, Ruteni*, paganicis erroribus adhuc irretiti, audita Stetinenſium conuerſione grauiter indignati, quod ſine reſpectu et conſilio eorum idolis renuntiantes chriſtianam ſubiſſent legem, bello eos laceſſere ueriti non ſunt, et coadunato grandi exercitu ripas fluminis obſident, aciem horriſono armorum apparatu inſtructam ſtatuunt et, *ſi ſit Deus eorum? uel ſi inuocatibus ſe ſuccurrere poſſit?* inſano clamore perquirunt. Illi autem uexillum dominicae crucis praeferentes primo impetu eos in fugam propellunt. Sequenti nihilominus die uelut canes reuerſi iterum chriſtianis bellum indicunt; ſed eodem modo uicti eo confuſi terga uertunt. Tertia die usque ad internecionem deleti exclamant, *Deum chriſtianorum inuictum eſſe et, ſi parceretur eis, nequaquam ulterius temere quid acturos*, moxque parcentibus chriſtianis dimiſſi, cum timore magno et confuſione in ſua ſinguli regrediuntur. Antiſtes autem domini, bona pro malis reddere ſatagens, eosdem Ruthenos, qui plebem adhuc in fide neophytam bello turbare non timuerant, chriſtianis legibus imbuere deſiderabat. At illi indurata fronte ſaepius ei per legatos ſuos denuntiabant, *quia ſi ipſe uel quisquam ſuorum fines Ruthenicae praedicandi gratia adire praeſumeret, ſine mora capitibus amputatis ad lacerandum beſtiis exponerentur.* Sed ut ſcriptum eſt, *iuſtus quaſi leo confidens abſque timore erit*, piiſſimus pater alacri deuotionis feruore ſemen fidei *Rutenis* ſpargere diſponebat, non ueritus incredulae gentis experiri ueritatem; amator enim Chriſti ardentiſſimus dulcem uitam pro dulciſſimo Ieſu fundere iam olim ſitiebat. Audiens uero *archiepiſcopum Danorum*, qui dominabantur ſuper eos, edicto domini apoſtolici praedicatorem eis directum, nullomodo ſine conſenſu et uoluntate eius id agendum cenſuit. Vnde legatum fidelem *Yuanam* nomine, Danorum pontifici direxit, qui ſolicite inueſtigaret, *ſi iuxta mandatum apoſtolici Rutheuis uerbum ſalutis erogare diſponeret, uel ſi eum ſponte ſe ingerentem opus euangelii uice ſua aggredi mallet*; per quem etiam more ſuo, quia liberaliſſimus ſemper erat, praefato Danorum praeſuli *baſſamum nouum* cum *ſtola pretioſa* transmiſit. *Yuanus* uero tarde poſt ſex ebdomadarum circulum reuerſus reſponſum archiepiſcopi retulit: Videlicet *ſe cum principibus terrae ſuae et natu maioribus, quid de his cenſeant, proxima ſynodo collaturum, hocque ſibi quantocyus legatione fida deſignaturum.* Sed et nauiculam *butyro* refertam idem archiepiſcopus beato patri noſtro pro munere direxit.

Rutheni Stetinenſes propter receptam fidem bello uexantes

fugantur uincuntur.

CAPVT XXI.

De reuocatione S. Ottonis per Lotharium, *Romanorum regem.*

INterea glorioſiſſimus rex LOTHARIus, caeterique principes, diuturnam eius abſentiam aegre ſerentes, utpote qui conſiliis et piis artibus, prae caeteris, tunc temporis regnum nobilitare conſueuerat, auctoritate ſua ei, ut celerius redeat, praecipiendo ſimul et petendo mandauit; adeo, ut ipſe rex, qui artius eum diligebat, iure iurando affirmaret, ſe res eccleſiaſticas in ſuum redigere uelle dominium, niſi quantocyus ſponſam ſuam eccleſiam Babebergenſem, diu uiduatam, paſtor pius deſiderato reditu, conſolando recrearet. Apoſtolus itaque Pomeranorum his legationibus contraire non ualens, antequam reſponſum archiepiſco Danorum reciperet, ad ſedem ſuam redire compulſus eſt.

Lib.

Lotharium rex minatur S. Ottoni, niſi reuertatur ad ſuum.

S. Otto redit in patriam pa-

Viſitatis ergo circum circa fidelibus et in fide confirmatis, Chriſto, cui credi-

rat.

derant,

derant, eos commendans, iter cum suis aggressus est. Cumque emensо itinere *Poloniam* uenisset, *Bolezlaus*, antiquus suae familiaritatis custos, debiti honoris reuerentia eum excipiens, in metropolitana *Gnezensi* ecclesia secum detinuit, tantique mellifluae eius doctrinae intendebat auiditate, ut etiolutis octo diebus, uix dilecto patri licentiam abeundi indulgeret.

Honorifice excipitur a duce Poloniae Bolezlao.

Tandem longa peregrinationis huius angaria, Christo fauente, peracta, in uigilia *S. Thomae* apostoli nouus nostri temporis apostolus, ecclesiam suam desiderabili aduentu laetificans, omni utriusque professionis et sexus plebe in unum concurrente, uelut angelus Dei susceptus est. O quam inaestimabili spiritualis laetitiae tripudio fideles Christi, quorum specialis pater et nutritor piissimus hic erat, post tanti temporis peregrinationem, post acquisitum summo patrifamilias nouum gregem, quasi de morte redditum pastorem suum exceperunt. O quam desiderabile fuit uidere et audire tantam exercitus Christi multitudinem non solum canonicis, sed et monachis nobiliter refertam, uno deuotionis ardore cum lacrymis spirituali gaudio plenis in occursu eius dulcisono psallentem: *domine fuscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus ueniens uisitasti me.*

Venit Bambergam in uigilia S. Thomae.

Gaudium ex aduentu.

Et congrue satis haec suauissima *Ioannis* apostoli uerba, quem singulari affectu patronum sibi elegerat, ita ut quotidie se obitumque suum intimis ei precibus commendaret, pio Ottoni, post secundum iam apostolatum triumphanti, ab omnibus filiis suis iubilo cordis et oris concinebant, quia beatus hic, memor uerbi domini per prophetam dicentis; *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt inglorii;* omne studium, quod alii pontifices et principes mundanis lucris et castellis, atque urbibus aedificandis insumebant, hic Deo tantum et sanctis eius honorabiliter, et officiosissime exhibebat; scilicet ecclesias Christi, cellasque fidelium, nunc quidem a fundamentis construendo, nunc uero ab aliis constructas donis optimis illustrando, ne super arenam, quantocyus casura, sed potius supra firmam petram in aeternum mansura conderet habitacula.

CAPVT XXII.

De uisione ostensa presbytero Lippoldo *de transitu S. Ottonis.*

CVius aedificationis gloriam in aeterna sibi patria repositam quidam ex fratribus nostris religiosus presbyter *Lippoldus* nomine, ante quinquennium, dormitionem beatissimi huius patris in uisione tali, domino reuelante, meruit contemplari. Montem quendam praecelsum, et omni amoenitate iucundum, contra orientem oculos dirigens, aspexit: cuius quidem speciosum cacumen ascendere non potuit, sed deorsum stans, uidit multitudinem copiosam plebis utriusque sexus et aetatis, ingentia lapidum preciosorum onera super uerticem montis magna cum exultatione attrahere ac, suauissimum quoddam melos, quod intelligere non potuit, dulci modulatione concinere.

Visio Lippoldi presbyteri.

Tunc accedens, uacillante licet gressu, quendam ex eis canicie uenerandi conspicuum uocauit; et quae haec esset multitudo, uel cur lapides illos in cacumen montis attraherent, inquisiuit. At ille; nos, inquit, sumus, qui eleemosynas et beneficia plurima a pio Ottone percepimus, ideoque domum preciosam ei in supercilio montis huius aedificamus. Cui LIPPOLDVS: *et quando*, ait, *domus haec consummabitur?* Ille uero, *post quinquennium*, inquit, *perfecta domo, cum laetitia et exultatione eum huc introducemus. Sed tu caue, ne cuiquam haec ante quinquennii tempus expletum manifestare praesumas.*

Et his dictis, sublata est uisio, quam tempore dormitionis beatissimi patris nostri, ex ore eiusdem senioris Lippoldi audiuimus, qui et ipse tunc graui et longiturna decumbebat aegritudine, nobisque cum lacrymis haec referebat; et morbo confectus VII. idus Augusti beato fine requieuit in domino.

Obitus Lippoldi.

CAPVT XXIII.

De uisitatione fratrum in monte S. Michaëlis per S. Ottonem facta.

SEd ut ad priora redeam, pius pater noster Otto post longam reuersus peregrinationem, more suo nos uisitans, utpote cum quibus cor unum et animam habebat, requisiuit; quinam ex nobis, eo absente, uiam uniuersae carnis ingressi essent? Hoc enim semper de qualibet profectione rediens affectu paterno solebat inquirere. Tunc autem sanctae recordationis *Adalbertus* eleemosynarius, uerus Dei seruus, et sibi familiarissimus, ad Christum, cui mente et corpore indefessam exhibuit seruitutem, migrauerat: cuius transitu uir beatus audito, totus in lacrymas resolutus, se infelicem clamitabat, quod tam beatae animae ad patriam claritatis aeternae migranti, solenne funeris obsequium exhibere non meruisset: erat namque idem frater noster *Adalbertus*, tanto diui-

Adalbertus eleemosynarius.

S. Otho mortem Adalberti lacrymis prosequitur.

ni

ni amoris igne succensus, ut quotidianis atque uberrimis lacrymarum fontibus gaudia caelestia patriae anhelaret, corpus etiam uigiliis ac ieiuniis conuenienter attenuaret.

Charitas Adelberti in egenos et leprosos. S. Greg. Homil. 39. in Euang.

Huic seruo Dei pauperum cura erat delegata, quam tanta humilitatis deuotione agebat, ut ad exemplum martyris monachi, de quo beatus *Gregorius* refert, propriis humeris leprosos baiularet, et tam eos, quam et alios diuersis morborum generibus pressos, quos uidere horrori erat, suis manibus alacriter balneis et lauacris unguentisque foueret, cuius seruori pius Otto congratulatus, omnia alendis inopum turbis opportuna liberalitate subministrabat. Nec his contentus, etiam per semetipsum, famis tempore, pauperibus seruiebat, ut non tam oblatione munerum, quam etiam proprii corporis sudore, gratum Deo eleemosynae sacrificium celebraret.

Multitudine autem innumerabili, prae famis magnitudine, ex omni regione confluente, erant quidam inter eos fortiores, qui debilioribus alimenta uiolenter manibus extorquentes surripiebant. Quorum clamorem ac ploratum uir beatus non sustinens, prudenter huic negotio occurrit, suisque imperat, ut primum conuenientibus eis, quoslibet corpore ualentiores segregatos uno omnes in coenaculo concluderet, donec infirmis ac debilibus uictum congruentem suis manibus ministraret: quos statim abire, longiusque de loco secedere iubet, ne sociis de coenaculo emissis, iterum praedae fiant: tuncque domum ingressus, pauperibus inclusis, largam alimoniae opem exhibebat, praecipiens ne amplius uiolentiam hanc fratribus suis inferre praesumerent.

Haec apud suos agebat; extraneis autem et trans mare positis Christi pauperibus, per fideles nuncios apparabat. Nam per charissimum fratrem nostrum *Eberhardum*, adhuc in ordine canonicorum Christo militantem, xenia sua Hierosolymam transmisit, sicut et specialiter cum religiosis quibusque sepulchrum domini uisitantibus agere solebat: sed et pecuniae maximam quantitatem *Hirsaugensibus*, aliisque monasteriis longius remotis, per fratrem nostrum *Suuiggerum*, famis tempore, dirigebat; ideoque Christi bonus odor in omni loco erat.

Adelbertus Hierosolymam quoque eleemosynas mittebat. Eiusdem benignitas in diuersa monasteria.

CAPVT XXIV.

De transitu pii Ottonis.

IGitur completo cursu praesentis uitae, in senectute bona, cum iam tempus adesset, ut fidelis dispensator summi patrisfamilias, in gaudium domini sui intraret, pius OTTO dolore corporis, id est, fluxu sanguinis uehementissimo, tactus est, ut uelut aurum in camino aegritudinis purgatus, introire mereretur aulam, quae nullam recipit maculam; sed ipse memor scripturae dicentis, *quem diligit dominus, corripit*; et in alio loco ipsum dominum loquentem audiens: *Ego quos amo arguo et castigo*; gratias agebat in infirmitatibus suis, regemque gloriae in decore suo uidere desiderans, exitum suum Deo ac beato *Michaëli*, sanctoque *Ioanni* apostolo, quos speciales sibi patronos elegerat, quotidianis suspiriis attentius commendabat. Tantum uero lumen ecclesiae dum infirmando obscurari coepisset, Christi fidelibus, omni tempore dulcissimo eius affectu et prouisione enutritis, inaestimabilem moeroris fletusque caliginem obduxit. Sed pius pater filiorum lacrymas, quantum poterat, consolando tergebat, tantaque uirtute artus morbo satiscentes spiritui seruire cogebat, ut excepta dormitionis suae die, non lecto decumberet, sed quotidie in sede sua residens, interdum quoque baculo sustentante procedens, psalmis et orationibus uacaret, quodque rarum est, etiam oleo infirmorum non iacendo, sed sedendo perungeretur.

S. Otho incidit in morbum.

extrema unctione inunctus,

Adueniente igitur festiuitate sacratissima apostolorum Petri et Pauli, cernens diem uocationis instare, *Egilbertum*, maioris ecclesiae decanum, qui ei in episcopatu successit, euocat: cui, adstantibus religiosis abbatibus et presbyteris, omnia sua commendauit, dicens, hodie natalitius dies est domini mei principis apostolorum Petri: cui, quaeso, res a Deo mihi donatas, offerte, ut ipse mihi ianuam regni coelestis aperire et cum collega suo magistro gentium Paulo, me illuc quantocyus dignetur introducere. Locum requietionis meae, montem uidelicet patroni mei, beati Michaelis archangeli, quasi uiscera mea fouete et tam in spiritualibus, quam etiam temporalibus, profectui eius, in consolationem animae meae, omnimodis inuigilate. Scitis enim, quam tenuis et exiguus, omnique monasticae religionis uigore destitutus hic locus a me inuentus: et quomodo, cooperante Deo, per ministerium meum, ad tantum spiritualis uitae cultum profecerit, ut speculum et gemma omnium in hac regione monasteriorum a cunctis censeatur. Praestet Deus, ut nomen hoc inuiolabile usque ad finem obtineat, cunctisque fidem ei, et reuerentiam seruantibus, pax et benedictio hic et in aeternum a Deo recompensetur.

uocat ad se decanum maioris ecclesiae,

Commendat ei montem S. Michaelis.

De caetero dilectionem ueſtram, cum uniuerſo ouili meo, ſummo paſtori, qui uos mihi aſſignare dignatus eſt, commendo; ipſe uos integros mihi reconſignet in requie claritatis aeternae. Et data ſuper eos benedictione, non ſine lacrymis paternum amorem teſtantibus emiſit, ſumptoque myſterii ſalutaris uiatico, peruigil in orationibus exeubabat, ut pulſanti et uocanti domino cum exultatione aperiret.

Nocte ergo, qua feſtiuitas S. Pauli apoſtoli agebatur, in ſupremo ſpiritu conſtitutus, et iam carne praemortuus, corde tamen et flagrantiſſima uoluntate diuinis intendebat laudibus, ita ut clericis matutinale coram eo officium perſonantibus, ille eleuatis manibus, ſurſumque oculis deſideranter erectis, ad ſingulas lectiones, uoce, qua poterat, *Deo gratias*, reſponderet: ſicque pius OTTO feria ſexta, hora diei prima ſpiritum Deo reddens, beatis ſedibus et ſemper chariſſimo tandem perfruitur Chriſto.

Obitus S. Ottonis.

Et iam fama uolans tanti praenuncia luctus non ſolum uicina, ſed et remotiora quaque monaſteria, iugiter ab eo neceſſariis uitae adminiculis ſuſtentata, inaeſtimabili perculit moeſtitia. Nec immerito. *Oſtendit* enim *dominus populo ſuo dura*, potauit eum uino compunctionis et *inebriauit abſynthio*, cum patrem deſiderantiſſimum ſuſtulit, cuius defenſione et eleemoſynarum uirtute pax eccleſiae, tanto tempore, nobiliterque florebat, ſub quo monaſticae religionis perfectio noua de die in diem incrementa capiebat.

Pſalm. 59. Threnor. 3.

In quo deinceps patrono tam ſolidum erit pauperum Chriſti ſolatium? Qui iure cum apoſtolo aiebat: *quis infirmatur, et ego non infirmor? quis ſcandalizatur, et ego non uror?* Quis ad eum triſtis uenit, et non gaudens abſceſſit? Quis opem eius in tribulatione ſua exquirens non impetrauit? Merito itaque tranſitum eius eccleſia flebat, cuius uita tantopere gaudebat; ſed fides reſurrectionis flere prohibet, gemitum uero affectus extorquet. Etenim tam ſancta eſt de illius gloria exultatio, quam pius de tranſitu luctus. Ignoſcendum eſt flentibus, gratulandum gaudentibus, quia pium eſt gaudere Ottonem, et pium eſt, flere Ottonem, dum unusquisque et ſibi praeſtat, ut doleat; et illi debet ut gaudeat.

2. Corinth. 11.

Venerabile corpus eius, a religioſis uiris curatum et aromatibus conditum, per ſingula monaſteria eſt deportatum, illicque uigiliarum exeubiis ac miſſarum ſolenniis honoratum: ad extremum in montem S. Michaelis archangeli, ſpecialis patroni ſui, defertur; ibique in eccleſia, quam ipſe uetuſtate collapſam in maiorem ſtatum a fundamentis reaedificauerat, debito cum honore excipitur.

Exequiae pro S. Ottone.

Illic uero, in obſequium funeris, credi non poteſt, quanta hominum multitudo confluxerit. Tota obuiam corpori ciuitas fuit; cuncti ex agris atque uicis, multique ex aliis urbibus et regionibus affuerunt. O quantus luctus omnium, quanta praecipue moerentium lamenta monachorum et pauperum Chriſti; qui uelut pulli ſub aliis piiſſimi patris ſecuri tanto tempore quieuerant, ſeque tam deſiderabili nutritoris ſui praeſentia fraudari, ac defenſione nudari cernebant; quodque ſine gemitu referre non poſſumus; cum ſacerdotes religioſi corpus ſacrum, choro *S. Michaëlis* inferrent humandum, ubi ad limen interius uentum eſt, praecentor antiphonam, *domine ſuſcipe me*; impoſuit; tantus ſubito ploratus omnium exortus eſt, ut ipſi etiam funeris baiuli nimio fletu concuſſi cum pheretro ſubſiderent, ac paene terrae procumberent.

Concurſus ad exequias.

CAPITVLA LIBRI QVARTI DE GESTIS ET MIRACVLIS SANCTISSIMI OTTONIS BABENBERGENSIS EPISCOPI AC POMERANORVM APOSTOLI.

Narratio per modum prologi.
CAP. I. De muto ſanato.
II. De caeco ſanato.
III. De puero ſanato.
IV. De puero et puella.
V. De quodam ciue ferro in gutture ſauciato.
VI. De equeſtre dolore coxarum uexato.
VII. De puero contracto.
VIII. De muliere algore mortua et infantulo uiuo relicto.
IX. De infantulo clauo in gutture merſo.
X. De contracto.
XI. De puero graui infirmitate detento

Pro-

Digitized by Google

Prologus in miraculis eiusdem.

Liber hic totus ex Iaſchio deſumptus eſt.

SIcut priorum, qui uitas uel etiam miracula ſanctorum patrum ſcriptis ſuis fidelium commendauerunt memoriae, diligentiam laudamus; ita in nobis ipſis, qui ea, quae cottidie per frequentiam ſignorum fieri uidemus, per torporem ac deſidiam tranſimus, negligentiam damnamus. Quia igitur uita *ſancti ac ſingularis patroni noſtri*, pii ac Deo digni confeſſoris Ottonis, in libello, quem *dramatico carmine* uel etiam *proſa decurrente* SCHOLASTICVS noſter *Herbordus* luculentiſſime perſudauit, plenius conſcripta cognoſcitur, in quo etiam aliqua miraculorum eius, quae uiuens geſſit, continentur inſignia, nos quaſi inertes et rudes alumni laudabilem *praeceptoris noſtri* deuotionem longe quidem impari ſcientia proſequentes, ſigna, quae poſt mortem ipſius Deo cooperante uiuere illum loquuntur, tam a nobis perſpecta, quam fidelium relatione collecta minus inuidiae, plurimum caritati, quae hunc laborem nobis iniunxit, intendentes, in unum compilare et poſteris commendare aggreſſi ſumus. Cum enim praecipuorum *fundatorum* noſtrorum, beati uidelicet *Heinrici* imperatoris ac ſanctiſſimae *Kunegundis* uirginis, eiusdem regni et meriti conſortis miracula clariſſimis eccleſiae Dei ſcriptis pompoſe ſatis declarata uidemus, uereamur, ne ipſorum conſcriptoribus pro geminato cenſu intromiſſis, nos quaſi deſides pro non reportato lucro a gaudio domini excludamur, ſi eius, quem familiae ſuae diuina praedeſtinatione tam fidelem quam prudentem conſtituerit diſpenſatorem, meritorum ſigna ſub ſilentio tranſeamus.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De muto ſanato.

Detting im Rieß.

QVidam mutus de *Ottinga*, Rhaetiensi uico, *Heimricus*, nam id nomen in baptiſmo ſibi fuiſſe impoſitum ſcripto monſtrabat, dum loca diuerſa et memorias ſanctorum pererraret, *Auguſtam*, ubi nouum ſignum dominus in re ſui ſacramenti mundo declarauit, inter globos concurrentium uenit, ubi ut ad ciuitatem Babenbergenſem pergere deberet, ad ſepulchrum beati Ottonis per uiſionem admonitus eſt. Hic igitur hora diei nona, cum multis aliis, qui non illum iuiſſe, ſed quaſi peruolaſſe tanti itineris dimenſionem conteſtabantur, aduenit. Cum uero dextro brachio ipſius confeſſoris Chriſti os eius tactum eſt, ſubito ſudore faciem totus perſuſus, in tantum, ut etiam capillos deſtuere uideres, primam uocem balbutientis more formare et domini ac ſancti nomen confeſſoris extenſis ad caelum manibus inuocare coepit: deinde aqua refocillatus, nam et laſſitudine et multitudine compreſſus erat, cunctis adſtantibus ſolutionis ſuae cauſam clare expoſuit. Quibusdam etiam fratribus, a quibus aliquando apud nos integumenta acceperat, quos illic aſtantes uidebat, gratias egit. Quis ſe a diuinis laudibus, quis a lacrymis contineret? Facta igitur uotiua ſignorum compulſatione, ſit omnis diuerſi ſexus innumerabilis concurſus: A una uox omnium laudabilem uirum concinentium, *cuius meritis ab omni clade liberantur, qui ex toto corde quaerunt illum.*

Miraculum in euchariſtia Auguſtae Vindelicorum.

CAPVT II.

De caeco ſanato.

DE regali pago, qui *Vlma* nuncupatur, caecus quidam inter manus ſuorum, ſanitatis gratia, ad memoriam pii confeſſoris adductus eſt. Vbi dum non ſemel, neque bis, ſed ſaepe numero, pro ſui illuminatione precibus inſtaret, de die in diem caligine oculorum recedente, lumen, quod a domino poſtulabat, fidelis aſtipulatione ſuffragatoris, quod longa ſibi aetas ſubtraxerat, recepit et, qui alieno ductu aduenerat, proprio inniſus greſſu, aliorum ſe ductorem ad eum, qui fecit miſericordiam in illum, conſtanter fore promittebat.

Caecus Vlmensis ſi uiſum recipit.

CAPVT III.

De puero ſanato.

PVer quidam de uilla *Docuiza Wezelinus*, lethali morbo inualeſcente, omnium membrorum officio deſtitutus fuit, ita ut et uiſu et uſu linguae quoque priuaretur. Quem pater ipſius *Lupoldus* et mater, parentibus et amicis, quos idem tenebat affectus, diuino inuocato nomine, beato Ottoni,

ſi per eius ſancta merita ſibi incolumis redderetur, offerendum cum oblationibus deuorauerunt. Mirum dictu, ad obligationem uoti nulla caeleſtis mora medicinae fuit. Nam paruus *incipiens riſu cognoſcere matrem*, patrem aſpiciens *quod uouiſtis*, ait, *pro me reddite et me ad ſepulchrum ſancti Ottonis, qui mihi ſalutem obtinuit, citius perducite.* Qui tam ſubitae ſanitati congaudentes absque *omni retractione* puerum in humeris leuantes, et ut deuouerant, ad memoriam ſancti patris illaeſum offerentes omnibus, quanta ſibi dominus per ſuum ſanctum confeſſorem feciſſet, fideliter expoſuerunt.

CAPVT IV.

De puero et puella.

VNum in duobus miraculum per omniporentis Dei famulum laudabile factum in *puella* duodecenni, quae prior matrem comitata ad nos usque peruenit, et in *puero*, ut computabatur, ſeptenni, qui paternis humeris allatus, ſequens e diuerſo uenit, operae pretium * inferendum uidetur, ſed non ſine ſcrupulo, dum *quosdam ſanctis*, per quos Deus noſtris temporibus, quae et in antiquis quoque operatur, *detrahere confundimur*, quoniam et ipſi, infirmiores fuerunt in hac parte; una enim uoce, ſub terribili maieſtatis diuinae conteſtatione et ſanctorum inuocatione, mater ſibi filiam, parer unicum mortis dolore ſubtractum fuiſſe, illa tactis reliquiis beati Ottonis; ille uero pro puero cenſum in quinque denariis offerens, ſuper ſepulchrum, nulla ſpe, ut quibusdam imponitur, obaerationis, mortuos ſuos de reſurrectione ſe fideli ſuorum teſtimonio confirmabant accepiſſe. Nos autem non derogationi, ſed diuinae operationi locum dantes, diuino iudicio iſtud relinquimus; ſiue enim ſemiuiuis uitam reparare, ſiue defunctis animas reddere, diuinae uirtutis eſt.

* *inferre.*

CAPVT V.

De quodam cine ferro in gutture ſauciato.

CAſu accidit, ut quidam conciuem ſuum ferro in gutture ſauciaret, ac defluente ſanguine per totam noctem et diem ſemiuiuum relinqueret. Cumque cibum uel potum ſibi infuſum per ipſum meatum uulneris eiiceret, et iam deſperaretur, marer dolore filii intrinſecus tacta, *hunc tibi miſeratori omnium benigniſſimo, beate*, ait, *Otto oblaturum deuoueo, ſi eum ſanum et incolumem, per tua ſancta merita, recipere meruero.* Mox mirum in modum ſanguinis ille riuus ſtetit, uulnus conſtrictum cicatrice obductum eſt, puer conualuit, uiam ad ſancti ſepulchrum cum marre aggreſſus eſt. Vbi ſylua, quae terminum *Duringiae* facit, emenſa eſt, ille laboris et doloris, nam exſanguis erat, magnitudine rerrae affuſus deficere coepit. Tum marer, amicis illum ad propria reuocare ſuadentibus, moerore confecta, *hinc non regrediar, ſed quo propoſui, etiam exanime corpus*, air, *proſequar.* Ad hanc uocem uelut inuiſibili quadam ſubleuaretur dextra, homo ſurrexit et iter, quod coeperat, non ſine admiratione mulrorum incunctanter perfecit, ueniensque coram ſepulchro uiri Dei, omnibus curationis illius teſtis ſui ipſa cicatrix fuit.

CAPVT VI.

De equeſtre dolore coxarum uexato.

APud Duringiae caſtrum, *tam antiquitate quam munitione* famoſiſſimum, cui *Erpfurta* nomen eſt, quidam ex equeſtri ordine pater familias tanto coxarum dolore rorquebatur, ut uim interni doloris magnitudo uix explicare poſſet continui clamoris. Cumque remotioris ſecreta cubiculi quietis gratia expereret, uocem cuiusdam audiuit, quae *eum cum uoto ad tumbam uiri Dei uenire* admonuit. Ille ubi uouit, caeleſtis uorum medicina ſecuta eſt; nam omnis, quo uexabatur, dolor receſſit et eos, quos prius in cruciatibus ſuis triſtes reliquerat, uerſa uice de recepta ſoſpitate ſecum gaudere, et ipſe gaudebat. Mox itinere arrepto ad ſepulchrum ſui curatoris peruenit, ubi multos ſuae curationis teſtes, qui iam illum fama uolante praeuenerant, inuenit.

CAPVT VII.

De puero contracto.

PVer quidam de uicina * parrochia *Ezilekircben*, ita longa aegritudinis moleſtia contractus erat, ut genibus neruorum contractione pectusculo concretis, neque a lecto ſurgere, neque ad aliquod opus naturae, ſine alterius auxilio, ſe poſſet erigere. Hic ad memoriam beati uiri a parentibus circa feſtum ſancti Michaelis delatus, inter miſſarum ſolemnia multis ex more feſtiuitatis gratia confluentibus, ubi tumbam tetigit, eum ſubito fragore membrorum, omni compage artuum, qua ligabatur, ſolutus eſt. Ira inceſſum et aliorum officia membrorum ex integro recipiens in abbatis obſequio, in monumentum

* *pro parochia*

ſuae

ſuae curationis, in popinarum adusque deſeruit officio.

CAPVT VIII.

De muliere algore mortua, et infantulo uiuo relicto.

NEque hoc praetereundum puto, quod in eadem ciuitate celebre factum multorum memoria habetur. Paupercula quaedam, dum media hyeme circa noctem hoſpitium paſſim quaereret et nullus petenti pateret introitus, iuxta eccleſiam ſancti Martini, feretro, cum infante maſculo, ſe proiecit, ubi ui algoris extincta eſt. Diuina autem prouidentia ciuis quidam, cuius uxor eadem nocte defuncta eſt, dum exequias pararet, feretrum leuauit, mortuam reperit, ſed infantem ad ubera materna miſerabiliter pendentem ſemiiuuum inuenit. Ille humanum caſum miſeratus, cadauer loculo imponens cum uxore ſua ſepeliuit; et paruulum ipſum quaſi adoptiuum pro remedio defunctae coniugis educauit. Piae autem uoluntati diuina pietas cooperata eſt; nam idem puer accreſcens maturitate ſenſus puerilis annos exceſſit, ut quamuis claudus et paene omnium membrorum ordine diſtortus, ita prouidus eſſet et circumſpectus, ut dominus domus, ubicunque negotia acturus exiſſet, de prouidentia ipſius ac fide maneret indubius. Dominica igitur paſſionis, dum omnes, ut obſeruantia dierum illorum expoſcit, ad miſſarum ſolempnia effluxiſſent, focaria, quae praeparandis ſola domi remanſerat, inſultare ſeruulo caepit. *Quid*, inquit, *miſelle acturus eris, ſi dominus tuus exceſſerit, de te quid putas erit?* Ille ex alto ſuſpiria trahens, *neſcio*, ait, *ſed Deus ſancti Ottonis adiuuet me*; mirum dictu, adhuc nomen Ottonis erat in ore, cum ſubito toto corpore proſtratus, quaſi manu quadam inuiſibili perlibutus, naturalem formam, quam ortus negauerat, accepit. Se ipſum miratus greſſum attentauit, brachia et manus extendit, et cum in nullo ſe impeditum ſentiret, ad eccleſiam beati Martini peruolat, domino ſuo ſe oſtentat, omnes clamorem cum laudibus pro miraculo in ſe facto ad caelum leuare excitat. Sequenti die exhortatione ac praecepto ſacerdotum ab utroque ſexu diuerſae aetatis cruces leuantur, mons ſancti Michaelis, mons ille Deo placitus, aſcenditur, ubi praecedente ipſo curato, ſumma cum gratulatione laus et gloria Deo reſultat.

CAPVT IX.

De infantulo clauo in gutture merſo.

RES, quam dicturus ſum, apud nobiliſſimum caſtrum Duringiae glorioſe celebrata, fama ubique percurrente paene, ut facta eſt, ad nos delata fuit. Mater familias eiusdem caſtri, tam uirtute quam nobilitate famoſiſſima filium ſororis ſuae, qui matri ita ut unicus ita et amantiſſimus erat, unice nutriebat, quem tota familia uti ſolam ſpem poſteritatis et heredem omnium affectuoſiſſime diligebat. Clypeus auratis laminis et clauis affixis parieti appenſus fuit; paruulus autem iuxta morem ſuae aetatis uni clauorum, qui ſibi fulgentior uidebatur, totis alludendo manibus auellere attentauit. Quem ubi a ſeruulo, a quo in ulnis portabatur, flendo, ut pueri omnia extorquere ſolent, accepit, diu in eo ludens ori immiſit. Qui ita fortiter gutturi eius infixus eſt, ut nulla arte uel ingenio extrahi poſſet. Infantem palleſcere, oculos miſerabiliter torquere, manibus et pedibus palpitare, dolor uidere fuit. Concurrit familia domus, tota in fletum ducitur, clamor luctuoſus attollitur, paruulus iam deſperatus ſupra limen eccleſiae totus componitur. Inter hos luctus marchio, qui tunc forte aderat, anhelus accurrens, omnes ad inuocationem ſanctiſſimi Ottonis fideliter exhortari coepit. Incredibilia forte, ſed Deo non impoſſibilia dicturus ſum: ad nomen beati uiri clauus cum multo ſanguine de hiante ore pueri prolapſus eſt, et omnium una uox antea triſtis in gaudium mutata et laetitiam, ſaluatoris laudabat clementiam. Hoc ab ipſa matrona, dum ad nos cum multa turba ueniſſet, ita factum eſſe cognouimus. In huius comitatu ille puer cum patre aduenit, in quo triduani fluxus ſanguinis, per inuocationem ſancti Ottonis, ut praefatum eſt, conſtrictus fuit.

CAPVT X.

De contracto.

IN monaſterio uirorum Dei *Lancheimenſi* contractus quidam de menſa abbatis ſtipendia accipiebat. Iſte, fama beati Ottonis ubique peruolante, ad ciuitatem Babenbergenſem reptando, non ſine graui labore, magno tamen deſiderio, ſpe ſanitatis peruenit, ubi ab honeſtioribus eccleſiae illius canonicis collectus aliquandiu demoratus eſt. Quadam autem die cum aliis multis, quos eadem opinio ſanctitatis et gratia ſanitatum e diuerſo contraxerat, montem beati archangeli aſcendens ad ſepulchrum uiri Dei ſuffragia ipſius, uocibus, quibus poterat, cum lacrymis prolixius expoſtulabat. Vbi uero ad miſſa-

rum solemnia uentum est, dextera sanA cti uiri contracta sibi membra perlineri fiducialiter expetiit, qua tactus, mutatione dextrae excelsi solo prostratus, terribili fragore uinculis neruorum salutis, cum magno stupore et ammiratione omnium erectus super pedes suos stetit erectus.

CAPVT XI.

De puero graui infirmitate detento.

B

EO tempore puer quidam decennis, nomine *Otto*, in loco Babenbergensi dudum a parentibus studiis liberalibus traditus, graui aegritudine pressus decumbebat, iamque per triduum morienti simillimus, absque motu et uoce remanserat. Sed et religiosi fratres nostri *Burckhardus*, *Godescalcus* C et *Albero*, a matre eius euocati descenderant, ut debitum funeris officium puero migranti peragerent. Mater autem *Hoſterhildis* nomine, quae iam unici filii cruciatum uidere non poterat, fide ardentissima montem sancti Michaelis ascendens sepulchrum pii Ottonis adiit, ibique lacrymis ubertim perfusis, huiusmodi precem emisit: *O serue Dei uiui, o pater piissime pauperum Christi, succurre infelicitati meae, quae* D *iam per triduum unico orbata sum filio, et si unquam uiscera compassionis habuisti, nunc quoque miserere calamitati meae, tuoque interuentu obtine, ut puer aut uitae quantocyus restituatur, aut celeri fine, si ita necesse est, subtrahatur, ne tam diutino cruciatu dolorem non ferendum uisceribus meis ingerat, ut per hoc accepta Deo pietatis tuae opera cognoscam.* Nec E mora: ubi domum rediit, filium, quem in supremo spiritu reliquerat, loquentem et sanum, cunctosque prae gaudio flentes inuenit. Et cadens in faciem ex omnibus cordis medullis gratias agebat, dicens: *Nunc cognosco, serue Dei fidelissime, qualem inueneris gratiam in conspectu eius, quem super misericordiae operibus honorare solebas, quia unicum fi-* F *lium ab ipsis faucibus mortis erutum, pia intercessione mihi reddidisti sanum.* Quod factum memorabile dum bono pastori *Egilberto* successori *patris nostri* relatum fuisset, non modico exhilaratus est gaudio, positisque genibus Deo gratias agens, felicem sancti Michaelis montem pronuntiauit, qui tam pretiosum in sinu suo meruit collocare thesaurum; G Mater uero pueri tyrocinio Christi eum delegauit, et pro amore pii Ottonis non aliis, quam fratribus, ad memoriam eius die noctuque excubantibus, illum sociari passa est. Qui etiam in *schola Christi* educatus, strenuae nobilitatis adolescens probitate morum Deo et hominibus acceptabilis factus est.

Sunt et alia multa beati praesulis gesta, quae scripto comprehendi non possunt, sed ab illo comprehensa et dinumerata sunt, qui et hic bonorum eius operum aspirator, et illic fidelis dignoscitur remunerator: qui etiam non sine causa glorioſum eius transitum in festiuitate sancti Pauli apostoli disposuit. Sed ut cunctorum sapientum iudicio diffinitum est, quia beatus ille senectutem suam in apostolatu remotissimarum gentium pro amore Dei fatigare non dubitauit, etiam laboris sui praemium in eius solemni natalitio, qui proprie magister et praedicator est gentium, percipere meruit. Dignum enim erat, ut sicut doctorem gentium specialius prae ceteris imitari studuit, ita etiam unum et parem cum eo habeat natalem. Gaudeat ergo Babenbergensis ecclesia tanti pastoris auctoritate illustrata, laetentur monachorum cateruae singularis huius patroni uigilantia ad tantum religionis culmen prouectae, exultet praecipue mons archangeli Michaelis, tam pretiosi corporis sepultura dedicatus, et ex membris eius tanquam margaritis ornatus, iubilet etiam in laetitia cantans canticum nouum apostolo suo omnis Pommerania, quia ipsius gratiae asscribitur, quod illorum ecclesia noua semper sobole fecundatur. Impletum est in eo, quod electis ueritas repromittit dicens: *Fortitudinem gen-* Isa. 61. *tium comedetis et in gloria eorum superbietis*, et quod sequitur, *propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, laetitia sempiterna erit eis.* Terra enim electorum est proprie terra uiuentium, ubi beatus ille duplicia possidebit, quia non solum pro commisso sibi talento in Babenbergensi ecclesia duplicato, sed etiam pro alia, quam de gentibus Christo acquisiuit, sponsa, reposita est ei corona iustitiae. Nam cum *Petrus* Iudaeam, *Paulus* Graeciam, *Andreas* Achaiam, *Ioannes* Asiam, *Thomas* Indiam, *Gregorius* Angliam, ceterique dominici gregis arietes singuli suos acterni iudicii reportant manipulos; Otto etiam inter eos Pomeraniam gaudens adducet, et cum praeposito paradisi Michaele, cui uiuens specialius seruire non desiit, et corpore etiam moriens adhaerere maluit, in tabernaculo Dei iugiter habitabit. Sciens enim, quia paradisum intrare non poterit, qui praepositum eius Michaelem placatum non habuerit, tanta se ei deuotione et corpore et animo per omnia studuit applicare, ut litteris etiam ad apostolicum Innocentium missis, locum sepulturae suae in basilica sancti Michaelis auctoritate eius firmaret,

Apostrophe ad ecclesiam Bambergensem.

ret, ne ſcilicet canonici maioris eccle-A ſiae tam pretioſum huic monti uiolenter abriperent theſaurum.

Ecce, quod concupiuit, iam uidet, quod ſperauit, tenet, illi eſt iunctus in caelis, quem tota mente dilexit in terris, cum quo aſſidua interceſſione alumnis ſuis patrocinari dignetur, ut eum ſubſequi ad patriam claritatis aeternae ualeamus, praeſtante domino noſtro IEſu Chriſto, qui uiuit et regnat in ſeB cula ſeculorum Amen.

Explicit uita et de miraculis ſanctiſſimi ac piiſſimi Ottonis Babenbergenſis epiſcopi ac Pomeranorum apoſtoli. Scriptum per me fratrem *Erhardum Vetter*, ordinis ſancti Benedicti monachum indignum, profeſſum montis monachorum Babenbergenſis dioeceſeos, anno milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo ſeptimo, in die exaltationis ſanctae cruC cis, in praepoſitura ſanctae fidei, uirginis et martyris.

Ex Laſcio p. 256.

Commendatio pii Ottonis Babenbergenſis epiſcopi ac Pomeranorum apoſtoli, et de geſtis eius.

O Ierushalem ſuperna
Pace fruens ſempiterna
Tu de lapidibus uiuis
Deo uiuo conſtrueris,
Nec malleus nec ſecuris
In tuis auditur muris,
Sed expoliti lapides
Electi ſunt, quos contines,
Malleos percuſſionum
Perſert uita electorum,
Quamdiu ſub carne gemit
Dum uirtutibus proficit.
Qui uirtutum profectibus
Aſcenduńt quaſi per gradus,
Ad te ſancta Ieruſalem
Omnium credentium matrem:
Illic manu artificis
In ſuis ponuntur locis;
Puſilli cum maioribus,
Senes cum iunioribus.
Ciuitas gaudiis plena,
Nam eges ſole nec luna,
Quam lumen illuſtrat uerum,
Per ſecula ſeculorum.
Corpore mortis exutas
Tute ſuſcipis animas.
Quas ſinu quietis foues,
Conſolatione mulces.
In tua ſede locata
Gaudeat felix anima
Pii praeſulis Ottonis
Omnibus ditata bonis.
O praeſides angelici,
Miniſtri regis aeterni,
In ueſtro contubernio
Laetetur pontifex Otto.

O patriarchae praecelſi,
O prophetae Deo pleni,
Conciuis et domeſticus
Veſter ſit Otto beatus.
O cohors apoſtolorum
Tenens orbis principatum,
Tecum tripudiet pius
Otto, uir apoſtolicus.
Martyrio candidati,
Athletae inuictiſſimi
In regno Chriſti uobiscum
Exultet Otto per aeuum,
O beati pontifices,
O confeſſores illuſtres,
Sit uobis aſſociatus
Pius Otto epiſcopus.
Alma chorea uirginum,
Candida ſicut lilium,
Tecum floreat in annum
Praeſul Otto ante Deum.
O ciuitas Dei ſummi,
Sedes regni perpetui,
Ciues tui uniuerſi
Pio faueant Ottoni.
Ex filiis tuis multos
Habet hic praeſul patronos,
Sub quorum patrocinio
Struxit eccleſias Chriſto.
Dat primitias uotorum
Tibi *Laurenti* ſuorum
Otto praeſul eccleſiae
D In *Vraugia* conſtructae.
Et tibi ſancte *Georgi*
Deuote coepit obſequi
Otto condens eccleſiam
Prope urbem *Ratisbonam*.
Te, *Petre*, princeps paſtorum,
Otto habeat patronum,
Per quem tibi eſt conſtructum
E In *Vraha* coenobium,
Ottonem Chriſto commenda
Iohannes euangeliſta,
Cui eſt ab eo conſtructa
In *Michelfelt* eccleſia,
O *Iacobe* apoſtole
Ottoni praeſuli faue,
Qui apud *Enſtorff* condidit
Cellam, quam tibi dicauit.
F Ottoni faueto pia
Dei genitrix *Maria*,
A quo tibi eſt conſtructum
In *Lancheim* monaſterium,
Tibi o regina caeli
Deuotione fideli
Otto dicauit opimum
Apud *Biburck* coenobium.
Et tibi *Windebergenſem*
Donauit poſſeſſionem,
G Qui adunauit ibidem
Cleri congregationem.
Otto per Dei gratiam
Ornauit ſedem propriam
Addens ei abbatiam
In *Madelhardeſtorff* ſitam.

Otto

Otto ſatagens augere
Decus eccleſiae ſuae
Addit illi ad honorem
Cellam *Monaſterienſem*,
Reginstorff Babenbergenſi
Otto acquiſiuit ſedi,
Quem locum regularium
Conſtat eſſe clericorum.
Ilaleſprunnen monachorum
Cunſtruxit habitaculum,
Tibi o *uirgo* uirginum
Patans illic obſequium.
In honore ſancti *Petri*
Alterſpach fecit conſtrui,
Qui locus eſt delegatus
Clericis regularibus.
Aſpach et Clunich geminas
Suae ſedi addit cellas,
Vnam beati *Matthaei*,
Alteram ſancti *Andreae*.
In *Arnoldeſtem* conſtructam
Sancto *Georgio* cellam
Praeſul uencrandus Otto
Suo dat epiſcopio.
Iu *Vezera* quaſi matutinam ſtellam
Otto pius conſtruxit cellam,
Quam dedicauit in honore
Dei genitricis *Mariae*.
In monte ſancti *Michaëlis*
Cellam ſtruxit beatae *Fidis*,
Excepris fidelium habitaculis
Longe uel prope poſitis.
In his locis Otto pius
Plenus bonis operibus
Domino cottidianum
Praeparauit obſequium.
AMEN.

Lectiones legendae in feſto depoſitionis ſancti Ottonis et ſub eius octaua.

BEatus Otto tam morbo quam ſenio exhauſtis uiribus corporis in dies diſſolui coepit, et labore infirmitatis, continuae ad laborum finem tendere. Itaque cum ſeſe acrius premente languore, in proximo ſperaret ad dominum migraturum, illud ſibi amicum ſemper ac ſolitum opus eleemoſynae tanto ardentius exercuit, quanto illi conſtabat, quod diu hoc exercere non poſſet. Omnia igitur loca, omnesque domos et curtes circa illum poſitas, imo totam ciuitatem peregrinis et pauperibus repleri uideres, uiduarum et orphanorum longa examina, clericorum et monachorum intrantium et exeuntium multitudinem, et pii, ut ita dicam, mercatoris iam abire parantis ſanctiſſimas nundinas frequentantium. Quid enim niſi forum ſacrum aut nundinas ſacras dixerim, ubi terrenis caeleſtia, temporalibus aeterna bona comparantur? Efferuebant ſane circa illius lectum caeli terraeque negotia ſancta, et Martha ſemper ſollicita et diu turbata circa multa et innumerabilia humanitatis officia, nec languida iam mortique uicina ceſſat ab operibus ſuis plurimis, propter unum, quod ſciebat eſſe neceſſarium. Cum abbatibus enim et praepoſitis, cū procuratoribus et diſpenſatoribus ſuis de omnibus ordinauit, et eccleſias et caenobia, hoſpitalia, infirmarias et diuerſoria ſua intima retractatione digeſſit, ſingulisque, prout oportunum uidebatur, ſumptus et neceſſaria ſuppleuit. Cerneres iam oleam uberem et fructiſcram ſolita ubertate uberiorem et copioſiſſimis fructibus onuſtam, totam ſeſe carpentium manibus inclinare. Et reuera mirum ualde eſt, quod haec inexhauſta benignitatis arca, quae ante diebus et annis ad erogandum iugiter patuit, adhuc in extremo tempore tantum, quod erogaret, habere potuerat. Sed o Martha, Martha, deuota hoſpita domini IEſu, quando uel quomodo ſentires egeſtatem? Quis enim donando donanti omnia unquam egens factus eſt? Interea uero languor magis magisque luctantem ſpiritum urgebat, riteque diſpoſitis omnibus, quaecunque poſt ſe uicturis praeſtare potuit, ſupplici et pura confeſſione praemiſſa, olea illa placida et ſancta unctione ſacri olei delibuta propitiabile uiaticum corpus domini percepit, et circumſtante illo ſuo ſemper familiari collegio uirorum religioſorum, tam monachorum quam clericorum, pſalmis et orationibus agonem eius deuote Deo commendantium, plenam operibus bonis et eleemoſynis, plenam honoris et gratiae animam exhalauit in caelum. Quid multa? Flebat ciuitas uniuerſa, iuuenes et uirgines, ſenes cum adoleſcentibus, flebat omnis ordo, flebat omnis religio, diuites et pauperes, nobiles, mediocres cum plebe ruſticana, omnes pariter patrem ademptum tanto lugebant amarius, quanto ab omnibus illis carius ipſe amabatur. Porro monaſteria et eccleſiae longe uel prope poſitae, ſed et magnates et capitanei prouinciae, fama dormitionis eius exciti, ex omni parte confluebant, infelices ſeſe atque inertes arbitrati, ſi eius, quem uiuentem dilexerant, funeri non adeſſent, uel ſi debitos honores tantis exequiis non praeſtarent. Superuenit quoque ſacrae ſemper memoriae *Imbrico*; Herbipolenſis epiſcopus, uir clarus et prudens, tam eloquii uenuſtate, quam ingenio et ſapientia praepollens: ſuperuenit, inquam, amicus ad amici exequias inuiſas, et dolenti et ardentiſſime flenti eccleſiae lugendo ipſe ac dolendo luctum auxit et dolorem. Iam enim per totum triduum dormitionis eius dilecti corporis gleba per omnes eccleſias circum-

cumlata, iugi ſacrificio indefeſſisque orationibus et multis eleemoſynarum largitionibus beata eius anima Deo dicata et commendata fuerat ab omnibus. Quarta igitur die, ubi ad locum uentum eſt tumuli, epiſcopus commendationem celebrauit. Atque inter miſſarum ſolemnia, quae pro dilecti patris et amici anima multa intentione deuotus agebat, ad moerentem et lugentem conuerſus multitudinem, breuem quidem ſed gratiae et dulcedinis plenum intulit ſermonem, ita dicens: *Ecquid fiet? quid erit conſilii? Mortua eſt Martha, ecce ubi iacet? Quis rogo uenientem dominum IEſum in hoc caſtello a modo ſuſcipiet? Equidem defuncta eſt Martha, quae illum ſuſcipere conſueuit; defuncta eſt hoſpita domini IEſu Chriſti, quae uenienti hoſpitium praebuit, ſedem poſuit, menſam aptauit, neceſſaria omnia benigne ac liberaliter miniſtrauit. Defuncta eſt, inquam, non ſolum miniſtra et hoſpes Chriſti, ſed miniſter et hoſpes ac ſuſceptor omnium Chriſtianorum. Ecquis ſtabit in loco ſancto eius? Quis nobis uicem miniſterii huius implebit? Quis, rogo, aget pro eo, quae iſte agere conſueuit? Omnibus gradibus, omnibus ordinibus, omnibus perſonis eccleſiae uita eius utilis fuit. Ecce defunctus eſt, ut uere dicam, ſeruus ſeruorum Dei. Quid facietis monachi? Quid facietis clerici? Quid facietis pauperes et mendici? Quis uobis reſtituet matrem ueſtram? Vbi a modo illa materna ubera? ubi maternos affectus quaeretis? Sed quaerere ubique poteſtis, uobis denuntio, nusquam inuenietis. Sui temporis ſecula, confidenter dico, hunc ſolum, hunc unum tantae miſericordiae uirum habuerunt. Vt enim de aliis uirtutibus eius taceam, quae plurimae fuerunt et clarae, in miſericordia et miſericordiae operibus tantus erat, ut nullum penitus ex omnibus mihi uotis ei auſim adaequare. Sed quid? Doleo uicem miſerorum, doleo uicem eorum, qui in ſuis miſeriis ad hunc miſericordem fugere conſueuerant? Doleo, ut uerum fatear, uicem meimet ipſius; ut enim ita dicam, me miſeret mei, meritoque moerore conturbor. Multum enim praeſidii, multum conſolationis in hoc amico perdidi. Hic enim in ciuitate ipſa commodus, ſocietate et amicitia oportunus, magnum mihi praeſidium fuit. Cum hoc fiducialiter ac tute omnes curas meas, omnia negotia mea ſeu conſilia penſiora communicare ſolebam. Hic mihi, ut breuiter dixerim, in omnibus oportunitatibus meis magnus ſubleuator fuit. Sed de me quid dico? Nam mei nominis ordo, uniuerſus uidelicet ordo pontificalis hoc adempto compare, merito lugebit. Hic nobis gemma, hic decus, hic ſplendor fuit. Conuentus noſtros in conciliis ſiue curiis uirtutum ſuarum radiis colluſtrauit. In hoc, ut ita dicam, quaſi uenti libro quomodo nobis uiuendum, uel quid agendum eſſet, conſpicere potuimus. Sancta enim exempla, ſanctae actiones magis erudiunt quam uerba.* Sed doctrina haec, o dolor, modo rara eſt in terris. Omnes enim paene, quotquot ſumus, eloquio magis quam opere proximos aedificare ſtudemus. *Sed iſte docuit uerbo, docuit exemplo. Dixit et fecit. Talem ergo lucernam de medio noſtri ablatam eſſe, qua mente ferre poterimus? Sed uado ad altiores. Huius enim interitum et tu o Romane pontifex ſanctae matris eccleſiae ſenties; et tu regnator orbis, rex Alamanniae, imperator Romanorum auguſte, caſum quoque huius experieris. Ambo permaximi magna clade multati eſtis. Magnus enim Ahodille ambidexter uobis occubuit, ille, qui utraque manu pro dextera utebatur, Iſraheliticae gentis ductor egregius; occubuit inquam, ille qui potens erat et induſtrius et prona uoluntate reddere, quae ſunt caeſaris, caeſari, et quae ſunt Dei, Deo. Non tibi, o imperialis maieſtas, non tibi cito conſurget alia columpna, cui fiducialiter inniti queat. Hic te quidem non ſolum diuitiis et prudentia ſeculari, ſed quod utroque maius eſt, meritis ac ſanctitate ſuffulſit. Sanctitate, inquam, et uirtutum meritis imperatorem pariter et imperium ſubleuauit, iuſtitia enim et ſanctitas in dextera eius. Non parua haec mutatio in eccleſia Dei. Non ergo leuiter ferenda eſt talis uiri ablatio. Vbi a modo tale ingenium, talem prudentiam, talem inueniemus bonitatem! Sed redeamus ad monachos, redeamus ad populum ſpiritualem. Detrimenta illorum lamenta nobis faciunt. Quid fiet de illis? Quid fiet de monachis et pauperibus, qui ad has manu ſpectare conſueuerant? Lugetis, uideo, et fletis Ottonem noſtrum, et certe non immerito. Vobis enim ille occubuit, uobis ablatus eſt. Vos enim, uos, o monachi, ſpecialiter populus paſcuae eius et oues manus eius. Hic profecto erat, qui de habundantia diuitum huius mundi ueſtram inopiam ſupplere ſollicitus fuit. Hic magnae auctoritatis exemplo gloriari ſolebat dicens: ſpoliauit Aegyptios, ditauit Hebraeos. Nam reuera ſancte ac religioſe multa ſecularibus extorſit, ſancta et religioſa fraude, ut ita dicam, diuites circumueniebat, ut eleemoſynas facerent quandoque non cogitatas; argumentoſus erat in lucris diuinis, nam et manus domini erat cum eo. O quam multos diuites cum omnibus diuitiis ſuis ad ſpiritualem uitam traiecit! Quicquid perſonarum, quicquid rerum uel opum ſeculo auffere potuit, Deo coaptauit pietatis ac miſericordiae obtentu. Sed quid multis? Miſericordia eius ſuper omnia opera eius, miſericordia Dei ante oculos eius ſemper fuit. Orate ergo dileciſſimi fratres, orate attentius, ut et ipſe hodie miſericordiam conſequatur. Orate*

ut illa beatiſſima anima quam credidit, quam ſperauit, quam dilexit, re ipſa Dei miſericordiam hodie percipiat. Equidem non ſurdis auribus illud euangelium accepit: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, et eſtote miſericordes ſicut pater uester miſericors eſt. *Nullus autem miſericors eſſe poteſt, qui humilis non fuerit; omnis ergo miſericors etiam humilis eſt. Vnde bene inferre poſſumus, quod ueram et coram Deo probatam humilitatem habuit ſpiritus eius, qui tantae miſericordiae fuit. Interuentu ergo Dei genitricis Mariae, cui ſemper deuotus extitit, interuentu beati Michaelis archangeli, cuius eccleſiae reparator et ſublimator hodie conſpicitur, quem patronum et ſeruatorem et corpori et animae ſuae delegit, interuentuque omnium beatorum ſpirituum ſpiritus eius diuinam miſericordiam conſequatur. Ipſorum, inquam, atque omnium ſanctorum ſuorum, ſi uspiam, ſicut eſt humanae fragilitatis, tanta eius opera, tantae ipſius miſerationes et benefacta humana laude uel humanae laudis intentione titillata ſunt uel maculata; nihil enim ſatis purum coram ſummo iudice. Rogate, quaeſo, rogate attentius, oremus omnes pariter, ut hoc abolere, hoc tollere dignetur ipſe, qui tollit peccata mundi, agnus Dei, dominus noſter IEſus Chriſtus, qui cum patre et Spiritu ſancto uiuit et regnat in ſecula ſeculorum.* Quanta uero uociferatione, quanto mugitu, quantis affectibus et lacrymis omnes AMEN reſponderint, dici non poteſt. Sic ergo finita miſſa in loco, ubi cernitur, in eccleſia beati Michaelis, comitibus, marchionibus, ſeu aliis quibuslibet nobilibus feretrum eius certatim geſtantibus, ſarcophagum leuantibus, ſeu alia quae etiam neceſſaria erant, more operariorum ſuis manibus deuotiſſime peragentibus, corpus eius tumulatum eſt *anno dominicae incarnationis milleſimo centeſimo, triceſimo nono, tertio nonas Iulii feliciter Amen.*

SERMO IN TRANSLATIONE S. OTTONIS EPISCOPI.

Erat hic ſermo ad calcem codicis, quo uſi ſumus.

MEmoriam iuſti cum laudibus celebrare nos monet ſermo diuinus, ut deuotio noſtra, quae debitum iuſtis impendit honorem, nobis proficiat ad ſalutem. Ad hoc ſiquidem iuſtorum memoriam frequentamus, ut dum iugiter illorum gloriam contemplamur, exemplis eorum inſtructi, mundum cum ſuis oblectationibus ſpernamus, et ad gaudia uitae immortalis toto deſiderio anhelemus. Vox eſt gratulationis, uox eſt exultationis et ſalutis, quae reſonat in ore fidelium, laudibus proſequens ſanctam ueneramdamque iuſtorum memoriam. *In memoria aeterna erunt iuſti, et ab auditione mala non timebunt.* *Pſalm* XII

Quaenam uberior laetitia, quae maior iucunditas, quae excellentior eſt dignitas, quam iuſti animam et apud Deum aeternae beatitudinis praemia poſſidere, et in eccleſia ſanctorum habere laudem, et inter benedictos benedici? In illo itaque coetu iuſtorum clariſſimo, quorum nomina beatae praedeſtinationis liber in ſupernis aſcripta retinet; quorum memoriam ſanctam eccleſia uenerabiliter recolit, egregius praeſul Otto uita et moribus praeclarus emicat, qui in diebus ſuis ad exornandam ſponſam Chriſti eccleſiam, uirtutum inſigne praetulit decus, uerbo et exemplo *lucens omnibus, qui, in domo Dei ſunt.* *Matth.* v. Erat ſiquidem ardentiſſimus ſanctae religionis amator, ac ſtrenuus diuini cultus propagator. Eccleſiae ſanctae, cui auctore Deo praeſuit, omnimodis magis prodeſſe, quam praeeſſe ſtuduit; non dominari in clero affectabat; ſed, ſic ſe gregi ſuo conformare atque coaptare ſatagebat, ut tanquam pater filios miro pietatis affectu omnes ſoueret.

Nam adeo uiſceribus miſericordiae affluebat, tantaque charitatis amplitudine ſinum dilatabat, ut ſumma uigilantia omnium curam gereret, ac ſolicita circumſpectione prouideret, ne uel cibus doctrinae ſpiritualis, uel alimonia corporalis indigentibus deeſſet. Sic ſibi commiſſam Babebergenſem regebat eccleſiam, ut praeter illa, quae ſpecialiter ad eius curam pertinebant, de his quoque, qui in remotis terrae partibus erant, paternam ſolicitudinem gereret. Voluebat ſiquidem animo, quo ingenio, qua induſtria, qua ratione ad id pertingere poſſet, ut de faucibus antiqui hoſtis erueret animas, uario gentilitatis errore decluſas. Proinde deſiderium animae eius tribuit ei dominus et, quod eo inſpirante fideliter expetiit, eius celeri largitate perfecit. Denique Pomeranorum fines ingreſſus, praedicationis uerbo, lauacro ſanctae matris eccleſiae ſociauit.

Gaudeat ergo bonus agricola, qui de terra illa, quam in ſudore uultus ſui indefeſſus coluit; de qua ſpinas et tribulos infidelitatis eradicauit; cui in tempeſtate perſecutionis uerbi diuini ſemina committere non ceſſauit, tam uberem fructum fidei metit; tam multam fidelium meſſem colligit; re uera operibus manuum eius benedixit dominus; per quem ouium ſuarum numerum auxit; per quem terminos poſſeſſionis de

de patre ad filium: *poſtula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et poſſeſſionem tuam terminos terrae.*

Ecce uir iſte beatus, iam de corruptione huius uitae ad incorruptionis gloriam translatus, fines intrauit poſſeſſionis magnae: ubi in domo ſummi patrisfamilias ſplendidum poſſidet manſionis locum. Haec eſt illa domus ſpacioſa, haec illa poſſeſſio ampliſſima, de qua ſcriptura loquitur ad Iſraël. *O Iſraël, quam magna eſt domus Dei, et quam ingens locus poſſeſſionis eius.* Haec eſt haereditas pii patris noſtri Ottonis, qui propter Chriſtum nihil in hoc mundo poſſidere affectabat ueraciter. Namque cum propheta dicere nouerat; *dominus pars haereditatis meae*, nam partem illam haereditatis, quam in ſeculo habuit, ad opus pietatis ex toto conuertit, ac patrimonii ſui haeredem Chriſtum fecit, unde gaudens in ſpe caeleſtium bonorum, domino cum pſalmiſta canebat; *Tu es qui reſtitues haereditatem meam mihi.*

Speciali praerogatiua charitatis monachos fouebat, quos in monaſteriis, quae ipſe copioſis ſumptibus diuerſis in locis conſtruxit, temporalibus ſubſidiis ſuſtentans nomini domini, quotidiana praeparauit obſequia. Hinc pater monachorum iure appellatur, hinc ut fidelis et prudens diſpenſator eccleſiaſticae familiae, caeleſti remuneratione dignus ſuper omnia bona domini conſtitutus eſt. Tanta ſiquidem pius pater ſolicitudine neceſſitatibus pauperum communicabat, ut laetaretur in refectione illorum, quos ſuis impendiis ſatiabat: iucundaretur ueſtitu eorum, quorum nuditatem indumentis neceſſariis contegebat. Sentiebant humanitatem eius aegritudines decumbentium, imbecillitates debilium, labores exulum, deſtitutio pupillorum, deſolatarum lamenta uiduarum, in quibus iuuandis praecipuam ſolitus erat exercere beneuolentiam.

Huius ergo patris merita glorioſa dignis attollamus praeconiis, cuius uenerandam memoriam translationis ipſius aniuerſario die ſincera filiorum deuotio ſe ſuſcepiſſe gratulatur. Tempus quippe inſtat, quod ad laudandum uirum iuſtum opportunum fore ſacra ſcriptura inſinuat. Nam ſicut ex auctoritate ſacri eloquii laudare hominem in uita ſua prohibemur, ſic laudare poſt conſummationem iubemur. Laudanda eſt militis fortitudo, ſed poſtquam deuicto hoſte triumphum obtinuerit. Laudanda eſt nauigantis felicitas. Sed cum nauem ad litus perduxerit. Quamobrem memoriae hominum dare laudem magis debemus, quam uitae, quia, quandiu uita noſtra ſuper terram tentationibus exercetur, dubio belli exitu, inter carnem et ſpiritum certamen agitur. Nec prius ſecure quisquam laudatur, quam poſt huius carnis terminum bonum certamen ſe certaſſe, fidemque ſeruaſſe laetatur. Hinc denique et apud Deum corona iuſtitiae uita decoratur, et apud homines dignis praeconiis honoratur. Tunc etenim utiliter quisque meritam laudem conſequitur: quando nec laudantem notat adulatio, nec laudatum tentat elatio.

Nos proinde translationem dilecti patris noſtri Ottonis cum laudibus celebremus, qui ut merito laudari ab omnibus debeat, laudabili uita ipſe promeruit. Siquidem laus eius ipſe Chriſtus eſt, qui glorificantem ſe ſeruum ſuum glorificabat, qui in opus ſacri miniſterii illum adſciuit, qui *in aedificationem corporis ſui, quod eſt eccleſia, ſacerdotio eum fungi, et habere laudem in nomine ipſius decreuit.* Eius nempe induſtria ſanctae eccleſiae ſtructura et corporalibus profecit ſpaciis et ſpiritualibus amplificata eſt augmentis.

Haec ſequentia notis muſicis ſubſcripta erant, praemiſſa hac praefatione: *Ioſeph. p. 106.*

INcipit hiſtoria de ſancto Ottone, confeſſore atque pontifice. *Ad primas uigilias atiphon.*

Feſta pii pontificis Ottonis tota deuotione ueneremur, ut apud dominum, qui ſumme pius eſt, meritis et precibus eius adiuuari mereamur. Euouae.

Interponebantur haec uerba: Pſalmi: omnia laudate. *Canticum:* omnis pontifex. *Reſponſorium. Deinde haec adiiciebantur ſub notis muſicis:*

Aeſtuans igne diuino
Venerandus praeſul Otto
Diuini operis fructum
Propenſius exequitur,
Monaſteria conſtruens
Et ſanctorum gregem paſcens.
Iocundus homo, qui miſeretur et commodat, et ſanctorum. Gloria Patri et Filio et Spiritui ſancto, et ſancto. Hymnus:
Dies nunc celebris praeſulis Ottonis
Incitat animos promere modulos,
Quo Deo animam carnisque ſarcinam
Terrae dedit feliciter.
Reliqua ſine notis; quia eadem melodia, ut primus uerſus, cantari debent.
Chriſtum qui colere, idola fugere
Barbaros docuit, arasque diruit
Fundans eccleſias, reducens animas
Ad dominum uiriliter.
Virtute nominis diuini fluminis
Curſum ſtrinxit pius, ut fidem populus
Nouus agnoſceret, Deumque timeret,
Praeclatus iſte pontifex.

Pro nobis quaesumus exoret, ut A
Deus
Nostrum principium, finem et
medium
Reget feliciter, ac seruet iugiter
Virtutum potens opifex,
Vt post exilium carnisque termi-
num
Dimissis uitiis atque suppliciis
Nos iungat laetius sanctorum cae-
tibus
Viuentium per secula. B
Praestet ingenitus pater ac genitus
Filius, Spiritus simul paraclitus
Hoc summa unitas sanctaque Tri-
nitas
Caelorum regens climata.
AMEN.

Versiculus de confessoribus ad magnificat, Antiphon. *Haec sequentia sub notis scribuntur.*

Gloria sanctorum, Iesu, spes, uita tuo- C
rum,
Cuius suffulta gratia
Gaudet beata anima
Pii praesulis Ottonis,
Aeternis ditata bonis.
Annue uotis supplicum.
Pastorem uenerantium
O summe princeps pastorum. E-
uouae.

Haec sine notis: Deus, in cuius uirtute D
beatus Otto, confessor et pontifex ad solidandas in fide gentes incredulas rapidi fluminis cursum prece restrinxit, concede propitius, ut, qui doctor factus est infidelium populorum in terris, pro nobis ad te pius interceſſor efficiatur in caelis, per dominum. *Ad completorium hymnus.* Iste confessor. *Canticum*, dilectus Deo superne. *Antiphon. Hdec cum notis:* E

Beati praesulis bona
In domino stabilita
Fructu eleemosynarum
Diuinum roborauit cultum
In ecclesia sanctorum. Euouae,

Haec sine notis. Deus, qui multitudinem populorum beati Ottonis confessoris tui atque pontificis instantia ad F
agnitionem tui nominis uocare dignatus es, concede propitius, ut pro nobis pius existat interceſſor, qui tui nominis deuotus extitit praedicator.

Inuitatorium cum notis.

Vigiles in laudibus
Domino exultemus,
Qui pium patrem Ottonem
Suam duxit in requiem. G

Psalmus. Venite. *In primo nocturno* antiphona *cum notis.*

Ex nobili prosapia
Genuit felix Sueuia
Ottonem Dei gratia,
Quem nutrit ab infantia. *Euouae.*
Hic ad exemplum sanctorum
Facies animalium
Imitatur caelestium
Assumens pennas uirtutum. *Euouae.*
Spernens mundi uanitatem
Per fidem, spem, charitatem,
Iugiter creuit in Deum
Summam sperans praemiorum. *Euouae.*

Responsorium cum notis:

Claris ortus natalibus
Otto praesul uenerandus
Religiosis actibus
Ornare studuit suae
Nobilitatis lineam.
Gratia Christi praeuentus
Diuinis rebus intentus
Ornare studuit etc.

Responsorium cum notis:

Religiosus et pius
Puer grauitate morum
Crescens in uirum perfectum
Profectu uirtutum scandit
Altum praesulatus gradum.
Non sibi sumit honorem,
Sed uocatus a Deo tanquam
Aaron scandit bonus pastor
In populo et caelestia
Commoda et terrena stipendia
Suis praebuit ouibus,
Fidelis et prudens dispensator
Dominici tritici mensuram suis.
Gloria patri et filio
Et Spiritui sancto.

In secundo nocturno antiphona. Haec cum notis rursus:

Amator religionis
Maximis uirtutum donis
Caelitus erat ditatus,
Deo et omnibus gratus. *Euouae.*
Ordine promotus sacro
Venerabilis Otto
Vt gemma fulsit in clero
Omnem transscendens gratiam.
Euouae.
Christum diligens ardenter
Miseretur hilariter,
Et tribuit simpliciter.
Quae in terris possederat. *Euouae.*
Flagrans diuini amoris
Igne uir uenerabilis,
Verbo praedicationis
Infudit lumen fidei
Idololatrae nationi,
Domino cooperante
Et sermonem confirmante,
Sequentibus signis infudit.
Sacerdos apostolicus
Praeclarum uirtutis opus
Inter gentes operatus,
Aedes profanas destruxit,
Et ecclesias constituxit,
Quoniam immolauerunt

Dae-

Daemoniis et non Deo,
Diis, quos ignorabant, aedes.
Fauente Christi gratia
Doctae prima haec spolia
Tulit de idololatria
Tria hominum millia.
Quae conuertit ad dominum,
Adduntur his multo plura
Pomeranorum millia. *Oue.*
Gloria patri et filio
Et Spiritui sancto. *Oue.*

In tertio nocturno Antiphona. Haec cum notis:

A domino praeelectus
Sublimatur uir beatus
In sede pontificatus
Deo dignus episcopus. *Euouae.*
Coenobiorum fundator,
Sacri cultus propagator,
Ecclesiis, quas construxit,
Praedia large tribuit. *Euouae.*
Fungitur apostolico
Vir beatus officio,
Cum Paulo ad gentes missus
Gentium fit apostolus, *Euouae.*
Furens gentilium turba
In necem sancti armatur,
Sed manus omnipotentis
Brachia eorum ligat,
Ne seruum Christi laederent,
Ruit super eos formido
Et pauor in magnitudine
Brachii tui, domine,
Ne seruum.
Quidam ab hostibus captus
Et in uincula coniectus
Sancti praesulis per uisum
Expertus beneficium,
Vinclis et carcere liber
Cum multis credit in Christum,
Annuntians in gentibus
Magnalia Dei, qui est mirabilis
In eius sanctis cum multis.
O beatum pontificem
Apostolorum conciuem,
Qui suo erat tempore
Lux et decus ecclesiae.
Nunc laetus uiuit cum Christo
In sanctorum collegio,
Bonum certamen certauit
Cursum consummauit, fidem seruauit.
Nunc. Gloria patri et filio
Et Spiritui sancto.
Nunc.

Haec sine notis. Te Deum laudamus. *Ad laud. uers.* Iustum deduxit dominus etc. *Ad laud. Antiphon. Haec cum notis:*

Ad opus Dei strenuus
Pius Otto episcopus
Ecclesias, quas fundauit,
Bonis plurimis ditauit. *Euouae.*
Ecce floret ut lilium
Illius sacerdotium,
Cuius pia memoria
Permanebit in secula. *Euouae.*
Lucet uerbo et exemplo
Praesul uenerandus Otto,
Cuius praedicatione
Fructus creuit ecclesiae. *Euouae.*
Almi patris industria
Multa dedit incrementa
Ecclesiae catholicae,
Gentium conuersione. *Euouae.*
O Christe Ottonis decus,
Hic laus tua, tu illius,
Cui cum sanctis perpetua.
Das perfrui laetitia. *Euouae.*

Interponuntur haec uerba: Capitulum, Ecce sacerdos magnus etc. *uers.* magna est gloria. Ad *Benedictus, antiphona.* Haec *cum notis:*

Quasi stella matutina
In huius mundi tenebris
Virtutum lucet exemplis
Vita tanti pontificis,

Ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Euouae.

Interponuntur haec uerba: Oratio. Deus, in cuius uirtute beatus etc. *In secundis uesperis Antiphon.* Iocundus homo etc. ut de communi confessorum, *cum sequentibus et suis psalmis. Capitulum* ecce sacerdos etc. *Responsorium.* Haec *cum notis.*

O magnum et memorandum
O uere beatum uirum,
Cuius tanta industria
Sancta creuit ecclesia,
Qui Christo domino nouam
Lueratus est familiam,
Operibus manuum eius
Benedixit dominus.
Qui. Gloria patri et filio,
Et Spiritui sancto.
Qui Christo.

Interiiciuntur rursus haec uerba: uers. Annuntiauit eum dominus. Ad *magnificat antiphon. Haec cum notis:*

O pietas saluatoris
Per omnia laudabilis
Qui famulum suum uere
Viuere monstrat apud se,
Cuius illustrat tumulum
Gratia curationum. *Euouae.*

Interponuntur haec uerba. Deus in cuius uirtute beatus etc. et deinde *sub notis sequentia:*

Qui fretus Dei gratia
Cum uirtutum potentia
Claruit in ecclesia
Verbo et sapientia, *Euouae.*
Diuinitus est directus
Praedicator egregius
Iugo fidei subdere
Colla gentis incredulae. *Euouae.*
Ritus sacrilegos destruit,
Multos ad Christum conuertit,

Gaudens Christi incrementis,
Diaboli detrimentis. *Euouae.* *Hinc inferuntur haec uerba.* Officium missae in festo depositionis sancti Ottonis episcopi ac Pomeranorum apostoli. *Introitus.* Statuit ei dominus. *Collecta.* Deus, in cuius uirtute beatus Otto confessor et pontifex, ad solidandas in fide gentes incredulas, rapidi fluminis cursum prece restrinxit, concede propitius, ut, qui doctor factus est infidelium populorum in terris, pro nobis ad te pius interceſſor efficiatur in caelis. Per dominum &c. *Lectio.* Ecce sacerdos magnus, qui in uita sua suf. etc. *Oratio.* Iurauit dominus et non poenitebit eum etc. Alleluia. Filiae Sion laetamini etc. *Sequentia.* *Haec cum notis.*

Gratulare sponsa Christi,
Quae per fidem genuisti
Virum tanti nominis,
In quo pater gloriatur,
Et uirtutes operatur,
Gaude mater nobilis.
Plaude manu, uoce clama,
Antistitis per te fama
Crescat et memoria.
Creuit enim ante DEVM,
Qui beatum fecit eum
In caelesti gloria.
Vita cuius et doctrina
Quasi stella matutina
Lucet in perpetuum.
Per te flagrat haec lucerna,
Praebens iter ad superna
Deus exercituum.
Non in uase, nec sub lecto
Constituta, sed in tecto
Procul sparsit radios.
Caritate rutilabat,
Veritate fulminabat
Terrens aduersarios.
Auro fecit effulgere
Vasa templi, quae fuere
Vasa contumeliae,
Dum conuertit ab errore
Pomeranos ex squalore
Gentilis perfidiae.
Ecce Ioseph fortunatus,
Vir accrescens et probatus
In conspectu principis
Hic aperte declaratur.
Qua uirtute dirigatur
Via uiri simplicis,
Otto prudens ac fidelis
Dispensator, qui in caelis
Certo gaudens titulo,
Vbi fruens caelibatu
Nos absoluas a reatu
Mortis et periculo.
Praebe pias pater aures,
Qualescunque sume laudes
Doctor celeberrime,
Funde preces apud Christum,
Vt instauret chorum istum
Paci saluberrimae.

Haec sine notis. *Euangelium.* Sint lumbi uestri etc. *Offertorium.* Inueni Dauid etc. *Secretum.* Suscipe domine sacrificium placationis, quod nos famulos tuos, interueniente beato confessore tuo Ottone atque pontifice, et perducat ad ueniam et remedia conferat sempiterni. Per dom. *Con.* Fidelis seruus etc. *Compl.* Beati Ottonis confessoris atque pontificis domine precibus confidentes, quaesumus clementiam tuam, ut per ea, quae sumpsimus, aeterna remedia capiamus, per dominum nostrum IEsum Christum filium tuum, qui etc. *Officium missae* in festo *translationis* sancti Ottonis episcopi, quod celebratur ipso die sancti Hieronymi per omnia, ut in festo *depositionis* ipsius, quod celebratur ipso die commemorationis sancti Pauli apostoli, excepta *sequentia*, quae est, ut sequitur: *Haec cum notis.*

Ad honorem summi regis
Et pastoris sui gregis
Nec mens nec uox sileat.
Mentis uotum sit erectum,
Et uox laudis in affectum
Iubilando prodeat.
Adest nouus in deserto
Pastor gregis, gregem certo
Qui traduxit limite,
Qui peruersos dirigendo
Et auersos reducendo
Viam fecit semitae.
Verus pastor uere pauit,
Nam uerbum quod explanauit,
Redegit in fabricam,
Coenobitas ordinando
Et prudenter disponendo
Rem ecclesiasticam.
Aurum tulit ad Hebraeos
Felix Otto, ditans eos
Et Aegyptum spolians.
Nam quo mundus experitur,
Spargit opes et partitur,
Nil mundanis inhians.
Hac est laus Beseleelis,
Qui de gazis Israhelis
Fecit tabernaculum.
Ex oblatis et ex donis
Et ex auro Salomonis
Grande fecit ferculum.
Auro fecit effulgere
Vasa templi, quae fuere
Vasa contumeliae,
Dum conuertit ab errore
Pomeranos ex squalore
Gentilis perfidiae.
Ergo nobis pastor bone
Cursum uitae sic dispone,
Vt sit comes in agone
Virtus abstinentia.
Praui mores et enormes
Fac ut sanctis sint conformes,
Tua prece nos informes

Septi-

Septiformi gratia

Haec sine notis : Festum *ordinationis* sancti Ottonis celebratur secundo idus Maii. Idem in die sancti Gangolfi siue Seruatii, et recipit commemorationem ad utriusque uers, et laudes cum officio missae.

Tantum continet codex MSC. episcopo patriae nostrae Benedicto transmissus et in archiuo seu bibliotheca ipsius asseruatus, quo in conscribendo chronico suo ecclesiastico usus fuit plurimum reuerendus dominus doctor Daniel *Cramerus*, p.m. uir de ecclesia Dei optime meritus. *Versus, qui in transuersa prima pagina scripti erant alia, quam* Vetteri, *forte ipsius abbatis* Andreae, *manu, quia epistolae similes sunt, qua libri exhiberi solent, huc ad finem codicis reiicere uolui:*

Prae sul amate Deo, te praesul Benedicte oro
Correctus erat hic uersus ab alia manu
Te oro praesul Benedicte
Inter oues proprias me ut miserum numeres,
Sisque tui famuli protector uerus et ipsum
Aeterno domino restituas precibus.
Qui se totum offert et parua haec dona minist rat
Commendans tibimet seque suaque simul.
Correctus erat hic uersus seque simulque sua.
Tu reuocator ades, patriae spes, rector honorque,
Dulcis amor cunctis dignus amore Dei.
Tempora sunt huius uitae nunc plena periclis,
Bella manent gentes, hostis ubique furit.
Vnde opus est ualde, tua quod protectio fortis
Succurrat miseris, quos inimicus odit
Eripe sancte piis monitis precibusque sacratis
Commissum tibimet pastor ab hoste gregem.
Vt tua laus maneat, merces et gloria semper,
Cum Christo in coelis regna beata tenens.
Credo quidem memet per te conquirere posse
Vitam, quod nequeo per propria merita.
Te DEVS aeternus, mundi mitissimus auctor
Tempore, longaeuo protegat atque regat.
Vt ualeas, uigeas sanus et prospera capte
Hic, et in aeternum regna superna metas.
Te uigilem seruet, qui non dormitat in aeuum,
Nominis atque tui restituat meritum.
Vt uigilet cautus pastor Benedictus, o asis,
Sancte; tuis ouibus, praesul beate, uale.
Corrigebatur praesul amate uale.

BVLLA CANONIZATIONIS S. OTTONIS.

Haec Bullam inuenies apud Lar. tom. 12. anno 1189.

CLEMENS *episcopus, seruus seruorum DEI, uenerabilibus fratribus E. Merseburgensi, et O. Eistettensi episcopis, et dilectis filiis S. Emmerammi Ratisponensi et Schuuartzensi abbatibus, decano et schôlastico Wirtziburgensi salutem et apostolicam benedictionem.*

Ad audientiam apostolatus nostri ex quarundam serie literarum et relatione multorum peruenit, quod diuina potentia per merita et interuentum beati Ottonis, qui Babenbergensis fuit episcopus, multam *est operata salutem, praecipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab apostolica sede transmissus; et in ea compluribus miraculis donauit illi dominus coruscare.* * multorum.

Quoniam igitur iuxta diuinae scripturae testimonium lucerna non sub modo, sed supra candelabrum est ponenda; distinctioni *uestrae per apostolica scripta mandamus; quatenus de uita ipsius et miraculis diligentius inquiratis, quae nobis fuerunt per multorum literas indicata. Et si non inueneritis aliquid, quod obsistat, ipsum canonizatum, auctoritate freti apostolica, solemniter et publice nuncietis; anniuersarium diem sui transitus facientes, et publice nunciantes, ad honorem DEI, et ipsius beati uiri memoriam solemnem habere. Datum Laterani III. Kal. Maii, pontificatus nostri anno secundo.* Matth. 5. * discretioni.

Altera Bulla eiusdem argumenti.

CLEMENS *episcopus seruus seruorum DEI, uenerabili fratri Ottoni episcopo et dilectis filiis canonicis et uniuerso clero et populo Babenbergensi montis S. Michaëlis salutem et apostolicam benedictionem.*

Cum sedi apostolicae referuntur ea, quae ad salutem pertinent animarum et deuotionem cleri et populi, manifestis indiciis respicere comprobantur, ea, sicut conuenit, libenter audimus et, ut debeant in domino promoueri, fauorem, ut expedit, impertimur apostolicum et assensum. Hinc est, quod cum ad audientiam apostolatus nostri quarundam serie literarum, et multorum relatione peruenerit; quod diuina potentia per miracula *et interuentum B. OTTONIS, qui Babebergensis fuit episcopus, sit* * miracula,

multo-

multarum operata salutem, praecipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab apostolica sede transmissus: in qua donauit illi dominus Deus compluribus miraculis coruscare.

His gratanter auditis, et pro tantis beneficiis omnipotenti domino gratiarum actionibus exsolutis, uestris piis desideriis ad laudem Dei satisfacere cupientes, uenerabilibus fratribus nostris Merseburgensi et Eistettensi episcopis, et dilectis filiis S. Emmerami Ratisponensi et Schwartzensi abbatibus, decano et scholastico Wirtzeburgensi dedimus in mandatis; quatenus de uita ipsius et miraculis diligenter inquirant, quae nobis fuerunt per multorum literas indicata. Et si non fuerit inuentum aliquid, quod obsistat, ipsum canonizatum praedictae magnae personae debeant solenniter et publice auctoritate freti apostolica nunciare, anniuersarium diem sui transitus facientes, et publice nunciantes ad honorem Dei et ipsius beati uiri memoriam solemnem haberi. Datum Laterani Kalend. Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Translatio S. Othonis. Anno igitur domini M. C. LXXXIX. II. Kal. Octob. in die S. Hieronymi translatus est S. Otto Dei dignus episcopus Babenbergensis et Pomeranorum apostolus; praesidente adhuc in sede Babebergensi Ottone largo XI.

Has duas bullas reperi in codice quodam bibliothecae Bauaricae, qui annales Bambergenses continet; cui addita est haec annotatio. *Scripsit ergo* Hartmannns Schedel, *Nurimbergensis, artium ac utriusque medicinae doctor, anno salutis 1497. chronicam istam Babebergensem, cum commendatione ac descriptione urbis Babenbergensis, cum eo anno* Antonius Haller *ciuis Nurenbergensis, socer meus, ex progenitoribus suis de antiqua familia, Babenbergensis oriundus, tandem uitam cum morte commutauit X. die mensis Septembris, et uxor eius socrus mea, hunc librum mihi, ac liberis eius, nepotibus meis, dono dedisset: cum in eo folia pleraque sine scriptura essent, ne liber in nihilum redigeretur; propria manu haec de Babenbergensi historia perfeci. Nuremberga quoque de Babenbergensi dioecesi exiit, ut ob uicinitatem loci gesta in ea ciuitate posteris manifestentur, pro oblectamento succedentium, ut fructum inde capere possint, perscripta sunt, et ut codex iste diutius perseueret, ad laudem summi datoris, Amen.*

IASCHII
APPENDIX

Trium diplomatum ex matricula Colbacensi, quae in archiuo electoralis Pomeraniae asseruatur, a nobis descriptorum, et quarundam obseruationum.

I. DIPLOMA,

In quo laudatur Pomeranorum ad Deum conuersio.

Ex fol. 141. dictae matriculae.

IN nomine domini amen. *Kasemarus* Sclauorum princeps uniuersis Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus. *Nuper ego et populus meus ad cultum Dei ueri pietate ipsius conuersi sumus, unde et magnifice gratias agimus ipsi.* Huius etiam rei gratia in honorem Dei et domini nostri sanctissimaeque uirginis Mariae fratribus Cisterciensis ordinis in Colbas conuersantibus, locum qui uocatur *Prilop*, *ob remedium animae meae*, affero, quem his terminis distinxi: uidelicet a *Plona* usque ad quercus, subiacens castro *Carbe*, e quibus aliquos propria manu designaui ad testimonium signi euidentioris; deinde usque ad quercum secus uiam, sicque contra aquilonem ad salicem, inde uersus orientem in *Gouenam*; abhinc quoque usque ad lapidem, qui uocatur *Lez*, deinde in *Plouam*. Quod ut ratum et inuiolabile permaneat, sigilli mei impressione muniri curaui. Et quia fratres fruges proprias colligere non sufficiunt, colonos, quotcunque ibi posuerint ab omni exactione, quae mei iuris est, ab hinc et in omne tempus liberos esse statuo, meisque id successoribus, tam pro ipsorum, quam pro mea salute obseruandum relinquo, ne scilicet aedificare aut reparare urbes cogantur, sed neque iudicum quisquam secularium eis molestus sit in ullo negocio, quin imo sanctis illis in *Colbas* et fratribus in pace deseruiant. Porro si quisquam ausu temerario praedictos fratrum terminos inuadere uel imminuere praesumpserit, procul dubio diminuet Deus dies eius. Anno dominicae incarnationis M. C. LXXVI. Per manum domini *Euerhardi* abbatis facta sunt haec, praesentibus his testibus

bus *Mouic*, *Rodozlau*, *Ianic*, *Hunne* de *Camin*, *Sarnozlawizt*.

II. DIPLOMA.

In quo rursus depraedicatur Pomeranorum in pietate progressus.

Ex fol. 382.

CONRADVS, DEI gratia Pomeranorum episcopus, tam praesentibus, quam futuris. Benedictus dominus, qui uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, quod nos quoque in populo nostro uidemus et gaudemus adimpleri, *qui cum in cultura falsorum Deorum hactenus misere* aberrauit, nunc in cognitione ueri Dei exultat et canit. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulacris suis. Sed et principes ad cultum eiusdem Dei et domini propensiores se exhibentes, ritus paganorum sacrilegos usque in hunc diem subuertere non desinunt, nouasque ecclesias instituunt, sacerdotes quoque ad eruditionem plebis aggregant, modis omnibus operam dantes ut christiani nominis dignitas apud omnes propagetur et amplius emineat, uiros quoque religiosos, de longinquis prouinciis euocatos, per diuersa regionis suae loca disponentes, ad necessarios usus eis temporalia subministrant, sicque iuxta euangelicam admonitionem faciunt sibi amicos, qui se recipiant in aeterna tabernacula. Anno igitur dominicae incarnationis MCLXXVI. indictione IX. forte deueni in *Cammin*, celebraturus ibi festum assumptionis beatissimae uirginis Mariae; aderat et dominus *Cazemarus*, princeps terrae, cum baronibus suis, aderant et alii duo uiri religiosi, iam tunc in abbates per manum nostram consecrandi, scilicet dominus *Helwicus* abbas *de Stolp*, et dominus abbas *Euerhardus de Colbas*. Cumque finitis missarum solenniis consecratio quoque abbatum esset rite peracta, congratulans dominus terrae super his quae uidebat, abbati quidem *de Stolp* copiosos reditus contulisse se recordabatur; potro domino *Euerhardo* abbati locum, qui uocatur *Prilop* cum omnibus attinentiis suis, id est aquis, syluis, pratis, in honorem Dei et sanctae genitricis eius, per *manum nostram, laetus obtulit in conspectu ecclesiae nostrae*, quod et ipse prius quidem in *Colbas* coram fratribus in eorum monasterio fecerat. Et quia praefatus locus spatiosus est lateque patentes campi, qui cultoribus indigeant, colonos, quotcunque ibi fratres posuetint, ab omni exactione liberos esse concessit, ne uidelicet urbes aedificare aut reparare compellantur, et ne principi terrae censum persoluant cum reliquo populo, neue etiam iudicum quisquam secularium eos in ullo negotio urgeat uel contristet. Haec autem *donatio in mei praesentia facta est*, ut dixi, *uidente clero, astante populo, multisque principibus uiris*, id est *Wartislao de Stetin* et *Engelberto* eius capellano, *Zanitz* castellano de Cammin tribusque seruis Dei abbatibus, quorum aliquos supra memotaui, quorum erat primus dominus *Helwicus*, abbas *de Stolp*, secundus dominus *Euerhardus*, abbas de *Colbas*, tertius dominus *Hermannus*, abbas *de Dargun*. Canonicis quoque *de Cammin* praesentibus *Conrado*, *Gerardo*, *Remero*. Igitur, quamuis ecclesiarum Dei beneficia propter metum et reuerentiam omnipotentis debeant in pace semper et salua persistere, nec ulla ratione possit amplius ad seculares usus reuocari, quod semel Deo oblatum est et consecratum; iustum tamen est, pontificali authoritate gladioque spirituali praesumptiones cum temeritatibus inhiberi; propter quod praedicti praedii possessiones sigili nostri obsignare testimonio necessarium duximus, ne quis eas uel prece uel precio fratribus subtipere tentet, aut inuadere uiolenter aut imminuere. Quod si quis hoc transgressus fuerit, excommunicatum se et anathematizatum nouerit esse, proculque a coetu Christiano abiectum, nisi resipuerit, *communionemque sacri corporis et sanguinis Christi non sibi indulgendam aliquando*, nisi in ultima necessitate et mortis articulo.

III. DIPLOMA,

In quo fit mentio Ottonis, *et quo honore affectus sit.*

Ex fol. 223. seqq.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Quia sedenti in solio maiestatis in excelsis sunt deliciae in hac ualle miseriae etiam cum filiis hominum habitate, ut sedulis suorum deuotorum precibus exoratus ueniam quaerentibus de pietatis suae abundantia copiosius largiatur; nos igitur BARNIM Dei gratia *Stetini*, *Pomeraniae*, *Schlauiae* et *Cassubiae dux*, uniuersis Christi fidelibus, ad quorum notitiam praesentes literae peruenerint, uolumus esse notum, quod debonis nostris, ab ipso dominantium domino nobis temporaliter collatis, cultum sui sanctissimi nominis ampliare, toto cordis desiderio cupientes, ad laudem et gloriam eiusdem Dei omnipotentis ipsiusque matris Mariae, uirgi-

nis glorioſae, ac *ſanctiſſimi confeſſoris beati Ottonis epiſcopi, qui progenitores noſtros totumque ducatum ad rectam Chriſti fidem et ad catholicam conuertit ueritatem*, atque omnium ſanctorum, obque ſalutem animarum, noſtrae uidelicet et dilectae coniugis noſtrae, illuſtris ducisſae *Agnetis* ac progenitorum, liberorum atque ſucceſſorum noſtrorum, dedimus, tradidimus et obtulimus et praeſentibus literis damus, tradimus et offerimus propter Deum, pure, libere, ſimpliciter et irreuocabiliter, perpetuo proprio iure religioſis uiris et in Chriſto nobis dilectis, domino *Goſſuino* abbati et conuentui monaſterii *Colbacenſis*, ordinis Ciſtercienſis, Camminenſis dioeceſis eorumque ſucceſſoribus, molendina noſtra, ſita prope eiuitatem *Demmin*, iam conſtructa et quae conſtrui poterunt in futurum, libera absque omni penſione, et proprietatem eorundem eum iudicio ſupremo et infimo, cum omnibus ſuis terminis et limitibus, ac omnibus et ſingulis, quae intra ipſos continentur, nec non iuribus, libertatibus, immunitatibus, aeceſſibus et egreſſibus ſuis, fructibus quoque et prouentibus, qui quondam de ipſis molendinis poterant haberi et nunc habentur, uel haberi poterunt in futurum et eum omnibus et ſingulis ad eadem molendina pertinentibus, uidelicet agris, pratis, aquis et piſcationibus, aeceſſionibus et requiſitionibus, nobis ex dictis molendinis uel pro eis aut ipſis quomodolibet competentibus, progenitores noſtri et nos ipſi dinoſcimur hactenus poſſediſſe, ad habendum, tenendum, poſſidendum et quicquid eisdem abbati et conuentui uel eorum ſucceſſoribus deinceps placuerit, perpetuo faciendum: inducentes ipſos per praeſentium literarum traditionem in perpetuam corporalemque poſſeſſionem omnium praedictorum, nihil iuris, proprietatis uel dominii nobis et noſtris haeredibus ac ſucceſſoribus quibuscunque in dictis molendinis quomodolibet reſeruantes. Damus etiam eisdem abbati et conuentui plenam et liberam poteſtatem pro aquis congregandis et aggere exaltando, quando et ubi eis expedierit, terram et ceſpites fodiendi. Inſuper uolumus et eſficaciter prohibemus, ut nullus omnino hominum cuiuscunque ſtatus uel conditionis exiſtat, ſupra, iuxta uel infra praelibata molendina, aut intra dictam ciuitatem *Demin*, ſeu extra in aqua uel in terra, qualiacunque molendina, in praeiudicium dictorum abbatis et conuentus, aedificare debeat uel praeſumat. Vt autem uniuerſorum domino de dictis molendinis et eorum prouentibus in praefato monaſterio *Colbacenſi* tam debitum, quam deuotum miniſterium, perpetuis futuris temporibus praebeatur, uolumus et ordinamus, ut ante ſummum altare in eccleſia dicti monaſterii, ad honorem corporis IEſu Chriſti ſaluatoris noſtri, cereum lumen die ac nocte ardens habeat: item ut ſex lampades in locis infra ſcriptis die ac nocte indeſinenter ardeant: quarum una in capella, ſita in coemeterio dicti monaſterii, in qua miſſa pro defunctis diebus ſingulis celebratur: ſecunda in *capella ſancti Ottonis*; tertia ante altare ſancti *Iohannis baptiſtae*: quarta ante altare beati *Bartholomaei apoſtoli*: quinta ante altare ſanctarum uirginum, quod beatae *Catharinae* intitulatur, et in duobus dormitoriis infirmorum ſingulis noctibus duae lampades pro eorum commodo habeantur, quae ambae pro una computari debebunt, hoc ſane adiecto, quod propter huiusmodi lampadum inſtaurationem, conſuetus in dicto monaſterio numerus non debeat minorari. Praeterea ut fratres praenominati monaſterii *Colbacenſis* corporaliter recreati ualeant uniuerſorum creatori in diuinis laudibus feruentius famulari, uolumus et ordinamus, ut ipſis ad eorum recreationem in feſtis et diebus infra ſcriptis de reditibus dictorum molendinorum decem miniſteria miniſtrentur. Quorum ſeruitiorum primum fieri uolumus in feſto natiuitatis Chriſti, ſecundum in coena domini, tertium in feſto aſcenſionis eiusdem, quartum in aſſumptione beatae Mariae uirginis, quintum *in die beati Ottonis, epiſcopi et confeſſoris, ut quo debet ſpecialis et propria de ipſo ſeruari hiſtoria, et in ſumma miſſa alleluia filiae Sion laetamini et exultate in domino decantari et per totam ipſius octauam, tam in ueſperis, quam in matutinis, de eo commemoratio ſpecialis haberi*: ſextum in feſto omnium ſanctorum, ſeptimum in anniuerſario illuſtris principis ducis *Bugislai primi de progenitoribus noſtris chriſtiani et fundatoris Camminenſis eccleſiae et dicti monaſterii Colbacenſis*, quod anniuerſarium ſeptimo Calendas Martii eſt agendum: octauum in uigilia beati *Thomae apoſtoli*, in qua recolitur anniuerſarium illuſtris ducisſae *Mechtildis*, quondam uxoris inclyti principis ducis *Barnimi* aui noſtri: nonum in anniuerſario generoſae ducisſae *Eliſabeth*, matris noſtrae dilectae et amantiſſimae ſororis noſtrae *Mechtildis*, quod praecedente die beatae *Braxedis* uirginis eſt agendum, hoc adiecto, quod cum nos diem claudere contigerit extremum, in die defunctionis noſtrae huiusmodi ſeruitium miniſtretur: decimum in anniuerſario liberorum

rum utrorumque, quod in die beati *Petri* ad uincula peragi uolumus cum moderamine infra ſcripto, uidelicet quod cum inclyta ducilla *Agnes*, uxor noſtra dilecta, ſpiritum ſuo reddiderit creatori, in die ſepulturae eius idem ſeruitium habeatur. Volumus et ordinamus, ut in quolibet praedictorum anniuerſariorum, uigiliae et miſſae pro defunctis in conuentu dicti monaſterii celebrentur, et poſt ſummam miſſam commendatio ſolenniter ſubſequatur. Inſuper uolumus et ordinamus, quod a feſto exaltationis ſanctae crucis usque ad feſtum *paſchatis* in qualibet commeſtione ſingulis perſonis regularibus in dicto monaſterio exiſtentibus unum halec aut aſſum aut aqua coctum de praefatorum molendinorum prouentibus miniſtretur, quodque per totum annum ſingulis diebus in qualibet refectione unum ferculum perſonis ſupra dictis de eisdem prouentibus praebeatur. Hoc ſane adiuncto, quod propter huiusmodi noſtram donationem et ordinationem conuentui dicti monaſterii de cibis et pitantiis ac ſeruitiis conſuetudinariis, nihil penitus ſubtrahatur, ſed ſeruitia, quae idem conuentus in praedictis feſtis habere conſueuerat, die ſequenti congruo miniſtrentur eidem. Caeterum uolumus et ordinamus, quod praefati abbas et conuentus uirum prouidum deputare debeant, qui praedictorum omnium, uidelicet luminarium, ſeruitiorum, ferculorum et pitantiarum, fidelis ſit adminiſtrator ac diligens diſpenſator et in ſignum accepti beneficii, ab omnibus et ſingulis perſonis dicti monaſterii, praeſentibus et futuris, in omnibus miſſis et horis canonicis ac orationibus peculiaribus omnium progenitorum noſtrorum, noſtri ac dilectae uxoris noſtrae *Agnetis*, nec non liberorum noſtrorum defunctorum ac haeredum omnium praeſentium ac futurorum, iugis et deuota memoria habeatur. Inſuper ut dicta noſtra ordinatio, ad honorem Dei et hominum conſolationem ſalubriter inſtituta, tam in luminaribus, quam in ſeruitiis ac ferculis, ſine defectu aliquo firmiter obſeructur, uolumus et ordinamus, quod quotiescunque defectum aliquem in praemisſis euenire contigerit, toties capitulum *Camminenſis* eccleſiae a prouiſore dictorum molendinorum reditus illius anni exigat et requirat, niſi ex combuſtione eorundem molendinorum uel caſu fortuito huiusmodi defectus euenerit. Vt autem haec noſtra donatio perpetuo grata, rata et firma permaneat, *praeſentes litteras* inde conſcribi fecimus, et noſtris manibus ſigillauimus, et ſigillatas in feſto purificationis beatae et glorioſae ſemper uirginis Mariae, praedicto abbate *Goswino* miſſam celebrante, praeſente multitudine fidelium piae deuotionis affectu, *ſuper altare poſuimus et obtulimus, non ſolum in factae donationis, ſed etiam in traditae poſſeſſionis euidens argumentum.* Teſtes huius rei ſunt honorabiles uiri *Bernhardus*, dictus *Beere*, praepoſitus eccleſiae Camminenſis, dominus *Iohannes*, decanus eccleſiae eiusdem, et dominus *Albertus*, prior eccleſiae S. Iacobi in Stettin, nec non *Hinricus* de *Pokelente*, *Dubislaus* de *Ekſtede*, *Vrizo* de *Berticow*, *Wernerus* de *Suerin*, *Reimarus* dictus *Buck* et *Arnoldus* dictus *Suaue*, milites, ac *Hinricus*, dictus *Reberch*, noſtrae camerae magiſter, *Hinricus* de *Stegelitz*, *Ditlenus* de *Ekhorſt*, aduocatus noſter, ſecretarii noſtri et plures alii fide digni. Actum et datum in dicto monaſterio *Colbacenſi* anno MCCCXLIII. in eodem feſto purificationis ſanctae Mariae ſemper uirginis glorioſae.

NOTATIONES GRETSERI
IN LIBRVM PRIMVM DE VITA S. OTTONIS,
EPISCOPI BAMBERGENSIS.

AVſpicemur a nomine, *Outo*, *Oudo*, *Vto*, *Vdo*, *cum aſpiratione*, *et ſine aſpiratione ſcriptum uarie reperio*, inquit Auentinus in ſua nomenclatura, *unum nomen eſt, a cuſtodia deductum, tandem Oto factus eſt.* Quare et hoc ipſum nomen diuerſimode ſcribitur; *Oto*, *Otho*, *Otto*; eſt cum et *Otto*. Roswithae moniali in panegyrico Ottonis magni, *Oddo*.

Quinam uitam et res geſtas S. Othonis literis conſignarint.

IN praefatione ad Guardianum Bambergenſem, quatuor nominantur ab Andrea abbate. I. Sefridus, ſeu Sifridus. II. Ebbo, monachus monaſterii S. Michaëlis Bambergae. III. Thimon, ſeu Tiemo. IV. Herbordus. Ex

quorum commentariis hos libros, for-A ma dialogi iam olim contextos, Andreas recenſuit, illuſtrauit, auxit.

Quis iſte Andreas fuerit, ſatis ipſemet in epiſtola dedicatoria explicat. De quo Surius tom. 4. die 2. Iulii, ad calcem uitae S. Othonis: *ſunt, qui ſcribunt Andream abbatem extra Bambergam quatuor conſcripſiſſe libris uitam huius ſancti, circa* B *annum Chriſti M. D. Sed ea ad manus meas necdum peruenit.* Eadem Molanus in martyrologio 30. Septemb. addens; Andream hos libros ſcripſiſſe ad Bogislaum principem Pometanorum. At nihil de hoc noſter codex. De eodem Andrea catalogus manuſcriptus abbatum montis monachorum ſequentia. Andreas abbas XXXVI. domino Vdalrico cita C morte ſublato, Andreas de Staffelſtein oriundus in eius locum ſubrogatur anno ſalutis 1483. ipſo die S. Dorotheae uirginis. Hic a primaeua ſua inſtitutione, per praedeceſſores ſuos, in ſancta reformatione et religionis obſeruantia, bene paterna ex arte inſtructus, morum probitate et uitae honeſtate, tanquam bonus agonotheta in bona operatione ſecutus eſt pedes et ueſtigia patrum ſuo- D rum praedeceſſorum. In augmentatione ſpiritualium et temporalium utiliſſima aedificia perfecit, cum inſigni bibliotheca. Tandem ex eatalepſia et paralyſi ſiniſtri lateris mortem obiit, die 23. menſis Octobris, anno M D II. ſepultus ante altare S. Wolffgangi.

Cramerus Lutheranus praedicans lib. E 2. chronici Pomeraniae cap. 34. dicit; Andream Bambergenſem, monachum Benedictinum, anno 1487. hiſtoriam de uita Ottonis dedicaſſe et inſcripſiſſe BENEDICTO, tunc epiſcopo Caminenſi in Pomerania; et huius hiſtoriae exemplar in membrana exaratum nunc penes ſe eſſe, acceptum ex bibliotheca Caminenſi, et ex praefatione inteiligi, epiſco- F pum Benedictum petiiſſe ab Andrea, ut miracula et res geſtas S. Ottonis in literas referret; haec enim eſſe Andreae uerba: *Exigitis a me, pater per ſecula memorande, et praeſul nominatus in orbe, ut ſigna et portenta, quae per opinatiſſimum nunc in ſecula ſanctum Ottonem, ac noſtris temporibus Pomeranorum apoſtolum, nouis temporibo diuina peregit clementia, cura di-* G *ligentiſſima indagata, ad laudem et nomen uiuificae Triuitatis, nec non ad excitandos animos diuinae plebis ſedulo annotare decertem.*

Haec ex Andreae epiſtola ad Benedictum epiſcopum recitat praedicans, cui forte non iniuriam feceris, ſi eum aut uerba Andreae oſcitanter inſpexiſſe, aut in manuſcriptis libris legendis non admodum uerſatum eſſe ſuſpiceris. Quis enim aut tam caecus, aut ſaltem luſcitioſus fuerit, qui non uideat, textum Andreae perperam a praedicante repraeſentari, omninoque reſcribendum: *per opinatiſſimum nunc in ſecula ſanctum Othonem, Pomeranorum apoſtolum, noſtris temporibus, diuina peregit clementia.*

Deinde ex dictis uerbis confici uidetur, Andream de S. Ottone ſaepius ſcripſiſſe. Nam iſte commentarius, quem publicamus, non eſt ad Benedictum epiſcopum, nec noua tantum, noſtrisque temporibus patrata miracula continet; at lucubratio, quam Andreas ad epiſcopum Caminenſem miſit, ea mira exequebatur, quae Andreae tempotibus Deus per S. Ottonem efficiebat, quorum nonnulla commemorat quidem Andreas libro quarto; ſed pauca duntaxat e multis. Nec eſt inſuetum, ut idem ſcriptor de eodem argumento plures lucubrationes edat, praeſertim cum huius, quam edimus, Andreas non tam auctor, quam illuſtrator et corrector fuerit; iam enim ante Andreae aetatem edita fuerat.

Teſtatur autem praedicans, Andream ſuo illo in commentatio, etiam hos ad epiſcopum BENEDICTVM uerſiculos adieciſſe.

Praeſul amate DEO, te oro praeſul Benedicte. etc.

Vide pag. 550.

Ait praedicans: ſe hoc carmen, ea etiam de cauſſa exſcripſiſſe, *quod monachus iſte fateatur, ſe ſuis operibus non poſſe ſaluum fieri.* At fateatur, ſe poſſe ſalutem et aeternam beatitudinem conſequi meritis et operibus Benedicti epiſcopi. Quomodo hoc arridet palato praedicantico?

Deinde non debet praedicans uocem humilitatis et chriſtianae ſubmiſſionis uertere in Lutheraniſmum, quaſi qui dicit, ſe meritis ſuis non poſſe ſaluum fieri; praedicantico ſpiritu afflatus tantundem dicat, quantum noui huius euangelii praeeones; nimirum, opera noſtra coram Deo eſſe nihili ae nauci nulliusque meriti; ſola fide omnia confici. Nam ſi Andreas ea mente fuiſſet, neque Benedicti epiſcopi meritis et operibus, ſed ſola fide ſua, absque ullius operibus, ſe ſalutis aeternae participem fore, affirmaſſet. In religioſorum ho-

mi-

minum praecordia monitum Christi tam descendit alte, ut cum omnia, quae facere oportet, fecerint; *seruos inutiles* sese esse, libenter profiteantur: Inutiles uidelicet sunt, sed suo iudicio, ne insoleſcant et intumeſcant; non iudicio Dei, cuius in conſpectu, ut mors, ſic et uita ſanctorum pretioſa eſt.

Quis autem ſit auctor eius commentarii de uita et rebus geſtis S. Ottonis, quem uir clariſſimus D. HENRICVS CANISIVS tom. 2. antiquae lectionis publicauit, non difficile erit ſtatuere, lecta hac Andreae hiſtoria; non enim unum parentem habet, ſed tres, Ebbonem, Tiemonem et Sefridum, ſeu Sifridum, quem Lutheranus praedicans Cramerus lib. 1. chronici Pomeranici, cap. 14. ait, fuiſſe *ſcribam* ſeu *notarium* S. Ottonis: his tribus uitam a Caniſio editam adſcribi debere, inde manifeſtum euadit, quod quae in Andreae commentario ſub Timonis, Sefridi, et Ebbonis nomine commemorantur, pleraque ſi non omnia, ad uerbum in hiſtoria tom. 2. antiquae lect. reperiuntur. Nam ex horum trium lucubrationibus olim quidam anonymus uitam S. Ottonis ſpecie dialogi conſcripſerat; quam Andreas auxit, ſuppleuit, diſtinxit, et clariorem reddidit; ut ipſe ſua in praefatione fatetur. Alii autem, omiſſa forma dialogi, et tacitis auctorum nominibus, et nonnullis reſectis, hanc, quam Caniſius in lucem dedit, hiſtoriam concinnarunt, quae etiam exſtat, uidi enim, in manuſcripto quodam codice Rebdorffenſis monaſterii. Breuius adhuc huius uitae compendium edidit Surius tom. 4. Nam ſuperioris aetatis homines hiſtorias uel decurtatas, uel integras proponere ſolebant, prout, pro ſuo quisque guſtu, eas ad lectoris guſtum facturas arbitrabatur.

Vtrum autem ipſa monumenta Siſridi, Ebbonis, Herbordi, Timonis, ex quibus hic commentarius confectus eſt, adhuc ſuperent, mihi non liquet. Nunquam certe in illa incidi, licet ſat multas bibliothecas, et bibliothecarum catalogos euoluerim.

In caput V.

DE codice ſpalterii, Ita ſaepe priſci codices: quibus etiam pſallere, eſt *ſpallere*; et pſalmodia, *ſpalmodia*, per literarum metatheſin, qua nihil uulgo uſitatius in latinis et graecis uocabulis, in communem uſum et morem tranſeuntibus; a quo poſtea doctiores, qui ſcribunt, eadem uocabula ueteri illi dicto; loquendum, ut multi: ſapiendum, ut pauci.

DIGRESSIO PRO ANTIQVIS POMERANIS A S. OTTONE AD FIDEM CATHOLICAM TRADVCTIS, CONTRA IMPOSTVRAS LVTHERANI CVIVSDAM SPERMOLOGI.

DAniel Cramerus, quinti euangelii in Pomerania praedicans, chartis infamibus et mendaciloquis, quas partim latina, partim Germanica lingua ſparſit, non plane ignotus, publicauit anno redemptoris MDCII. librum hoc titulo: Pommeriſche Chronica, das iſt, Beſchreibung und ausführlicher Bericht, wie anfänglich durch Biſchoff Otto von Bamberg, die Pommern aus Heydniſcher Blindheit zum Chriſtenthum bekehret, und folgends biß auf den heutigen Tag erhalten worden ſind: Latine. *Chronica Pomeraniae*, hoc eſt, *deſcriptio et copioſa declaratio, qua ratione initio per Ottonem epiſcopum Bambergenſem, Pomerani ab ethnica caecitate, ad chriſtianam religionem conuerſi fuerint, et quomodo conſequentibus annis usque ad hodiernum diem in ea perſeuerauerint.* In quo titulo quaedam placent; quaedam diſplicent. Placet, quod ait, Pomeranos ab ethnica caecitate ad *chriſtianiſmum* ſeu *chriſtianam religionem* per Ottonem Bambergenſem traductos fuiſſe: uere enim ita eſt, ut inſcriptio affirmat: ſed hinc aliquid inferemus, quod praedicantico ſtomacho non arridebit; nempe, *papatum*, ut ſectarii uocant, eſſe *chriſtianiſmum*; et *papatus profeſſionem*, eſſe chriſtianam religionem; quandoquidem tam certum eſt, S. Ottonem in Pomerania aliam fidem non annunciaſſe, quam eam, quae hodie in *papatu* traditur et omnibus ſequenda proponitur, quam certum eſt, *Paſchalem* papam, a quo S. Otto epiſcopalem conſecrationem accepit; et Calliſtum II. a quo in Pomeraniam anno 1124. ablegatus eſt, non docuiſſe diuerſam fidem ab illa, quae hodie ex cathedra S. Petri a Paulo V. pontif. maximo docetur. Solis itidem luce dilucidius eſt, S. Ottonem, Pomeranis aliam fidem non praedicaſſe, quam quae hodie in templo cathedrali Bambergae, et in templo S. Stephani, et in monaſterio S. Michaëlis praedicatur, cuius rei

teſtem fero, tam hunc Andreae, quam illum a Caniſio publicatum, de rebus S. Othone geſtis, commentarium. Nihil in hoc uel in illo Lutheranum, nihil Caluinianum; uno uerbo, nihil ſectarium aut *praedicanticum*. Si ergo S. Otto in Pomeraniam, non niſi illam fidem introduxit, quo hodie in *papatu* publice colitur et defenditur; afferat oportet Cramerus; aut ſe et alios praedicantes mentiri ac calumniari, quando *chriſtianiſmum* et *chriſtianam profeſſionem* in papatu *antichriſtianiſmum* et *antichriſtianam;* et praeterea *caecitatem* atque *idololatriam* appellitant: aut Pomeranos a S. Ottone ab una idololatria et caecitate ad aliam fuiſſe traductos; et ſic usque ad annum domini M D XXXIV. quo catholica religio ex tota Pomerania proſcripta eſt, uera religione, ueroque chriſtianiſmo caruiſſe. Quod ſi praedicans concedat; neceſſe erit, ut titulum libri ſui aliter formet, et paulo conſideratius, doctrinaeque ſuae conuenientius, concipiat.

Caeterum in praedicta inſcriptione uehementer diſplicet, quod praedicans dicit, *Pomeranos, in eo chriſtianiſmo, quem a S. Ottone acceperant, perſtitiſſe usque ad hodiernam diem;* diſplicet, inquam, hoc, quia manifeſtae falſitatis conuinci poteſt. Chriſtianiſmus enim, quem S. Otto in Pomeraniam introduxit, ſtatuebat et profitebatur ſeptem ſacramenta, ut patet ex cap. 17. lib. 3. ubi deſcribitur inſtitutio, qua S. Otto baptizandos et baptizatos imbuere conſueuerat. At hodiernus, aliquando duo, aliquando uix tria ſacramenta admittit. Chriſtianiſmus ab Ottone in Pomerania plantatus et propagatus *miſſas* celebrabat, audiebat, colebat; monaſteria tam uirorum, quam mulierum exſtruebat, ſacerdotia fundabat, eccleſias cathedrales, aliasque exaedificabat et dotabat: quatuor tempora, quadrageſimam, et feſta martyrum religioſe obſeruabat, reliquias ſanctorum pie honorabat et ſecum circumferebat: quae omnia, ut et plurima alia ueri chriſtianiſmi inſtituta, ab Othone Pomeranis tradita fuiſſe, pro teſtimonio luculento eſt hic, quem euulgamus, commentarius. At hodiernus Pomeraniae chriſtianiſmus contraria prorſus uia graditur. Nam miſſas, ut abominationum omnium extremam, execratur. Monachos profligat; monaſteria uaſtat. Sacerdotia in ſuos uſus conuertit ac conuerrit. Quadrageſimam et quatuor tempora exterminat. Martyrum feſta, ut idololatrica, ſubſannat: breuiter, quidquid huius generis S. Otho, ut pium et ſalutare, Pomeranis tradiderat; hoc Lutheranus chriſtianiſmus, ut ſuperſtitioſum et profanum refutat. Qua igitur fronte, niſi effronte, hoc eſt, praedicantica, affirmat iſte praedicans, chriſtianiſmum ab Ottone acceptum, usque ad hodiernum diem in Pomerania durare? Vtinam duraret. Sed abſit a ſanctiſſimo uiro Othone, ut talem chriſtianiſmum in Pomeraniam intulerit, qualis eſt is; qui hoc tempore in Pomerania regnat, cuius architecti fuere uiliſſimi apoſtatae, quisquiliae nationis Pomeranae; *Ioannes Bugenhagius, Iacobus Hagenſee, Paulus a Rhoda, Wilhelmus Hecker, Chriſtianus Ketelhut, Ioannes Curike, Ioannes Knipſtrow, Ioannes Kleppius, Ioannes Aepinus, Paulus Artopoeus*, hoc eſt, *Beck, Antonius Gerſaw, Antonius Remmelding, Bernhardus Stroſchneider, Thomas Stergert, Leonhardus Meyfiſch, Petrus Kromholtz, Andreas Piper*, uel *Pfeffer*, et ſimiles ſacerdotalis uel monaſticae uitae in Pomerania ſubantes deſertores, qui S. Ottoni uita, moribus et doctrina tam diſſimiles fuerunt, quam diſſimilis eſt Beelzebub S. Michaëli, Belial S. Raphaëli, et Aſmodaeus S. Gabrieli.

Quamuis autem chronologus iſte Pomeranicus infigniter ſtupidus eſt, ut omnes chartae eius teſtantur, hic tamen ex profundiſſima ſtuporis ſui caligine nonnihil ſuſpiciens oculosque attollens, animaduertit, lectores e ueſtigio interrogaturos, num Otto epiſcopus illam fidem Pomeranis annunciarit, quae hac tempeſtate in Pomerania omnia obtinet. Hic deprehenſus praedicans modo hoc, modo illud lallat, ut uidere licet lib. 1. cap. 34. Et nec abnuere, nec annuere audet, ſed inſtar uulpis, in omnes partes ſeſe ueſtit ac torquet; et poſt loquaciſſimam uerborum profluentiam, ſi, quae dicta ſunt, in compendium redigere uelis, neceſſe erit, ut quaeras, quid tandem praedicans dixerit.

Multa de uiciſſitudine et mutabilitate lunae, lunatici in modum, deblaterat, mentitur: ſimili uiciſſitudini fidem obnoxiam eſſe, fidem, inquam, catholicam, orthodoxam, et apoſtolicam; hanc modo apparere integram, modo dimidiatam, interdum penitus euaneſcere et abſcondi: mirum non dixiſſe; aliquando *corniculatam* cerni. Quae forſan lector ſibi perſuaderi fineret, ſi neſciret, illud Iſaiae cap. 2. de eccleſia uaticinium. *Et erit in nouiſſimis diebus praeparatus mons domus domini in uertice montium, et eleuabitur*

bitur ſuper colles, et fluent ad eam omnes gentes, et ibunt populi multi, et dicent: uenite et aſcendamus ad montem domini, et ad domum Dei Iacob, et docebit nos uias ſuas, etc. Domus Iacob uenite, et ambulemus in lumine domini, etc. Quis eſt iſte *praeparatus mons domus domini*, non quomodocunque, ſed *in uertice montium* collocatus? Quis iſte *mons eleuatus ſuper colles*, ad quem fluunt omnes gentes? Quae eſt iſta *domus Dei Iacob*, in qua docentur uiae domini; niſi eccleſia ſemper conſpicua? Niſi fidei catholicae et apoſtolicae ſchola, omnium oculis ſemper expoſita? Ad quam eodem Iſaia teſte cap. 35. uia tam *directa* ducit, *ita ut ſtulti non errent per eam*; neceſſe igitur eſt, ut ſemper tam ipſa, quam uia ad ipſam ſit uiſibilis. Nam ſi neque haec, neque illa uiſibilis ſit, ſed interdum penitus occulatur; non modo ſtulti ab errore tuti non erunt, ſed ne ſapientes quidem. Itaque iure lunaticos uocaueris, qui eccleſiam et fidem chriſtianam, inſtar lunae, creſcere, decreſcere, condi et recondi nugantur: aut interdum nebula circumfuſa abdi, ſicut arces a nocturnis tenebris, uel diurnis nebulis aliquando ex conſpectu eripi poſſunt; licet in altiſſimis montibus et rupibus conſiſtant.

Sed his omiſſis, reſpondeat nobis, oro, praedicans ad ſequentes quaeſtiones, at ſine flexuoſis diuerticulis. I. Quo anno poſt annum domini milleſimum, Lutherana doctrina, ante natum Lutherum, plene et perfecte, inſtar plenae lunae, luxerit et fulſerit? Quibus orbis in oris? Num in Germania, Gallia, Italia? Et ſi in harum aliqua prouincia, in qua ciuitate, in quo oppido, in quo pago, in qua uilla, in qua uillula, in qua domo, in qua domuncula? Dicat, inquam, quandonam et ubi Lutherana doctrina plene fulſerit et luxerit, eo modo, quo iam fulget et lucet in Pomerania? Si tamen fulgere et lucere dici poteſt illa profeſſio, quae carbone nigro atrior eſt, et tenebris Aegyptiacis caliginoſior: quia incredibile eſt, ſi doctrina Lutherana; quam praedicans pro uera reputat, mutationes, lunae inſtar, ſuſcipit, eam a milleſimo anno usque ad Lutheri aetatem, nunquam fuiſſe plenam, ſed ſemper uel corniculatam, uel ſemiplenam, uel prorſus quoque rectam. II. Quam fidem Otto epiſcopus Pomeranis annunciarit? Num Lutheranam, an catholicam ſeu pontificiam? Num ueram an falſam? Hic muſſat, praedicans, nec inuenit ſat atramenti, quod candidae ueritati, ſaepiarum ritu, affundat. Non diffitetur, Ottonem praedicaſſe Pomeranis illam fidem, quae docet, *hominem ſola fide non iuſtificari*: quae docet, *hominem libero arbitrio eſſe praeditum ad bonum et ad malum, etiam poſt lapſum.* Quae docet, *legem Dei, diuinae gratiae auxilio, impleri et obſeruari poſſe.* Quae docet, *uarias eſſe ad beatitudinem uias.* Quae docet, *homines per ieiunia aeternam uitam mereri, et Deo bonis operibus pro male commiſſis ſatisfacere poſſe.* Quae docet, *ſanctos eſſe inuocandos, eſſe ſeptem ſacramenta. Peccata ſigillatim in confeſſione detegi debere; panem mutari in corpus Chriſti*, tametſi ineptus praedicans hoc inuertir, dum dicit: *corpus Chriſti mutari in panem, Chriſtum in miſſa offerri et ſacrificari; purgatorium eſſe: uota monaſtica obſeruanda eſſe*; et huius generis complura. At fides, quae iſta docet, non eſt fides Lutherana; iſta enim omnia negat et aſpernatur Lutheranus ſpiritus, quemadmodum e contrario, fides catholica omnia iſta religioſe amplectitur ac profitetur. Fidem ergo catholicam, hoc eſt, pontificiam, annunciauit S. Otho Pomeranis.

At oggerit praedicans: *Non haec duntaxat Pomeranis ab Othone praedicata eſſe, ſed et alia; nempe cathechiſmum, decalogum, ſymbolum apoſtolicum, orationem dominicam, ſacramenta*; at non duo tantum, ſed ſeptem, ut tu ipſe fateris. Quid tum? Tradiderit haec S. Otho Pomeranis. An ideo tradidit Pomeranis fidem Lutheranam? Etiam pontificii hodie haec omnia credunt et docent priuatim ac publice, Num ideo fidem Lutheranam docent? Qui nunc ad Indos, Iaponas, Sinas, Aethiopas, Braſileenſes, et Mogoricae regionis incolas proficiſcuntur, catechiſmo, hoc eſt, doctrina de praeceptis decem, de oratione dominica, de ſymbolo apoſtolico, et de ſacramentis, ſuos neophytos imbuunt. Num idcirco non pontificiam, ſeu catholicam, ſed Lutheranam fidem illis in prouinciam ferunt, plantant, rigant, promouent, amplificant?

Vide autem et ride praedicantis obtuſum acumen, qui hunc in modum argumentatur. *Epiſcopus Otho imbuit Pomeranos catechiſmo, hoc eſt, doctrina decalogi, ſymboli, orationis dominicae, ſacramentorum, ergo tradidit Pomeranis illam fidem, quae nunc in Pomerania regnat.* Egregie profecto. Sic et catholica fides, ſic et Caluiniana perfidia Lu-

the-

theranae ſectae accenſebitur, quia tam haec, quam illa in praedictis capitibus ſuos ante omnia inſtruit ac erudit. Sed progrediamur in quaeſtionibus praedicanti ad ſolutionem proponendis.

III. Vtrum ſatius fuerit Pomeranos manſiſſe in ethnica ſuperſtitione, quam a S. Othone ad talem chriſtianam fidem, hoc eſt, ad pontificiam traductos fuiſſe. Hic iterum praedicanti uox faucibus haeret. Libenter affirmaret: ſed non audet omnino, quamuis alioqui mortalium audaciſſimus. Et tamen affirmare deberet; ſi Lutheri ſcriptis, praeſertim diabolico libro, *de papatu per diabolum fundato*, conuicienter reſpondere uellet. Nam in iſto libro *papa, papatus* et *papiſtae* non tantum ad inferos, ſed et propemodum infra inferos, tanquam omni ethniciſmo, et omnibus ethnicis deteriores, amandatur. *Nullo modo ferre poſſumus*, uociferatur Lutherus, *ut papatus ſit uera Chriſti eccleſia, aut pars eccleſiae, ſed eſt abominatio uaſtationis, antichriſtus et antikimenos.*

Occinit praedicans: *Hodie eſſe alium papatum, quam fuerit tempore Othonis epiſcopi: nam papatum indies mutari: poſteriores papas decreta antecedentium abrogare; nunc hoc, nunc aliud ab illis credendum obtrudi.* Sed praedicans iſte ſolenne ſuum tenet, hoc eſt, mentitur. Nullus enim unquam papa ullius anteceſſoris ſui canonem ſeu definitionem, ad fidei dogmata pertinentem, unquam mutauit: neque ullum unquam, mutationis huius exemplum uerum praedicans proferet, non, ſi ilia quaerendo et indagando ruperit. Qualis hodie papatus, talis fuit ſub *Paſchali*, a quo S. Otho conſecrationem epiſcopalem accepit; talis item ſub Calliſto, a quo S. Otho Pomeranis apoſtolus datus eſt. Nec ipſi nouatores hoc ignorant. Quem enim papam magis execrantur ceu nimis rigidum papatus aſſertorem ac uindicem, quam *Gregorium VII.* cuius ſucceſſores fuere *Paſchalis* et *Caliſtus*, licet non proximi.

At reperit praedicans elabendi rimulam. Dicit, inter illos, quos Otho ad fidem conuerterit, *multos fuiſſe, puros et ad mundum defoecatos*, hoc eſt, *Lutheranos*, qui ſcilicet idem omnino crediderint, quod Lutherani nunc credunt. Et tamen ſi ex his *multis*, uel unum nominari, uel tibi iſti poſtules, praedicans obmuteſcet. Nam quod profert exemplum Heliae, conquerentis, ſe ſolum relictum, cum tamen diuino reſponſo edoctus fuerit, aliquot millia ſu-

pereſſe, qui idolo Baal genua non incurauerint; id tum demum ad rem faciet, ſi praedicans nobis euidenter probauerit, ſibi quoque diuinitus pateſactum eſſe, aliquot millia ex iis, quos S. Otho ab ethniciſmo ad chriſtianiſmum traduxerat, fuiſſe Lutheranos et Romano pontifici genua non inflexiſſe; ſed eum, Lutherano more, pro antichriſto habuiſſe. Si quid tale ſibi diuinitus reuelatum ſolide oſtenderit, tum fidem nobis faciet. Priusquam hoc praeſtet, praedicantem non rem, ſed uerba, rei inania, lectoribus dare certo credemus.

At praedicanti aeſtuanti et anhelanti nonnihil ſuppetiarum fert Lutherus in libro de *miſſa priuata et unctione ſacerdotum* Tom. 7. Lat. Wittcb. quo in loco docet, ueram eccleſiam eſſe, *I. Vbicunque eſt uerus baptiſmus, II. Vbicunque in publicis ſuggeſtu et dominicalibus concionibus textus euangelii in idiomate cuiuslibet terrae legitur. III. Vbicunque docetur remiſſio peccatorum et abſolutio tum in confeſſione, tum publice. IV. Vbicunque eſt ſacramentum altaris, etiam ſub una ſpecie, quod ſub paſcha, alias bis aut ter quotannis chriſtianis porrigebatur. V. Vbicunque eſt uocatio et ordinatio ad parochias et miniſterium uerbi. VI. Vbicunque ſunt claues adligandum et ſoluendum et conſolandum in mortis agone, nam apud plerosque hic mos obſeruatus eſt*, inquit Lutherus, *ut in mortis agone conſtitutis, imago oſtenderetur crucifixi Chriſti, et admonerentur mortis et ſanguinis Chriſti, etc. VII. Vbicunque eſt pſalterium, oratio dominica, ſymbolum, decalogus, et multa pia et egregia cantica; quale fuit; Veni ſancte Spiritus:* Item: Nu bitten wir den heiligen Geiſt, ꝛc. *Vbicunque fuerunt iſtae uere ſanctae et ſanctorum reliquiae, ibi fuit et eſt uera ſancta Chriſti eccleſia, ibi manſerunt ſancti.* Haec Lutherus.

Ex quibus manifeſte conſequitur, apud pontificios ſeu *papiſtas* er eſſe et fuiſſe ueram eccleſiam, ueramque fidem. Et *Pontificios* ſeu *Papiſtas* uere et eſſe et fuiſſe *ſanctos*; quia haec omnia, quae Lutherus commemorat, apud illos et ſunt, et fuerunt, er manent. *Ideo in hac eccleſia*, inquit Lutherus, *Chriſtus certo fuit*, et eſt, *praeſens et ſpiritus Chriſti, ac conſeruauit*, hodieque conſeruat, *ueram cognitionem ueramque fidem in his ſuis electis.*

Deinde, ſi qui uere baptizatus eſt; ſi qui audit ex publicis cathedris euangelii textum: Si qui credit remiſſionem pec-

peccatorum; et ſymboli apoſtolici arti-A culos: ſi demum, qui alia a Luthero recenſita aut habet, aut uſurpat, uere ſanctus et electus, hoc eſt, Lutheranus eſt: neque enim Luthero alius uere ſanctus et electus eſt, niſi Lutheranus: tunc omnes *papiſtae* ſunt *uere ſancti et electi*; quia omnia ſupradicta habent. Cur ergo a Luthero et Lutheranis tot maledictis configimur et, tanquam daemonis mancipia, diris omni-B bus diriſſime deuouemur? Si Lutherus, et Cramerus operae pretium facere, nec lectores ludificare cogitant, oſtendant nobis, fuiſſe in eccleſia, quam S. Otto in Pomerania condidit, plantauit, rigauit, amplificauit; qui crediderint omnia et per omnia, quae in confeſſione Auguſtana et in formula concordiae continentur; nam haec profeſſio tam Lutheranam eccleſiam, quam Lutheranum hominem, hoc eſt, *Lutherice* ſanctum et ele-C ctum conſtituit; non autem illa, de quibus ex Luthero et cum Luthero garrit praedicans. Quem tamen commendatione dignum exiſtimo, cum liberc fatetur, in *papatu* fuiſſe *uera Biblia*, die rechte heilige Bibel, des wahren GOttes wahres Wort. Si uera biblia erant in papatu; cur ergo Lutherus biblia a papatu et ex papatu accepta truncauit, mutilauit, uer-D tit et inuertit? Cur integros libros amputauit? Anne fas eſt, ut ex ueris et ſacris bibliis non modo multae ſententiae, ſed et multi libri reſecentur?

Secundo, ſi uera biblia, et uerum uerbum Dei uerbum fuerunt in papatu; mentitur ergo Lutherus et cum illo praedicantes, quando toties ad rauim usque uociferantur; *Biblia et uerbum Dei, fuiſſe* E *in papatu ſepulta et penitus obruta; et a ſe iam demum ex tenebris in lucem extracta*; praeſertim cum aperte fateantur, totius anni decurſu textum euangelicum auditoribus de loco ſuperiore fuiſſe praelectum, etiam per monachos et *ſacrificos*, ut iſti catholicos ſacerdotes appellitant; et addit calumniator, pro ſingulari gratia Dei reputandum, quod F Deus *per tam immunda uaſa* tam mundum liquorem in corda hominum transfuderit. Scilicet Deus uerbi ſui fluentis in corda fidelium Pomeranorum deriuandis prius puros et mundos canales non habebat, quam Bugenhagius, Knipſtro et alii, de quibus ſupra, foedifragi monachi cucullos ſuos exuerent, et in mulierum amplexus, admiſſariorum inſtar, ruerent. Sed ad quaeſtiones. G

IV. Vtrum Pomerani a S. Othone conuerſi, et qui poſtea uixerunt usque ad Luthcrum, et in accepta a S. Othone religione obierunt, beatitudinem conſecuti fuerint?

Affirmat Cramerus; nec aliter potuit; quia, ſi Pomeranos chriſtianos, qui Lutherum antegreſſi ſunt, uniuerſim ad inferos ablegaſſet, periculum capiti ſuo creaſſet. Nec enim credibile eſt, Pomeranos hodiernos tam parum ſuorum maiorum eſſe obſeruantes uel amantes, ut paſſuri ſint eos, aut huius aut alterius praedicantis calculo, aeternis flammis addici.

Sed uide, quibus argumentis adductus praedicans, Pomeranos ſuperioris aeui in caelo collocet. *I. Fuerunt uere baptizati; ſciuerunt catechiſmum, et ſymbolum apoſtolorum. Perceperunt corpus et ſanguinem domini. Crediderunt Deum trinum et unum.* Reſpondeo; ſi haec ad beatitudinem conſequendam adultis ſufficiunt, cauſam dicere non poterit, cur catholicos, hoc eſt, ut ipſe uocat, *papiſtas* huius aetatis a caelo excludere tentet. Nam et ipſi uero baptiſmate tincti ſunt. Norunt catechismum et ſymbolum apoſtolicum, corpus Chriſti manducant, ciusque ſanguinem bibunt. Credunt Deum trinum et unum. Imo et Caluiniſtae litem Lutherano huic praedicanti de poſſeſſione caeli intendent, dictitantes ſibi abunde ſuppetere omnia, quae praedicans ad aeternae felicitatis aſſecutionem requirit. Et tamen Lutheranus iſte praeco aegre a ſe impetrari ſinet, ut Caluiniſtis aditum ad caelum pandat.

Adde, mirum uideri poſſe, quomodo iſte ſuperioris memoriae Pomeranos in caelitum contubernium recipiat; qui Lutheranorum iudicio, fuerunt *artolatrae*, et *idololatrae*. Adorarunt enim uenerabile euchariſtiae ſacramentum. At in ſchola Lutheri nihil certius eſt, quam hanc adorationem, eſſe artolatriam, hoc eſt, idololatriarum extremam. Inuocarunt inſuper ſanctos. Coluerunt ſanctos: uenerati ſunt imagines, praeſertim Chriſti crucifixi, teſte ipſo praedicante. At haec omnia non tantum idololatriam olent, ſed et ipſiſſima idololatria ſunt, ex praedicantium placitis. Non ergo magis in caelum admitti debent, quam idololatrae, qui aduentum S. Othonis in Pomeraniam praeceſſerunt; quia S. Paulus, omnes idololatras indiſcriminatim a regno Dei excludit. Nam quid intereſt ſiue quis ſit idololatra baptizatus, ſiue non baptizatus? Sicut ſane ad interitum nihil refert, ſiue quis ſit Iudaeus baptiſmate tinctus, ſiue a baptiſmate intactus. Imo grauius iudicium ſubiturus uidetur, qui baptizatus idololatra eſt: quam qui idola non baptizatus colit.

Nec eſt, quod ignorans praedicans ad ignorantiam confugiat: recinetur enim uulgare illud: *ignorans ignorabitur*. Addetur et hoc. Etiam illos idololatras

Pomeranos, qui S. Ottonem anteceſſe-
runt, laboraſſe ignorantia; neque pro-
pterea in caelo inter caelites degere. Mi-
ſeros Pomeranos, opera S. Othonis
Chriſtiana religione inſtitutos, qui ab
ignorantia grauiſſimarum rerum, et a
denſiſſimis tenebris liberari aliter non
potuerunt, niſi poſtquam Paulus a Rho-
da, Bugenhagius, et ſimiles excucullati
rupicones a Luthero eiusdem praedica-
menti monſtro illuminari, Pomeranos
porro illuminare, hoc eſt, excaecare
coeperunt. At hoc nimis ferum erat.
Iam enim a praedicatione S. Ottonis in
Pomerania, aliquot Pomeranorum my-
riades ex hac uita ad aliam migrarant,
neque lucis Lutheranae amplius capa-
ces erant.

Obſtrepit praedicans; fuiſſe *olim pu-*
riorem papatum, *quam hodie:* hoc eſt,
non tam multa Lutherano naſo mole-
ſta, olim in papatu tradita, quam mul-
ta hodie traduntur. Hoc commen-
tum iam ſupra refellimus: nam quod
Petrum Lombardum? et S. Bernardum
nominat, aetati S. Ottonis ſuppares,
quid inde? Quam parum S. Otto Lu-
theranus fuit; tam parum S. Bernar-
dus et Lombardus Lutherani fuerunt,
hoc eſt, addicti illi doctrinae, quam ho-
die Lutherani profitentur. Deinde ad
damnationem parum intereſt, ſiue quis
ſit maior, ſiue minor idololatra, dum-
modo ſit idololatra; poteſt hoc qui-
dem ad poenam uel augendam, uel mi-
nuendam facere; cette ad penitus tol-
lendam, nihil omnino facit.

Sed en aliud argumentum, quo addu-
ctus praedicans priſcos Pomeranos in
caelum tollit, licet ſanctos inuocaue-
rint, imagines honorauerint, eucha-
riſtiam adorauerint, pontifici Romano
debitum honorem detulerint; uitam
monaſticam coluerint, et opibus ſuis
fouerint, plurimis exſtructis monaſte-
riis; et ſexcenta talia fecerint, quae Lu-
therani hodie partim ut idololatrica,
partim tanquam antichriſtiana execran-
tur. *Priſci Pomerani hinc laeti exceſſe-*
runt in fide, qua imbuti fuerant; cum do-
lore de male commiſſis, cum propoſito e-
mendationis, ſi diuturnior uſura lucis ob-
tingeret: firmiter credentes, Chriſtum pro
peccatis ipſorum crucis ſupplicium ſubiiſ-
ſe; nec aliud eſſe nomen, niſi Chriſti, in quo
nos oporteat ſaluos fieri: Ergo dubitan-
dum non eſt, antiquos Pomeranos, licet
nondum Lutherani euangelii radiis collu-
ſtratos, ab ultima beatitudine non exci-
diſſe.

Hic iterum Lutheriſta, non modo
papiſtis, ſed et *Caluiniſtis* bipatentem
portam ad caelum aperit. Nam Cal-
uiniſtae dicent, ſe, limini mortis admo-
tos; nihil horum omittere. Idem et
pontificii de ſe affirmabunt. An igi-
tur praedicans eos caeli honore digna-
bitur? Ar hic denuo ad ignorantiam ſe-
ſe recipiet. Verum nos idem, quod
antea, reponemus. Si ignorantia pri-
ſcis Pomeranis ſcala in caelum fuit, pa-
tiatur, ut et nobis ſit. Dicet: *Nos, tam*
clare iam fulgeſcente Lutherano euange-
lio, non poſſe amplius ignoratione excuſari,
utpote qui ſcienter cognitae ueritati ad-
uerſemur; ac proinde hoc beneficio indi-
gnos eſſe. Reſpondeo, ſi Cramerus nos
Europaeos ex caelo excludit, eo quod
ad cognitos Lutherani euangelii radios
lumina noſtra claudimus; at ſaltem In-
dos, Iaponas, Sinas, Aethiopas et ſimi-
les, qui nihil de Lutherano euangelio
norunt; quia eis non hoc, ſed illud an-
nunciatur, quod S. Otto annunciauit
Pomeranis, caeleſti domicilio adſcribe-
re debebit: baptizantur enim, et qui-
dem legitime; diſcunt carechiſmum,
norunt ſymbolum, decem praecepta,
percipiunt corpus et ſanguinem Chri-
ſti, acque ac olim Pomerani. Mori-
turis proponitur imago crucifixi; prout
requirit Lutherus. Profitentur ſe non
habere alium redemptorem niſi Chri-
ſtum. Dolent de peccatis admiſſis. Firm-
iter ſtatuunt, ſi reualeſcant, ſe uitae
rationes ad praeſcriptum legis diuinae
accuratius compoſituros. Quid multis
opus eſt? Omnia faciunt, quaecunque
a ueteribus Pomeranis in caelum rece-
ptis praedicans facilitata ſcribit. Et tam
parum, uel certe non multo plus de
quinto euangelio norunt, atque Pome-
rani temporibus S. Ottonis ſciebant de
euangelio Lutheriſtico. Quo igitur ti-
tulo iſtos a perpetua illa beatitudine
exulare iubebit; ut maxime nobis Ger-
manis, quos undique radiis ſuis ſol Lu-
theranus circumfluit, ignorantia non
opituletur.

Caeterum, ut uerbis compendium
faciam et rem in pauca conferam, Cra-
merus a praedicantico genio non diſce-
dit; quia hac in re tota Pomeranis fu-
cum facit et fumos uendit: inprimis
enim nullum unquam nominare pote-
rit, qui a S. Ottone eam fidem hauſe-
rit, quam nunc Lutherani profitentur,
et qua ſe ſaluos fore credunt. Obcat
et luſtret omnes Pomeraniae angulos,
omnium aeratum annos a S. Ottone
usque ad Lutherum percurrat; ſi uel
unicum ex rot chiliadibus a S. Ottone
Chriſto lucrifactis repererit, renunciet
id nobis, et ram uenerandam Lurhera-
ni euangelii caniciem uenerari et admi-
rari incipiemus.

Accedit, quod non ſatis eſt, unam
uel alteram uiuificae et ſaluificae fidei
partem amplecti. Tota tenenda eſt, ſi
ſalutem conſequi uelis; nam ut habet
ſym-

ſymbolum Athanaſianum, *quicunque uult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt ut teneat catholicam fidem, quam niſi quisque integram, inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in aeternum peribit.* Si enim ſatis eſſet aliquam uel aliquas particulas tenere, uix ullus ſectarius a caeleſti patria excideret, cum nullus ſit, qui non aliquod ſaltem dogma uerae fidei retineat. Si ergo Lutherana fides, quae hodie in Pomerania uiget, uera, catholica, et apoſtolica fides eſt, prout quidem ſibi, et ſuis ſectatoribus praedicantes perſuadent; oportet, ut qui huius fidei adminiculo, ſalutem interminabilem conſequi cupit, omnia iſtius fidei dogmata et placita amplectatur, ſaltem uirtute et, ut uocant, implicite; ita ut nullum habeat aſſenſum poſitiuum, qui ei repugnet; alioqui inficiabitur, uerum eſſe, quod fides illa tradit. At Pomerani ueteres, quos Cramerus caeli ſedibus deturbare non audet, non tantum ignorarunt aliqua dogmata, quae Lutherana profeſſio, tanquam primaria tuetur, ſed iis penitus aduerſa defenderunt et crediderunt; et quae Lutherana ſecta tradit, reſpuerunt, ut ex his exemplis apparet. Nam Lutheranis fundus et fundamentum eſt, hominem ſola fide iuſtificari. Contrarium tenuerunt et crediderunt ueteres Pomerani, teſte ipſo Cramero. Sanctos, euchariſtiam et imagines colere, Lutheranorum iudicio, idololatricum eſt. At ueteres Pomerani haec ita fecerunt, ut niſi feciſſent, ingentis piaculi ſe reos futuros exiſtimaſſent; nec hoc Cramerus diſſimulare potuit. Praetereo alia, quae ex ipſo praedicante, antea recenſuimus: in quibus ueteres Pomerani cum hodiernis non magis conueniunt, quam lux cum tenebris, et calor cum frigore.

In caput ſeptimum libri primi S. Othonis.

PRaedicans cap. 3. ſui Chronici multa mentitur de Gregorio VII, papa. Quibus ego repono quinquaginta illos auctores, quos in apologia pro Gregorio VII. proculi: praeterea Gerochum Reicherſpergenſem et alios, de quibus nuper actum in breuicula apologia pro eodem Gregorio aduerſus Annae Comnenae loedorias, ut omittam paulo poſt euulgandos alios Gregorianae ſanctimoniae teſtes. Rudolpho quoque regi, qui in praelio manum amiſerat, affingit praedicans, non quae Rudolphus dixit, ſed quae dixiſſet, ſi eo, quo et praedicans animo, in Gregorium VII. fuiſſet. Capite quarto mentitur praedicans, *inueſtituras epiſcoporum et aliorum antiſtitum a Carolo magno, uſque ad Gregorium VII. ſemper penes imperatores fuiſſe:* Hoc a uero alienum eſſe, docebit te apologia mea pro Gregorio VII. et alia pro cardinali Baronio, ubi de hoc ex inſtituto copioſe diſputauimus.

In caput XI.

DIſtulit S. Otho conſecrationem ſuam in triennium uſque, cauſa dilationis redditur cap. 8.

Praedicans cap. 5. ſui chronici mentitur, cauſam dilationis huius fuiſſe Ruthardum archiepiſcopum Moguntinum, a quo S. Otho conſecrationem obtinere nequiuerit, niſi pontifici Paſchali ſe ſubiiceret, et ab eodem inueſtituram, hoc eſt, annulum et baculum paſtoralem acciperet. Sed rem ſecus habere, diſces ex cap. 8. quia Ruthardus ſede ſua ab imperatore ſchiſmatico Henrico IV. pulſus, in Turingia exulabat; quare Othonem conſecrare non poterat.

Deinde ipſemet Otho, religione tactus, noluit conſecrationem accipere, niſi de manu legitimi paſtoris; nempe pontificis Romani, annulum et baculum acciperet, animaduertens, ſe et praeter et contra canones egiſſe, quando ab imperatoris manu ſe inueſtiri paſſus eſt, Nam ſi ab alio, quam a pontifice, conſecrari uoluiſſet; neque eum ob inueſtituram ab imperatore acceptam, conſcientia remordiſſet; facillime ab imperatore alium conſecratorem impetraſſet: qui enim non erubuerat Ruthardum in exilium detrudere, religioni ſibi non duxiſſet, ſi eiusdem loco alium ordinatorem Othoni conduxiſſet.

Ait praedicans; ſcrupulum Othonis, ob *inueſtituram*, fuiſſe *intempeſtiuum*. Credo, praedicanti ſatis uideri, et eſſe intempeſtiuum. At non Othoni, quia tempus erat, ut, deſerto mercenario, ad uerum paſtorem ſe reciperet, a quo in ouile dominicum admitteretur; ne ſi aliunde aſcendiſſet, neque per oſtium in caulam intraſſet; non paſtor, ſed fur et latro haberetur.

Clamat; *Othonem ſeſe ſubieciſſe Paſchali tyranno et antichriſto.* Ex quo ſequitur, priſcos Pomeranos, ab *antichriſti ſatellite*, et *tyranni mancipio*, chriſtianam fidem accepiſſe. Quis aurem credat, apoſtolum antichriſti, ueram et ſaluificam fidem, aut docere aut docuiſſe? Quocirca iterum opus erit, ut antiquos Pomeranos, quos ob fidem ab Othone acceptam, praedicans prius ad ſuperos ſuſtulit, deſcendere et ad inferos migrare iubeat, cum ueram et ſaluificam fidem ab Othone non ac-

ceperint, ſi Otho antichriſti miniſter fuit.

Mentitur praedicans, Othonem a Paſchali fuiſſe Romam uocatum, *ut ſibi ad genua procideret*. Nihil huius apparet in epiſtola Paſchalis ad Othonem. Vocatus enim eſt, ut a pontifice, legitimo ritu, et annulo et baculo, et conſecratione epiſcopali donaretur: quod poſtea, conſueto more, prouolutus ad pontificis pedes, eidem debitum honorem detulit, id obſeruantiae et officii fuit; nam et praedicans, opinor, genua flectit, quando ad illuſtriſſimum Pomeranorum ducem accerſitur, licet non eo fine aduocetur, ut genua flectat, ſed alias ob cauſas.

Hallucinatur praedicans, cum ſcribit; *Othonem Romae a Paſchali fuiſſe conſecratum*; Non Romae, o bone, ſed *Anagniae*, ut ex cap. 10. manifeſtum euadit.

Inuehitur praedicans in pontificem, quod ſe efferat *ſupra imperatores, quos tamen ſcriptura appellet* Deos. Audi praedicans; pontifex non effert ſe ſupra imperatores; ſed Chriſtus extulit, hoc ipſo, quod pontificem, *paſtorem* uniuerſalem: imperatorem uero, *agnum* ſeu *ouiculam* ſub hoc paſtore fecit. Quis maior? paſtor an ouis? Quis ſupra alterum? Num paſtor ſupra ouem? An ouis ſupra paſtorem? Etiam pontifices *dii* in ſcriptura nominantur; quia omnes iudices *dii* appellantur; At pontifices quoque iudices ſunt; ergo et dii. Si omnes pontifices ſunt iudices, multo magis iudex, et ſic *diis* annumerandus erit ſummus inter pontifices, cui caeli arbitrium datum et plena ſoluendi atque ligandi poteſtas.

Capite ſexto acriter inſurgit praedicans in S. Othonem, quod *pro Henrico filio contra Henricum patrem ſteterit*. At hoc factum Othonis nemo niſi ſchiſmaticus aut haereticus unquam culpauit; cum Otho fecerit, quod, ut fieret, tam eccleſiae, quam reipublicae incolumitas efflagitabat; quodque Deus ipſe paulo poſt, mirabili euentu comprobauit, in ordinem coacto et mox penitus ſublato Henrico ſeniore; qui toties fidem feſellerat, totque annis, innumeris calamitatibus eccleſiam miſerandum in modum diuexarat. Nec ſolus Otho Henrico ſe oppoſuit, ſed plerique alii tam politici, quam eccleſiaſtici proceres, quibus ſalus patriae curae et cordi erat.

At captus eſt Otho cum ſociis Romam proficiſcens. Quid tum? An nemo unquam inſons captus, et in uinculo abreptus eſt? Cur retices, praedicans, quomodo Otho et alii principes, per VVelphonem, Noricorum ducem, ualida manu liberati fuerint, eo adactis iis, qui Ottonem, et alios praeſules, ceperant; ut nudis pedibus ab epiſcopis ueniam poſtularint, ut ſcribit Vrſpergenſis; cuius lectio omnes nebulas, ab iſto calumniatore ſparſas, e ueſtigio diſſipabit.

Ait praedicans: *Se iſta de Othone referre, non detrahendi ſtudio, ſed ne arbitremur, eum ab omni labe purum et integrum uixiſſe*. Damit wir nicht Otten zum Engeltreinen Götzen aufwerffen. *Ne Ottonem pro idolo angelica puritate praedito uenditemus*. Metuebat nimirum praedicans, futurum ut hodierni Pomerani Ottonem in ſanctorum numero haberent, niſi eum, tanquam proditorem et maieſtatis reum, per ora uulgi Lutherani traduceret. Imo adeo hac in re Otto omni culpa uacauit, ut maculam haud leuem contracturus fuiſſet, niſi ſeſe ad catholicorum coetum contra ſchiſmaticos aggregaſſet.

Cap. 7. dentes ſtringit praedicans in paſchalem pontificem, quod cum filio Henrico non egerit clementius, quam cum pareute. At nil mirum, quando quidem Henricus promiſſis non ſtetit et *inueſtituris* bonisque eccleſiaſticis, aeque ac parens contra fidem datam, inhiare coepit. Num uero pontifex pacta uiolarit, an Henricus, diſces ex illis, quae ex ueterum monumentis tradit Baronius tom. XII. anno Chriſti MCX. et MCXI. Quid autem tempore huius ſchiſmatis Otto egerit, *non liquere* ait praedicans. Vtcunque ſit, hoc certum eſto, a ſede apoſtolica non diſceſſiſſe, cuius tantus aſſertor erat, ut iam pridem huic praedicanti ſtomachum non modo uerterit, ſed et propemodum euerterit.

Edit Greſſer. c. 7.

In caput XXIX. et ſeqq. Edit Greſſer. XVII. ſeqq.

HIs capitibus explicatur, quaenam monaſteria et templa S. Otto uariis in locis extruxerit et prouentibus annuis inſtruxerit. Hic quid agat praedicans, ipſemet neſcire uidetur, ut apparet ex cap. 7. chronici. Laudare non audet, quia Lutheranus eſt. Culpare ueretur, non religionis, ſed uentris ſui et ſuorum cauſa. Niſi enim Otto et alii tam multa monaſteria olim condidiſſent et opibus largiter ditaſſent, Lutherani opimis bolis perſaepe caruiſſent, nec, quod rapacibus ungulis diriperent, habuiſſent. Praedicantibus etiam eſca et potus multis in locis deforet, teſte ipſo praedicante, niſi ex his ſpoliis cum ſua domeſtica eccleſia, quae plerunque numeroſa eſt, alerentur. Itaque uel eam ob cauſam commendare deberet praedicans S. Ottonem, quod nunc

prae-

praedicantibus, Ottonis beneficio, uictus ſuppetat, quibus alioqui cum fame, tanquam cum excetra, ſtrenue depugnandum fuiſſet. Quam enim Lutherani erga praedicantes ſuos parum ſint dapſiles, imo quam in ſubminiſtrandis neceſſariis iniqui, flebilibus threnodiis teſtatum faciunt ipſi praedicantes, ut in libro contra regem Angliae cap. 14. fuſe oſtendi.

Nunc audiamus ſectariorum hoc aeuo uexillifcrum Lutherum, qui tom. 2. epiſt. lat. epiſt. ad Rigenſes hanc lamentationem nobis demodulatur. *Multum nunc et concionando et ſcribendo monui, ex uſu fore publico, ſi bonis ſcholis oppidatim inſtitutis, cum maſculi, tum puellae liberaliter educati optimis diſciplinis imbuerentur, &c. Qua in re ſic utili, ſic neceſſaria, ſano contempto conſilio, immane quantum omnes homines ceſſatores eſſe uideo, tam frigide et ſupine ad id affectos, perinde ac ſi nemo non uelit deſpondere animum, et omnibus propter annonae caritatem ſit contabeſcendum; adeo, ut putem breui nobiſcum uentum iri, ut ſubmotis praeceptoribus et praedicatoribus, iisdem ſit operandum manibus, aut alia ineunda uia, qua famem a ſe propulſare queant, relicto uerbi officio, &c. Cui autem hoc non uideatur miſerandum et aerumnoſum?* Praeſertim cum, ut Lutherus in cap. 47. Geneſeos ſcribit, illa ipſa etiam, quae capiuntur ex monaſteriis et templis, liberalitate priſcorum munifice locupletatis, in Caci ſpeluncam, auerſis ueſtigiis, auertantur, uix modica portiuncula ad praedicantes deriuata,

Si centum tantum aurei, inquit Lutherus, *pro ſcholis publici commodi gratia erigendis et concionatore probato nutriendo, forent pendendi, ibi tum mox omnia praeſentem intentant inopiam. Hic mendicorum nobis formidanda eſt conditio, hic nihil eſt, quod dari poſſit. Hic breuiter, occupata arce, regnat auaritia, obſtat uictus diurni anguſtia, et tenuitas et imminentis famis periculum.*

Haec ex Luthero referre placuit, ut oſtenderem, praedicantem Pomeranum non ſine cauſa S. Ottoni agere gratias. Nam niſi eius opera Pomerani tot templa et monaſteria excitaſſent, et annuo uectigali copioſe ditaſſent, forſan Cramerus Stetini tam diu mendacia ſua uenum non expoſuiſſet, fame compulſus alio ſe et ſuos transferre. Nam priusquam templa, monaſteria et bona eccleſiaſtica inuaſiſſent; Pomerani ſuo ſeductori et impoſtori *Ioanni Knipſtro* pro mentiendi labore, quotannis quinque duntaxat *taleros* perſoluebant, ut ſcribit ipſemet Cramerus lib. 3. chronici cap. 16, ita ut Knipſtro Aille dicere conſueuerit; *Sibi oſtiatim mendicandum fuiſſe, in uxoris ſuae netriticis opificio alimenta acquiſiuiſſe.* Nec ſane maiore ſalario dignus erat.

Hic porro tacitus praeterire nequeo, quam Cramerus inſignis ſit interpres; nam cap. 8. chronici ſui haec latina uerba: *epiſcopus* (Otto) *uinum illi terrae* (Pomeraniae) *deeſſe nolens, in ſecunda profectione cuppam ſurculis plenam attulit, et implantari fecit, ut tellus in uſum ſacrificii uinum procrearet:* ſic Germanice reddit, **damit man künftig zum Gebrauch des Abendmahls Chriſti/ Wein im Land hette.** *Vt pro uſu coenae dominicae uinum in promptu eſſet;* quaſi S. Otto de coena Lutherana ſollicitus ſuerit, de qua ne cogitare quidem poterat, cum necdum in ſtygio foco cocta eſſet. Vertere debebat praedicans; **damit das Land Wein trüge/ für das Opffer der Meß.** Sed praedicans uocem *ſacrificii* horruit. Quocirca aliam foro ſuo magis accommodam ſubſtituit.

Quia uero capite XVII. facta eſt mentio monaſterii Monaſterienſis, a S. Ottone reſtituti, placet hoc loco referre de exſtructione et reſtitutione coenobii huius uerſus quosdam, tametſi male dolatos et tornatos, qui olim in eius monaſterii templo legebantur.

Taſſilo dux Boium, qui nomine dicitur ipſo
Tertius, ille pius fundat & aedificat
Iſtud coenobium Munſter, quod habere uidetur
A monachis nomen, utque hodie uocitant.
Anni ſub numero domini, ſeptingintia decemque
Luſtra ierant, ſed mox fit ſolitudo iterum.
Princeps Arnolfus ſiquidem Bauarorum, agitatus
Eumenidum furiis in cinerem redigit.
Vltrix illico quem Nemeſis ſequitur, meritamque
Per ſoluit poenam, Sylla uelut moriens.
Poſt diuus ueniens praeſul Bambergius Otto,
Nempe Lotharius ut induperator erat
Romulidum, quo tempore deſtructum reparauit.
MC ſua uao anno ... Erns .....
Hiſtoriae referuntque ducem ſupra memoratam.
Cui monaſterium hoc conſtruere placuit.
AEdes deinde monaſtarum fundauit amoenas:
Sic fundatorem, lector amice, tenes.

Reperi in antiquo codice quodam Innocentii II. pontificis et aliorum epiſtolas nonnullas, ad idem monaſterium pertinentes; quas attexere uiſum; licet alicubi lacunis interruptas.

I. *Innocentius*

INNOCENTIVS ſeruus ſeruorum Dei, * H. Ratiſponenſi epiſcopo, ſalutem

tem et apoſtolicam benedictionem. Si-A cut tua nouit fraternitas, ad epiſcopale officium pertinet religioſos uiros manutenere et diligere, et paterna ſollicitudine eis neceſſaria prouidere. Vnde bonae memoriae anteceſſor tuus, epiſcopus Cuno, monachis in eccleſia beati Petri, in loco qui uocatur Monaſterium, Deo ſeruientibus, eccleſiam beati Sixti cum parochia ſibi adhaerente tradidit. Nunc autem, ipſius loci abbate referente, didicimus, quod praedicta eccleſia et parochia ablata eſt, et fra-B tres, ad quorum ſolatium tradita erat, exinde graue iucommodum patiuntur. Quocirca per praeſentia tibi ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus eiſdem fratribus praefatam eccleſiam cum parochia reſtituas, et de cetero ipſis tanquam pius et bonus paſtor miſericorditer prouidere ſtudeas.

II. INNOCENTIVS epiſcopus ſeruus C ſeruorum Dei, uenerabili fratri Heinrico Ratiſponenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad tuum ſpectat officium religioſos uiros diligere, et illorum neceſſitatibus prouidere. Quocirca per ſcripta praeſentia dilectioni tuae rogando mandamus, ut Monaſterienſibus fratribus ..... decimationum et oblationum parochiae ipſius ....., antiquo et conceſſione praedeceſſoris tui Cunonis epiſcopi, ad ius ipſius monaſterii pertinere aſſerunt, amore Dei concedas, et nullam eis iniuriam uel bonorum ſuorum diminutionem inferri permittas. Datae Lat. VIII. Decembris.

III. *Innocentius II. qui pontificatum iniit anno 1130.* IN N. ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto in Chriſto filio * D. marchioni, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quis-quis Deo placere deſiderat, expedit ut religioſos uiros, diuino famulatui mancipatos, iuxta facultatem ſibi a Deo conceſſam iuuet et manuteneat, et in ſuis opportunitatibus opem eis et conſilium praebeat. Ideoque nobilitati tuae rogando mandamus, ut religioſos fratres, in eccleſia beati Petri Monaſterienſis domino ſeruientes, F iuues et manuteneas, et ſi quid de bonis eorum te iniuſte detinere cognoſcis, eis reſtituas. Valde namque periculoſum eſt et animarum ſaluti contrarium, ea, quae pro remiſſione peccatorum aut requie animarum uenerabilibus eccleſiis conceſſa ſunt, alienis uſibus applicare. Rogamus etiam et in peccatorum remiſſionem iniungimus, ut occaſione aduocatiae uel iniuſta exactione eosdem fratres uel eorum familiam in-G quietari ab aliquo non permittas, ſciens pro huiuſmodi dominum propitium tibi facies, et aeternae retributionis praemia acquires. Data Lat. VI. idus Decembris.

IV. IN nomine ſanctae et individuae Trinitatis. * Eberhardus Dei gratia eccleſiae Ratiſponenſis electus, et uniuerſus eiusdem eccleſiae chorus, Dunrado uenerabili abbati Monaſterienſis coenobii, et fratribus, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum unicuique ſua debeat reſpondere iuſtitia, quaeſtionem illam, quae contra ueſtrum monaſterium per ignorantiam forte iuris ueſtri, uel alam quamlibet occaſionem, in diebus ueſtris enituerat, de parochia Monaſterienſi, eccleſia uidelicet beati Sixti, et de decimis ad eam pertinentibus, diligenti conſideratione animaduertimus, et auditis plenius allegationibus ueſtris, et perſpectis priuilegiis, apoſtolica uidelicet * domini Innocentii, et imperiali domini Lotharii, ſimulque pontificali beatae memoriae Cunonis et Henrici dominorum et patrum noſtrorum auctoritate roboratis, ſtatutis et ueſtigiis eorum debita cum reuerentia inhaerere, et prò uobis ſententiam ferre ſuper hac quaeſtione decreuimus, tam rationis, quam etiam fraternae charitatis et compaſſionis intuitu, ueſtrae quieti et neceſſitati non ſolum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus prouidere cupientes.

** Epiſcopus factus anno 1165, Hund. in Metropoli.*

** Innocentium II. Lotharium II. Cunone primum, qui epiſcopatum iniit 1126. Henricum primum, ſucceſſor Cunonis in epiſcopatu Ratisbon. 1150. de quibus ſupra in primo diplomate.*

Praeſatae itaque parochiae donationem D uobis et ueſtris ſucceſſoribus adiudicantes, ... decimarum et oblationum quae inde prouenium, in uſus ſtipendiorum ueſtrorum confirmantes, plena conſenſus noſtri firmitate ſtabilimus, ut nulla eccleſiaſtica ſecularisue perſona a modo ſuper hac re uos inquietare aut moleſtare praeſumat. Quisquis autem hoc uiolauerit, aut temere transgreſſus fuerit, perpe-E tuae condemnationis maledicto ſubiaceat.

V. DOmino et patri ſuo, ſanctae et uenerandae Romanae ſedis amiſtiti Innocentio * C. Salzburgenſis eccleſiae humilis miniſter, cum humili obedientia et fideli ſeruitio indefeſſae orationis, tam deuotum quam debitum affectum. Domi-nus IESVS eccleſiaſticae turris arcem in apoſtolicae fidei fundamento locare uolens, Romanae dignitatis ſic ordinauit officium, ut in huius ſanctae ſedis auctoritate, totius ſuae domus firmaret ac ſtabiliret aedificium. Proinde uenerande pater, quia caput noſtrum Chriſtus membris ſuis in hac taediosa peregrinatione laborantibus, praecipuum poſt ſe conſolatorem et uiſorem uos inſtituit, merito omnium eccleſiarum ſollicitudo uobis incumbit, quem ſolum Deus omnibus praeſtituit.

** Conradus primus, dicus extremum clauſit anno 1147.*

Obſecramus itaque paternitatem ueſtram, quatenus fratrum Monaſterienſis coenobii neceſſitates clementer ac benigne audiatis, et quod humiliter petunt, ſicut facile poteſtis, efficaciter concedatis. Siquidem iam dictum coenobium ab antiqua inſti-

inſtitutione, cum magna redituum et praediorum impenſa, diuiuis obſequiis ſub monaſtica pſeſſione aſſignatum fuit, et multis temporibus nullo perturbante iuconcuſſum et quietum permanſit. Poſtea autem ipſius iam praefati loci praedia, uiolenta quadam diſtractione ablata, regalibus uſibus addicta ſuut, et monachis propter ablata ſibi ſubſidia diſcedentibus, uullus, aut omniuo exilis, diuini ſeruicii cultus ibi fuit. At uero quia nunc denuo boui et ſpirituales homiues iu locum panperculum reſtituti ſuut, ecce illi ſub ueſtrum tutelam confugiunt, et ut ſub paternum praeſidium eos ſuſcipiatis, et recognoſcendis bonis, quae ablata eis ſuut, operàm detis, humillime ac deuotiſſime petunt.

VI. *KAriſſimo domino ſuo et patri INNOcentio, Dei gratia ſummo pontifici, T. ſanctae Rufinae miniſter indignus, quod domino ſeruus, quod patri filius.*

Mouaſterium quoddam, in epiſcopatu Ratiſpouenſi ſitum, Monaſterium quoque nomine dictum, ut fama refert, antiquitus ſedi apoſtolicae delegatum et traditum, auplis et magnis poſſeſſionibus admodum dilatatum fuerat: ſed peccatis exigentibus, et malis diebus ſuperuenientibus, ad id redactum eſt, quod expulſi monachi, poſſeſſiones diſtractae, et omnia iutus et foris ita deſtructa ſuut, quod pro multis monachis uix pauci et pauperes clerici remanſerunt. Poſtmodum uero temporibus Lotharii imperatoris, piae memoriae, Otto Bambergenſis epiſcopus, *praefatum monaſterium religione et rebus penitus nudatum, cum paucis adiacentibus terris et habitaculis, ab imperatore et duce Heiurico per pecuniam obtiuuit, et eccleſiae Bambergenſi ab ipſis donari fecit, uirosque religioſos ordinis mouaſtici ibidem collocauit. Qui autiquae libertatis, Romauae uidelicet douiuationis, ſuſpirantes memoriam, per noſtrae paruitatis interceſſionem ad ueſtrae maieſtatis confugiuut defeuſionem, quatenus ueſtrae auctoritatis patrocinio et ea quae oblata ſunt ex parte aliqua recuperare ualeant, et ea quae nunc habeut, ſub ueſtrae deſeuſionis tutela quiete poſſideant. Ad honorem et utilitatem ſanctae eccleſiae ſuae, uitam lougau, ſalutem coutinuam tribuat uobis omnipotens domiuus.*

Hactenus uaria diplomata; ex quibus teſtatum fit, quam Innocentio II. pontifici, monaſterium Monaſterienſe curae fuerit; et quam uariam quoque ſortem uariis temporibus ſubierit. Vidi etiam aliud diploma eiusdem Innocentii, anno redemptoris 1141. datum, et aliud Lucii III. pontificiis anno 1184. ſcriptum; quibus uterque pontifex praedictum Monaſterium in tutelam et protectionem ſedis apoſtolicae recipiunt.

Quia uero in hoc ipſo capite mentio itidem fit Biburgenſis monaſterii, tanquam in tutelam S. Ottonis olim traditi: Quocirca, non abs re fore cenſui, ſi, quae in manuſcripto catalago abbatum Biburgenſium Auentinus ſcripſit; hoc loco commemorarem: nam et ad S. Ottonem noſtrum aliquatenus ſpectant. Ita ergo ille.

Anuo a uato Chriſto milleſimo centeſimo, quarto atque uiceſimo, Vlricus *et* Gebhardus, *maiores uatu, fratres germani, filii* Heinrici *de* Biburgio *et* Berthae ex Hiſtria, *paternam diuiſeruut haereditatem. Henricus et Gebhardus ſortiti ſunt Hilpoldeſtainan; Chunradus autem, Erbo atque Bertha Piburgium. Alii duo fratres horum, Eberhardus et Meginuuardus, ſacris initiati eccleſiaſticique erant. Ille, cauouicus Babebergenſis, atque deiude monachus Prüfelingenſis. Hic, ueteris capellae Ratiſpouenſis praepoſitus. Quatuor alii filii, Otto, Maguus, Albertus, Hezelo ſiue Henricus, aute parentes ex hac uita migraruut. Nam Heinricus ille ſuperior undecim liberos ex Bertha uxore ſua progenuit, decem mares, uuam feminam Bertham.*

Proximo deinceps anno, id eſt, anno Chriſti ſeruatoris noſtri, milleſimo, centeſimo, uiceſimo quinto, Chunradus, Erbo et Bertha conſilio et auxilio S. OTTONIS *epiſcopi Babebergenſis, de patrimouio ſuo Benedictinis uiris atque feminis coenobium; item pauperibus atque egeuis domum, quod hoſpitale uocaut, aedificare coeperunt et octauo anuo compleueruut, hoc eſt anuo ſalutis milleſimo, centeſimo, triceſimo tertio.*

Quo etiam anno in die Simonis et Iudae, diuus OTTO *Babebergenſis epiſcopus, et Heinricus comes de Wolfratshauſen, cognatus Berthae uxoris Heiurici ſuperioris, pontifex Ratisbouenſis templum conſecrarunt. Eberhardus uouachus eo tempore Pruſelingenſis ſit abbas: frater eius Vlricus de Staiu, aduocatus: qui ei* Percham *dono dedit monaſterio.*

Iuuocentius ſecundus pontifex maximus comprobauit, atque diplomate ſuo firmauit.

Diuus Eberhardus primus abbas, natus patre Heiurico, matre Bertha, Babebergae literis eruditus eſt, ibique canonicus factus. Deinde cum praeceptore in urbem Pariſiorum uiſſus, philoſophiae operam dedit. Reuerſus a ſtudio Babebergam, ad monaſterium S. Michaëlis clum iuit, monachumque ſe profiteri coepit. A diuo OTTONE *epiſcopo Babebergenſi ad Pruſeliugam transfertur; quod templum idem* OTTO *condidit. Vbi ſanctas Eberhardus degit usque ad conſecrationem Piburgenſis mouaſterii. a fra-*

a fratribus ſuis conſtructi : praefuitque coenobio annos tredecim, menſes quinque, dies decem. Nam Chunrado *primo archiepiſcopo Salzburgenſi, de Abensberg oriundo, cognato et uicino ſuo in pontificatu ſucceſſit.*

Electusque eſt anno Chriſti milleſimo, centeſimo, quadrageſimo ſeptimo. Quo anno, eius iuſſu, Ebrordus et Henricus ſcripſerunt bibliam, Origenisque homilias. Item alios libros, qui adhuc extant Piburgii et monſtrantur. Praeſedit Salisburgenſi eccleſiae annos decem et ſeptem, menſes undecim, dies decem. Obiit anno chriſtianae ſalutis milleſimo, centeſimo ſexageſimo tertio, decimo Kalendas Iulii.

Humatus eſt Salzburgii in maximo templo, ubi adhuc religioſe colitur, et populus frequens ad eius ſepulchrum concurrit.

Chunradus primus, a ſancto Eberhardo inſtitutus, adminiſtrauit Piburgenſe monaſterium annos ſex, menſes totidem. Ex hac uita migrauit anno Chriſti milleſimo, centeſimo, quinquageſimo tertio, decimo Kalend. Nouembris, in die Seueri epiſcopi. Extat adhuc eius ſacramentum, quod religioni ſub diuo Eberhardo dedit. Sub eo Bertha, quae cum fratribus Chunrado et Erbone Piburgium arcem in templum commutauit, exceſſit ex hac uita anno Chriſti milleſimo, centeſimo, quinquageſimo primo, octauo Idus Auguſti, in die Sixti.

Contra hunc Conradum, ſecundum Biburgenſis monaſterii abbatem, tam ſaeua tempeſtas, quorundam improbitate exſtitit, ut ad eam ſedandam, ipſe Adrianus IV. pontifex Romanus; itemque epiſcopi Ratisbonenſis et Bambergenſis accurrere debuerint; ut intelliges ex quinque ſequentibus epiſtolis, quas reperi in manuſcripto quodam codice, quem Vienna ad me miſit uir clariſſimus, et in omni ſtudiorum genere eruditiſſimus dominus SEBASTIANVS TENGNAGEL I. V. D. caeſareae bibliothecae praefectus.

Literae commendatitiae ab epiſcopo Ratisbonenſi Conrado abbati datae.

ORthodoxis omnibus H. Dei gratia eccleſiae Ratisbonenſis epiſcopus, quidquid hic et in futuro felicius. Pateat uniuerſitati ueſtrae, qualiter uenerandus et amandus filius noſter Conradus, Biburgenſis monaſterij quondam abbas, praeſentium lator, turbatae quieti et ſuae et fratrum ſuorum humiliter et benigne conſuluit: quidam enim ex fratribus ſuis amaro zelo inflammati, bonae opinioni ipſius, primo intus et latenter; deinde etiam foris et patenter detrahere coeperunt. Cui ſcandalo reprimendo tum a domino EBERHARDO, Saltzburgenſi archiepiſcopo et EBERHARDO, Bambergenſi epiſcopo, tum etiam a nobis et noſtris, ſaepe diu et multum fruſtra, quia nimis leniter, laboratum eſt. Tandem magnis noſtrae eccleſiae negotiis occupati, dilectiſſimo et uenerabili fratri et coëpiſcopo noſtro Bambergenſi, et praelatis noſtris, uicem noſtram in hac re conceſſimus, qui ad praedictum monaſterium uenientes, omnia prudenti et fideli diſcuſſione uentilare coeperunt. Sed ſorte propter noſtram abſentiam, ferro abſciſſionis in pertinaces et publice culpam ſuam confeſſos minus uſi ſunt. Ita ad ciuitatem noſtram dominus epiſcopus et abbas regreſſi, ſex de parte detentorum, cum aſſenſu reliquorum, ad principalem eccleſiam noſtram adduxerunt, ubi nec bono zelo, nec uera, de abbate ſuo immerente ſe iactaſſe, publice confeſſi ſunt. Tunc dominus abbas, poenitentiae quorundam minus confidens, et non dignitati, ſed quieti et ſaluti ſuae intendens, quia ſuſpecti et morbidi abſciſſi non ſunt; abbatiam ultro reſignauit. Quod factum pro reuerentiu domini Bambergenſis et amore abbatis, non tamen ſine ſcrupulo, ſuſcepimus et ipſum obedientia noſtra non abſoluentes, uniuerſitati ueſtrae, tanquam prudentem et fidelem uirum commendamus.

Literae commendatitiae, datae Conrado abbati, ab Eberhardo epiſcopo Bambergenſi.

OMnibus in regno caritatis, EBERHARDVS, Bambergenſis non ſuis meritis nocutus epiſcopus, ſalutem et eam, quae maior eſt omnibus et quae nunquam excidet, charitatem. Domino dicente; uae ei, per quem ſcandalum uenit, cum inter fratres ante omnia ſcandala uitanda ſint, nolumus quenquam ſcandalizari, in perſona uenerabilis et dilecti fratris noſtri Conradi, quondam Biburgenſis abbatis, eiusque ſeparatione a fratribus ſuis. Equidem arbor ipſe bona illique terra bona tanta diſſimilitudine, et ea, quae alia natura eſt, morum conſuetudine diſcrepabant, ut fructuoſe, et unius moris in domo Dei cohabitare non poſſent. Vnde naſcente et creſcente de die in diem inter eos diſcordia, cum ſoleat antiquus hoſtis, quorum uitam non poteſt, ſaltem famam ledere, praedictus frater omni non ſolum infamia, ſed etiam ſuſpitionis macula abolita, communi et publica fratrum ſuorum adteſtatione; ſpecialiter uero quorundam, qui in eo ſcandalizati fuerant, recognitione, in noſtra et chori Ratisbonenſis praeſentia, ad ſedandam tempeſtuoſam inter ſe et contra ſe fratrum diſcordiam libera uoce cum lona ait; Si tempeſtas haec propter me eſt, tollite me, et mittite in mare; *in eius nomine, qui uenit non perdere animas ſed ſaluare. Ac ſic abbas nobis et choro, uice domi-*

domini Ratisbonenſis epiſcopi reſignata, fratres et ſorores praeſentes et abſentes obedientia ſua abſoluit; cuius rei teſtimonium perhibentes, praeſentem ei cautionem porreximus et omnibus, ad quos peruenit, ſicut prudentem, literatum et bonae aeſtimationis fratrem, in eo cuius haec dona ſunt, attentius commendamus.

Literae commendatitiae, datae Conrado abbati, a capitulo cathedralis eccleſiae Ratisbonenſis.

VNiuerſis ſanctae eccleſiae ordinibus et dignitatibus, chorus S. Petri Ratisbonenſis perpetuam in domino ſalutem et pacem.

*Notum uniuerſitati ueſtrae facimus, de praeſentium latore domino Conrado Biburgenſe quondam abbate, qualiter multas ſaepe aduerſus ſemetipſum contradictiones ſubiectorum et rebelliones pertulerit, ſed omni tempore, quo conuerſatus apud nos eſt, deprehendi ad infamiam, uel depoſitionem nunquam potuerit: quod epiſcopus Bambergenſis adueniens, hinc inde auditis partibus, animaduertit profecto, et ipſi fratres adeo intelligere coeperunt, ut pacis compoſitionem amplectentes, uniuerſi tunc in monaſterio publice et priuatim; poſt aliquanti excepti in eccleſia noſtra Ratisbonenſi confiteri malas * ualetudines ſuas at non ipſius culpam conſentirent; proteſtantes multo magis, ſe ex odio et ſubuerſione animi, quam conſcientia recta et ueritate, honorabilis perſonae famam laceraſſe. Tunc demum, uir emeritus, cedere, abbatiam ſponte reſignando, non diſtulit. Talem exitum ſpectati uiri, oculis noſtris aſpicientes, ſcribimus uniuerſis eccleſiis Dei, dignam laude, honore, dignitate conuerſationem eius et ſcientiam praedicantes.*

* aſſeſſionem.

Diploma Adriani IV. pontificis, quo Conradum abbatem in priſtinum dignitatis locum reſtituit.

ADdrianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Eberhardo Salisburgenſi archiepiſcopo, et Ratisbonenſi epiſcopo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Dilectus filius noſter Conradus, abbas monaſterii S. MARIAE de Biburch, ſicut ex tua fraternitate, Ratiſponenſis epiſcope, et canonicorum tuorum, et fratris noſtri Bambergenſis epiſcopi atteſtatione atque aliorum plurium religioſorum uirorum aſſertione, cognouimus, quorundam iniquorum fratrum malitia et uexatione compulſus, a monaſterio ſuo diſceſſit, et apoſtolicae ſedis praeſentiam uiſitauit: qui dum transfretare diſponeret et Hieroſolymam pergere, ut ibidem in aliquo loco religioſo ad Dei ſeruicium et ad ſaluandam animam perpetuo moraretur, nos eum a ſuae mentis intentione retraximus, et ipſum ad proprium monaſterium remiſimus, ut fratrum curam ſicut hactenus, ita de caetero habeat, et in abbatia plenarie debeat miniſtrare.

*Eum itaque fraternitati ueſtrae attentius commendantes, per apoſtolica uobis ſcripta praecipiendo mandamus, quatenus ipſum infra XX. dies poſt harum ſuſceptionem in plenitudinem abbatiae, auctoritate noſtra, omni occaſione ac dilatione poſtpoſita, reſtituatis, fratribus eiusdem monaſterii firmiter iniungentes, ut eum honeſte recipiant, benigne tractent et ipſi, tanquam proprio abbati et animum ſuarum rectori, debitam in omnibus reuerentiam et ſubiectionem impendant. Si uero aliquis interim in eadem abbatia fuerit ſubrogatus, eum ſine contradictionis obſtaculo penitus amoueri curetis: duos etiam eiusdem eccleſiae monachos * Vdo: uidelicet et * VValth: et duos conuerſos ſcilicet * Euch: et * Vdal. quibus infeſtantibus et multipliciter perturbantibus praedictus filius noſter Conradus abbas commiſſae ſibi abbatiae regimen ſe aſſerit dimiſiſſe, ab ipſo monaſterio remoueatis, et eos in obedientiis monaſterii, extra monaſterium tamen, auctoritate noſtra ponatis. Qui tamdiu compellantur in ipſis obedientiis permanere, quo usque a ſua malitia recedentes, correcti et emendati a memorato abbate ad proprium monaſterium reuocentur. Data Laterani, XV. Kal. Maii.*

* Vdonem. * Walberum. * Euchorium. forte, uel Eucharium. * Vdalricum.

Literae Adriani pontificis ad conuentum Biburgenſem.

ADrianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis monachis et conuerſis Mariae de Biburch, ſalutarem et apoſtolicam benedictionem.

Dilectus filius noſter Conradus abbas ueſter, ſicut ex relatione ſua, et plurimum religioſorum uirorum atteſtatione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum malitia et uexatione compulſus, a monaſterio ueſtro diſceſſit, et apoſtolicae ſedis praeſentiam uiſitauit. Qui dum transfretare diſponeret, et Ieroſolymam pergere, ut ibidem in aliquo loco religioſo ad Dei ſeruicium, et ad ſaluandam animam perpetuo moraretur, nos eum a ſuae mentis intentione retraximus, et ipſum ad proprium monaſterium remiſimus, ut fratrum curam, ſicut hactenus, ita de caetero habeat, et in abbatia debeat plenarie miniſtrare.

Eum itaque uniuerſitati ueſtrae attentius commendantes, per apoſtolica ſcripta uobis praecipiendo mandamus, quatenus

tenus eum honeſte recipiatis, benigne tra-
ctetis, ipſi tanquam proprio abbati, et
animarum ueſtrarum rectori debitam in
omnibus ſubiectionem et obedientiam im-
pendatis. In nullo quoque eidem rebel-
les, in nullo contumaces exiſtere prae-
ſumatis. Quod ſi forte contempſeritis
adimplere ſententiam, quam ipſe in ali-
quem ueſtrum, qui contemptor exſtite-
rit, propter hoc canonice promulgauerit:
a nobis ratam noueritis ac firmam ha-
bendam.

Duos autem monaſterii ueſtri mona-
chos, Vd. uidelicet et Gualth. et duos
conuerſos, ſcilicet Vd. et Euch. quibus
infeſtantibus et multipliciter perturban-
tibus praedictus filius noſter, Conradus
abbas commiſſae ſibi abbatiae regimen ſe
aſſerit dimiſiſſe: per fratres noſtros,
Saltzpurgenſem archiepiſcopum et Ra-
tisbonenſem epiſcopum, ab ipſo monaſte-
rio praecepimus amoueri, et eos tamdiu
in obedientiis monaſterii extra monaſte-
rium decernimus permanere, quousque
a ſua malitia recedentes correcti et e-
mendati, a memorato abbate ad propri-
um monaſterium reuocentur. Datae
Laterani, XV. Kal. Maii.

Hactenus literae in cauſa Conradi abbatis Biburgenſis. Ille autem epiſcopus Ratisbonenſis litera H. deſignatus, aut eſt Henricus hoc nomine primus, comes Wolffratshauſen, aut ſucceſſor eius Hartuicus, qui epiſcopatum iniit eo ipſo anno, quo Henricus exceſſit; nempe MCLV. Illud certum; errare Auentinum, quando Conradum abbatem obiiſſe dicit, anno MCLIII. cum enim pro Contado abbate Romam profecto Adrianus papa IV. ad ſupra dictos epiſcopos, et ad Biburgenſem conuentum reſcripſerit, Adrianus autem anno demum 1155. pontificatum adeptus ſit; fieri non poteſt, ut Conradus, anno, quem Auentinus notat, in fata conceſſerit.

Notationes in cap. VII. lib. 2.

Hoc caput uide infra in anonymo Sefrida, Lib. II. c. 7. unde illud deſumſit Graſſerus.

CRamerus praedicans lib. 1. chronici ſui, ait, Ottonem ab imperatore Henrico facultatem in Pomeraniam abeundi petiiſſe. Poſtea frigidiſſime adiungit. Etlich wöllen, daß er des Babſts Honorii Erlaubnuß auch darüber erfordert habe. *Sunt qui dicant, Ottonem etiam a papa Honorio eius rei poteſtatem ſibi fieri poſtulaſſe.* Quam frigide, o praedicans? Nolles nimirum ſummi pontificis auctoritatem in conuerſione Pomeranorum interucniſſe. At, uelis nolis, audire debes Vrſpergenſem, qui in chronico iſta. *Anno dominicae incarnationis MCXXIV. indictione ſecunda, Calliſto papa II. Romanae ſedi praeſidente, Otto Dei gratia, Babenbergenſis eccleſiae epiſcopus, diuino admonitus inſtinctu, praedicti apoſtolici aſſenſu et auctoritate roboratus, partes Pomeranorum paganorum, cum quibusdam ciuitatibus terrae Lutitiae aggreſſus eſt, ut eos ab errore ſuo reuocaret, etc.* Haec Vrſpergenſis. Scilicet, ſine pontificis ſcitu S. Otto in Pomeraniam abiit; qui ſedi apoſtolicae tam deuotus fuit, ut infra etiam cap. 31. ſedis illius *obedientiarius* nominetur. Vide lib. 3. cap. 4.

Nec illud ſilendum, praedicantem ubique admiſcere floſculos praedicanticos, ut cap. 17. **Otho hab ein Altar bawen laſſen zum Gebrauch des Abendmals des HErren.** Quae eſt phraſis prorſus Lutherana. Nam altare exſtruxit ad miſſam, ſeu, ad ſacrificium miſſae. De coena iſta, quam Lutherani praedicantes coquunt, ne per ſomnium quidem, tempore S. Ottonis cogitabatur.

Similis phraſis eſt, cap. 18. **Otho und die Seinen haben am Wort gearbeitet.** Apage hanc locutionem. Num tu putas Ottonem et miniſtros eius fuiſſe, ut tu es, **Diener am Wort**, hoc eſt, *ſpermologos* et *ſeminiuerbios*, deque ambone clamatores ſtentoreos? Eiusdem farinae eſt illud in eodem capite: **da das Licht zu Pyritz alſo gewaltig angienge.** Phraſis haec ex praedicantium non myrotheciis, ſed coprotheciis depromta eſt. O lumen admirabile quinti euangelii: quod nullus ueſpertilio, nulla octaua, nullus nycticorax, nulla ululamentuat.

Alicubi *facellanos* S. Ottonis nominat Cramerus, **Diener am Wort**, hoc eſt, *logodulos*, uel *dulologos*, **Wortknecht.** Prorſus praedicantice. Abſit, ut ſancti illi uiri tales fuerint, qualis *Paulus a Roda*, *Knipſtro*, et ipſe Stetinenſis praeco Cramerus.

In caput XXXVII.

DOdonae condidit S. Otto eccleſiam *in honore ſanctae crucis*, ut inquit Seſridus. Praedicans, more ſuo, fidelem interpretem agens, ita reddidit. **Er hat alsbald ein Kirche nach dem heyligen Creutz genennet, erbauet.** Nimirum religioni ſibi duxit praedicans, dicere, a S. Othone exaedificatam eccleſiam in honorem ſanctae crucis. Nam ut quid in ſanctae crucis honorem fiat, ſanctae crucis oſor, qui commodus et patiens ferat?

Ob-

Obſerua et illud; quam Lutherani et Caluiniani praecones longe auii a S. Ottone, eiusque auditoribus in promulgatione euangelii abeant. Nam illi, imagines crucis, ſi quas reperiunt, exterminant et proſternunt. At iſti erigunt, eiusque quaſi ſalutiferi tituli erectione, Chriſtum crucifixum quodammodo in poſſeſſionem loci illius mittunt; cuius rei exemplum cum alibi, tum in hoc cap. 37. cernere licet.

Hallucinatur autem praedicans, cum cap. 33. ſcribit, Ottonem epiſcopum uita functum anno 1139. die 30. Septembris. Nam mortuus eſt pridie Kalend. Iulias, in commemoratione S. Pauli apoſtoli, ut planum fit ex Andrea lib. 4. cap. 4. et 5. ſepulturae traditus 3. Nonas Iulii, ut pater ex uita Canif. edit. et ex illa, quae eſt apud Surium Tom. 4. Quo die martyrologium Romanum iſthaec. *Bambergae S. Ottonis epiſcopi, qui Pomeranis euangelium praedicans, eosdem conuertit ad fidem.* At uero xxx. dies Septembris ad translationem S. Ottonis pertiner: translatum eſt enim corpus eius anno 1189. ſub Clemente III. pridie Kalend. Octobris; quo die feſtum eius celebratur, inquit Surius.

Lib. 3. chronici cap. 37. ait Cramerus praedicans, Paulum a Rhoda, turpiſſimum illum et foediſſimum apoſtatam et ſeductorem Pomeraniae, iure ſuo appellari poſſe *primum euangeliſtam in Pomerania, quod primum ad agnitionem euangelii prouinciam illam adduxerit.* Spongia ergo eluat praedicans illa, quae lib. 1. cap. 34. ſcripſerat; nam ſi, ut iam dicto loco fatetur praedicans, S. Otto uerum euangelium Pomeranis annunciauit, uerus igitur euangeliſta, hoc eſt, ueri euangelii nuncius et, quod hinc conſequitur, primus fuit; cum ante illum nullus in Pomerania euangelium praedicauerit, licet non defuerint, qui id tentarint. Si S. Otto uerus et primus euangeliſta in Pomerania fuit; inſuſte igitur haec laus ad Paulum illum transfertur. Aut ſi apoſtata iſte primus fuit: Pomerani ergo antea non habuerunt uerum euangelium, ueramque fidem; nec beatitudinem conſecuti ſunt. At hoc negat praedicans cap. 34. Qua fronte igitur et qua mente iam ſcribit, Paulum a Roda fuiſſe primum in Pomerania *euangeliſtam*; hoc eſt, primum ueram Chriſti doctrinam in Pomeraniam intuliſſe.

Illud etiam perquam lepidum eſt. quod lib. 1. cap. 43. ubi agit de conuerſione Rugianorum, affirmat; quoslibet, *tempore neceſſitatis ſacramenta adminiſtrare poſſe: omnes enim Chriſtianos, qualescunque ſint, eſſe ſacerdotes et regale ſacerdotium*, ex quo ſequitur, etiam mulieres, neceſſitate id exigente, poſſe coenam Lutheranam dare; ſeu confeſſiones audire; remiſſionem peccatorum, praedicanticum in morem, annunciare. Quod autem dicit praedicans, in conuerſione Rugianorum ad chriſtianam fidem hoc factum eſſe, quod ſacerdotes tantae multitudini neophytorum non ſufficerent; id falſum exiſtima. Nam licet laici *baptizare* et *catechizare* poſſint, ſi neceſſitas id efflagitet; inauditum tamen eſt in eccleſia Dei ulli laico ullam ob cauſam, aliorum ſacramentorum confectionem et adminiſtrationem conceſſam fuiſſe, aut concedi poſſe. Quis enim ante Lutherum, nouum Peputianum, unquam dixit, laicos et in his etiam mulieres, poſſe euchariſtiam conficere, confeſſiones audire et abſolutionem impertire? Nec primi Rugianorum praedicatores rerum chriſtianarum et eccleſiaſticarum tam imperiti erant, ut huiusmodi munia laicis committerent. Omnium ea fuit ſententia, quam his uerbis epiſt. lib. 19. ad Berum expreſſit Eraſmus. *Dogma, quo quidam cuiuis tribuunt poteſtatem conſecrandi, abſoluendi et ordinandi, ſemper habui pro manifeſta inſania.*

Lib. 3. chronici cap. 22. ſcribit Cramerus praedicans, Ioannem Bugenhagium Pomeranum iure ſuo uocari poſſe *ſecundum apoſtolum* Pomeraniae; *Vt enim Otto*, inquit praedicans, *uulgo primus Pomeranorum apoſtolus uocitatus, Pomeranos ab ethnica ſuperſtitione liberauit et expiauit; ſic et Bugenhagius Pomeraniam a papiſtico fermento expurgauit.* Alibi nominat praedicans Paulum a Rhoda *primum Pomeraniae euangeliſtam*, ut paulo ante uidimus; quod primus Pomeranos ad Lutheranismum traduxerit. Nunc in periculo eſt, ne de prima ſtatione deturbetur et Bugenhagio cedere cogatur: niſi forſan dicat, ſecundum apoſtolum primo euangeliſta potiorem eſſe: et Paulum illum tam Ottoni epiſcopo, quam Bugenhagio anteponi debere: quod tamen praedicantem reſponſurum, uix crediderim. Nam ut Paulum a Roda, uel Rota, S. Ottoni praeferre non reformidet; at uix Bugenhagio anteferet; nimirum doctori magiſtrum; praeceptori diſcipulum. Porro ſi Paulus a Rhoda primus Pomeranis euangelium euangelizauit, et papiſmum fugauit; quid poſtea Bugenhagius fecit, ut ſecundi apoſtolici cognomentum mereretur? Nil certe uideo, quid praeſtiterit, quam quod generalis uiſitator Pomeraniae fuit et monaſteria et templa non aliter uiſitauit, ac olim Iudas Iſcariotes uiſitauit loculos ſeu pecuniam Chriſti domini. Viſitauit, inquam, coenobia et eccleſias, quo pacto

Turcae eas uiſitare ſolent, quando chriſtianorum prouincias occupant. Cuius rei en dilucidum exemplum.

Anno 1535. uiſitauit bellus iſte uiſitator monaſterium Eldenauenſe, ut ſcribit praedicans lib. 3. cap. 22. Quem uiſitandi modum tenuit? Eundem, quem Iudas, quando loculos domini uiſitabat. Omnia, quaecunquae erant in monaſterio, tam ſacra, quam profana diligenter conuaſauit. Ex *ſacriſtia*, ut uocant, ſeu *ſacrario* templi, mille quadringentas marcas argenti facti et infecti, calices plurimos, argenteas imagines et hierothecas ſeu *monſtrantias*, et baculos paſtorales, ex eodem metallo fabrefactos, abſtulit; et ne erga ſacrae ſupellectilis monachum cuſtodem ingratus eſſet, obtulit ei *caſulam* ſericam rubram, ut inde uel caligas uel pallium ſibi conficerent; qui tamen munus oblatum reſpuit, non religione; apoſtata enim erat; ſed quia ueſtem tam pretioſae materiae minus ſibi conuenire exiſtimabat.

Eandem uiſitandi rationem ſtudioſe tenuit uiſitator iſte in aliis Pomeraniae monaſteriis; et quo monaſterium opulentius erat, eo auidius uiſitationem eius deſiderabat: ſedulo imitatus regem Antiochum, qui, ut lib. 1. Maccabaeorum legimus, uiſitans templum Hieroſolymitanum, *accepit* inde *altare aureum, et candelabrum luminis, et uniuerſa uaſa eius, et menſam propoſitionis, et libatoria, et phialas et mortariola aurea, et uelum et coronas, et ornamentum aureum, et accepit argentum et aurum et uaſa concupiſcibilia, et accepit theſauros occultos, quos inuenit; et ſublatis omnibus abiit in terram ſuam.* En inſignem uiſitatorem, in cuius ueſtigiis nouus iſte in Pomerania uiſitator accurate ueſtigia ſua poſuit. Si ergo ob has et ſimiles uiſitationes Bugenhagius apoſtolus Pomeraniae ſalutari debet; non ſecundus, reſpectu ad S. Ottonem habito, ſed primus abſolute appellari debet; at non Dei, ſed diaboli; nam et iſte ſuos apoſtolos habet. Fieri enim non poteſt, ut uterque Otto et Bugenhagius fuerit apoſtolus Dei; cum uiia prorſus contrariis inceſſerint. Nam S. Otto monaſteria condebat, condita locupletabat, monachos amabat, fouebat, colebat, ſecum circumducebat; ſacra ſupellectile, ut calicibus, et ueſtibus, ſacra domicilia inſtruebat; imagines, praeſertim ſacrae crucis trophaeum, paſſim erigebat, diuorum lipſana circumferebat; cruce ptaelata ad populum uerba faciebat, miſſas celebrabat et millena huius generis factitabat; quae omnia ſecundus iſte ex Witeberga profectus apoſtolus abolet, exterminat, repudiat, irridet, ſubſannat. Quocirca fieri non poteſt, ut ab eodem domino Amiſſi fuerint; neque enim apoſtoli a Chriſto miſſi ita comparati ſunt, ut quod unus exſtruit, alter deſtruat et quod unus, ut Chriſtianum, populo tradit, alter, ut idololatriam, execretur.

Quis uero ex duobus iſtis fuerit apoſtolus Dei, et quis eius, qui Deo in omnibus aduerſatur; facile ſtatuet, qui cerebro non caret. Loquantur utriusque actus, fructus, miracula, uno uerbo, uita; omniumque Pomeranorum Chriſti ſacris initiatorum, ante Lutherum, imo totius chriſtiani orbis ſenſus ac conſenſio; qui omnes Ottonem Bambergenſem epiſcopum, tanquam uirum ſanctimonia uitae ſpectatiſſimum patratisque miraculis celeberrimum coluerunt ac uenerati ſunt, nomine eius in faſtis tabulisque eccleſiaſticis religioſe conſignato.

Ipſi etiam Pomerani nondum Lutherana peſte correpti, tres dies feſtos in honorem S. Othonis, primi ſui apoſtoli, quotannis ſolemni ceremonia agebant; ut ſcribit ſaepe iam nominatus praedicans, lib. 3. chronici cap. 2. nempe feſtum *ordinationis* eius XIV. Maii. *diem mortis*, ſeu, ut loquitur Cramerus ſeiner Begräbniß, *ſepulturae ſuae* XXX. Iunii: et *feſtum translationis* XXX. Septembris. Finem harum ſolennitatum hac antiphona declarabant. *Feſta pii pontificis Ottonis uota deuotione ueneremur, ut apud dominum, qui ſumme pius eſt, meritis et precibus eius adiuuari mereamur.* Ronchos ducit praedicans, frontemque corrungat ad iſtud odarium. Qua de cauſſa? Quia inuocatur S. Otho. Atqui Pomerani faciebant, quod a S. Othone didicerant. Didicerant autem, inter caetera, ipſam quoque inuocationem ſanctorum, ut tu ipſe non diffiteris: Quapropter doctrinae primitus acceptae conuenienter, ipſum quoque Othonem, poſtquam caelitum catalogo adſcriptus fuerat, inuocarunt. Quod ſi Otho adhuc ſuperſtes, et uitam hanc mortalem uiuens, inuocatus a Witſchacho, tantae potentiae apud Deum fuit, ut illum ex Danico carcere mirabiliter eriperet, ſolumque, ſine ullo remigio, in exigua cymbula, per uaſtum maris pelagus ex Dania in Pomeraniam traduceret; ut libro 3. audiuimus; mirum ſane foret, ſi nunc immortale aeuum cum beatis agitans minoris facultatis eſſet et ad ſe confugientibus opitulari nequiret. Caeterum, ut Bugenhagius et ſimiles ſeductores aliis diuis; ſic et S. Othoni ſuos honores in Pomerania ſacrilege abſtulerunt; abrogatis diebus feſtis, quos pia antiquitas S. Othoni dicauerat. Et tamen anno 1585. Paulo a Rhoda, et Bugenhagio praecipue diem feſtum indixerunt et inſtituerunt. Nam quia praedictus annus erat quinquage-

ſimus

simus ab introducta communi decreto, in Pomeraniam Lutherana doctrina; eam ob caussam Christophorus Stymmelius, Stetinensis praedicans, Stetinenbus Iubilaeum indixit: ut testatur Cramerus lib. 3. cap. 47. qui annus iubilaeus nihil aliud erat, si rem penitius introspicere et uerum ingenue fateri uelimus, quam panegyris primis Pomeraniae Lutheranis clamatoribus consecrata; quorum Turcica facta plenis procul dubio libris demodulati sunt cum alii tibicines, tum tibicinum superintendens Stymmelius.

Quam concorditer autem isti quinti euangelii buccinatores in Pomerania degant, et quam toto caelo a spiritu S. Othonis et successorum eius discrepent, testatum faciunt tot dissidia et iurgia, quibus inter se altercantur et digladiantur, quae quod Cramerus in chronicum suum retulit, non improbo; quia interest nouorum euangelistarum consensionem nosse. Nec inutilem operam cepit, cum magistri Iacobi Crusii articulos seu propositiones contra *Pomeranicam agendam* uerbatim lectoribus proposuit, lib. 3. cap. 44. in quibus eminent istae. *Agendam et ecclesiasticam gubernandi rationem in Pomerania esse diabolicam et a christiana religione alienam.* II. *Non a Deo, sed a diabolo, improbitate hominum; non iure diuino, sed iure diabolico, introductum esse, ut quis sit et uocetur generalis superintendens supra multas, uel aliquas ciuitates.* III. *Neminem bona conscientia posse esse generalem superintendentem, aut in hoc statu salutem consequi. Et qui tali superintendenti obtemperet; non fore saluum. Nullum magistratum posse generales superintendentes aut eorum munus defendere. Omnes istos generales superintendentes, cum omnibus suis praepositis, senioribus et prouisoribus, simul cum magistratu et iuristis, qui talium defensionem suscipiunt, eosque in uisitationibus, et id genus aliis ministeriis adiuuant, ad diabolum pertinere. Dicere, quod munus superintendentium, sit uerbo Dei consentaneum, esse abominationem desolationis. Esse a christiana religione abhorrens et conscientiis periculosum, ut noui ministri superattendentibus dent dextras societatis et obedientiae.*

Haec et his affinia themata mordicus tuenda sibi suscepit supradictus Crusius, Stralissundae in ipsa Pomerania praedicans: nec dubito, eum innumeros e minorum gentium praedicantibus, tyrannicae huius *superintendentiae* pertaesos adstipulatores habuisse. Quid enim fastuosius et insolentius hisce superattendentibus; de quorum impotentia non modo huius Crusii, sed et complurium aliorum praedicantium querimoniae exstant.

In caput VIII. lib. 3.

Hoc caput inuenies contra in Sefridi historiae lib. 3. c. 3.

OBseruatione dignum est, multis ad septemtrionem populis fuisse idola, quorum nomina in syllabam *uitus* desinerent: ut hic *Gerouitus* uel potius *Herouitus: Barouitus*, et nominatissimum illud simulacrum apud Rugianos, incolas urbis Arconae, *Suantouit*, seu *Suantouitus*. Carenzae *Rugeueit*, item, *Vietold*. Quae omnia eiusdem originis uidentur; quam indicat Crancius lib. 5. cap. 18. Daniae ita scribens: *Erat in urbe*, Arcona, *simulacrum horrenda superstitione ab uniuersa natione cultum;* Suantoueit *appellauere. Nam a S. Vito occasionem idololatriae cepere. A memoria enim diui Ludouici primi, cum operante Anscharo, Corbeiensi primum monacho, deinde Hamburgensi archiepiscopo, fides in Dania plantaretur; eodem coenobio egressi et alii fratres, exemplum Anscharii secuti, in Wandalis uerbum uitae disseminauerunt, ubique patronum loci sui Vitum commendantes nouae plantationi. Ex qua occasione, cum postea fidem reiicerent, patroni memoriam seruarunt; sed illa abusi, statuam pro numine, martem pro Deo habere coeperunt.*

Similia de natalibus *Suantoniti* Saxo Grammaticus, lib. 14. historiae Danicae; qui accurate formam, opes, ritumque colendi huius simulacri et tandem euersionem eius describens, haec etiam commemorat. *Quibus*, lignis, *dum artifices coaptandis intenderent, frustra his rebus operam dare asseuerabat* rex Daniae, *speratо citius urbem*, Arconam, *capturos. Interrogatus, quonam id augurio deprehensum haberet; ex hoc potissimum augurari se dixit, quod Rugiani quondam a Carolo caesare expugnati, sanctumque Vitum Coruegiensem*, Corbeiensem, *religiosa nece insignem, tributis colere iussi: defuncto uictore, libertatem recipere cupientes, seruitutem superstitione mutarunt, instituto domi simulacro, quod S. Viti uocabulo ceu fuerunt. Ad cuius cultum, contemptis Coruegiensibus*, Corbeiensibus, *pensionis summam transferre coeperunt, affirmantes, domestico Vito contentos, externo obsequi non oportere. Quamobrem Vitum ueniente sui solennis tempore, eorum moenia turpaturum, a quibus tam similem monstro figuram acceperit, merita namque eum ab his iniuriarum poenas exigere debere, qui uenerabilem eius memoriam sacrilego cultu complexi fuerunt.* Haec et plura de hoc idolo Saxo: et certe nomen ipsum *Suantouitus*, seu *Schuantouitus* originem testatur; est enim idem quod

ſanctus Vitus, in cuius tutela monaſterium Corbeienſe erat; et ex quo in Daniam, et loca uicina primitus chriſtianae fidei praedicatores proceſſerant. Nec dubito alia uocabula ex eodem fonte deriuari, ut *Herouitus* ſit *Herueit*, ab hero, uel ſi mauis, ab exercitu: et reliqua etiam aperte *Viti* nomen praeſerunt.

Eſt hoc cap 44. lib. 2

Notatio pro cap. 36. libri primi.

MOnui in ſcholio ad hoc caput; eius initium non niſi ope manuſcripti codicis ſanabile eſſe. Cum iam maxima pars huius uoluminis excuſa eſſet, uenit ad me Bamberga, miſſu admodum reuerendi et magnifici domini doctoris FRIDERICI FORNERI, Bambergenſis uicarii apographum uitae ſed ſcriptum mendoſiſſime: cuius ſcriptura eſt iſta. *Tempore quodam in domo epiſcopali domeſticae habens renomen forte nuper emptum ueſtiebatur.* Ex quo fortaſſis cricicus quispiam fecerit: *in domo epiſcopali dum eſſet, habens renonem.* Iſidorus lib. 19. cap. 23. *Renones ſunt uelamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum, atque intortis uillis adeo hiſpidae, ut imbres reſpuant, quos uulgo reptos uocant, eo quod longitudo uillorum, quaſi reptet: de quibus Salluſtius; Germani intectum renonibus corpus tegunt. Dicti autem renones a Rheno Germaniae flumine, ubi iis frequenter utuntur.* Quanquam eam alii forte rectius deducunt ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, ab agninis pellibus.

OBSERVATIONES IASCHIANAE.

Ad tit. libri. Andreas. Fuit ille *abbas* monaſterii *Benedictinorum* Bambergae trigeſimus ſextus, ab anno Chriſti M. CCCC. LXXXIII. Meminit eiusdem *Ioh. Gerh. Voſſius* l. 3. de Hiſtor. Latin. pag. 569. et 643. et addit, quod libris de uita Ottonis finem impoſuerit anno M. CCCC. XCIX. quos *Gretſerus* in diuis Bambergenſibus primus publicauerit, prout de eo teſtaretur codex MSC. Verum illud eſt de Andrea Gretſeriano; noſter Andreas ſuos libros deſcribi curauit anno M. CCCC. LXXXVII. uti memoratur pag. 236. eosque dedicauit *Benedicto*, qui anno nonageſimo nono non amplius praerat epiſcopatui Pomeraniae, quem tunc regebat *Martinus Karith* Colbergenſis. Eundem *Andream* refert *Voſſius* lib. 3. pag. 569. ſcripſiſſe praeter librum de conceptione uirginis deiparae, opus ingens de eorum pontificum, archiepiſcoporum, antiſtitum, abbatum et abbatiſſarum, qui ex ordine Benedicti fuere in ſanctorum numerum relati.

Ad eund. tit. Otto. Eiusdem mentionem facit *Helmildus*, presbyter Boſonienſis, qui uixit et ſcripſit circa annum Chriſti M. C. XL. quo tempore *Lubeca* condita eſt, in chronico Slauorum lib. I. cap. 40. cap. 99. num. 10. edit. Bangerti.

NEc tamen praetereundum reor, quod in diebus illis, imperatoris Henrici V, claruit uir inſignis ſanctitate *Otto* Bauenbergenſis epiſcopus, qui inuitante pariter et adiuuante *Boleslao*, Polonorum duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem *Slauorum*, qui dicuntur *Pomerani* et habitant inter *Odoram* et *Poloniam*, praedicauitque barbaris uerbum DEI, DEO coopcrante et ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, omnemque gentem illam principe eorum *Werceslauo* conuertit ad dominum permanetque fructificatio diuinae laudis illic usque in hodiernum diem. Haec *Helmoldus*. Nomen eius laudatur in priuilegio dato Spirenſibus anno M. C. XI. regnante Henr. V. apud *Lehmannum* in Chron. Spirenſi lib. IV. cap. XXII. pag. 350. *In compilatione chronologica auctoris anonymi a temporibus Caroli magni ad annum Chriſti M. CCCC. X.* quam *Maderus* edidit et ſubiunxit *Gerualii Tilberienſis* commentationi de imperio Romano etc. haec de eo exſtant uerba, *ad annum M. C. XXIII. S. Otto*, Babenbergenſis epiſcopus, uiuus claruit, qui adiuuante *Boleslao* Polonorum duce, Sclauos, qui Pomerani dicuntur, cum eorum principe *Wartislao*, conuertit ad Chriſtum. *In libello de fundatione coenobii Bigaugienſis*, quem idem ille *Maderus* addidit *chronico montis Sereni*, haec leguntur uerba pag. 259. Anno *M. C. XL.* obierunt *Otto Bambergenſis* epiſcopus, *Gotfridus* dux Louaniae, *Ludewicus* comes prouincialis, *Olricus* dux Bohemiae et *Wilhelmus* comes palatinus. *In chronico* uero eodem *montis Sereni* recenſentur fundationes quorundam *de origine eius*: Germaniae monaſteriorum et in his ſequentia referuntur, pag. 279. Temporibus *Adriani* papae, huius nominis primi, *Deſiderius*, rex Longobardorum, perturbauit eccleſiam Romanam, contra quem *Carolus magnus*, rogatu papae, proceſſit bellogue uicit. Huius *Deſiderii* filiam habuit uxorem TASSILO, dux potens Bauariae, ideo et ipſum ſocerum ſuum de-

Deſiderium regem iuuit cum *Hunis* et aliis infidelibus contra *Carolum*. Vide inter haec diſtinct. LXIII. c. Adrianus. Porro *Carolus* capto *Deſiderio Thaſſilonem*, ducem Bauariae, conſanguineum ſuum, ,ni fallor, patruus Caroli erat, priuauit ducatu et intruſit eum ad monaſterium inferioris *Altach*, una cum filio ſuo, quod ipſe cum patre ſuo ſenio-re *Thaſſilone* fundauerat: proinde *Carolus M.* Pipino, filio ſuo, commiſit ducatum Bauariae etc. Ex illo *Pipino* orta eſt ſtirps illa nobilis et uetus comitum et principum de *Andechs*, quorum caſtrum fuit inexpugnabile, ubi nunc eſt monaſterium noſtri ordinis, dictum *Andechs*, ſiue mons ſanctus, uulgo der heilige Berg. Ex dicta progenie ſancti et uiri et mulieres complures per ſucceſſum temporis exorti ſunt et nati, quorum praeſtantiores ſunt *Conradus*, epiſcopus Conſtantienſis, *S. Heinricus*, Caeſar Babenbergenſis, *S. Eliſabeth*, Lantgrauia Duringiae, *Hedwigis* ſancta, matertera S. Eliſabeth, *Mechtildis*, abbatiſſa in Ottelſteten. *S. Otto* epiſcopus Babenbergenſis, *Arnulfus* imperator, *Eufemia* abbatiſſa in Admünſter/ *Raſſo* etc. Haec ex topographia montis ſancti tranſcripſi. Prolixius de *Andechſia* gente, ex qua Otto prodiit, agitur ab *Auentino lib. 7. Annalium Boierum pag. 554. ſeqq.* De eodem Ottone hacc ſcribit *Albertus Crantzius*, qui floruit anno Chriſti M. D. XIV. et theologiae atque decretorum doctor fuit *Roſtochii*, poſt in collegio 12. monachorum Hamburgi lector et olim decanus. *in Saxonia lib. V. cap. 44.*

OTto Bambergenſis epiſcopus, uir per omnia religioſus, cum inſtruendis monaſteriis „ alendis pauperibus et aliis pietatis operibus inſtaret, annotatus eſt, minus eſſe frequens in conuentibus imperii, quod a maleuolis non recte acceptum etiam imperatori (Henrico V.) ſuggereretur: quae in uſus alios impenderet, magis imperii deſerri honori, a quo illi cuncta prouenirent. Haec paſſim muſſitant et auribus auguſti ingerunt. Sed tanta fuit pontificis grauitas, ut omnia obloquia praeſens ipſe diſcuteret (Wormatiae) nemine garriente dum adeſſet. Rebus autem imperii ſolerter conſtitutis, adiit regem pontifex, inſinuans ſe literis *Polonorum* ducis *Boleslai* euocatum, animo propendere in ſanctam expeditionem pro Chriſti honore in Pomeranos, gentem *Wandalorum*, quam nuper dux gladio ſibi ſubactam ad iuga Chriſti coegiſſet; ſed deeſſe praedicatores, qui per autoritatem uerbum uitae nouitiis ad fidem Chriſti gentibus praedicarent, bona ſibi imperatoris uenia abeſſe liceat eccleſia; nam ſummi pontificis gratia *Calixti* dudum ſibi permiſſam praedicanti in gentibus licentiam. Non erat in omni curia imperatoris, qui ſancto pontificis uoto auderet refragari, ne rex ipſe quidem, ſed cunctis ſanctum eius propoſitum laudantibus, erant qui proſpera illi imprecarentur eunti ad gentem incredulam, magno ſui ſanguinis periculo: ſoli Bambergenſes ſui patris abſentiam lamentari, ſe paſtore deſtitutos lupis exponi, extrema pati malle, quem eo ſe pontifice deſtitui. Sed non erat, qui ſe diuinae uoluntati auſit obiicere, Et illo in Pomeranos proficiſcente, rex in *Saxones*, ut ſermo loquebatur, ſe apparabat. In *Wandalia lib. 5, cap. 6.* haec idem habet *Crantzius*, quando inquit.

STolpae CASIMARVS et BOGISLAVS iam dudum chriſtiani principes, fundarunt abbatiam, in memoriam caeſi patris *Werceslai*, qui primus in ea gente ſuſcepit chriſtianiſmum, a uenerabili *Ottone*, Bambergenſi quondam pontifice, quod in Saxonia diximus. In *Metropoli* ſua idem *Crantzius* l. VI. c. 5. p. 366. edit. Col. ita fatur: Circa haec quoque tempora, quibus *Henricus* rex quintus eius nominis, deiecto patre regnum occupauit, *claruit uir ſanctitate praecipua, Otto Bambergenſis epiſcopus, qui, inuitante pariter et adiuuante Boleslao Polono, adiit peregrinationem ad gentem Wandalorum, qui dicuntur Pomerani, praedicauitque barbaris uerbum Dei, omnemque gentem illam cum principe ſuo Wartislao conuertit ad dominum, quod in Wandalia expoſuimus.* Eadem recitantur *lib. 3. cap. 28. in Wandalia.* De reditu eiusdem primo Bambergam uerſus iſta memorat *lib. 5. Saxoniae cap. 45.* Quo tempore, anno ſcilicet M. C. XXIV, Bambergenſis epiſcopus, ex ſua peregrinatione reuerſus, gaudium paſchale duplicauit, quod et ſuam praeſentiam deſideratiſſimis ciuibus paſtor bonus exhiberet, et magno cum foenore, lucratis tot Chriſto animabus, felix pater de tot filiis tripudiabat. Vrbium nomina, in quibus praedicauerat fidemque ſeminauerat populo baptiſato et dominicis praeceptis inſtituto, haec ſunt: *Poritz, Stetin, Wolin, Camin, Colberg, Belgrat, Lubin, Gresb.* Eiusdem *Ottonis* uitam et praedicationem enarrant *Albertus Stadenſis* ad annum Chriſti 1118. *Gobelinus Perſona*, aetate VI. cap. 58. circa finem, *Conradus a Lichtenaw Vrſpergenſis* fol. 269. *Nauclerus*, fol. 645. *Paulus Langius*, Tom. I. Scriptor. Germ. Piſtorii fol. 761. *Trithemius* Chron.

Chron. Hirſaug. fol. 128. *Surius* T. 4. de uitis Sanctorum 2. Iulii, eiusque epitomator, *Franciſcus Haraus*. Quibus addi poſſunt *Henricus Caniſius* lib. 2. antiquae lectionis. *Bruſchius* de monaſteriis Germ. fol. 87. *Chytraeus* in Saxon. lib. I. fol. 9. *Magdeburgenſes* in centuria 12. eorumque epitomator *Lucas Oſiander* p. 216. *Buchholzerus* chronol. ad annum Chriſti 1124. *Dreſſerus* in millenario VI. part. I. p. 164. et part. 2. p. 149. *Henricus Gutberleth* Chron. q. 39K. etc. *Funckius* quoque nonnulla recenſet de Ottone ex Andrea in comment. Chron. p. 213. edit. in 43. In eo uero errat, quando ipſum de Chriſti meritis nihil ſciuiſſe ſcribit, cum ille non tantum de Chriſto docuerit, et feſta in honorem Chriſti inſtituta celebrari uoluerit, ſed etiam cum *Wignando* abbate in ſolius redemptoris deſiderio anhelante lib. 2. cap. 17. *Andreae* eius meritis ſaluari optauerit, ſumptoque *myſterii ſalutaris uiatico*, fide in ipſum placide exſpirauerit. lib. III. c. XXVI. Andreae quo et nunc *ut ſemper ſibi chariſſimo perfruitur*.

Ad prologum, BENEDICTO. Fuit hic XXV. epiſcopus Pomeraniae, de quo legatur *D. Cramerus* l. 2. Chron. cap. 47. p. 122. ſeqq. Nomina epiſcoporum ueriſibus antiquis idem *refert l. III. Chron. eccl. c. XI. p. 45*. Eadem ueriſibus melioribus complexus eſt *M. Ioachimus Eddelinig*, eccleſiae Camminenſis quondam paſtor, in carmine, *quod in honorem inueſtiturae illuſtriſſimi Pomeranorum principis ac D. Caſimiri Camminenſis epiſcopi, ibidem Octobris die XXVI. anno N. D. LXXIV. recitauit, quando ita canit:*

Diuus Otto CHRISTI docuit quo tempore uerbum
In Pomeranorum numine dante, plagis,
Tunc Pomeranorum *Wartslaus* nomine primus,
Conſilium ſequitur, Chriſte benigne, tuum.
Namque ſacrae ductus pietatis amore Iulino
Templa cathedralis ſedis in urbe locat.
Filius illius quae tranſtulit inde *Caminum*,
Bugslaus, patris poſt fata fui.
Ac ubi permagnum fructum feciſſet *Othonis*
In Pomeranorum concio crebra locis,
Bambergam reperit, populos littusque relinquens.
Quod quatit horriſono *Baltica* nympha mari.
Albertus ſit in his tunc primus epiſcopus oris,
Qui comes ante pii fidus Ottonis erat,
Debita naturae quiſoluit in urbe Iulino,
Quo ueterem tumulum contumulatus habet.
Conradus celebris pietate fideque fecundus
Praeſul, ut *Albertus* mortuus eſſet, erat.
Praeſule quo ſedes noſtram hanc transfertur ad urbem,
Quae *Rugium* priſco nomine dicta fuit.
Fallor an a teneris urbs eſt tunc dicta camoenis,
Camminum, muſis quod dedit illa locum.
Nam quaſi uicinis fuit haec academia terris,
Hic quia doctorum copia magna fuit.
Templa ſcholaque uiros hinc doctos ſaepe uocabant,
Ac a conſiliis ſaepe fuere ducum.
Sigfridus ſequitur, *Sigmundus* in ordine quartus,
Alter *Conradus* quintus et inde fuit.
Illius hinc ſedem *Conradus* tertius intrat,
Qui *Gutzcouenſi* natus in arce comes.
Proximus eſt illi praeſtans uirtute *Guilhelmus*,
Doctoris titulo qui decoratus erat.
Quem comes *Hermannus*, clara de gente *Glichenna*,
Subſequitur, cuius nomen honorque uigent.
Iarimarus *Rugiae* princeps, *Petrusque* diſertus,
Quem ueterum monachum ſcripta fuiſſe docent.
Henricus praeſul, praeſul *Conradus* eundem,
Praeſul et *Arnoldus* gaudet habere locum.
Saxoniae princeps magnum *Fridericus*, honorem
Praeſulis hinc tulit, hic qui iacet ante chorum
Mox ſucceſſit ei patruus dux Saxo *Iohannes*,
Cuius in hoc recubant molliter oſſa choro.
Illius inde capit *Rechbergus* regna Philippus,
Tangit at ipſius non data mitra caput.
Willichio poſt hunc ſimili ratione Iohanni
Mors quia praeuenit non data mitra fuit.
Quem tulerat celſis munita *Boemia* ſyluis,
Atque *Hennecouius* nomine praeſul erat.

Poſt

Poſt hunc inuenió magnum regnaſſe *Iohannem.*
Apuliae princeps qui regionis erat.
Buchius antiſtes crucifer tulit inde coronam,
Cuius Saxo locum dux tibi magne rapis.
Et *Sigfridus* et *Henningus Stolpenſis* uterque,
Illis *Henricus* proximus inde fuit.
Eberſteinorum comitum *Ludouicus* alumnus
Electus prudens tale recuſat onus,
Qui Latia fuerat nutritus fraude, *Marino*
Praeſulis hinc conſert impia Roma pedum.
Quod, licet indignus tanto *Benedictus* honore,
Cum mitra ſolito more deinde capit.
Rurſus ab officio quem feribunt eſſe remotum,
Commiſſas CHRISTI non quia curat oues.
Quem *Colberga* tulit Martinum clara *Carittum,*
Huius ſucceſſor non ſine laude fuit.
Templa DEI aedificat, collapſaque caſtra reſtaurat,
Paſtor ad extremum ſedulus usque diem.
Poſt *Manduuelo* ſapiens patre natus Erasmus
His terris praeſul commoda multa tulit.
Amborum nitida monſtrantur in aede ſepulchra,
Summus ubi ſedem praeſul habere ſolet.
Hinc *Bugenhagio* Pomeranae gentis alumno,
Hic offertur honos, ille recuſat onus.
Suauenius ſit defuncti ſucceſſor *Erasmi,*
Qui cito ſuſceptum deinde reliquit onus.
Illius ergo locum poſt eſt *Weigerus* adeptus,
Cuius *Corlini* membra ſepulta iacent.
Tunc ouium Chriſti FRIDERICO ſumma IOHANNI
Eſt Pomeranorum tradita cura DVCI.
Octodecim qui rexit eos feliciter annos,
Vt teſtatur in his dogmata pura locis.
Qui CASIMIRE tibi CHRISTI committit ouile.
Dux pulchro iuuenis corpore, mente ſenex.
Huius agas magnam ſemper dux inclyte curam,
Summus habet quoniam non leue praeſul onus.

Bauenberg. Sic appellabatur olim Bamberga. Montem Pauonis eam uocat *Gretſerianus Andreae* in praefatione. Plura de hoc nomine habet *Adrianus Romanus, in paruo theatro urbium* edit. Francofurti anno M. D. XCV. p. 142. Bamberga, *inquit*, ſita ad fluuium Regnitz, primum uocata fuit Bamberg, hoc eſt mons Babae, a *Baba Ottonis* ducis Saxonis filia atque uxore *Alberti* comitis Bambergenſis. Alii ciuitatem hanc uocant *pauonis montem*, Pfauenberg. Ita Pantheon GOTFRIDI VITERBIENSIS:

Bauaricus fluuius uulgo Radiantia dictus
Norica iura fouens, uarieque uagando relictus
Montis Pauonis urbis amoena colit.
Nomine uulgato mons hic Bamberga uocatur,
In crucis ipſe modum poſuit ſibi pauo colonum,
Stat medius *Petrus, Stephanus* ſibi dexter habetur,
Vertice ſtat *Iacobus*, laeua *Michael* retinetur,
Fertque ſecum fluuium uirgo *Maria* deeus.

Eosdem uerſus reperit *M. Theodorus Engelhuſius* in chronico a *Madero* edito pag. 104.

Ad eundem. Exigitis a me pater p. 397. l. 7. Barbare. Atque haec talia multa occurrent tam in *ſcriptura*, quam *ſtructura* uerborum; quomodo et littera P ſaepe interponitur et abundat, H uero omittitur et rurſus additur absque cauſſa: quae aliaque corrigere nolui, ut inde barbaries illius temporis innoteſceret. Quae tamen condonari poſſet, ſi nulla morum doctrinaeque barbaries ſimul irrepſiſſet, de qua uiri docti hactenus queſti ſunt, quae nunc repetere huius non eſt loci, ipſa tamen hiſtoria lectori de talibus cogitandi praebebit occaſionem. Atque hoc indicaſſe ſatis erit, ne deinceps eadem repetanda ueniant. Noſtrum non eſt ſcriptoris ruditatem uel accuſare, uel excuſare: ipſe prodet ſe et ignorantiam confitebitur, tam in utroque prologo, quam in ipſo hiſtoriae contextu. Confitenti ueniam dare nolle, ſuperbiae foret indicium.

Ad eundem. Per opinatiſſimum ec noſtris temporibus etc. p. 397. Inuehitur hic *Gretſerus* in D. Cramerum pag. 560. eumque aut uerba Andreae oſcitanter inſpexiſſe, aut in manuſcriptis libris legendis non admodum uerſatum eſſe ſuſpicatur. *Quis enim*, inquit, *aut tam caecus, aut ſaltem luſcitioſus fuerit, qui non uideat, textum Andreae perperam a praedicante repraeſentari, omninoq; reſcribendum: per opinatiſſimum nunc in ſecula ſanctum Ottonem, Pomeranorum apoſtolum, noſtris temporibus diuina peregu cle-*

mentia. At rectius iudicabunt, qui textum Andreae inſpicient; hoc enim ille docet, quod Deus per Ottonem, qui noſtris, non primis, temporibus fuerit apoſtolus Pomeranorum, nouiſſime ſeu ultimis temporibus, multa ediderit miracula. Si ita ueteres auctores corrigi deberent, quomodo Gretſerus hanc ſibi poteſtatem arrogat, certe aliena propriis, falſa ueris miſcenda eſſent. Nobis ita temerariis eſſe non licet, qui malumus auctori relinquere, quae ſua ſunt, quam quae meliora nobis uidentur obtrudere.

Ad capu: I. p. 400. B. *dum uocem pectori.* Poſſet etiam legi *paſtori*, ſcilicet Ottoni; at cum et hic ſenſus uerborum bonus ſit, *quod illud ſcribere uoluerit, quicquid animo conceperat*, nihil mutandum duxi.

Ad caput III. pag. 403. B. *caritas.* Sunt uerba *S. Gregorii* quod notat *Gretſerus h. l.*

Ad c. V. 404. F. *Ob ueneration em.* Vt Mariae decenter recordaretur eamque honoraret honore legitimo, qui ſanctis competit. Sic Conſtantinus aedem appellauit a nomine *S. Sophiae.* Conf. Stephanum in tract. de locis ſacris cap. I. n. 43. ſeqq. p. 11. ſeqq.

Ad caput V. p. 405. C. *exterioris hominis habitus.* Quod et ipſe absque dubio in Pomerania obſeruari uoluit, ut ueſtitus reſponderet perſonae et officio. Quam tamen legem ſpreuerunt multi, ut propterea epiſcopus *Martinus Karith in ſtatutis ſynodi Stetinenſis*, habitae anno MD. denuo eam ſanxerit, quae cum Deo in lucem proxime proferantur.

Ad caput VI. p. 406. B. *pſalmodiae cum eo tacabat.* Id decet epiſcopos, lectionibus et concionibus uacare. Hymnis accenditur, hymnis propagatur pietas. Inde primi chriſtiani etiam in cryptis cecinerunt, eaque cantandi conſuetudo in eccleſia ſemper obſeruata fuit; quam nec ethnici olim neglexerunt, uti ex *Homero* conſtat. Feſtis ſecularibus pueri et puellae laudabant Deos, quales odas praeſcripſit Romanis Romanae fidicen lyrae *Horatius.* Canonicorum poſtea illud ſtudium erat et labor, quem ubi ſere non poterant negotiis ſecularibus implicati, uicariis ille impoſitus fuit. Multa de hymnis dixi in *Hymnario* meo, cui titulus: *antiquitas et ueritas Lutheranae eccleſiae ex hymnis catholicis demonſtrata.*

Ad caput VII. pag. 407. *Calixto papa.* Quomodo lis illa compoſita ſit, memorat *Crantzius in Saxonia* lib. V. *cap.* 24. his uerbis: inſtantia legatorum ſedis apoſtolicae, immo Dei miſeratio deſuper aſpiciens effecit, ut in *Vangiono*, quae nunc *Wormacia*, conuentus alius indiceretur: quo loco, quia uenerat tempus miſerendi *Syon*, cor regis, quod in manu Dei eſt, ita inflexit Deus ipſe, ut ad communionem eccleſiae et ad pacis formam ſubſcriptam rex, quod nunquam facturus credebatur, quodque nemo de illo praeſumere aut ſperare poterat, conſenſerit. Erat autem ea quae nunc usque ſeruatur, pacis inſtituta concordia. Proſuerit autem ipſarum literarum ſeriem utrinque ponere. *EGO HENRICVS Dei gratia Romanorum imperator Auguſtus*, pro amore Dei et ſanctae Romanae eccleſiae et domini papae *Calixti*, et pro remedio animae, dimitto Deo et ſanctis eius apoſtolis *Petro* et *Paulo*, ſanctaeque catholicae eccleſiae omnem inueſtituram, per annulum et baculum, et concedo in omnibus eccleſiis fieri electionem et liberam conſecrationem. Poſſeſſiones et regalia beati Petri, quae a principio huius diſcordiae usque in hodiernum diem, ſiue tempore patris mei, ſiue etiam meo ablata ſunt, quae habeo, eidem ſanctae Romanae eccleſiae reſtituo; quae autem non habeo, ut reſtituantur, fideliter adiuuabo: poſſeſſionis etiam omnium aliarum eccleſiarum et principum, et aliorum tam clericorum quam laicorum, conſilio principum et iuſtitia dictante, quae habeo reddam, quae non habeo, ut reddantur fideliter iuuabo: et do ueram pacem *Calixto* ſanctaeque Romanae eccleſiae et omnibus qui in parte ipſius ſunt, uel fuerunt, in quibus ſancta Romana eccleſia auxilium poſtulauerit, fideliter iuuabo. EGO CALIXTVS, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum imperatori ſemper auguſto, concedo electiones epiſcoporum et abbatum Theutonici regni, qui ad regnum pertinent, in praeſentia tua fieri, absque Simonia et aliqua uiolentia: ut ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, metropolitani et comprouincialium conſilio et iudicio ſaniori parti aſſenſum et auxilium praebeas. Electus autem regalia per ſceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam eccleſiam pertinere noſcuntur, et quae ex his tibi iure debet, faciat. Ex aliis uero partibus imperii conſecrandus intra ſex menſes regalia per ſceptrum a te recipiat; de quibus uero mihi querimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum, auxilium preſtabo; do tibi ueram pacem et omnibus, qui in parte tua ſunt uel fuerunt tempore huius diſcordiae. Datum anno XXII. VIII. Calendas Octobris. Multa huc facientia et potiſſimum ſcriptores, a quibus controuerſia iſta, quae fuit inter *Henricum IV.* imperatorem et *Gregorium VII.* ſ. Hildebrandum tractata fuit, collegit *Henricus Bangertus* in notis ſuis ad *Helmoldum* l. I. cap. XXIIX. pag. 73. ſeqq.

Ad

Ad caput IIX. p. 408. I. D. Cum reliquiis sanctorum. Quas portauerunt, ut testarentur se eandem profiteri fidem, quam ipsi uerbo et sanguine confirmauerant; unde et Deum sibi propitium fore persuasi sunt, quod a maiorum institutis non recessissent, qui uti antehac in terris, ita nunc in caelis ipsum uenerarentur: de quo legatur *S. Ambrosius* sermon. XCII. et XCIII. ceterique auctores, quos allegat *M. Salomon Stepnerus* in tract. de sacris christianorum cap. I. num. 54. p. 141. et seqq.

Ad cap. XI. p. 412. I. E. Simoniacae haereseos. Ita dictae a Simone mago Act. IIX. quae late nimis diffusa fuit. Notat eleganter corruptos illos mores *Bernardus Morlanensis, monachus Cluniacensis*; qui eodem claruit seculo, quo Otto noster, in lib. 3. de contemptu mundi lit. F. 7, his uersibus:

Turba neophyta fert sacra uendita, res mala talis.
Est modo regia, cras sibi gratia pontificalis.
Mane uir aulicus, aspice clericus est modo tonsus,
Ventris episcopus, ecclesiae procus est, neque sponsus.
Ad sacra culmina denique crimina suscipiuntur,
Sobria pectora, canaque tempora reiiciuntur,
Horreo dicere, parco retexere, uito prosari
Plurima quae scio cognita, nescio sat lacrymari.
Obtinet atria pontificalia foeda iuuenis,
Corpore lubrica, corde uolatica quomodo uentus,
Clarus origine, siue propagine clarus auita,
Expetit atria pontificalia ui, neque uita.
Sanguine nobilis, et minus utilis ad lucra moris,
Sanguine dimicat, hic sibi uendicat illud honoris.
Quilibet improbus extat episcopus, abba creatur,
Vi, precio, prece, dignus homo nece, sceptra lucratur,
Nullus ei tremor, haudque suae memor, est aliarum.
Non sine Simone, sed sine canone, dux animarum.

Plura leguntur in hoc libro III. *lit. G.*

Stat modo mammona, defleo Simona iam reparatum,
Stant lucra Simonis, alea daemonis in grege patrum,
Sceptra magus gerit atque graui ferit omnia morte,
Viuit adhuc magus, atque suo uagus errat in orbe.
Viuit et imminet, ut mala semmet, et bona uellat,
Ducat in inuia, suggerat impia, recta repellat.
Vox rata Simonis, irrita canonis ecce tenetur,
Viuere mortuus hostis et arduus ire uidetur,
Simonis ossibus in senioribus est data tumba,
Gratia uenditur, unica tollitur aere columba.
Stat furor editus ordoque perditus, immo sepultus.
Venditor hic ouis, inde sacri bouis est modo multus.
Simplicitas oue, sermo Dei boue significatur,
Venditor istius omnis, et illius aede fugatur.
Venditor est reus, huic loquitur Deus ipse, recede.
Hunc fugat agmine, deiicit ordine, pellit ab aede.
Vendis inanibus utraque laudibus, utraque donis,
Quid super his petis? aure lucrum metis, ore reponis.
Ouia deuia non modo gratia gratis habetur.
Vi male tollitur, ore que poscitur, ære tenetur.
Gratia uendita gratia tradita ui feritatis,
Non fore gratia, sed uiolentia cernitur actis,
Gratia gratia quam parit unica ternaque marcha,
Gratia nomine stat, iacet ordine, fons suus arca.
Gratia quaeritur ore, capessitur aere petita.
Esse quod est nequit, hanc tribuens petit aes Giezita,
Aere magus perit, aes Giezi gerit, ambo nefandi.
Ille repellitur, isteque caeditur ulcere grandi.
Mors manet illius et color istius, omnibus haerens.
Mens quibus est rea per lucra terrea surgere quaerens.
Hic male surgitur, hic cito sumitur alta ruina.
Est grauis hic thronus, hic honor est onus, haec rosa spina.
Est tibi sarcina, qui tua crimina siue tuorum,
Tergere despicis, et minus aspicis ad lucra morum.
Est tibi gloria, qui mala propria, qui gregis aeque,
Stas stipe tergere, stas prece tollere, nocte dieque.
O mala secula: uenditur insula pontificalis,
Regula perdita, prauaque semita semita talis.

Gratia uenditur, emptio quaeritur ec-
cleſiarum;
Quae tamen eptio ſacra redemptio ſer-
earum.
Gens cupidiſſima, crimina peſſima recta
perorant,
Simonialia nempe negotia uoce colo-
rant.
Et ſacra uox ait, inde lupus trahit, hinc
rapit agnos.
Nemo repellere ſtat, grege paupere flen-
te, tyrannos,
Quisquis ouilia ſpiritualia paſcere de-
bet,
Paſcitur, accipit, his bona diripit, his ea
praebet,
Gaudet arundine, non moderamine
pontificatus.

Contra hos Simoniacos ſcripſit pon-
tifex *Gregorius I.* cognomine *magnus*,
quando hortatur *Virgilium*, Arelatenſem
epiſcopum, ut moneat regem *Childeber-
tum*, ne eos ordinari permittat, in epi-
ſtolis ad illum ſcriptis lib. 1. epiſt. 55. lib.
5. epiſt. 53. lib. 7. ep. 110. et 115. l. 9. epiſt.
49. et 63. Conf. diploma *Innocent.* in
Andr. p. 59. noſtrae edit. 429.

Ad cap. XII. p. 413. l. F. pallium. De hoc
pallio, quomodo conficiatur, uide *Ger-
hardus* in loco de miniſterio eccleſiaſti-
co p. 81. th. 132. Pallium donauit pon-
tifex *Marcus* Oſtienſi epiſcopo, de quo
Platina p. 48. Quid illud ſignificet, et
quid ab epiſcopo poſtulet, prolixe de-
cet papa *Leo XI.* in diplomate, quod mi-
ſit *Harrwico III.* epiſcopo Bambergenſi,
in uita S. Henrici imperatoris edita in lib.
cui nomen *a diuis Bambergenſibus a Gret-
ſero* cap. XVII. pag. 24. Idem in no-
ſtro Andrea repetitur pag. 412.
Scripſit et *Iohannes V.* pontifex Roma-
nus libellum de dignitate pallii, prout
Platina in eius uita docet, pag. 103. edit.
Colon. ab anno 1593. Verba notatu di-
gna ſunt, quae idem *Platina*, bibliothe-
carius Sixti IV. habet in *Leone II.* pag.
99. Leonis, *inquit*, inſtitutum eſt ac qui-
dem *ſanctum*, *quod utinam hodie obſerua-
retur*, ne ad archiepiſcopatum aſſumptus
pro uſu pallii aliorumue officiorum
quicquam eccleſiae perſolueret, cum ex
largitione multa quotidie mala orirentur. Conferatur *Sabellicus* lib. IIX. En-
nead. 6. col. 547. *Paſchalis* uero II. uo-
luit, ut qui pallium acceptur eſſent, pa-
pali ſedi ſe iuramento fidelitatis obſtrin-
gerent, cum plena ſubiectione, de quo
legatur *Marc. Antonius de dominis* l. III.
de republ. eccleſ. cap. II. pag. 498. ſeqq.
Idem intenditur conceſſione *praeferen-
dae crucis*, in noſtro *Andrea* pag. 414.
De pallio uideatur etiam *Tertull.* ibique
notae *Salmaſii*, et auctarium rerum
Hamburgic. *Lambecii* pag. 419. et 420.

*Ad cap. XV. p. 416. l. F. Sine obligatione a-
licuio iuramenti.* Quo fidem ſuam obſtrin-
geret ſedi Romanae, nec in gratiam cae-
ſaris contra eam quicquam moliretur,
uti pateſcit ex pag. 417. Tanta nimirum
pietate fuit noſter Otto, ut et iniurato
fides haberetur.

Ad cap. XVI. p. 417. l. F. In cunctis. Se-
quantur bonum ducem, quotquot ho-
die praeſunt; hic finis, hic ſcopus o-
mnium ſit: quod egregie docet, ſupra
laudatus *Bernardus Morlanenſis* lit. F. 8.
et G. 1. his uerſibus:

Viuat uti monet, osque manu ſouet, et
manus ore,
Sit ſacra regula, quem tegit infula pon-
tificialis,
Debile fulciat, et rude nutriat omne
ſub alis.
Culpa patrem ſciat, actio ſentiat aequa
magiſtrum.
Ordo parem ſciat, actio ſentiat orba mi-
niſtrum.
Laus ſibi tortio poena probatio ſit re-
proborum,
Clauſtra gregi ſtruat, et uitium ſpuat,
aut uitioſum,
Scala ſit aetheris, arcaque ſoederis, ho-
ſtia uiua,
Quos foris aſperat, ultio proferat, intus
oliua.
Pax datre, iudice fraus, tumor obice,
grex patre cauto
Floreat, exulet, occidat, ambulet ordi-
ne ſancto.
Virgaque ferrea frangere terrea uaſa mi-
netur,
Incipiet, arguat, obſecret, inſtruat, au-
xilietur.
Vrat inutile, quin ſuper utile ponat ho-
neſtum.
Nocte gelu ferat, atque die gerat ut Ia-
cob aeſtum,
Sint uigilantia, ſint ſibi neſcia lumina
ſomni.
Sit ſine uulnere mens, ſine munere ſit
manus omnis.
Vox logion ferat, et labor inferat huic
humerale.
Gallus eat bonus, adſit ei ſonus oris et
alae,
Quae reticeſcere, quae, quibus edere,
cur, ubi, quando,
Proſit oporteat, haud male torpeat in
meditando.
Larga manus ferat, haud animam gerat
actus auaram,
Mentis aromata uel thymiamata portet
ad aram.
Sit ſacra buccina, uiuaque pagina, ſit
ſpeculator,
De grege gaudeat, in grege luceat auctus
et auctor,
Pictor imagine, ſigniſer agmine, dux gre-
ge ſcitur,

In

In grege dux placet, in duce grex iacet, aut ſtabilitur.

Eſt bona filia, notio, gloria, gemma parentis,
Plebs bona praeſulis, urbs bona conſulis, ars bona mentis.

Ad c. XVII. p. 418. l. C. auari notantur. Vbi rerum adſunt teſtimonia, uerbis opus non eſt. Nec negat hoc monachus, in praelatos tamen transfert hanc culpam, *quibus hoc facientibus* ipſi tales uideantur. Et ferendum illud eſſet, ſi exemplum Ottonis ſecuti CHRISTVM PAVISSENT, non VENTREM. At quid *Morlacenſis* lib. III. lit. F. 8. queritur de ſeculi illius moribus?

Vina fluunt mera, firmior eſt fera, plorat egenus. etc.

Ad cap. XIIX. usque ad XXIII. Haec ex *Ciceronis* lib. I. de officio deſcripta ſunt, cum quo *S. Ambroſii* libelli de officiis conferi poſſunt, ſi libet.

Ad cap. XXVI. et XXVII. pag. 422. Ad diendos, et utrumque rectoribus eccleſiarum conueniat. Pie omnino et recte. Tales ſcilicet uult eſſe apoſtolus epiſcopos ſuos *Timotheum* et *Titum*, quos illi imitentur, qui et hos et Ottonem in honore habent. Plurima collegit ex patribus, conciliis aliisque, de epiſcoporum officio concionandi amicus meus in acad. Roſtochienſi *Iacobus Gottenius* Lubecenſis p. m. in libro I. *Obſeruationum* cap. 1. pag. 1. et ſeq. usque ad p. 13. Confer *Petrum Martyrem* in comment. epiſt. ad Romanos part. I. p. 39.

Ad cap. 35. pag. 427. lit. C. Fiunt ſpiritualiter. Et hoc inquit melius eſt. Ita praefert emendationem animorum per preces et ſtudia laboresque ſanctos miraculis externis. Fruſtra iactant miracula, qui ueram doctrinam non habent, nec pietate praecellunt aliis, quam iſta plerumque comitari ſolent. Quod alias attinet miracula Ottonis, quae recenſentur *lib. 4. huius Andreae*, de iis quidem non dubitarem, Deum talia potuiſſe et uoluiſſe edere ad euertendam idololatriae faeditatem, et confirmandam doctrinae chriſtianae, qua talis, ſanctitatem, ſi modo plura de iis exſtarent teſtimonia. Finguntur quandoque talia, quae, ſi uiuerent uiri ſancti, quibus ea tribuuntur, ignorarent. Quibus lubet, illi legant de miraculis *lychnum propheticum Brochmandi* part. 3. cap. 9. pag. 180. ſeqq. Hulſemannum in manuali Auguſt. confeſſ. contra *Hagerum* diſp. 18. pag. 998. ſeq. *Gerhardum* in loco de eccleſia et *Damhauuerum* in meletemate ſ. lib. ſingulari de miraculis, praeter innumeros alios.

Ad cap. 36. p. 428. l. C. corpore ac ſanguine. Hoc tempore calix ex coena nondum ſublatus, isque laicis etiam porrectus fuit. Idem docebit diploma *Innocentii* pag. 59. Formula doctrinae *Ottonis* pag. 302. et diploma *Conradi* epiſcopi Pomeraniae p. 556. huius libri. Non omnes ergo errores uno tempore in eccleſiam irrepſerunt, ſed nunc hic, nunc ille, dormitantibus praelatis, ueram doctrinam obſcurauit, de quo legantur *Centuriae Magdeburgenſes*. Queritur ipſe *Sefridus* in *Andrea*, cap. 24. l. I. quod abbates multos ſaepe ritus et conſuetudines mutauerint non absque detrimento fratrum. In doctrinis idem contigiſſe, probant litigia monachorum, *Thomiſtarum*, *Scotiſtarum* aliorumque publice docentium. Quomodo uel *Gretſerianus Andreas* teſtimonio eſſe poteſt, quando introducit Sefridum cum Tiemone de *praedeſtinatione* non recte diſputantem pag. 418. ſeqq.

Ad caput 38. pag. 431. lit. C. menſa canonicorum. Illi enim uti domum, ſic et menſam communem habebant. In *concilio Moguntino* ſub Carolo celebrato cap. 9. praecipitur; *ut canonici clerici canonice uiuant, obſeruantes diuinam ſcripturam, et doctrinam et documenta S. patrum, nihilque ſine ſcientia epiſcopi uel magiſtri agere praeſumant, et ut ſimul dormiant et manducent, ubi facultas hoc faciendi ſuppetat, et in ſuo clauſtro maneant.* Sic *ei Trithemius* refert *in chronico Hirſangienſi* fol. 41. *in cathedralibus eccleſiis hanc fuiſſe canonicae uitae antiquam inſtitutionem, ut canonici in commune uiuerent, unam habentes menſam, unam burſam, unumque commune dormitorium.* Plura ſuggeret *Hoſpinianus* in lib. de origine monachatus pag. 55. ſeqq. Cum quo omnino conferatur *Caſſander in conſultatione* pag. 1009. et ſequentibus operum edit. Paris. qui cum Luthero ſuadet, ut iuuentutem uel ipſi canonici informent, uel alios illi erudiendae praeficiant.

Ad caput 39. pag. 431. lit. F. Salutari ligno ſanctorumque reliquiis. Adiecit lignum crucis dominicae, ut crucem ſuam faceret ſpectatoribus gratam. De cruce domini inuenta diſputat prolixe *Hoſpinianus* contra *Gretſerum*, in lib. de feſtis chriſtianorum pag. 82. ſeqq.

Ad cap. 39. pag. 432. lit. G. libris utriusque teſtamenti. Hoc praecipuum eius ſtudium, quando in monaſteriis et eccleſiis libros ſacros extare uoluit, ut legerentur, non negligerentur. Idque ex antiqua conſuetudine, quam ex *Euſebio* de uita Conſtantini lib. 1. cap. 36. 37. fol. 401. 402. *Socrate* hiſt. eccl. lib. I. c. 6. fol. 586. Theodorico lib. 1. cap. 19. fol. 32. *Nicephoro* lib. 8. cap. 27. fol. 395. *Cent. Magd.* IV. 7. fol. 509. probat *Stepuerus* in tract. de ſacris Chriſtian. cap. 1. num. 51. pag. 135.

Ad cap LIIX. p. 434. lit. D. regulares canonicas h. e. canonicorum regularium aedes et reditus, de quibus iam ſupra ex *Hoſpiniano* quaedam allegata ſunt, qui multa de his recitat lib. de orig. monachatus pag. 55. et ſeqq.

Ad caput XLVI. p. 436. lit. C. Corporales accipere diſciplinas. More illius temporis, quo crediderunt, ita affectus prauos domari poſſe, quos rectius precibus et laboribus fregiſſent. Quomodo flagellandi conſuetudo ab ethnicis ad chriſtianos deriuata ſit, quae tamen in eccleſia primorum temporum incognita fuerit, docet CL. *HARTKNOCH* in animaduers. ad part. 3. chronici Pruſſiae Petri de Dusburg cap. 22. pag. 106. De eadem prolixe agit *D. Iohannes Conradus Dannhaverus* meus olim in Acad. Argent praeceptor in diſp. de *ὑποτιασμῷ* Paulino ex I. ad Cor. 9, *Gretſerus* in ſuo Andrea l. 1. cap. hoc ad marginem adiicit: *notent hoc praedicantes Luthérani, maxime ſuperintendentes.* Ille uero notet, quae iam dicta ſunt. Quis hoc requiſiuit Gretſere a manibus ueſtris? Fruſtra DEVS colitur doctrinis humanis et uanis, quales in tuo agoniſticq ſpirituali proponis.

Ad caput XLVII. pag. 437. lit. F. Tantae perfectionis. Ergo monachorum opera non praeſtantiora ſunt aliorum operibus, qui DEO ſeruiunt, et fruſtra iactantur opera illorum, quae ſupererogationis appellant, ſi perfectiora ſunt opera epiſcoporum; niſi enim ea perfectiſſima ſint, nondum plus praeſtant monachi, quam debent.

Ad caput LI. pag. 439. lit. F. Boleslaus. Hic eſt *Boleslaus III.* filius *Vuladislai*, qui a concauitate oris ex morbo inflicta *Crziuouſti* ſeu *Criuouſtus* eſt appellatus, quod ſonat indirecti oris, ut loquitur *Matthias de Michouia* lib. 3. cap. 7. et *Martinus Cromerus* lib. 3. Hiſtor. Polon. tom. 2. eiusd. corporis pag.

Ad caput LII. pag. 441. lit. E. Fabula retro baeſimenta. Sic et Gretſerus legit. Corrupta haec omnino lectio, quae ex MSC. alio, ſi quod Bambergae uel alibi exſtaret, corrigi poterit. In meo codice legebatur *patula retro hauri-menta.*

Ad caput LIII. pag. 442. lit. E. Fuſtani, bruſſati, fritſali. Inquirat curioſus lector ipſe, ſi uacat; cuius generis uel coloris ille pannus ſit. Ego in his bonas horas perdere nolui, cum et talia ignorari nunc utiliter poſſint. Forte haec ſunt nomina propria populorum ut Braxellenſium, Friſiorum aliorumque qui pannum illum attulerunt.

Ad cap. LIV. pag. 443. lit. A. Bela. Cognatus ille Ottonis fuit. *Auentinus* l. 7. Annalium Boiorum pag. 555. edit. Baſil. de eo ſcribit: *Bela quartus Vngrorum rex, ex gente Andechſia maternam ducens originem &c.*

Ad caput LIIX. pag. 448. l. G. In omni religione. Quid mirum ergo, ſi dormientibus non raro epiſcopis et abbatibus lolium ſalſae doctrinae et rituum non neceſſariorum in agro dominico excreuit?

Ad caput LIIX. pag. 449. lit. A. In ſchola Chriſti ſub ordine canonico. Sic canonici ipſi bonas litteras, artes et pietatem docuerunt; imo et magiſtri ſcholarum canonici, erant. Videatur *Helmoldus* l. 1. chron. Slauorum cap. 42. pag. 108. ſeqq. et CL. *Hartknoch* in animaduerſ. part. 3. cap. 339. chron. Pruſſ. pag. 397. Hinc nomen *ſcholaſtici.* Exſtat diploma Colbergae in capitulo, in quo ſcholaſtici diligentia laudatur, quod hic ex membranis exhibendum duxi.

CONRADVS, Dei gratia Caminenſis epiſcopus, omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in domino. *Vniuerſitati ueſtrae praeſenti litera declaramus, quod ad meliorationem ſtipendii, cui SCOLASTRIA in eccleſia* Colbergenſi eſt annexa, uillam, quae *Lulleuitze* uocatur, in territorio Colbergenſi, contulimus in decima ad Scolaſtriam, ut *is, qui maiore labore eſt obligatus, fructu etiam gaudeat copioſiore.* Et ne alicui haec noſtra collatio ueniat in dubium, hanc noſtris litteris cum ſigilli munimus appenſione. Quotus in ordine fuerit hic *Conradus*, num primus an ſecundus, tertius, aut quartus, tot enim fuerunt, non additur, annus enim et dies omiſſus erat. Eſt uero ille *Conradus* IV. cum malio diplomate dato anno 1323. nominet *Hermannum* praedeceſſorem ſuum, de quo Hermanno uide pag. 460. noſtrarum obſeru. Hoc tamen ſuum officium poſtea uicariis commendarunt, de quo exſtat diploma canonicorum, hic *Colbergae* datum, anno 1378. quod proxime cum Deo in deſcriptione *antiquit. eccleſiae Colbergenſis* communicabitur. Conferatur *Caſſander* ſupra allegatus pag. 1009. ſeqq. operum. Tale uero capitulum hic Colbergae ſemper fuit, nec illum ante illud monaſterium aliud; ut ex hoc coniicere liceat, illud uel ab ipſo Ottone, uel a primis epiſcopis ortum trahere. Errat itaque *Nicolaus Leuthingerus* in comment. parte IIX. lib. 2. pag. 76. quando ſcribit; *Barnimum ducem ex monaſterio collegiatam eccleſiam feciſſe D. Mariae ſacram anno* M. CC. LXXIIX. Cauſa forte erroris eſt, quod neſciuerit, talia capitula etiam monaſteria eſſe dicta.

Pro-

Produco ipſum diploma *Barnimi* exA membranis, quod datum eſt anno M. LXVI, ex quo conſtabit uerum eſſe, quod aſſero. Illud ita ſe habet,

BARNIM, *Dei gratia dux Slauorum, dilectis* Capellanis *ſuis, praepoſito, theſaurio, totique capitulo Colbergenſis eccleſiae in perpetuum. Ad laudem bonorum uindictamque malorum gladio materiali accincti, noſtra intereſt, non ſolum defenſioni et commodo populi intendere, quem* B *gubernamus, uerum etiam* Deo dicatis eccleſiis et earum miniſtris *taliter prouidere, ne cuiuslibet temeritatis impulſu patientes temporalium detrimenta* a ſacro miniſterio *euellantur. Veſtris igitur petitionibus pio ac fauorabili occurrentes aſſenſu et rerum temporalium, nec non et his, quae nobis impoſterum poſſint officere, detrimento praecauere uolentes, de mera liberalitate et gratia ſpeciali auctoritate* C *praeſentium uobis concedimus et donamus, ne quis religioſus religioſaue perſona, regularis ſeu monaſticae profeſſionis ordinis* S. Bernardi, Benedicti, Auguſtini, Dominici *ſeu* Franciſci, Hoſpitaliorum, Templariorum, domus Teutonicae *ſeu cuiuslibet alterius profeſſionis inuentae ſiue inueniendae in ciuitate Colberg et in* parochia ueſtra *aedificare uel domicilium habere praeſumat, ſiue donationis, ſiue emptionis titulo ad ipſos fundus,* D *in quo aedificare maluerint, deuoluatur, niſi de ueſtro omnium ſpeciali aſſenſu percipitur et fauore, decernentes, ut quicquid poſt nunciationem noui operis aedificatum uel exſtructum, poteſtate, noſtra efficialiumque noſtrorum penitus deſtruatur. Praeterea ſi ciues dictae ciuitatis* domum ſancti ſpiritus *aedificare proponunt,* E *id aliter eis non concedimus, niſi ueſter accedat aſſenſus et ſacerdos, qui in diuinis dictae domui pro tempore miniſtrare debebit,* a uobis inſtituatur. *Teſtes huius donationis ſunt* Conradus *praepoſitus Stetinenſis,* Hinricus *canonicus Guſtrouienſis,* Arnoldus *notarius noſter*, Kazimarus Borko, Domizlaus, Iohannes Kulo, Glaumarus, *milites et alii quam plures.* F *Vt autem noſtra haec donatio rata ſit, et in futuris temporibus inconuulſa perſiſtat, praeſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboratam uobis in teſtimonium duximus largiendam, Datum* Colbergk *anno domini* M. CC. LXVI. *in die ſancti* Laurentii *martyris.*

Numerus horum canonicorum ſi quaeritur, decem illi fuerunt *Colbergae,* G uti uetus membrana docet, quae hic aſſeruatur, his uerbis; *Statuta eccleſiae Colbergenſis:* Docuit ſiquidem ſeniorem eiusdem, eccleſiae canonicorum fida afflatio, undecim eſſe praebendas eccleſiae Colbergenſis, inter ſe diſtinctas in fructibus perpetuo duraturis, quorum ultima *puerilis* dicitur, habens XV. annuerſarios reditus de monaſterio *Belbuk*. *Et deinde.* Decem capitulares exiſtant in ſacrorum plenitudinem. *Et iterum.* Sed praepoſitura habens deputatam praebendam in uilla Tramme. *Reliqua legi non poterant.* Primus inter eos *decanus* ſeu decimus appellatus eſt, quales in oppidis *decuriones* erant. Qui omnibus praeerat, praepoſitus uocabatur. Tales in eccleſia fuiſſe tempore apoſtolorum epiſcopus ſeu presbyteros et diaconos; ego non dubito, qui coetum chriſtianum regebant, quod *S. Ignatius* docebit nos, quando in epiſt. ad *Philadelph.* pag. 42. ed. *Iſ. Voſſii* pag. 43. inquit. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, h. e. epiſcopo attendite et presbyteris e diaconis. Vocantur iidem praeſides et capitanei ab eodem συνέδριον καὶ ἐπισκοπή, ſynedrium ſeu collegium et capitulum epiſcopi pag. 43. et in epiſt. ad *Trallenſios* pag. 48. ubi collegium illud uocatur πρεσβυτέριον, ſenatus ſeu ſeniorum conſeſſus. In eadem notatu digna ſunt uerba pag. 50, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν τῇ συνειδήσει. *Qui ſine epiſcopo et presbytero et diacono operatur aliquid, iſte non mundus eſt in conſcientia.* Et tales ordines ab eodem pag. 50. appellantur Τὰ διατάγματα τῶν ἀποστόλων, ordines ſeu conſtitutiones apoſtolorum. Atque hi erant *eccleſiarum miniſtri*, ut *Barnimus* noſter dicebat. O felix eccleſia, quae tales habuit rectores! At fuimus Troes, fuit Ilium et ingens gloria Dardaniae gentis! ubi nunc Adam es, ubi canonici? Annon plerique iſti

Qui negligendo canonem
Vitae repoſcunt canonem?

Audiantur uota *Caſſandri*, et redibunt in priſtinum aurum et mores ſecula! Sed de hoc plura in proimiſſo libello, ſi Deus uolet, cum ſtatuta ſynodi Stetinenſis, a B. Carito epiſcopo habitae anno 1500. produxero, in quibus illorum mores atro carbone depinguntur.

Ad caput LIIX. lib. I. pag. 451. G. *Tam diuina, quam ſeculari ſcientia.* Hic clare docetur, quod monaſteria ſcholae fuerint, in quibus et pietas, et artes liberales ſint traditae. Vnde p. 453. E. refertur, *quod uiri ſapientes ac diuerſarum artium imbuti peritia ad hunc locum confluxerint* et lib. 2. cap. 17. pag. 483. E. memoratur, quod *Wignandus* in monaſterio *ab infantia ſua diuinis ſcripturis eruditus ſit.* Tractat hanc quaeſtionem non tantum *Dorſcheus* p. m. meus in Chriſto parens et praeceptor olim in academia Argentoratenſi et Roſtochienſi, in parall. monaſt.

et

et acad. differt. I. p. 13. seqq. in portione I. indicis iniquit, a Mogunt illatae pag. 12. et in port. 10. pag. 295. sed et *Göttingus* supra laudatus, eiusdem uiri assiduus discipulus in lib. 2. obseruat. cap. 4. p. 36. seqq. ubi inter alios allegat Iesuitam *Adamum Contzen*, qui lib. 4. polit. cap. 14. p. 244. scribit. *Fuere monasteria usque ad annum Christi 1200. ferme sola literarum domicilia. Ab eo enim tempore academiae institutae sunt, et monasteriorum disciplina lapsa est.*

Ad lib. II. cap. I. pag. 462. A. Adelbertum. De eo Bohemiae episcopo, quomodo apud Prussos martyrio coronatus sit, habet *Helmoldus* lib. I. cap. I. pag. 2. ubi conferantur notae *Bangerti* pag. 4. Plura suggerit *D. Caelest. Mislenta* in proleg. ad Manuale Prutenicum, et *Christophorus Hartknoch*, in dissertatione XIV. quam cum aliis addidit chronico Prussiae *Petri de Dusburg*, ubi docet eum Pragensem fuisse non Gnesnensem episcopum, quomodoque a Prussis sit interfectus.

Ad lib. II. cap. I pag. 462. B. Iulio Caesari, a quo urbs Iulin. Ita maiores nostri honorare uoluerunt *Iulium*, cuius uirtutes et labores ubique praedicabantur, ut uisa haec statua illius uestigia premerent. Quomodo Saxones *Irminsul* coluerunt hoc est Hermans Seul seu Seul, columnam *Hermanni* uel ἰερὰ seu *Mercurii*, de quo legatur *M. Adami* canonici quondam Bremensis historia ecclesiast. a Madero edita lib. I. pag. 9. quamuis ille hanc *latine uniuersalem columnam* dicendam esse putet. *Ex Homero* alias constat, *hastas* pro diis cultas, quod isti praesint rebus humanis, easque sua uirtute confirment. Statuis colebantur imperatores et omnes bene de re publica meriti. *Ciceronis* uerba ex lib. III. de offic. cap. 20. pag. 1249. edit. Amstel. Schreuelii id indicant: *Ea res Mario magno honori fuit: omnibus uicis statuae: ad eas tus et cerei.* Conf. *Plinius* lib. 10. epist. 97. et *Tertullianus* in Apologetico.

Ad lib. II. cap. II. p. 464. F. Pomeraniam adiit. Postquam a duce Poloniae ad hoc inuitatus fuerat, uti notat *anonymus* noster lib. 2. cap. 6.

Ad lib. II. caput IV. pag. 469. D. Wortizlaum. De hoc legatur *Helmoldus* l. 2. cap. 4. pag. 222. et c. 6. p. 225. praecipue uero *Crantzius*, cuius uerba huc referenda duxi, quibus et huius, et sequentium temporum historia illustrari potest. Leguntur illa in *Wandalia* lib. 7. cap. 17. quando ita scribit:

Pomeranorum et *Stetinensium* principum linea haec est. *Werslaus* primus in ea nobilitate, princeps christianissimus, uixit sub *Henrico* imperatore V. baptisatus a diuo *Ottone* Bambergensi episcopo: peruenit ad annum Christi MCXXIV. ibique finem uiuendi faciens, filios reliquit *Bugslaum* et *Kasimirum*, qui sub imperatore *Friderico I.* susceperunt ducalem honorem, in obsidione urbis *Lubicae*. *Casimirus* praemoriens sine prole, fratri reliquit omnem ditionem; qui fundauit ecclesiam *Caminensem*, monasteria *Stolp* et *Colbergae*, pulchra nominis sui monimenta: peruenit ad annum MCLXXVIII. moriensque reliquit filios, *Bugslaum*, *Casimirum*, *Werslaum*. Hic *Bugslaus* inde nomen habet, quia fundauit praeposituram in *Camino*: praeclara principum facinora ad me non peruenerunt, requirentem ea non minima diligentia: peruenit uiuendo ad annum MCCXXVIII. *Casimirus* reliquit filium *Zuantoborum*, ex quo nepotes, *Casimirus*, *Zuantoborus*, *Werslaus*, in quibus ea linea subsistit. *Werslaus* tertius frater reliquit filium *Bartolomeum*, in quo subsistit. *Bugslaus* autem, in quo durauit diu successio, reliquit filios, *Barnaim*, et *Bugslaum*. *Barnaim* fundauit ecclesiam beatae Mariae in Stetino: peruenitque ad annum Christi MCCLXXVIII. *Bugslaus* frater non reliquit, prolem. *Barnaim* autem reliquit filios, *Bugslaum*, *Barnaim*, Ottonem, ex quibus *Barnaim* filius, moriens A. C. XCV. post mille ducentos, non reliquit prolem Otto ex fratribus tribus: tertius reliquit successores, quomodo et Bugslaus: et quoniam tetigerunt illi annum tricentesimum post mille, usque ad illa tempora intermittamus numerationem, medios primum annos excussuri.

Ad lib. II. cap. IV. p. 469. E. Zitarigroda. Forte legendem *Ztarigroda*, quae nunc Stargardia, uetus principis *Wartizlai* castellum. Laudat hanc urbem *Micraelius* in chron. Pom. lib. 6. pag. 575. seqq.

Ad lib. II. cap. IX. pag. 473. C. Stetinenſis, quae principatum. Quia uetustate, situs commoditate et uirtute incolarum ceteris praestantior fuit. Cessit illi ipsum Iulinum ut *Metropoli* l. 1. cap. XI. pag. 475, *Andreae*, quamuis illam ciuitatem *nobilissimam* appellet *M. Adamus* l. 2. hist. eccl. cap. XII. pag. 50. et *maximam omnium, quas Europa claudit, ciuitatum* pag. 51. Depingit illam *Micraelius*, paedagogii Stetin. rector celebratissimus l. 6. hist. Pom. pag. 559. seqq. et ante illum *Paulus Friedbornius*, consul Stetinensis, in chronico, cum *Bugenhagio*, qui uulgo Pomeranus dicitur.

Ad lib. II. cap. IX. pag. 475. F. alii pontifices. Grandis profecto et dura satyra. Quam parrhesian abbatis sui seranc quos tangit, uel retundant, si mentem habent recti conscium. Non repetam querelas omnibus obuias; optem magis

gis ut mecum pro ſymbolo habeant il-
lud apoſtolicum: *Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus!* Bene de illis *Nicolaus de Clamangis*, archidiaconus quondam Baiocenſis in lib. de corrupto eccleſiae ſtatu cap. III. pag. 22. ed. Helmſtad. *Poſtquam ex rerum opulentia ſtudium temporalium mentes ſeruorum domini occupare cepit, Deo ſimul et Mammonae, duobus dominis tam aduerſariis, non potuerunt pariter deſeruire. Fuit itaque neceſſarium, ut, quantum diligentiae in unius ſeruitium impenderent, tantum alteri ſubtraherent. Quanto uero amplius animum ad temporalia lucra adiecerant, tanto magis illa ſitire, tanto amplius immergi in illis, ſicque a caeleſti amore longius auerti ceperunt.*

A Ruremundenſis epiſcopus, Panopliae lib. 3. cap. 11. pag. 121. inquiens: *ieiunia noſtra, quae et uini copia natant, abundantiaque redundant et piſcium uarietate carnium ſuperant delicias, adeoque, quod et D.* Hieronymus *de ſuae aetatis moribus conquerebatur, cum Deo ludere uidentur, dum ex intercepto, qui ex ouis oritur, calore olei flammas, uini aeſtum omnisque aromatum generis helluconi inſarciunt ſtomacho, ueteribus chriſtianis omnino fuiſſe non modo incognita, ſed intolerabilia atque adeo abominanda, piis omnibus uetera cogitantibus arbitramur notius, quam ut ea de re ulla ſint uerba profundenda* etc. etc. Prolixius iſta recitat *D. Dorſcheus* p. m. in portione V. indicis iniquit. ad parall. monaſt. acad. pag. 134. et ſeqq. Talia uero ieiunia noſter non doceret Otto, ſi nunc uiueret. Legatur de ieiuniis et quadrageſima liber *Iohannis Dallaei* erudite de iis differentis.

Ad librum II. caput XII. pag. 476. C. Lutiziae. Helmoldus lib. I. cap. II. p. 6. *quatuor populos, Kyzinos* et *Circipanos*, cis *Panim, Tholenzos et Redaros trans Panim habitantes, a fortitudine VVilzos ſeu, Luticos appellatos eſſe ſcribit.* Qui nunc illi ſint, exponit *Bangertus* h. l. pag. 11. *Circipanos*, qui cis *Penim* fl. eſſe *VVolgaſtenſes, Sundenſes, Deminenſes, Wilsnacenſes, Kiſſinos* eſſe *Gutzouienſes, Gryphiswaldenſes: Rhedarios, Ridarios, Riaduros*, eſſe *Stolpenſes*, Anclamenſes: *Tollenſes, qui a Tollen ſee*, eſſe Neu-Brandenburgenſes. Vocantur illi die Loitzen, de quibus *Micrael. l. 2.* chron. Pom. p. 618. Eorundem meminit *M. Adamus* lib. 2. cap. 12. pag. 50. quando inquit. *Vltra Leuticos, qui alio nomine VVilzi dicuntur, Oddera flumen occurrit, amnis ditiſſimus Slauanicae regionis.*

Ad caput XII. lib. 2. p. 476. D. ſexta feria abſtineant: et ibid. E. ſacro - ſanctam quadrageſimam. Vetus ille ieiunandi mos in eccleſia deſcriptus his temporibus, ſed non uetuſtiſſimus. Ieiunare pium eſt et his temporibus ieiunare non inutile, nec impium, ſi abeſt ſuperſtitio et opinio meriti. Quis enim chriſtianorum non malle tua cara Chriſto crucifixo, quam uentri, qui coercendus, ut ille in nobis refurgat et uiuat? At laete tantum abſtinere et carne, ridiculum ieiunium eſt, cum et piſcibus aliisque lautitiis ſtomachus oppleri poſſit. Redeant utinam prima ieiunia, et noua, ficta, fucata proſcribantur! De ſuis ieiuniis, quid ipſi pontificii ſentiant teſtabitur *Pereſius ab Aiala* Guidixenſ. epiſc. de tradit. part. 3. fol. 129. inquiens: *Pudet certe me de hac uirtute ſacro ſancta ieiunii loqui, quae nomine tenus hodie in eccleſia obſeruatur. Nam neque apud vos ſolum, qui ieiuniorum praeſcriptiones damnant, neque apud nos, qui merito eas defendimus, in uſu ſunt ſancta ieiunia, niſi tantum ſecundum exteriorem quandam cerimoniam* etc. etc. et *Guil. Lindanus.*

Ad caput XII. lib. 2. p. 476. G. infantes in S. ſabbato paſchae et pentecoſtes ad baptiſmum deferant etc. Hebdomas illa uocabatur *ſeptimana in albis*, et pueri albati apud *Bedam* lib. 2. cap. 14. hiſt. eccl. gent. anglic. Pluribus de his differit *Hoſpinianus* l. de orig. feſt. Chriſt. fol. 74. ſeq. et *Gerhardus* in LL. tom. 4. de bapt. SS. th. 245. p. 336. adde allegatos auctores a *Stepnero* de ſacr. chriſtian. pag. 384.

Ad caput XII. lib. II. pag. 477. C. Sefridus in ſua hiſtoria l. 2. cap. 17. ſeqq. addit, quod et *ſeptem ſacramenta* Otto obſeruari iuſſerit. Scilicet de ſuo hoc addit monachus, qui hanc Sefridi hiſtoriam edidit. Noſter Andreas id alias non tacuiſſet. Repetit eadem *Andreas Gretſerianus*, quod nemo mirabitur. Septem haec ſacramenta a Chriſto inſtituta et tradita eſſe eccleſiae, unde probabitur? in eccleſiae uero et ab eccleſiaſticis ſcriptoribus ritus quosdam praeter *baptiſmum et euchariſtiam* hoc nomine inſignitos fuiſſe, lubentes damus, quatenus illis res ſacrae peraguntur, iisque uelut ſacramento Deo fidem promittimus. Vnde et nos eosdem admittimus, ut pios et utiles actus, quales ſacramenta uocantur a *Tertulliano* in apolog. cap. 2. p. 3. ed. Paris. ſola excluſa *unctione extrema*, qua hodie ii linuntur, qui uitae non reſtitui debent, ſed ea deſtituuntur, contra apoſtolorum et primitiuae eccleſiae conſuetudinem, niſi pro illa ſubſtituatur noſtra *benedictio* extrema, qua morituris diuinam precamur gratiam. Quo fine unctio adhibita olim fuerit, etiam in ſeculis poſterioribus indicat *Ditmarus* lib. 6. chron. pag. 164. *Ego autem peccator*, inquiens, *unxi eum oleo ſanctificato in locis maxime dolentibus:* absque dubio eo fine, ut reſtitueretur. De numero hoc legatur Gerhardus in LL.

Theol. tom. 4. de circumcis. et agno paſchali th. 53. p. 215. ſeq. edit. Francof. ceterique ſcriptores a *Stepnero* allegati l. de ſacris chriſtian. th. 123. pag. 312. ſeqq.

Ad caput XIII. lib. 3. p. 477. E. Zaroes et Arſaxat. Sunt illi Perſarum magi, qui contra dictos apoſtolos tumultum excitaſſe dicuntur, in quo illi oppreſſi ſunt. Paucis hanc hiſtoriam complectitur *D. Georgius Maior* in uitis patrum pag. 273.

Ad caput XIII. *lib. 2. p. 477. G. Trigelawi.* Eiusdem mentionem facit noſter *Andreas* lib. 3. c. 1. pag. 163. et *Helmoldus* lib. 1. chron. Slau. cap. 83. pag. 185. quando inquit: *Eſt Slauis multiplex idololatriae modus, non enim omnes in eandem ſuperſtitionis conſuetudinem conſentiunt. Ili enim ſimulacrorum imaginarias formas praetendunt de templis, ueluti Plunenſe idolum, cui nomen Podaga: alii ſyluas uel lucos inhabitant, ut eſt Prone Deus Aldenburg, quibus nullae ſunt effigies expreſſae Multos et duobus uel* tribus *uel eo amplius* capitibus *exſculpunt. Inter multiformia uero Deorum numina, quibus arma, ſyluas, triſtitias atque uoluptates attribuunt, non diffitentur unum Deum in caelo caeteris imperitantem. Ilium praepotentem caeleſtia tantum curare, hos uero diſtributis officiis obſequentes de ſanguine eius proceſſiſſe, et unumquemque eo praeſtantiorem, quo proximiorem illi Deo deorum.* Haec ille. Prope *Gryphembergam* eſt adhuc pagus *Triglaf*, dictus ab hoc idolo, ubi forte illud abſconditum fuit.

Ad *caput* XIII. *lib. 2. p. 479. B. ſellam Trigelawi.* In quo ſedit idolum maioris uenerationis cauſa, quomodo Graeci et Romani lectos iis ſtrauerunt. In M. Adami hiſtoria eccl. lib. 2. cap. XI. pag. 50. de *Redigaſto* daemone Rechariorum in urbe Rethre ſcribitur, *quod ſimulacrum eius auro, lectus oſtro paratus fuerit.* De lectiſternio multa collegit poſt *Roſinum*, *Hoſpinianum*, *et Voſſium* Henricus *Kippingius* l. 1. antiquit. Rom. c. 10. pag. 226. cap. 12. pag. 301. et in Coroll. ad lib. 2. pag. 514. Stellae expreſſe meminit *Valerius Maxim.* lib. 2. cap. 1. diſt. 2. *Iouis epulo ipſe iu lectulum, Iuno et Minerua in ſellas ad coenam inuitantur.*

Ad caput XII. lib. 2. pag. 477. A. Sortilegi non ſint. Quo pertinet Haſtiſortium, ſi placet noua uox, cuius meminit *Sifridus* l. 2. cap. 32. pag. 318. *Tacitus* de morib. Germ. cap. 10. *Proprium gentis*, inquit, *equorum quoque praeſagia ac monitus experiri.* De hinnitu et fremitu ille tantum loquitur; addas nunc illi tactum haſtarum. De equorum praeſagiis nonnulla collegit *Berneggerus* in quaeſt. miſcell. ad h. l. quaeſt. 50. lit. K. 3. Ad haec ſortilegia quoque pertinent *ligneae calculationes*, de quibus eundem *Sefridum* legas c. 2. c. 32.

Ad cap XIV. lib. 2. pag. 479. E. Sponſam ſuam. Ita frequenter eccleſiae miniſtri ſponſi eccleſiae uocantur. Verba Innocentii III. referuntur in *relatione D. Iacobi Heilbrunneri de colloquio Neuburgenſi*, habito anno 1615. pag. 115. et quomodo de iis diſputatum ſit. Eadem phraſi abutitur *Clemens* II. papa Rom. in epiſtola ad Babenbergenſem eccleſiam, in uita S. Henrii imperatoris, edita a *Gretſero* in diu. Bamberg. pag. *Euariſto* quoque hoc affingitur in epiſtola, quae tamen eius non eſt. Nos rectius cum apoſtolo docemus, eccleſiam uni uiro nuptam, h. e. Chriſto 1. Cor. XI. u. 2. ad Eph. V. uerſ. 23. ſeq. Miniſtri eccleſiae tantum pararii eius ſunt 1. Cor. XI. u. 2. qui eccleſiam *uni* coniungant *uiro.* Quod et noſtri συνάπτειν obſeruent, nec imprudenter cum aliis errent. Conſulant iſti *D. Luc. Oſiandrum* in Cent. II. Hiſt. Eccl. pag. 5. et in cent. III. pag. 18. et canant cum eccleſia ueteri in part. I. Hymnarii mei. pag. 60.

Genus ſuperni luminis
Proceſſit aula uirginis,
Sponſus, redemptor, conditor,
Suae gigas eccleſiae,

Vnus ſcilicet ſponſus, ut unus redemptor, conditor et protector ſeu gigas, de quo plura legantur Matth. IX. uerſ. 15. cap. XXV. v. 1. ſeq. Marc. II. u. 19. ſeqq. Luc. V. u. 35. Ioh. III. u. 29.

Ad caput XIV. lib. 2. p. 479. G. patrocinio Hermetis. More ſcilicet ethnico, quo Deos patrios habebant, quorum patrocinio tutos ſe fore ſperabant. De iis *Virgilius* l. 1. Georg. circa fin.

Dii patrii, indigetes et Romule Veſtaque mater,
Quae Thuſcum Tiberim et Romana palatia ſeruas,
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurre prohibete (rere ſeclo.

In quem locum *Seruius*, et ipſe ethnicus, p. 44. f. 2. ita commentatur: Patrii dii ſunt, qui praeſunt ſingulis ciuitatibus, ut *Minerua* Athenis, *Iuno* Carthagini.

Ad caput XIV. lib. 2. p. 480. A. recuperauit. Ita MSC. meum. Gretſer. *diſſipauit.* Nihil hic mutare auſus ſum, qui ex hac uoce coniicio, aliquid emiſſum eſſe, quod his uerbis reſpondeat: *diſſipauit et priorem faciem facile recuperauit.*

Ad caput XV. lib. 2. p. 480. D. in loco ubi profani daemoniorum ritus. Ita facile templa ſtrui poruerunt, mutata ſaltim illorum forma. Nec hinc quicquam deceſſit honori et gloriae Chriſti, cui daemonia cedere debuerunt. Num de

Col-

Colbergenſi templo idem affirmari de-A beat, alibi dabitur inquitendi occaſio.

Ad caput XX. lib. 2. p. 480. E. Sedem epiſcopalem. Quae deinceps Caminum translata: de quo legatur *Cramerus* lib. 2. hiſt. eccl. cap. 37. p. 68. et *Micraelius* lib. 2 chron. Pom. pag. 256. ſeqq.

Ad caput XVI. lib. 2. p. 482. C. Lapidi Botonis. Ita ſupra *Arnoldeſtein* lib. I. cap. 21. pag. 50. Solebant ueteres lapidibus diſtinguere loca. Hic Colbergae notus B eſt *Lapis Iaſchii*, Jaſchenſtein, quem non nemo ex maioribus meis poſuiſſe dicitur. *Gibikenſtein* eſt in *Ditmaro* l. 3. pag. 52. etc. etc.

Ad cap. XVII. lib. 2. p. 483. G. in ſolo redemptoris deſiderio. A quo ſolo ſalutem expectauit, de ſuis deſperans operibus. Huc pertinet *Anshelmi* confeſſio, quam adhuc habent *Veneti* in ſuo *ſacerdotali*, licet pontifex Roman. expungi iuſſerit C uerba praecipua, de quo dixi in meo hymnario part. 1. pag. 42. Sic et pii monachi non nouerunt Chriſtum, cuius meritis ſaluari optabant. In deſcriptione monaſt. Walkenredenſis refert *M. Henricus Eckſtormius* pag. 817. Chronici Walckenred. *quod Matthia abbate A. C. 1469. coenobitae quidam Walckenredenſes, qua occaſione neſcit, de iuſtitia fidei in Chriſtum et uotis monaſticis, confeſſionem* D *cum uerbo Dei congruentem ediderint et ſubſcriptione conteſtati ſint, quae ſic habeat:* Qui uiuit et regnat per omnia ſecula ſeculorum Amen, CHRISTVS IESVS noſtra ſalus et redemptio, per quem ſola et uera fide iuſtificamur. Quia CHRISTVS, filius Dei, unigenitus ſola uia, ueritas et uita eſt, meritum eius et non uota monaſtica, non cucul- E la, non abſtinentia cibi, nec ullum opus humanum, nec ſatisfactio humana hominem ſaluare poteſt.

Wernerus Willichius
Michael Saluator Cottingeoſis.
Theodoricus Herdeſianus.
Arnoldus Heruordenſis.
Henricus Hartman Northeimenſis.

Wignandus hic alias ſingulare pietatis e- F xemplum eſſe poteſt et effigies, in quo multa notatu digna ſunt: quales plures utinam illa tuliſſent et noſtra ferrent ſecula!

Ad cap. XVII. lib. 2. p. 484. C. Paſchalem quinquageſimam. Sic et ante paſcha et poſt paſcha ſuam habuerunt quinquageſimam, quae haec eſt. Inde F. effuſi Spiritus S. πεντηκοστὴ ſeu dies G quinquageſima a paſchatis feſto appellatur, quod Germani contraxerunt, nominantes illud die Pfingſten. Lege de illo *Hoſtinianum* de orig. Feſt. Chriſt. f. 74. qui nonnulla collegit ex *Tertulliano, Chryſoſtomo, Ambroſio et Hilario* h. l.

Ad caput XVII. lib. 2. p. 484. F. Victimae paſchali. Hymnus ille meretur, ut hic ille referatur, qui ita ſe habet.

Victimae paſchali laudes immolent chriſtiani.

Agnus redemit oues, Chriſtus innocens patri reconciliauit peccatores.

Mors et uita duello conflixere mirando, dux uitae mortuus regnat uiuus.

Dic nobis Maria, quid uidiſti in uia? Sepulchrum Chriſti uiuentis, et gloriam uides reſurgentis.

Angelicos teſtes, ſudarium et ueſtes: ſurrexit Chriſtus ſpes mea, praecedit ſuos in Galilaeam.

Credendum eſt magis ſoli Mariae uerac, quam Iudaeorum turbae fallaci.

Scimus Chriſtum ſurrexiſſe a mortuis uere. Tu nobis uictor rex miſerere.

Ad caput XVII. *lib. 2. p. 485. B. Tertia feria.* Ita appellabant dies hebdomados chriſtiani, qui ethnica nomina aſpernabantur, de quo lege *Stepnerum* de ſacris Chriſt. c. 2. th. 74. ſeqq. pag. 197. ſeq.

Ad caput XVII. *lib. 2. p. 485. B. Litaniis.* Vetus illud inſtitutum; et apud Iudaeos non tantum, ſed et chriſtianos frequens uſus antiphonarum, quales et litaniae. Multa collegit CL. *Ioſua Arndius*, amicus meus olim in acad. Roſtoch. in Lexic. antiquit. eccleſ. pag. 78. de litaniis, et ipſe quaedam congeſſi in parte II. Hymnarii pag. 8. ſeqq.

Ad caput XVII. *lib. 2. p. 485. D. Feria ſexta.* Qua Chriſtus mortuus eſt. Hanc diem nonnulli notant. Eadem et *Otto* noſter deceſſit lib. 3. cap. 26. pag. 218. h. l. Nobis chriſtianis non licet diem eligere. Praefixit illam, qui uerus eſt diesbiter, uitaeque praeſcripſit terminum, quem tranſilire non poſſumus.

Ad cap. XVIII *lib. 2. p. 486. D. G. Dodinenſem, Belgroenſem, Colubregam. Dodonam* putant *Daberam* eſſe, uid. *Cramerum* l. 1. hiſt. eccl. cap. 27. pag. 64. *Belgroa Belgardia* eſt, ut *Colubrega* transpoſitis litteris Colberga. In hac noſtra patria et ante Ottonem epiſcopatus fuiſſe memoratur, cui praefuit *Reinbernus praeſul falſae Cholbergenſis*, ut eum uocat epiſcopus Merſeburgenſis *Ditmarus* l. 7. chronici pag. 228. ed. *Maderi*, poſt cuius abitum in *Ruſſiam*, quo a Polonis, quibus tunc paruit *Colcerga*, miſſus fuerat, ad ethnicismum illa relapſa fuit. Eundem deſcribit *Ditmarus* l. c. pag. 228. et 229. de quo alibi erit dicendi locus.

Ad lib. III. cap. I. p. 490. C. a Iulio Caeſare. Sic et *Helmoldus* l. 1. cap. 38. pag. 93. *Wolgaſt*, inquit, *apud urbanitores uocatur Iulia auguſta, propter urbis conditorem Iulium Caeſarem.* Falſum utrumque eſt, cum ille ad has oras nunquam peruenerit. Statuam eius quare coluerint, ſupra dictum fuit. Similem fabulam de

bellis Iulii Caeſaris in Polonia et Pruſſia A geſtis refutat Cl. *Hartknoch* in animadu. ad chron. Pruſſiae Petri de Dusburg part. 2. cap. 7. pag. 42. et ſeqq. laudat hanc urbem *M. Adamus* l. 3. hiſt. eccleſ. c. 12. pag. 50. ſeqq.

Ad libri III. caput I. pag. 491. F. eccleſiae Chriſti uendicabant. Ita ſpolia Aegypti ceſſerunt in uſum eccleſiae chriſtianae, quae inde ditari facile potuit, et tantas exſtruere baſilicas. Hinc creuit Roma, hinc Italia, affluentibus augurum aliorumque ſacerdotum ethnicorum reditibus. B

Ad lib. III. cap. I. pag. 492. A. abiurationis idolorum cauſe. Communis illa et uulgaris querela ethnicorum, de qua *Tertullianus* in apologetico c. 40. p. 36. ed. Rigal. et *Arnob.* in ſuo lib. 1. adu. gentes p. 1. ſeq. ed. Elm. Eandem cantilenam cantant pontificii contra Lutheranos. Ita ueniam ſcilicet merentur uitia, plectitur ueritas. C

Ad lib. III. cap. I. p. 492. C. Domum Dei ueſtri iuxta aedem Teutonici Dei. Strategema id fuit et mentis humanae calliditas, quae dum omnibus placere cupit, nulli placet. Vnus Deus eſt, una fides, una religio. Qui non cum Deo, contra illum militat. Socium non admittit, qui maior omnibus, nulli par eſt. Εἰς κύριος ἔστω. ἓν θεὸς ἔστω. Claudicandum D non eſt cum Baalitis; recto eamus pede quo ducimur.

Ad libri III. caput 2. pag. Sic opinatum. Hoc eſt ſic celebrem et ubique clarum: corrigi poſſet *inopinatum:* quod tamen auſus non ſum, cum et eo ſenſu, quo dixi, uerba accipi poſſint.

Ad libri III. cap. 2. pag. 494. D. portae urbis introitu. Fecerunt id duce natura, E quando in portis templorum, urbium, aliorumque aedificiorum publicorum monſtrarunt, quae rara, quae ſingularia. Eius ueſtigium habes in *Virgilio* lib. 6. Aeneid. u. 14. ſeqq.

Ad libri III. caput 3. pag. 495. B. authenticum mandatum. Chriſti nimirum de *lotione pedum* Ioh. XIII. uers. 13. ſeqq. Vtinam recte lauarent pedes, qui hic litF teram ſequuntur. Non tam dotio, quam humilitas et modeſtum ſeruiendi ſtudium praecipitur, in quo praeeuntem magiſtrum ſequantur diſcipuli.

Ad libri III. caput 3. p. 495. D. Inuidia ſtimulante. Heu neſas! Quibus mandatum a CHRISTO, ut communi labore eccleſiam ſtruant, hi turpi liuore eam deſtruunt. O turpem tempo rum illo- G rum notam! diceret *Cicero* et quicunque honeſtum turpi lucro praefert, l. 3. de officiis. Adulantur ut capiant, capiunt ut perdant. Bos bouem petit.

Ad librum III. caput 3. pag. 495. F. Geroniti. Forte Herouiti. ut coniicit *Gretſerus* h. l. De Vito et Suanteuito multa habet *Helmoldus* l. 1. c. 6. pag. 21. et c. 52. pag. 125. conf. Saxon. Gram. l. 14. hiſt. Dan. fol. 131. fac. 2. et Crantz. l. 5. Daniae c. 18.

Ad librum III. caput 3. pag. 495. G. duriori ſeruitutis iugo. Hoc ſcilicet eſt paſcere oues! Imo uero id eſt κατακυριεύω τῶν κλήρων, *dominari cleris,* contra Petri apoſtoli monitum 1. Pet. V. 3. Quis mirabitur ergo pietatem ſub his epiſcopis detrimentum paſſam! mollius tractauit oues Otto noſter.

Ad librum III. cap. 4. pag. 497. C. Lotharii. Hinc et *Polonorum ducem* Bolislaum *tributum XII. annorum, de quolibet anno L. libras perſoluiſſe et de Pomerania ac Rugianis homagium feciſſe. Lothario* imperatori Rom. teſtatur *Engelhuſius* in chronico pag. 221. edit. *Maderi.*

Ad librum III. caput 6. pag. 499. D. ad religionem cogere. Pie ſane et prudenter! Suaderi debet, non imperari religio: imperio ſcilicet non logico, quem ἀναγκαστὸν animus pietate flagrans admittat, ſed politico; non enim ab inuitis Deus coli uult. Recte *Tertullianus* in apologet. cap. 24. pag. 26. ed. Rigalt. *Videte ne et hoc ad irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, et interdicere optionem diuinitatis: ut non liceat mihi colere quem uelim, ſed cogar colere quem nolim. Nemo ſe ab inuito coli uolet, ne homo quidem.* Quod deinceps exemplis probat.

Ad librum III. caput 7. pag. 500. D. uerbi miniſtrum. En elogium Ottonis! quod pontificij, maxime Ieſuitae in nobis noſtrisque theologis reprehendunt, quando illos cum mycterismo die Wotth Diener appellant. Si uerbi miniſter *Otto* epiſcopus, eiusque comes *Albuinus,* iique omni laude digniſſimi cenſentur, cur nobis id nomen uitio uertunt? Idem adhuc uerbum praedicamus, quod illi, nec ab illo latum unguem diſcedimus. Commenta hominum uerbum Dei non ſunt, quae et illi reſpuiſſent, ſi ducem habuiſſent meliorem, quam ea tulerunt tempora.

Ad librum III. caput 8. pag. 501. C. chlamyde et pag. 502. A. aureo clypeo. Veſtitus hic idoli fuit. Ita ſuperſtitioſi ornare et uenerari ſolent adhuc ſuas ſtatuas et ſimulacra, de quo uide *Kippingium* in Recenſ. antiquit. Rom. lib. I. cap. 7. pag 176. ſeq. Huc referatur quod refert *Ditmarus* l. 6. chron. pag. 331. ſeq. *Eſt urbs quaedam,* inquit, *in pago Redariorum,* Riedegaſt *nomine, tricornis, ac tres in ſe continens portas, quam undique ſylua, ab incolis intacta et uenerabilis, circundat magna: duae eiusdem portae cunctis introeuntibus patent: tertia, quae Orientem reſpicit et minima eſt, tramitem et mare iuxta poſi-*

positum, et uisu nimis horribile monstrat. In eadem nil nisi fanum est de ligno artificiose compositum, quod pro basibus diuersarum sustentatur cornibus bestiarum. Huius parietes uariae deorum dearumque imagines mirifice insculptae, ut cernentibus uidetur, exterius ornant. Interius autem Dii stant manufacti singulis nominibus insculptis, galeis atque loricis terribiliter uestiti, quorum primas Luarasici *dicitur, et prae caeteris a cunctis gentilibus honoratur et colitur. Vexilla quoque eorum nisi ad expeditionis necessaria, et tunc per pedites, hinc nullatenus mouentur. Adhaec curiose tuenda uinistri sunt specialiter ab indigenis instituti, qui cum huc idolis immolare, seu iram eorundem placare conueniant, sedent bi duntaxat, caeteris astantibus, et inuicem clanculum mussantes terram cum tremore infodiunt, quo sortibus emissis rerum certitudinem dubiarum perquirant. Quibus finitis, cespite uiridi eas operientes, equum, qui maximus inter alios habetur et ut sacer ab his ueneratur, super fixas in terram duorum cuspides hastilium, inter se transmissorum supplici, obsequio ducunt, et praemissis sortibus, quibus id explicauere, prius per hunc quasi diuinum, denuo augurantur, et si in duabus his rebus par omnium apparet, factis completur; sin autem, a tristibus populis hoc prorsus omittitur. Testatur idem antiquitas errore delusa uario, si quando his seu a longe, rebellionis asperitas immineat, ut e mari praedicto aper magnus, et candido dente e spumis lucescente exeat, seque in uolutabro delectatum terribili quassatione multis ostendat. Quot regiones sunt in his partibus, tot templa habentur, et simulacra daemonum singula ab infidelibus coluntur, inter quae ciuitas supra memorata principalem tenet monarchiam. Hanc ad bellum properantes salutant, illam prospere redeuntes muneribus debitis honorant, et quae placabilis hostia diis offerri a ministris debeat, per sortes ac per equum, sicut praefatus sum, diligenter inquiritur. Hominum ac sanguine pecudum ineffabilis horum furor mitigatur.*

Ad librum III. cap. 9. pag. 503. G. Musicae. Quarum corpora inhabitarunt impuri daemones. Consule *Seldenum* de diis Syrorum, in Beelzebub Syntag. 2. c. 6. p. 201. seq.

Ad librum III. cap. 12. pag. 509. G. Altari Adalberti, de quo supra. Eius reliquiae asseruari dicuntur in Polonia. Vid. de eo *Hartknoch* l. iam cit. pag. 204. seq.

Ad librum III. cap. 13. pag. 511. B. Apostolorum a quam, Hic deerat unum solium, quod nec ex Sefrido, nec ex Andrea Gretseriano commode restitui potuit. Facile tamen coniici potest, quod in eo scriptum fuerit, quomodo ecclesiam S. Petri, quam ipse consecrauerat, ingressus fit, Deumque imploraverit, ut suis laboribus adspiraret; quomodoque aduersus sacordotes ethnicos, qui pro idolis suis pugnabant, acriter et non absque periculo uitae religionem christianam defenderit, atque ita multos ex *Stetinensibus* flexerit, *qui*, uti nunc sequitur in nostri Andreae hoc cap. *16. fidem Christi, abdicatis idololatriae sordibus, receperunt.* Conser. histor. *Sefridi* l. 3. cap. 12. seq. pag. 341. seq.

Ad lib. III. cap. 15. pag. 512. F. arborem nuceam. Apud arbores olim Deum coluerunt, deinde altaria, et hinc templa structa sunt. Arbores illas ethnicorum eleganter uocat *Tertullianus* in apolog. c. 9. pag. 10. *obumbraticas scelerum*, quae in templis perpetrarunt improbi mystae. *M. Adamus* lib. 1. hist. eccl. pag. 9. *testatur* de Germanis fere omnibus, quod et *frondosis arboribus, fontibusque uenerationem exhibuerint.* Plura inuenies in dissert. 6. *Hartknochii* ad chron. Pruss. pag. 110. seqq.

Ad librum III. cap. 18. pag. 516. B. excitantes et rursus *simplicitatis.* Ita simplicitas et ignorantia mater fuit superstitionis, quae christianam religionem corrupit, cui tempestiue occurrere debuissent praesules. Idem statuamus de tactu reliquiarum. Tulit Deus hanc *simplicitatem* paterna indulgentia, quomodo nec haemorrhoüsam repulit tangentem fimbriam, et umbra sanctorum permisit sanari aegros. Quae ubi nunc in superstitionem uersa est, tolerari non potest, dispulsis praecipue inscitiae tenebris. Interim ossa sanctorum pie condantur, qui honos illorum praecipuus est.

Ad libri III. cap. 22. pag. Et illi hesternam. Ad haec uerba Gretserus in margine cauillatur aiens: *Ex hoc rustico Lutheranus et Caluinianus spiritus loquebatur.* At heus bone uir, nunquam illud de nobis probabis; non enim festa legitima negligimus, qui ab usum reprehendimus. Videantur *agenda eccles. Pomer.* ubi, quae nostrates obseruent festa, inuenies. Interim nec omni die feriari nos uult Deus ab operibus; qui et in illis inuocari praedicarique potest et debet.

Ad libri IV. Prologum pag. 526. et Kunegundis miracula. De his legantur *diui Bambergenses*, ad quos pertinent *Henricus* et *Kunegundis*, editi a *Gretsero.* Quid uero de his aliisque miraculis statuendum sit, iudicabit pius lector pro sua prudentia et conferet quae dixi pag. 471. Quod uomeres illa calcauerit candentes, id per magiam naturalem facere potuit. De sacerdotibus alias Hirpinorum ethnicis noti sunt illi uersicu-

ſiculi *Virgiliani* lib XI. Æneid. u. 785. ſeqq. quibus Aruns ita precatur:

Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Paſcitur et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

Vbi ad uerba *freti pietate*, *ſeruius* haec notat fol. 317. fac. 1. Iſte quidem hoc dixit: ſed Varro ubique expugnator religionis ait, cum quoddam medicamentum deſcriberet: Vt ſolent Hirpini, qui ambulaturi per ignes, medicamento plantas tinguntur. Plura huc facientia ex *Silio* l. 5. *Plinio* lib. 7. cap. 2. ut et *Heinſii* Crepundiis allegat *Taubmannus* aduerſus illos Virgilii, quem conſulat, qui uolet. Adde notas *Bangerti* de hac probatione per ignem ad *Helmoldi* libr. I. cap. LXXXIII. pag. 192. ſeqq.

Ad addimenta pag. 540. E. *tumultatum eſt anno.* Addit hic Gretſerus in margine pag. 358. quod mortuus ille ſit anno aetatis ſuae 72. epiſcopatus 37. et adducit teſtem *Hoffmannum* in Annal. Bamberg. Quo anno Chriſti alias obierit, et quo menſe et qua illius die, non omnes conſentiunt. *D. Cranzerus* ponit 30. diem Septembris anni 1139. lib. 1. Hiſt. eccleſ. cap. 43. pag. 85. Eundem habet *Chytraeus*, in onomaſt. Theol. *Trithenius* in chron. Hirſaug. fol. 127. *Bruſchius* de monaſt. German. fol. 87. et *Dodechinus* tom. 1. Piſtorii fol. 473. ponunt annum 1140. ſic et *Bucholzerus* in chron. p. 682. inquiens. *Anno 1140. Otto epiſcopus Bambergenſis, comes de Andechs, eccleſiarum Pomeranicarum ἀπόστολος atque parens Bambergae obiit ſeptuagenarius 3. Septembr. Trith. et append. Marian. etc. Magdeburgenſes 3.* Nonas Iulii anno 1139. centur. 12. cap. 10. pag. 1508. Andreas noſter recte inſpectus litem hanc componet, qui eum mortuum eſſe ſcribit l. 3. cap. 26. pag. 218. et lib. 4. cap. XI. diem Iunii et commemoratio Pauli *appellatur* (de quo uide *Hoſpinianum* de feſtis chriſtian. pag. 115. *Reusnerus itaque* fol. 189. *Βασιλικῶν* Geneal. uehementer alucinatur, quando mortem eius refert ad annum 1196. XXX. dies Septemb. ad translationem Ottonis pertinet, inquit *Gretſerus* l. c. p. 412. *translatum eſt enim corpus eius anno* 1189. *ſub Clemente* III. *pridie Kalend. Octobris; quo die Feſtum eius celebratur*, inquit *Surius.*

Quomodo ille in numerum ſanctorum a Clemente III. pontif. Rom. relatus ſit et feſtus eius dies celebretur prid. Kal. Iulii, memorat *Weixerus* in *fontileg.* ſacro pag. 100. *Baronius* tom. 12. pag. 80. Annal. eccleſ. et ex illis *Dietericus* in breuiario pontif. Rom. p. 253. Adde bullas canonizationis in hoc noſtro libro pag. 445. ſeq. Tantum de die et anno emortuali. De anno natiuitatis eius, quod ſupra omiſſum, ita ſcribunt *Magdeburgenſes* l. c. pag. 1499. *Otto natione Sueuus, uel ſecundum Bruſchium Bauarus, patre Bertholdo, comite Andecenſe et Sophia Amberanae vallis duciſſa, natus eſt anno domini* 1069. Vbi nota ex *Andrea* quod in parentum nominibus errauerint, lib. I. cap. 2. pag. 15. *pag. 269. per propria merita.* Recte ille ſuis meritis diffidit, et precibus epiſcopi iuuari cupit. Nihil habet hic quod carpat in *Cramero* Gretſerus. Fatetur enim abbas, quod per ſua merita uitam acquirere non poſſit: nec addit, quod per merita Benedicti eius particeps queat fieri, licet per ipſum putet ſe hanc acquiſiturum, ſi nimirum ipſius precibus Deo commenderetur, ut ipſum uelut humilimum peccatorum ſuorum deprecatorem per et propter Chriſti merita ſuſcipiat et ſaluet. Nihil etiam habet, quod carpat in Lutheranis, qui non aiunt quod *bona opera coram Deo ſint nihili, nauci, et nullius meriti, ſola fide omnia conſici;* lubentes enim concedimus, quod Deus ex gratia piorum opera remuneretur, quodque fides debeat eſſe efficax per caritatem, quamuis uita aeterna maneat *χάρισμα τοῦ θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν* donum Dei in Chriſto IEſu Domino noſtro Rom. VI. u. 23. quod donum non niſi fide apprehendi poteſt. Videatur Auguſtanae noſtrae confeſſionis *apologia* cap. 8. p. 223. edit. Lipſ. 1677. *artic. Smalcald.* part. 3. art. 13. p. 336. et *declaratio* artic. Aug. confeſſ. art. 4. pag. 701. ubi expreſſe docemus, quod *dominus bona opera* credentium *tum in hoc, tum in futuro ſeculo uelit remunerari.* En Gretſere, ſi uiueres, quomodo nauci, nihili, nulliusque meriti bona opera putemus eſſe! Quomodo prudentiores papiſtae uocem *mereri* exponant, eam nil aliud ſignificare, quam conſequi, de eo legarur *Caſſander* pag. 179. operum *D. Gerhardus* tom. 4. de bonis operibus theſi. 124. pag. 88. et *D. Hulſemannus* in extenſ. breuiarii theol. cap. 12. Supplem. theſi. XI. p. 181. et in praelect. form. conc. art. XI. num. 10. pag. 543.

Ad pag. fidem S. Trinitatis et decalogum, decem in decalogo et tria in Trinitate, uel in tribus articulis ſymboli apoſtolici: inde decies tria faciunt triginta.

Ad pag. lit. pro quo probatur, qua presbyter. Meus Andreas recte habet, *qua probatur*, hoc eſt, ab eccleſia recipi-

cipitur et propter errores non reiicitur. *Gretſerus* parum attentus fuit, quando legit, *qua presbyter*. quod cum textu uerborum non conuenit. Vnde nec opus fuiſſet, ut in margine hoc excuſaret inquiens: *Hyperbole ignoſcenda, et qua ſe ueterum auctoritate tueri queat.* Nulla enim hic hyperbole; nihil laudatur, niſi quod in origine eccleſiae calculo approbatur. En quomodo uitioſa lectio auctoribus iniuriam faciat, ut propterea diligentia Criticorum, qui ueram reſtituunt ſcripturam, uili pendi non debeat.

Tantum nunc licuit, quibus addam, plure deinceps,
Si Deus illa uolet, uita nec terminus inſtar.

DIGRESSIO AD DIGRESSIONIS GRETSERIANAE CAPVT PRAECIPVVM.

QVam fidem praedicarit S. Otto Pomeranis, quaerit *Gretſerus* in digreſſ. quam addit Andreae ſui hiſtoriae de Ottone: Reſpondeo fidem et doctrinam apoſtolicam, ſed mixtam et interſperſam commentis hominum, qua tamen et ipſi ſaluari potuerunt. Sancte omnino praecepta decalogi corrigendis inculcauit; ſancte de SS. Trinitate docuit et ab idololatria ad cultum ueri et unius Dei maiores noſtros duxit: ſancte CHRISTVM pro nobis natum, circumciſum, mortuum, ſepultum et ſuſcitatum depinxit, cuius meritis et interceſſione ſalus acquiri debeat; tum etiam recte illos orare uoluit, quando non a ſatana, ſed a Deo auxilium ſperare iuſſit. In doctrina de ſacramentis baptiſmi et coenae dominicae quamuis non deſit, quod deſideremus, aqua tamen et Spiritu regenerauit quoslibet; carne quoque et ſanguine dominico tam laicos, quam clericos pauit, calicem non ſuſtulit: quomodo per poenitentiam Deo reconciliari deberent, adiecit et remiſſionem peccatorum promiſit. Sancta opera ab omnibus facienda, parentibus obediendum, magiſtratum et eccleſiae miniſtros honorandos, caſte in et extra coniugium uiuendum, ab homicidio et iniuriis abſtinendum, hoſpitalitatem exercendam, et quae alia ſunt pietatis ſtudia, fideliſſime ſuaſit. Obſeruatores iſtorum exſpectare iuſſit uitam aeternam, negligentes aeternum exitium, utrosque reſurrectionem poſt mortem. Errores, quos interſperſit, non tam boni *Ottonis*, quam temporum illorum fuerunt; his meliora doctus miſiſſet nunrium. Vnde non dubitamus, quin iſta clementiſſimus Deus ei condonauerit, nec parentibus noſtris imputarit, qui cum *Wignando* ſolius Chriſti meritis in ultimo agone ſaluari deſiderarunt. Caecitas in illis fuit, non haereſis: et quae nunc in tanta luce exprobari debent exorbitantibus, in iſtis tenebris tolerari aequum fuit. Vnde alia conditio eccleſiae illius temporis ponrificiae, quam nunc eſt; illa admiſiſſet correctionem, haec corrigentes ſpernit, repellit et anathemate ferit. Fruſtra igitur in nos debacchatur Gretſerus, fruſtra B. Cramerum traducit. Maiorum naeuos et mores corruptos non ignorant pontificii, nec lapſum illorum diſſimulat Tridentina ſynodus. Manifeſta eſt ex illorum libris ingenua ipſorum *confeſſio*, quam *Gerhardus* noſter excerpſit. Non ergo a nobis exigant, ubi Lutherana doctrina ita tradita ſit, uti nunc illa pure proponitur; ipſi potius oſtendant, ubi eccleſia chriſtiana pura ab omni naeuo et errore tempore Ottonis noſtri exſtiterit et ex qua cathedra ſiue in templis, ſiue in coenobiis ea doctrina, quam ab apoſtolis accepimus, recte et decenter propoſita fuerit. Nos Deo gratias agamus, qnod fluctibus errorum non abrepti ſimus, ſed emerſerimus, operamque impendamus ſedulam, ne deinceps rurſus eccleſia eiusque doctrina naufragium patiatur. Vehementer enim alucinantur, qui credunt, eccleſiam quotidie *eandem* habituram *faciem* et *ſortem*, quae uti non ſemper bene morata, ita nec omni tempore fidem et doctrinam ſeruat integram. Teſtis Africa, Aſia et magna pars Europae, ut regiones olim incognitas praetermittam. Omnino mons domini elatus et in ſublimi poſita fuit eccleſia apoſtolica; uerum et ea nonnunquam in cryptas et anguſtias redacta, ut paucis ſaltem conſpicua fuerit: poſtea mutatis moribus ſaepe ita degenerauit, ut apoſtaticam magis quam apoſtolicam credidiſſes. Vigilemus ergo, nec tam noſtrum more ſeculi, quam ouilis commiſſi quaeramus commodum. Ita beati erimus et poſteritas noſtra ſibi de fide et induſtria piorum confeſſorum gratulabitur. Quod uelit iubeatque Deus, cui ſoli debetur omnis gloria.

Ano-

Anonymi cuiusdam,

inſcripta Iaſchiana.

QVi ſancti OTTONIS *comes* fuit et *ſocius* in conuertenda gente *Pomeranorum*, non minus atque *Vdalricus*, uti patet ex lib. 2. cap. XII. et lib. 3. cap. XI. ſub init. *Relatio cum hiſtoria abbatis Andreae*, qui ex hac multa in ſuos libros transtulit et in ordinem, uti profitetur, redegit, *collata* eo modo, ut, quae *Andreas* iam recenſuit *iisdem plane uerbis* cum hoc anonymo, qui uel *Tiemo*, uel ut doctor *Cramerus* putat, *Sifridus* eſt, uel et *Tiemo* quoad librum I. et *Sefridus*, quoad librum II. et III. uideatur Andreas in prooemio pag. 3. et 4., qui ambo floruerunt anno Chriſti M. C. XX. et ſeqq. cum utriusque ſermo ab Andrea perſonis illorum tributus in his libellis referatur, hic tantum allegentur, ne quod ſuperfluum eſt, actum nos agere uoluiſſe uideamur, reliqua uero quae uel ab Andrea omiſſa uel paulo aliter relata ſunt, denuo repetantur: quem noſtrum laborem lectori, talium cupido, non ingratum fore confidimus.

LIBER PRIMVS

DE VITA SANCTI OTTONIS POMERANORVM APOSTOLI.

CAPVT I.

S. Ottonis ortus, parentes, educatio, indoles, ſtudia et mores.

SEmper honorandae ac diuae memoriae *Otto* beatiſſimus, ex *Sueuia* duxit originem. *Parentes* equidem eius, patrem dico ac matrem, ingenuae conditionis nobilitate clari et honorabiles, diuitiis autem et opibus mediocres, filium ſuum in primaeua aetate litteris erudiendum, diſciplinis ſcholaribus tradiderunt. Qui cum diligenter enutritus in ſpe bona ad annos diſcretionis peruenisſet, ipſi defuncti ſunt et, quae in poſſeſſionibus et pecunia reliquerunt, alter filius eorum *Fridericus* miles futurus poſſedit. *Ottone* ergo gratia ſtudii apud extera loca demorante, frater eius puer domum pro ſuo poſſe gubernabat, tenuiter adiuuans fratrem in ſtudio poſitum. Otto autem percurſis aliquibus poetis et philoſophis, et grammaticae metrorumque regulis tenaci memoriae commendatis, cum ad altiora ſtudia non haberet ſumptus, fratri ſuo ſiue aliis cognatis importunus eſſe noluit uel odioſus, *iam tum in ipſa adoleſcentia uerecundiam ſecutus et bonae opinionis pulchritudinem.* Itaque in *Poloniam* peregre uadens, ubi ſciebat *litteratorum eſſe penuriam*, ſcholam *puerorum* accepit et alios docendo, ſeque ipſum inſtruendo, breui tempore ditatus atque honori habitus eſt. *Linguam* quoque terrae illius apprehendit, atque ad altiora paulatim progrediens, parſimoniae, frugalitatis et caſtimoniae diſciplinis litteraturam adornabat. Ob ea ergo ſtudia omnibus gratus, magnorum uirorum atque potentum, ſuffragante ſibi etiam corporis elegantia, contubernio ac familiaritati ſeſe applicuit. Legationibus etiam et reſponſis inter magnas perſonas deferendis apprime aptus erat.

CAPVT II.

S. Otto ducis Poloniae legatione fungitur et proxenetam agit apud ſororem imperatoris.

DEnique occaſione legationum duci *Poloniae* innotuit, magnamque in oculis eius et totius curiae gratiam inuenit, ita ut duci placeret talis clerici obſequio domum ſuam honeſtare. Ita ergo ſe multa opportunitate ac modeſtia duci aptauit et toti curiae gratum fecit. Cumque aliquot annos probe ac ſapienter ibi manſiſſet, uxor ducis defuncta eſt. Expletis ergo diebus lamentationis ac luctus, cum ſe ſe laetius dux habere cepiſſet; Otto qui cum maioribus terrae frequenter erat, tractare et inueſtigare cepit de animo ducis, ſi quo modo ultra ad alios thoros uenire cogitaret, adiungens, quod *in partibus Teutonicis honeſtiſſimum poſſit inuenire matrimonium, per quod magna uobilitas, immo totius Teutonici regni potentia ſummis amicitiis eis coniungeretur.* Diuus haec Otto crebro monet; ſermo ad ducem perlatus eſt. Primo autem cepit apud ſe ille tractare; deinde conſilium habere cum aliis, poſtmodum ipſum *Ottonem* ad conſilium uocare, plenius ab eo rem cogniturus. Itaque Otto *de maieſtate ac potentia Romani imperii et de antiqua et clariſſima regum proſapia pauca* praemittens, *de uiduitate ſororis eius dominae uiduae, quodque eam impe-*

imperator dignis thalamis ſociare uolens, totius curiae ac principum ſuper hoc conſilium exſpectaret, plura ſubiunxit, *felicem fore* affirmans, *cui tantae pulchritudinis thorus contingeret*. Ex parte autem ducis monebat, *altra autem in nuptiis nihil ei quaerendum, niſi amicos, genus et potentiam, utpote cui opes habunde ſuppeditarent*. Quid plura? Dux ipſe omnesque conſilii participes, *a domino fermonem eſſe* dicunt; deinde magis ac magis ducem hortantur ſui, monet publice ac priuatim, *hoc tam ingens decus, tam oportune uenientem gloriam mature captandam*. Vbi autem ad plenum duci res animo ſedit, non prius aggredi uoluit, *niſi et hoc principibus Poloniae placeret*. Habito ergo colloquio inuenit aſſenſum. Idem omnes ſentiunt, probant, cupiunt *tanta claritate, tantaque nobilitate illuſtrari Poloniam*. Otto ergo pro tali conſilio magnus et clarus habitus eſt. Cum ergo ageretur de nuntiis, ipſe eligitur et magni ſine iniquitate uiri, comites ei decernuntur, ueſtitus ornatur, ditatur, omnibusque neceſſariis, quae uſus honorque poſcebat, abunde expeditur, ſicque in multa gratia dirigitur, ſummae legationis ſtrenuo officio gratiam et gloriam recepturus. Eo tempore ſoror imperatoris in contubernio ipſius digno honore et apparatu manebat; de qua ille magnae affinitatis ſperans neceſſitudines ſecundum magnificentiam generis et potentiae, felices de illa nuptias expectabat. Acceptis ergo nuntiis et petitione ducis, rex hilariter reſpondet, *magnae legationi pro conſilio principum reſponſurum* pollicetur, gratias tamen agens domino nota ſententia de honore ſororis oportune promotiui. Conſilium ergo de tanto negotio habens cum epiſcopis, archiepiſcopis aliisque principibus ſeu magnis uiris, magnifice tractat rem et retractat, nuntiis interim ad decus imperiale bene habitis. Deinde ubi ſatis omnia exquiſita uidentur, uocatis eis, rem per ſe breuiter exquirit imperator, *ducem Poloniae, nobilitate, opibus ac potentia dignum altis thalamis, ſororem quoque ſuam unicam unici fratris gratam ſibi prae cunctis rebus libenti animo tali uiro copulare, quia ſuis fidiſſimis hoc uiſum ſit conſiliariis*. Addit etiam, *hoc commercio duos populos confoederari, Poloniae res nobilitari, duci amicos potentes et gloriam conquiri*. Figitur ergo contractui locus et tempus, remittuntur nuntii magnis cumulati muneribus, ingens utrinque apparatus pro perſonarum dignitate nuptialibus rebus componitur. Duce ergo optatis thalamis potito, maior iterum gratia Ottoni acceſſit, ſuique paranymphi domina oblita non eſt, in omni domo ſua inclitum, carum et familiarem eum habens, et quotiens germano ſuo imperatori dona uel reſponſa mittebat, Otto internuntius et fidus mediator fuit; factaque eſt per eum quaſi una respublica domus imperatoris et domus ducis. Cumque inter eos ſaepe iret et rediret, imperator uir ſagax legati fidem ac prudentiam animaduertit, et quamuis ſorori ac ſororis marito commodum eum ac neceſſarium cognoſceret, intelligebat tamen altiori dignitati hunc forc oportunum. Quare clementi beneuolentia eum alliciens, ſorori pro eo ſcripſit uerba poſtulationis, *ſuis*, dicens, *talem clericum obſequiis neceſſarium*. Soror autem et dux in multis diuitiis benefacientes capellano ſuo, in multa honeſtatis gratia imperatori eum quamuis inuitum dimiſerunt.

CAPVT III.

Quo pacto S. Otto imperatoris gratiam ſibi conciliarit.

IMperator uero primo in leuibus eum rebus exercens, familiari eius ſeruitio in multis bene uſus eſt. Pſalterium et orationes priuatas, ſi quando uacabat, cum eo ruminare ſolebat. Nam adeo literatus erat imperator, ut per ſe breues legeret ac facetet. Videns ergo hoc placere imperatori, *pſalmos et hymnos, capitula et orationes per totum annum, ut memoriter curſim dicere poſſet, efformare* clericus elaborabat; aliisque capellanis alias intentis hic ſemper praeſto erat, et pſalterium, quo uti ſolebat imperator, ſub aſcella ſua iugiter, uel ad ſellam ſuam iugiter dependens, quotiens opus erat, requirenti obtulit imperatori. Nihil enim Ottonis ſollertia negligendum putabat, quo ſibi gratiam domini conciliare ualeret. Vnde mane, ueſpere et omni tempore cum pſalterio ſuo ad manum imperatoris praeſto ſe Otto exhibuit.

CAPVT IV.

S. Otho ſit cancellarius imperatoris.

POrro illis diebus *inueſtituras eccleſiarum imperatores dare* ſolebant, et quotiens epiſcopus decedebat, id moris erat, ut eccleſia illa baculum et annulum imperatori transmittens, de curia ſibi poſtularet epiſcopum. Multi ergo nobiles et magni uiri, cognati ac filii principum in curia degebant, ſpe promotionis, uice capellanorum imperatori obſequentes. Inter quos omnes tam acquabiliter et compoſite Otto ſe gerebat, ut neque ex elatione inuidiam,

neque ex uilitate deſpectum incurreret. Denique quodam eorum, qui cancellarius fuit, ad epiſcopum ſublimato, *Otto* ſigillum imperatoris et officium cancellariae ſuſcepit; tantaque induſtria et bonitate ſingula geſſit, ut ab omnibus curialibus amaretur, et a cunctis ei deferretur.

CAPVT V.

S. Otho ſtructurae baſilicae Spirenſis praeficitur.

IMperator uero famoſum illud ac laborioſum opus *Spirenſis* monaſterii habebat in manibus, omnes ſapientes ac induſtrios architectos, fabros et caementarios, aliosque opifices regni ſui, uel etiam de aliis regnis, in opere ipſo habens, aurum et argentum et pecuniam multam, ſumptusque infinitos annis ſingulis expendebat. At magiſtri operis partim negligentes, partim etiam ſua commoda ſectati rem tarde promouebant. Commonitus ergo princeps a fidelibus ſuis de iactura impenſarum diligentius tractare cepit, ac ſecurus de Ottonis ſui fide, diligentia et ſagacitate, omnino opus ei commiſit, praecipiens, ut tam opifices, quam magiſtri eorum illi ſoli parerent, omnem pecuniam, ſumptus et impenſas ab eo expectarent, illique retaxarent. Sed quid? Non facile dici poteſt, quanta conſeruatio rerum facta ſit et quanta ſtructurae promotio. Ita ergo in omnibus ſibi Deo propitio praeſtabilem ſe et carum ſummis et mediocribus Otto faciebat, in aula regis quaſi *alter Ioſeph* curam gerens uniuerſorum.

CAPVT VI.

Sedis Bambergenſis uacantia.

INterea *Ropertus*, Bambergenſis epiſcopus, de hac uita migrauit. Itaque ex more temporis inſignia epiſcopatus ad curiam allata ſunt, et petitio eccleſiae pro paſtore. Sed imperator conſilio ſex menſium ponit inducias. Eccleſia uero Bambergenſis cum clero et populo DEO interim deuotiſſime pro idoneo rectore ſupplicabat. Elapſis ergo inducias diebus, cum iam tempus eſſet mittendi ad curiam pro epiſcopo et imperator benignitatis et gratiae literis nuntios euocans, idoneum illi eccleſiae uenturum nuntiaret epiſcopum, inter ſpem et metum anxii, attentius rem domino Bambergenſes commendabant.

CAPVT VII.

S. Otho Bambergenſibus legatis epiſcopus commendatur.

ABeuntibus ergo nuntiis, ſummis et praecipuis de ipſa eccleſia uiris tam clericis, quam laicis, reliqui omnes, a minimo usque ad maximum in proxima dominica ante natiuitatem domini elatis crucibus cum proceſſione montem beati *Michaelis* aſcendunt, angelica ſuffragia quaeſituri, *ut Michael archangelus, caeleſtis militiae ſignifer, negotio huic ſe ingereret, ut eius ſtrenuo interuentu bonum et gnarum ſuper ſe prouiſorem accipere mererentur.* Quos in miſericordia et ueritate ſumma diuinitas, interuentu beati archangeli, exaudiuit, ut ipſe rerum probauit euentus. Legati eccleſiae ab imperatoria maieſtate honorabiliter ſuſcepti ſunt, et optime de negotio ſuo expediti. Imperator etenim accitis eis, *quantam*, inquit, *ſollicitudinem geramus pro eccleſia noſtra, hinc aduertere poteſtis, quod non temere aut ſubito rectorem uobis deſtinandum putauimus, ſed magis conſilio et deliberatione, mora temporis et cura diligenter exquiſita. Nec mirum ſane; a noſtris enim parentibus ac progenitoribus aut noſtis, eccleſia illa fundata, ac poſſeſſionibus feudatis et miniſterialibus et omnium rerum affluentia ditata et ſublimata eſt; et quod de aliis eccleſiis dicere non poſſumus, haec omma illi adhuc integra manent et conſeruata. Quare in talem donum prouidum et ſagacem, et rerum conſeruatorem, non inanem, non ſuperbum, conuenit intromitti rectorem. Vnde* alias non ita ſolliciti *fuimus, ſed cito et absque trepidatione fecimus, quod faciendum erat.* Cumque his et huiusmodi uerbis conſilium ſuum legatis ſemel et iterum commendaret imperator, quidam ex eis tanquam pertaeſi dilatione, *ubinam uel quis eſſet*, ſciſcitantur. Imperator uero, *en* inquit, *praeſto eſt*, et manu erripiens OTTONEM capellanum ſuum, erat autem elegantis perſonae, ac bonis indutus ueſtibus, tonſura, forma, totoque habitu intus et exterius clericum praeferens, *En*, inquit, *hic eſt, hic eſt dominus ueſter, hic eſt Bambergenſis eccleſiae antiſtes.* Conſternati ad horam illam ſeſe inuicem reſpiciunt, illumque oculis deiectis ſumunt et reſumunt; aliique nobiles circumſtantes, qui aut ſibi aut ſuis cupiebant, nutu ac muſitatione legatos quaſi ad contradictionem inſtigabant. Legati autem ſubtriſtes, *ſperabamus*, inquiunt, *aliquem ex dominis et principibus curiae noſtrae, parentatum ac nobis notum, dominatorem nos accepturos; nam hunc, quis ſit, aut unde*

de ſit, ignoramus. Imperator autem re-A probationem perſonae haut ſuſtinens, *et uultis ſcire,* inquit *quis ſit? Volumus,* inquiunt, *profecto,* ait, *ego pater eius ſum, et* Bamberck *mater eius eſſe debet. Verbum hoc mutare non poterimus; ſi quis autem huic noſtrae ordinationi, quae a Deo, contraire temptauerit, offenſam noſtrae indignationis procul dubio incurret; deinde leuitate aut priuatis commodis non ducimur, ſed, quod honeſtiſſimum et maxime* B *illi eccleſiae neceſſarium eſſe perſpeximus, id ſimpliciter in hoc negotio ſectati ſumus. De expertis rebus non incertum iudicium eſt; longa hunc hominem experientia et probatione totum dicimus, fidem eius, longanimitatem, patientiam, prudentiam, ſagacitatem et diligentiam in exequendis paruis rebus, ſtrenuitatem eius in magnis negotiis notam habemus. Denique abſentatio eius magnum domui noſtrae impedi-* C *mentum fiet; quoniam ipſe de omnibus rebus ſtrenue ac fideliter expedire ſolebat.* Otto ergo audita clementia imperatoris, ad pedes eius ſternitur, ubertim lachrimas fundens. Accurrunt legati, proſtratum leuant. Ille humiliter recuſat, *ſe pauperem, ſe indignum tantae dignitati* affirmans; *iuſtius eſſe uiros ingenuos, claros, nobiles, potentes ac diuites, dominos et capellanos ſuos ad tales honores* E *conſcendere. Cernitis,* ait imperator, *qua hic homo feratur ambitione; iam tertio recuſat; iam duos epiſcopatus ſibi oblatos ad ſocios transferri rogauit. Quid uobis uidetur? Auguſtenſi epiſcopatu locare uoluimus, ſed ille ſciens, quia* hereditas, ad quam primo feſtinatur, in fine benedictione carebit, *eos, qui ſe priores in laboribus et exercitiis curiae noſtrae extiterant, prius ad quietem uenire iuſtum eſſe* E *dicebat; poſtea uero de Halberſtatenſi epiſcopatu ſibi a nobis oblato ſimiliter fecit. Quid ergo? ſpero,* ait, *Bambergenſi eccleſiae hunc diutius eſſe reſeruatum.* Haec dicens, *annulum* epiſcopalem digito eius infixit et *baculum* dedit. Sicque ueſtitum legatis conſignauit, moxque ab omni curia ei acclamatur. Legati ergo F rem a Deo eſſe cognoſcentes ſuſcipiunt, amplectuntur *dominum et patrem ſuum* illum uocantes. Quos etiam alloquens imperator, *aſſumite,* ait, *dominum ueſtrum et omni reuerentia, dilectione ac bonitate ipſum complectimini. Teſtor eum, qui nouit omnia, non me hodie noſſe mortalem, cui honeſtius ac tutius eius loci cura credi potuiſſet. Me quoque uiuo in impe-* G *rio Romanorum poſito, qui hunc tetigerit, tangit pupillam oculi mei.* His modis hoc ordine ad pontificatus gradum ſcandere coactus, aegre quidem et cum multa hacſitatione conſenſit, propter *de inueſtitura contentionem inter regnum et ſacerdotium,* et propter electiones ecclesiarum, quas euacuare, ac ſibi uendicare in magis, quam iuſte laborabat imperialis auctoritas. Cogitabat etiam non absque diuinitatis nutu tertia iam uice epiſcopatum ſibi offerri; quem ſi repudiaſſet, timuit ne ſententiam incurreret illam, qua dicitur, *noluit benedictionem et ablongabitur abeo.* Itaque in his anguſtiis poſitus, quod ſolum ſalutare putabat, ad ſanctae et apoſtolicae ſedis et catholicae matris auxilium confugere delegit. In ipſo ergo articulo adhuc in curia poſitus *uotum uouit domino, nunquam ſe in epiſcopatu manſurum, niſi et conſecrationem pariter et inueſtituram canonice, conſenſu et petitione eccleſiae ac manu domini apoſtolici ſuſcipere mereretur.* Diem autem natalis domini *Moguntiae* cum imperatore celebrauit. Dehinc retentis ex parte, atque ex parte dimiſſis legatis, qui pro ſe uenerant, in curia manſit diebus bene XL. decore magno et honeſtate, imperatore ipſo et omni aula plurimum ei deferente.

CAPVT VIII.

Quo pacto S. Otto Bambergam ingreſſus ſit.

POſthoc princeps *Auguſtenſi* et *Wittenbergenſi* mandat epiſcopis, aliisque de curia ſua honoratis uiris, qui honeſtiſſima ſocietate atque ingenti comitatu ad ſedem ſuam in uigilia purificationis beatae ſemper uirginis *Mariae* Babenberc eum deducebant, omni clero et populo in magno deſiderio et expectatione poſitis. Itaque propinquante illo ad locum, ubi primitus conſpicere potuit monaſterium cathedrale, ab equo deſcendit, calceamenta ſoluit, humilitatem cordis habitu corporis oſtendit, frigora, niues et glaciem Februarii nudis pedibus usque in aedem Georgii calcauit, occurrentibus ei longo examine clericis et monachis, nobilibusque laicis in multitudine copioſa, cum uniuerſa plebe Bambergenſis eccleſiae, in pompa et proceſſione glorioſa, in ornamentis et reliquiis ſanctorum, in hymnis et confeſſionibus perſonae ac tempori opportunis, tantaque fuit exultatio et decus ſuſceptionis, ut uerbis explicari non queat. Salutatione autem completa, penetrabile gelu pedes aduſſerat ita epiſcopi, ut uitae ſedem cor, et uitalia frigus ex toto pene poſſederit. Epiſcopus autem rerum gnarus, aliis aquam calidam ad lauandos pedes offerentibus, ille frigidam popoſcit, et imponens pedes frigore frigus propulſauit. Memor ergo uoti ſui, poſt paucos dies ſuſceptionis ſuae, antequam de aliis rebus ſuis ordi-

naret, nuntios Romam mittit, et litteras in hunc modum.

CAPVT IX.

S. Ottonis litterae ad pontificem, quibus ipsi electionem ad solium Bambergense denunciat et pontificis responsio.

Domino et patri suo Paschali, *sanctae et apostolicae sedis uniuersali episcopo, Otto Bambergensis ecclesiae, id quod est, tam deuotae, quam debitae subiectionis orationes et seruitium. Quia totius ecclesiasticae dignitatis ac religionis fundamentum in* Christo petra *est, et in Petro eius discipulo, et eius successoribus, idcirco ab hac uirga directionis, uirga regnorum, pontificatuum et omnium potestatum in ecclesia insanum duxi aberrare. Vobis ergo, pater sanctissime, et sanctae matri meae Romanae ecclesiae collum deuote subuittens, auxilium et consilium de rebus meis flagito. In obsequio enim domini mei imperatoris per annos aliquot degens, et gratiam in oculis eius inueniens, suspectam habens de manu principis inuestituram, semel et iterum cum dare uellet, renui episcopatum. Nunc uero iam tertio in Bambergensi episcopatu me ornauit; in quo tamen minime permanebo, nisi uestrae complaceat sanctitati, per uos me inuestire et consecrare. Quicquid ergo placeat discretioni uestrae de me, per nuntios mihi significate seruo uestro, ne forte inuacuum curram, si ad uos currere incipiam. Omnipotens ergo Deus uobis propitiam incolumitatem uestram custodiat.* Dominus autem apostolicus uisus litteris gauisus est, eo quod pauci episcopi Teutonici regni in ea malignitate temporum, matri suae, ut iustum esset, deferrent, ac ei tales litteras destinauit: *Paschalis seruus seruorum Dei, Ottoni dilecto fratri Bambergensis ecclesiae electo, salutem et apostolicam benedictionem. Filius sapiens laetificat matrem suam. Opera tua et consilium tuum uirum praeferunt sensatum. Nos ergo honorare et profectus tuos iuuare congruum duximus. Nihil ergo de nostra beniuolentia dubitans, tuam nobis, quantocyus uales, praesentiam exhibeto. Certi enim sumus, quod diuina sapientia etiam malis hominibus bene uti nouit.*

CAPVT X.

S. Ottonis consecratio facta a domino apostolico.

Acceptis litteris iuxta uerbum domini apostolici, beatus *Otto* Romam, in ascensione domini ueniens, transiuit, et in Anagnia ciuitate *Campaniae* dominum apostolicum inuenit. Porro uiri honorati, qui cum eo erant, data et accepta salute, dominum apostolicum etiam ex parte salutant ecclesiae, subdentes petitionem et uota pro electo. Otto uero nihil cunctatus ordinem et modum accessionis aperit; fatetur omnia; baculum ponit et annulum ad pedes apostolici; temeritatis uel errati ueniam petit, insinuans tamen non uoluntate sua, sed potestate factum aliena. Pro quo et seuerus in se canonicae districtionis sibimet imprecatur ultionem. Apostolicus uero, uir summae prudentiae, constantiam eius admiratus, leuare iubet insignia. Negat ille, indignum se et peccatorem protestatus. Cum apostolicus, *sancti Spiritus*, inquit, *festum propinquat, tanti arbitri consiliisrem hanc commendare debemus.* Deinde ubi de his satis utrimque dictum est, benedictione accepta, Otto cum suis ad hospitium digreditur. Ibi multa secum tota nocte illa et sequenti die tractabat: malitiam temporis, anxietates et pericula pastorum, inobedientiam et inquietudines subditorum: postremo quicquid in tali re duri uel aduersi esse potest, ante oculos ponebat, ac plena deliberatione omnibus depositis priuatus et quietus esse apud se decreuit. Itaque ascitis sociis, ille quid deliberasset aperuit. Moxque uale faciens domino apostolico et curiae, per uiam, qua ueneat, redire cepit. Cumque iter diei cucurrisset, missis legatis, sub sanctae obedientiae mandato apostolicus redire iubet abeuntem. Mittit dona donorum sericata, monet cor et corpus aptare donis Spiritus sancti. Quid facit? Obedientia retrahitur, a comitibus impellitur, et cum tremore ac reuerentia iuxta mandatum domini apostolici reuersus in sancto die sacrosanctae pentecostes petentibus nuntiis ecclesiae suae ab ipso domino apostolico inuestitur, multoque decore et laetitia totius curiae sancti Spiritus inuocatione inter missarum solemnia in episcopum consecratus est. Et reuertens has de itinere litteras expectanti ecclesiae suae praemisit: *Otto gratia Dei Bambergensis episcopus Eberhardo praepositо*, hanc epistolam leges Lib. I. cap. XV. pag. 416 in qua tamen pro *Egilberto Eberardo* et pro *beatissimo papae Paschali* legitur *uenerabili praepositо domno Paschali*, extenditque illa se tantum ad uerba *infecto negotio redierint*, et clauditur cum *ualete*.

CAPVT XI.

Apostolicus uero has commendatitias ecclesiae scripsit pro dilectione Ottonis episcopi: *Paschalis epi-*

epiſcopus. Quas inuenies lib. I. cap. XIII. p. 414. in quibus pro *fedulis obedite obſequiis* ſcribitur *fedulis officiis obedite*, et in ſequentibus *gratiam uobis in eo conciliate caeleſtem*, omittitur *caeleſtem*, inſuper poſt *mereamini* ſubiicitur uotum *pax uobis.*

CAPVT XII.

CVnctis ergo diebus, quocunque ſtatu eccleſiae, apoſtolicae ſedi conſtanter ac fideliter adhaeſit beatiſſimus Otto, adeo ut in illa dolenda *excommunicatione imperatoris Heinrici iunioris*, tanto tempore ſchismatis cum *ſacerdotio* perſtiterit, canonicis non ſuo ingenio quidem, *imperio* pro conſeruatione rerum temporalium fauentibus.

CAPVT XIII.

HIc ſequuntur uerba omnia capitis XXIII. lib. I. pag. 420. pro *uero* tantum ponitur hic *enim.*

CAPVT XIV.

POſt Dei autem. Quod eſt caput XXIV. lib. I. in Andreae hiſtoria pag. 421. pro *ſacro ſancto die* legitur hic *ſacro die* et pro *ex eo igitur* ſcribitur *ex eo ergo.*

CAPVT XV.

ITaque multa. Eſt hoc lib. I. cap. XXV. pag. 421. pro *ei cura*, legitur *cura ei* et pro *quod ſentiebat*, hic habetur, *quae ſentiebat.*

CAPVT XVI.

VNde licet. Eſt hoc caput XXVI, lib. I. pag. 422. nihil immutatum.

CAPVT XVII.

SEd quia. Eſt hoc caput XXVII. lib. I. pag. 422.

CAPVT XVIII.

ET primitiae. Eſt hoc caput XXVIII. lib I. pag. 422. pro et *ordine* legitur *de ordine Ciſtertienſi* et pro *tria de ordine fecit*, hic legitur *tria fecit de ordine.*

CAPVT XIX.

PORro in epiſcopatu Ratiſponenſi. Eſt hoc caput XXIX. lib. I. pag. 423. Vbi pro *porro in Ratiſponenſi epiſcopatu*, legitur uti poſui, pro *fundo ſita ſunt*, hic legis *fundo locata ſunt*; pro *ſub patrocinio beatae*, legitur *patrocinio eſt*, uti dicimus, hoc mihi curae eſt, niſi *ſub* ſit omittum.

CAPVT XX.

IN epiſcopatu Halberſtatenſi. Eſt hoc caput XXX. lib. I. pag. 423. pro *undecima eſt ei* legitur *undecima ei eſt*, pro *Cluniacenſi Clunacenſium*, pro *Babenbergenſi eccleſiae*, *eccleſiae Bambergenſi*, pro *ſexaginta duos manſos*, *ſexaginta manſos*, pro *habuerit habuerat*, pro *ipſum autem fundum etc. Ipſe autem fundus a uenerabili Ottone ingenti pecunia comparatus magnis ſumptibus in abbatiam promotus eſt.*

CAPVT XXI.

ESt hoc caput XXXII. lib. I. pag. 423. pro *Alrisbach* legitur *Alirsbach*, pro *Aniſum Enum*, pro *Luipoldo Leopoldo.*

CAPVT XXII.

ESt hoc caput XXXIII. lib. I. pag. 424.

CAPVT XXIII.

ESt hoc caput XXXIV. lib. I. p. 424. 425. pro *neque qui ſeminat*, *neque qui rigat*, legitur *neque qui plantat*, pro *ex iisdem igitur*, *ex eisdem ergo*, pro *iam in abbatiam*, *iamque in abbatiam*, pro *Vezzera*, *in eodem epiſcopio*, *Vezzera in eodem epiſcopatu. Nortpertinorum*, uox haec omiſſa erat, pro *tenuitate*, *ſterilitate*, pro *eidem cellae bona*, *eidem cellae emit bona*, pro *et cum omni utilitate*, *et cum utilitate.* Pro *Gotdoldus*, pro *in epiſcopio Herbipolenſi*, *in epiſcopatu Herbipolenſi.* Pro *Tuckelhuſen in eodem epiſcopio Duckſelenhuſen in eodem epiſcopatu*, pro *dicta nunc ſufficiant*, *dicta ſufficiant.* His finitur hoc caput.

CAPVT XXIV.

INquiſitus autem familiariter a ſuis, quare tot et tanta in ſumptus eccleſiarum Chriſti tam diligenter expenderet, parabolam illam euangelicam de Samaritano et homine a latronibus caeſo, et ſtabulo aoſtabulario ad reddendam rationem cauſae ſuae humiliter inferebat, *mundus*, inquiens, *iſte totus* etc. Refert haec Ticmo in Andreae hiſtoria lib. I. cap. XXXV. pag. 425. pro *ſi ſpoliati*, *experientur*, additur hic *ſi ſpoliati*, *caeſi atque plagati fuerint*, *et ita ſeminudi relicti*, *certe uel multi experientur*, pro *ſuperuenit*, *ſuperuenerit.* Pro *euadere non ſperent*, *euadere non poſſint uel ſperent*, pro *hora eſt; ſed propter eos*, hic recte additur *hora eſt et mundus in maligno poſitus eſt ſed propter*, pro *nunc autem inquit in fine ſeculorum multiplicatis*, *nunc autem in fine multiplicatis*, pro *melius in coenobiis*, *in*

coenobiis melius, pro *eructuantia* legitur rectius, *eructautia*, pro *abundantes in egreſſibus, abundantes in greſſibus*, pro *in ſatis, in pratis eorum, in ſatis eorum et pratis*, pro *uel meis initiis, et meis initiis*, pro *non dedignatus eſt, dedignatus non eſt*, pro *omnia concludens, concludens omnia* pro *in eccleſia prouenere*, pro *in eccleſiis prouenere*, pro *quid enim putas*, ut in colloquio, legitur abſolute, *quid enim putamus*, pro *per eius opera, per eius operam*, pro *his enim malis et in commodis circumuenti homines de ſeculo peccatores, his enim malis circumuenti homines peccatores de ſeculo*. Pro *uigiliae, pugna, uigiliae et pugna* pro *ſpiritales, ſpirituales*. Pro *contingit fundari*.

CAPVT XXV.

Alixtus epiſcopus. Eſt hoc caput XXIII. l. I. p. 56. pro *Babenbergenſi Bambergenſi* pro Babenbergenſis epiſcopus legitur rectius, *Bambergenſis epiſcope*, pro *uexationibus fatigare, fatigationibus uexare*, pro *uſibus omnimodis, uſibus commodis*, pro *paginam infregerit ſeu contra eam, paginam ſciens contra eam*, pro *redemptoris noſtri IEſu. Redemptoris IEſu*. Pro *ſcriptum per manum*, legitur *ſcripta per manum*. Et deinde poſt uocem *palatii* ſeu in fine epiſtolae *adiiciuntur haec uerba*: ſed ſicut in rebus temporalibus perpetuam ſecuritatem et aeternitatem ſuis coenobiis per apoſtolicam autoritatem prouidere ſtuduit, ita in religione et diſciplina ſpirituali ſtabilitatem atque immutabilitatem monaſtici ordinis, eiusdem ſacrae ſedis autoritate corroborauit, ſicut in priuilegio, quod a domino *Innocentio* papa accepit, perſpicue conſiderari poteſt.

CAPVT XXVI.

Innocentius epiſcopus. Eſt hoc caput XXXVII. l. I. pag. 429. et ſeqq. pro *frater Otto epiſcopus* legitur *frater Otto epiſcope*, pro *imprimis ſiquidem ſtatuentes, imprimis ſtatuentes*. Pro *uel ab aliquo, uel aliquo* omiſſo *ab* incuria librarii, pro *tertioue commonitus*, pro *fiat alienus, alienus fiat*, pro *nonne tibi uidetur?* ut in colloquio, legitur *uonne manifeſte uidetur*, pro *conſeruetur? Nonne ſatis apte* ut in colloquio, hic ut in relatione ſimplici legitur *conſeruetur*. *Aperte enim ſanctum eſt*. Et ita porro pro *uoluerit promouere?* cum ſigno interrogationis, *uoluerit promouere*, cum puncto. Et his uerbis finitur hoc caput.

CAPVT XXVII.

In diebus ipſius. Hoc eſt caput XXXIIX. lib. I. pag. 431. pro *Deo permittente* legitur *domino permittente*, pro *et turrium cruces, et cruces turrium*, pro *liberalitate pridem, liberalitate ipſa pridem*, pro *ſua benignitate etc.* usque ad finem legitur, *ſua liberalitate ipſe, ſuperaddiderit in reditibus et oblationibus cottidianis canonicae praebendae, conſiderari poteſt*.

CAPVT XXVIII.

Eccleſiam. Hoc eſt caput XXXIX. lib. I. pag. 432. At quia hoc aliquantum ab Andrea mutatum, ideo uerba ipſa referenda duxi, quae haec ſunt: eccleſiam quoque ſancti *Michaelis*, cum terrae motu ſoluta ruinam ſui minari uideretur, a fundamento deſtruxit, et ingenti ſumptu ac pecunia maioris et elegantis fabricae monaſterium in laudem et gloriam Dei et militiae caeleſtis erexit. Stipendia quoque fratrum talentis plus quam nonaginta redituum per ſingulos annos cumulauit, multa quoque ornamenta eidem loco contulit, ipſumque usque ad nouiſſimam tubam et uocem filii Dei locum habitationis ſuo uenerando corpori elegit. Multa hic breuitatis etc. *quae uerba in dicto capite XXVI. pag. 64. usque ad finem inuenies*, pro *ſtudio breuitatis* legitur *breuitatis ſtudio* pro *in ampullis etc.* usque ad uocem *et uariis*, legitur: *in calicibus aureis et argenteis, in crucibus, in capſi marceis, manipulis aureis et argenteis, in thuribulis, in candelabris et uariis* pro *inirumque eſt ab, mirumque ab*.

CAPVT XXIX.

Regibus. Hoc eſt caput XL. et XLI. lib. I. pag. 433. pro *priuilegium porrexit*, legitur, *priuilegium poſtulauit*: at errauit typographus occaſione uocis *poſtulatione*, quam in mente habuit.

CAPVT XXX.

Calixtus. Hoc eſt caput XLII. lib. I. p. 433. 434. pro *aut in uſus* legitur *uel in uſus*, pro *denarius unus Babenbergenſi, denarius unus annis ſingulis Bambergenſi* pro *abbatias uero, abbatias quoque*, pro *contra hanc noſtram confirm. contra hanc confirm.*

CAPVT XXXI.

Rem quoque. Hoc eſt caput XLIII. lib. I. pag. 434. 435. pro *quod ſibi et poſteris*, legitur *et ſibi et poſteris*, finiturque hoc caput uerbis *frugali parſimonia*, ceteris, quae ſequuntur hic et in parte I. cap. XXXI. Andreae, omiſſis.

CAPVT

CAPVT XXXII.

A

NOn in ueſte. Eſt hoc pars capitis XLIV. poſterior, et caput XLV. lib. I. p. 435. et 436. pro *Subtalares diſſutos* legitur *Sotulares diſſolutos*, quod eſt uel ſocculares uel ſubtalares, pro *non conſumere, profligare non debemus*, pro *illo cibo, qui tam magno conſtabat*, legitur *uelut cibo, qui tam magno pretio conſtabat*, pro *qui me ipſo, qui mihi me ipſo.*

CAPVT XXXIII.

Praeterea. Eſt et hoc caput XLVI. lib. I. pag. 436.

CAPVT XXXIV.

REferam unum. Eſt et hoc c. XLVII. l. I. Andreae 436. et 437. pro *Buchebach* legitur *Buchelbach*, pro *dolores modis quibus poterat releuare, dolores, quibus poterat conſolationibus, releuare*, pro *praecipuus amator, praecipuus ſemper amator*, pro *uir gnarus et prudens, uir gnarus ac prudens*, pro *quidem aegrotantis, quidem promittentis*, pro *portari mandat, portari iubet*, pro *abbas igitur, abbas ergo*, pro *uotiui ſui*, rectius *uoti ſui*, pro *inutile factum, inutile factu*, pro *ad uocationis ſuae diem, ad diem uocationes ſuae*, pro *conſummanda cepta, conſummenda cepta*, pro *per egenorum manus, per egentium manus.*

CAPVT XXXV.

EO tempore. Eſt et hoc XLIIX. lib. I. p. 438. in Andreae hiſtoria. *Ipſi namque*, ad uerbum *ſqualebant.* Haec non habet Anonymus.

CAPVT XXXVI.

ACcidit ergo. Eſt et hoc XLIX. lib. I. p. 438. et 439. pro *intus umbraculis*, pro *accito cubiculario, accepto cubiculario*, pro *epiſcopus conſpecta, epiſcopus autem conſpecta*, pro *quam uiuam, quam in uita*, pro *ipſumque oneri, ipſique oneri* pro *aptantem uidet, aptantem uidit*, pro *ſubiecit ſarcinae et cum, ſubiecit et cum*, pro *et ſlente ac ſlente.*

B

CAPVT XXXVII.

VIdens ergo. Eſt et hoc caput L. lib. I. p. 439. pro *eum moneret, eum monet*, pro *ad uniuerſales nundinas, ad uniuerſales ordines nundinarum*, pro *epiſcopi currunt, epiſcopi currebant*, pro *addidit denarios, addit denarios*, pro *eos dimittens, eos dimiſit.* Ad finem huius capitis poſt uocem *ſterilitatis*, addunt *ſequentia.* His aliisque operibus miſericordiae maximam ſibi fiduciam apud Deum altiſſimum conquirebat, et temporalibus expenſis in caelis ſibi theſaurizans diſperſit, dedit pauperibus, ut iuſtitia eius maneat in ſeculum ſeculi.

C

D *Quibus uerbis ex pſalmo CXI. u. 9. adiectis hic finitur liber primus. Qua Andreas in primo ſuo libro et capite quinquageſimo primo usque ad caput ſexageſimum recenſet, illa libro III. hic anonymus referet, ubi ſingula, quae habet, cum his conferantur.*

Incipit, Prooemium in uitam et peregrinationem beati Ottonis epiſcopi.

IAm tempus eſt, ut in memoriam aeternam beati ponaificis, peregrinationem et laborem eius ſtilo fideli proſequamur, qualiter apoſtolica autoritate beati *Honorii* papae Pommeranicae genti apoſtolus deſtinatus praedicauerit, baptizauerit et miniſterium ſuum fideliter adimplendo opus euangeliſtae fecerit. In quo reuera ſimilem illum fecit dominus gloriae ſanctorum, quam magnifice adeptus eſt in conuerſatione gentis illius, in cuius paenitentiam diuinitus eſt directus. Magna quidem ſunt merita ipſius, quae ſecundum dilectionem proximi in operibus bonis eleemoſynis membris Chriſti exhibuit; magnae et indeficientes miſerationes eius, quas fecit in domo Dei ſui, et in cerimoniis eius, ſed oleum diuinae caritatis, in ipſo habunde effuſum, uirtutibus eius ſupereminet uniuerſis. Venit enim non ſolum reducere oues perditas et conuertere ad paſtorem et epiſcopum animarum ſuarum; ſed etiam animam ſuam ponere pro teſtamento Dei, ardentiſſimo deſiderio amplectens contumelias, plagas et perſecutiones, expectans etiam uincula et carceres, et ipſam mortem pro nomine domini Ieſu, felici conſtantia, relictis omnibus, ſuſtinere. Credimus ergo repoſitam illi coronam iuſtitiae in illum diem regenerationis, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuae, quando ueniet in exultatione cum apoſtolis, doctoribus et euangeliſtis, a principe paſtorum percepturus duplicem ſtolam iucunditatis et immarcescibilem gloriae coronam. Nunc ergo quibus de cauſis, quibus autoribus, quo ordine et tempore conuerſionem Pomeranicae gentis ſit aggreſſus, exequamur, de ſitu et qualitate ipſius terrae, de ritu gentis pauca praemittentes. In-

ba Cod. M.S.

* INCIPIT LIBER II. IN VITAM ET PEREGRINATIONEM S. OTTONIS BABEBERGENSIS EPISCOPI AC POMERANICAE GENTIS APOSTOLI.

CAPVT I.

De situ et moribus hominum Pomeraniae prouinciae.

Lege praefat. ad Canisii lib. 2. Et hinc corrigenda.

POmerania prouincia ex ipsa nominis etymologia qualitatem sui situs iudicare uidetur. Nam *pome* lingua Sclauorum, *iuxta* sonat, uel *circa*: *meritz* autem, *mare*. Inde Pomerania, quasi *Pomeritzania*, id est, *iuxta*, uel *circa mare* sita. Est autem terra haec, si totam eius positionem tam in stagnis et resusionibus marinis, quam in locis campestribus considerare uelimus, quasi figura triangula, quia tribus lateribus quasi tribus lineis, per capita sibi cohaerentibus, tres angulos habere deprehenditur: ita tamen, ut unus angulus duobus reliquis sit extensior: qui etiam usque ad *Leutitiam* et prope Saxoniam uersus aquilonem ad fluctus *oceani* paulatim recuruatus demittitur.

Situs et forma Pomeraniae.

* Daciam. Quorum termines tangat.

Itaque Pomerania post se in oceano * *Daciam* habet et *Rugiam* insulam, paruam sed populosam: super se autem, id est, ad dextram septentrionis *Flauiam* habet, et *Prussiam* et *Russiam*: Ante se uero, id est, uersus *Aridam*, paruam extremitate se attingentes fines respicit *Vngariae* et *Morauiae*: dein *Poloniam* spaciosa contiguitate usque ad confinia *Leusitiae* et *Saxoniae* se habet attingendo extendentem.

Quales olim Pomerani.

Gens ista terra marique bellare perita, spoliis et raptu uiuere consueta, naturali quadam feritate semper erat indomita, et a cultu et fide christiana penitus aliena. Terra uero ipsa piscium et ferarum copiosam incolis praebet abundantiam, omnigenumque frumentorum ac leguminum siue seminum fertilissima est; nulla mellis feracior; nulla pascuis et gramine foecundior. *Vinum* autem nec habent nec quaerunt, sed *melleis poculis* ex ceruisia accuratissime confecta pina superant Falernica. Sed de his alias.

Fertilitas Pomeraniae. Vino caret.

Nunc autem est expediendum, quod multis admirationi est, quare uidelicet hi homines, tam procul ab orientali Francia et Babebergensi ecclesia, imo a toto orbe paene diuisi, non alium quemque de uicinioribus regnis uel ecclesiis baptistam et praedicatorem, quam Babebergensem episcopum, habere potuerint. Sed hic fructus ad incrementum beatitudinis eius a Deo illi donatus est.

Tiemo. *A domino*, inquit, *factum est illud, et est mirabile in oculis nostris.* Vnde, quonam id ordine factum sit, nos audire delectat. At ille; a re, inquit, paululum digrediendum est, ut concurrentium causarum et euentus et ordinem possim digerere. Psal. 117.

CAPVT II.

De Bolezlao duce Poloniae, et ex quibus causis praedicatio illius gentis orta sit.

TEmpore quo dominus meus Babebergensem regebat ecclesiam *Bolezlaus* uir strenuus et prudens, et ingenuae atque auitae nobilitatis decore illustris, ducatum Poloniae administrabat: qui dum se grauiter et proiude gereret, omnes terrae suae terminos sub praedecessoribus suis hostium uiolentia inuasos et perturbatos, castra urbesque a sua potestate alienatas manu robusta recuperare praeualuit. Cumque bellicos actus suos felici exitu saepe prosperari uideret, erga Deum quidem, a quo sibi sciebat praestari uictoriam, humilior atque deuotior; erga hostes uero erectior atque animosior factus, mutua uice terminos eorum ferro et igne attentare, praedasque et manubias frequenter abstrahere et personas captiuare solebat, quousque assiduis cladibus ac terrore confracti, multis obsequiis et donorum impensis animum eius delinirent, datisque et acceptis dextris, foedera pacis firmissime pangerent et pacta reciperent.

Ita edit. Canisius. Bolezlaus inchoatur hic cap. 1 lib. 2. ubi, quae Andreas Sefrido attribuit omnia reparet. Strenuitas Bolezlai, ducis Poloniae de qua lege Martinum Cromerum lib. 6. Rerum Polonicarum.

CAPVT III.

De actibus et bellis Bolezlai ducis.

ERant autem, cum quibus diuisim, diuersis temporibus, certamen habebat ex parte una *Poloniae*; * *Bohemiae*, *Morauiae*, *Vngariae*, ex alia Rutheni, gens crudelis et aspera, qui *Flauorum*, *Prussorum* et *Pomeranorum* freti auxiliis, acrius diutiusque illi restiterunt, sed frustra, quia tandem superati ab eo et contriti, post multas clades, pacem ab eo postulare cum rege suo decreuerunt. At ille, ut erat bellis

* Bohemi, Moraui, Vngari.

bellis ac laboribus semper infractus, non continuo de pace acquiescere uoluit, nisi prius aliqua memorabili honorificentia satisfactionem accepisset.

CAPVT IV.

Quomodo Bolezlaus per ductorem militiae suae Petrum Ruthenos capto rege circumuenerit.

REx uero et omnes principes *Ruthenorum*, sine amicitia et pace ducis non se quietos fore perpendentes, uiam inueniendae mutuae pacis et gratiae, illius prudentiae ac fidei committendam praesumpserunt. Ille uero hanc honestimam ratus uiam statuendae atque firmandae pacis, filiam ipsius regis petiuit et accepit uxorem; uidelicet, ut hoc affinitatis commercio tam principes ipsi, quam subditi, et terrae utriusque populi pacem ad inuicem haberent perpetuam, atque in necessitatibus et oportunitatibus suis mutuo sibi contra hostes praesidio forent, atque auxilia portarent. Colebant ergo se mutuis beneficiis socer et gener, magnificatusque est *Bolezlaus* et confortatus, ac prosperatus undique, nec ulla ei erat contradictio, uniuersis potestatis suae terminis hoste nullo turbatis.

Bolezlaus connubio sibi iungit filiam regis Ruthenorum.

Verum ea perfunctoria erbreuis erat tranquillitas. Nam post annos paucos *Ruthenissa*, uxor Bolezlai, moritur, unum tantum ei filium relinquens: unde, quasi rupto uinculo, quo tota inter generum et socerum constabat amicitia, dudum consopira bella paulatim recrudescunt. *Bolezlaus* igitur feritate gentis permotus cum suis consilium habuit, quonam modo rediui ua mala haec propulsare potuisset. Habebat autem Petrum quendam militiae ductorem uirum acris ingenii et sortem robore, de quo dubium, utrum in armis, an in consiliis maior fuerit: qui erat praefectus a duce super uiros bellatores. Hic adscitus consilio; *Si suis tantum*, inquit, *Rutheni uiribus dimicarent, illos a nobis conteri difficile non esset. Sed habent Flauos, habent Prussos, habent etiam Pomeranos, gentem idololatram, inuisam, ac nimis indomitam: quos omnes simul in arma prouocare, quam durum sit, inexperti non sumus, quamuis ante de his triumphos habuerimus. Quocirca meo animo consilium incidit Ruthenos arte melius superari. Et ne quis impossibile hoc aestimet, ecce uadam ad illos, et incruentam mihi de tyranno uictoriam reportabo, Deo mihi praestante ingenium.*

Moritur uxor Boleslai. Recrudescunt bella inter Polonos et Ruthenos;

Consilium Petri ducis. Mirificum strategema.

Sed quid multis? Placuit duci et principibus, experiri, si effectum habere uerba *Petri* queant: assumtisque uiris quasi triginta robustissimis, ficta necessitate, Petrus ad regem transfugit Ruthenorum, eumque arte sermonis circumuentum, quod male de duce senriret, aestimare fecit. Errex, eo quod fidem haberet homini, quem etiam prudentem sensit, ad multa negotia sua eius familiaritate usus est, sperans, quod tandem per eum de Polonia tota posset triumphare. At Petro aliud mentis erat. Nam cum die quadam fictus transfuga, ipsiusque socii cum rege in saltu nemorum uenandi gratia uagarentur, rex nihil mali suspicatus, occasione ferarum longius a moenibus abscesserat, elongatisque aliis, Petrus cum suis circa illum remanserat. Qua fretus opportunitate, capto rege, incruenram, ut pollicitus erat, de Ruthenis uictoriam domino suo duci reportauit: mirumque dictu, effera gens illa, hoc facto ita edomita est, ut nunquam postea, uiuente duce, ne quidem de bello cogitarer. Nam pro ereptione sui, tyrannus quidquid maiorum suorum studio ac solertia in thesauris collectum habere porterat, dare coactus est: aurum et argentum et quaecunque preciosa, in uasis et uestibus et uariis opum speciebus; quadrigis et camelis in Poloniam apportantibus, ita ut *Ruthenia* tota insolita paupertate contabesceret. Deinde ubi foedera mansurae pacis iurciurando tam rex quam oprimates *Ruthenorum* solidauerant; etiam hoc polliceri fide firmissima rogati sunt, ne *Pomeranis* ultra forent auxilio. Contra illos enim toris uiribus dux manum leuare cogitauit.

Fictum transfugium.

Petrus capit regem Ruthenorum.

CAPVT V.

Quomodo dux Bolezlaus Pomeranos expugnauerit.

HIs omnibus ergo ipsis ad uotum compositis; Pomeraniam insultibus crebris concutere, uastare ac populari coepit. Et quia paganismo tenebantur, dux eos aut penitus elidere, aut ferro ad fidem Christianismi conatus est impellere. At illi suis fisi uiribus, eo quod ciuitates et castra, natura et arte firma, in introitu terrae haberent quam plurima, se in expugnabiles fore, arbitrati sunt omnemque substantiam suam in urbibus collocantes, armorum praesidia praeparare mouitur. Sed quia Deo placuit aliquos ex eis conterere, ut caeteros ad fidem conuerteret, ingenium et uires contra

Dux Bolezlaus contra Pomeranos arma mouet.

eos *Bolezlao* miniſtrauit, ita ut multis et magnis cladibus eos frequenter afficeret. Nam et ciuitatem *Stetinenſem*, quae ſtagno et aquis undique cincta omni hoſti inacceſſibilis putabatur, quae etiam totius Pomeraniae Metropolis fuit, hiemali tempore ſtrictam per glaciem non ſine periculo exercitum ducens inopinata clade percuſſit. * Naclam quoque ciuitatem munitam et fortem ualde fregit et ſuccendit, et omnem regionem eius igne et ferro uaſtauit, adeo ut ruinas et aduſtiones et aceruos cadauerum interfectorum incolae nobis per diuerſa loca monſtrarent per annos tres, ac ſic de ſtrage recenti.

Victoriae Boleſlai de Pomeranis relatae.

Edit. Canif. Rudum ſed leg. Naclam. Vide Cramerum lib. 5.

Tam grauiſſime autem in illarum ciuitatum expugnatione ſubacti ſunt, ut quos neci et captiuitati dux ſupereſſe paſſus eſt, cum ſuo principe chriſtianos ſe atque tributarios fore, quod iurare licuit, pro lucro ingenti ducerent. Ferunt autem, quod, octo et decem millibus uirorum pugnatorum neci traditis, octo millia cum uxoribus et paruulis ad terram ſuam captiuos abduxit, in periculoſis marchiarum locis in urbibus, et caſtris eos collocans, quo terrae ſuae praeſidio forent, et cum hoſtibus ſuis, gentibus ſcilicet externis, bella gererent, indixit, hoc addito, ut abdicatis idolis, chriſtianae ſe religioni per omnia conformarent.

Numerus caeſorum et captiuorum.

Sed cum reliquos de gente perfida, quos in terra propria tributarios dimiſerat, dux, fidei chriſtianae apponere curaret, omnes epiſcopos terrae ſuae conueniens, nullum perſuadere potuit, ut illo ire, *atque in tenebris et umbra mortis ſedentibus* lumen uitae uellet oſtendere, ſingulis ſuas excuſationes praetendentibus, ſicque per triennium dilata eſt praedicatio, duce ipſo ſatis aegre ferente dilationem.

Studium Boleſlai introducendi in Pomeraniam chriſtianiſmum.

CAPVT VI.

Quomodo expugnatos ad chriſtianiſmum coëgerit, et Ottonem epiſcopum euangeliſtam et praedicatorem eis acquiſierit.

TAndem inſtinctu * admonitionis diuino ad hoc opus OTTONEM Babebergenſem epiſcopum, eius tunc fama late in regnis efloruit, eo quod et hunc in adoleſcentia eius patri ſuo, capellani more, obſequentem, notum et charum habuerit, inuitare decreuit, opportunum fore autumans, cum tali uiro et antiquas renouare amicitias, et tam ſancti operis gratiam illius iniungere ſanctitati.

** admonitum. Boleſlaus S. Ottonem in Pomeraniam inuitat.*

Mittens ergo legatos et munera, ſcripſit ei literas ſecundum uerba haec: *Literae ducis Poloniae ad S. Ottonem.*

Domino ſuo et patri amantiſſimo Ottoni, uenerabili epiſcopo, Bolezlaus, *dux Polonorum filialis obſequii humilem deuotionem. Quia in diebus iuuentutis tuae ad patrem meum decentiſſima te honeſtate conuerſatum meminì, et nunc quoque dominus tecum eſt, firmans te et benedicens tibi in omnibus uiis tuis, ſi tuae non diſplicet dignitati, ueteres tecum renouare animo ſedit amicitias, tuoque conſilio ſimul et auxilio uti ad Dei gloriam promouendum, ipſius gratia coadiuuante. Noſti enim, ut arbitror, quomodo* Pomeranorum *cruda barbaries, non mea quidem, ſed Dei uirtute humiliata, ſociari eccleſiae per baptiſmi lauacrum, ſeque admitti petiuit. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum epiſcoporum uel ſacerdotum idoneorum mihiue coaſſinium ad hocopus inducere queo. Vnde, quia tua ſanctitas ad omne opus bonum prompta et indefeſſa praedicatur, rogamus, pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſeruitio, pro Dei gloria tuaeque beatitudinis incremento, id laboris aſſumere. Sed et ego tuae paternitatis deuotus famulus impenſas omnes, et ſocios itineris et linguae interpretes, et coadiutores presbyteros, et quaecunque neceſſaria fuerint, praebebo: tu tantum uenire dignare.*

CAPVT VII.

Quam pronum ſe Otto beatiſſimus ad hoc opus exhibuerit.

HIs auditis epiſcopus quaſi de caelo uocem loquentis Dei accepiſſet, toto pectore abundantia laetitiae repletus, gratias egit omnipotenti Deo, quod ad talc negotium ſuo uti dignaretur miniſterio. Habito igitur chori et cleri ſui conſilio, miſſis ad apoſtolicam ſedem legatis, eum licentia et benedictione, atque obedientia uenerandae memoriae domini * Honorii papae, huic gratiſſimae ſarcinae humerum deuote applicauit.

S. Otto prouinciam oblatam cupidiſſime arripit.

** Calliſti. Vide Baron. anno 1124.*

Sed quia terram *Pomeranorum*, fama ferente, opulentam audiuerat, et egenos atque mendicos penitus non habere, ſed uehementer aſpernari, et iam dudum quosdam ſeruos Dei praedicatores, egenos ac ſenſu tenues propter inopiam contempſiſſe, quaſi non pro ſalute hominum, ſed pro ſua neceſſitate leuanda, officio inſiſterent praedicandi, ſtudioſo procurauit, ut non ſolum illis non indigens, uerum etiam opulentus appareret: non opes eorum ſibi, ſed ipſos potius uelle Deo lucrari.

Daniel Cramerus, Lutheranus praeco, lib. 1. Chron. Pomer. cap. 19. narrat Bernardum eremitam a Pomerano non auditum imo et repulſum fuiſſe, quod omnium rerum egens aduenieſſet.

Aſſumptis igitur clericis idoneis et eisdem ad iter abunde procuratis, miſſales aliosque libros et calices cum indumen-

S. Otto parat ſe ad iter Pomeranicum, et quo modo,

dumentis ſacerdotalibus, et alia quae-A que altaris utenſilia, quae in gente pagana ſubito inueniri non poſſe ſciebat, prouida liberalitate ſecum fecit portari, ne ſine inſtrumentis agricola fidus in agrum domini ſui exire uideretur. Veſtes quoque et pannos precioſos, aliaque donaria nobilibus ac diuitibus apta, euangeliſta ſimplex et prudens in uiam portauit euangelii, ne forte indigentiae cauſa paganis uideretur euan-B gelizare, ſed nouellae plantationi ſua potius conferre, quam illius appetere.

Tiemo. Parum te hic ſubmoneo, non tibi ſit iniuria. Video equidem, quibus cauſarum euentibus ad illam gentem tam longinquam *Ottonem* noſtrum ire contigerit. Sed qua illic iter egerit, et quo tempore in uiam ierit, leuiaque ſiue aſpera uiae diuerſa non omit-C tas, ne errare incipiam, ſi et ego eo ire uelim.

Seſridus. Vt uis, et in hoc ego obediam.

CAPVT VIII.

Quo tempore, quia uia illuc properauerit?

Iter S. Ottonis in Pomeraniam

PAratis omnibus, quae profectioni D erant neceſſaris, proxima die poſt feſtum *B. Georgii* martyris, ſalutato clero et populo ſuo, tanquam hoc opere uiam ſanctificaret, duas eccleſias, unam in *Luckenperge*, et aliam in *Vohendreſe* conſecrauit. Hinc, tranſito nemore Bohemico, per abbatiam * *Cladruuam* uentum eſt *Pragam;* inde per E *Satiſcham* in albi fluminis rips ſitam eccleſiam, ad caſtrum ducis Bohemici, quod *Miletiani* dicunt, ubi a duce ipſo magnifice ſuſceptus et donis honoratus eſt. Inde per aliud eius caſtrum, *Burda* nomine, usque *Nemetiam*, urbem ducis Polonorum, atque inde per tres epiſcopatus Poloniae, *Bretzlauenſem* uidelicet et *Callinenſem*, atque *Bozenamenſem*, F usque ad epiſcopatum *Genezenſem* cum gaudio et pace conducti ſumus, omnibus illis eccleſiis una ſalutatioois ſima dominum meum ſuſcipientibus, feſtiuae ſcilicet proceſſionis honore, gaudentesque per loca ſingula uno eodemque exultationis cantu eius propoſito alludentes; *ciues apoſtolorum et domeſtici Dei aduenerunt hodie*, et caetera, quae G in illo *reſponſorio* ſunt, deuote cecinerunt.

* Edit. Canif. Cladrim.

S. Otto paſſim cum proceſſione excipitur.

CAPVT IX.

Quid auxilii, quid praeſidii habuerit in duce Poloniae.

PRaeterea dux ipſe et omnes optimates Poloniae, quaſi ducentis paſſibus ab urbe *Gnezna* nudis pedibus procedentes, cum magna ſuſceptum reuerentia, principalem usque ad eccleſiam conduxerunt.

Dux Poloniae cum proceribus obuiam it S. Ottoni, nudis pedibus.

Septem dies manet cum duce.

Dux ergo rali hoſpite laetiſſimus et glorioſus, per dies ſeptem eius fruens praeſentia, multa nobis exhibita humanitate, omnia etiam uiae neceſſaria ſollerti cura inſtitit praeparare; deditque domino meo de gente illa tam *Sclauicae*, quam *Teutonicae* linguae gnaros ſatellites ad diuerſa eius miniſteria, ne quid incommoditatis per linguae ignorantiam in gente extrema pateretur. Quid dicam? currus et quadrigas ordine longo, uictualia et omnes ſarcinas noſtras portantes, monetamque illius terrae liberalitate contulit ingenua, nulla nos ſuſtinens laborare inopia; ſed neque propria expendere; ac ſi omne illius uiae meritum ſuis impenſis emere cogitaret. Tres etiam ſacerdotes capellanos de latere ſuo princeps epiſcopo ſociauit coadiutores uerbi, et centurionem quendam nomine *Paulitium*, uirum ſtrenuum et catholicum, qui etiam naturali facundia idoneus eſſet concionari ad populum.

Dux dat S. Ottoni miniſtros linguarum gnaros.

Dux S. Ottonem et comites rebus neceſſariis liberaliter inſtruit.

CAPVT X.

De horrore et difficultate uiae tranſita Polonia.

TAliter a duce Poloniae dimiſſi per *Vzdam* caſtrum in extremis Poloniae finibus transeuntes, nemus horrendum et uſtum, quod Pomeraniam Poloniamque diuidit, intrauimus; ſed uiam in inuio quam difficile ſit tenere, etiam illic experiri potuimus. Nemus quippe hoc nulli ante mortalium peruium erat, niſi quod ſuperioribus annis dux, latrocinandi cauſa, priusquam ſubegiſſet totam Pomeraniam, ſectis ſignatisque arboribus, uiam ſibi exercituique ſuo exciderat. Quae ſigna tenentes, magna quidem difficultate, propter ſerpentum ferarumque monſtra diuerſarum, nec non et gruum in ramis arborum nidos habentium, nosque garritu et plauſu nimis infeſtantium importunitatem, ſimulque propter loca paluſtria quadrigas et currus praepedientia, iuix diebus ſex, menſo nemore, ad ripam fluminis, qui limes Pomeraniae eſt, conſedimus.

Iter ex Polonia in Pomeraniam.

Sylua immen.

CAPVT XI.

De occurſu Pomeranici ducis et metu clericorum.

Dux Pomeraniae obuiam precedit S. Ortoni.

DVx uero Pomeranorum *Wortislaus* dictus, aduentus nostri praescius, cum quingentis uiris occurrens ex alia parte aquae, castrametatus est. moxque amne transmisso, cum paucis episcopum salutat, atque salutatur ab illo. Et quia christianus erat, occulte autem propter metum paganorum, corde magis quam ore locutus, in amplexu pontificis diu pendens, alta deuotione super uiae causa Dei clementiam collaudat.

Dux Pomeraniae occultus christianus.

Episcopo autem et duce cum interprete et *Paulitio* seorsum in colloquio demorantibus, caeteri, qui cum duce uenerant, homines barbari, quia clericos aliquantum trepidare uidebant, ficto eos terrore amplius uexabant, ita ut articulum passionis imminere metuentes, confessione, orationibus atque psalmodia domino nostrum commendaremus agonem.

Pomerani clericos timidos simulate terrent.

Matth. 14.

Timo. *Modicae fidei*, inquit, *quare dubitasti?*

Quae clericis metum incusserint.

Sefridus. Non, inquit, sine causa. Primo illic paganos uidimus, et qua mente dux aduenerit, nondum omnes sciebas: sed et horror solitudinis et loca insolita et nuper quasi nemoris nigra densitas, et crepusculum noctis propinquae, et hominum barbarorum crudelis aspectus, materia nobis non parui timoris erat. Nam et cultros acutissimos educentes, uiuos nos excoriare, aut transfigere, aut humi nos defodere usque ad uerticem, coronasque nostras, eisdem cultris punctare ac secare minati sunt, et alia multa genera tormentorum, rictu, fremituque nos terrentes, nobis imminere dixerunt. Quae omnia certe, si bene te noui, tuam quoque animositatem effregissent.

Sed cito respirauimus, duce ipso nos placidae benignaeque consolationis * eulogio reuelante: quodque inani pauore pulsati fuimus, tam nobis, quam illis ioco esse coepit. Nam ubi nobis ducem ipsum, aliosque milites, qui nos terruerant, christianos occultos esse compertum est, primo quidem paulatim animari; deinde, fiducialius agere, ipsosque, etiam adhortari ac docere praesumpsimus, quos ante uel intueri, metu perculsi, non potueramus. Ipsis ergo iam mansuescentibus, et religioni christianae magis magisque deserentibus, *repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione dicebantque inter gentes, quorum Deus tetigerat corda, magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus laetantes:* quia uobis uenientibus ad nos, dissoluet dominus captiuitatem nostram, sicut soluitur glacies a sole meridiano.

** alloquio.*

Psalm. 122. 1. Reg. 10. Ibid. eodem Psalm.

Episcopus itaque bene agendi semper auidus, bene se uenisse ominatus, donariis ducem honorans, baculum quoque dedit eburneum, quo ille statim usus, ipsoque incumbens gratulabundus huc illucque deambulabat, conuersusque ad milites; qualem, ait, patrem dedit nobis Deus, et qualia patris dona, et haec nunc quidem magis quam alio tempore gratiosa. Hinc ad castra discessum est: factoque mane, dux de uiris, qui secum uenerant, ductores et ministros reliquit episcopo, mandans in tota Pomerania, per cuncta loca possessionis suae, liberalia ei praeberi hospitia.

Quam grata duci accidderint.

Dux differet assignat.

Nos uero transito fluuio terram Pomeranorum in nomine domini intrauimus, et conductoribus nostris uiam demonstrantibus, iter ad castrum * *Pirissam* direximus. Dux uero a nobis ad sua negotia diuellitur.

* Pirits.

CAPVT XII.

De primitiis operum eius transito fluuio, qui est limes Pomeranorum.

IN ipso autem itinere uiculos paucos, bellica pridem uastatione dirutos, ac raros incolas, qui nuper se post dispersionem recollegerant, inuenimus: qui, de fide christiana conuenti, et an credere uellent, interrogati, humiliter pedibus aduoluuntur episcopi, catechizari se atque baptizari postulantes. Hos ergo, quasi primitias messis dominicae in aream domini sui messor deuotus cum gratiarum actione componens, baptizauit illic homines triginta, fidemque sanctae Trinitatis et decalogum legis in numero tacite considerans, opus euangelii mystice a se inchoatum gauisus est.

Raritas incolarum post clandem bellicam.

Primitiae christianissimi.

CAPVT XIII.

Quomodo susceptus sit apud Pirissam ciuitatem ducis, et quid ibi fecerit.

INde ad castrum ducis *Pirissam* undecima hora diei propinquantes; ecce illic hominum ad quatuor millia ex omni prouincia confluxisse, ut eramus eminus, conspeximus. Erat enim nescio quis festus dies paganorum; quem ludu, luxu cantuque gens uesana celebrans, uociferatione alta nos reddidit attonitos. Non igitur utile uel cautum nobis uisum illa nocte in turbam potu laetitiaque feruentem nos insolitos hospites aduenire, sed manentes, ubi fuimus, noctem illam insomnem duximus, nec ignem in castris habere ausi, nec uerbis apertioribus ad inuicem loqui praesumentes.

Festum celebratum.

Mane uero episcopus *Paulitium*, et nun-

Legatio ad incolas Pirissae. nuncios *Vratislai* ad caſtrum mittit. At illi ſalutatis maioribus ex nomine ducum, ab eis miſſum nunciant epiſcopum, qui fidem et religionem chriſtianam terrae illi debeat praedicare, atque ſub eorundem auctoritate, mandant et ſuadent, ut digne ac reuerenter ſuſceptum audiant; addentes, uirum eſſe honorabilem, domi diuitem et nunc quoque in aliena terra ſuis opibus ſufficientem; nihil illum petere, nullius egere, pro illorum ſalute aduenisſe, non quaeſtus gratia: memores ſint fidei ac ſponſionis ſuae, memores diuinae ultionis et recentis exterminii, ne denuo iram Dei exaſperarent, orbem uniuerſum chriſtianis legibus deditum, ſe ſolos uniuerſitati reſiſtere non poſſe.

Cur Otho admonerit.

Quis, et quantus.

Tergiuerſantur Piriſſenſes. At illi diu cunctabundi et diuerſas excuſationes molientes, indulgentiam temporis conſilio petunt, non oportere dicentes, rem tam grandem ſubito aut inconſulte aggredi. *Paulitius* uero ac legati aſtu ea dici animaduertentes; *non*, inquiunt, *tempus eſt productioris conſilii, quod facturi eſtis, facite citius.* Ecce, iuxta eſt: ſero ad uos intraturus erat dominus antiſtes: ſed quia ludo et iocis occupatos animaduertit, diſtulit intrare, in campo figens tentoria. Sed ueſtrae hoc conuenit prudentiae, ut non illum deſpectiua dilatione contriſtetis, ne forte et domini duces ſe doleant ſuper hoc iniuratos. *Et eſt*, inquiunt, *tam prope?* Quibus, ita eſſe, reſpondentibus; *et omnia*, inquiunt, *conſilia noſtra ruptum eunt. Quomodo ergo rerum conuenientia poſtulat, ſic faciamus ſponte et alacres, quod facturi ſumus. Nam et altiſſimus Deus ſua nos uirtute circumuentos undique trahere uidetur. Declinare non poſſumus: ſequamur ergo trahentem ad uitam, ne reluctantes bonitati eius, praecipitemur in mortem. Dii noſtri, ſicut apparet, dii non ſunt: contra eum nos iuuare non poſſunt. Melius ergo eſt, ut relictis deſertoribus, ad uerum Deum, qui non deſerit ſperantes in ſe, ex toto tranſeamus.*

Inſtant legati.

Piriſſenſes dant manus.

Verum ubi eam ſententiam tam bonam, tamque ſalubrem diligenti retractatione probauerant, primo quidem apud ſe in conclaui, deinde uero cum legatis et *Paulitio* ad plenum uigorem laxiori conſilio firmauerant, cum eisdem ad populum egreſſi, qui, ſicut ad feſtum confluxerat, contra morem, indiſperſus, Dei nutu, in loco manebat, nec in rus diſceſſerat, luculenti ſermonis dulcedine multo beneuolentiae captu, eos de hoc uerbo allocuti ſunt. Sed quid multa? Mirum dictu, quam ſubito, quam facili conſenſu omnis illa multitudo populi, auditis primatum uerbis, in eandem ſeſe conuenientiam inclinauerit. Et quia dici audiunt, epiſcopum in proximo eſſe, facto ingenti clamore, ut aduocetur, rogant; quo illum uidere queant et audire, antequam ſoluto coetu ſinguli in loca ſua diſcedant. Redeuntibus itaque Paulitio et legatis, abierunt quidam de caſtellanis cum eis ad epiſcopum; qui obnixa ueneratione ad ſe illum inuitarent ſalutatum, ex parte nobilium plebiſque uniuerſae, quique fidem facerent, ſine omni periculo uel iniuriae metu, eum adſcendere poſſe: quin etiam in omnibus ei obedituros ſe ex animo.

S. Othonem aduocant.

Epiſcopus uero tam quieto ſucceſſu rebus ſe promouentibus, gratias agens Deo, ad caſtrum ſe leuabat: ſed ecce, ubi quadrigas, uehicula et ſagmarios noſtros uictualia portantes, iumenta quoque et populum, qui nobiſcum ueniebat, eminus uidere coeperunt; quaſi apparatum belli ſuſpicantes, modicum turbati ſunt. Re autem, ſicut erat, recte agnita, pauore abiecto, in modum torrentis, omnis populus in occurſum noſtrum effunditur ambiens et circundans, admirans et contemplans, et nos et omnia noſtra, usque ad hoſpitii locum nos conducendo. Fuit autem ante introitum caſtri area ſpatioſa, quam occupantes fiximus tentoria in eodem loco, ipſis barbaris manſuete ac familiariter adiuuantibus et in omnibus ſe nobis opportunos exhibentibus.

Turbantur ob epiſcopi numeroſum comitatum.

Sed mox pacantur.

CAPVT XIV.

De inceptione ſermonis in eodem loco.

INterea uero epiſcopus pontificalibus indutus, monente *Paulitio* et primatibus, de loco editiori populum cupientem ore alloquitur interpretis ita dicens; *benedictio domini ſuper uos: Benedicti uos a domino: benedicimus et gratias uobis referimus in nomine Domini; quia grata et iucunda et benigna ſuſceptione nos refouiſtis. Et cauſa quidem aduentus noſtri ad uos quae ſit, forte iam audiſtis et iterum, ſi dignamini, audire debetis, et diligentius attendere. De uia longa uenimus: ſalus ueſtra, beatitudo ueſtra; gaudium ueſtrum, tantae nobis uiae cauſa fuit, Nam ſalui, laeti, atque beati eritis aeternaliter, ſi creatorem ueſtrum agnoſcere, et illi ſoli ſeruire uultis.*

Oratio S. Othonis ad Piriſſenſes.

Haec et his ſimilia, quae inſerere ſtudio breuitatis omitto, populo rudi ſimpliciter euangelizante pontifice, omnis illa multitudo quaſi unus homo fidei ſanctae concordantes illius doctrinae ſe commiſerunt. At ille cum clericis et ſacerdotibus ſeptem diebus eos catechizans, et de omnibus, quae chriſtianae religioni conueniebant, diligentiſſime inſtruens, indicto trium dierum ieiunio,

Omnes chriſtianam religionem amplecti uolunt.

iussit, ut corpora sua balneis munda-A rent, lotis albisque induti uestibus mundo corde et corpore mundoque habitu ad sanctum baptisma concurrerent.

CAPVT XV.

De forma et disciplina baptizandi.

Modus, quem in conferendo baptismate S. Orbo seruabat.

INterim uero tribus exstructis baptisteriis, ita ordinauit, ut ipse solos mares pueros in uno baptizaret; alii autem sacerdotes; feminas seorsim; et uiros seorsim. Tanta quoque diligentia, tanta munditia et honestate pater optimus sacramenti operationem fieri edocuit, ut nihil indecorum, nihil pudendum, nihil unquam quod alicui gentilium minus placere posset, ibi ageretur. Namque dolia grandia ualde terrae altius immergi praecepit, ita ut ora C doliorum usque ad genu hominis, uel minus de terra prominerent, quibus aqua impletis, facilis erat in eam descensus. Cortinas circa dolia, fixis columellis funibusque inductis, oppandi fecit, ut in modum coronae uelo undique cuppa cingeretur; ante sacerdotem uero et comministros, qui ex una parte adstantes sacramenti opus explere habebant, linteum fune traiecto pependit, D quatenus uerecundiae undique prouisum foret; ne quid ineptiae, aut turpitudinis notaretur in sacramento; ne honestiores personae pudoris occasione, se a baptismo subtraherent.

Catecheſis ante baptiſmum.

Cum ergo ad stadium catechismi turbae uenirent, sermone, qui talibus competeret, episcopus eos omnes communiter alloquens, sexumque a sexu dextrorsum et sinistrorsum statuens, catechizatos oleo perunxit: deinde ad baptisteria digredi mandat. Igitur ad introitum cortinae uenientes singuli tantum cum patrinis suis intrabant, statimque uestem, qua fuit amictus is, qui baptizandus erat, et cereum, illo in aquam descendente, patrini suscipiebant et ante faciem suam illam tenentes exspectabant, donec eam redderent de aqua exeunti. Sacerdos uero, qui ad cuppam stabat, cum audisset potius, quam uidisset, quod aliquis esset in aqua, uelo paulum amoto, trina immersione capitis illius mysterii sacramentum perfecit, unctumque liquore chrismatis in uertice, et alba imposita reductoque uelo de aqua iussit exire baptizatum, patrinis G uestе, quam tenebant, illum cooperientibus atque deducentibus.

Patrini in baptiſmo.

Trina immerſio. Vnctio chriſmatis in uertice.

Hic modus, haec species, hic ordo nobis fuit baptizandi uiros et mulieres, et pueros adultos, qui a sacerdotibus in aquam leuari non poterant, tam in *Pirissa*, quam in aliis urbibus et castellis, ubicunque populi copia nos moram facere coëgisset.

Tiemo. Miror oppido, unde tam disciplinatam et honestam baptizandi formam acceperit; et in hieme, quaeso, quomodo sustinebant?

Sefridus. Neque tunc, inquit, eius diligentia, quod tempori commodum esset, inuenire neglexit: nempe in *fluuio* calefactis, et in aqua calida, eodem nitore, atque uerecundiae obseruatione, infossis doliis: et cortinis adhibitis, thure quoque et aliis odoriferis speciebus cuncta respergentibus, uenerandа baptismi confecit sacramenta. Nec mirum, te ista mirari. Etenim qui ea uidimus, mirabamur et ipsi, tam haec, quam alia complura morum eius et uirtutum insignia. Ipse namque in omni actione sua, quod et paganis laude dignum uidebatur, quandam a Spiritu sancto, hoc enim potissimum credo, cuiusdam singularis munditiae atque, ut ita dixerim, elegantis et urbanae disciplinae praerogatiuam habebat: ita ut nihil unquam indecens, aut ineptum, inhonestumue quid in cibo, aut potu, sermone, gestu uel habitu admitteret: sed in omni officio exterioris hominis, quaenam esset compositio interioris ostendebat bonitate, disciplina et prudentiae cautela conspicuus. Sed redeamus ad rem.

Modus baptizandi in hyeme.

Studium bonestatis in S. Orbone.

CAPVT XVI.

Quantum temporis fecerit in eodem loco.

MAnsimus autem in eodem loco quasi diebus uiginti, euangelizantes populo et baptizantes E eos in nomine domini, docentes seruare unitatem fidei in uinculo pacis, instruentes de festiuitatibus et obseruationibus christianae religionis, de ieiuniis quatuor temporum, de quadragesimali ieiunio, de incarnatione, natiuitate, circumcisione, apparitione, praesentatione, baptismate, transfiguratione, passione, resurrectione atque ascensione domini nostri IEsu Christi, de aduentu Spiritus sancti, de uigiliis et natalitiis apostolorum et aliorum sanctorum, de die dominico, de sexta feria, de distributione mensium, de institutione totius anni secundum christianos, exstructoque altari et sanctuario; totum enim corpus basilicae tam subito fieri non potuit, altare sanctificauit et interim missas illic celebrari fecit, dans eis sacerdotem, libros et calicem, paraturam et omnia utensilia, quae ad officium altaris pertinebant.

Quandiu S. Orbo manſerit Piriſſae.

De quibus neophytos inſtruxerit.

Ex his apparet S. Othonem et eos, quos Piriſſae conuertit, nec Lutheriſtas, nec Caluiniſtas miſſas fuiſſe.

Quae omnia illi cum multo gaudio, alacritate et deuotione suscipientes et gratias agentes, omnes ueteres et profa-

fanas ſuperſtitiones ſuas et gentiles obſeruantias, penitus abiiciebant, et exuti ueterem hominem cum actibus ſuis in uitae nouitate inambulare coeperunt et proficere. Erat autem numerus conuerſorum ibi ad fidem, quaſi ſeptem millia. Videns autem epiſcopus, quia meſſis multa, et quia etiam aliis ciuitatibus oportet eum euangelizare regnum Dei, cum inde proceſſurus eſſet, uocata concione, hoc ſermone allocutus eſt eccleſiam, nouellam plantationem ſuam.

Numerus conuersorum, qui Pirissae ad christianam fidem accesserant.

CAPVT XVII.

De ſermone, quem habuit ad primitiuam ſuam eccleſiam, cum ab ea diſcederet, in eodem loco.

Fratres aemulor uos Dei aemulatione. *Vos enim omnes, qui in praeſentiarum ad me audiendum conueniſtis et, me docente, Chriſto credidiſtis et chriſtiani facti eſtis, una in domino eccleſia eſtis diſpenſati per fidem domino meo IESV Chriſto; una, inquam, uos omnes eccleſia eſtis, una et unica ſponſa domini mei Ieſu Chriſti: quia uniuerſali eccleſiae per fidem incorporati eſtis. Sed quia ego per eius gratiam huius ueſtrae deſponſationis auctor eſſe uideor, nam ego et uni uiro deſponsi uos* uirginem caſtam exhibere Chriſti: *hinc eſt, quod* aemulor uos, *non tamen qualibet, ſed* aemulatione Dei, *nam et mala aemulatio eſſe poteſt, iuxta illud apoſtoli;* ſunt quidam, qui aemulantur uos non bene: *aemulari autem eſt uelle indignari; licet pro* imitari *nonnunquam poſitum inueniatur; ut eſt;* aemulamini chariſmata meliora. *Volo autem uobis indignari, et paratus uobis indignari, quod pridem dixi,* aemulor uos: *quia ſine triſtitia et indignatione ferre non poſſum, nec potero, ſi quod abſit, ad iniuriam domini mei Ieſu, cui per fidem uos deſponsi, cum diis alienis uos denuo contaminare uoluerit is. Hoc enim eſt fornicationis genus, quod maxime ſeparat a Deo.*

2 Cor. 11. Sermo S. Ottonis ad Pirissenses.

1 Cor. 7.

Gal. 4.

2 Cor. 12.

2 Cor. 11.

Fratres intendite; Ecce, omnes in Chriſto baptizati eſtis, *et* omnes Chriſtum induiſtis; *originalium et actualium peccatorum indulgentiam accepiſtis ab ipſo, mundi eſtis et ſancti, non per nos, ſed per eum mundati et ſanctificati; quia ipſe in ſanguine ſuo lauit peccata nuudi. Nolite ergo iterum inquinare uos cultura idolorum, Nam haec eſt immunditia, qua omnino Deus offenditur, et penitus ſeparat a Deo. Nolite uos proſtituere corruptoribus, et immundis ſpiritibus: ſoli Deo creatori ueſtro, nulli autem creaturae diuinum exhibete honorem: ne indignatio eius et furor ueniat ſuper uos: ſed magis in fide, ſpe et charitate proficite, ut benedictio eius ueniat ſuper uos et ſuper filios ueſtros, et ut ei credentes et fidem operibus exornantes,* uitam habeatis in nomine ipſius, qui de tenebris uocauit uos in admirabile lumen ſuum. *Certe enim eſſe et nullatenus dubitare debetis, quia ſi hanc, in qua hodie poſiti eſtis, innocentiam et ſanctificationem, ipſius adiutorio, ſeruare uſque in finem uitae ueſtrae ſtuderitis, non ſolum mortem euadetis aeternam, ſed etiam gaudium regni caeleſtis poſſidebitis in aeternum.*

Gal. 3.

Exhortatio ad constantiam in fide.

Ioh. 1. 1 Petr. 2.

Sed quia uita praeſens ſine peccatis duci non poteſt; lucta enim et tentatio eſt uita hominis ſuper terram; *diſceſſurus a uobis, trado uobis, quae tradita ſunt nobis a domino, arrham fidei ſanctae inter uos et Deum, ſeptem uidelicet ſacramenta eccleſiae, quaſi ſeptem ſignificatiua dona ſancti ſpiritus, quibus utendo in laboribus et certamine huius uitae non deficere ueſtra poſſit eccleſia, ſuosque defectus reficere. Videte ergo et tenete, et ut ſciatis, diligenter enumerate, quae tradidimus uobis, diſcedentes a uobis.*

Ioh. 7.

Septem sacramenta.

Primum *ergo ſacramentum eſt, quo iam imbuti eſtis, ſacroſanctus* BAPTISMVS. *Hoc ſacramentum fratres mei, abhinc et ſemper tenere et uenerari debetis, et paruulis ueſtris opportuno tempore, ſcilicet in ſabbato ſancto paſchae ac pentecoſtes, per manus ſacerdotum, tradere debetis, certiſſimè ſcientes, quod quicunque ſine illo de hac uita migrauerit, et regno Dei carebit, et inſuper maledicti originalis poenas luet aeternas.*

Baptismus.

Secundum *ſacramentum eſt* CONFIRMATIO, *id eſt, unctio chriſmatis in fronte. Hoc ſacramentum uicturis eſt neceſſarium, uidelicet, ut ſpiritus ſancti corroboratione muniantur, ſi armentur contra omnes tentationes et nequitias uitae praeſentis pugnaturi. Non autem uſque in ſenectam differendum eſt, ut quidam putant, ſed in ipſius adoleſcentiae feruore percipiendum, quia illa aetas magis obnoxia eſt tentationibus,*

Confirmatio.

Tertium *ſacramentum eſt* VNCTIO INFIRMORVM, *quod ideo morituris eſt neceſſarium; quia in illa unctione per uirtutem ſpiritus ſancti remiſſio datur peccatorum et ipſe, qui morituus eſt, contra ſpirituales nequitias, id eſt, contra malignos ſpiritus in exitu uitae animabus inſidiantes eadem ſpiritus, ſancti uirtute pugnaturus armatur. Hoc omni chriſtiano in agone mortis ardentiſſime deſiderandum et deuotiſſime percipiendum eſt, utpote remedium animae certiſſimum.*

Extrema unctio.

Quartum *ſacramentum eſt* CORPVS ET SANGVIS DOMINI. *Hoc ſacramentum uicturis et moriturus eſt neceſſarium, ſiue uiuimus, ſiue morimur, hoc uia-*

Eucharistia.

*uiatico semper est utendum. Est enim ci-*A *bus animae uerus, uitam in se habens aeternam. Vnde frequenter missae celebrandae sunt, et uos ad easdem deuote conuenire debetis, ut saepius huic uiatico communicetis. Quod si non potestis, quia carnales estis, huic tam sanctissimae rei per uos ad omnes missas participari, saltem per mediatorem uestrum, scilicet sacerdotem, qui pro uobis communicat, fideliter, reuerenter et deuote missas audiendo con-*B *municate. Oportet tamen et uos ipsos ter uel quater in anno, si amplius fieri non potest, et confessionem facere, atque ipsi sacramento communicare.*

Poenitentia. Quintum *sacramentum est, per* POENITENTIAM *reconciliatio lapsorum, id est, ipsorum, qui post baptismum, propter grauiores culpas, ab ecclesia protecti, satisfactione poenitentiae iterum ei reformantur. Et hoc sacramentum quasi ma-*C *lagma et recuperatio est cadentium in pugna et uulneratorum.*

Matrimonium. Sextum *sacramentum est* CONIVGIVM, *id est, copula matrimonialis. Quinque autem sacramenta superiora, quasi generalia sunt et omni christiano necessaria. Istud autem, quasi particulare est, quia non omnibus necessarium est, sed eis tantum, qui se continere non possunt. Et sicut ad superiora sacramenta omnes homi-*D *nes trahendi sunt et inuitandi: ita nullus ad hoc trahendus, uel inuitandus est, nisi qui, ut dictum est, se non continent, sed uago et illicito concubitu sese polluunt et commaculant. Illis enim suadendum est, ut infirmitati suae honestiori subueniant remedio. Vos autem, qui usque ad haec tempora non christiani, sed pagani fuistis, sacramentum coniugii non habuistis: quia*E *fidem uni toro non seruastis, sed qui uoluistis, plures habuistis uxores, quod deinceps nobis non licebit: sed unus uir unam tantum habere debet uxorem, et una unum: quod amplius est, a malo est. Si quis ergo in uobis est, qui plures habuerat uxores ante baptismum, nunc unam de illis, quae sibi magis placet, eligat, dimissisque aliis, hanc solam habeat, ritu christiano.*F *Et partus inquit femineos, audio, qui uos, o mulieres, necare consueuistis: quod, quantum abominationis habeat, exprimi sermone non potest. Videte, si hoc uel bruta animalia faciant foetibus suis. Parricidium hoc non fiat modo in uobis, quia sine grauissima poenitentia dimitti non potest, siue igitur sit masculus, siue femina, diligenter nutrite partus uestros. Dei*G *enim est et uarem procreare et femininam.*

Ordo. Septimum *itaque sacramentum est* ORDINATIO *siue consecratio clericorum; quod et ipsum particulare est, et non generale, quia non omni homini necessarium: quamuis enim omnes homines indigeant clericis, non tamen est necessarium, omnes homines fieri clericos. Ad ipsum tamen sacramentum, qui moribus et scientia magis idonei sunt, inuitandi sunt potius, quam trahendi. Vnde adhortor uos et inuito, quia cogere non debeo, ut de liberis uestris ad clericatum tradatis liberalibus studiis prius diligenter instructos, ut ipsi per uos, sicut aliae gentes de lingua uestra latinitatis conscios possitis habere clericos et sacerdotes.*

Etiam ex numero sacramentorum liquet, S. Ottonem, et quos instruxit, nec Caluinistas, nec Lutheristas fuisse.

Ista igitur septem sacramenta, quae iterum uestri causa enumerare libet, id est, baptismum, confirmationem, infirmorum unctionem, eucharistiam, lapsorum reconciliationem, coniugium et ordines per nos humiles suos paranymphos caelestis sponsus in arrham uerae dilectionis uobis, ecclesiae ac sponsae suae transmittere dignatus est. Quapropter omni honore ac reuerentia eadem sacramenta seruate, diligite et uenerauini; docete ea filios uestros, ut memoriter teneant, et diligenter obseruent in omnes generationes. Ecce habetis ecclesiam, habetis sacerdotem, de his omnibus et quaecunque sunt necessaria uobis, abundantius uos instruere scientem. Ipsum ergo, sicut me audietis, honorantes et amantes eum, et quaecunque uobis dixerit, facientes. Et nunc ego uado, iterum cito reuersurus ad uos: Valete in domino.

CAPVT XVIII

De progressu eius in Caminam ciuitatem, ubi erat uxor ducis: et de bonitate ac fide ipsius matronae.

FOrte uideor alicui nimis plenarie historiam exsequi et longior esse, quam in tali narratione oporteat. Quid sentis?

Tiemo. Perge, quaeso, sicut coepisti; dilectoribus siquidem Otonis, quidquid de illo est, quoniam bonum est, superfluum aut longum uideri non potest.

Camenum ut cat Crom lib. 6.

Sefridus. Ibo, inquit, ut uultis. Postquam confirmata et instructa est ecclesia in *Pirissa* uberrime laerymati, populoque primitiuo nostro charo affectu ualefacientes, legatis nos deduecntibus, ad ciuitatem ducis *Caminam* deuenimus. Erat autem illic ducissa, uxor uidelicet ducis legitima; et licet inter paganos, christianae tamen religionis memor de nostro aduentu, laetissima efficitur, et cum omni domo sua tanto nos deuotissime susceptt, quanto et hoc marito placere, suaque et illius saluti profuturum non dubitauit. Nobis etenim *Pirissae* demorantibus, omnia

Ducissa Pomeraniae, S. Ottonem maxima charitate excipit.

quae

quae illic gerebantur, immissis etiam exploratoribus, diligenter edidicit, magnoque tripudio cordis, de illuminatione illius plebis exultans, ipsa quoque suae fidei scintillam, quasi submortuis cineribus catenus consopitam, inter suos familiares modeste primo, deinde fiducialius apud omnes, quos potuit, uentilare coepit. Et quia scriptum est; *de scintilla consurgit ignis*; totam illam ciuitatem ante nostrum introitum tantus ardor fidei sanctae, operante domino, per matronam, inuaserat, ut non solum nihil contradictionis, uerum etiam totius populi consensum de suscipiendo baptismo inuenerimus, in multa gaudii plenitudine.

Eccles. 11.

CAPVT XIX.

De multitudine baptizandorum et de instantia et labore baptistarum.

QVadraginta ergo ferme diebus in eodem loco manentes, tam ipse pontifex, quam alii eius cooperatores sacerdotes et clerici; id poene solum operis habuimus; suscipere uenientes ad fidem, docere, catechizare, praedicare et baptizare: uidebamurq; in tam copiosa messe pauci messores. Nam et ipsius loci atque circumiacentis prouinciae populus cateruatim accedebat quotidieque recedebat, quibus omnibus dum satisfieri oporteret, immenso labore, maxime, qui fuit in baptizando, episcopum nostrum, licet solos mares pueros tingeret, saepe numero sudantem aspeximus, adeo profecto, ut alba eius ab humeris usque ad umbilicum ante et retro sudore manaret. Saepe etiam ipsius ministerii nimietate lassatus, breui sessione uires recuperans, modicumque sedendo respirans, quasi animosus operator et strenuus denuo se subleuabat in idem opus sibi dulcissimum, gratias agens omnipotenti Deo, quod ipsius praestante clementia, tot manipulos in eius horrea cum sudore ac lassitudine sua congeret.

Quamdiu S. Otto Caminae cum suis manserit.

Concursus ad baptismum.

Assiduus labor S. Ottonis.

CAPVT XX.

De gaudio ducis superuenientis et ipsius deuotione.

CVm ea *Caminae* gerebantur, atque de successu rerum et nos et populus ciuitatis cum ipsa matrona nobilissima et christianissima spirituali gaudio frueremur, ecce cum suo comitatu dux terrae *Vuratislaus*, non modicum laetitiae salutaris augmentum, superuenit, nihilque moratus, quasi filiali fiducia in amplexus ruens episcopi; salue, inquit, pater sanctissime. Deinde, non, quaeso, ait, irascaris, quod post illam primam et momentaneam salutationem tam diu sui te non uidens: sed causa fuere inexcusabiles reipublicae administrationes. Nunc autem, ecce adsum, parere ac seruire tuae paternitati, prout uis. Etenim nos ipsi, et omnia nostra, tui sumus: utere sicut uis. Et haec dicens, conuersus ad clericos, et ad alios quosque meliores de comitibus nostris, et hos, inquit, pater, tuos collaboratores tua licentia salutabo, apprehendensque manus singulorum tenebat et benedicebat illis atque deosculabatur, eos filios et fratres appellans charissimos; benedixitque Deum omnium bonorum largitorem, quod hospites tam gratissimos sua domo suscipere meruisset.

Excusatio ducis apud S. Ottonem.

Humanitas ducis et reuerentia erga comites S. Ottonis.

Quia uero deinceps de ciuitate ad ciuitatem eundum fuit, omnes equos et iumenta nostra, uillicos suos ad optima loca terrae, pastus gratia, deducere iussit; nec ante nobis reddebantur, quam etiam consummatis omnibus, de terra fuimus iam exituri, quos certe ita accepimus alteratos, ut prae crassitudine uix cuique suus nosceretur. Milites ergo, qui cum duce uenerant, catechizati statim et baptizati sunt, multique ex eis, qui prius christiani fuerant, sed ex consortio incredulorum, metas christianitatis excesserant, ex quorum numero ducem etiam ipsum fuisse constat, per confessionem et poenitentiam ecclesiae reformati sunt, promittens se deinceps omnia, quae christiano inimica sunt nomini, respuere et ea, quae sunt apta, sectari.

Milites ducis catechismo instituti.

CAPVT XXI.

De duce abdicante uiginti quatuor concubinas suas.

DVx etiam; scio, inquit, christianae societati esse contrarium, plures uxores uel concubinas habere; simulque tactis sanctorum reliquiis, sicut christianis iurare mos est, coram episcopo, populo aspiciente, uiginti quatuor concubinas, quas, ritu gentili, suae legitimae uxori superduxerat, publice abiurauit. Quod uidentes alii complures eiusdem enormitatis praesumptores, abiurata et ipsi coniugum pluralitate, uni toro, exemplo ducis, fidem se seruaturos pollitici sunt.

Mos christianorum iurandi tactis sanctorum reliquiis.

Dux et alii polygamiae maledicunt.

Creuit ergo ecclesia in loco illo, et consortata est, ambulans in timore Dei, et spiritu sancto replebatur, episcopo et clericis instantibus et euangelizantibus regnum Dei. Exstructa quoque illic basilica, et sanctificato altari et sanctuario, collatisque illuc per ducem praediis ac dote in sustentationem sacer-

Ecclesia Caminae exstructa.

Dux Pomeraniae Caminam uenit.

cerdotis, pater liberaliſſimus, ſicut omnibus eccleſiis in terra illa faciebat, libros contulit et indumenta ſacerdotalia, calicem quoque argenteum cum caeteris utenſilibus, deque ſuis ſacerdotibus unum, qui populum inſtruere poſſet, eidem praeſecit eccleſiae.

CAPVT XXII.

De improbitate cuiusdam matrisfamilias in die dominica metentis agrum ſuum apud Caminam.

CVm omnia haec rite peracta eſſent, et non ſolum de ciuitate, uerum etiam de rure populus ad eccleſiam omni die conueniret, et diem dominicum aliasque ſolennitates deuote obſeruarent; uidua quaedam in rure, non longe a ciuitate *Caminenſi*, diues ac nobilis ualde, chriſtiana religione contempta, patrios Deos ſe colere, nullaque occaſione uanitatis nouae, a parentum ſuorum ueteri traditione declinare ſe uelle dicebat. Erat autem multam habens familiam et non paruae auctoritatis matrona, ſtrenue regens domum ſuam et, quod in illa terra magnum uidebatur, maritus eius, dum uiueret, in uſum ſatellitii ſui, triginta equos cum adſcenſoribus ſuis habere conſueuerat. Fortitudo enim et potentia nobilium et capitaneorum ſecundum copiam uel numerum aeſtimari ſolet caballorum. *Fortis*, inquiunt, et *potens eſt ac diues ille, tot uel tot poteſt habere caballos*; ſicque audito numero caballorum, numerus militum intelligitur. Nullus enim militum, praeter unum caballum, illic habere conſueuit. Sunt enim magni et fortes equi terrae illius: et unusquisque militum ſine ſcutifero militat; manticam per ſe geſtans et clypeum agiliter ſatis et ſtrenue ſic militiae ſuae officium exequens. Soli autem principes uel capitanei, uno tantum, uel, ſi multum eſt, duobus clientibus contenti ſunt.

Potentia apud Pomeranos equorum numero aeſtimatur.

Factum eſt ergo in una dominica die, tempore meſſis, populo undique ad eccleſiam properante, praefata matrona nec ipſa ueniebat, nec ſuos permittebat, ſed magis turbulenta; Ite, inquit, metite mihi agros meos, hoc enim melius eſt, quam uacare illi, neſcio cui, nouo Deo, quem de terra ſua nobis affert ille *Otto* Babebergenſis epiſcopus. Quid nobis cum illo? Videtisne quanta bona, et quantas diuitias nobis dederint dii noſtri? ipſorumque largitate opibus et gloria et omnibus rebus abundantes ſumus; quare ab eorum cultura diſcedere non leuis iniuria eſt. Ite igitur, ſicut dixi, ad metendas ſegetes noſtras et, ut minus timeatis, parate mihi uehiculum. Ecce ego uobiſcum ipſa in campos meſſura deſcendam. Cumque in agrum ueniſſet, quod me, inquit, facere uideritis, omnes ſimiliter faciatis: moxque rebrachiatis manicis, ſuccinctaque ueſte, falcem dextra corripuit; ſtantes uero calamos ſiniſtra tenens, ſecare niſa eſt. Sed mirum dictu: ſubito in actu ipſo, ut erat inclinis, miſera diriguit, et quaſi marmoris effigies, nec ſemetipſam erigere, nec falcem e manu dimittere potuit, nec ſegetem, ſed muta et nihil loquens ſimilis ſimulacro ſtabat: tantum intuens intuentes ſe. Videntes autem famuli, timuerunt ualde et concurrentes circumſtabant eam aſpicientes et operientes, ſi nam melius eſſet habitura. Rogant etiam, ut a temeritate ſua reſipiſcat, dicentes; fortem eſſe Deum chriſtianorum. Sed illa nihil reſpondebat. Iniectis ergo manibus uiolenter illam trahentes, erigere conati ſunt et falcem ſegetemque de manibus extorquere, ſed minime potuerunt. Stabant enim quaſi moles immobilis terrae affixa; at ubi ſatis miraculi ac ſtuporis hoc habitu infelix illa intuentibus oſtenderat, ipſique famuli dolore ac taedio affecti iam abire illamque dimittere uellent, ſoluta illa, repente corruit, ſontemque animam in ignem Tartareum efflauit; quam leuantes in uchiculum: En, inquiunt, qualem de agro manipulum die dominico reportamus.

Prima ad opus manum mittit.

Diuinitus punitur.

Quod factum ubi, perferente fama, paſſim uulgatum eſt; nam famuli ſtatim ad eccleſiam currentes, baptiſmum poſtulant, ſtupidi, quae uiderant, referentes, et credentibus quidem fides aucta eſt ex miraculo; non credentes autem, et ſi qui adhuc blaſphemi remanſerant, ad credendum, ex poena mulctatae mulieris, eruditi ſunt: dies autem dominicus et aliae ſolennitates reuerentius obſeruari coeperunt, nos quoque ipſos, et omnem doctrinam noſtram, praecipue autem epiſcopum, amplius reueriti ſunt.

Profectum ex miraculo.

Nobili cuidam matronae contumeliae in Deum et S. Ottonem.

Diem dominicam a ſuis obſeruari uetat

CAPVT XXIII.

De profectione ipſius cum tremore Iulinam, *et quomodo illic ſepulauerint.*

EXpletis autem illic ferme quinquaginta diebus, acceptis a duce legatis et conductoribus, de ipſo loco ciuibus, *Domizlao* uidelicet et filio eius, uiris honoratis, per lacus ac refuſiones marinas Iulinam uecti ſumus nauigio. Eſt autem ciuitas haec magna et fortis, hominesque illius loci crudeles erant

S. Otto Iulinam profiſcitur.

et

Trepidant ductores.

et barbari. Cum autem propinquasse-A mus ciuitati, conductores nostri haerere, pauere atque inter se mussitare coeperunt; quod intelligens episcopus: *quid est*, inquit, *quod ad inuicem confertis?* At illi; *timemus*, inquiunt, *pater, tibi ac tuis. Populus ille durus semper ac indomitus fuit. Si ergo placet tibi, applicemus et moram in litore usque ad crepusculum noctis faciamus, ne forte, ciuitatem manifesto ingrediendo tumultum populi super nos suscitemus.* In singulis autem

Immunitas in palatio ducis.

ciuitatibus dux palatium habebat et curtim cum aedibus, ad quam si quis confugisset, lex talis erat, ut quolibet hoste persequente, securus ibi consisteret et illaesus. Dixerunt ergo; *si per noctem ad ducis tecta intramus, freti securitate, paulatim ciues conueniendo, negotiumque nostrum illis pedetentim insinuando, melius fortasse proficiemus.*

Placuit consilium: et cum dies abscessisset, tecti umbra noctis, curtim et moenia ducis inuasimus, illis ignorantibus. In crastinum uero ubi nos uiderunt, et quinam essemus et unde et quare uenerimus, maligni homines scrutati sunt: primo quidem moueri ac sensim turbari, currere ac discurrere, uidere nos iterumque uidere, et alii aliis nuntiare. Postremo uero insano furore

Bellum in S. Othonem et comites impetus.

correpti, magno tumultu securibus et gladiis, aliisque telis armati, sine ulla reuerentia in ipsam ducis curtem irrumpentes, mortem nobis sine ulla retractatione, nisi quantotius de curti et de ipsa ciuitate fugeremus, comminabantur.

Erat autem in ipsa curti aedificium quoddam fortissimum, trabibus et tabulis ingentibus compactum, quod *stubam*, uel *pyrale* uocant, in quod scrinia et clitellas et capellam episcopi, et pecuniam, et quaeque preciosa de naui portaueramus, quin et propter impetum furentis populi cum episcopo clerici omnes illuc confugerant. Ego autem eo tempore magna febri tenebar, in alia domo iacens et aegrotans; ultra uires tamen, audito strepitu et clamore bacchantium, de strato erectus, ad ostium domus constiti: et ecce, omnia plena hominum tela et arma portantium. Vociferabantur autem et clamabant, exire nos compellentes. Sed moram nobis facientibus, quasi a furore illi essent cessaturi; magis eorum exarsit insania, factoque impetu; * stubam aggrediuntur et dissipant; tectoque primum, dein parietibus, disiectis et excisis.

Febris Sefridi.

Furor populi.

** Stuba, uox Germanica.*

Tunc uero episcopus ad coronam passionis se inuitari sperans, nobis aliis trepidantibus, quibusdam etiam prae pauore lacrymantibus, ille spiritu iucundo et hilari uultu stabat intrepidus, optans et gliscens, ut uel unum ictum aut uulnus in nomine IESV accipere dignus habeatur. *Paulicius* uero et legati, uidentes, quia uere insaniunt omnes; et quia illic moram facere deterius est, in medium populi exilientes, ualidissimo clamore, ac si et ipsi furerent, extentis manibus silentium fieri postulabant, quibus ad modicum sedatis, illi continuo prosecuti, quid hoc est, inqui-

Legatorum ad furentem populum oratio.

unt? et causam totam in semetipsos transferentes; finos, aiunt, hic in curia domini nostri ducis pacifice consistere non finitis, saltem pacifice hinc exire permittite, quid furitis in nos? quem laesimus ex uobis? At illi; pastorem,

Responsio tumultuosum.

inquiunt, illum episcopum et caeteros cum eo christianos, Deos nostros blasphemantes, interficere uenimus: sed si eos seruare uultis, ecce damus locum, cito eos extra ciuitatem deducite; plateae autem ciuitatis palustres erant et lutosae et pontes exstructi, et tabulae undique positae propter lutum. Arripiens ergo *Paulitius* per manum trahere coepit episcopum et deducere, adhortans modeste, ut, si posset, properantius iret.

Vt autem per mediam urbem nos omnes non inperturbatis passibus extra curtim usque ad pontes deuenimus; ecce quidam de turba, uir barbarus et fortis, librata, quam gestabat, ingenti phalanga, uasto ictu caput ferire nisus est transeuntis episcopi: sed ille auertens caput, humero ictum suscepit, eodemque geminante, cominus et alio eminus in eum iaciente coutum, inter manus *Paulitii* et *Hiltani* sacerdotis ducentium illum, a ponte in lutum prosternitur OTTO noster. *Paulitius* uero et

Virtus Paulitii.

animo et corpore ibi se uirum exhibens, iacentem episcopum, nec propter imminentia tela deseruit, sed proprii corporis obiectu crebras percussiones excipiens, inque caenum a ponte inguine tenus descendens, subleuabat de luto prostratum: similiter et alii sacerdotes clerici, dum protegunt illum et iacenti manus porrigunt, fustibus et contis iuxta suum pontificem in nomine IESV uapulauerunt. Tandem multo discrimine ponte arrepto, rursum ire et abire coepimus extra ciuitatem; illi, qui a prudentioribus ciuitatis sedati cessauerunt a nobis, abeuntes ergo trans lacum, disiecto ponte a tergo nostro, ne iterum impetum super nos facerent, in campo inter areas et loca horreorum decumbendo respirauimus, uidentes et dinumerantes socios; et quia nullus defuit, Deum benedicentes.

Tremo. Hic primum, hic audio quoddam ueri apostolatus indicium, plagas uidelicet et liuores, sicut scriptum est. *ibant apostoli gaudentes a con-*

dilio, s.

ſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumelium pati. Sed dic, obſecro, mi apoſtole, num in aliquo particeps fuiſti huius apoſtolicae benedictionis?

Sefridus. Me miſerum, infirmitate mea conſpecta, talibus bonis me indignum ipſi iudicauere pagani. Puduit tamen, ut uerum fatear, aliis de ſuis portionibus poſtea ſatis iucunde gloriantibus, me nihil ibi accepiſſe.

Tiemo. Conſolare, inquit; ſi quid minus, circa te in illo capitulo actum eſt, in noſtro porerit impleri. Sed perge ad caetera et, qualiter in tam dura terra euangelii radix tandem conualuerit, explicato.

CAPVT XXIV.

Quomodo poſt uapulationem prudentiores de rebus fidei conſilium habuerint cum epiſcopo.

POſtquam nos reſpirauimus, et illi deſaeuierunt; OTTO beatiſſimus; *pro dolor*, inquit, *bona ſpe caſſati ſumus, palma in manibus erat: uos eam, DEVS uobis ignoſcat filii et fratres, extorſiſtis de manibus noſtris. Vix omnes ictus illi uuius paſſioni ſufficerent. Sed, dum omnes ad coronam profiluiſtis, nec unum peruenire dimiſiſtis.* Cui *Paulitius, ſatis*, inquit, *domine, nobis uiſus es accepiſſe. Parum*, inquit ille, *quia uoto minus. Tua quoque auaritia meam ex parte magna ſurripuit benedictionem.* Hoc autem dixit de ictibus, quos ille intercepit. Conſtat tamen epiſcopum tribus plagis uapulaſſe.

Manſimus ergo per dies quinde cùn transſtagnum, quod cingebat ciuitatem, exſpectantes, ſi forte meliori animo fierent. Interea uero et noſtri ad illos ſaepe ibant et redibant. Similiter autem et eorum primates ueniebant ad nos excuſare ſe, ſtultis hominibus et uilioribus de plebe culpam illius tumultus imponentes. Habuit ergo cum eis uerbum de fide chriſtianismi, quaſi per ambages, hortans eos er ſuadens. Praeferebat etiam nomen et potentiam ducis Polonici, et quomodo ad illius iniuriam ſpectet illata nobis contumelia: quidue maſi contra eos inde oriri queat: niſi forte illorum intercedat conuerſio, inſinuauit.

Proceres Iulinenſes S. Othonem, et comites ſaepe adeunt.

S. Othonis colloquium cum eisdem.

At illi conſilium ſe accepturos dicebant; regreſſique ad ſuos, omnia haec tractabant diligenter et retractabant; tandemque in unius ſententiae formam conſenſerunt, uidelicet ſuper hoc uerbo ſe facturos, quidquid facerent *Stetinenſes.* Hanc enim ciuiratem antiquiſſimam et nobiliſſimam dicebant in terra Pomeranorum, matremque ciuitatum: et ſatis iniuſtum fore, ſi aliquam nouae religionis obſeruantiam admitterent, quae illius auctoritate prius roborata non fuiſſet.

CAPVT XXV.

Quomodo infecto negotio, omiſſa Iulina, Stetinam nauigauerit, et de contradictione, quam ibi ſuſtinuit.

QVibus auditis, epiſcopus *Stetinam*, nihil cunctatus adire feſtinat; et quendam de Iulienſium ciuibus, *Nedamerum* nomine, ut uiam nobis monſtraret, aſſumpſit. Hic autem familiaritate noſtra bene utens, cum filio ſuo, quaſi alter Nicodemus, occulte nos frequentabat et, quae dicebantur, libenter audiebat. Alii quoque nonnulli de ipſa ciuitate occulte Chriſtum colebant tam uiri, quam mulieres. Iſti etiam frequentabant nos, dum ibi moras faceremus, deque ſuis rebus nobis humanitatem honeſte impendenres, ſpirituali conſolatione ab epiſcopo recreati ſunt, oprantes, ut, *Stetina* recipiente uerbum Dei, IVLINA quoque recipere ex ratione pacti conueniatur: quo ipſis, quid de Chriſti ſentiant, publicare licitum ſiat.

Lib. 2. cap. 15 edit. Comiſ.

Nedamerus ciuis Iulinenſis

Igitur *Nedamero* duce et filio eius, *Stetinam* nauigauimus. Sed illi *Stetinenſes* offendere ueriti, ſi nos adduxiſſe uiderentur, priusquam ab eis uideri poſſent, nobis ualefacientes, in locum ſuum reuerſi ſunt. Nos uero per crepuſculum noctis applicanres ciuitati, egreſſi naues curtim ducis intrauimus. Mane facto, *Paulitius* et legati primates adeunt, ex parte ducum ſe cum epiſcopo miſſos referunt, cauſam uiae proponunt euangelium; dant conſilium, promittunt et terrent. At illi inquiunt; nihil nobis eruobis; patrias leges non dimirtemus: conrenti ſumus religione, quam habemus. Apud chriſtianos, aiunt, fures ſunt, latrones ſunt, cruciantur pedibus, priuantur oculis; et omnia genera ſcelerum et poenarum chriſtianus exercet in chriſtianum: abſit a nobis religio talis. Haec et his ſimilia proteſtantes, obturauerunt aures ſuas, ne audirent uerbum.

S. Otho Stetinam uenit.

Diuertit ad aedes ducis.

Quid Stetinenſes legatis reſponderint.

Omnibus igitur obſtinatis per duos menſes, et plus ibi morantes, nihil profecimus.

Dum ergo tam longa et inutilis mora nobis turbationi eſſet, conſilium incidit, legaros mittere ad ducem Poloniae, ſciſcitari, quid de nobis iuberet; utrum manere illic, an redire et de contradictione ciuitatum; quid ei uideretur? Quod conſilium, ubi ciuibus com-

Bimeſtri ſpatio nihil efficit S. Otho.

per-

Decernitur legatio ad ducem Poloniae.

pertum fuit, timebant quidem, tamen rogabant, ut mitterentur legati, suos cum illis hac ratione profecturos dicentes, ut, si apud ducem perpetuae pacis stabilitatem obtinere, tributumque alleuiate queant; his ibi coram suis et nostris legatis ex scripto firmatis, christianis se legibus sponte inclinarent.

Bis in foro concionantur quatuor hebdomade. Praedicatoribus crux praelata.

Abeuntibus ergo cum *Paulitio* nostris et eorum legatis; nos interim bis in hebdomada, in diebus scilicet metcatus, per medium fori, populo ex omni prouincia conueniente, sacerdotalibus induti, crucem portauimus, et de fide atque agnitione DEI populum incredulum oportune et importune alloquendo, iugulum neci quodammodo quotidie optauimus: sed, Deo protegente, nos lacsi non sumus. Plebs autem, quae de rure fuit, et simplicitate sua et rerum nouitate capta, negotiis suis postpositis, praedicationem libentissime accepit, quamuis etedete non auderet. Et quia certis diebus crux portabatur et sermones fiebant, magis propter uerbum, quam propter forum ruricolae confluebant. Ego in illis diebus crucem cum Simone in angatia portaui. Nam uellem nollem, per medios barbaros, per forum et turbam incredulorum, opprobrium crucis animo et corpore tener agonotheta coram episcopo portare uidebar. Deus autem pius et misericos, sciens timiditatem meam et pauorem meum, laedi me non sinebat.

Plebs rustica auide audit concionantes.

Refridus crucem episcopo praetulit.

CAPVT XXVI.

Quomodo post longa taedia, uerbum praedicationis a duobus pueris coeptum et promotum sit interim, dum legati mittuntur ad ducem Poloniae, propter contradictionem ciuitatis.

QVotidie, dum haec geruntur, fidei retia laxantibus et nihil nobis capientibus, et multum super hoc taedentibus; tandem benignus dominus sedulitatem boni serui sui Ottonis, labotem quoque et moestitiam misetando respexit. Nam duo pulcherrimi adolescentes, filii cuiusdam nobilis de ciuitate, domum nostram frequentare ac familiares se praebere, paulatimque de Deo nostro et de fide quaetere coeperunt. Episcopus autem sentiens, quia in bono ueniunt, futurorum bonorum ex his captando praesagium, blandis mulcet alloquiis, atque de munditia et honestate christianismi, de immortalitate animarum, de resurrectione corporum, de spe et gloria aeternae uitae adolescentibus per singulos dies euangelizauit. Quae omnia, flante spiritu sancto, pucti altius suis imbibere pectoribus; neque diu cunctati, credere se uelle atque baptismum petcipere dixerunt.

Initium conuersionis fit a duobus adolescentulis.

Episcopus ergo laetissimus, puetos statim catechizat ac de omnibus, quae christianae religioni competebant, diligentet instructos, iussit, ut loti et lotis induti cum cereis istis, et albis se se ptaeberent baptizandos, Illi, ut moniti erant, silenter exequentes omnia, die statuto, parentibus insciis, loti et purificati, nouisque ac mundis uestibus induti, cum albis et cereis percepturi sanctum baptisma, se manibus episcopi obtulerunt. Videns humano in corpore uultus angelicos, uidens expulsa daemoniaci squaloris inertia, in uultibus iuuenum Christum nouum hominem gratioso iam coruscare aspectu, pontifex ipse, omnesque alii sacerdotes et cletici gauisi sunt et admirati super gratia, quam uiderc in puetis. Sed quid morer? Baptizati sunt, et propter octauam purificationis octo dies apud nos commotantes, in domos parentum non sunt reuersi.

S. Otto pueros catechizat.

Baptizantur.

CAPVT XXVII.

De matre ipsorum puerorum.

MAter uero illorum puerorum, nam pater domo abcrat, ubi, quae gesta sunt, audiuit; pueris nondum exalbatis, ultra quam dici queat, gaudio perfusa, cuidam de pueris suis: uade, inquit nuntia domino meo episcopo, quia ipsum et filios meos uidere uenio. Erat enim matrona magnae honestatis et potentiae in ciuitate illa. Episcopus ergo audiens illam aduenire, desub tecto exiens in graminis cespite sub diuo consedit, susosque regeneratos adhuc in albis positos, circumsedentibus clericis, ad pedes suos collocauit. Sed ubi matrem eminus aduenientem conspiciunt, modeste consurgentes et episcopo prius inclinantes, quod aduertere pulchrum fuit, quasi petita licentia, obuiam ei uadunt. Quos illa intuens albatos magnitudine gaudii quasi amens et stupida, soluta in lacrymas, subito in terram corruit. Accurrit episcopus, accurrunt clerici, leuant, tenent, consolantur, putabant enim, quod nimietate doloris defecisset. At illa recuperato flatu: *benedico te*, inquit, *domine IEsu Christe, totius spei et consolationis auctor, quod ad filios meos tuis sacramentis imbutos, tuaeque fidei ueritate aspicio illustratos. Scis enim, domine IESV Chri-*

Mater pueorum gaudio exultat ob baptizatos filios.

Mater confert se ad episcopū.

Gratias agit Deo ob conuersionem filiorū.

ſte; quod hos, (tenensque oſculata eſt pueros, et amplexata) *in ſecreto pectoris mei tuae miſerationi iam per multos annos commendare non ceſſaui, peteus, ut hoc eis faceres, quod feciſti.*

Oratio matris ad epiſcopum.

Deinde ad epiſcopum: *benedictus*, inquit, *introitus tuus in hanc ciuitatem, domine et pater reuerendiſſime. Multum enim populum tua perſeuerantia domino hic habet acquirere. Non te dilatio fatiget. Ego ipſa, quae coram te adſto, Dei omnipotentis adiutorio et tui, pater, animata praeſentia, ſed piguorum meorum freta ſubſidio, chriſtianam me confiteor quod hactenus non audebam.* Sicut enim proteſtata eſt, in diebus adoleſcentiae ſuae de terra chriſtianorum per rapinam ablata fuit: et cum eſſet ingenua et ſpecioſa, gentili homini mariro ſuo, diuiti ac praepotenti uiro, copulata eſt, et eosdem filios ex illo ſuſcepit.

Munera matri a S. Ottone oblata.

Epiſcopus ergo ſuper his omnibus Deum benedicens, confidenti matronae uerbo conſortationis fidem auxit et fiduciam, ſuacque liberalitatis non immemor, griſeae pelliculae chlamydem precioſam ei dedit; et eadem petente atque cum fiducia iam euangelizante, omnes eius domeſticos aqua tinxit regenerationis: deinde omnes conuicinos eius et familiares, uiros ac feminas cum paruulis ſuis eadem fidei ſocietas paulatim inuoluit. Pueros

Quomodo S. Otto poſt octauam diem paruulos ab ſe dimiſerit.

quoque ipſos, poſt expletos octo dies, in die depoſitionis albarum, duabus camiſiis de ſubtili panno ueſtiuit, et easdem camiſias auriphrygio in ora capicii, et ſutura humerali atque brachiali ornari eis fecit; duosque cingulos aureos; tradens et calceamenta picturata. Verboque doctrinae ac ſacramento euchariſtiae eos communiens cum gaudio in domum matris remiſit.

Tiemo. Miris modis aurum ſuum et donaria Otto noſter expendit: Vt enim ſalui eſſent homines, et precio conduxit, et uerbo inſtruxit, rudesque alumnos et ſpiritualibus documentis informabat, et corporalibus beneficiis conciliabat.

Sefridus. Optime animaduertiſti. Sed quanto ſoenore donaria ſua in theſauros domini ſui aliquoties congeſſerit, ex his poteris coniicere.

CAPVT XXVIII.

Quomodo pueri pueros attraxerint, et de patre, qui domo aberat.

PRaefati etenim pueri cum ad ſuos adoleſcentes peruenirent et, quomodo ab epiſcopo habiti et inſtructi eſſent et quanta apud illum eſſet diſciplina et honeſtas, quanta pietas et manſuetudo, ruminare coeperunt: mox etiam quantae munificentiae et liberalitatis circa omnes extiterit, praedicare obliti non ſunt. Atque in argumentum rei; *Cernite*, inquit; *his indumentis poſt omnia beneficia ſua nos induit; his aureis cingulis honorauit; pecunia ſua captiuos redemit ſuos; impenſis eosdem ueſtit; cibo reficit et liberos abire dimittit. Quid unquam ſimile uiſum, auditumue in terra Pomeranorum? quid ſimile pontifices et ſacerdotes noſtri faciunt? hunc certe aliquem uiſibilem Deum inter homines aduenisſe, ipſa gratuita redemptio captiuorum in cippis et compedibus putrefactorum, multos ciues noſtros fecerat autumare. Sed ille hoc negans, non Deum ſe, ſed Dei altiſſimi ſeruum pro noſtra ſalute ad nos directum dici et credi optat; et animae immortalitatem et corporum reſurrectionem, et aeternae uitae gloriam, doctrinam dicit eſſe chriſtianorum, quare non credatur ei?*

Puerorum ad cognatos et ſodales ſuos oratio, de patre et liberalitate S. Ottonis.

Haec et his ſimilia pagana iuuentus a iuuenibus audiens, aſpirante gratia Dei, tracta eſt et attracta per eosdem in eundem fidei feruorem: reuerſique ad epiſcopum pueri fide recenter imbuti, more columbarum alias trahentium, gregem non modicum adduxere coaeuorum, euangelii rudimenta ſuſcipere cupientium. Quid multa? catechizantur, baptizantur. Et a pueris, et a iuuenibus cana patrum prudentia ſe paſſa eſt erudiri: flammaque fidei paulatim progrediente, concaluit ciuitas uniuerſa: neque iam occulte; uel pauci, ſed publice et multi ſimul quotidie ueniebant ad fidem.

Pueri baptizati alios ad baptiſmum adducunt.

Interea praefatae coniux matronae, et pater primitiuorum in uia domo abſens, ubi audiuit, quod uxor et filii, totaque domus eius, proiecto paganiſmo, ritu uiueret chriſtiano, mori uoluit prae dolore. Sed uxor prouida, cognatos eius et amicos, qui malagma ei conſolationis apponerent, obuiam direxit aegroto. Ipſa uero domi, pro illius conuerſione preces domino et uota non irrita, offerre non ceſſauit. Itaque reuerſus ille, cum non ſolum domeſticos ſuos, uerum etiam alios uicinos et conciues ſuos, ueterem hominem exutos, in nouitate uitae conſpiceret ambulantes, ad conforman-dum ſe illis, Deo uiſitante cor illius, ſacile inclinatus eſt.

Quid puerorum pater?

Ipſe etiam ad fidem conuertitur.

CAPVT XXIX.

De reditu nunciorum a duce Poloniae, et ſcriptis eius ſuper tributi alleuatione.

Cum

CVM ea geruntur in ciuitate, Pau- A
litius et legati tam illorum, quam
noſtri, a duce Poloniae ueniunt,
pacti mandata et ſcripta * Tyranni ſe-
cundum haec uerba reportantes. *Bo-
leslaus omnipotentis Dei fauente clemen-
tia, dux Polonorum et hoſtis omnium paga-
norum, genti Pomeranicae et populo Ste-
tinenſi promiſſa fidei ſacramenta ſeruan-
ti, pacem firmam et longas amicitias; non
ſeruanti uero, caedem et incendia et ae-
B
ternas inimicitias.*

*Si occaſiones quagrerem aduerſum uos,
iuſta eſſe poterat indignatio mea, quod
quaſi fidei ueſtrae transgreſſores uos re-
trorſum abire conſpicio: et quia dominum
et patrem meum, Ottonem epiſcopum, o-
mni honore ac reuerentia digniſſimum, ui-
ta et fama in omni populo et gente prae-
claruum, ueſtrae ſaluti a Deo uero et noſtro
miniſterio deſtinatum, ſicut oportuit, non
ſuſcepiſtis, neque hactenus ſecundum Dei
timorem illius doctrinae obediſtis; omnia
haec ueſtrae ualebant accuſationi: ſed in-
terpellauere pro uobis * reſponſales et mei
et ueſtri, honorati uiri et prudentes, prae-
cipue autem ipſe pontifex apud uos manens,
euangeliſta ueſter et apoſtolus. Horum
ergo conſilio ac petitioni acquieſcere di-
gnum iudicans, ſeruitutis ac tributi pon-
dus, ut iugum Chriſti eo alacriores ſuſcipia-
tis, hoc modo releuare decreui.*

*Tota terra Pomeranorum duci Polo-
niae, quicunque ſit ille, trecentas tantum
argenti marcas publici ponderis annis ſin-
gulis perſoluent. Si bellum ingruet ei, hoc
modo eum iuuabunt. Nouem patres familias
decimum in expeditionem armis et im-
penſis abunde procurabunt. Iſta ſeruan-
tes et fidei chriſtianae conſentientes no-
ſtram pacem porrectione manus et aeter-
nae uitae gaudium conſequemini; et in o-
mnibus opportunitatibus ueſtris praeſidia
ſemper et auxilia Poloneuſium, tanquam
ſocii et amici, experientini.*

Igitur habita concione, ubi coram
populo et principibus uerba haec reci-
tata ſunt, multo quam dum apud * Na-
clam armis ſubacti eſſent, laetiores fa-
cti, ſacramenta deuote ſuſcipientes, re-
mota omni controuerſia, euangelicis
traditionibus ſe ſubmiſerunt. Epiſco-
pus uero, arrepto tempore, pulpitum
conſcendens: *nunc*, ait, *ad noſtri ſermo-
nis officium uentum eſt*: et incipiens;
gaudete, inquit, *in domino ſemper, iterum
dico, gaudete, modeſtia ueſtra, fides et con-
uerſatio ueſtra nota ſit omnibus, nota ſit o-
mni mundo. Nam totus mundus pro ue-
G
ſtra doluit infidelitate. Totus enim mun-
dus, fratres chariſſimi, usque ad hunc ter-
rae angulum, lumen ueritatis agnoſcit, et
uos in tenebris manere uoluiſtis? Pudeat
et poeniteat uos, creatorem ueſtrum hacte-
nus non agnouiſſe. Nunc ergo tanto de-*

*uotius, quanto ſerius ad ipſum conuertimi-
ni; curnite, feſtinate, ut eos, qui uos in fide
praeceſſerunt, conſequamini: hoc agere
ſolliciti, ut, qui de ueſtra caecitate pie do-
luerunt, de ueſtra illuminatione poſſint in
Chriſto gloriari.*

*Et primo ipſis deceptoribus diis ueſtris, Monet S. Otto Stetinenſes, ut idola uaſtent.
ſurdis et mutis ſculptilibus, et immundis
ſpiritibus, qui in iis ſunt, ſigno crucis ar-
mati, quantocius renuntiate, fana diruite,
ſimulacra conterite, ut hoſtibus eius eie-
ctis, a uobis dominus DEVS ueſter, DEVS
uiuus et uerus, in medio ueſtri habitare di-
gnetur. Niſi enim omnes alios abiiciatis,
ipſum habere propitium non poteſtis. Fu-
git enim, et indignum ſibi reputat aliorum
conſortium Deorum: et nulla communica-
tio eius cum idolis. Sed ſcio, quia non-
dum ſatis confiditis; ſcio, quod timetis dae-
mones inhabitatores fanorum ac ſculptili-
um ueſtrorum, et idcirco non audetis ea
C
comminuere; ſed pace ueſtra ſit, ut ego
ipſe cum fratribus meis ſacerdotibus et cle-
ricis ſimulacra et continas illas aggrediar;
et ſi nos crucis ſanctae ſignaculo praemuni-
tos, illaeſos permanere uideritis, eodem
crucis muniti trophaeo, uos omnes nobis-
cum in ſecuri et aſcia excidis ianua et pa-
rietibus deücite illas et incendite.*

D

CAPVT XXX.

De deſtructione fanorum et ſimulacrorum.

QVod cum audiſſent et annuiſſent, epiſcopus et ſacerdotes, celebrata miſſa et accepta communione, armati ſecuribus et harpis, contimas aggrediuntur et fana comminuentes et excidentes, omnia ſcandentes tecta et gonuellentes. Stabant autem ciues aſpicientes quid Dii facerent miſerrimi? utrum nam tecta ſua defendE
rent, nec ne? At ubi deſtructoribus nihil mali euenire uident; *ſi*, inquiunt, *aliquid diuinae uirtutis haberent, iſti, quorum ſacra et templa conuellimtur, utique deſenderent ſe. Si autem ſe defendere, aut ſibi prodeſſe non ualent, quomodo nos defendere, uel nobis prodeſſe poterunt?* Et haec dicentes, facto impetu, diruunt et comminuunt omnia, ipſamque lignorum materiam inter ſe diripientes ad domos ſuas in uſum foci coquendis panibus et cibis comportabant; et quia plus rapienti, plus habere fas erat, omnes illae *continae* numero quatuor, mira celeritate confractae ſunt, ac direptae.

Deſtruuntur templa idolorum.

Tiemo. Quare illa templa uocabant *continas?*

Sefridus. Slauica lingua in plerisque uocibus latinitatem attingit, et ideo pu-

Quid ſint continae?

to

* *Haec non hoc loco in bonam partem accipiuntur.*

* *Legati.*

Pacta Boleslai cum Pomeranis.

* *Naclam ſeu Naclum.*

Concio epiſcopi ad Stetinenſes.

Philip. 4.

to ab eo, quod est continere, *continas* esse uocatas.

Cranzerus praedicant lib. 1. chronici cap. 21. continas interpretatur, gemeine Häuser und Wirthschafften / zu dem End verordnet/ daß man darinn gewisse Zusammenkünfften/ Feste/ und dergleichen Gesellschafften begienge.

CAPVT XXXI.

De quatuor continis et de cultura unius, quae dignior erat, et incisione quercus.

ERant autem in ciuitate Stetinensi *continae* quatuor, sed una ex his, quae principalis erat, mirabili cultu et artificio constructa fuit, interius et exterius sculpturas habens, de parietibus prominentes, imagines hominum et uolucrum et bestiarum tam proprie suis habitudinibus expressas, ut spirare putares ac uiuere, quodque rarum dixerim, colores imaginum extrinsecarum nulla tempestate niuium, uel imbrium fuscari uel dilui poterant, id agente industria pictorum.

Ornatus praecipus fani.

In hanc aedem, ex prisca patrum consuetudine, captas opes et arma hostium, et quidquid ex praeda nauali, uel etiam terrestri pugna quaesitum erat, sub lege decimationis congerebant; crateres etiam aureos uel argenteos, in quibus augurari, epulari et potare nobiles solebant, ac potentes in diebus solennitatum, quasi de sanctuario proferendos ibi collocaucrant. Cornua etiam grandia taurorum agrestium deaurata et gemmis intexta potibus apta, et cornua cantibus apta, mucrones et cultros, multamque supellectilem preciosam, raram uisu, pulchram in ornatum et honorem deorum suorum ibi conseruabant, quae omnia episcopo et sacerdotibus, ubi sanum dirutum fuerat, danda censebant. Sed ille, *absit a me*, inquit, *ut a uobis ditentur; nam talia et his meliora domi nobis abundant. Vos ea potius, quorum sunt; in uestros usus, cum Dei benedictione distribuite*; et aqua benedicta omnia conspergens, et crucis benedictione super ea facta, iussit, ut inter se illa diuiderent.

Praeda omnis in hoc delubro reposita.

Crateres argentales.

Cornua deaurata.

Totus thesaurus fani cuncti, offertur episcopi.

Renuit accipere.

Erat autem ibi simulacrum triceps, quod in uno corpore tria capita habens, * *Triglaus* uocabatur: quod solum accipiens ipsa capitella sibi cohaerentia, corpore comminuto, secum in quasi protrophaeo asportauit, et postea Romam pro argumento conuersionis illorum transmisit, scilicet ad uidendum, domino apostolico et uniuersali ecclesiae, quid ipse illius *obedientiarius* uellendo et plantando, aedificando et destruendo apud illam gentem processisset. Tres uero aliae *continae*, minus uenerationis habebant, minusque ornatae fuerant. Sedilia tantum intus in circuitu extructa erant et mensae: quia ibi conciliabula et conuentus suos habere soliti erant. Nam, siue potare, siue ludere, siue seria sua tractare uellent, in easdem aedes certibus diebus conueniebant et horis.

** Triglae, Triglaff. Pomerani rum Idolum triceps.*

S. Otto idolum Triglaff Romam mittit.

De tribus aliis continis seu fanum.

Erat praeterea ibi quercus ingens et frondosa, et fons subter eam amoenissimus; quam plebs simplex numinis alicuius inhabitatione sacram aestimans, magna uenerationc colebat. Hanc etiam episcopus, cum post destructas *continas* incidere uellet, rogatus est a populo, ne faceret. Promittebant enim, nunquam se ulterius sub nomine religionis nec arborem illam culturos, nec locum: sed solius umbrae atque amoenitatis gratia; quia hoc peccatum non sit, saluare illam potius, quam saluari ab illa se uelle: qua susceptа promissione, *acquiesco*, inquit episcopus, *de arbore: sed illud uinum numen fordium uestrarum, de medio tolli oportet, quia nec augurium, nec sortilegium exercere christianis licet.*

Quercus pro numine culta.

CAPVT XXXII.

De prophetante caballo et hastis.

HAbebant enim caballum mirae magnitudinis et pinguem nigri coloris et acrem ualde. Iste toto anno uacabat, tantaeque fuit sanctitatis, ut nullum dignaretur sessorem: habuitque unum de quatuor sacerdotibus templorum, custodem diligentissimum. Quando ergo itinere terrestri contra hostes, aut praedatum ire cogitabant, euentum rei hoc modo per illum solebant praedicere. Hastae nouem disponebantur humi, spatio unius cubiti ab inuicem disiunctae. Strato ergo caballo atque fraenato, sacerdos, ad quem illius pertinebat custodia, tentum fracno peiacentes hastas in transuersum ducebat ter atque reducebat. Quod si pedibus inoffensis, hastisque indisturbatis equus transibat, signum habuere prosperitatis, et securi peregebant.

Mirabilis ratio explorandi eventum belli.

Hoc ergo genus sortium, aliasque ligneas calculationes, in quibus naualis pugnae uel praedae considerabant auguria, quamuis multum renitentibus aliquibus, tandem Dei auxilio penitus abrasit, ipsumque prosani uaticinii caballum, ne simplicibus esset offensionis laquens, in aliam terram uendi praecepit; asserens hunc magis quadrigis, quam

quam prophetiis idoneum. Cumque omnes superstitiones enormitates suas, episcopo docente, abiecissent, monuit, ut omnes christianos fratres suos reputantes nec uenderent, nec interficerent, neque captiuando torquerent, nec terminos eorum turbarent; sed fraterne ac socialiter se cum omnibus gererent; eademque ab illis mutuo sperarent; et, quod omni immanitate crudelius erat, femineos partus enecare, nc ultra ficret, mulieres collaudare monebant. Nam usque ad haec tempora, si plures filias aliqua genuisset, ut caeteris facilius prouiderent, aliquas ex iis iugulabant, pro nihilo ducentes parricidium.

Equus superstitionis minister uenditur.

Salubria monita Sirmiensibus data.

Barbara immanitas.

CAPVT XXXIII.

De profectu ecclesiae post abdicationem simulacrorum, et de morte improbi sacerdotis.

EMundata igitur ciuitate ab immanitare scelerum et spurcitiarum: abdicata etiam coniugum pluralitate, adiuuantibus et coëuangelizantibus illis, qui ante uuiuersalem populi consensum, fidem quasi priuatim acceperant, fiunt catechismi per uicos et capita platearum; tuba insonat euangelii; cruces eriguntur; crucifixus adoratur; omnis aetas, omnis lingua Christum nominat, Christum ruminat, uetbaque fidei aut discunt omnes, aut docent. In tam ingenti autem ciuirare, quae nongentos patresfamilias absque paruulis et mulietibus et reliqua multitudine numeratos habebat, non est inuenta persona, quae post generalem consensum, ab euangelii uerirate se subtrahere niteretur, nisi solus ille facetdos, qui praefati caballi habebat curam. Hic autem cum multis importunitatibus fatigaret episcopum, et bono semini zizania superiaceret, die quadam, cum multa prece ab omnibus rogatus, et ab episcopo multis rationibus superatus, ex obstinatione nullo modo uellet acquiescere ueritati; nocte ipsa diuina ultione percussus, tumore uentris ac dolore crepuit et mortuus est. Quod factum uniuersae ciuitati magnum incussit terrotem; omnesque Christum laudantes fortem Deum, suaeque legis aemulatorem uocitabant.

Catechismus per compita. Cruces eriguntur.

Omnes Sirmienses ad fidem transeunt, unico sacrificulo excepto.

Qui tamen paulo post meritas poenas dedit.

CAPVT XXXIV.

De quaestione mota, super morte sacerdotis.

Timeo.

MItor quod tantae pietatis homo neque hunc sacerdotem, neque uiduam illam, quam etiam superius a DEO percussam meminisi, ut conuerti possent, a morte suscitauit. Nam de quibusdam sanctorum legitur, persecutores suos hominesque impios, conuersionis gratia, reuocasse ad uitam.

Hoc caput deest in edit. Cassin. Dubitatio.

Sefridus. Iudicia DEI abyssus multa. Et illi quidem, quia praedestinati erant ad uitam aeternam, idcirco huic uitae redditi sunt, ut conuerti possent et saluari: isti autem, quia praedestinati non erant, nec resuscitati sunt, nec saluati; sed propter blasphemiam in DEVM adeo iuste damnati sunt, et condemnatione istorum alii docti sunt atque correpti.

Psalm. 33. Responso.

Timeo. Vt uideo, quia blasphemia Spiritus sancti irremissibilis est, idcirco tanquam blasphemos a uita eos irreuocabiliter sentis esse defunctos: sic enim Pharisaeis blasphemantibus a domino dictum recolo: *omnis qui dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit uerbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in futuro seculo.* Timide quidem et caure de diuinis iudiciis disputandum est. Sed quia fides catholica de incredulis omnibus generalem ante me fixit sententiam, eiusdem orbitam non excedere, iustum puto. Videntur enim hi, de quibus sermo est, blasphemi contra Spiritum sanctum sensisse, quod est, uerbum corde firmare: nam hoc proprie dici potest blasphemia; et idcirco non esse ad uitam reparatos. Sicut enim saluandi his adscensionis ad uitam nituntur gradibus, fide scilicet, spe et charitate; nam profecto fide incipimus, spe proficimus, charitate consummamur; ita e diuerso, hi, qui pereunt, per oppositum itet descensionis tendere uidentur ad interitum. Inirium enim perditionis perfidia eis est, prouectus perditionis, quamuis insolite dicatur; quia melius defectus uocatur; desperatio. Consummatio autem perditionis blasphemia aliquibus uidetur; sicut enim charitas, quae consummat hominem, semper diligit et gratias agit: ita eius contrarium, quod blasphemiam dicunt, negligit, id est, nequaquam diligit, sed boni set donis DEI semper grata est; quod est iniuria Spiritus sancti. Vnde hi aliis contribulibus et conciuibus suis cum gratiarum actione uerbum salutis recipientibus, et fide incipientibus, spe proficientibus, ut ad arcem perfectionis, quae charitas est, quandoque pertingerent, pro dolor, in perfidia sua remanentes in desperationis barathrum, atque in blasphemiae abyssum corruerunt.

Matth. 12.

Sefridus. Negare non audeo; sed argute satis blasphemiam charitati dicis contrariam. Equidem si recte perfidi-

am fidei dicimus contrariam, et deſpe-A rationem ſpei; quid magis contrarium ſit charitati, quam blaſphemia, in omni genere uitiorum inuenire non poſſum. Sed charitas eſt ſummum bonum: ergo eius contrarium, quod eſt blaſphemia, eſt ſummum malum: quomodo enim non ſummum malum, quod neque hic neque in futuro ſeculo praedicatur remittendum? Si autem ſummum malum eſt; ſummo bono maxime contraria eſt. B Iterum: charitas eſt diligere DEVM *de corde puro et conſcientia bona, et fide non ficta!* E conuerſo, blaſphemia eſt de impuro corde et mala conſcientia, et fide ficta odiſſe DEVM. Nam de impuritate cordis et mala conſcientia naſcitur deſperatio: fides aut ficta, perfidia peior eſt. Ergo ex perfidia et deſperatione perfidi et deſperati homines, malo et ſeruili timore timere incipientes, etiam C odiunt eum, a quo ſine dubio ſe damnandos ſciunt.

1. Tim. 1.

Eo etiam ordine hoſtis antiquus in abyſſum deſcendit. Perfidus enim eſt; quia, non credit in DEVM, deſperatus: quia non ſperat, blaſphemus, quia ſeruiliter metuens etiam odit eum, a quo ſe damnatum et damnandum nouit. Perfidia eſt infernus: deſperatio infernus inferior; blaſphemia, infernus infimus, D quod eſt abyſſus. Ibi religatus tenetur ille infelix ſuae obſtinationis ac diuinae diſtrictionis catena, nunquam ab illa exiturus blaſphemia. *Imitantur autem illum, qui ſunt de parte illius.*

Sap. 2.

Herbordus, unus ex quatuor ſcripturibus uitae S. Ottonis.

Aſt hic *Herbordus* quare ad haec omnia ſilet? Egone, inquam? Satis ſupereſt illis ueſtra de illorum morte ſententia. Sed tamen circa hoc, quod reſuſcitati non ſunt, quod ſentio, dicam, ſi E placet. In hiſtoriis omnibus tam ueteris quam noui teſtamenti, ubi a prophetis et apoſtolis, uel ab ipſo domino mortui reſuſcitati leguntur; aut fide aut petitione propinquorum id effectum conſidero. Sic *Eliſaeus*, fide matris, puerum ſuſcitauit: ſic *Petrus* Tabitham; ſic et dominus *Lazarum* a mor- D tuis reuocauit. Vnde, ſi fides aut petitio proximorum pro his interpellaſſet; epiſcopo uirtutem DEI ad miraculum non defuiſſe, haud dubium eſt. Quis ſanctior Chriſto? Et de ipſo euangeliſta dicere non cunctatur: *non poterat autem IESVS ibi facere quidquam propter incredulitatem eorum.* Hinc manifeſtum eſt, uiuentium fidem neceſſariam eſſe ad E mortuorum reſuſcitationem. Et de paralytico, quem per tegulaa propinqui ſubmiſerunt ante IESVM, uide quid dicat euangelium: et *uidens IESVS fidem illorum, dixit paralytico: tolle lectum tuum, etc.*

Sententia Herbordi.

4. Reg. 4. Act. 9. Ioan. 11.

Matth. 13.

Luc. 5.

Sed audite, quaeſo, adhuc, dona Dei diuerſa eſſe, quis neſciat? *Petro* datum eſt, mortuos ſuſcitare, infirmos curare, daemones effugare, aliaque multa in hunc modum corporalia beneficia praeſtare per miracula, quibus ad ſpiritualia bona ſuos alliceret auditores: argentum autem et aurum, quod egenti daret, non habebat; ſicut ipſe pauperi claudo ſtipem poſcenti reſpondit; *argentum et aurum non eſt mihi; quod autem habeo, hoc tibi do.* Sed ab eo, *qui dat unicuique prout uult*, *Ottoni* datum eſt, multas opes habere cum bonitate et largitate admirabili. *Petro* igitur orante, Chriſtus languidos et debiles curauit. *Ottone* autem largiente, Chriſtus uincula et captiuitatea abuoluit. *Petri* oratio et *Ottonis* largitio in ſalutem populi ab uno Chriſto diſpenſabantur: alter ſanctitate, alter liberalitate pollebat: ille prodigaliter, ille liberaliter beneficus erat: uterque carceres aperuit; uincula ſoluit: ſed ille prece, iſte precio: ille mortuos ſuſcitauit: iſte, ne morerentur homines, morbos fugauit. Quid enim fames, ſitis, gelu et alia incommoda uitae noſtrae, niſi morbi ſunt, qui niſi congruis effugentur medicinis, profecto exſtinguunt hominem. Non tamen Ottonem Petro me quisquam putet uelle adaequare; niſi forte ut Mantuam Romae, ut Maro quadam proportionis ratione res aequales fingit dicens: *ſic canibus catulos magnis, ſic matribus haedos* aſſimilant, naturae ſcilicet ac formae proportione, non magnitudine corporis, aut quantitate. Sed tu, quod coepiſti euolue.

Act. 3. 1. Cor. 12.

Virg. Egloga 1.

CAPVT XXXV.

De laetitia et ſplendore candidatorum ac de profectu eorum.

DEſtructis igitur fanis, colliſis ſimulacris, mulctato diuinitus ſacerdote, uictoria crucis erigitur, conſtruuntur baptiſteria, dolia humo infodiuntur, cortinis uelantur, omnibusque religioſe ac ſancte aptatia, populus per aliquot dies ante catechizatus et inſtructus, ad aquam regenerationis, cum multa grauitate ac diſciplina, ſe offerebat; toto corpore balneis prius abluti, ac lotis et mundis ueſtibus induti, cereos ardentes et albas ſuas geſtantes; ac ſancti Spiritus accenſi deſiderio ſinguli apud ſe in cordibus ſuis cantantes: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, uiuum: quando ueniam, et apparebo ante faciem Domini.*

Erectio crucis.

Baptizantur Stettinenſ. et quibus ritibus.

Pſal. 41

Pater uero ſpiritualis feruorem, et ſtudia filiorum tacita mente conſide-

rans,

Exhortatio S. Otbonis ad catechumenos. Pſal. 33.

rans, abundantia laetitiae ſpiritum exci-A tante, obordsque prae gaudio lacrymis interagendum in uocem exhortationis erupit dicens: *uenite filii, audite me, timorem Domini docebo uos: accedite et illuminamini, et facies ueſtrae non confundentur.*

Nec abs re fuit talis ex ore ſacerdotis exhortatio. Videbat enim, quod et nos alii cum magnae admirationis tripudio contuebamur, quodque ipſi ciues nos B contemplari monuerunt, in uultibus ſcilicet omnium baptizatorum, quendam iucundum et ſpiritalis gratiae rutilare fulgorem: ita ut baptizati a non baptizatis, ueluti lux a tenebris, facile diſcerni poſſent: quidue tenebroſus daemon ſuis cultoribus, et quid Deus lucis auctor et amator ſuis dilectoribus conferre habeat, omnibus intueri promptum fuit. Currebant ergo de ipſa ciuitate, et de omni circum prouincia felices animae ad regales nuptias ingredi C feſtinantes; et epiſcopo ſeorſim tingente ſolos mares pueros; aliis autem et aliis ſacerdotibus ſeorſim uiros et ſeorſim mulieres. Apud omnes opera Dei ſeruebant, et de Aegyptia ſeruitute populo acquiſitionis, tranſito mari, liberato, uelut olim ad montem Sinai, lex panditur euangelii, et quid chriſtianis D fugiendum, ſequendumue ſit, ſicut fide plena docentur, ſic et plena intentione diſcunt et facere ardent.

Fulger in baptizatorum.

Quae ſinguli baptizarint.

Quamdiu Stetini manſerunt.

Manſimus ergo in eodem loco negotioſi operatores fere aliis tribus menſibus, deſtruentes et aedificantes, euellentes et plantantes et irrigantes, ipſo agro dominico ſuis cultoribus grata et gratuita ſoecunditate uictum praebente E neceſſarium. In omnibus enim uictui noſtro competenribus liberales nobis extiterunt et humani, optantes, ut, ſi fieri poſſet, nunquam a ſe diuelleremur.

Ordinatiſ autem illic omnibus, quae rudi eccleſiae profutura credebantur, exſtructaque baſilica diligenri artificio * in medio foro Stetinenſi, collatisque omnibus, quae ſacerdotalis officii ratio F poſcebat, qui populo praeeſſet, ſicut ubique faciebat, ſacerdotem inueſtire curauit.

** Vbi autem Contina ſeu ſanum Triglaſi fuerat.*

CAPVT XXXVI.

De exploratione Iulienſium, et conuerſione ipſorum.

Exploratores a Iulinenſibus ſubmittuntur.

IVlinenſes etiam, epiſcopo et nobis ignorantibus, quosdam homines cautos et gnaros *Stetinam* miſerant exploratores tacite, quidnam illic ageremus, ſi ab eis reciperemur, annon; et qui omnes uias noſtras et ſtudia noſtra diligenter conſpicerent atque referrent. At illi, ubi habita exploratione diligentiſſima, nihil impoſturae aut doli circa nos inuencrunt, et Stetinenſes, licet tarde, fidem tamen unanimiter ſuſcepiſſe uiderunt: reuerſi ad ſuos, more apoſtolorum et euangeliſtarum, pagani paganis, nobis abſentibus, quanta bona uidiſſent et audiſſent; et quam bona et quam munda eſſet fides et doctrina chriſtiana, praedicare non ceſſabant, eorumque uerbis paulatim ſcintillantibus, quaſi arundinetum, tota ciuitas incanduit; et iam taedere atque horrere ſuper ſuis abominationibus, ſuaque idola et errores, quibus inuoluti tenebantur, exſecrari coeperunt.

Renunciant Iulinenſium, quae uiderant.

Iulina ad fidem Chriſti amplectendam accenditur.

Epiſcopus autem tenorem pacti, quo ab eis receſſerat, mente habens, cogitabat quidem, ſtatim poſt conuerſionem, *Stetina* ad eos properare; ſed rogatus eſt duo prius inuiſere caſtella, *Graditiam* uidelicet, et *Lubinum*, quae in confinio poſita, ad pagum pertinebant Stetinenſem. At ubi homines illi, uelut arida, imbrem ſitiens, uerba euangelii ſuſcipientes, fidei ſacramentis imbuti ſunt, exſtructo altari et ſanctificato per caſtellum utrumque atque ordinatis illis ſacerdotibus, per *Oderam* flumen in mare lapſi, uento meliori ad Iulinae littora nauigauimus.

Graditz, et Lubin caſtella ad Oderam, chriſtianam religionem ſuſcipiunt.

Quanto autem exſultationis tripudio receepti fuerimus, et quanta humilitate illorum et ſatisfactione priores iniurias obliuiſci nos rogauerint, dicere non ualeo. Quidquid autem ſuſcipiendi chriſtianismi ratio exigebat, diſcere et facere, aſſumere uel reiicere non morabantur, ita ut illic impleri uideres, quod ſcriptum eſt; *ipſe dixit, et facta ſunt*; et, *populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Haec autem fuit mutatio dexterae excelſi, nam quos prius contis et fuſtibus a ſuis terminis ſatis inclementer exturbauerant; poſtmodum, quaſi angelos de caelo uenientes, ſummo ſtudio uenerati ſunt; ſanctum arbitrantes atque diuinum, quidquid a nobis dictum uel factum eſt.

Quanto honore et gaudio S. Otho Iulinae exceptus fuerit.

Pſal. 148. Pſal. 17.

Iulinenſium mutatio in melius.

Sed quid multis? Tota ciuitas atque prouincia cum populo ſuo appoſita eſt ad dominum; tantaque fuit multitudo uirorum et mulierum, et utriusque ſexus puerorum, ut in ſpatio duorum menſium, quamuis ſine ceſſatione inſtaremus operi, uix omnes tingere poſſemus. Quantum et illic ſudoris et laboris ſanctae ſemper memoriae Otto loquendo et clamando in turba, baptizando et multa faciendo pertulerit, qui uidet omnia, uiderit Deus. Sed, quia ciuitas haec in mediterranei fita eſt Pomeraniae, ciuesque Iulienſes fortes et durae ceruicis, tam dux *Vuratislaus*, quam principes terrae ſedem epiſcopatus illis

Iugens multitudo eorum, qui baptizabantur.

Labores aſſidui S. Otbonis.

Agitur de ſede epiſcopali Iulinae transferenda.

conſtituendum ſore cenſuerunt; ſcilicet ut gens aſpera ex iugi doctoris praeſentia manſueſceret, nec ad priſtinos rediret errores; et quod de medio ad omnes terminos terrae chriſma et alia, quae ab ipſo accipienda ſunt, facilius deportari poſſunt. Itaque duas illic baſilicas fieri praecipiens, altaria tantum et ſanctuaria conſecrauit, quia dum reliqua pars interim conſurgebat, et perfectionem exſpectare, longum erat ad alia feſtinanti.

Excuſatio Colobergenſium.

Sed tantem moritu epiſcopi cedunt.

CAPVT XXXVII.

De conuerſione Dodonae *ciuitatis.*

** Aliter*, Dodoma.

S. Otto Dodonae S. crucem erigit; et in eius honorem eccleſiam exſtruit.

MOuentes autem a Iulina ** Dodonam* uenimus, nihilque difficultatis aut contradictionis illic inuenientes, ſanctae crucis trophæum ibi ereximus. Et quia locus nemoroſus erat et amoenus et ligna ad aedificandum ſuppetebant, in honore ſanctae crucis ingentem eccleſiam de nobili artificio fundauimus, et cum laetitia et gaudio populum catechizantes et baptizantes, quia meſſis multa erat, ad ulteriora progredi feſtinauimus.

* Belgard.

* Wolgaſt. * Gutzkow. * Cammin.

Tranſito autem flumine, quod *Dodonam* praeterlabitur, ciuitatem quandam inuenimus, magnam quidem ambitu et ſpatioſam, ſed raros incolas: nam ferro et incendio ſe uaſtatam aduſtionum ſignis et cadauerum aceruis, ſpectantibus indicabat. Ipſi autem incolae tenues illorum ſe ſuiſſe clientulos, qui a duce Poloniae illic interfecti erant et captiuati, aſſerebant, et a facie gladii ſaluatos ſe fugae praeſidio. Fecerant autem ex ramis et uirgultis circa ruinam parietum tuguria et umbracula, quibus tegebamur, quouſque tecta meliora inſtaurarent. Hos pater optimus uerbis conſolans, et ſtipereleuans, benigniſſime inſtruxit et baptizauit. Multi etiam de uiculis circumpoſitis ruricolae illic confluentes fidei percepere ſacramenta.

Vaſtata ciuitas.

CAPVT XXXVIII.

De conuerſione Colobergae *ciuitatis.*

S. Otto uenit Colobergam, ſeu Colobregam.

INde Colobergam peruenimus, quae ſuper litus maris ſita eſt. Sed quia ciues illius paene omnes, inſtitorum more, ad exteras inſulas, negotiandi cauſa, nauigauerant: illi, qui domi reperti ſunt, abſentibus ſuis conciuibus. nihil ſe noui aggreſſuros dicebant: atque ſub occaſione tali aliquandiu reſtiterunt euangelio. Tandem exhortationibus crebris ab epiſcopo ſuperati ſunt. Confirmatis ergo eis in fide SS. Trinitatis et baptiſmo regeneratis, et fundato altari et ſanctuario caeteriſque quae naſcenti eccleſiae, utilia credebantur, ordine peractis, diei unius itinere diſtantem a Colobergа ** Belgradam* petens, ſimili operum effectu illic laetificatus eſt; omnibus ſe domino ſponte applicantibus: quod ubi factum erat, uiſum eſt ei, bonum eſſe, omiſſis quatuor, quae ſupererant, ciuitatibus, cum pagis, inſulis et uiculis ſuis, uidelicet *Noirnia*, ** Hologaſta*, ** Cozgaugia* et *Timina*: quia tempus eum reuocabat, hiems quippe erat, id quod plantaucrat, interim irrigare, ne forte dilatando tantum agrum ſuum et non etiam excolendo, in uacuum curreret, aut concurriſſet; quin etiam, ſi ulterius procederet, ante diem Palmarum, ſicut diſpoſuerat, redire ad ſuam ſedem, conſecraturus chriſma, minime potuiſſet.

CAPVT XXXIX.

De termino euangelii facto in Belgrada *ciuitate, et de reuiſione ciuitatum baptizatarum antequam exiret de terra.*

S. Otto reuiſit omnia loca, ubi euangelium annunciauerat.

DIſcretus ergo pontifex apud *Belgradam* terminum ponens euangelii, omnia loca et ciuitates ſuperius nominatas, in quibus ſemina fidei ſparſerat, fidus agricola denuo perluſtrauit; cogniturus quomodo ſe haberent ſata. Et ecce omnes, quas imperfectas reliquerat baſilicas et eccleſias, perfectas inuenit. Ad opus ergo dedicationis deuotus et laetus accingitur; atque inter dedicandum, chriſmatis unctione populum confirmans, etiam quam plurimos inuenit baptizandos, qui generali baptiſmo priius intereſſe non poterant, eo quod in exteris partibus peregrinati, negotia ſua exercent: quorum profecto *Dodonae*, *Iulinae*, *Stetinae* maxima erat copia. Mira quippe auiditate, audito, quod epiſcopus diſcedere uellet, ad eum confluxerunt, infelices ſe reputantes, quibus ſine illius benedictione remanere contingeret. Quae res in ſingulis locis aliquandiu nobis remorandi cauſa fuit. Nullam autem ciuitatem plantationis ſuae relinquere uoluit, quam non ſemel aut ſaepius ante exitum a terra, confortationis et conſolationis cauſa reuiſeret.

Dedicat eccleſias exſtructas.

Denuo multos baptizat.

Talibus ergo uiſitationibus. regione peragrata, conſolando, confirmando, atque ſalutando amicos patrinos, et filios noſtros, in pacis oſculo dimiſimus

Mutua valedictio.

cos

eos et dimiſſi ſumus, lacrymis et gemitibus diuulſionis dolorem utrinque temperantes. Multoties etiam toto conamine nos iugiter apud ſe retinere moliti, dominum meum, ut epiſcopatum ibi gubernaret, ardentiſſime rogabant, ſe ipſos et omnia ſua illius ditioni ſeruire pollicentes. Et, ut uerum fatear, tanto amore ſuae plantationis flagrabat epiſcopus, quod uoluntatem plenariam apud eos remanendi haberet, ſed a clericis ſuis diſſuaſus eſt.

CAPVT XL.

Pomèraniae terrae foecunditas: ut et inclarum mares ac hoſpitalitas.

POſſent etiam in his locis non importune eſſe coenobia, et quidem *huius temporis ſanctorum*, qui terram uberem, quam ſcopulos aridos et ſqualentem eremum incolere malunt, ſuae memores imbecillitatis. Nam piſcium illic tam ex mari, quam ex aquis et lacubus et ſtagnis, abundantia eſt incredibilis; carratamque pro denario recentis acciperes allecis. Ferinae ceruorum, bubalorum et equulorum agreſtium, urſorum et aprorum, porcorum omniumque ferarum copia redundat omnis prouincia; *butyrum de armento et lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum*, cum abundantia mellis et tritici, cum cannabo et papauere et cuncti generis legumine. Atque ſi uitem et oleam et ficum haberet, terram putares eſſe repromiſſionis, propter lignorum abundantiam fructiferorum. Sed epiſcopus uitem illi terrae deeſſe nolens, in ſecunda profectione cuppam ſurculis plenam attulit et implantari fecit, ut tellus ea uel ſacrificio uinum procrearet. Tanta uero fides et ſocietas eſt inter eos, ut furtorum et fraudium penitus inexperti ciſtas et ſerinia non habeant ſerata. Nam ferram uel clauem ibi non uiderunt; ſed ipſi admodum mirati ſunt, quod clitellas epiſcopi et ſerinia epiſcopi ſerata uiderent. Veſtes ſuas, pecuniam et omnia pretioſa ſua in cuppis et doliis ſuis ſimpliciter coopertis recondunt, fraudem nullam metuentes, utpote inexperti. Et quod mirum dictu, menſa illorum nunquam diſarmatur, nunquam deſerculatur, ſed quilibet paterfamilias domum habet ſeorſum mundam et honeſtam, tantum refectioni uacantem. Illic menſa cum omnibus, quae bibi ac mandi poſſunt, nunquam uacuatur, ſed aliis abſumptis alia ſubrogantur; non ſorex, non ſorilegus admittitur, ſed de mappa mundiſſima fercula teguntur comeſuros expectantia. Quacunque ergo hora reficere placuerit, hoſpites ſint, domeſtici ſint, omnia parata inueniunt intromiſſi ad menſam. Et de his ſatis dictum eſt. Reuertentes autem de terra illa tranſitum fecerunt per patrem eorum, ducem Poloniae. Retribuat illi dominus IEſus in die agnitionis ſuae omnia bona, quae oſtendit omnibus illis. Nam tantae affectionis tantaeque benignitatis circa eos exſtitit, ut etiam in Pommorania poſitis, hyemis tempore, uir ille optimus ueſtes eis mitteret hyemales epiſcopo et unicuique ſecundum ſuam perſonam idoneas, tam clericis, quam militibus ſiue ſcutiferis omnibus. Nunc ergo conſummatis his, ad quae eos uocauerat ipſe, ad ſe reuerſos, omnes ipſos ut filios kariſſimos excipiens, epiſcopum et ceteros quosque congruis honoribus habitos, nullum dimiſit indonatum; deinde quia feſtinantes uidit, cum multa gratiarum actione dimiſſos usque Boemiam eos fecit conuerti. Epiſcopus uero propter feſtinantiam de epiſcopatu Pommoraniae pro uoto ſuo tunc ordinare non potuit, ſedde prudentia ducis confiſus ei ex otio commiſit ordinandum. At ille unum de Capellanis ſuis, ADELBERTVM nomine, quem de latere ſuo cum aliis duobus ſacerdotibus in adiutorium conceſſerat epiſcopo, praefulatus honore in gente illa ſublimauit. Itaque iuxta propoſitum ſuum ante diem palmarum ad ſedem ſuam Otto reuerſus eſt.

S. Otto uitem plantat in Pomerania.

Adelbertus epiſcopus Pomeraniae.

INCIPIT LIBER TERTIVS IN VITAM ET PEREGRINATIONEM BEATI OTTONIS EPISCOPI.

CAPVT I.

B. *Otto in Pomeraniam remeat.*

S. Otto Pomeraniam denuo viſitaturus,

POſt haec triennio domi detentus, poſt quadriennium, quamuis multis domi teneretur negotiis, ipſe tamen amore nouellae coloniae ſuae flagrans omnibus poſtpoſitis illam reuiſere aggreditur. Sed ne forte grauaret, per quos dudum tranſierat, ducem *Bòemiae* uel ducem *Poloniae*, aliosue illius uiae hoſpites et amicos ſuos, per *Saxoniam* iter diſpoſuit, et apud *Hallam* *aliud iter ingreditur.*

lam naues uictualibus onerans per *Al-bam* fluuium in *Habalam* prolapsus, *Leutitiae* littora usque abductus est. Et ne inanis et uacuus aduениens sponsae suae uilesceret, neue hi, qui adhuc conuertendi erant, si modo cum sumptu ponerent, quod prius sine sumptu posuerat euangelium, contra se murmurarent, in auri et argenti copia, in purpura et byssо et pannis pretiosis et muneribus magnis et uariis, pro uarietate personarum, dines studuit aduenire; cunctaque *Hallae* coempta et nauigio usque in *Leutitiam* portata curribus et quadrigis quinquaginta cum annona imponens, ibi per terram Leutitiae usque *Timinam* ciuitatem Pomeraniae transportauit. Quo ubi cum labore ac fatigatione uentum esset, multos horrores et pauores illa nocte ibi sustinuerunt. Nam ciuitas illa, Dei adhuc ignara, cruda quodammodo et barbara fuit christianis, et hi ignoti ad ignotos uenerunt. Solum tamen urbis praefectum in priori peregrinatione cognitum habentes, ipsum de hospitio conuenerunt; sed ille amice eos suscipiens, et *alios quoque se hospites habiturum* dicens, aream iuxta ciuitatem in ueteri castello eorum mansioni designauit, in qua fixis tentoriis se requieturos sperantes, nouis terroribus tota illa nocte agitabantur.

et diues aduenit.

Timinae pauide pernoctat.

CAPVT II.

Leutitiae a duce Pomeraniae excipitur S. Otto.

IAm dux Pomeraniae populaturus *Leutitiam*, cum exercitu eadem nocte illo uenturus erat. *Timinenses* autem *Leutitios* audierant ad pugnam ibi ei occursuros; unde non modica *trepidatio* fuit in ciuitate. Ingruente ergo noctis silentio, exercitus ducis per turmas suas illuc confluxit, factumque est ut parua cohors peditum et altera cohors equitum, ex diuerso iuxta ciuitatem conuenientes, quia nox erat, utrique, comites uero episcopi esse hostes suspicati, diutissime gladiis caederent. Hoc uero strepitu ac tumultu armorum excitati et exterriti, ignem in castris eorum aqua perfuderunt, fugam meditantes. Interea socios se agnoscentes illi a pugna desierunt. Praefectus uero, misso satellite, causam illius tumulrus eis insinuans, *ne timerent*, rogauit, sicque animati constiterunt in loco suo. Facto mane, dux cum exercitu omni ad praedam festinans, episcopum uidere non potuit, sed missis nuntiis ibidem illum die illa rogauit *se exspectare*. Circa meridiem uero *Leutitiam* quaqua uersum fumigare aspexerunt, signum omnia uastantis exercitus. Ad uesperam autem ecce dux uoti compos, multa onustus praeda cum suis omnibus laetus et incolumis reuertitur. Aspiciebat namque episcopus, quia diuidebant spolia, uestes, pecuniam, pecora et aliam diuersi generis substantiam; homines quoque, quos captiuauerant, inter se distribuebant. Ibi ucro flerus et gemitus, et dolores innumeri, cum ad diuersos dominos pro ratione diuisionis, uir ab uxore et uxor a uiro, et parentes a filiis discedebant. Et quamuis pagani omnes essent, communis quos huiusmodi miseria inuoluerat; episcopus tamen pius semper et misericors, conditionem miseratus humanam, lacrimas tenere non potuit. Dux uero et successu rerum et de aduentu episcopi laetissimus, uidens quia hoc eius uoto placuit, teneriores et infirmiores quosdam absolui praecepit et, quibus separatio dolori erat, manere simul eius interuentu ordinabat, auditoque eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Episcopus etiam multos pretio absoluit, quos tamen fide imbutos baptismoque nouit regeneratos, et liberos abire permisit. Deinde cum mutuis colloquiis se recreassent et inuicem honorassent, duce ad sua negotia digresso, episcopus omnem substantiam suam et populum, qui secum erat, timide nauibus imponens, per *Penae* fluminis undam tribus diebus *Nuznomiam* uecti sunt, episcopo itinere terrestri cum paucis gradiente. Nec mora, euangelico uomere agrum domini sui proscindens semen spargit fidei; neque ibi difficultas erat in opere, quia ciuitas illa prae eo abluta fuerat imbre doctrinae salutaris; sacerdotes etenim, quos pater beatus operis sui uicarios in gente illa reliquerat, *Nusnomiam* ex magna parte conuerterant; reliqua pars per episcopum appositа est ad dominum.

S. Ottonem Episc. excipit.

Dux Pomeraniae Leutitiam populatur.

CAPVT III.

Vratislai ducis oratio ad Pomeranos.

IGitur in hac ciuitate, quia prope fuit festum aduentus Spiritus sancti, dux terrae *Vrotizlaq*, toto corde christianus, instinctu OTTONIS *baronibus* ac *capitaneis* totius prouinciae *ac praefectis ciuitatum* in festo penthecostes conuentum indixit, causam simul Christi mandans euangelium, et euangelistam iterum aduenisse *Ottonem* episcopum. Itaque die statuto, congregatis omnibus, adducto in medium episcopo, dux ait: *En ad quod uenistis? en coram est nuntius altissimi! pacem fert, non arma, neque ue-*

stra

ſtra ſibi, ſed uos ipſos Deo lucrari quaerit. Attendite oro, ante hoc quadringennium in ſuperioribus huius terrae partibus docens, me teſte, noſtis quoque et ipſi, omnia repleuit euangelio. Et tunc quidem has partes uiſitare uolebat, ſed Deo proſperante negotia ſua, toto anno illo ſanctis operibus illic tenebatur occupatus; emenſoque anno ad ſua reuerti ſuae ſedis rationibus cogebatur, nec ad uos uenire praeualuit. Sed quaeſo una itineris et huius et illius mecum cauſas diligenter aduertite; quodque in omni cauſa fieri ſolet, quis uel quare, quid quodque uel quomodo agat altius contemplemur. Et primo de perſona id nobis conſtat, quia homo religioſus, ſenio et canitie uenerabilis eſt; hoc enim et ipſi uidetis. De cuius nobilitate opera teſtantur et uirtutes, et alia, ut fida relatione didicimus, quorum et prouuorum eius, origo natiuitatis. Porro ſi dignitatem quaerimus, praeſulari fulget officio et uniuerſis Teutonici regni principibus ſpeculum eſt et lucerna. Imperatori quoque Romano et apoſtolicae ſedis pontifici pratus ualde eſt et unice familiaris. In auro quoque et argento, in miniſterialibus, et quaecunque hic mundus pretioſa uocat, domi eum diuitem nouimus et glorioſum. Nunc etiam opulentus uenit uoſtrae ſaluti miniſtraturus, nec aliunde, quam de ſuis ſumptibus, apud nos uiuere propoſitum habens. Sed rogo quid intendit? ut quid tantae uiae laborem aggreſſus, nec proprio corpori, nec ſumptibus parcit? ſed ut breuiter dicam, ſicus et pridem, et nihil aliud quaerit, uiſi nos omnes ſeparare a diabolo, et per fidem catholicam iungere domino IEſu Chriſto. Sed quonam modo? non fraudulenter, non uiolenter, non lucri alicuius terreni, ſed noſtrae tantum ſalutis gratia, et Dei honoris benignitate. Et nunc quidem nihil iuſtae excuſationis a uobis inueniri poterat ſuper hoc tali uiro, quo minus eum audire debeatis. Neque enim is eſt, cui necem aut patibulum ob circumuentionis uel impoſturae culpam intentare conueniat, uel alterius generis iniurias, quemadmodum peregrinis et pauperibus Chriſti praedicatoribus paulo ante feciſtis, ſuſpicati dolo et fraude, quaeſtusue gratia nudos homines et inopes rerum loqui uerbum Dei. Sed illi quidem plagis et uerberibus pro ueritate ſubacti, a uoſtris finibus abceſſerunt, uos autem huc usque in infidelitate perſtitiſtis. Pudeat iam et poeniteat uos longi erroris et ignorantiae; et qui noluiſtis audire mendicos euangeliſtas, audite opulentos. Dixiſtis namque et ſubſannando blaſphemaſtis, quia Deus chriſtianorum uilior eſſet omnibus diis atque inferior, qui ſuae doctrinae miniſtros habere non poſſet, niſi tantum homines imperitos et ruſticos, mendicitati egeſtatique addictos. Et uos quidem in infania noſtra haec dixiſtis; ille uero pius et miſericors et praeſtabilis ſuper malitia, quaſi morem gerens inſipientiae noſtrae, de imperitia uel ruſticiate, improperio etiam mendicitatis legati omnem uobis abſtulit occaſionem. Super eſt modo ut nos, qui primi et maiores dicimur ac ſumus, noſtrae dignitati conſulamus, tam digniſſimae et ſanctiſſimae rei conſentientes, ut populus, qui nobis ſubiectus eſt, noſtro poſſit eruditi exemplo. Quicquid enim religionis uel honeſtatis ſecundum Deum uel homines aggrediendum eſt, iuſtius atque decentius autumo, ut a capite hoc in membra, quam ut a membris deriuetur in caput. Et in primitiua quidem eccleſia, ſicut audiuimus, religio fidei chriſtianae a plebe et plebeis perſonis incipiens, ad mediocres progreſſa etiam maximos huius mundi principes inuoluit. Reddamus uicem eccleſiae primitiuae ut, a nobis principibus incipiens, et usque ad mediocres progreſſa, facili prouentu totum populum et gentem ſanctificatio diuinae religionis illuſtret. Sed quid plura? Affluit Spiritus ſancti gratia, et ſermonem ducis omnium cordibus, altius quam dici queat, implantauit, omnesque pari uoto, pari conſenſu faciendum ſpondent, quicquid epiſcopus ſuaderet. Igitur occaſione ipſius temporis *de aduentu Spiritus ſancti, de remiſſione peccatorum, de uariis kariſmatum donis, de bonitate et clementia diuina*, ſermone mirabili praeſul eos alloquens, *euangelizauit illis Ieſum*. Et quosdam quidem iam dudum chriſtianos, ſed errore paganismi denuo inquinatos, praeſenti ſermone ad compunctionem et ualidam cordis contritionem emollitos, cum magno fructu aſpicientium, per *manus impoſitionem* eccleſiae reconciliauit; alios autem certatim ſe offerentes, catechizatos ac pro tempore inſtructos baptizauit, et totam illam hebdomadam doctrinae ſacrisque operibus inſtabat gaudio ingenti, adeo ut ucre Spiritus ſancti praeſentiam illic adeſſe certiſſime conſtaret. Itaque concilium hoc non antea ſolutum eſt, quam principes ipſi et omnes, qui cum eis aduenerant, baptismi ſacramenta percepiſſent.

Vita a Can. edit. lib. 3. c. 4.

PORro fama facti repente in uniuerſam prouinciam uulgatur, uillas et uicos in ſtudia diuerſa conſcindens, aliis dicentibus, quia bene eſt; aliis autem dicentibus, quia non; ſed magis ſeductio magnates apprehendit. Ipſi uero ſacerdotes idolorum non minima cauſa huius conſciſſionis erant, appoſiti cis, quibus diſplicebat, quod factum fuerat; ſua nimirum lucra ceſſatum iri non ignorantes, ſi cultura daemonum illic aboleretur. Vnde modis

Sacrificii Idolatrae obſtant conuerſioni ad fidem.

ap-

omnibus rem praepedire moliti, uariaA quam *scilicet, ut si nocte uel clam intrantes quisquam tecto reciperet, simili sententiae subiaceret.* Et haec agentes, multis opprobriis, et uerborum iniuriis religionem nostram blasphemantes deridebant.

Decreta contra S. Othonem et comites.

Idque uariis technis.

uicitate, quo tunc proxime aduenturus nunciabatur episcopus, sacerdos, qui illic idolo ministrabat, nocturno tempore

Lepidum commentum cuiusdam papae.

uicinam syluam ingressus, et in loco editiori secus uiam, inter condensa frutices cum, sacerdotalibus indutus adstabat, et mane summo quendam rusticum de ru- B re ad forum gradientem his alloquitur.

Heus tu inquit, *bone homo?* At ille respiciens in eam partem, unde uocem audierat, inter uirgulta personam candidis indutam, quamuis dubia luce uidere coepit et timere. Et ille; *Sta*, inquit, *et*

Fictitius Deus. *accipe, quae dico. Ego sum Deus tuus, ego sum, qui uestio et graminibus campos, et frondibus nemora, fructus agrorum et lignorum, factus pecorum et omnia, quae-* C *cunque usibus hominum inseruiunt, in mea sunt potestate. Haec dare soleo cultoribus meis et his, qui me contemnunt, auferre. Dic ergo eis, qui sunt in ciuitate Hologastensi, ne suscipiant Deum alienum, qui eis prodesse non possit; mone, ut alterius religionis nuncios, quos ad eos uenturos praedico, uinere non patiantur.*

Haec ubi attonito ruricolae daemon uisibilis edixerat, ad densiora nemora se- D

Rustici stupor. se contulit impostor. Rusticus uero quasi de oraculo stupidus, corruens, pronus adorauit in terra. Deinde abiens in ciuitatem, coepit annunciare uisionem. Quid plura? Credidit populus,

Quid uiderit, nunciat. iterum atque iterum circumdantes hominem, eadem saepius narrare cogebant, moti uidelicet monstri nouitate. Postremo, ac si nescius omnium, adue- E

Populo iam concitato admiscet se ipse met impostor. nit sacerdos, indignationem primo simulans, quasi de mendacio, deinde attentius audire, et obtestari coepit hominem, ut uera tantum narrans, nullo figmento populum solicitaret. At ille, ut erat rusticanae simplicitatis, manus tendere, oculos ad caelum leuare, magnisque iuramentis et sorti protestatione rem ita se habere asserens, etiam lo- F cum ipsius apparitionis se ostensurum pollicetur. Tunc sacerdos conuersus ad populum, uana suspirans: *Eu hoc est*, inquit, *quod toto anno dicebam. Quid nobis cum alieno Deo? Quid nobis cum religione christianorum? Iuste mouetur et irascitur Deus noster, si post omnia benefacta eius stulti et ingrati ad alium conuertimur. Sed ne iratus occidat nos, illis ira-* G *scamur et occidamus eos, qui nos seducere ueniunt.*

Populum in illusione confirmat.

Quod dictum cum placuisset omnibus, firmauerunt decretum, *ut*, si OTTO *episcopus, uel quispiam de societate eius ciuitatem intraret; sine mora occideretur.*

Psalm. 93. Item, firmauerunt sibi sermonem, ne-

CAPVT IV.

Legati S. Othonis Hologasti absconduntur a muliere.

INterea uero apud *Vuznomiam*, rebus feliciter consummatis, solutoque caetu primatum, dux cum episcopo remanens, de his, quae prius agenda uidebantur, et de progressione, uel quonam diuerteret, concilium habuit multaque deuotione studiis episcopi gratias agens, *ecce*, inquit, *terra omnis coram te est, securus esto, domine pater, non est, qui tibi contradicat, maioribus natu ac principibus omnibus iam fide imbutis.* Qua securitate fretus antistes, quasi exemplo domini nostri IEsu Christi binos et binos de discipulis suis praemittebat, ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum, quo erat ipse uenturus. Contigit ergo *Dedalricum* et *Albunum* duos presbyteros simul pergentes *Hologastam* intrare, ubi a matrona quadam, uxore scilicet praefecti, sunt hospitio susceptι, atque satis humane tractati. Nam haec, quamuis pagana, multum hospitalitati dedita fuit ac timori diuino, et religiosa ualde, adeo ut esset eis ammirationi. Post refectionem uero *Albunus*, Sclauicae linguae gnarus, matronae adhuc ignoranti rem omnem secreto aperit, scilicet *quinam essent, et quare adnenissent.* At ille uehementer attonita, *me miseram*, inquit, *o domini mei, quare ad me intrastis; de uobis enim iam apud magistratus data sententia est, et de me quoque, si uos non prodidero.* Sed diuina clementia seruos suos ubique tueri nouit; nam matrona illa, diuinitus utputa commonita, in superiori quodam cacnaculo eos abscondit, et quasi *Raab Iherichontina*, ne proderentur, effecit. Equitaturas etenim illorum et sarcinas, et quaecunque habere poterant, illa per pueros suos subito extra ciuitatem deduci et in praesidio suo collocari fecit. Quibus deductis, ecce gladiatores et turba populi cum telis et fustibus tecta matronae irrumpunt, cum tumultu et clamore magno. *illos ignotos homines sibi exhiberi*, iubentes. At illa, *fateor*, inquit, *homines ignoti ac peregrini, ut saepe solent, ad me declinauerant; sed accepto prandio mox in uiam suam abierunt.* At illi scrutantes omnia, cum nec iumenta, nec uestes, nec ulla signa itinerantium inuenissent, furere desierunt. Porro illis per

tri-

triduum ibi latitantibus, nec usquam prodire, nec ullo modo uel mutire praesumentibus, episcopus cum duce ab *Vrznomia* profectus, multa manu militum et sociorum *Hologastam* intrauit, spem salutis et praesidium portans apostolis in conclaui latitantibus.

CAPVT V.

De periculo clericorum in eadem ciuitate, et de uno ad templum fugiente.

IAm urbem ingressus, duce fideliter ac strenue ad omnia cooperante, semen sparsit euangelii, et dura incredulorum corda placidae praedicationis unguento paulatim detumescere faciebat. Interea quidam de sociis nostris, *Vdalricum* et *Albinum* de latibulis suis emergentes, et cunctos nobis timorem suum referentes deriserunt, et quasi eis insultantes securius se habere coeperunt, et longius a suis digressi, sana etiam idolorum, episcopo sermonem exhortationis protrahente, speculatum uagabantur.

Populus contra comites. Ottonis congregatur.

Verum quidam maligni homines, apud quos radix paganismi adhuc ualentius uigebat: *en*, inquiunt, *isti explorant quomodo templa nostra incendant; et congregantes se in platea, etiam arma portare et fustes coeperunt; et qua transituri uidebamur, nobis obuiam stare.* Vdalricus autem intuens illos eminus et subsistens; *non aduertitis*, inquit, *hos non sine causa conuenire. Nam et turbulenter se habent*; et *arma habent omnes:* et prioris periculi recordans: *uolo*, inquit, *totiens tentare Dominum meum:* et conuersus illo, ubi episcopum dimiserat, redire coepit, aliis omnibus eum sequentibus, praeter clericum quendam, *Theodoricum* nomine, qui longius ante illos progressus iam fores delubri tenebat.

Pedem referunt Vdalricus et alii.

Vnum ex clericis ad delubrum pergit.

Quem plebs insequitur, ipse ad fanum fugit. Clypeum arripit, et eo plebem fugat.

Videntes autem pagani, qui conuenerant, illos accepta uia reuersos, persequi eos quidem non audebant, sed ad illum clericum interficiendum omnes accurrunt. Quo uiso, ille aliud, quo declinaret, non habens, fanum ipsum audacter, quamuis exterritus, intrauit. Erat autem illic *clypeus* pendens in pariete mirae magnitudinis, operoso artificio, auri laminis obtectus, quem contingere nulli mortalium liceret, eo quod esset illis, nescio quid, in hoc sacrosanctum ac paganae religionis auspicium, in tantum, ut nunquam nisi belli tempore, a loco suo moueri deberet. Nam ut postea comperimus, Deo suo *Herouito*, qui lingua latrina *Mars* dicitur, erat consecratus, et in omni praelio uictores sese, hoc praeuio, confidebant.

** Cramerus praedicami lib. 1. chronici cap. 29. dicit Wolgastenſibus fuiſſe duo idola: Heruitum et Barouitum, hunc pro Mercurio; illum, pro Marte habitum. Videturque hic legendum: Herouito. Ruſtici partim fugiunt: partim obrigeſcunt.*

Clericus autem, ingenti dum metu mortis in templo hoc illucque diffugeret, telum aliquod uel latibulum quaeritans, clypeum corripuit, et amento collo iniecto, laeuaque loris inserta, in medium turbae furentis prosiliit. Rustici uero prodigialem armaturam uidentes, partim in fugam conuersi, partim etiam quasi exanimes facti in terram cadunt. Ille autem proiecto clypeo secus, hospitium ad socios currere coepit, et *pedibus timor addidit alas.* Cumque anhelans et pallidus ad suos deuenisset, *de ipsa huius trepidatione* et *eorum, qui praemissi fuerant, triduana occultatione*, apud omnes, praecipue uero apud episcopum et ducem, tota nocte illa iucunda erat narratio. Monuit tamen pius pater filios suos et discipulos, propter insidias latentis inimici, *ut se circumspecte agerent.* Tam diu ergo mansit in loco illo, disputans et suadens de *regno Dei*, quousque omnis populus, fidei sacramenta percipiens; sana sua destrueret et ecclesiae sanctuarium cum altario praepararet. Quod episcopus consecrans *Iohannem* presbyterum eis ordinauit et, ut reliquam basilicae formam post suum discessum promouerent, ammonuit.

S. Otho monet suos, ut cauto agant.

Conuertuntur Hologastenſes.

CAPVT VI.

Templum Gotzgangense idolis dedicatum S. Otho diruit.

DEinde omni populo malefaciens et in multa caritate omnipotenti Deo illos committens, ad *Gotzgangiam* iter diuertit. In hac siquidem ciuitate mirae magnitudinis ac pulchritudinis templum fuit; sed episcopus eum de fide religionis eos per interpretem alloqueretur, nam dux ad sua negotia iam ab eo discesserat, illi ad *omnia parati se* asserebant, *si modo fanum eorum intactum manere potuisset*; magnis enim sumptibus nuper exstructum fuerat, multumque in eo gloriabantur, eo quod uideretur magnum totius ciuitatis ornamentum: tentabant etiam, occulte immittentes quosdam, pontificis animum lenire muneribus, pro aedis conseruatione, tandem rogantes, ut uel *in basilicam ordinaretur.* Sed episcopus constanter agens, *indignum esse*, dicebat, *aedem, sub titulo daemonis aedificatam immundoque ritu profanatam, diuinis usibus mancipari; nam quae conuentio Christi ad belial, aut quae communicatio templo Dei cum idolis?* Dicebat autem eis illam et similitudinem. *Numquid seminatis frumenta uestra super dumos et spinas? non puto; sicut ergo de agris uestris spinas primo eradicatis ac tribulos, ut iactis bonis seminibus optatas segetes ferre queant; ita et hanc radicem idolatriae spinamque*

perditionis de medio uestrum funditus ex-
stirpate, ut de bono euangelii semine corda
uestra fructificent in uitam aeternam. His
et aliis huiusmodi sermonibus oportune
et importune obsectando, increpando,
arguendo, per singulos dies insistens,
duros gentilium animos randem ira
emolliuit, ut ipsi aedem execrabilem, de
qua quaestio fuit, suis manibus constin-
gerent et simulacra ptoteretent.

CAPVT VII.

De legatis marchionis Adalberti *de Saxonia.*

Edit. Canis. lib. 3. cap. 8. Cura marchionis Adelberti pro S. Ottone.

DVm ea gerebantut, legati matchionis *Adelberti de Saxonia* superuenete, opeta et statum episcopi studiose inquirentes. Matchio enim cum esset amicus ualde ac familiaris episcopo, in gente barbata hunc periclitari metuebat; unde si opus habetet, praesidium et opem ei ferre cupiebat. Affuere etiam ipsius episcopi oeconomorum nuntii, aurum et argentum, uestes quoque et alia necessaria ei desetentes. Vt enim supra dictum est, licet euangelium annuntians de euangelio uiuete deberet, ipse nihil horum uolens, suis ibi tantum sumptibus transigebat. Igitur legatos omnes apud sese, tam diu retinuit, quousque uidendo et audiendo discerent, quid de suis operibus aut statu referre deberent. Potto baptisatis omnibus tam uiris, quam mulietibus totius ciuitatis, ad dedicationem altatis et sanctuarii iam surgentis basilicae, multa exultatione populi deuotus accingitur omni studio et diligentia, ipsi festo decorem et reuerentiam parans, quatenus de amissione ptioris sani uel celebritaris minime doletent, melioris solennitatis ttipudio, et melioris fabticae ornamento consolati.

CAPVT VIII.

De Mitzlao *rectore ciuitatis, et de factis eius.*

Edit. Canis. lib. 3. cap. 9.

INter agendum ueto, quid ipsa dedicatio, uel, quid singula opera dedicationis significare haberent, rudi populo antistes exposuit, praecipue uero, ut *Mitzlaum* ipsius ciuiratis ptincipem, quem pridem in pentecoste cum aliis primatibus *Vznoimiae* baptizaue tat, et in eo caeteros eruditet, de omnibus his alloquitur; sacramentum dedicationis ad animam cuiusque fidelis pertinere, sufficienti sermone demonstrans, quae sancti Spiritus templum efficit, uel in cuius corde Christus per fidem inhabitat. Deinde sermonem ad ipsum principem ex toto conuertens, tu es, inquit, fili charissime, ueta domus Dei, tu ipse hodie dicandus et dedicandus es omnipotenti Deo, eteatori tuo, ut emunis ab omni alieno possessote, ipsius rantum mansio fias arque possessio. Non ergo impedias dedicationem tuam, fili chatissime. Nihil enim prodest istam, quam cernis, domum foris dedicari, nisi etiam dedicatio ipsa ad cotdis tui sanctificationem proficiat.

S. Otho caeremonias dedicationis populo explicat.

Mitzlaus ab episcopo captus instruit.

Ille ueto exhottatione compunctus, ait; et quid est, parer sancte, quod me iubes facere, ut dedicatio ista in me compleatur? Episcopus autem intelligens adesse spiritum, *ex parte*, inquit, *fili domus Dei esse coepisti: fac, ut ex toto fis. Iam enim idololatriam fide commutasti, baptisini gratiam consecutus. Nunc sequitur, ut fidem operibus exornes, impietates, oppressiones, rapinas, homicidia et fraudes penitus deuita. Postremo, quidquid tibi fieri ab alio non uis, alii ne feceris. Captiuitates, quat habes, absolue omnes, quod si non omnes, uel eos certe, qui christiani sunt, tuae fidei consortes.*

Quid S. Otho a Mitzlao postulavit.

Tum ille patum haesitans; *durum*, inquit, *mihi est*, patet, *dimittere omnes, quia magnis rationibus ac debitis quidam ex eis captiuorum dimittendi mihi detinentur.* Tunc episcopus; *debita*, inquit, *pro debitis dimitti et fermo euangelicus*, et dominica suadet oratio. Sic enim omnium debitorum tuorum apud Deum certam remissionem consequeris, si omnes debitores tuos in eius nomine absoluis. At ille altius ingemiscens. *En*, inquit, *in nomine domini IESV omnes absoluo, et secundum uerbum tuum dimissis peccatis meis, dedicatio ista hodie in me compleatur.* Et uocans ministrum, qui super captiuos erat, omnes dimitti praecepit.

Tergiuersatur Mitzlaus de captiuorum dimissione.

Inflat episcopus.

Erat autem inter eos adolescens nobilis, filius cuiusdam potenris de * *Datia.* Iste, absolutis aliis, in cauea quadam subtettanea uinctus cippo et caternis tenebatur, eo quod parer eius quingentarum librarum debiror hunc uadem posuisset. Cumque de absolutione captiuitatum, de obedientia et religione *Mitzlai* principis multa esset tam populo, quam episcopo et omnibus, qui aderant, in domino exultatio, et ad consummationem dedicationis ministri ac sacerdotes alacriter festinarent et necessaria praeparatent, habiris omnibus, uas cum cineribus, quod ad atam positum erat, inueniri non potuit: cumque ministri commistionem salis et uini et cinerum facturi, de non inuentis cineribus turbarentut; Vdalticus sacerdos, correpta concha, uicinas domos unam uel duas scrutatus, in eis cinetem non inuenit. Deinde ad tertiam curtens, cryptam quandam subtettaneam, in qua praedictus ado-

** Datia.*

Adolescens Datiae captus.

adoleſcens in abditiore parte claudeba-A
Supplicit Vlabrico ſacerdoti pro liberatione. tur, intrauit. Sed captiuus per feneſtram, manu porrecta et ſonitu facto, currentem ſacerdotem ad ſe uocat, rogans, ut pro ſui liberatione, epiſcopo ſignificet.

Sacerdos uero correptis cineribus properanter ad eccleſiam rediit, et opperienti epiſcopo, aliisque fratribus, de
Vlabricius rem defert ad epiſcopum. illo captiuo inſinuat. Epiſcopus uero, quamuis miſericordia moueretur; tan-B ta, inquit, praeſtitit nobis, ut amplius eum grauare rogando non audeam: tamen, ne gaudium feſti huius aliqua ex parte claudicet, ſuper huius quoque miſeria Dei miſericordiam inuocemus: et conuerſus ad orientem cum miniſtris, quaſi hora una preces fudit ad dominum. Deinde ſacerdotibus ait: ſeorſum accipite Mitzlaum, et quam modeſtius poteſtis, ſuper hoc uerbo exhorta-C
Epiſcopus per ſacerdotes ad Mitzlaum. mini. Quod cum facerent; *Mitzlaus* ait; *in hoc uno homine parcat mihi uelim prudentia ueſtra. Nam pater eius maioribus mihi debitis adſtrictus eſt, quam ut gratis abſolui poſſit. Sufficiat uobis, quod tantos abſolui.* Tunc illi, *re uera*, inquiunt, *multum eſt, quod feciſti. Miratur hoc dominus epiſcopus: miramur et nos. Nec in longo tempore a chriſtianis tale quid in terra noſtra comperimus, unde et dominus noſter epiſcopus, et omnes fratres gratias tibi referunt, et honori te habent et ſemper habebunt. Deoque omnipotenti, cuius te ſeruum exhibuiſti, quo de omnibus uicem ſibi rependat, deuote ſupplicabunt. Nam et dominus epiſcopus tam magni pendit, quod feciſti, ut ultra quidquam rogare te, iniuriam putet.* Vnde, quaſi parcens dilectioni tuae, ore proprio rogare te ue-E recundatus eſt. Sed noueris in ueritate, quoniam, ſi quo pacto te ipſum uincens, hoc bonum caeteris tuis meritis ſuperaddere poſſes, magna tibi gratia, magnaque recompenſatio apud Deum cumularetur. *Magnus* etenim *dominus*
Pſalm. 146. *Deus noſter, et magna uirtus eius:* moriſque illi cum ſit, pro paruis magna reſtituere, quanto magis pro magnis maxi-F ma? Quod ſi hoc magnum et difficile tibi pro ipſo fecerit, non ſine mercede maxima ab eo indonatus remanebis.

Sed quid multis? Ingemit homo, tactusque ab intus ſpiritu pietatis, totus ſoluitur in lacrymas. Deinde cum ipſis clericis ad epiſcopum tendens: *En*, ait, *pater ſanctiſſime, in iſta quoque petitione Deum meum et te ſeruum eius, dominoſ-*
Benignitas Mitzlai. *que meos ſacerdotes miniſtros tuos honorabo, quin imo pro nomine domini mei IESV corpus meum et omnia mea, ſi ratio poſtulauerit, deuotus impendam.* Et iubens adduci uinctum ferro et catenis oneratum, flentibus omnibus, qui aderant, in hoſtiam et oblationem Deo arae impoſuit, petens ſibi remiſſionem peccatorum, a domino pro ipſo recompenſari. Ita ergo in plenitudine gaudii ſpiritualis tota illa eccleſia feruente et laudes Deo ſuper uniuerſis bonis ac donis eius concinente, dedicatio conſummatur; omnesque alii exemplo *Mitzlai* principis, uias ſuas correxerunt, unusquisque ab iniuſtitiis et uiolentiis ſeu oppreſſionibus ſuis temperando, et ui ablata proximis ſuis reſtituendo.

CAPVT IX.

De pauore Pomeranorum, et quomodo per epiſcopum liberati ſunt.

ECcleſia igitur proficiebat et creſce- *Edit. Cap. lib. 3. cap 3.*
bat et, licet inuidente diabolo, ambulans in timore domini Spiritu ſancto replebatur. Sed hoſtis antiquus damna ſua non ferens, opera Dei turbare molitus, ualidis terroribus uniuerſam prouinciam concuſſit. *Rumor de appetente bello Pomeranos percellit.* Nam *Boletzlaus*, dux Polonorum inuictiſſimus, in multa fortitudine et copioſo militum apparatu, de terra ſua ueniens, iam in ipſis terrae Pomeraniae terminis caſtra metatus ferebatur, in furore graui terram ipſam ingreſſurus. Audierat enim, quod poſt priorem beati Ottonis praedicationem, nec pacti ſeoum foederis, nec ſuſceptae religionis iura, ſeruare curarent. Inſuper compertum habebat, quod eae ciuitates, quae pridem conuerſae fuerant, cum his, quae conuerſae nondum fuerant, remiſſi tributi ueniam aſpernati, ſuique mediatoris obliti, uiribus ſuis fe *Expeditio Boleslai ducis Polonorum in Pomeranos.* deinceps tutos fore confiderent, munitionibus et caſtris, quae bellica ui complanata fuerant, ex magna parte hoc interuallo reparatis. Vnde, quaſi iuſtam commotionem habens dux, iterum eos conterere ueniebat, ſuaeque ditioni ſubiugare.

Quod illi audientes, miſſisque ſaepius atque remiſſis exploratoribus, exercitum iam in proximo cognoſcentes, multum tum ubique trepidare coeperunt, partimque fugere, ac res ſuas ad loca munita deferre, partim etiam arma contra mouere, finesque ſuos defendere meditabantur. In ipſo tamen *Pomerani collapſo articulo, utpote a Deo inſpirati, omnes fugiunt ad S. Ottonem.* quaſi oues ad paſtorem, ſic ad epiſcopum confugientes, quid facto opus eſſet, conſilium quaerebant. At ille pietatis uiſceribus affluens, eccleſiam rudem ac neophytam bellico tumultu uexari perniciоſum ſciens, de diuina miſericordia, ſimul etiam de *Boletzlai* ducis amicitia non uane praeſumens, bellum ſimul et cauſam belli, ſi modo conſiliis-

filiis eius parere uelint, diſſoluere pol-A licetur.

Quo audito, illi prudentiam et ſanctitatem doctoris ſui attendentes, nec finiſtre caſurum arbitrati negotium, quod ille in timore domini ſuſcepiſſet, communi decreto ſemetipſos et omnia ſua conſilia eius ſapientiae commiſerunt.

S. Otto it obuiam duci Beslalai.

Aſſumptis igitur clericis, pater uenerabilis, ſarcinas quidem et omnem ſupellectilem ſuam ibi relinquens, obuiam ſe parat exercitui, iunctis ſibi uiris honorabilibus de terra, qui a duce obiectis reſpondere, et omnibus controuerſiis decidendis hinc inde exortis poſſent ſufficere. Vbi ergo ad caſtra uenit, a duce honorabiliter ſuſceptus eſt, mirumque dictu, quam facile diuinis eloquiis, eius feritate delinita, ad omne, quod uolebat, principem inclinauerit. Ille namque multum proteſtabatur, non alia ex cauſa hoc tempore bellum contra eos ſuſcepiſſe, quam ob iniuriae Dei omnipotentis ultionem et mutui foederis ruptionem: quia et chriſtianiſmi iura, plerisque in locis, rediuiua paganitate, uiolaſſent. Epiſcopus ergo haec omnia emendatione digniſſima ſaſſus, legatosq; aliquantulum pro his obiurgans, ad priſtinae compoſitionis pactum, partem reuocat utramque, ſeſe tunc temporis, quemadmodum et nunc, pacis mediatorem extitiſſe commemorans. Placabat autem maxime ducem Poloniae *Vuratizlai* ducis fides et deuotio ab epiſcopo laudata: quia in priori et ſecunda praedicatione acque fidelis inuentus, multa bona predicatoribus oſtendiſſet. Stetinenſibus uero, quod aliqui ex eis ad errores priſtinos reuoluti eſſent, diuinae indignationis ac ſuae, illis mandat non defore uindictam, niſi quantocius apoſtaſiae immunditias congrua diluant ſatisfactione, indulgentia petita doctoris.

Excipitur S. Otto a duce.

Fides ducis VVratislai placat ducem Poloniae.

Dux itaque talibus modis a beato uiro mitigatus, licet nimis murmurantem exercitum, utpote praedae auidum, uerſis aquilis, ad ſua redire praecepit.

Dux Poloniae domum reuertitur cum exercitu.

Porro epiſcopus uoti compos, cum legatis rediens, attonitis gregibus ſuis, optatae pacis et ſecuritatis nuncium reportauit: et quantum illi pridem de metu belli moeſtificati fuerant et conſuſſi, in tantum alacres facti ſunt et in fide chriſtiana fundati; ſane doctori ſuo adſcribentes patriae liberationem: ſeruusque Dei magnificatus eſt uehementer, in terra Pomeranorum. Ille uero nihil meritis ſuis tribuens, tanto ſe humiliorem apud Deum et hominea exhibuit, quanto ſine illius auxilio ſe nil poſſe ſciebat: dimittensque nuncios, de quibus ſupra dictum eſt, marchioni et Saxonibus gratias egit pro bona uoluntate, de Dei operibua et de ſuo ſtatu, mandans quae audiſſent et uidiſſent, ad Dei gloriam domi narrarent.

S, Otto trepidus Pomeranus pacis nuncium adfert.

CAPVT X.

De Verania *inſula et gente barbariſſima.*

ERat autem *Vznoimiae* illis diebus dux pariter et epiſcopus. Eſt autem inſula quaedam non longe a ciuitate illa, habens mare interiectum, quaſi itinere unius diei, *Verania* nomine. Sed loci huius incolae duri erant et barbari, ſingulari feritate crudeles. Hi praedicatione beati uiri dudum comperta, omnia, quae de illo dicebantur, aſpernati, mortem ei, ſi ad eos ueniret, minabantur. Sed quo amplius duras eorum minas audierat, eo amplius in animo ſuo fixum habebat, illo ire, ſperans ibi martyrii coronam ſe adepturum. De hoc uero cum duce et aliis familiaribus ſuis, dum conſilium tractaret, propter immanitatem periculi ab omnibus diſſuaſus eſt: quod aegerrime ferens, ingenioſius agere coepit, quomodo ſe, neſcientibus eis, illo proriperet.

Edit. Caniſ. cap. 10.

Feritas incolarum Veraniae inſulae.

S. Otto cogitat clam petere Veraniam.

Hoc ſentientes illi, cautius eum obſeruabant, nullamque ſecreti opportunitatem, quo id aggredi poſſet, ei concedebant: ſalutem illius uitamque longiorem multis utilem ac neceſſariam memorantes. Verum deſiderii magnitudine nihil huiusmodi rationum audire potuit, illos modicae potius fidei arguens, ac puſillanimitatem eorum increpitans, fidem chriſtianam factis magis firmandam aiebat, quam uerbia, ſatisque inertes aeternae uitae praedicatores, qui pro illa uitam praeſentem expendere formidarent. *Et quid*, inquit, *fieret, ſi in his barbaris nationibus euangelizantes pro Chriſti nomine omnes occumberemus? Nimirum glorioſior eſſet praedicatio, quae martyrum ſanguine firmaretur. Sed, o dolor, de tanto fratrum numero, nec unus, puto, dignus habebitur, morte ſua de uita, quam ſperamus, perhibere teſtimonium.* Atqui uerbis talibus uerecundia nata eſt trepidantibus.

CAPVT XI.

De Vdalrico *ſacerdote illuc directo euangelizandi gratia.*

VDalricus autem, uenerabilis ſacerdos, conſtantior effectus, ſciens hoc etiam ſeni placere, huic ſe periculo intrepidus offerebat, comitem tantum et uiae ducem poſtulans. Ac-

Edit. Caniſ. cap. 10.

Vdalricus offert ſuam operam pro Veranica inſula.

cepta

cepta igitur benedictione paraturam ſacerdotalem, calicem quoque et librum et cetera, quae faciendae miſſae ratio poſtulat, aſſumens, nauem conſcendit. Sed nos uidentes fratrem noſtrum unice charum ſolum ad martyrii palmam properantem, cum dehortari eum non auderemus, uiam eius lacrymis uberioribus proſecuti ſumus; qui horis quaſi tribus proſperis flatibus nauigans, ſere iam ab oculis noſtris ablatus fuerat. Et ecce tempeſtas oritur, uentisque contrariis ratem huc illucque pellentibus, uiam tenere non potuit, ſed ad litus unde exierat, poſt multam fatigationem appulſus eſt.

Reiicitur Vdalricus ad litus, unde ſoluerat.

Ille uero tametſi tempeſtatis iniuria, et imbribus deſuper irruentibus, et procellis nauem deorſum implentibus, totus eſſet madidus, uixque ſpirare uideretur, a coepto deſiſtere noluit, neque ad terram exiuit; ſed, ſedens in naucula, tranquillitatem maris exſpectabat. Interim aquam de naui uaſculo proiiciens. Ventis itaque paululum ſedatis, iterum nauigare coeperunt, iterumque ſimili modo impeditus eſt. Tertia quoque uice ire tentans, ſed nihilo minus nocte ac tempeſtate ingruente, ponti ſaeuitiam uix et quaſi per miraculum euaſit. Tempeſtas uero intra ſeptem dies non ceſſauit.

Nauem non exit, exſpectans maris tranquillitatem, iterum fortunam tentat. Quin et tertio.

Intellexit ergo uir Dei, *Veranos* euangelicae gratiae indignos currensque cum clericis, diſcipulum, quaſi de palaeſtra coronatum, de littore ducit ad tectum, ſuper ipſius conſtantia fideique magnitudine dominum benedicens. At ubi coenatum fuit, fratres de nauigatione *Vdalrici* iocari coeperunt; *et quis*, inquiunt, *ſi periiſſet homo, reus homicidii teneretur?* Adalbertus autem interpres cui maxime factum diſplicuerat, *quis iuſtius*, inquit, *homicidium lueret, quam is, qui hunc ad tale periculum direxit?* Verum epiſcopus, quamuis ab eodem fratre de hoc uerbo ante pulſatus fuerit, nihil motus, ad euangelium ſe conuerrit et, exemplo domini Ieſu, diſcipulos quaſi oues inter lupos mittentis, factum ſuum defendit. *Quis enim*, ait, *homicidii reus tenebatur, diſcipulis, qui a domino mittebantur, interfectis? qui oues ad lupos miſit, profecto a lupis oues deuorandas ſciuit. Deuoratae ſunt oues a lupis, interfecti ſunt apoſtoli a tyrannis.*

Super fluctra.

In Vdalrici nauigationem ioci quorundam.

Quid S. Otto?

Dein parobolam hanc facto ſuo coaptans, plena rationis doctrina diſcipulos animauit, dignisque exhortationibus in gaudio ſpirituali maximam partem noctis expendit. Et mane facto, quidnam agerent, uel quo diuerterent, inter ſe tractabant. Verum haud diu nutabundi, quod ſuperfuit de operein agro domini, coloni fideles inter ſe diſtribuunt: aliis retro ad *Timinam*; aliis autem ad alia loca euangelizandi gratia diuertentibus.

Daminam.

CAPVT XII.

De apoſtaſia Stetinenſium, et quo modo epiſcopus illuc ire uolens prohibitus ſit.

EPiſcopus uero ad *Stetinam* iter propoſuit, cum miniſtris ſuis de apoſtaſiae nequitia in ſpiritu uehementi arguere ſuperbos: ſed clerici, qui cum ipſo ituri erant, *Stetinenſes* barbaros et crudeles agnoſcentes, ſuae pariter et illius ſaluti metuebant. Vnde, ne illuc ueniat, adhortantur ſtudioſius: cumque illi moleſti eſſent: *Video*, ait, *tantum ad delicias uenimus: quidquid aſperum uel difficile occurrit, totum declinandum iudicamus. Sed, eſto, nam ad gloriam martyrii ſicut nullum cogere uolo, ita ſi poſſet fieri, omnes uos hortari uellem. Rogo autem, ſi iuuare non uultis, ſaltem ne me impediatis, ſuae uitae poteſtatem habet unusquisque. Liber eſtis uos, liber et ego. Dimittite me mihi obſecro.* Et eiectis omnibus ſeſe in cubili ſuo usque ad ueſperam in orationem dedit.

Clerici obſtant, ne epiſcopus Stetinum abeat.

Quibus obſiſtit S. Otto.

Deinde uocat puerum familiarem, praecipiens, ut clauſis undique oſtiis, a ſe omnes dimoueat, nullumque admittat ſine ipſius conſcientia. Quo facto ſecreti ſui compos fugam meditatur: itineralia induitur; ſuccingitur, indumenta ſua ſacerdolia cum libro, aliisque utenſilibus in mantica ponens, omnia in humeros leuat, tectusque umbra noctis; clam neſcientibus cunctis, incomitatus urbem egreditur, uiam carpens, quae uergit Stetinam. Cumque adſpexiſſet huc atque illuc et nullum ſe comitari uideret, laetus et alacer de proſperitate furti, Deum benedicens, matutinale inchoat officium, gliſcens et proſperans totum iter nocte illa complere; cumque nocturnus uiator uiam ardenter carperet, hora noctis decima iam inſtabat. Clerici autem e diuerſis ſtratis conſurgentes, cum ad dicendas matutinas ſe colligerent, quidam ex eis, ſuſpenſo gradu, ad cubiculum pergunt epiſcopi, utrum dormiat, an inuigilet, uel quid agat, explorare cupientes. Verum ubi propius propiusque admoti epiſcopum non inueniunt, conſternati ſunt animo, et diligenter omnia ſcrutantes, cubicularium ipſum et alios, qui iuxta erant, crebro ſciſcitantes, quod factum fuerat, tandem ediſcunt. Quid multis? Turbantur omnes, aliique pedibus, alii uero adſcenſis equis huc illucque pontificem quaeſituri diſcurrunt; factoque mane, hi qui in equis

S. Otto clam ſe ſubducit, ut Stetinum abeat.

Clerici clandeſtinum abitum S. Ottonis deprehendunt.

Insequuntur clerici fugientem episcopum.

fuerant, directo colle ac concito gradu, uersus mare, uiam insequuntur abeuntis, et abeuntem consequuntur.

At ille, ubi eminus uenientes iam intraturus naues agnouit, turbatus est ualde, et altius ingemiscens, *heu*, inquit, *domine Iesu, unice Dei, unice uirginis, dulce uomen spei meae, numquid me fraudabis a desiderio meo? fac, oro, ut hi, qui ueniunt, aut mecum eant, aut nec a proposito meo non impediant.* His dictis, illi accurrebant, moxque ab equis desilientes, pedibus illius prosternuntur. Sed quid? prosternitur et ipse: leuant illi; leuat et ipse: flebant; flebat et ipse; uocemque moeror et tristitia, et his et huic diutissime intercluſit. Tandem post multa lacrymas in hanc uocem senior moestus erupit; *ad quid uenistis? redite, quaeso, ad hospitium: et ego pergam uiam, quam coepi.* At illi; *absit*, inquiunt, *sufficit nobis haec tam grandis, confusio, a modo te nequaquam deseremus: si redire uis, laeti redibimus tecum; sin autem progredi uis, tecum progrediemur. Sed placeat sanctitati tuae consilium nostrum. Redeamus pariter ad fratres, et ad pueros nostros hodie: cras, ecce, coram Deo loquimur, siue in uita, siue in mortem tecum ueniemus.*

Assequuntur.

CAPVT XIII.

Quomodo tandem illuc peruenerit, et quae pericula illic inuenerit.

Edit. Canis. cap 12. S. Otto Stetinum reuertitur.

TAli ergo pacto episcopus cum eis reuersus, crastina die, omnibus se comitantibus, eandem uiam ingreditur, adscensaque naui, prosperis flatibus *Stetinam* uecti sumus. Hominum de ciuitate inter se diuisi erant, aliis adhuc in fide manentibus, aliis autem ex maiori parte ad paganismum reuersis. Fuit autem basilica ante introitum ciuitatis in area spaciosa, quam ipse in priori profectione dedicauerat; quam ingressi, hospitari coeperunt.

Diuersi affectus ob aduentum episcopi.

Fideles igitur de aduentu episcopi gaudebant; infideles autem turbabantur, prae omnibus autem nefandi sacerdotes furere et furorem in turba excitare festinant; adeo, ut collecta manu armatorum, ecclesiam undique cingerent, et insanis tumultibus debachantes, aedem ipsam conuellendam, et omnes, qui ibi erant, cum magistro interficiendos clamarent. Episcopus uero martyrii auidus, pontificalibus se induens, arma sua, crucem tollit et reliquias psalmosque ac hymnos cum clericis personans, agonem suum domino commendabat. Barbari uero, audito cantu, mirati sunt ualde, quod quasi in articulo mortis positi cantare potuissent, et auscultantes mutuoque se inuicem respicientes, uirtute, ut puto, uerborum incantati, clementius se habere coeperunt, et iam non uiribus, fed ratione magis opus esse dicebant ad talia recipienda, uel etiam propulsanda. Dein sapientiores quique super his rebus ipsos sacerdotes secretius conueniunt, ipsorum esse dicentes, congruis rationibus religionem suam defendere. Talia inter se musitantes, paulatim singuli ad sua digrediuntur. Erat autem sexta feria. Et episcopus cum suis illa die sabbatoque ieiuniis et orationibus, sacrisque meditationibus usque in dominicam intensius operam dabat.

Stetinenses miscuerunt nihil.

Arma S. Ottonis crux, reliquiae, hymni, psalmi.

CAPVT XIV.

Wiscacus meritis S. Ottonis e uinculis liberatus fidem praedicat Stetinensibus.

INterea ciuis quidam nobilis eiusdem ciuitatis, *Wiscacus* nomine, in conuentu populi, in plateis et domibus ubicunque et quandocunque facultatem habuit, regnum Dei et fidem praedicare non desiit, christianas traditiones et omnia documenta episcopi sana et sancta et ueritatis plena conteſtans. Hic enim non longe ante aduentum piissimi Ottonis, cum aliis conciuibus suis, piraticam contra paganos exercendo, dum incautius ageret, in hostes inciderat, multisque ibi trucidatis, cum aliis uitae relictis, in captiuitatem ductus fuerat. Cumque ferro et catenis et tenebrosi carceris custodia clauderetur, orando ad dominum per merita episcopi liberatus fuit. Nempe cum diuturna oratione fatigatus in somnium resolutus esset, episcopum Ottonem, qui eum baptizauerat, et de sacro fonte leuauerat, sibi assistentem uidebat. Quem dum ille cognosceret, rogat iterum et genua flectit pro ereptione. At ille, *ad hoc ipsum*, inquit, *ueni; sed tu liberatus, ea, quae Stetinensibus mando, ferre non dubites.* Et mox datis mandati uerbis, et signo crucis ad eum facto, captiuum exire iubet. Expergefactus homo de uisu laetatur, mouet gressum, effectum probat uisionis, et ecce catenae omnes et uincla soluebantur; progreditur ad hosticum, et carcer apertus erat. Sentit ergo uirtutem adesse diuinam, multumque suspirans gratias agit omnipotenti Deo; ac timido gressu inuisam domum exiuit; suspectisque locis leuiter transitis cursum tetendit ad mare. Diu huc illucque discurrens nauem quaerebat; sed nullam inueniens

ens admodum anxiari cocpit, nam ſeA denuo capi, denuo ſe incercerari metuebat. Sed quid faceret? Ad ultimum formidine maioris mali, cum iam ſine regimine corpus in undas mittere pararet, *Ottonem* ſuum nominans ingemuit ad dominum, et ecce, de inſperato cymba litori allabitur. Quam ſibi a Deo paratam uidens, cum gratias egiſſet, aſcendit, manibusque ambabus fluctus uerberans, ratem conuertit B in altum, mirumque dictu, quam citiſſime, proſperante Deo, patriis oris appulſus eſt. Quod miraculum aſſiduo relatu notum fecerat, et Stetinam ueniens reſponſa epiſcopi ciuibus in unum congregatis, ut iuſſus erat, praemiſſa ex ordine liberatione ſua, ita expoſuit; *O ciues, doctor et magiſter ueſter beatus Otto ſic et ſic fecit mihi, et haec mandat uobis: grauis et dura nimis ab omni* C *potente Deo uindicta ſuper ciuitatem iſtam ordinata eſt pro eo, quod eius fidem et culturam polluiſtis, partim cum eo, partim pro eo idolis ſeruientes.*

CAPVT XV.

Sacerdos paganus manum Dei ſentiens ſyncretiſmum nefandum introducit. D

NEphandi quippe ſacerdotes, dum peſte ac mortibus homines et iumenta quodam anno ex inaequalitate aëris ibi laborarent, a diis hoc malum immiſſum eſſe dicebant, et uoluntate populi eccleſiam ſancti Adelberti martyris, tintinnabulo et campanis deiectis, deſtruere caeperant, unusque illorum, dum malleo caementarii altare E percuteret, ſubito languore ac ſtupore a domino percuſſus eſt. Cumque malleus de manu eius caderet, cecidit & ipſe; deindc poſt longum, ſpiritu parum reſumpto, populum aſtantem quaſi ex plaga emendatus, ſic adorſus eſt: *Fruſtra o ciues nitimur; Deus chriſtianorum fortis eſt, et ueſtra uirtute a uobis expelli non po-* F *teſt. Mihi autem conſilium uidetur, ut illum habeamus, et tamen antiquos Deos noſtros non dimittamus, et iuxta illius aram noſtris quoque diis aram conſtituamus, ut eos omnes pariter colendo, illum et iſtos pariter habeamus propoſitos.* Quid populos faceret? Territus prodigio conſilium probauit, exſtructoque nephando altari iuxta dominicum altare G Deo ſeruierunt et daemonibus, iuxta hiſtoriam antiquitatis, qua dicitur, quod populos Samariae, Deos gentium colens, nihilominus domino ſeruiebat.

CAPVT XVI.

Stetinenſibus a Witſcaco praeparatis praedicat S. Otto.

Witſcacus ergo. fidei zelo calens, non ſemel aut bis legationem, quam acceperat, egit ad populum; ſed ex quo a captiuitate rediit, nunquam ceſſauit euangeliſare regnum Dei, miſericordiam domini et merita liberatoris ſui ciuibus inculcans et, niſi ab errore quiescat, diuinam eis ultionem intentans. Tota uero ciuitas, exceptis ſacerdotibus, factum hoc cum ueneratione mirabantur et tamen, praeualente conſuetudine, a paganiſmi ritibus ceſſare non potuerunt. Sed iam de praeſentia domini epiſcopi reſponſalis eius audentior factus, linguam laxat eloquio, uictorque idolorum et uatum uana de his uaticinantium, adſeruum Dei ueniens, cum amicis et cognatis ſuis pronus adorat, gratias agit, remque omnem refert ex ordine, ipſumque ardenter ab opus praedicationis inſtigat, auxilium et conſilium ex ſua ſuorumque parte ad omnia pollicitus. Itaque die dominico, completis miſſarum ſolenniis, ſicut erat ſacra indutus armatura, uexillo crucis ex more praelato, in medium fori ciuitatis duci ſe rogauit. Cumque ad portam uentum eſſet, ecce! per quam ſine remigio trans mare *Witſcacus* uectus erat, nauicula poſte pendebat. Et admotus lateri pontificis, *uides*, ait, *pater*, et feriens eam haſta, *haec*, inquit, *cymba teſtimonium ſanctitatis tuae, firmamentum fidei meae, argumentum legationis meae ad populum iſtum.* Erat autem alueus breuiſſimus, quia duobus uiris facile portaretur. Subſtitit epiſcopus et diligenter rem conſiderabat, perpenditque quod in pacatiſſimo amne uix conto gubernata unam perſonam portare ſufficeret, ne dum in fluctibus marinis ſine omni gubernaculo, niſi hoc diuinae uirtutis eſſet gubernaculum. Gratias agit Deo beatus antiſtes, quod incredulae genti uirtutem ſuam tali facto demonſtraſſet; liberatus autem ſubridens, *hanc iccirco ſuſpendi feci ad portam, ut ingredientes et egredientes hoc facto diſcerent, quod in ſuis neceſſitatibus de miſericordia Dei ac de tuis meritis, ſanctiſſime pater, ſperare deberent.* His dictis in conſertiſſimas turbas, paganorum miniſtris comitantibus in medium forum ſeſe intulit epiſcopus. Erant autem ibi gradus lignei, de quibus ſtans miniſter euangelii ſermonem coepit, fremitum autem diſſidentis populi *Witſcacus* uice pracconis manu et uoce ſedabat.

CAPVT XVII.

De impietate ſacerdotis impedientis epiſcopum, et de correcta populi multitudine.

Cum

CVmque omnes conticuiſſent, et uerbum exhortationis pars maxima libenter audiret: ecce unus ſacerdotum, uir belial, plenus furore, pinguis et procerus, in medium turbae ſeſe fortiter intrudens, * combuccam ſuam manu geſtabat, ſpiransque et anhelans usque ad ipſos gradus acceſſit, leuataque manu ſemel et bis columnam graduum uehementiſſime percuſſit, Deinde clamore magno, et ucribis neſcio quibus contumelioſe prolatis, ſilentium mandat loquenti, ſuaeque uocis *graſſitudine* magnum tonans, ſermonem interpretis et epiſcopi pariter oppreſſit, populoque ait: *Sic, o inſenſati, ſtulti et inertes, quare decepti et incantati eſtis? Ecce hoſtis ueſter, et hoſtis Deorum ueſtrorum, quid expectatis? Ferentne impune contemptum et iniuriam?* Omnes autem incedebant haſtati.

Ait ergo: *haec dies omnibus erroribus finem imponet;* omnesque adhortans, ſigillatim quosque, de quorum malignitate certus erat, propriis nominibus compellabat: et quicunque ſpiritu neſano agitabantur; quibusque familiare fuit, audacter magis, quam conſulte rem agere; addicentis uocem inflammati, haſtas leuant: quas, dum ad iaciendum uibrant, actu rigent in ipſo, mirumque dictu; nec haſtas iacere, nec dimittere dextras, uel de loco moueri poterant. Stabant igitur, ut ſimulacra, immobiles, fidelibus et religioſis facti ſpectaculum. Quotquot enim erant infideles et maligni, qui a fide chriſtianiſmi defecerant, et infidelitate ſua pertinaci dementia ſtantes, impias manus contra ſeruum Dei leuauerunt, hac poena tam diu multati ſtabant, quouſque in ſua fide boni firmarentur, et illi a prauitate cordis per poenam corporis corrigerentur. Nam et epiſcopus, arrepta miraculi occaſione; *cernitis*, inquit, *fratres; quanta ſit potentia domini? Certe, ut uideo, diuinitus ligati eſtis. Quare non demittitis dextras? Quandiu in hoc niſu apparebitis?*

Illi autem, neſcio, an prae confuſione, aut prae ſtupore, nihil reſpondebant. Tunc ille; *en, inquit, dii ueſtri, pro quorum religione certatis, ſi quid poſſunt, auxilientur nobis. Sed et iſte ueſter tumultuoſus ſacerdos inuocet nunc deos ſuos, ſuper uos, det conſilium, det auxilium: ſi quid nouit, ſi quid poteſt: iam tempus eſt.* Ille uero iam dudum cuentorum ſtabat attonitus, iam ulterius nec mutire praeſumens, cumque ingenti pauore omnes ſilerent, epiſcopus miſeratione tactus; *Gratias*, inquit, *tibi domine Ieſu Chriſte, qui potentiam fortitudinis tuae, cum tempus eſt, ad terrendos aduerſarios, et ad protegendos ſeruos tuos, exercere ſoles: ſed, quia pius et miſericors es, ignoſce, rogamus, ignorantiae ſiue temeritati populi huius, et uſum corporum ſuorum, quo, te ligante, priuati ſunt, ſolita illis miſeratione reſtitue.*

Quo dicto, crucisque ſigno ad eos facto, effectus orationem mox inſecutus eſt; et ſubiungens; *In*, inquit epiſcopus, *ſi audire hactenus noluiſtis, tangite ſaltem, et ſenſu ipſo probate, quanta ſit miſericordia Dei noſtri, quanta ſit ueritas, fidei, quam praedicamus uobis*: Et longius de iudicio et miſericordia Dei, et de praeſentis uitae incerto et perſeuerantia aeternorum profunde diſputans, conterritos in Sion peccatores erudiuit, tandemque medicamine ſalutaris eloquii, aliquantulum manſuefactos benedixit et coetum dimiſit. Deſcendens uero de gradibus eccleſiam *S. Adalberti* cum fidelibus zelo zelatis pro domo Dei uiſitauit, ac praemiſſa inibi orationis ſolemnitate, altare abominationis fregit, comminuit et eiecit, factaque reconciliationis emundatione fracturas baſilicae ſuis impenſis emendari fecit.

* Baculum, ſeu pedum.

Statuloſa concio cuiuſdam ethnici ſacrificuli.

Miraculum.

Obrigeſcunt infideles.

Oratio S. Ottonis ad Sictinum ſuos.

Gratiarum actio.

Et precatio pro aduerſariis.

Signo crucis liberat dominitum punitos.

Edit eccleſiam S. Adalberti.

CAPVT XVIII.

De pueris in plateis ludentibus.

CVmque ſaepius eandem frequentaret eccleſiam, quodam tempore pueros in platea ludentes inuenit; quos dum lingua barbara ſalutaſſet, ueluti coniocando illis, etiam crucis ſigno in nomine domini eos benedixit, et pauluhm procedens animaduertit, quod uniuerſi, relictis ludibus ſuis, uiſendi ſtudio, collecti a tergo ſequuntur epiſcopum, hominum ignotorum, ut eſt mos illi aetati, aſpectum habitumque admirandi.

Subſtitit homo Dei et, circumfuſos blande alloquens, ſciſcitatur; ſi aliqui ex eis baptiſma percepiſſent? Illi, ſeſe mutuo reſpicientes, coeperunt inuicem prodere, qui fuerant ex eis baptizati: quos epiſcopus ſeorſum uocans, quaerit ab eis, ſi uoluntatis eorum ſit, tenere fidem. quae ad baptiſmum ſpectant, uel non? Illis autem, ſe tenere uelle, conſtanter affirmantibus: epiſcopus; *Si*, inquit, *chriſtiani eſſe uultis, et fidem ſeruare baptiſmi, iſtos non baptizatos et infideles pueros, ad ludum ueſtrum admittere non debetis.* Qui ſtatim, iuxta uerbum epiſcopi, ſimiles cum ſimilibus congregati pueri baptizati, non baptizatos a ſe abicere, et abominari coeperunt, nulla eis ludiſocietate communicantes. Itaque uidere pulchrum erat, quomodo hi de profeſſione chriſtiani nominis gloriantes, familiarius age-

Edit Canif. cap. 27.

S. Otto pueros ſigno S. crucis munit.

Colloquium epiſcopi cum pueris.

Pueri baptizati ſegregant ſe a non baptizatis.

agere, et auidius inrueri, et audire do-A ctorem etiam inter ludos suos; illi autem, quasi de infidelitate confusi et exterriti, longius stare solerent. Sed pater optimus, et credentes miti sermone ad fidem plenius pro ipsorum capacitate instruxit; non credentes uero ad credendum tam diu exhortabatur, quo usque se baptizari, et christianos fieri omnes flagitarent.

CAPVT XIX.

De consilio maiorum, et fidelitate Witschaci.

Edit. Canis. cap. 18.

INterim uero maiores natu et sapientiores quique de rebus istis altius inter se tractaturi confederant, et a mane usque ad medium noctis huic deliberationi uacantes, de salute propria C et totius populi, de staru ciuitatis et conseruatione patriae, secundum prudentiam seculi diligenter disputabant: praecipue autem uniuersa, quae Ottonis erant dicta uel facta, diligenter trutinabant et, mediante spiritu sancto, in

Stetinenses redeunt ad sanam mentem.

hanc sententiam omnes communiter cedunt, ut funditus exstirpata idolorum culrura, ex integro se religioni christianae submittant; atque in hoc uerbo D consilium soluunt.

Witschacus autem, qui omnibus his

Witschachus de quo supra, cap. 2.

intererat, nocte ipsa cum paucis ad episcopum ueniens, optatum nuncium affert, omne consilium ei breuiter insinuans. Dein etiam collectis ad episcopum clericis et aliis familiaribus, omnia, quae audierat, quaeque in concilio de ipso dicta fuerant, scilicet E ordinem liberationis ipsius, qui loquebatur, et de miraculo, quod hastas uibrantes contra episcopum, pridie obriguerant; et, quod adhuc latebat episcopum, quando ad ecclesiam cum ministris per plateam praeparatus incedebat, tantus splendor uestium apparuit, et maligni homines, qui ad eum necandum ex insidiis ueniebant, nimiae F claritatis aspectu, in fugam, territi ac turbati, uersi fuerint; denique uirum illum, uirum belial sacerdotem, qui ei concionanti ad populum impedimento fuerat, ab ipsis ciuibus eiectum nunciat. Porro apud eos eius liberalitatis et eleemosynarum inaestimatae largitiones et captiuorum redemptiones, quodque fine magna recompensatione nullius G eorum opes uel substantiam oblatam contigerit, suis impensis se atque suos transigens, etiam basilicas exstrueret, destructasque reaedificaret, omnia haec quantae uenerationis, quantaeue admirationis habita sint, cum gaudio referebat.

Igitur de mane consurgens episcopus, et cum gratiarū actione missas celebrans, conuenientes ciues iterum alloquitur, et pronos atque obedientes ad omnia inuenit. Quicunque enim apostasiae sese uitio inquinauerant, Spiritus sancti uirtute faciente, compuncti per manus inpositionem in fonte lacrymarum suarum loti, ecclesiae suae reformantur. Pueri uero et quicunque sacramentum baptismi nondum erant consecuti, baptizantur, sana destruuntur, ecclesiarum fracturae solidantur et, si quae destructae fuerant, reparantur. Omnis ergo populus, iam quasi uir unus, id ipsum sapiebat in domino; gaudet episcopus, laetantur sacerdotes, *magnificata sunt in consilio iustorum opera Domini.*

Apostatae reconciliantur ecclesiae.

Renouescit christianismus.

CAPVT XX.

De insolita piscatura.

Edit. Canis. cap. 19.

PRaeter hanc autem spiritualis laetitiae occasionem, diuina bonitas illi ciuitati etiam de inopinato corporale commodum exhibuit. Nam immensae molis ac magnirudinis rombonem circa portus et naues se ostentantem, piscatorum manus ad littus eiecit, in mense *Augusto*, cum tamen in locis illis, captura talis non nisi uernali tempore occurrat; ex cuius carnibus ac pinguedine omnes ciues capiunt, et episcopo, cuius meritis hoc munus adscribebant, plus quam absumere cum omnibus suis posset, apportant.

CAPVT XXI.

De incisione nuceae arboris, et periculo episcopi.

edit. Canis. cap. 20.

RErum tam laetis euentibus tentatio non defuit. Nam cum delendis et exstirpandis fanis idolorum et sacris diligentius insisteret episcopus, etiam arborem *nucis* mirande pulcritudinis, idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, uolebat incidere. Vicini autem, qui umbra eius et amoenitate saepius delectati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor uehementius irasci atque indignari coepit, aliisque modeste agentibus, hic minis et clamoribus longius assistens furorem euomuit. Itaque quasi paululum furore sopito, silenter a tergo accedit, nullo-que sperante, securim bellicam utrisque manibus leuans, caput episcopi ferire nisus est. Sed illo praesentiente, atque in partem se rapiente, bipennis, casso uulnere, in trabam pontis, iuxta quem stabant, perlata est tam fortiter, ut a feriente reduci non posset. Accur-

Laeta miscentur aduersis.

Obstant ne nux incidatur. Admodum solemne erat ethnicis grandes, frondosas et umbrosas arbores numinum instar colere. De quo uide Seraruum lib. 3. Rer. Moguntiacarum, notat. 19.

runt omnes, comprehendunr, trahunt, A tradunt infelicem illum et, nisi per interuentum episcopi, eadem securi trucidassent.

Obiectio Tiemonis. *Tiemo.* Hic forte, hic aliquis grunniet maleuolus auditor. Nam et ego quoque miror, si ita est, ur asseris; qui alias ad martyrii palmam ultro se ingerere paratus fuit, quod hunc tam ualidum ictum non susceperit. Qui enim roties mortem appetiit, dicet aliquis, quare nunc uenientem non sustinuit?

Responsio Sefridi. *Sefridus.* An nescis, aliud esse ex consilio et fortitudine mentis corpus morti obiicere, digna existenre aliqua necessirate; atque aliud ex infirmirate carnis eandem pertimescere? Sed hoc etiam considerare potes: quod non de agone passionis tunc temporis cogitabat, sed magis de arbore nucis, de cuius incisione cum ciuibus tractabat; et, si altius C rem contemplari uolueris, animalis spiritus naturaliter exterioris substanriae salutem, quantum in ipso est, tueri solet, appetit conducibilia, fugit contraria; quem tamen interior mentis ratio saniori consilio a conducibilibus inrerdum abstrahit, et contrariis passionibus affligir. Nihil ergo mirum, si ratione aliis intentus, teneritudine oculorum faciente, uenientem ictum expa- D uit. Denique diuino etiam nutu hoc factum esse arbitror, scilicet ne multis aliis adhuc profuturus ibi occumberet, neue a chriſtianis, qui nuper fidem susceperanr, uel etiam amissam receperant, et in nouitate reconciliationis et gratiae diuinae, doctor ipse interfectus praedicaretur.

Cur S. Otto ictum lethalem declinauerit.

CAPVT XXII.

De profunda inclinatione Adalberti *presbyteri post euasionem periculi.*

Edit. Canif. cap. 21. OTTONE sic a periculo liberaro, et percussore suo de manibus percutientium saluato, inter adstantes *Adalbertus* presbyrer ad *Teutonicas* F partes se uertens, profundus inclinat Deo et *S. Michaëli* in Babenberg, et fratrum orationibus gratias agir pro salure. Er conuersus ad episcopum; *En*, inquit, *scutum orationis fratrum, et protectio sancti Michaelis archangeli.* De arbore uero ne incideretur, tandem ciucs mulris precibus obtinuerunt, iure iurando affirmanres, *nihil unquam diuinitatis uel* G *sanctitatis arbori se ascripturos, neque numinis uel idoli alicuius uice se illam habituros, sed magis pro utilitate fructuum et amoenitate umbrarum.*

Nux non succidetur. Simile quid de quercu lib. 2. cap. 31.

CAPVT XXIII.

Quomodo Stetinenses *fidei reconciliatos duci suo reconciliauerit, et de interitu sacerdotum episcopo infidiantium.*

OMnibus ergo, quae ad cultum fidei spectanr, rite illic ordinatis, dum ad alia loca ire pararet, ab uniuersis natu maioribus et prudentioribus ciuitatis, rogatus est, ut quia Deus cum illo erat, et multa bona eis ostenderat, ducem B *Vratizlaum*, cuius offensam grauibus culpis incurrerant, eis placare studeret: atque hoc facto, cuncta circa se studia deauraret: annuit; elegit uiros honorabiles, aptos ad responsa reddenda, uel accipienda: ducem adit, preces fundit; accusat populum et excusar: dein, potenti suadela mitigar, indignantem iubet, obsecrat, facit compositionem: pacarisque ad perfectum omnibus, legatus C cum legatis pacem affert ciuitati. Hinc roti ecclesiae ualesaciens, miris affectionibus Iulinam ire dimittirur.

Edit. Canif. cap. 22.

S. Otho placat Stetinenses ducem Vratislaum.

Maligni uero sacerdotes, pleni daemonibus, cum iam aperte non possent, uel per insidias seruo Dei nocere moliti *Sacrificuli ethnici struunt S. Othoni insidias.* sunt. Conducta erenim magna saciorum multitudine, uiam abeuntis in arctioribus nauigii locis obsederunt, suis amicis, istarum rerum nesciis, mortem D episcopi quasi per diuinationem praenunciantes. At ubi ad insidias uentum est, hostes arma arripiunt, funambulos renent, nauigantes inuadunr, sanguinem episcopi super omnia sitienres.

Stetinenses et alii pro episcopo arma capiunt.

Ar uero Stetinenses, et nostri, qui cum episcopo erant, arma capiunt, ex rate prosiliunt, partim rerra, partim aqua consistunt, uim uiribus audacter arcen- E res. Cumque aliquandiu pugnatum esset; hi, qui de insidiis erant, a Stetinensibus coeperunt agnosci, et confusi de malefacto, fugerunt. Ar sacerdos, qui haec machinatus fuerat, eadem hora domi cum amicis suis residens, paralysi et uehementissimo languore uexari coepit, suis, ur arbitror diis eum laniantibus: cumque ore, oculis ac tota facie distor- *Miserabilis interitus sacrificuli.* tam frontem ad scapulas uerteret, et miserabili corporis agitatione in mortem solueretur, exclamauit: *haec patior, propter insidias et mala, quae contra Ottonem feci.* In hac uoce uitam finiuit. Tantus autem foetor secutus est, ut Pluto ipse infernalis, uel quisquis illic maximus est, ab huius faucibus spirare puraretur.

Irem alius quidam de sacerdotibus Ottoni contrarius, cum ad negotia sua cum institoribus sorte nauigaret, et in insula quadam nautae, ut assolent, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata menre, nec uultu nec uoce sanum quid agens, a comitibus notarus est: cumque seorsim ab aliis in sylua, ueluti per

per amentiam, uagatur, iuuenes quidam, quasi per lasciuiam, secuti delirum, fune per guttur ad arborem ligant et discedunt. Ille uero incautis nexibus, uinculorum impatiena, se soluere luctabatur: sed diuino iudicio constrictus per funem, qui collo iniectus erat, intercluso anhelitu, mortuus est.

Alius eiusdem sortis strangulatur.

CAPVT XXIV.

Quomodo episcopus transitis insidiis Iulinam uenerit, et ipsam de apostasia correxerit.

Iulinenses agnoscunt peccata sua.

EPiscopus autem, Dei protectus auxilio, cum Iulinam uenisset, nihil ibi aduersitatis inuenit. Omnes eius redargutiones de apostasia, seu de aliis excessibus, patienter ferebant; indigna et mala opera sua dignis emendationibus ad eius doctrinam expurgare et corrigere parati. Ille ucro per manus impositionem, et sacri uerbi exhortationem sanctae et apostolicae ecclesiae omnes reformauit, baptizatis pueris, et quoscunque sacramenti huius expertes inuenit. Sicut enim exemplo Stetinensium pridem a fide recesserant, ita denuo conuersis illis facile conuertebantur. Illos enim per omnia imitari quasi pro sententia eis fuit.

Quos ecclesiae S. Otho reconciliat.

CAPVT XXV.

De illuminata ibi caeca muliere.

Edit. Canis. cap 23.

CVM autem sacris operibus illic instaret episcopus, mulier quaedam in rure posita, nescio, quo euentu, subita caecitate percussa est. Audiens autem antistitem adhuc esse in ciuitate, duci se illo iubet, et ueniens corruit ante pedes eius, auxilium petens super clade sua. Signum autem aeris ante fores pendebat ecclesiae, quod simplices, cum intrabant oraturi, quasi ad excitandum sanctos, pulsare consucuerant. Episcopus ergo dum ad succurrendum a muliere crebro inuocaretur; *uade*, ait, *mater*, *uade ad ecclesiam*, *quassa campanam, excita* S. Adalbertum, *ut te audiat*. Abiit illa, Deum et *S. Adalbertum* inuocans, arreptoque fune, non prius a pulsatione signi cessauit, quam lumen oculorum reciperet. Videntes autem ciues gratias agunt Domino super gratia huiuscemodi, et magis in fide catholica roborati sunt.

Nota mirabilem morem.

Mulier caeca usum recipit.

Sed dum hoc factum episcopi meritis adscribere uellent, prohibuit eos dicens: *non me miraculorum factorem, sed peccatorem sciatis. Potius hoc beati martyris* Adalberti *meritis adscribendum certissime noueritis. Num obliti estis, quo-*

S. Otho auertit ab se gloriam patrati miraculo.

modo priori anno, cum tota ciuitas ista incendio uastaretur, hanc aediculam suam beatus martyr in mediis flammis positam liberauit? sed moneo, ut illum calamitatis memores, nec Iulium ipsum, nec Iulii hastam, nec statunculos idolorum uel simulacra ullo modo colatis, denuo pristina mala iterantes, ne mortem, pestilentiam, incendia, diuina ultione, incurratis. Haec et his similia seruus Dei ad eruditionem populi, blanda oratione loquebatur.

CAPVT XXVI.

De filio lunatico militis in papilione reliquiarum liberato.

Edit. Canis. cap. 24.

DIe uero quadam miles, habens filium lunaticum, benedicendum eum obtulit episcopo, addictis cum eo quatuor bubus pascualibus, donarium et gratiam pro benedictione. Sed doctor bonus, manus suas excutere fuetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit; ipsum autem puerum cum patre ac donariis ad papilionem suum, ubi capsae ac reliquiae sanctorum erant, deduci iubet, ut ibi, si uellent, facta oratione et oblatione, Dei misericordiam inuocarent. Vadunt: sanatur puer: gratias agunt.

Theca reliquiarum in tentorio S. Ottonis.

CAPVT XXVII.

De alio milite phrenetico liberato.

Edit. Canis. cap. 25.

MIles quidam phrenesi ac dementia, interdum capitis languore uexatus, in loco, ubi ad orandum steterant pedes eius, sese proiiciens, sanitatem recepit.

CAPVT XXVIII.

De Bocceo *presbytero, et segete incensa in die S. Laurentii.*

Edit. Canis. cap. 26.

IN die S. Laurentii *Bocceus*, presbyter beati uiri ad uillam pergebat: homines autem terrae illius nondum consueuerant dies feriatos agere. In ipsa ergo die, transeunte presbytero, rustici segetem metebant. Ille autem de obseruantia festi alloquens, merita martyris praedicabat, atque ut ab opere cessarent, sub contestatione ac reuerentia beati Laurentii admonebat. Sed scriptum est: *stultus uerbis non corrigitur*. Vnde homo, qui magister operis erat, spreta sacerdotis admonitione, operarios suos magis et magis urgebat. Contristatus ergo super illorum temeritate presbyter, cum abiret, imprecatus est dominum, ut digna ultione contemptum martyris sui uindicaret. Nec

Violatores festi obiurgat Bocceus presbyter. Sed frustra: quia eo magis operi instant.

Miraculum.

mora; eximprouiſo ignis uenit, et ſtantem ſegetem et eam, quae iam meſſa fuerat, undique afflauit, tantaque uis ardentis ſtipulae fuit, ut ipſi ruſtici de campo fugerent. Factumque eſt, ut qui ſaluis frugibus ab opere ſponte ceſſare noluerant, perditis omnibus, ceſſarent inuiti.

Aliud exemplum de violatoribus feſti virginis aſſumptae.

Simile quiddam, eodem presbytero per uiam pergente, in aſſumptione beatae ſemperque uirginis MARIAE, factum comperimus, duobus, ruſtico uidelicet et eius uxore, in agro metentibus. Zelo etenim religionis presbyter eos prohibebat, dicens: huic diei propter aſſumptionem Dei genitricis MARIAE honorem deberi. Erat autem ſecunda feria. Dicebat ergo ruſticus: *heri propter dominicam operari non licuit, et iterum hodie uacare iubemur. Quae eſt haec doctrina, quae homines a rebus neceſſariis et bonis iubet ceſſare; Quando ergo collectas uidebimus fruges noſtras, puto uos inuidere utilitatibus noſtris.* Cumque iam ad blaſphemandum os aperire uellet, et falcem crebris tractibus meſſor uehemens in calamos uibraret, mirum dictu, ſubito exſtinctus in ſulcos cecidit, falcemque in dextra, ſegetem autem in ſiniſtra, ut abſecta erat, tam fortiter etiam mortuus tenebat, ut a nullo auferri poſſet. Mulier autem infelix, ſocia operis, morte quidem mulctata non eſt; puto, quia ſub uiri obedientia poſita fuit. Sed tamen ſine poena et confuſiona non euaſit. Nam corpus exanimi uiri ad eccleſiam ſecuta, falcem et ſegerem de manibus ſuis, et ipſa excutere non potuit, quousque coram populo et clero argumentum hoc illicitae operationis probaretur. Sepulto ergo uiro et abeunte cum timore populo, mulier ſoluta eſt. Ex hoc autem facto populus maiorem *Deigenitricis* reuerentiam, maioremque aliis feſtis celebritatem doctus eſt exhibere.

Ex hoc ruſtico Lutheranus et Calviniauus ſpiritus loquebatur.

Cornuit examinis.

Poena iuxta.

CAPVT XXIX.

De rupta ſocietate * Ruthenorum *propter fidem Stetinenſium, et de archiepiſcopo* Danorum.

** Nomine Ruthenorum, intelligendi ſunt hoc Rugii, ſeu Rugiani ab inſula Rugia. Edit. Caniſ. cap. 28.*

INterea *Rutheni* comperta fide et conuerſione Stetinenſium, et quia in chriſtianitate penitus roborati ſunt, a ſocietate illorum ſe auertunt, commercia omnia mutuaque negotia inſtitorum ex indignatione abrumpentes, quaſi alterius iam fidei populo communicare in talibus non deberent. Iſti autem ſaepenumero a multis praedicatoribus ad fidem uocati, de integro nunquam uenire uoluerunt: ſed aliis interdum credentibus, alii non credebant, atque ex maiore parte paganicis ritibus degentes, ſemina fidei, ueluti ſpinae, ſuffocando, illic conualeſcere non ſinebant.

Rugiani rumpunt foedus cum Stetinenſibus.

Ruthenia uero *Danos* adiunctos habet. Porro archiepiſcopo Danorum etiam * *Ruthenia* ſubiecta eſſe debuit: ſed populo fidem catholicam propulſante, ſuperfluum eſt, ſacerdotes de parochiae terminis litigare. *Rutheni* ergo, paulatim creſcente odio, Stetinenſibus publice aduerſari coeperunt: et primo, quod naues illorum a littoribus ſuis arcerent: poſt etiam ex communi decreto, hoſtes eorum haberi ſtatuunt, Ottoni epiſcopo mandantes, audierant enim, quod illo ad praedicandum uenire uellet, ne unquam fines eorum attingeret. Dicebant etenim nihil eum apud ſe inuenturum, niſi acerbas poenas et mortem certiſſimam.

* *Rugia.*

Rugiani monent S. Ottonem, ne Rugiam petat.

Ille autem, accepta legatione tali, tacite apud ſe exultat, animum parat ad martyrium, cogitat et diſponit omnia, tractat anxie apud ſe, an melius ſit ſolum ſe ad tale conuiuium ire, an cum multis? Stetinenſes autem quidam uiri boni et prudentes, in comitatu epiſcopi erant Iulinae, gnari locorum, prouinciarum et morum cuiusque gentis. Hos ergo epiſcopus paulatim interrogationibus praetentabat, ſcire uolens, ſi quo modo eum illuc perducere uelint. At illi de origine * *Ruthenae* gentis, de feritate animorum, et de inſtabilitate fidei et beſtiali eorum conuerſatione multa ei narrantes; etiam hoc, quod archiepiſcopo Danorum ſubiecti eſſe debuerint, non tacebant.

S. Otto nihilominus Rugianos adire cogitat.

* *Rugianae.*

Sperans ergo epiſcopus, gratum fore illi, ſi conuerti poſſint, ſimulque attendens congruum eſſe, quod per eius licentiam, ac permiſſionem ad praedicandum in eius parochia, ueniret, *Iuuanum*, uenerabilem presbyterum de latere ſuo, et alios nuncios nauigio cum literis et muneribus illo pro licentia direxit. Archiepiſcopus uero in maximo gaudio et honore legatos accepit, habitosque apud ſe multa humanitate, plurima de ſtatu, de doctrina et operibus beati Ottonis percontatur. Erat autem uir bonus et ſimplex, bonarum rerum cupidus auditor, non mediocris ſcientiae ac religionis, in exterioribus tamen Slauicae ruſticitatis. Nam et homines terrae illius tales ſunt, ut in maxima ubertate atque diuitiis, generali quadam duritia omnes inculti uideantur et agreſtes. Vrbes ibi et caſtra ſine muro et turribus, ligno tantum ac ſoſſatis muniuntur; eccleſiae ac domus nobilium humiles et uili ſchemate. Studia hominum aut uenatio aut piſcatio eſt, uel pecorum paſtura. In his etenim

De hac legatione agit etiam Lutheranus Praeco Cramerus lib. 1. chronico Pomeranico cap. 40.

Antiqui mores Danorum, nam hodierni longe alii.

enim omnes diuitiae illorum conſiſtunt. Siquidem agrorum cultus rarus ibi eſt.

Porro in uictu uel in habitu ueſtium paurum lauti habent aut pulchritudinis noſtrae. Noſtri ergo mediocres, in comparatione illorum glorioſi erant. *Archiepiſcopus Daniae collegae Iuuano presbyteri mire oblectatur.* *Iuuanus* uero presbyter archiepiſcopo ipſo maior eſſe uidebatur. Cumque eſſet boni oris, ad omnia compoſite reſpondens, illum ualde oblectabat, nihilque ſatis ei eſſe potuit, quidquid de Ottone audiebat. Fama etenim ante annos plures hunc notum habuit. Et nunc gloriari atque laetari abundantius coepit, quod eius dignos et praeclaros nuncios praeſentes haberet, cuius tanta ac tam praeclara facta uulgari fama paſſim praedicari prius audiſſet.

De legatione autem eius ad praeſens nihil ſe reſpondere poſſe dicebat, niſi ante princeps Danorum atque magnates per aliquas inducias conſuluiſſet. *Quale reſponſum legatis dederit.* *Iuuanus* autem et legati hoc longum ſibi iudicantes, dimitti ſe rogant, ne ſuper eorum mora contriſtaretur epiſcopus. Annuit ille cum benignitate, ac literas, donaria, nauemque grandiuſculam butyro plenam, ſignum dilectionis et amicitiae, mittens epiſcopo, dicebat; quanto citius ex conſilio principum per ſuos legatos de uerbo predicationis ſe reſponſurum; quod utrum perperam an ſimpliciter dixerit, parum nobis compertum eſt. *Qualia munera ad S. Ottonem miſerit.* Nam dum per aliquos dies eius nuncios exſpectaremus, de partibus Alemanniae, et de domo Babebergenſi plures nuncii uenerunt, magnis et neceſſariis cauſis epiſcopum reuocantes.

CAPVT XXX.

De bello inter Ruthenos *et* Stetinenſes, *et de uictoria Stetinenſium.*

Edit. Cauſſ. cap. 29. RVtheni autem crebris inſultibus Pomeranos laceſſunt, et Stetinenſium fines armatis nauibus perturbant. Cumque ſemel ac bis repercuſſi a bello ceſſare noluiſſent, Stetinenſes ex conſilio communi arma tractare coeperunt, atque iterum uenientibus, coadunatis uiribus, occurrere. *Victoria Stetinenſium de Rugianis.* Sed quid plura? Tanta ſtrage Rutheni fuſi ſunt, et tanti ex eis in captiuitatem redacti, ut, qui euadere potuerunt, nullum ultra uictoribus bellum intulerint. Stetinenſes igitur hac uictoria glorioſi domino Ieſu Chriſto, et ſeruo eius *Ottoni* honorem adſcribebant, Ruthenos ultra iam non timentes, ſed ex captiuitatibus etiam ad humiles, et ſatis indignas compoſitiones eos adſtringentes. At Otto beatiſſimus omnibus, propter quae uenerat, bene completis et ciuitatibus omnique populo in gaudio et fide apte compoſitis, uiſitans omnes, quos potuit, decorum uale in maxima laetitia illis faciebat, per ducem Poloniae ac per alios amicos ſuos iter ad ſedem ſuam relegens. Itaque aliquot diebus gratioſa, pretioſa ſui praeſentia et caris aſpectibus ducem ac Polonienſes dilectos dilectores ſuos in plenitudine ſanctitatis, manſuetudinis et gratiae laetificans, ita ſe promouit, ut in uigilia ſancti Thomae Bambergenſi, in eccleſia cathedrali, in multo deſiderio et expectatione ſuorum, quaſi de uictoria cum exultatione rediens ſuſciperetur, cantantibus clero et monachi tota mente, totisque uiribus, *domine ſuſcipe me, ut cum fratribus meis ſim.*

CAPVT XXXI.

Sed dux Poloniae. Hoc caput conuenit cum capite LI. l. I. Andreae. Pro *Boleslaus* hic legitur *Polezlaus*, pro *frequenter frequentes ei*, pro *uiſitabunt*, ſcribitur *honorantes quia*, pro *poſſe plurimum; plurimum poſſe*, pro *melina pelle, megalina* uel *nugalina pelle*. Pro *dona ei, dona*, pro *et undique, et diligenter undique*, pro *fures mihi, mihi fures*, pro *et curabat, et curatores*. Pro *doloribus affectum, doloribus at tractatum*. Pro *abit ille ac mandatum implet, abiit ille ac mandatum implenit epiſcopi*, pro *cooperit, cooperuit*. *Ego huius rei*, haec omittuntur usque ad uerba, *erant complures*, pro quibus legitur, *erant autem complures*, pro *non opus eſſe melinis*, hic legitur *non opus eſſe nugalinis*. Pro *aut leporum, uel leporum*. *Sed nunc ſcio*. Haec omittuntur usque ad uerba, *ſed nouimus aliquos*. Poſtea haec ita continuantur, *ſed ſunt aliqui epiſcoporum, qui ſi hanc ueſtem corpori ſubtraherent, proprio, ſanguini etc. Quae res etſi*. Haec uerba cum ſequentibus omittuntur.

CAPVT XXXII.

Faber quidam. Eſt hoc caput idem cum capite LII. libri I. Andreae noſtri. Pro *in opus Dei*, legitur *in opus Domini*, pro *tectum uidelicet etc. tectum ſcilicet ſancti Michaelis eccleſiae*, pro *haeſimenta haurimenta*. *Quae res quidem*. Haec et quae ſequuntur, hic addita non ſunt.

CAPVT XXXIII.

Quidam oeconomorum. Hoc caput rurſus inuenies libro I. capite LIII. in Andrea. Pro *cuius namque ſunt hi*, legitur rectius, *cuiusnam hi ſint*. Pro *magni ſunt, fortes, magni et*

fortes ſunt. Pro *in ciuitate, in ciuitatem,* pro *re cognita, re agnita,* pro *et eſto ſocius, eſto ſocius meus.* Pro *Saxonia ſeruatur, Saxonia repoſita ſeruatur.* Pro *haut inueniri, Italiae inueniri.* Et ita etiam legendum eſt in Andreae codice. Pro *fuſtani et purpurae, bruſſati, Fritſali,* hic legitur, *fuſcani et purpurae, puriuati fricali,* pro *ſi autem ut dictum, haec autem, ſi ut dictum eſt,* pro *hac occaſione, hac etenim cauſa.* Pro *ac ſtrenuus, et ſtrenuus.* Pro *admirationi fuit, ammiratioui fuit.* Pro *quia pretium ſciebant eſſe redemptionis, quia pretium redemptionis eſſe ſciebant.*

CAPVT XXXIV.

His omnibus ad uotum. Conuenit hoc cum capite LIV. lib. I. Andreae. Pro *Rudolphi* legitur *Rodolfi.* Pro *et opera crebro, crebro et opera,* pro *talis uiri notitiam per nuncios, talis uiri per nuntios,* et uox *notitiam* omittitur. Pro *ſeſe Deo commendans, ſeſe commendans.* Pro *Michaeli obtulit, Michaeli hoc obtulit.*

CAPVT XXXV.

Sed quia Belae. Idem hoc caput inuenies in libro I. Andreae capite XLII. pro *quia beati Belae,* legitur *Sed quia Belae.* Pro *regis mentio incidit, mentio incidit regis,* pro *ad aedificationem narrare incipiam,* legitur hic *ad memoriam reuocandum, dignumque eſſe alios per hoc Chriſto adiuuante lucrificem, antiquitus recenſitum eſt digno moderamine.* forte hic omiſſum eſt *quod,* ut ſenſus ſit, quod antiquitus recenſitum. Pro *petita eſt in matrimonium Henrico, petita eſt Henrico.* Pro *Alemaniae, Alamaniae.* Pro *oratione, ratione.* Pro *coeli et terrae, caeli ac terrae.* Pro *uides omnia etc. indifferenter.* tantum *ferenter* legitur, et reliqua a typographo omiſſa ſunt. Pro *unica filia mihi, mihi unica filia..* Pro *in auxilium, ad auxilium,* pro *hodie te comitante, hanc te comitante,* pro *ubi erat patrocinium, in quo erat patrocinium.* Pro *ſancti Blaſii, beati Blaſii.* Pro *filiolam, filiam ſuam.* Pro *hominem exuit, ex hac luce ſubtractus eſt.* Pro *in domino requieuit, requieuit in domino.* Pro *ei ſucceſſit, ſucceſſit ei.* Pro *ut reduceret eam, ut reduceretur.* Pro *ſed illa noluit redire, ſed illa noluit.* Pro *teneri a rectoribus, teneri eam a rectoribus,* et omittitur deinde *ſororem ſuam,* pro *redderetur ei, redderetur:* Pro *adhaerere cogitabat,* adduntur haec, *placere deſiderans et ſororibus ibidem degentibus adhaerere.* Pro *fratris ſui foras egredi, fratris exire.* Pro *ſed et uiri, ſed uiri.* Pro *non ab re, non abire.* Pro *negotium ueſtrum expediatur, negotium ueſtrum expediam.* Pro *miniſtrabatur, miniſtrabat.* Pro *atque uoluntati,* plenius legitur, *atque alienae uoluntati.* Pro *reſtituere uenimus et non uim inferre, ſed obſequium praeſtare ad ſuos redeunti,* legitur *reſtituemus, et non uim ſed obſequium praebebimus, eunti,* pro *ſuaeque libertati, libertati.* Pro *et dominus noſter rex, et rex Vngarorum* Pro *uiam poſtea accipere, uiam poſtea arripere.* Pro *commendo cauſam meam, commendo cauſam uirgo uirginum meam.* Pro *omnes igitur qui aderant, omnes ergo qui aderant.* Pro *nullo ei aut hinc aut inde propinquante, nullo ei propinquante.* Pro *ne quauis occaſione tantum, ne tantum,* pro *proſequentibus eam gaudio, proſequentibus eam in gaudio, reuocare illam.* His uerbis finitur caput hoc anonymi.

CAPVT XXXVI.

Monaſterii S. Michaelis dedicatio ob aegritudinem S. Ottonis differtur; eoque reſtituto peragitur.

QVodam tempore dum monaſterium *ſancti Michaelis* in Bambergenſi dedicationem expectaret, et omnia, quae huius officii ratio poſtulabat, in corporalibus et ſpiritualibus laute ac diligenter praeparata fuiſſent, omnibus in expectatione poſitis, praeſul grandaeuus moleſtia corporis laborare coepit, adeoque infirmatus eſt, ut ad opus conſecrationis uires minime habens, miſſo nuntio in uigilia beati *Egidii,* ad aliud tempus dedicationem transferendam ſtatueret. Sed quia parata erant omnia cupientibus animis omnis dilatio inuiſaeſt, et duplici maerore eccleſia turbari caepit, pro languore ſcilicet epiſcopi, et pro fruſtrato deſiderio expectatae conſecrationis. Quocirca orationes non caſſas mittunt ad dominum, uires ac ſanitatem praeſuli obnixe poſtulantes. Igitur meridiano tempore in lecto recubans et paululum ſopore preſſus, puerum coram ſe per ſomnum ludentem et ſaltantem uidet epiſcopus, ac de pſalmo uerſum crebro cantantem, *in domum domini laetantes ibimus.* Expergefactus uero aegros quidem artus ſortes inuenit et uegetos, corpus leuat, ſentit gratiam ſanitatis rediiſſe, cubicularios citat, interdictum conſecrationis mutat, proximaque die in feſtiuitate beati Egidii, ſicut antea uoluerat, in magna totius eccleſiae laetitia, dedicationem peragit, domino ſibi uires amminiſtrante.

CAPVT

CAPVT XXXVII.

Poſt ea uero tempora tam morbis etc, Hic ponuntur omnia ea, quae Andreas habet 536. lit. F. in *lectionibus legendis in feſto depoſitionis S. Ottonis* &c. Legitur tamen pro *ſperaret ad dominum, ad dominum ſperaret*, pro *illud ſibi amicum, illud amicum ſibi*, pro *omnia igitur loca, omnia ergo loca*, pro *omnesque domos et curtes circa illum poſitas, imo totam ciuitatem peregrinis et pauperibus repleri uideres*, legitur hic, *omnes domus et curtes circa poſitae, imo tota ciuitas eo uolente atque iubente pauperibus et peregrinis repleta fuit*, pro *uiduarum et orphanorum, Aderant ibi uiduarum et orphanorum*, pro *multitudinem et pii, ut ita dicam, multitudines, pii non immerito*, pro *dixerim, quispiam dixerit*, pro *efferuebant, feruebant. Cum procuratoribus et diſpenſatoribus ſuis.* haec omiſſa ſunt, pro *eccleſias et coenobia, et eccleſias et coenobia*, reliqua *hoſpitalia, infirmarias* omittuntur, pro *mirum ualde, mirum ſane*, pro *quae ante diebus, quae tot ante diebus*, pro *praeſtare potuit, praeſtare poterat*, pro *nobiles mediocres, nobiles et mediocres*, pro *ademptum tanto lugebat, ademptum lugebant.*

CAPVT XXXIIX.

Sſ Vperuenit quoque. Hoc rurſus eſt pars, *lectionum allegatarum* immediate ſubſequens uerba ſuperiora, quam reperies pag. 537. F. et ſeqq. in Andrea, pro *quanta igitur* legitur *quanta ergo*, pro *ubi ad locum uentum eſt tumuli, ubi ad locum tumuli uentum eſt*, pro *breuem quidem, breuiter quidem.*

CAPVT XXXIX.

Ecquid fiet. Recitatur hic oratio Imbriconis, quam habes in *lectionibus citatis*, pag. 538. B. Pro *neceſſaria omnia*, legitur *omnia*, et omittitur uox *neceſſaria*, pro *ſui temporis ſecula, ſui temporis enim ſecula*, pro *uiritutibus eius taceam; uirtutibus taceam*, pro *in ciuitate ipſa, in ciuitate*, pro *ut breuiter dixerim, ut breuiter dicam*, pro *de me quid dico, de me dices, quid* omiſit typographus, pro *ordo pontificiales, ordo pontificalis. Hic nobis gemma, hic decus hic ſplendor fuit.* Haec omnia omittuntur, pro *ablatam eſſe, ablatam*, pro *ſanctae matris, caput ſacroſanctae matris eccleſiae*, pro *rex Alamaniae, rex Almaniae*, pro *uobis occubuit, occubuit ille.* Pro *inquam ille, inquam*, pro *quae ſunt caeſaris, caeſari, et quae ſunt Dei Deo, caeſari quae caeſaris ſunt, et Deo, quae Dei*, pro *non parua haec mutatio. Non parua res acta eſt, non parua haec mutatio*, pro *talem inueniemus bonitatem, talem bonitatem inueniemus*, pro *lamenta nobis faciunt, faciunt nobis lamenta*, pro *fletis Ottonem noſtrum, fletis Ottonem ueſtrum*, pro *uos enim, uos o monachi, uos enim o monachi*, pro *ueſtram inopiam, noſtram inopiam* litterae autem u et n ſaepe in auctore hoc permutantur, pro *argumento ſus erat, argumento ſus enim erat*, pro *erat cum eo, cum eo erat.* pro *humilis non fuerit, humilis non fuit.* pro *peccata mundi, peccatum mundi*, pro *quae etiam neceſſariae, quae ibi neceſſaria.* pro *deuotiſſime peragentibus, deuotiſſime leuantibus. Feliciter amen.* His uerbis finitur liber Anonymi et ſubiiciuntur haec ſequentia:

Explicit liber de uita et operibus beati Ottonis, Babenbergenſis epiſcopi et confeſſoris Chriſti et Pommeranicae gentis apoſtoli.

Illum uero mihi libenter legendum dedit praenobilis, ampliſſimus atque conſultiſſimus uir, dominus *Franciſcus Winterus*, conſiliarius in Pomerania prouincialis et ciuitatis huius Colbergenſis conſul meritiſſimus, qui illum a parente p.m. ducis olim Pomeraniae conſiliario, acceperat. Soli Deo debetur omnis gloria.

Hiſtoriam hanc anonymi, nondum uiſo MSC. illo Andreae, quod mihi communicauit plurimum reuerendus atque CL. uir, dominus M. Friedericus Cramerus, *paſtor eccleſiae Stetinenſis, quae S. Iacobo olim ſacrata fuit, uigilantiſſimus, ante aliquot annos in compendium redegi, quod cum ſaepius allegatum fuerit a uiro docto, huc apponendum duxi, reiectis in commodiorem locum Crantzii et aliorum de Ottone teſtimoniis, quae compendio illi ſubieceram.*

IN NOMINE IESV!

VITA OTTONIS Pomeranorum apoſtoli.

OTTO Pomeranorum apoſtolus natus *in, Suevia* parentem habuit non tam diuitem, quam pium et ingenuum, ex familia comitum *Andechſiorum.* Poſitis ſub eius diſciplina rudimentis, ad exteros miſſus, poëtarum et philoſophorum ſcripta delibare coepit. Egeſtate uero, *qua ſaepe ſumma ingenia in diuerſum abſtrahuntur*, compulſus, migrauit in *Poloniam*, quam ab eruditis uacuam

cuam audiuerat, ut tradendo pueris, quae ipſe didicerat, uitae ſubſidia quaereret. Ibi uirtute, probitate et parſimonia, nec non uultu uenuſto gratiam potentiorum conſecutus, innotuit duci. Et cum bene cuperet HENRICO IV. imperatori Romano, coniuge Poloni ſato defuncta, rentare coepit animos procerum, qua ratione ſoror illius *Sophia*, uidua regis Hungariae, huic deſponderetur. Laudabat potentiam caeſaris moresque feminae, et commoda in ducem redundatura exaggerabat. Placuit condirio. Conſilio habito de *parariis* tanti amoris, nemo praeſtantior *Ottone* iudicatus. Ad caeſarem ut uenit, ille, cum et ſorori ſuae et duci connubium hoc profuturum ſperarer, annuit. Laute tractatus cum ſociis reuertitur in *Poloniam*, toti aulae, re ex uoto geſta, acceptiſſimus. Nuptiis celebratis, ſi qua ad patrem ſoceramque expedienda, Ottonis commirtuntur fidei. Quapropter caeſar, explorata uiri prudentia, intimis eum aſcribi uoluit, ſacra cum eo habiturus communia. Accitus ex Polonia, aegre licet aſſentiente ſorore, nunquam non cum *pſalterio* ſuo a latere regis haeſit et, *cancellarii* poſtea ſuſcepto munere, fidelem operam ei praeſtitit, maxime in exſtruendo *monaſterio Spirenſi*. Moritur hoc rempore *epiſcopus Bambergenſis* er ſucceſſor quaeritur. Qui ambiunt, reſpuuntur, ille, qui imparem ſe cenſebat, omnibus a caeſare praefertur, eligitur, er a nuntio papae PASCHALIS II. cuius absque conſenſu onus illud ſubire nolebat, *Romam* uocatus, eccleſiaeque deinde *Bambergenſi* commendatus, uotis, honore et applauſu populi cleri atque principum excipitur. Hic uelim *prudentiam* noui epiſcopi mireris, qua praeſtitit, ut nec caeſaris *Hemrici Iunioris*, nec papae odium incurreret, quos inter lis non lenis exorta erat; deinde *ſollertiam* in euehenda eccleſia ſua, quae quater antea, poſt octies quotannis *cruce* atque *pallio* uſa, prae aliis eminuit. Inſtituta quoque maiorum diligenrer ſcrutatus eſt, illaque omni nouitate ſpreta ſeruauit, *populum* etiam ea, quam naturae bonitate acceperat, facundia *erudiuit*; coenobia inſuper diruta reparauit atque plura his addidit, auctis illorum opibus, quae, ne temporum iniuria interirenr, pontificiis firmabat diplomatis. Prae ceteris aedes Bambergenſis, *Michaeli* ſacra, quam terrae motus concuſſerat, pluribus impenſis maiorique ornatu ſtruebatur; inſtrumenta etiam ſacra, pallia, ſtolae, calices et, quod palmarium, *CODICES VTRIVSQVE FOEDERIS* magno numero coëmpti. Quid dicam de *ſtudio ſeruiendi* principibus, regibus, eccleſiis? quid de *frugalitate* epiſcopi? *Lateritium templum* domumque ſuam ornauit auro et argenro; menſaeque reditus auxit, non minuit. Nullum uidiſſes luxum in cibis, in ueſtibus; nihil uoluptati indultum; ocreas reſuendas dedit, indignanres redarguens, *fas non eſſe, ut fidelium eleemoſynis ipſe abuteretur*. *Lucium* duobus ſolidis emptum ederc noluit et aegroto miſit; *flagellis* corpus, animum *precibus* et *ieiuniis* ſaepe exercuit. Vbi reliquias, neſcio quorum, in locum ſanctiorem portari iubceret et ſanguine ab iis profluente deterreretur, morbo correptus, prae triſtitia confugiſſer in monaſterium, niſi abbatis prudentia fuiſſet prohibitus, praetendentis, *melius proſpici monachis poſſe, ſi clauum epiſcopatus regeret*. Et ne quid deſideres, *benignitatem* eius in calamitoſos admirare. Vbi Franconia orientalis *fame* premebatur, lue extinctos ſepeliuit, uiſitauit aegrotos et eſurientes apertis granariis pauit, quae hunc in uſum multis annis frumento onerauerat. Cadauer etiam mulieris ad ſepem proiectum et inter herbas inuentum, precibus pro anima fuſis, imponebat humeris, nec foetore, quo ſeruus ipſius, ab humaniratis officio retinebarur, ut inſepultum illud abiiceret.

Tali pietate, prudentia, fide et induſtria eſſe debebat, qui *Pomeraniam* monitoribus aſperam et ſuperſtitionibus oppletam CHRISTO reſtitueret. Vocatus ille et non tam muneribus, quam litteris er providentia ducis Polonorum *Boleſlai*, qui neminem inrer ſuos inuenit, quem ad hanc gentem ſibi ſubditam mitteret, commorus, nihil potius habuit, quam ut *implorato numine conſuleret papam* ſuum *HONORIVM II.* Eo conſentiente et urgenre, uiaticum parauit et feſto *Georgii* celebrato, iter poſtridie aggreſſus eſt. Peragrauit *Bohemiam*, *Sileſiam*, *Poloniam* et a ducibus multa uenerarione exceptus, tandem Pomeraniam appulit, cum ſacerdotibus et centurione *Paulitio*, quem ipſi BOLISLAVS fidum adiunxerat comitem, inſtructus curribus centum et quinquaginta, panno er aliis pretioſis donariis, quae diuideret nobilibus, ne, *quod pauper inopsque et alieni appetens ueniſſet*, quomodo hoc iam ante aliis obiecerant, ſperneretur. Dux Pomeranorum cum quingentis uiris obuius epiſcopo factus, fidem chriſtianam, quam hactenus metu populi clam habuerat, laudauit publice, eiusque comitibus, qui minis et truci uultu barbarorum terrebantur, animam reddidit. Acceptis deinde donis, *baculo eburneo* et *denariis* aliquot ab epiſcopo, deduci eum ad opida er liberaliter tractari praecepit. Conſilio habito primum adeunt *Piriſſae* caſtrum, ubi ebrii feſti cuiusdam

cele-

celebratione quatuor mille uiri, qui conflùxerant, non ita prompte *doctrinam de SS. Trinitate et Decalogum legis* acceperunt atque triginta illi, quos palantes hinc inde et diſperſos in uiculis dirutis inuenerant. Commoratus tamen donec crapulam edormirent, monitis atque minis eos aliosque mouit, ut edocti *decalogum* cum *ſymbolo apoſtolico*, lotique corpore et *albis* induti ueſtibus *baptiſmo* imbuerentur. Per *uiginti* nimirum *dies chriſtianorum fidem, incarnationem, natiuitatem, circumciſionem, apparitionem, praeſentationem, baptiſma, transfigurationem, paſſionem, reſurrectionem, atque aſcenſionem domini noſtri IESV CHRISTI, nec non aduentum Spiritus ſanctis illis tradidit. De ritibus, feſtis, ieiuniis quatuor temporum et quadrageſimali, de uigiliis et natalitiis apoſtolorum aliorumque ſanctorum, de die dominica, de ſexta feria, de diſtributione menſium et totius anni, nonnulla adiecit.* Exſtructo rurſus et ſacrato *altari*, cum baſilica perfici tunc non poſſet, *miſſas celebrari* iuſſit, dato iis *ſacerdote, libris, calice, patina et ceteris utenſilibus.* Exuti illi ueterem hominem, quorum fere ſeptem millia fuerunt, abiecta ſuperſtitione uitam moresque ſuos enixe correxerunt. Gauiſus de tantis primitiis epiſcopus, ſpem ſibi fecit feliciſſimi ad reliquos progreſſus, illisque admonitis, *ut bene uiuerent agerentque*, hac oratione ualedixit: *Fratres, ego uos deſpondi Chriſto; nolite denuo contaminari deflectendo ad idola. Chriſtum induiſtis in baptiſmo et peccatorum tam originalium, quam actualium ueniam ab illo impetraſtis; mundi eſtis atque ſancti, non ex uobis, ſed per eum, qui ſanguine ſuo eluit peccata mundi. Nolite iterum cultu idolorum uos inquinare, ne gratia DEI excidatis. An uos immundis proſtituetis ſpiritibus, uos qui corrumpunt? Creatori, non creaturae diuinum exhibete honorem, ne irritetur; proficite fide, ſpe et charitate, ueſtro et poſterorum commodo, ut credentes ei fidemque operibus ornantes, uiuatis per illum, qui mentes ueſtras de tenebris protractas illuſtrauit. Si perſtiteritis ipſius auxilio, certos uos eſſe iubeo aeternae beatitudinis. At cum homines ſimus, qui labi poſſunt, diſceſſurus trado uobis, quae nobis eſt tradita a domino, ANCHORAM FIDEI, SEPTEM SACRAMENTA, quae ſeptem ſunt Spiritus ſancti dona, quibus uſi defectus ſarcietis et aduerſitates quascunque ſuperabitis. Primum eſt BAPTISMVS, quem poſthac in pretio habete; eo ſacerdotes tingant paruulos ueſtros opportuno tempore in SABBATO PASCHALI et PENTECOSTES. Qui neglecto illo ex hac uita migrabit, regni DEI exſors maledicti originalis paenas luet aeternas. Secundum eſt CONFIRMATIO, quod eſt unctio chriſmatis in fronte. Hoc uiaticum eſt neceſſarium, ut Spiritus ſancti corroboratione muniantur et aduerſus tentationes et nequitias uitae praeſentis armentur. At hoc non differatur in ſenectam usque, ut quidam putant; ſeruor adoleſcentiae, quae praeceps eſſe ſolet, eo cohibeatur. Tertium eſt VNCTIO INFIRMORVM, quam cum deuotione petant. Hoc enim certiſſimum animae remedium quicunque uſurpat, Spiritus ſancti uirtute inſtruitur, aduerſus ſpiritus, animabus inſidiantes; imo hac Spiritus ſanctis unctione remiſſio peccatorum confertur. Quartum eſt EVCHARISTIA, quod eſt* corpus et ſanguis domini *uiaticum uis morituris neceſſarium; eſt enim hoc uerus animae cibus, uitam in ſe habens aeternam. Vnde frequenter ad miſſas congregati hoc uiatico utamini. A cuius uſu ſi propter peccata ueſtra, quia carnales eſtis, abſtinetis, ſaltim per mediatorem ueſtrum, hoc eſt ſacerdotem, qui pro uobis communicat, attente auſcultantes eo fruimini. TER tamen uel QVATER ſingulis annis, ſi crebrius fieri hoc non poteſt, confeſſione delictorum praemiſſa, uos ipſi accedatis. Quintum eſt RECONCILIATIO LAPSORVM PER POENITENTIAM, eorum ſcilicet, qui poſt baptiſmum propter grauiores culpas ab eccleſia proſcripti per ſatisfactionem poenitentiae ei reconciliantur. Et hoc quaſi malagma eſt et emplaſtrum cadentium in pugna et uulneratorum. Sextum eſt CONIVGIVM, id eſt copula matrimonialis. Quod non, ut quinque ſuperiora, omnibus eſt neceſſarium, ſed iis tantum, qui ſe continere non poſſunt, quibus ſuadendum, ut honeſtiori remedio ſubueniant infirmitati, nec uago et illicito concubitu polluantur. Vos ergo, qui pagani fuiſtis, nec uni toro ſeruaſtis fidem, pluribus ductis uxoribus, ſi qui adhuc tales ſunt ex uobis, unam ſeligite, quae gratiſſima eſt eamque, dimiſſis aliis, ſolam habete ritu chriſtiano. Et quia uos mulieres partus femineos, quod dictu horrendum, necaſtis, brutis crudeliores factae, id deinceps uobis interdictum eſto; cuiuscunque ſexus ſit infans, quia DEO curae eſt uterque, diligenter educetur. Septimum eſt ORDINATIO ſiue clericorum conſecratio, quod iterum particulare tantum eſt; quamuis enim omnes clericorum indigeant opera, non omnes tamen fieri clericos neceſſarium eſt. Illi uero, qui moribus et ſcientia reliquis praeſtant, inuitentur ad hoc munus, licet trahi non debeant. Vnde uos hortor, non cogo, ut eos ex liberis ueſtris offeratis, qui liberalibus ſtudiis fuerunt hactenus imbuti, quo latina lingua, ut alibi factum, a nobis inſtruantur uobisque praeficiantur. Haec ſunt ſeptem ſacramenta, quae ſponſus caeleſtis, per nos humiles ſuos paranymphos, uobis, eccleſiae ac ſponſae ſuae, mittere uoluit. Illa ſeruate,*

nate, diligite, ueneramini: commendate illa liberis uestris, ut ad posteros, si qui futuri sunt, propagentur. Ecce habetis ecclesiam, habetis sacerdotem, qui, quae scitu necessaria, uobis satis superque inculcabit. Hunc audite, hunc affectu eodem, quo me, prosequimini. Iam ad alios propero in uuile Christi ducendos, mox reuersurus. Valete in domino dilectissimi! Sic instructa et confirmata ecclesia *PIRITZENSI* oratione hac prolixa, qua plures quoque, more eo tempore uulgato, episcopus absque dubio edocuit, cum lacrymis auscultantium dimissi sunt *Caminum* hospites christiani. Ibi uxor ducis in arcem eos uocari iussit. Et quia haec iam ante scitata fuerat, quid *Pirissae* fieret, multorumque animos iamdum flexerat, ulrro illi et auide fide christianae mysteria didicerunt. Quadraginta dierum opera plebi numerosae, quae confluxerat, instituendae impendebatur. Dux interim *VVartislaus* aduolabat, studiumque coniugis atque populi accendebat acrius, qui etiam suasu *Ottonis*, cui in omnibus parebat, reliquis repudiatis, hanc solam in matrimonio habere constituit. Trahebantur deinde plures principis exemplo. Interea templum condebatur in urbe, et sacerdos *libris, uestibus* arque *calice* argenteo instruebatur, ut *Dominicis* maxime diebus rei diuinae operarentur. Fauebant plerique serio piis desideriis, femina uero nobilis, quae pago aduenerat, ea spreuit seruosque uetuit *diem illum habere sacrum*, putans sibi satis prospectum *si ueterum tenax, recentium incuriosa esset*. At misera, detentis in agro seruis, ipsa diriguit, nec falcem, qua metebat, manu, nec loco, quo stabat, pedem dimouit. Otto inde *Iulinum* nauigio petiit, quamuis non pari successu. Intrantes arcem, uesperascente iam die, a tumultuante populo circumdati exagitantur ludibriis. Et uita priuassent docentem apostolum, qui lapidibus iam prosternebatur, nisi manu *Paulitii* tectus et ex urbe abductus fuisset. Dum uero ad flumen, quod praeterlabitur, resident et episcopus aegre sert *sibi coronam martyrii ereptam*, en! poenitentia moti primores prodeunt, *culpam in plebem conjecturi*. Cognita aduentus Ottonis causa et quod a Polono missi essent, *Stetinensem prius ciuitatem* censent *flectendam esse, quam ceu antiquissimam et reliquarum matrem sequi uellent*. Cum hoc arrideret, eo profecti salutarunt proceres. Sed responsum fuit: *patrios ritus non mutamus, uti antiqua fide et moribus, res nostras uobis habete. Christiani scelera exercent et poenas, quas detestantur. Apud eos enim fures sunt et latrones, truncanturque pedibus isti et oculis orbantur. Procul a nobis religio talis.* At ubi uindictam minabantur Polonorum ducis, *obsequium* spondebant *Stetinenses, si firmata cum eo pace tributa minuerentur*. Abeuntibus in Poloniam sociis, Otto, ne tempus tereret, occasiones docendi notar, utut uano conatu, cunctis renitentibus; donec tandem nobilis uiri *Domitzlai* filii auide eum sequuntur cum applausu marris ex Germania abductae, quae gentili nupta uiro, fidem nunc primum hic professa, episcopum *bono animo esse* iussit. Pueri laudata Ottonis comitare et ostensis muneribus, columbino studio plures in suas partes trahunt, redeuntibus interea legatis cum litteris ducis Poloniae. His *exprobratur Stetinensibus contumacia; precibus tamen ipsorum locus conceditur, si consilia de salute sua non spernerent*. Ergo episcopus ascendere pulpitum, docere et cortinas atque simulacra securibus excidere. Mouebantur incolae, et contemnebant Deos, qui templa sua non tuerentur. Erant quatuor *pandochea*, quae conciuas uocat auctor, in urbe, quorum unum praecipue colebatur, sculpturis, imaginibus, uasis et cultris ornatissimum. Hic suspendebant arma hostibus adempta et decimam de praeda partem reponebant: hic arreptis crateribus diuinare, epulari, potare et inflare cornua solebant, diis sacrum facturi. Illud iam spoliare coeperunt, oblatis episcopo anarhematis. At respuit ista et undis lustralibus purgata ipsis diuidenda reliquit, solo *TRIGLAFO* tricipiti monstro accepto, cuius capita Romam misit, corpus uero confregit. *Quercus* erat ibidem superstitione maiorum uenerabilis. Quam ubi incidere parauit, inrerceſſit populus, quod umbram recubantibus praebere posset. *Caballum*, quem consulebant milites, quique hastis, quas subiiciebat flamen, contactis mala, intactis bona praesagiebat, alibi locorum uendi uoluit. Vetuit insuper uendere homines et partus femineos necare. Mordebat hoc mystas lucris inhiantes, maxime equi illius curatorem. At uentre intumescente per noctem exstinctus, conata exsequi non potuit. Interea doctrina fidei radices egit. Properatum inde ad *Iulinenses*, *Garditia* tamen et *Lublino* in transitu non neglectis. Illi clam scrutati, quid Stetini actum esset, redeuntes, non tam propter promissa, quam quod Stetinensium uestigiis insistere uellent, multo honore dignabantur. Praestito obsequio, *sedes* ibi futuro designatur *episcopo*, quo gens duta illius praesentia mansuesceret, quanquam et loci commoditas in centro fere iacentis spectata fuit. Non procul a Iulino distabat *Dodona*. Illa cum aliis ex

fuga

fuga bello Polonico diſperſis, ultro CHRISTI iugum ſubiit. Mox etiam *Colberga*, qua primum *abſentiam ciuium clariorum* praetexebat, monitis paruit; nec laborandum deinde fuit in *Belgardia*. Ad plures ciuitates hac uice progredi non potuit doctor noſter, hyeme et promiſſo in Franconiam reditu praepeditus; inuiſit tamen nouellas eccleſias et, ne in uanum laboraſſet, eas confirmauit. Reuertitur ergo *Bambergam* et *Adelbertum* poſt ſe relinquit, qui curam gereret conuerſorum [illegible]paſtoreum nunc ageret, permiſitque principi, quem conſtitueret *epiſcopum*.

Tricennio domi detentus beatiſſimus pater redit, ſed alia, quam ante, uia per *Saxoniam*, ne Polono grauis eſſet, et coemptis *Halae* ueſtibus *Deminum* nauigio pergit, quae idolis adhuc dedita ipſum terrere coepit. Poſtea contendit *Vſedomum*, ubi conuentum egit procerum dux *Wartislaus*, feſto pentecoſtes, omnesque hortatus eſt inſtinctu Ottonis, *ut ſe principem ſecuti prompte ſubiicerentur CHRISTO*, et laudauit epiſcopum cauſamque itineris expoſuit. Dictum, factum, ſacris undis tincti ſunt omnes. Diſplicuit rurſus prae aliis hoc ſacerdotibus, qui et inſidias ſtruxerunt praeſuli. Praecipuus *DEVM ſe* finxit, albis indutus ueſtibus in luco prope *Wolgaſtam*, monuitque ruſticum tunc praetereuntem et perculſum ſpectro, *ut nuntiaret in urbe, quod non laturus eſſet, ſi Deos alios admitterent; occidendos, qui ipſum ſpernerent.* Quapropter nonnulli his minis perciti conſpirarunt in epiſcopi exitium. At ille, rebus feliciter geſtis *Vſedomi*, fretus Deo et promiſſis ducis emiſit ſocios, ut alibi etiam doctrinam hanc profiterentur. Qui ex his *Wolgaſtum* uenerunt, inſidiarum metu occulte habiti, donec epiſcopus audito tumultu molliuit animos, iuuante duce, et latitantes liberauit, eosque *circumſpecte agere* iuſſit *in exſtirpandis idolis*. Poſt *Gotzgaugiam* ſeu Gützcoam diuertit et templum, quod nuper exſtructum ſeruari uolebant, fruſtra demoliri conatus eſt. Victa uero animorum duritie, ipſi hoc deſtruxerunt, in cuius locum noua baſilica erigebatur. Qua dedicata principem ciuitatis *Mizlaum* urgebat acriter, *ut, quod deceret chriſtianum, omnem crudelitatem aliaque uitia exueret et captiuos ex uinculis dimitteret.* Ille diu reluctatus tandem epiſcopi aliorumque chriſticolarum precibus ceſſit. Territa fuit hoc tempore *Pomerania* minis *Poloniae* ducis, quod obſequium ipſi non praeſtitiſſent. Intactam uero reliquit deprecante epiſcopo; qui honorifice quoque dimiſit legatos marchionis *Adelberti* de Saxonia *Gotzgaugiam* ingreſſos, ut cognoſcerent ipſius diligentiam et ſucceſſus. Supererat inſula *Vennia*, barbara hactenus atque ferox. Et hanc adire conſtituit epiſcopus, doctrinae propagandae cupidiſſimus, neglectis, quae offendebantur, periculis. Vento tamen contrario cum aſperagente depugnare prohibitus fuit. *Stetinum* itaque reuerſurus, ſolus cum puero iter aggredi uoluit, niſi reuocatus eſſet ab iis, qui quaeſito diligentiſſime ſtudium ſuum in proximam diem pollicebantur, uectus cum illis naue ad urbem, diuerſos animorum motus deprehendit, his, qui perſtiterant, laetis, turbatis qui defecerant. Flamines maxime, quibus *aurum et caeca mentis rabies ſaepe multa ſuaſerat perperam*, plebem concitauerunt. Epiſcopus uero, qui martyrii gloriam appetebat, minas atrociſſimas poſthabuit, et adiutus a nobili uiro *Witſaco*, quem, uti referebat ille, *in ſomno apparens ſuſis DEVM precibus carcere liberauerat*, in forum progreſſus ſermonem habuit ad populum, qui nullo clamore furioſorum ſacerdotum interrumpi potuit. Vnus ex his acerrime ſaeuiit et baculo, cambucca uocatur, in ſanctiſſimum doctorem, uano licet ictu, uibrato commouit populum, ut incumberent omnes manumque contra illum leuarent. At miſeri caelitus terrefacti, ſubito corriguerunt. Vnde conſilium in arena captando, deos ipſorum illuſit et ueri numinis extulit clementiam, pro hoſtibus etiam precatus, *ut loco, quo immobiles haerebant, ſalui diſcederent.* Inde ad aedem *Adelberti* exſtructum idolo altare, quo turpi et plus quam *Cretenſi* colluſione *utrumque Deum, et chriſtianorum uerum et ſuum ſeu fictum* ſuaſu flaminis ſui colebant, diruit. Quo uiſo accurrerunt pueruli more gratulantium, et uiri prudentiores momentis rerum, quae gerebantur, *perpenſis, ſuperſtitionem abiiciendam eſſe* decreuerunt. Quam ob rem non modo gauiſus eſt epiſcopus, ſed et mirando Deus opere ſuam manifeſtauit gratiam, quando piſcis ingentis magnitudinis, rumbonam uocabant, qui circa portum et naues ſaepius ſe extulit, manibus humanis, menſe Auguſto, eiectus fuit. Nondum tamen omnium animis exceſſerant furiae, quos *ueſania ex longo collecta* fatigabat. Dum arborem excidere conatur ſuperſtitione uitiatam, agri poſſeſſor ſecuri fidiſſet caput praeſulis, niſi retro cedens eluſiſſet ictum. Crudelitatis poenas iſte luit, et uix uitam interceſſione ipſius ſeruauit populo, uindictam exercente. Deinceps bene conſtitutis et, quod flagitauerant, reconciliato ciuibus principe, ad alios properauit.

Iulinum contendenti flamines iterum abigendi fuerunt, iam callide obſidentes. Defenderunt epiſcopum Stetinenſes, et ſax illius latrocinii noctu paralyſi miſerrime periit, fruſtra agnito, *quod poenas facuitiae exigeret numen.* Alius rabie correptus alligabatur arbori a deludentibus, qui eum ſe commoueret acrius, intercluſo ſpiritu cum dolore extinctus fuit. *Iulinum* ingreſſus epiſcopus, quos poenituit perfidiae, facile correxit, reliquos etiam, qui adhuc erroribus corrupti, uerbo et aqua abluit. Poſthac miraculis quoque inclaruiſſe perhibetur. Caecae mulieri uiſum reddidit, iuſſae, *ut campana ſacpius tracta Adalbertum inuocaret.* Qua occaſione monuit ciues, *ne oblitiſcerentur, quod ille ſuis precibus ſaeua incendia ab aede ſibi dicata auertiſſet, quando reliquae domus combuſtae fuerunt, nec deinceps uel Iulium uel Iulii haſtam colerent.* Militis filium lunaticum *ad reliquias, quas attulerat, ſanctorum* dimiſſum ſanitati reſtituit. Ita et alius miles a phrenefi liberatus dicitur, cum eo loco procubuit, ubi Adelbertus orare conſueuerat. Bocelis uero presbyteri precibus exuſta ſeges eſt, quam ruſtici metebant die *Laurentii*, ſpretis eius obteſtationibus. Rurſus profanata die, qua *aſſumptam* credunt *beatiſſimam uirginem*, ruſticus ſubita morte in ſulcos decidit, uxor uero falcem et ſegetes de manu excutere non potuit, antequam deprecatione expiata fuit. Interea *Rutheni*, qui et *Rugiani* atque *Rani* dicuntur, uetus diſſoluerunt foedus, nec Pomeranos agnouerunt ſocios, *qui Deos communes abiecerant.* Otto uero religionis uinculo eos iungere conabatur. Et quia audierat, *Danorum* proceres hanc inſulam ſibi uicinam archiepiſcopo ſuo deſtinaſſe, adire eam noluit, niſi ueniam ab illo impetraret mittendae falcis. IVVANVS presbyter cum aliis hoc nuntiabat, a quo et litterae et munera offerebantur. Ille aduentu horum laetus, *res ab Ottone geſtas* ſibi narrari uoluit. Deinde promiſit *ſe cum principe et proceribus locuturum, quorum uoluntate nondum explorata, nihil reſpondere poſſet.* Redierunt legati et retulerunt praeter litteras dona quoque et in his *butyrum.* Rutheni uero praelio, quod coeperant, victi et in fugam precibus *Ottonis* coniecti ſunt, idola tamen excidi non potuerunt; nec diutius hic commorari potuit epiſcopus, qui *Bambergam* reuocatus fuit. Ita coactus mutare locum, *quae ex re plantatae eccleſiae cenſuit*, fideliter inculcauit. Dehinc in *Poloniam* regreſſus, principi *omnem rem eiusdem conſilio ſuſceptam* enarrauit, et celeri curſu *Bambergam* iuit. Vitae extrema ſcire deſiderans, memoria repetit ante acta. Idem quippe ille manſit, nec amicorum animus erga ipſum mutatus fuit. *Polonus*, dum fata utrumque ſupereſſe uoluerunt, familiariter cum eo uixit, quomodo et alii permulti magni nominis uiri donis, et litteris eum fama factorum inclareſcentem honorauerunt. Oblata munera nec auare condidit, nec turpiter conſumpſit, in pauperes omnia ſunt erogata. Veſtem auro intertextam leproſo induit, arbitratus, *cuſtodiri eam melius non poſſe.* *Sagittas* a fabro donatas abbati *Hermanno* miſit *mutandas in clauos*, quibus tectum templi compingeretur. Pomeranorum quoque non oblitus, oeconomum ad eos ablegauit, ueſtes et pannos exhibiturum. Et cum exploratam haberet fidem regis *Hungariae*, quem oculis patruus *Colomannus*, non animo priuauerat, eum ſibi denuo deuincire ſtuduit, per epiſcopum *Rudolphum*: nec abnuit ille; quin potius laudibus Ottonis auide perceptis, ſplendida ei transmiſit munera, quae, ubi legatus honeſtiſſime ibi habitus attulit, a praeſule conſecrata ſunt *S. Michaeli Bambergae protectori* in ſtatuam archangeli conuerſa. Hic ille *Bela*, qui pietate prae aliis in Hungaria fulſit, cuiusque filia *Sophia* maluit inter uirgines monaſterii *Admuntenſis* uitam exigere caelibem, quem defuncto *Henrico Conradi* Germanorum regis filio, cui deſpondebatur ante annos nubiles, alii nubere, licet *Giſo* frater niteretur ſedulo, ut eam ui ſubductam ex coenobio uiro principi in matrimonium traderet. Sed iam uitae finis imminebat Ottoni. Cum monaſterium S. Michaelis die *Egidii* dedicare conſtituerat, morbo correptus fuit. Precibus tamen eccleſiae ardentiſſimis reualuit nocturnoque excitatus monito, *in domum domini laetantes ibimus*, die encaeniis dicta ſacrum peregit. Poſt exhauſtis uiribus et corpore fatigato, animum intendit curandis pauperibus, peregrinis, orphanis, uiduis, clericis atque monachis. Abbates etiam atque praeſules uigilare iuſſit, commendatis ipſorum fidei coenobiis atque xenodochiis. Deinceps ad Deum unice conuerſus, edita *fidei confeſſione* et accepto *corporis ſaluifici uiatico*, *inter pſalmos* et *ſuſpiria* adſtantium placidiſſime exſpirauit, ſlente uniuerſa ciuitate et clero, quem ſolatiis et praeſidio ſtabiliuerat. Fama peruolante ad uicinos, confluxerunt omnibus ex locis amici, marchiones, principes, nobiles, ut ei, quem uiuum amaſſent, mortuo iuſta perſoluerent. Inter illos *Imbrico*, Herbipolitanus epiſcopus, uir pius atque facundus *oratione funebri* laudes Ottonis recitauit, eiusque pietatem,

tem, ſtudia, liberalitatem, orandi ardo-
rem atque merita debitis encomiis prae-
dicauit et plorantium, quorum ingens
erat numerus, abſterſit lacrymas, poſt-
quam corpus eius triduo per eccleſias
geſtatum et ſacrificiis Deo commenda-
tum fuerat. Hac pompa finita, in tem-
A plo *S. Michaëlis* exuuiae, quas nobiliſſi-
mi uiri certatim portauerant, terrae
traditae ſunt anno MCXXXIX. tertio
nonas Iulii. Ita uixit, ita mortuus eſt
OTTO, Bambergenſis epiſcopus, Po-
meranorum apoſtolus.

Ne quid Iaſchio, quem Gretſerianis inſeruimus, deſit, en quoque inſcriptionem et dedicationem libro eius praemiſſam, cum inſtituta ab illo cum Gretſerianis collatione.

ANDREAE abbatis Bambergenſis

DE VITA S. OTTONIS,

Babenbergenſis eccleſiae epiſcopi ac Pomeranorum
gentis apoſtoli,

LIBRI QVATVOR

nunc primum ex membranis,
Benedicto ſanctae Camminenſis eccleſiae pontifici inſcriptis editi,
Cum libris quatuor *Andreae Gretſeriani* aliisque *comitis cuiusdam S. Ottonis*, quem *Sifriedum* eſſe putant, qui in *compendium* etiam redacti exhibentur, collati, a corruptelis uindicati, et appendice trium diplomatum MSCCC. ac quarundam obſeruationum, a
VALERIO IASCHIO Pomerano, SS. Theol. Licentiato.

Sereniſſimo atque potentiſſimo principi atque domino,
DOMINO FRIDERICO GVILIELMO,
S. R. Imperii principi, archi-camerario et electori, Marchioni Brandenburgico, ſupremo Boruſſiae principi, Magdeburgi, Iuliae, Cliuiae, Montium, Sedini, Pomeraniae, Caſſubiorum, Vandalorum, in Sileſia, Croſnae et Carnouiae duci, burggrauio Noribergenſi, Halberſtadii, Mindae et Camini principi, Marcae et Rauensbergae comiti, Rauenſteinii, Leoburgi et Butouii domino,
heroi pio, magnanimo, felici,
Domino meo et euergetae clementiſſimo.

Vt et per-reuerendis, generoſiſſimis, excellentiſſimis, prae-nobilibus atque amplisſimis,
ORDINIBVS atque STATIBVS POMERANIAE ELECTORALIS,
DNNNN. PRAELATIS, EQVITIBVS atque
CIVITATVM PRAEFECTIS,
Dominis et fauitoribus meis omni honore atque ſtudio deuenerandis
ſalutem a IESV, obſequia atque ſtudia.

SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR, DVX et PATER POMERANIAE DESIDERATISSIME, Domine clementiſſime,
Vosque *ORDINES atque STATVS POMERANIAE ELECTORALIS,*
Reuerendiſſimi, generoſiſſimi, excellentiſſimi, prae-nobiles atque ampliſſimi, domini et fauitores aeſtumatiſſimi.

QVos benigniſſimum *NVMEN* eiusque ſeruus fidiſſimus OTTO, Pomeranorum apoſtolus, pulchre coniunxit, eos, ſi una colerem et uenerarer oratione, mihi uitio id uerti non poſſe autumaui; quos ſi diuiderem, iniquus eſſem et parum memor debiti obſequii et honoris, imo impius in Ottonem, ſi ſoluerem, quam ille conſtrinxit, copulam. Dux Pomeraniae fuit, qui illum admiſit et laudauit; ordines uero eundem et audiuerunt, et monitis ſanctiſſimis paruerunt, admiſſis pietatis praeconibus et eiectis idolis uanidicisque iſtorum myſtis. O beatum conſortium, o feliciſſimam coniunctionem! Non euertitur corpus, quando ſingula in eo membra ſpiritum hauriunt a capite, et ab eo rigantur, fouentur, reguntur; nec caput rurſus deficiet ſuoque uigore deſtituetur,

ſi uentriculus, cor et pulmo cibum digerunt, ſanguinem uitamque generant et rite diſtribuunt. Feliciter et amplius reſpublica, cui praeeſt ſapientiſſimus *Salomon*, piiſſimus *Hiskias* et fortiſſimus *Ioſua*; nec minus beatus erit princeps, ſi populus populique ſeniores acclamauerint, *en iube, obſequimur, moriatur ille, qui non paruerit. I prae, ueſtigia legemus. Eſto forti animo et intrepidus. Quo miſeris, ibimus, ſi ſtemus, pedem non mouebimus, quia Deus nobis dux et ſtator.* Ioſuae cap. I. uers. 16. 17. 18. Talem principem olim maiores noſtri habuerunt, quando *Wortizlaus* clauum tenebat Pomeraniae, qui et DEVM ueritus eſt, et populi non neglexit commoda. De eo *Andreas* noſter *Wortizlaus occurrit Ottoni honorifice, illum ut Angelum domini excipiens:* ad exemplum principis compoſitus fuit populus, cuius imaginem referunt *Iulinenſes*, quando his uerbis ſuum teſtantur obſequium *Pater honorande, antiquam patrum et maiorum noſtrorum legem ſine conſenſu primotum, quos in hac Stetinenſi noſtra metropoli reuereмur, infringere non praeſumpſimus, ſed poſtquam Deus tuus principes noſtros ſibi per te ſubegit, nos quoque, omni remota contradictione monitis tuis obtemperare et doctrinam ſalutis excipere parati ſumus.* Nos, qui in hac ultima ſeruati ſumus tempora, elapſo iam ſexcentum annorum ſpatio, de tua ſerenitate ſereniſſimoque in Deum et populum ſtudio, *POTENTISSIME ELECTOR* idem confitemur, quod Andreas de Wortizlao; tua quippe pietas adeo illuſtris, ut nemo ſit qui ignoret, tua protectione adhuc dum CHRISTVM a Pomeranis coli et poſteritati commendari; atque in eo promptiſſimos ſe praebere *per-reuerendos, generoſiſſimos, excellentiſſimos, praenobiles atque ampliſſimos ORDINES*, eum uniuerſo populo, gaudemus toto pectore et praedicamus, enixe Deum optimum maximum implorantes, ut perſtet cariſſima patria in hoc CHRISTI cultu, quo ſolo ad ſuperos itur. Accipe itaque *POTENTISSIME ELECTOR, DVX POMERANIAE SERENISSIME, PRINCEPS ET DOMINE CLEMENTISSIME*, OTTONEM, accipite eundem *per-reuerendi, generoſiſſimi, excellentiſſimi, praenobiles atque ampliſſimi Pomeraniae ORDINES, domini deuenerandi*, et ſuaui complexu illum in gremio ſouete. Antiqui mores et doctrina lactant animum; nulla apud nos doctrina pietatis antiquior, nulli ritus in eccleſia uetuſtiores, quam quos ille attulit. Fateor errores quandoque ueritati miſtos a bono praeſule; at illi temporis magis illius naeui fuerunt, quam Ottonis. Et forte nonnulla monachus Andreas ex ſuo addidit ingenio, quae Otto noſter nec agnouit, nec agnouiſſet, meliora doctus. Ferenda iſta magis et excuſanda in epiſcopo, non ex malitia, ſed inſcitia errante, quam exaggeranda, cum maiori ſtudio ueritatem, quam errores diſſeminare conatus fuerit. Recte ille docuit *de DEO, de SS. Trinitate, de Chriſto eiusque meritis*; recte docuit *de baptiſmo, de euchariſtia*, quam corpus et ſanguinem domini eſſe confeſſus eſt, nec calicem ſuſtulit; recte *de coniugio* docuit, *de poenitentia, de clauibus caeli, de pietate exercenda, de mortuorum reſurrectione et uita aeterna.* Imo praecipue *catechismo* formauit tenellos animos, atque ita *decalogum, ſymbolum et orationem dominicam* iis inculcauit, omni adhibito labore, ut ſuperſtitio cradicaretur et publice priuatimque diebus dominicis, feſtis et profeſtis *uerus, unus et trinus Deus* colereturſ. Haec ſunt inſignia pietatis ipſius ſpecimina, quae in omnibus amorem erga tantum uirum accendere debent, ut taecam *immenſos eius labores, uigilias, preces, frugalitatem, caſtitatem, docendi ardorem, liberalitatem, modeſtiam et humilitatem aliasque inſignes uirtutes*, quibus multis aliis epiſcopis et pontificibus praeripuit palmam. Ego ſane tanti hunc uirum beatiſſimum aeſtimaui, ut non ſolum inquirerem, ubi lateret *hiſtoria* de ipſo conſcripta, ſed etiam ex *membranis* hactenus *ineditis* deſcribi eandem curarem, eum aliis impreſſis libellis illam conferrem et, quae ad illuſtrandam illam facere poſſent, adiicerem. Non leuis ille labor fuit, nec unius diei onus; qui plura, ſi per obſtacula licuiſſet, addidiſſem, quae nunc commodiori ſeruantur tempori, ubi liberalem nactus fuero typographum, uel aliorum munificentia opem tulerit; merentur enim *ſtatuta* ueterum *conciliorum* in patria habitorum aliaque *diplomata de ſtatu eccleſiarum ac iure patronatus*, ut in lucem proferantur. Lubens inſuper tuli moleſtias, quas prelum fecit et ſingularis monachorum ſcribendi ratio, qui quandoque ita contrahunt uoces, ita coniungunt, ut opus ſit Oedipo et diligenti relectore. Atque ea omnia ſuſtinui amore patriae, quamuis eam non admodum gratam ubique ſenſerim, quod tamen non tam illi imputo, quam iſtis, qui dum nos nulla noſtra culpa premunt, ſuum proderunt in eam odium et inuidiam, et in nobis excitant ſeruorem precandi, ut uel conuertat eos Deus, uel euertat, ſi mereantur. Imo etiam obſequio, quo *SERENITATEM TVAM, POTENTISSIME ELECTOR*, humillime uenetor, et affectu ſtudioque, quo uos *ORDINES excellentiſſimi* proſequor ſanctiſſime, compulſus fui, ut nihil graue putarem, ſi TVAE tantum SERENITATI, VESTRISQVE PER-REVERENDISSIMI GENEROSISSIMI ET AMPLISSIMI, ORDINES EXCELLENTIIS gratiſſimam gratamque praeſtarem operam. Excipe itaque

OPTI-

OPTIME PRINCEPS, munuſculum quod offero, accipite, PER-REVERENDA, EXCELLENTISSIMA, GENEROSISSIMA, PRAENOBILIA atque AMPLISSIMA corcula, donum quod exhibeo, cum et uos impenſas pollicendo animum meum in edendo confirmaueritis. Si tantum meruero, ut ueluti Ottonem in brachiis geſtaſtis, ita, O SERENISSIME, Tua clementia, uos uero, O SPLENDIDISSIMI ORDINES, me ueſtro fauore non indignum cenſeatis, plus non exigam, nec unquam uel me, uel familiam Iaſchianam, quae et in Marchia, et Boruſſia celebris, et iam ante trecentos annos in Pomerania non obſcura fuit, ingratam et Tuae clementiae SERENISSIME ELECTOR, ueſtrorumque beneficiorum ORDINES HONORANDI immemorem hic et extra patriam in *ducatu Würtenbergico* ſentietis. DEVS praeſit T. SERENITATI, CLEMENTISSIME ELECTOR, Tuamque DOMVM FVLGIDISSIMAM, quae uelut ſol inter alia ſidera ſuos in latiſſimo terrarum orbe ſpargit radios, ſeruet, fulciat, ſtatuminet, et uobis, O ORDINES DECORATISSIMI, adſit ſuo benignitatis influxu, ut diu ſtetis incolumes. Saluo capite membra non areſcent, nec uigore ſuo deſtituentur. Stantibus fulcris domus non labat, nec peſſum datur;

TVtus bos etiam rura perambulat
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas:
Pacatum uolitant per mare nauitae,
Culpari metuit fides.
Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos et lex maculoſum edomuit neſas:
Laudantur ſimili prole puerperae,
Culpam poena premit comes.
Condit quisque diem collibus in ſuis,
Et uitem uiduas ducit ad arbores:
Hinc ad uina redit laetus et alteris
Vos menſis adhibet Deum.
Ergo cum Venuſino Poeta iterum canimus ſ. 4. ad. 5.
Longas o utinam, dux bone, ferias
Praeſtes nunc patriae, dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uuidi
Cum ſol oceano ſubeſt.
Et uos o utinam conſilio, Ordines,
Firmetis patriam dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uuidi,
Cum ſol oceano ſubeſt.

Denique uigeat, uireat, floreat doctrina OTTONIS noſtri, qua pura, qua ſancta, ipſiusque pietas nobis praeluceat, ut eamus, non qua itur, ſed qua eundum, ad immortalitatis palatia, noſtraque poſteritas pietate hac gaudeat indefinenter! Id eſt quod in uotis et deſideriis quotidie habet et genibus, pro T. SERENITATIS uita, fama et gloria, proque ueſtra; O ORDINES SACRATISSIMI, incolumitate rerumque gerendarum proſperrimo ſucceſſu, flexis, impetrare a DEO conatur

T. SERENITATI
POTENTISSIME ELECTOR
CLEMENTISSIME DOMINE

Colbergae XI. April. quae *Joſiae* ſacra M. DC. LXXXI. ſubiectiſſimus,

VV. PER-REV. GENEROSISS. PRAENOBIL. et AMPLISS. EXCELLENTIIS et DIGNITATIBVS

deditiſſimus
L. VALERIVS IASCHIVS,
Conſiſt. Elect. in Pom. Aſſeſſor, Eccleſiaſtes Marianus et Rector Colleg. Schol. Colbergenſis.

COLLA-

COLLATIO HISTORIAE ANDREAE GRETSERIANI ET IASCHIANI.

LIBRI I. CAPVT I. ita incipit: *Igitur ex prouincia.* Multa hic desunt, quae leges in nostro Andrea l. I. cap. I. quem defectum miror Gretserum non aduertisse. Quaecunque uero hic cap. I. recenset, illa recitantur a nostro cap. 2. lib. 1. pag. 402. seq. paucis mutatis, Vbi noster habet, *Alamannorum*, Gretserianus Andreas habet *Alemanorum*, pro *beatus* ille habet *beatissimus*, pro *oriundus fuit*, haec addit, *ex Sueuia duxit originem: nam summis principibus pares erant, sed opibus impares, patre etc.* pro *Polizlao, Bolezlao*, pro *in regione illa, in illa regione.*

CAPVT II. *Saepius autem.* Hoc est caput III. in nostro. Quae ibi praemittuntur, *cuius legationis*, ea connectit Gretserianus Andreas capiti suo primo. Pro *Wiertzburgense* habet ille *Wurtzburgense*, pro *totus misericordiae, totis misericordiae.* Pro *quasi primitias, et quasi primitias.*

Caput III. *Post obitum.* Hoc est in nostro caput IV. pro *post obitum igitur*, legitur hic *post obitum ergo.* pro *Heinrici, Henrici.* Pro *Et ille solita grauitate ac industria fideli deuotione, At ille solita grauitate et industria fideli grauitate.* Pro *Heinricus, Henricus*, pro *et ad neptem, etiam ad neptem*, pro *oportununi, opportunum*, pro *et non sine lacrymis, non sine lacrymis.* Pro *Odalricus, Vdalricus*, pro *accepisse ferebat, accepisse ferebatur* plane inepte. Pro *Wiertzenburgensis, Wurtzenburgensis*; pro *quam et a uenerabili, quam a uenerabili.*

CAPVT IV. *Eo tempore.* Hoc est in nostro caput V. pro *unde Augustus*, Gretser legit. *unde his angustiis*, pro *nomen grande uirorum magnarum, qui sunt in terra*, habet Gretser. *nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra, ex 2. Reg. 7.*, Pro *uerba mea haec impleta.* Gretser omittit *haec*, pro *gratiam hominis* Gretser addit, *gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. ex Eccles. 29.*

CAPVT V. *Sed ut ad id.* Hoc est in nostro caput VI. pro *Ottonis agnita*, habet Gretser *Ottonis cognita.* Pro *psallere posset, spallere posset.* Pro *Psalmodiae, Spalmodiae*, quam scripturam *usu* defendit Gretserus pag. 380. in *notis*, quo uocabula saepe corrumpantur. Quod ut non negem, ita hic tamen a MSC. meo recedendum non est, quod habet psallere et psalmodia. Pro *quotiens a negotiis* Gretser. *quoties a negotiis*, pro *cartas a quibuslibet, chartas a quibuslibet.* Pro *psalmos, spalmos*, pro *psalterium, spalterium*, pro *psalterium exquirebat, spalterium exquirebat*, pro *Ecquis ait, Et quis ait*, pro *monimenta, monumenta*, pro *psalterium, spalterium*, pro *oportunitatem, opportunitatem.*

CAPVT VI. *Hoc siquidem tempore*, et VII. *interim*, et IIX. *Imperator.* Haec tria capita uno capite VIII. in nostro comprehenduntur. Pro *Eo tempore siquidem* Gretser. habet, *Hoc siquidem tempore*, pro *Calixto, Callisto*, pro *Babenbergensis, Babebergensis* et sic deinceps quoque scribitur omisso n. quod tamen in MSC. meo constanter legitur. Pro *temptabant, tentabant.* At ita tunc scribebant, ut postea docebitur in indice, pro *uenundare, uenumdare*, pro *Premensis, Praemensis* et sic deinceps. Pro *quod nobilem illum, qui nobilem illum*, pro *prouidisse nuntiat, praeuidisse nuntiat*, pro *utque capitanei, atque ut capitanei*, pro *Adelbertusque decanus, Adelbertus quoque*, pro *condicto occurrunt, condicto occurrerunt*, pro *solemni processione, solenni processione*, pro *suae sedis, sedis suae*, pro *patentes datur, patenter datur*, pro *destinauit praesulem praedestinauit praesulem*, pro *adscitis coram, accitis coram.* Pro *temptarent, tentarent*, pro *eum sedulitate commendant, cum sedulitate eum commendans*, pro *Domino dignus, Deo dignus*, pro *desiderant suscipite, desiderant suscipite*, pro *Borincherus, Beringerus.* Pro *semper laeua, laeua semper*, pro *unde sit, ait, quaeris? si unde sit, ait, quaeris?* pro *tangat pupillam, tanget pupillam*, pro *deponere temptauerit, deponere tentauerit*, pro *concrepabat, concrepabant*, pro *cari Caesaris, chari Caesaris*, pro *carissimo Iesu, charissimo Iesu*, pro *debiti sedulitate, debita sedulitate*, pro *ciuitate Babenbergk, ciuitati Babebergensi*, pro *tunc hyemps, tunc hiems*, pro *ac stupori, atque stupori*, pro *kathedram suam, cathedram suam*, pro *et solemni, et solenni.* pro *deducentes, deducendum.* pro *kathedra sua, cathedra sua*, pro *Thuringia, Turingia*, pro *annos morabatur, annos iam morabatur.* Pro *plurimi episcoporum, plurimi quoque episcoporum*, pro *multati fuerunt, multati fuerant.* Pro *Heinrico, Henrico*, pro *esset oblata, esset obligata.*

CAPVT IX. *Domino apostolico.* Est hoc pars prima capitis IX. in nostro. Legitur uero pro *domino apostolico, domno apostolico.* Pro *diuina gratia, Dei gratia.* Pro *suae nauim, suae nauem*, pro *obuoluti, aduoluti.* Pro *tibi debite,*

tibi

tibi debitam. Pro *gratiam assequendi, gratiam consequendi.*

CAPVT X. *His ergo literis.* Est hoc capitis noni in nostro pars secunda. pro *reuerenter susceptis* Gretserus habet *reuerenter acceptis*, pro *iocundus, iucundus.* pro *omnidicas domino, immodicas Deo.* pro *aliquantulae Simoniacae, aliquantulae Simonicae.* pro *pridie abreiecerat, pridie abiecerat*, pro *Aprogasarium, Apocrisiarium.* pro *tertia Idus, tertio Idus.* pro *Gangolfi, Gangulfi.* pro *solenniter, solenniter.*

CAPVT XI. *Paschalis.* Hoc est capitis noni pars tertia in nostro. pro *caritatis, charitatis* et sic deinceps. pro *et gaudium uel corona, aut gaudium aut corona.* pro *honorem debitum, hoc nomine debitum.* pro *impertiri, impartiri.* pro *solemnia, solennia.* pro *natiuitate, natiuitatis.* pro *solemnitate, solennitate.* pro *per omnia uenditare, per omnia uindicare.* pro *iuxta uirtutem, iuxta ueritatem.* pro *supra uirtutem, super ueritatem*, pro *aliena damna propria, aliena propria.* pro *Ergo frater, Ergo frater.* pro *Sanctae Romanae, Romanae.* pro *litteras, literas.*

CAPVT XII. *Paschalis episcopus.* Hoc est pars quarta capitis noni in nostro. pro *Paschalis seruus* legitur in Gretseriano, *Paschalis episcopus, seruus*, pro *litteris praesentibus, literis praesentibus.* pro *euidentius aperuit, euidentius apparuit.* pro *pastor litteras, pastor literas.* et sic deinceps pro *antea gratum, ante gratum.*

CAPXT XIII. *Paschalis episcopus.* Hoc est pars quiuta capitis noni in nostro pro *Hunc ergo*, legitur in Gretseriano, *Nunc ergo*, pro *eum disciplina, disciplinae eum.*

CAPVT XIV. *Otto Dei.* Hoc est pars sexta capitis noni in nostro pro *Otto gratia Dei*, legitur in Gretseriano *Otto Dei gratia.* pro *ceterisque, caeterisque.* pro *caritatem uestram, charitatem uestram.* et ita deinceps charitas cum h scribitur. prb *sinceriſſime gratulemini, synceriſſime congratulemini.* pro *litteris istis, literis istis.* pro *solemnis est, solennis est.* pro *ceteris uero, caeteris uero.* pro *memores esse debemus et ut uos memores esse uelitis*, tantum in Gretſ. legitur, *semper memores esse uelitis.* pro *redierint, redierunt.* pro *sine quo nil assurgimus, sine quo nihil possumus*, pro *solemni, solenni.* pro *ab apostolico, honorifice prouectus, ab apostolico pronectus.*

CAPVT XV. *Post haec imperator.* Hoc est pars septima capitis noni in nostro. legitur uero pro *Heinricus Henricus*, pro *et sapientia, granitate, et sapientiae grauitate.* pro *Babenbergk ingreditur, Bambergam ingreditur.* pro *nuſſus excipitur, missus exciperetur.* pro *solicitus, sollicitus.* Ad uerba *uel restauraret amissa*, haec adiiciuntur in Gretseriana editione: *Cum itaque ad dilatandam Christi gloriam tota eius flagraret intentio, quaedam coenobia a fundamentis construxit, quaedam uero prius tenuiter inchoata, sed per eum ecclesiae Babergensi digno pretio acquisita largo sumptu perfecit.* Caetera uero, quae noster Andreas habet capite X. et seqq. usque ad caput XX. incusiue, ea omnia omittuntur ab Andrea Gretseriano, in quibus praeter alia refertur, quomodo monachorum auaritia a quibusdam notata fuerit, et quomodo hic noster episcopus ipse populum docuerit uerbumque diuinum praedicauerit, nec aliorum uicaria opera usus fuerit. Num ipse Andreas haec transfilierit, an Gretserus neglexerit, de eo nil certi affirmare possum. Dicent hoc illi, qui MSC. Gretserianum inspicient.

CAPVT XVI. *Et primitiae.* Cap. XVII. *Porro* Cap. XIIX. *In episcopatu.* Cap. XIX. *In episcopatu Eistetensi*, Cap. XX. *In episcopatu Patauiensi.* Cap. XXI. *Et in patriarchatu.* Cap. XXII. *Quinque insuper.* Haec septem capita comprehenduntur uno capite XXI. in nostro. legitur uero pro *Siluas et agros, syluas et agros.* pro *et sustidiosus*, pro *Michelhselt, Michelselt* et sic deinceps, pro *Laucheim, Lankheim* et sic deinde, pro *et ordine, de ordine*, pro *Entistorf, Entstorff*, pro *Prouenningen, Pruueningen*, et in margine, *Pruſſing*, pro *Leopoldo, Dietpoldo* pro *Madelhartsdorf, Madelhardesdorf*, et in margine *Mallerstorf*, pro *perpetuae uirginis, semper uirginis*, pro *in honore sancti, in honorem sancti*, pro *undecima est ei, undecima ei est*, pro *Regenstorf, Regensdorf*, pro *Intenburc, Vicenburg.* pro *Eichstetensi, Eistetensi.* pro *Ialespruune, Halesbrune, et in margine* Heilsbrun, pro *Alirspach, Alrspach*, et in margine Allerspach. *Anisum*, in margine Ens. pro *Lupoldo, Lupoldo*, pro *in cuius promotione, in cuius promotionem.* pro *quintum decimum, decimum quintum.* pro *opera eius, opera illius.* pro *dicitur Anspach, dicitur Aspach*, pro *sollerti cura, solerti cura.* pro *Tertia est Rocha, Tertia est Rotha.* et in margine *Roth.* pro *Norpertinorum, Nortpertinorum*, pro *foecunditas, fecunditas.* pro *Rocha enim, Rocha enim, Rotha enim*, et sic deinceps, pro *bona ducentis, bona emit ducentis*, pro *Gotboldus comes, Hothboldus comes.* pro *Tuckelhusen, Tuckelnhausen*, et in margine Tuckelnhusen, pro *Babenbergensi ecclesiae, Bumbergensi eccleſiae.* pro *iure firmarent, iure firmauerit.* pro *nunc sufficant, sibi sufficiant.* pro *uiginti unum cellarum et monasteriorum summa perfecit, uiginti una cellarum et monasteriorum summa perficitur.*

CAPVT XXIII, *Sed quare.* Hoc est in nostro Caput XXII. Legitur uero in Gretf. pro *Tiemo. Non tu primus, Thimo. Non tu primo*, pro *et quia hunc, sed quia hunc.* pro *sententiam dico, dico sententiam.* pro *super ipsius opera, super eius opera.* pro *Tiemo parabolam, Thimo parabolam* et ita deinceps *Thimo.* pro *Tiemo* legitur. pro *esse oportuna. esse opportuna.* pro *si spoliati, experientur, si spoliati, caesi atque plagati fuerint, et ita semiuiui relicti, certe uel inuiti experientur.* pro *fugere ac saluari, fugere et saluari.* pro *et coenobia multiplicari, et coenobia multiplicare.* pro *sed nubebant, et nubebant*, pro *melius in coenobiis, in coenobiis melius.* pro *obseruari possunt, obseruari potest.* pro *haec mihi causa, inquit, haec mihi, inquit, causa.* pro *tribuente domino, tribuente DEO*, pro *eructuantia, eructantia.* pro *in satis, in pratis, in satis et pratis.* pro *oportune collocent, opportune collocent.* pro *tales suorum operum ille, tales ille suorum operum.* pro *non dedignatus est, non est dedignatus.* pro *prouenium cottidie, prouenium quotidie.* pro *quid enim putas, quid enim putatis.* pro *fiunt cottidie, fiunt quotidie.* pro *spiritualiter, spiritaliter.* pro *de seculo, de saeculo.* pro *spiritales nequitias, spirituales nequitias.* pro *posse ascribi, posse adscribi.* pro *impensa ipsa coenobia contingit fundari, impensa contigit fundari.* pro *coenobiorum suorum structura, coenobiorum structura.*

CAPVT. XXIV. *Callistus episcopus.* Hoc est in nostro caput XXIII. Legitur uero pro *Calixtus, Callistus.* pro *ipsorum etiam, etiam ipsorum.* pro *carissime, charissime.* pro *supplicationibus inclinati, supplicationibus incitati.* pro *suscipimus, susceptimus.* pro *iuste legaliterue, iuste largiterue.* pro *sustentatione et gubernatione gubernatione et sustentatione.* pro *paginam infregerit, seu contra eam, paginam sciens contra eam.* pro *uenire temptauerit, uenire temauerit*, et sic deinceps. pro *nostri Ihesu, nostri Iesu.* pro *Seruasii, Geruasii. Tum ego ecco* etc. Haec omnia omittuntur a Gretseriano Andrea, usque ad finem capitis, in quibus noster Andreas uel Scfridus, quem loquentem ille introducit, queritur de abbatum temeritate in mutanda monachorum religione et ritibus. Num iterum consulto hoc fecerit, alii iudicabunt; sane contextus uerborum, quae sequuntur, et papae Innocentii diploma ista requirit.

CAPVT XXV. *Innocentius.* Hoc est in nostro caput XXIV. Legitur uero. pro *congruum impartiri, congruum impartire.* pro *siquidem statuentes, siquidem constituentes*, pro *ut in eisdem, ut in iisdem.* pro *Simoniacam haeresin, Simoniacam prauitatem.* pro *intra tuam dioecesin, infra tuam dioecesin.* pro *tertioue admonitus, tertioue commonitus.* pro *Dei ec domini redemptoris, Dei et redemptoris.* pro *fiat alienus, alienus fiat.* pro *neque hoc, inquit auctoritas, neque haec, inquit auctoritas.* pro *salute et fructu, fructu et salute.* pro *plerumque fieri, plerumque fieri.* pro *animae domini et patris nostri Ottonis, animae Ottonis*, pro *et Norbertini, Nortbertini*, pro *faciunt consilio, faciunt cum consilio*, pro *suisque profectibus multos, scito, suique profectus multos cito*, pro *ne forte, ni forte*, pro *Cistertiense, Cistercience.*

CAPVT XXVI. *In diebus.* Hoc est in nostro caput XXV. Legitur uero pro *Kathedralis, Cathedralis*, pro *opere gypseo, opere gipseo*, pro *speras quoque, sphaeras quoque*, pro *et turrium cruces, et cruces turrium.*

Nos ergo de meritis et miraculis eius multis et magnis non ſolum teſtimoniis, ſed et teſtibus certiores effecti; cum ſecundum prophetam, *laudandus* *Pſalm 150.* *ſit Deus in ſanctis ſuis*; de fratrum noſtrorum conſilio et pontificum multorum apud ſedem apoſtolicam exiſtentium, ipſam beatam uirginem KVNEGVNDIM catalogo ſanctorum adſcripſimus, eiusque memoriam inter ſanctos decreuimus celebrandam.

Quapropter uniuerſitatem ueſtram monemus et hortamur in domino, per apoſtolica ſcripta mandantes; quatenus, quod nos ſolenniter et caute ſtatuimus, uos humiliter; et deuote ſeruetis, ut meritis eius et precibus apud miſericordiſſimum iudicem indulgentiam conſequamur.

Collectam autem et alias orationes in commemoratione eius dicendas, edidimus, quas in hac pagina duximus ſubſcribendas. Oratio: *Omnipotens et miſericors Deus, qui a gloria tua nullum excipis ſexum, nullamque conditionem excludis, te ſuppliciter exoramus: ut, ſicut beatae* KVNEGVNDI *uirgini tuae, poſt terreni culmen imperii, coeleſtis regni ſolium conſtituiſti: ita meritis eius, et precibus, nobis quoque famulis tuis aeternae felicitatis praemia largiaris. Per dominum.* Secreta; *ſacrificium laudis tuae tibi, domine Deus noſter, offerimus, tuam clementiam implorantes, ut, per huius ſacramenti uirtutem, intercedente beata* KVNEGVNDE *uirgine tua, nos et a peccatis expediat,*

et

et a periculis tuearis. Per dominum. Complendo: *ſacramentum redemptionis humanae, quod in honore beatae* KVNEGVNDIS *obtulimus, tibi nos, domine, reddat acceptos, ut per hoc, quod et accepimus ipſi de tuo, et ſuſcepiſti de noſtro, in tui ſemper unione uiuamus: qui cum patre.* Datum Laterani, III. Nonas Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

EX IISDEM ANNALIBVS.

De S. Henrico.

ELa germen Saxonum; culmen Bauarorum; palatinorum Rheni honor; decus Germaniae; imperii gloria; eccleſiae ſingulare ornamentum. et totius orbis ſtupendum miraculum; Sacratiſſime imperator HEINRICE; te diligentes intuere; et ſac tuis meritis et precibus; ut tui cultores fieri mereantur uirtutum tuarum, pro poſſe, imitatores; quatenus ueſtigiis tuis inhaerentes, gaudeamus hic tuo ſemper patrocinio; et tandem beato in caeleſtibus tuo conſortio, amen.

De S. Kunegunde uirgine et imperatrice.

ELa mundi domina; ſed et CHRISTI ancilla; ſaeculi contemptrix, et religionis cultrix; uiro nupta, ſed uirgo immaculata; ſanctiſſima KVNEGVNDIS; te diligentes refoue; materne te inuocantes exaudi benigne; impetrando nobis peccatorum ueniam, mentis et corporis ſalutem, contemptum terrenorum, caeleſtium deſiderium; cordis et carnis caſtitatem; Dei timorem et amorem, finem felicem; et poſt hanc miſerabilem uitam, perpetuae beatitudinis gloriam, amen.

EX IISDEM ANNALIBVS.

EBERHARDVS, Bauariae dux, ſedis Babenbergenſis nonus; uel ſecundum aliam computationem, decimus epiſcopus, circa annum domini M. C. XLVI. Hic anno domini M. C. XL. VII. tertio idus Iulii, corpus S. HEINRICI imperatoris transtulit, magna adhibita ſolennitate; *Eberhardo* archiepiſcopo Salzburgenſi, et *Hermanno* epiſcopo Brixinenſi praeſentibus, ſuamque autoritatem in ea re interponentibus.

In notis ad caput XXII. uitae S. Henrici retulimus ex apographo Bambergenſi cauſſam, cur *S. Henricus* imperator claudicarit: quae narratio lacunis non caret: quam ex annalibus Bambergenſibus a Schedelio exſcriptis adſcribam, ut planius intelligatur. *Sunt etiam, qui aſſerunt, fide dignorum relatione compertum, his temporibus Henricum ſtupendo miraculo claudum effectum. Etenim aiunt fuiſſe eccleſiam in concauitate montis Gargani ſituatam; quae non ab homine aedificata, neque per hominem dedicata, ſed diuina potius operatione exſtructa, ut creditum eſt, et conſecrata fuit, ubi angelorum concentus, ſingula quaque hebdomada, ab his qui digni habiti ſunt, audiebatur. Ad quam cum urandi gratia rex ſanctus cum ſuis diuertiſſet, aduenientе hora, qua angelorum exercitus de more properandus erat; uir ſanctus meritis ſuis exigentibus, ut excluſis aliis omnibus ſoli ſibi remanendi daretur facultas. Quo deinde flexis genibus effuſisque lacrymis obnixius orante, uidit angelorum copioſam multitudinem templum ſanctum ingredientem. Equibus duo maius altare repente ſtipabant, reliqua legione in modum fulguris coruſcamis ſubſequente: E quibus unus uti primas geducebatur: hunc ego Michaëlem archangelum fuiſſe crediderim. Vidit deinde angelorum dominum in ſua maieſtate uenientem, comitante ſanctorum incredibili caterua. Demum inter pſallendum textus ſacri euangelii ab uno angelorum primum dominicae perſonae deoſculandus datus fuit. Quo facto, innuit angelo, ut imperatori quoque retro in angulo latitanti pacis oſculum praeberet. Vir autem ſanctus ad tam inſolitam diuinae maieſtatis et gloriae uiſionem conterritus, ſuſpicere non audebat, angelus hoc uidens, femur Henrici leuiter tangens, ait; ne timeas electe Dei, uelociter ſurge, atque hoc ſignum pacis diuinitus tibi transmiſſum ſuſcipe. Ex ea autem hora femur ſancti regis, contactu angeli, ita marcere coepit, ut poſt hoc nunquam clandicare deſierit, tametſi imprimis rectus incedere conſueuerit. Simile beato Iacobo antiquo tempore accidiſſe, ſacrisſcripturis traditur. Aiunt praeterea, huius miraculi teſtimonio imaginem ſancti regis, ante fores cathedralis monaſterii, poſitam eſſe lapillo finiſtro pedi in ſignum claudicationis ſuppoſito, quod adhuc exeuntibus ad dextram patet.*

IN

IN HISTORIAM SEQVENTEM DE VITA ET REBVS GESTIS HENRICI IMPERATORIS.

Accepimus eam Vienna *ab antiquitatis ſtudioſiſſimo indagatore, domino SEBASTIANO TENGNAGEL. Ad marginem codex hunc titulum praeferebat.* Vira Henrici primi imperatoris ab Adelboldo epiſcopo Traiectenſi, ut creditur, conſcripta. *Vbi uoculae*, ut creditur, *ſcrupulum iniicunt, num haec ſit illa ipſa uita, cuius* Adelbodus, *ſeu* Adelboldus *auctor fuit; quem tamen res geſtas S. Henrici literis conſignaſſe, teſtificatione Sigeberti, in catalogo uirorum illuſtrium, et Trithemii in ſimili opere, illuſtrium uirorum per Germaniam, certum exploratumque habetur. Audi Trithemii uerba.*

Adelboldus epiſcopus Traiectenſis, ex monacho ordinis diui patris Benedicti, etc. uir in diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus, atque in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, uita et conuerſatione praecipuus, et ob eas uirtutes in curia S. Henrici imperatoris magno in precio habitus. Scripſit nonnulla haud contemnendae lectionis opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificauit. E quibus exſtat uita et geſta eiusdem ſancti imperatoris Henrici lib. I. De laudibus S. Crucis lib. I. De laudibus quoque S. MARIAE lib. I. Varios etiam ſermones in laude ſanctorum edidit, et alia multa tam metro, quam proſa, quae ad notitiam meam non uenerunt: moritur ſub Conrado imperatore II. anno domini MXXVII. Indict. X. epiſcopatus ſui anno XIIX. V. Kalend. Decembris. *Haec Trithemius. Sed ſiue haec ſit ea, quam Adelboldus ſcripſit, uita, ſine non; illud optandum erat, ut mutila non eſſet. Sed damus, quod poſſumus: quando non licet, quod uolumus.*

VITA HEINRICI IMPERATORIS AB ADELBOLDO, EPISCOPO TRAIECTENSI, VT CREDITVR, CONSCRIPTA.

Quae hiſtoricо tenenda.

IN geſtis ſcribendis duo ſunt uidenda; ut et ſcriptor *ueritatem* in prolatione tenear; et lector *fructum* in lectione capiat. Sed ſcriptor ueritatem tenere nequit, niſi haec quatuor aut potenter deuitauerit, aut aliquatenus

Quae procul habenda.

a mente depoſuerit: *odium*, et *carnalem dilectionem, inuidiam* et infernalem *adulationem*. Odium enim et inuidia bene geſta aut omnino tacent, aut dicendo

Effectus odii et inuidiae.

tranſcurrunt, aut calumnioſe transmutant. Et contra male geſta dicunt, dilatant et amplificant. Carnalis autem dilectio et infernalis adulatio, quae male geſta ſunt, ſcientes ignorant, et ignorantiam ſimulantes, ueritatem occultant; bene geſta autem placere quaerentes, ſpatioſe dicunt, et plus iuſto magnificant. Sic per haec quatuor, aut in bene geſtis, aut in male geſtis ueritas euaneſcit, falſitas ſuperducto colore niteſcit. Spiritualis autem dilectio ueritatis amica, nec male geſta celat, nec bene geſta pompoſe dilatat; ſciens, quia et male geſta ſaepe proſunt ad correctionem; et bene geſta frequenter obſunt, dum ducuntur in elationem. Melius eſt enim aduerſitate mentem refraenare, quam proſperitate contumaciter inflari. Lector autem fructum capere non poterit, niſi aut diligenter attenderit, aut penitus intellexerit; cur bona bonis, mala malis; bona malis; mala bonis euenianr.

Cur bona bonis concedantur.

Cur bona bonis concedantur, dupliciter intelligi poteſt. Aut enim ſic boni ſunt, ut per tentationes huius ſaeculi nec probatione, nec purgatione indigeant; aut eo modo boni, ut, ſi per tentationes pulſarentur, fortaſſis pro modulo ſimplicitatis ſuae deteriorarentur. *Taliter ergo nec in luto huius mundi conuerſatione foedantur, ut per ea, quae patiuntur, aut ad correctionem inuitentur; aut, ſi reſipiſcere nolunt, intelligant; quia et hic, et in futurum mala ſuſtinendo damnari debeant. Mala aurem bonis aliquando, * non ut mereantur, ſed ut per tormentum augeatur eis meritum, per meritum amplificetur praemium. Aliquando uero leuis culpa ſubeſt, pro qua hic leuiter caſtigantur, ne in futuro deterius crucientur. Bona uero malis conceduntur, ut aut ſic pietatem DEI recognoſcant, et a peruerſitate ſua reſipiſcant; aut reſeruetur eis in improperium, quod recognoſcere noluerunt largitorem bonorum.

Taliter.

Concedantur uel, obueniunt.

Cur bona malis obueniant.

Haec, quae praeſcripſimus, in omnibus geſtis et ſcriptori et lectori non inutilia eſſe putamus. Scimus inſuper, et ſaepiſſime audimus; quia, in omnibus ſcriptis antiquitas delitioſe ueneratur; nouiras faſtidioſe repudiatur. Sed quae reci-

recipiuntur ut antiqua, nisi primitus es-
sent noua, non essent antiqua. Quare
praecedit nouitas, ut sequatur antiqui-
tas. Stultum est ergo quod praecedit,
spernere; et quod sequitur, quodque a
praecedenti habet, ut sit, non recipere.
Raro enim a sitiente riuus quaeritur,
dum fons habetur. Dicimus haec, non
ut abiiciatur antiquitas, sed ut recipiatur
nouitas. In omnibus quippe scriptu-
ris, si est ueritas et utilitas, aeque ualet
nouitas et antiquitas. Fortassis est, qui
dicat; quae utilitas in gestis legendis es-
se ualeat? Huic respondemus; quia,
quisquis alterius gesta legit, si bona sunt;
inuenit quod sequatur, si mala, habet un-
de exterreatur. Gesta namque alterius
legere, in speculum est respicere. Si
quid in eo uides, quod tibi displiceat, in
te corrige. Si quid, quod placeat, imi-
tare. Cesset praelocutio; praelocutio-
nis causa sequatur.

Nil antiquum, nisi fuerit nouum.

Vtilitas in lectione rerum gestarum.

Millesimo secundo anno ab incarna-
tione domini, Indictione duodecima,
Otto tertius imperator augustus, *Pater-
nae*, quod est castellum Romaniae, mori-
tur. Vir dum iuxta corporis speciosi-
tate floridus, morum probitate mode-
stus, aetate quidem iuuenis, sed ingenua
capacitate senilis, benignitate mirabilis.
In cuius gestis scribendis satis auidus es-
sem, si aut memoriter tenerem, aut rela-
torem certum haberem. Hoc tantum
scio; quia, quamuis in primaeua aetate
plurima pueriliter egisset; in supremis
irreprehensibiliter uiuebat. Deum
amabat, amando timebat, omnibus pla-
cebat, nemini displicebat, nisi forte infi-
delibus: quia innatum est bonis, malis
displicere et bonis placere. Tandem
qualis eius anteacta uita fuisset, in morte
ipsius, qui affuerunt, uidere potuerunt.
Quicunque enim interfuit, in deuotio-
ne eius intelligere potuit, quia non
obiit, sed ad desiderium suum singulare
migrauit. Ad creatorem creatura fide-
lis ex uoto redire properauit. Cuius
non obitus, sed transitus, omnium, qui
sanae mentis erant, luctus mirabilis,
planctus erat incredibilis. Dolor esset
etiam insanabilis, nisi superstes ei extitis-
set HEINRICVS, dux gloriosus et uir ad re-
gnum suscipiendum strenuus. Is tunc
temporis ducatum in Bauarienſi regno
tenebat, populum pacifice regebat, pa-
cem amplificabat, ecclesiarum facultates
augebat, leges et religiones magnifica-
bat. Tandem sic in ducatu uixit, quod
omnibus placuit, ut de ducatu transdu-
ceretur ad regnum, de uexillo extolle-
retur in solium haereditarium. Hae-
reditarium dicimus; quia, ut ab his, qui
genealogias computare nouerant, audi-
uimus, a Carolo magno ex parte patris
decimam septimam; ex parte matris,
decimam sextam lineam propagationis
tenebat. Insuper * tertius Otto post
obitum in regem eligebatur, et ipsi ter-
tium ad inuicem consanguinitatis gra-
dum tenebant. Mater autem sua Con-
radi regis fuit filia.

Mors Ottonis III. imp. deteſtatur.

Luctus in obitu Ottonis III.

Genealogia Henrici.

** Videtur locus ipſe corruptus.*

His antecessoribus exortus, successor
ingenuus eligitur et, ut rex fiat, ab omni-
bus desideratur. Sed qualiter ad regnum
ab his, qui sanae mentis erant, inuitatus
fuerit; qualiter etiam *inuidia uirorum,
bonorum comitatrix*, per suos satellites, id,
impedire tentauerit, nec mihi fastidio-
sum est dicere, nec caeteris superfluum
audire. Inuidiam bonorum comita-
tricem me dixisse, ne mireris, quia, ubi
abundant strenue gesta, abundat et inui-
dia. Vnde quidam philosophus inter-
rogatus a discipulo suo, qualiter uiuere
posset, ut inuidorum corrosiones deui-
tare ualeret; respondit; *nil bene, nil
strenue, nil prudenter agas, et ita te posse de-
tractiones inuidorum declinare scias. Aut
igitur stultus esto, et inuidiam declinato;
aut prudenter agito, et inuidiam sustineto.*

Inuidia vetat facientem.

Memorabile dictum cuiusdam philoſophi.

OTTONE ergo glorioſissimo imperatore
defuncto, *Cisalpini*, qui cum eo erant,
archiepiscopus *Colonienſis*, episcopi *Leo-
dicenſis*, Augustensis et *Constantienſis*;
OTTO filius Caroli, *Henricus* et *Iuncman-
nus* comites, et caeteri quam plures fide-
liter agentes, cum maxima difficultate, et
periculis pluribus, per Veronam, per Ba-
uariam, cadauer ipsius reportabant. Qui-
bus dux nobilissimus cum Bauaricis epi-
scopis et comitibus obuiam uenit, cor-
pus senioris et consanguinei sui, qua de-
ciut, ueneratione suscepit, totum exer-
citum, qua debuit, liberalitate * recepit;
per terram suam, qua oportuit, commo-
ditate conduxit. Tandem *Muneborg*
peruenientes, ipse suis humeris corpus im-
peratoris in ciuitatem subuexit, pietatis
exemplum et humanitatis exhibens de-
bitum, exercitum diurnare fecit, ut et
ipsi de utilitate et consolatione regni
colloquerentur, et equi itineris longitu-
dine fessi recrearentur. Ibi quibusque
melioribus regia dona faciens, iunxit si-
bi per amicitiam, quos post modum su-
scepturus erat in militiam.

Otto defertur in Germaniam reportatur.

Henricus obuiam uenit ſoceri.

Fort. reſcit.

Deinde cum corpore usque *Augustam*
ueniens, in basilica S. Afrae, iuxta sepul-
crum *S. Vdalrici* decentissime sepeliri
imperatoris interiora fecit, et pro anima
eius eidem ecclesiae centum *mansos* ex
propria hereditate concessit. Ibi uale
dicens caeteris, ipse ad propria remea-
uit. Corpus uero imperatoris, Aquis-
grani transuectum honorifice, ut adhuc
uideri potest, in medio ecclesiae S. MA-
RIAE sepultum est, quam ecclesiam
idem benignissimus imperator et unice
dilexit, et plurima facultate ditauit.

Viſcera Ottonis III. ſepeliuntur Auguſtae.

Otho III. ſepelitur Aquisgrani.

Tunc temporis post HEINRICVM du-

Praecipui principes imperii.

cem magnificũ, maiores erant in regno, *Benno* dux in Saxonia, *Herimannus* dux in Alemannia, *Theodoricus* in Lotharienſi regno, *Ekehardus* marchio in Toringia. *Benno* ut ſapiens, non animabatur ad regnum, ſciens HEINRICVM uigere prae caeteris ad obtinendum. Sapientis enim eſt, ſpernere in his appetitionem, in quibus ſcit, fieri non poſſe conſecutionem. *Theodoricus* quoque HEINRICVM ducem in regno eſſe ſciens haeredem, noluit incipere, quod non poſſet finire. Herimannus uero, homo potens et in caeteris prudens; in hoc tamen non ſapiens; ſe poſſe credidit, quod poſtmodum ſe non poſſe, probauit. EKEHARDVS autem neſcio an in adipiſcendo regno ſpem tenens, an rebellionem meditans; in regia curte, quae *Poleda* dicitur, per noctem ab inimicis ſuis egreditur, uiriliter pugnans interficitur. Remanſit cententio inter HEINRICVM ducem gloriosiſſimum; et *Herimannum* uirum potentiſſimum, ſed breuis et cito finem habitura. Erat namque alter alteri diſſimilis nobilitate et ſapientia; facultate et corporis elegantia.

Hermannus ambit imperium.

Dux Henricus Wormaciam tendit.

Intrante igitur *Iunio* dux HEINRICVS rex cito futurus, de *Bauaria* et *orientali Francia* collecta multitudine non modica, ſuper Rhenum *Wormatiam* uenit, cupiens ibi tranſire et Moguntiam ad regalem benedictionem percipiendam uenire. Sed dux *Herimannus*, adunatis *Alemannis* et quibusdam *Francis*, et *Alſatienſibus*, Wormatiam, ad contradicendum tranſitum, feſtinauit ibique tranſire nec unum permiſit. Et facile reſiſtere poterat, qui Rhenum adiutorem habebat. Erant autem cum duce HEINRICO uiri illuſtres et ſapientiſſimi; archiepiſcopus *Moguntinus*, archiepiſcopus *Saltzburgenſis*, epiſcopus *Brixenſis*, epiſcopus *Wirzeburgenſis*, epiſcopus *Regenesburgenſis*, epiſcopus *Strasburgenſis*, epiſcopus *Batauienſis*, epiſcopus *Friſienſis*, abbas *Fuldenſis*, caeteri abbates et comites plurimi.

Cui obſtitit Dux Herimannus.

Catalogus principum, qui ab Henrico ſtabant.

Cum his dux, habito conſilio, reditum in *Bauariam* ſimulauit et, quaſi tranſitum deſperans, *Loresheim* uenit. Inde *Moguntiam* feſtinans, ſine impedimento tranſiuit. Ibi *octaua Idus Iunii* in regem eligitur, acclamatur, benedicitur, coronatur. Ibi *Franci* et **Muſellenſes* conueniunt, regis efficiuntur et maieſtatem eius ex debito uenerantur.

Henricus in regem eligitur. ** Qui ad Moſellam.*

Celebratis igitur diebus ordinationis ſuae et quibusque ucnientibus in militiam ſuſceptis, rex Rhenum iterum tranſiit, cum maxima multitudine, per *orientalem Franciam* in *Alemanniam* ire perauit, ut *Herimannus*, audita deuaſtatione terrae ſuae, a coepta rebellione deſiſteret et caput, ut caeteri, regiae maieſtatis iudicium ſubire non reſutans, ſolennitatem apoſtolorum celebrauit. Sed *Herimannus* ſalubri conſilio uſus, occurrere regi renuit et, ſibi ſuisque ſalubrius eſſe, ut latitaret, quam obuiam ueniret, credidit. Regi ergo ſic praeſtolanti, quidam non prouidae mentis dabant conſilium, ut *Conſtantiam* iret et ibi *Herimanno*, quod in Argentina commeruerat, recompenſaret. Epiſcopi enim *Curienſis* et *Conſtantienſis*, cum *Herimanno* erant, non tantum illum ex corde ad regnum eligentes, quantum uicinitatem eius timentes et de termino litigii dubitantes. Sed rex, ut erat prouidus et de dominio eiusdem ciuitatis ſecurus, illis leniter et blande reſpondit; *abſit, ut pro Herimanni inſania in illum retorqueatur uindicta, a quo mihi regni eſt conceſſa corona. Fortaſſis etſi pro Argentina Conſtantiam uaſtarem*, non mihi damnum minuerem, *ſed duplicarem. Inſuper male comparat regnum, qui in eius adeptione animae poſtponit detrimentum. Coronauit me Deus, non ad uiolationes eccleſiarum, ſed ad puniendos uiolatores earum.* Diu igitur in pratis exſpectans et ad ultimam, ſciens, non uenturum, inde diſceſſit; et per Alemanniam curtes ducis ubique uaſtando, ire coepit.

Hermannus ſpoliat Argentinam.

Henricus parat ſe ad pugnam contra Hermannum.

* *iudicium forte.*

Hermannus bello abeam ſubire abnuit.

Tandem pauperum clamor nimius excreuit, et usque ad regis aures peruenit. Quem rex diu ferre non potuit, ſciens eos nihil in duritia ducis deliquiſſe, et ob hoc plus iuſto paſſos fuiſſe. Quapropter pietate motus, ab Alemannia receſſit et in Franciam, terram unice ſibi dilectam uenit, certus de duce, quia uellet nollet, ceruicem flectere et iugum pati quandoque deberet.

Cohibet Henricus cum uaſtatione pauperum clamorem.

Vaſtantur dictiones ducis Hermanni.

Praetereundum non exiſtimo, quod antequam rex ab Alemannia exiret, Hezelo, Bertholdi filius, quem tempore ducatus ſui ultra omnes comites regni huius

ius ditauerat, legatos quos in ipso exercitu meliores eligere poterat, ad ipsum transmisit, ut Bauarienſem ducatum ſibi concederet, inconſulte rogauit. Sed inconſultae quaeſtioni conſulta paratur reſponſio, et feſtinanti petitioni, ponderata monſtratur deliberatio. Patienter enim audita legatione, ait; *quos ſemper praecipuos inter omnes gentes habui, quosque ſemper toto mentis affectu amaui, hos adepta benedictione regali, in lege ſua nec deteriorare uolo, nec deteriorari patiar, dum uixero. Legem habent, et ducem eligendi poteſtatem ex lege tenent: hanc ne dum ego frangam; quicunque frangere tentauerit, me inimicum habebit. In hac etiam expeditione male(nil) promeruerunt, ut cuilibet eos, absque eorundem electione, concedam. Adhuc mecum ſub ancipiti fine militant, et ego eos nolentes cuilibet mortalium traderem? Exſpectet, ut in Bauariam redeam; ibi, ſi illum elegerint, eligo et laudo; ſi renuerint, renuo. Nec etiam exiſtimo illum eſſe tantae inſipientiae, ut ex meo dedecore honorem ſuum quaerat amplificare.* Hezelo accepto huiusmodi reſponſo, fomitem rebellionis concepit, quem poſt annum monſtrando in dolorem ſui peperit.

Hezelo petit ab Henrico ducatum Bauariae.

Reſponſum Henrici regis ad petitionem Hezelonis.

Hezelo repellam paſſus, meditatur rebellionem.

Rex igitur non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam iuit. Ibi absque mora *Guilhelmus*, princeps Toringorum, cum exteris occurrens, regis efficitur. Inde rex procedens in Saxoniam, peruenit *Merſeberg*. *Benno* dux Saxonum, *Bulizlaus* dux Sclauorum, *Liebzo* archiepiſcopus Bremenſis, *Benno* epiſcopus Hildenenſis, *Ratherius* epiſcopus Paderbornenſis, *Arnulphus* Halberſtetenſis, caeteri epiſcopi de Saxonia, et comites plurimi, in feſtiuitate *S. Iacobi* regi occurrunt, acclamatum ſuſcipiunt, collaudant, collaudato manus ſinguli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem ſuam per ſacramenta promittunt, fide promiſſa, regem coronant, coronatum in ſolio regio locant, locatum debita congratulatione uenerantur.

Saxoniae principes Henricum recipiunt.

His ſtrenue peractis, *Bulizlaus* inde diſcedens, ab ipſa die, qua fidem promiſerat, et promiſſam Sacramento firmauerat, peruerſa meditari, et meditata prout potuit, coepit machinari. Ipſe enim et *Hezelo* collocutione in inuicem habita, alter alterius uenenatis conſiliis tactus, uterque coepit, quod utrumque male finiſſe puduit. Interea regi a Saxonia in regnum Lotharienſe properanti *Gruonae* occurrit uxor ſua, domina CVNIGVNDA, nomine iam extans, ſed re cito regina futura. Inde enim *Paderbornam* ueniens in feſto S. Laurentii, acclamatur, benedicitur, coronatur, et fit CVNIGVNDA * *Kuninga*, quod latine interpretari poteſt, *regia*, *regina*.

Perfidia Bulizlai, ducis Sclauorum.

** Nonnullis rex eſt König. Regina, König. Quae alias ſit hic auctor.*

Sed ut nunquam ſerenitas, quam non ſequatur nubilositas; ſic raro iocunditas, quam non comitetur aduerſitas. Nam in benedictione reginae cunctis exultantibus, Bauarii, quorum mos eſt in aliena terra uelle, quod in ſua uolunt, circa ciuitatem fruges colligere et agricolas, ſua defendere uolentes, irrationabiliter coeperunt tractare. Quae res indigenas commouit, et ad reſiſtendum, etiam ſortiter, animauit. Domeſtici igitur regis, et indigenae, inualeſcente contentione, confluunt, concurrunt, conueniunt. Pugna grauis oritur, ex domeſticis regis iuuenis unus interficitur, frater ſcilicet domini Filberti, qui tunc temporis erat cancellarius, poſtmodum uero *Friſienſis* factus eſt epiſcopus. Huius interfectione omnes regis fideles commoti grauiter, ciues coeperunt perſequi et, eos perſequendo, inſatiabiliter graſſari. Et niſi regia poteſtate retinerentur, omnes usque ad * interniciem perſequerentur. Cum plurima igitur difficultate ſedato tumultu, caſtigatisque illis, quorum ſtultitia cauſa ſeditionis extitit: inde rex *Dinsberg* properat, et illic *Lotharienſium* aduentum exſpectat. Occurrunt primi *Leodicenſis* et *Cameracenſis* epiſcopi, nil de regis prudentia dubitantes, nil de fide eius haeſitantes. Occurrit etiam *Colonienſis* archiepiſcopus, ſed quanto ditior, tanto moroſius. Erat inſuper cauſa dilationis Moguntiae accepta corona benedictionis. Hi ſimul regis efficiuntur, fidem promittunt, promiſſam ſacramento concludunt. Cum his rex Aquas grani perueniens, caeteris Lotharienſibus conuenientibus in natiuitate, poſt partum uirginis eligitur, collaudatur, in regiam ſedem extollitur, glorificatur. Sed ſub ea glorificatione quidam palmas, quidam lacrymas fundebant. Lacrymantes namque *Ottonem* dolebant amiſſum, HEINRICVM non cognoſcebant ſuſceptum.

Pugna inter Bauaros et alios.

** internicionem.*

epiſcopi, qui ſe Henrico ſubiecerunt.

Sic igitur rex in regnis ſingulis anteceſſoris ſui, praeter *Italiam* et *Alemanniam*, receptus, et ab omnibus unanimiter collaudatus, in *Franciam* reuertitur, ut ibi hyemis aſperitate transacta; ueſe amoenitatem reducente, in Alemanniam exercitum duceret, et *Herimannum*, qui conſiliis prudentium uti nolebat, diuerſis uaſtationibus afflictum, pati iugum doceret. Sed Herimannus, qui conſilia iuuenum ſequendo et ſpem uacuam tenendo, extra ſe poſitus erat, ſe in ſemetipſum recollegit, et in ſolennitate *S. Remigii*, Bruſellae regi obuiam uenit, ſciens melius eſſe, ante damnum non feciſſe poenitere. Nudis igitur pedibus cum fidis interceſſoribus regi ſe repraeſentat, pro male commiſſis ueniam

Herimannus fit Henrico ſupplex.

niam petit, pro bonis ſuis per regium donum poſſidendis gratiam quaerit, pro his impetrandis, humo tenus genua flectit. Illico benigne recipitur et ei, quod quaerebat cum omni humilitate, conceditur. Tantum cuiusdam conditionis internectitur ratio; quae, quamuis ad praeſens grauis; in futuro tamen ei erat ſalubris. Eodem nempe tenore in gratiam recipitur, ut Argentinenſis eccleſia ad priſtinum ſtatum, ex detrimentis ſuis per illum reformetur. Quod ille non renuit, ſed iuſſu et conſultu regis, dictae eccleſiae abbatiam *S. Stephani*, in recompenſationem detrimenti a ſe illati, tradidit. Hac conditione firmata per manus et ſacramenta, regis efficitur et ſic, ſe contentionem male coeptam finiſſe, laetatur. His expletis in *Bauariam*, natiuam terram ſuam, rex redire decreuit, nolens nouos ſic frequentare fideles, ut poſtponendo demembraret ueteres.

Recipitur in gratiam.

Henricus rex redit in Bauariam.

Regensborg igitur *S. Martini* ſolennia celebrans, *Bladenario* cuidam Slauo ducatum Boëmicenſem largitur et, ut caeteris acceptabilior exiſtat, illum plus iuſto uerbis et rebus honorat. Pluribus igitur diebus in Bauaria moratus, quaerentibus legem iuſtitiam faciens, et uiſitandi gratia uenientibus, honorem, prout quisque dignus erat, exhibens.

Eodem tempore quidam *epiſcopicida*, *Harduinus* nomine, non regnabat, ſed uitiis in ſe regnantibus ſubſeruiebat in *Italia*. Audita nempe morte imperatoris *Ottonis*, Longobardi ſurdi et caeci, et de futuro non prouidi, hunc elegerunt, et ad poenitentiam feſtinantes in regem ſibi coronauerunt. Is tunc, ut dixi, ſubſeruiens dominabatur, et aduentū regis HENRICI ſemper exſpectans, introitus *Longobardiae*, quos *cluſas* indigenae uocant, cum cautela ſatis prouida tuebatur. Quod etiam uerum Dei erat iudicium: epiſcopos, qui in electione illius prae caeteris omnibus aeſtuantes et ſitientes fuerunt, honorabat ut bubulcos, tractabat ut ſubulcos. Quadam namque die epiſcopum *Brixienſem* ad ſe uenientem, et neſcio quid ratiocinari uolentem, ut coepit ei ratiocinatio diſplicere, per capillos arripuit, et humo tenus quaſi bubulcum uiliſſimum deiecit. Cum maioribus nihil tractabat, cum iuuenibus omnia diſponebat. Quod etiam erat grauiſſimum; ſub eo praeuaricatores, uiolatores, depopulatores dominabantur; legum amatores, Dei cultores deprimebantur. Cupiditas in eo erat conſiliaria; auaritia cameraria: pecunia domina et regina. His pediſſequis adulterina ſceptra tenebat. Quapropter quidam pro coronatione illius, poenitentia ducti, regi HENRICO, alii legatos, alii literas transmittunt, ut terrae oneri grauiſſimo ſubueniat, humillima prece depoſcunt. Mandant etiam, ut, ſi ipſae idem in aliquibus occupatus teneretur, ſaltem eis ſuorum principem aliquem cum paucis transmitteret. In uoluntate huiusmodi, aliqui manifeſti; aliqui erant occulti. *Tieboldus* namque marchio, et archiepiſcopus *Rauennas*, et epiſcopus *Mutinenſis*, *Veronenſis* et *Vercellenſis*, aperte in regis HENRICI fidelitate manebant. Archiepiſcopus autem *Mediolanenſis*, et epiſcopi Cremenſis, *Placentinus*, *Papienſis*, *Brixienſis*, *Comenſis*, quod uolebant, manifeſtabant. Omnes tamen in commune regem HEINRICVM deſiderabant, precibus per legatos et literas inuitabant.

Harduinus auſurex.

Qualis Harduinus erga epiſcopos.

Indignum eiusdem facinus in epiſcopum Brixienſem.

Epiſcopitalia plerique fiant a parte Henrici regis, partim aperte, partim occulte.

Tandem a rege *Otto* dux *Carentanorum*, qui etiam *Veronenſem* comitatum tenebat, ad petitionem Longobardorum explendam, eligitur, et cum paucis, propter fiduciam ſuperius nominatorum, in Italiam dirigitur. Cui etiam *Otto* filius *Heriberti*, cum *Erneſto* filio *Tietboldi* marchionis adiungitur. His, inter montana, quae Bauariam et Carinthiam ab Italia ſeiungunt, ſuper aquam, quae *Brenta* uocatur, conueuientibus, *Carentani* et *Foro-Iulienſes*, cum paucis occurrunt, ueluti de promiſſis Italicorum fiduciam habentes, et de pugna nil cogitantes. Interea archiepiſcopus *Rauennas*, et *Tieboldus* marchio, cum caeteris manifeſtis fidelibus HEINRICI regis ſuos congregauerant, uolentes occurrere *Theutonicis*, et eos in Italiam cum ſecuritate recipere. Haec *Harduinus* praeſciens, Veronam cum maxima multitudine uenire feſtinauit, ut et ibi Italicis, in adiutorium *Theutonicorum* feſtinantibus, uiam interciperet et *cluſas*, quae ab epiſcopo Veronenſi ſeruabantur, expugnaret: quod et fecit.

Expeditio contra Harduinum.

Harduinus arma armis repellere tentat.

Cluſis igitur expugnatis, audiens Theutonicos in *Tridentenſem* planitiem conueniſſe, illo cum omnibus ſuis feſtinauit. Sed ibi Theutonicis non inuentis, ſe in *Campaniam Veronenſem* reduxit, ibique in quodam caſtellulo natiuitatem domini celebrauit. Sed ab huiusmodi homine celebratio, rectius celebrationis dicetur abuſio. Interim Theutonici iuxta montem quendam, qui *Vngarius*, neſcio qua de cauſa, uocatur, praeuenientes; et *Harduinum* iam cluſas occupaſſe ſcientes, ipſi *Harduino* legatos ſuos transmittunt, et ut aut eis cedat, donec tranſeant, aut ſibi cedentibus ueniat, rogant. *Harduinus*, audita legationis ſeſe in fraudem deceptionis conuerte[illegible], ait: *nobiscum nocte*

Fraus Harduini.

ma-

maneatis, craſtinâ die cum noſtris fidelibus inito conſilio, uobis reſpondere poterimus. Legatis igitur inſidias non intelligentibus, ipſe per totam noctem caſtra ſuorum circuit, ut in craſtino parati ſint ad congrediendum Theutonicis, monet. Die lucente, legati uenientes ad accipiendum reſponſum, *Longobardos* omnes loricatos, et ad praelium paratos uident; quid hoc ſignificet, Harduinum interrogant. Ille conſilium iniquitatis euomens, ait: *fortaſſis unius temporis erit renuntiatio ueſtra.* Inde promouens exercitum media die ad Vngaricum montem peruenit. Exercitus autem ille exſtimabatur M. XV. eſſe uirorum. De Theutonicis uero uix erant quingenti, et hi partim per * fodrum diuiſi; partim ad uias cuſtodiendas transmiſſi. Qui, *Harduini* aduentum percipientes, repente armantur, et prout poſſunt, ad reſiſtendum darantur, uirtutis eligentes famam, et poſtponentes uitam.

* *Pabulatum iuerant. Nam fodrum eſt ſumer. Largiri fodrum, praebere cibum et potum pro hominibus et iumentis.*

Interea *Harduinus* cum Longobardis ſuperuenit. Otto cum Theutonicis obuiam uenit. Fit congreſſio, fit pugna, fit caedes ex utraque parte grauiſſima; et pene Theutonicorum, quamuis pauciſſimorum, eſſet uictoria, ſi non impediret Ottonis, fratris, Regensburgenſis epiſcopi, fuga. Illo nempe fugiente, Theutonicorum acies minuitur, et iterum a multis, congreſſa, deuincitur. Longobardorum tandē extitit uictoria, ſed plurima ſuorum caede comparata. Reuertuntur *Theutonici*, et ſic tunc confuſi, quandoque tamen talionem reddituri. Interea rex a Bauaria in Franciam reuerſus, *Frankenfort* natiuitatem domini celebrat, multorum legationes ſuſcipit, legatos cum muneribus et reſponſis dignis remittit. *Herimannus* etiam iam ante iugum pati neſcius, eidem celebrationi interfuit, et ut oportuit, per omnia regiae maieſtati obediens fuit.

Longobardi uincebant,

Anno ab incarnatione domini M. III. indictione prima, rex HEINRICVS in Moſellenſem pagum, in quem nondum intrauerat, ire decreuit, ſciens, quod terra, quam rex non frequentat, ſaepiſſime pauperum clamoribus et gemitibus abundat. *Theodonis uillam* igitur uenit, et ibi cum omnibus Moſellenſibus, generale colloquium tenuit. In quo colloquio duces *Herimannus* et *Theodoricus*, qui defenſores et coadiutores legum eſſe debebant, conſcii ſibi ipſi, impugnatores erant, et expugnatores eſſe uolebant. Sed rex ut hoc cognouit, quanto eos aduerſus iuſtitiam pertinaciores uidit, tanto ardentius inſtitit, et quibusque, ſuper ipſos etiam duces clamantibus, legem faciendo ſategit. Tandem inter diuerſos clamores caſtellum unum ducis, quod *Mulsberg* uocabatur, in detrimentum pagenſium eſſe comperiens, diruere iubet, ut non reſtruatur communitione potentiſſima monet.

Henricus rex ſubditis iura egregie dicit.

Colloquio potenter habito, *Aquisgrani* ire decreuit, ut ibi et anniuerſarium imperatoris debita deuotione recoleret, et *Lotharienſes* ad ſe confluentes, ad fidelitatem ſui, et ad utilitatem regni corroborat. Interim infirmitate grauiſſima tangitur, ex qua cum ſit, homo eſſe monetur. Iter tamen coeptum finiuit, et *Aquas* usque peruenit. Ibi commemoratione conſanguinei, et * *ſenioris ſui* deuotiſſime habita, plurima de ſanctitate *S. Seruatii* audiens, *Traiectum* iuit, ut et ſanctorum ibi quieſcentium ſibi interceſſiones imploraret, et ad ſeruitium Dei locum et uitam canonicorum ordinaret. Ibi primum de bello inter Italicos et Theutonicos habito audiuit; et, quod ſapientis eſt, aequanimiter tulit: ſciens, nec coelum ſemper poſſe ſerenari, nec res humanas ſine intermiſſione proſperari.

Rex ha[illegible] hum inuidit.

* *Ottonis fratrem regem Henricum Traiectum uenire,*

Inde S. Lamberti merita non paruipendens *Leodium* uenit. Ibi cholicam infirmitatem, ab anteceſſoribus ſuis ſibi ingenitam, grauiſſime patitur: et, qui per regalem potentiam uſu humanae fragilitatis extollitur, per corporalem moleſtiam paterna caſtigatione reprimitur. *Aquisgrani* iterum reuertitur, purificationem S. Dei genitricis celeberrima deuotione ueneratur. Lotharienſibus data licentia inde diſceſſit, et *Nouiomagum* uenit. Ibi pluribus diebus quadrageſimae moratur, Deo, quae Dei ſunt, reddens, et hominibus, quae ſua ſunt faciens. Interea *Bladeimarius* dux Boëmenſis moritur, et *Bulizlaus* infidelitatis uenenum, ex propriae iniquitatis fonte potatum, in contrarietatem regis euomere nititur. Nam *Pragam*, quae caput eſt Boëmiae, per pecuniae deceptiones, per falſas permiſſiones, per aſtutiſſimas fraudes inuadit. *Mizlauiam* quoque, Saxoniae et Poloniae interiacentem marchiam, inſidiis, quibus eductus erat, ſuae infelicitati ſubiicit. Quod cum regi nunciatum eſſet, non inflammabatur, non ſtomachabatur, non ad uindictam repentinis motibus animabatur; ſciens, quia *ira et feſtinatio ſemper inimica ſunt conſilio*: ſed notitiam dictae inuaſionis diſſimulans; mandauit ei per legatos ſapientes et eloquentes, ut terram ſuam, quae principe nouiter erat uiduata, non inuaderet, quam, ſi uellet, cum gratia ſua et dono uoluntario acquirere poſſet. Huiusmodi legationem *Bulizlaus* audiens, infelix mandata ſpreuit dulcia, amara quandoque paſſurus uerbera. Erat nempe *Hezelo*

Inde Leodium,

Inde Aquisgranum.

Hinc Nouiomagum.

cum eo puteum fodiens rebellionis, de quo infidae bibiturus erat aquam confusionis; laqueos quoque connectens casurus in ipsos. Quadragesima finita, rex, qui *Teleborg* pascha celebrat, et *Butizlai* uiolentiam, ut sapiens, scienter ignorat. *Ottonem* quoque, et *Ernestionem* tunc sibi obuiam ab Italico praelio uenientes, pro uulnerum susceptione, pro necessariae fugae confusione, donis regiis honorat, et debita consolatione releuat. - - - - - quoque tunc usque Saxonibus infestos, ultro uenientes susceipit, et sub benignitatis discretione sibi fideliſſimos reddidit.

Hic in Cod. MS. lacuna est.

Post haec in diebus rogationum *Meresberg* moratur, ibique ei de *Bulizlai*, et *Hezelonis* contumacia renunciatur. Ipse, credere dissimulans, inde discessit, et ad celebrandam pentecosten *Halberstete* uenit. Deinde in *Bauariam* tendit, scire uolens, an, quae de Hezelone dicebantur, uera essent. Quo cum peruenisset et, Hezelonis furorem circa loca sibi finitima irrationabiliter accensum, comperisset: ac Bulizlai adiutorio illum fretum esse nouisset, Bulizlao talionem in futura reseruans, a finu regni sui infitae pestis radicem primum extirpare decreuit, ut interioribus quieti et paci restitutis, exteriores inquietationes facilius postmodum extingueret, non ignorans, quoniam insipientis est in uulnere repente cutem sanare, et contusionem carnis sub sanatione cutis occultare. Vulneris nempe curatio, si ab interioribus ad exteriora deducitur, firmior in superficie concluditur.

Interea et * *Ernesto* eidem rebellioni adiungitur, nulla laesione coactus, sed, uel iuuentutis feruore, uel per eum commoda sua amplificare quaerentium suggestione seductus. Dominus *Bruno* etiam, frater regis HEINRICI et episcopus associatur, aetate iuuenis, et per iuuentutem ad seducendum facilis. Et hoc infidelium erat gloriatio, quod in partibus suis fratrem regis habebant. Haec ergo conspiratio, quanto iuniores et insipientiores colligit, tanto turpius et eneruius defecit. Dicitur enim: insipientium glomeratio, eonfilii est dissipatio: et consilii dissipatio actuum est eneruatio.

**Ernesto.*

Bruno Henrici regis frater fratri aduersus

Rex igitur quosdam *Lotharienses* et *Francos* ac *Bauarios* colligens, intrante Augusto, in *Franciam* exercitum super *Hezelonem* duxit; bona eius deuastauit, ipsum cum domino *Brunone* et *Ernestone* per siluas latitare coëgit. Tandem se ad castellorum munimenta contulit, quae capi posse, nec *Hezelo* timebat, nec aliorum quisquam credebat. In primo igitur impetu *Mertula* diruitur, et *Hezelonis* milites in ea capti per interceſſionem principum sani et salui permittuntur abire. Slaui autem *Buzislao* in adiutorium missi, in seruitutem exercitui distribuuntur.

Expeditio Henrici contra Hezelonem.

Post haec rex *Crusinam* obsedit, ubi uxor Hezelonis ac filii erant, et quaeque illi chariora esse poterant. In qua obsessione in primis post annona incaute exeuntes, ab Hezelone, caeterisque suis coadiutoribus uulnerabantur, capiebantur, occidebantur. Rex hoc cognito, quotidie quadringentos custodes exeuntibus adhibuit, ut et hos custodirent, et insidias insidiantibus pararent. Hoc Hezelo cum sociis audiens, se in uallem quandam recepit, in quam nulli, nisi per semitam unam patebat introitus: ibi tentoria fixit: ibi noctibus, nescio an tribus aut duabus, quasi tutus de rapina pauperum uixit. Hoc custodes per rusticum unum comperientes, circa horam sextam, in qua illi se, pro aestu diei, remissius habebant, in uallem latenter descenderant, loca plurima circumeuntes, et diligenter HEINRICI castra quaerentes. Tandem unus eorum tentoria uidens, nimis festinus ad inuitandum socios, *Kyrie eleison* coepit clamare; et hoc, ut citius ueniant, frequenter iterare. Hacc Hezelo percipiens, relictis tentoriis, armis etiam, fugam iniuit, et a manibus superuenientium se uix liberauit. Dominus Bruno quoque parmula non bene relicta, qua extra se positus utebatur, hos, quibus imperare posset, si cum fratre maueret, turpiter fugit, et fit risus, qui honor esse debebat et decus. Sed haec iuuentutis erant. Dicitur enim; qui sine fraeno scientiae a iuuentute ducitur, in dedecoris anguſtias saepe praecipitatur. Et haec iuuentutis fuisse aetas postmodum monstrauit adulta; quae illum reddidit et utiliorem sibi ipsi et fidcliorem fratri. Erneſto capitur et ante regis praesentiam ducitur. Quidam illico regi suggerebant, ut hunc capitali sententia feriri iuberet: quatenus per eum posteri castigarentur, ne regis offensam incurrere sine causa niterentur. Sed Moguntinus archiepiscopus, qui summum locum impetrandi quaelibet apud regem tenebat, interceſſor accessit, et iuuenem legi surripuit, mortique subtraxit. Tandem a rege *Crusina* capitur, diruitur, incenditur. Vxor Hezelonis cum suis abire permittitur, et hoc ei per interceſſionem fratris sui Ottonis conceditur. Hezelo captam esse Crusinam audiens, ad quandam suam munitionem, quae *Erana* uocabatur, fugiendo peruenit; et ibi Sigefridum quendam Saxonem, peruersae conspirationis participem, obuium habuit. Sed nec illic spem re-

Hezelo fugit.

Et Bruno, regis frater.

sistendi

siſtendi regiae irae habens, eandem mu-
nitionem idem ipſe ſuccendit, et miſe-
riam ſuam celare neſciens, quantae de-
ſperationis eſſet, monſtrauit. Haec *Si-*
Sifridus alie-no periculo ſa-pit. *gefridus* Saxo perſpiciens, a ſpe coeptae
rebellionis cecidit; et qui per alienam
fiduciam contra regiam maieſtatem in-
tumuit, alienae confuſionis acredine
tactus crepuit. Illuc igitur eum ueniſ-
ſe puduit et, quanto citius potuit, ad
Miſeria Hezelonis. propria remeauit. Hezelo uero cum
domino *Brunone* ad *Bulizlaum*, quaſi re-
fugium unicum, fugit; et quod cuique
eſt grauiſſimum, quaſi mendicus alieno
pane uiuere diſcit. Interea rex *Era-*
nam perueniens, cauſam ſui aduentus
per manus hoſtis inuenit expletam.
Venit enim, ut deſtrueret; ſed hoſtis
deſtruxit, ne ipſe deſtruendam inue-
niret.

Rex Babenber-gam uenit. Hezelone igitur fugato, et caſtellis
eius dirutis, rex *Baueborg* locum unice
ſibi dilectum rediit, ibique exercitui da-
ta licentia, natiuitatem S. Dei genitricis
celebrauit. Inde in ſyluam *Speichesbart*, quae Bauariam a Francia diuidit,
ueniens, poſt laborem expeditionis, de-
lectationem exercuit uenationis. Ibi
autumnauit; ibi ad recreationem ſibi,
ſuisque iocunditatem plenam exhibuit.
Inde per Franciam moroſe tranſiens, in
Saxoniam uenit, et *Toringis* ac Saxo-
nibus in *Milzauiam*, expeditionem fu-
turam indixit. Exinde *Poledae* natiui-
tatem domini celebrauit.

Imitatur Mag-deburgam. Anno ab incarnatione domini mille-
ſimo quarto, indictione ſecunda, ab ar-
chiepiſcopo Magdeburgenſi, *Giſelario*
nomine, qui pluribus annis paralyſi ta-
ctus a metropolitana ciuitate exire non
poterat, rex inuitatur. Ductus pieta-
tis affectu obediens extat et ad uiſitan-
dum archiepiſcopum *Magdeborg* ten-
dit. Quo cum peruenisſet, archiepi-
ſcopus iam uiam uniuerſae carnis iniit;
et, qui regem exſpectabat, ad regis re-
Tageno ſit epi-ſcopus Magde-burg. gum praecepta migrauit. In cuius ſuc-
ceſſionem *Tageno* regis capellanus illi-
co eligitur et in ſedem epiſcopalem,
clero et populo collaudante, extollitur. Inde rex *Merſeborg* progreditur,
et ibi purificationem S. Dei genitricis
debita reuerentia ueneratur. Ibi etiam
Tageno archiepiſcopus a ſuis ſuffraga-
neis conſecratur.

Poſthaec collectis Toringis et Saxo-
nibus, rex in Milzauiam intrat, muni-
tiones, quas *Bulizlaus* occuparat, expu-
gnare uolens: ſed huiusmodi diſpoſi-
tum hiemis aſperitatis intercepit, et ef-
fectum, qui expleri leuiter in aeſtate
poſſet, regiae uoluntati denegauit.

Omiſſis igitur munitionibus, terram
deuaſtat, hanc incoli deputans culpam,
quod pecunia corrupti, ex fide Buliz-
lao non reſtiterint. Inde *Meresborg*
reuertitur, iuxta decurſum Albis mar-
chiones ſtatuens, qui et Saxoniam et
Bulizlai incurſum latrocinandi cuſto-
diant, et ipſi Bulizlao aſſiduae inquieta-
tionis moleſtias inferant.

Vt et Bruno frater regis. Interea *Hezelonem* coepti poeniteat,
et ſub alieno pane diutius uiuere pudet,
ſoliuagum etiam inter alienos exulare
taedet. Eligit ergo potius periculum
mortis inire, quam ſic uitam ducere.
Tandem reuertitur, et fidis quaeſitis in-
terceſſoribus, Meresborg ſe maieſtati
regiae reddit. Sic contra ſtimulum cal-
citrans, bis aculeum ſenſit, quia, et ſua
perdidit, et ſemetipſum alienae pote-
ſtati tradidit. Dominus Bruno autem
apud Bulizlaum conſolationem non in-
ueniens, ad ſororem ſuā, Vngaricam re-
ginam, confugit: et etiam ſemetipſum
recognoſcens, interceſſionem eius im-
plorauit.

Rex interea iniuriae, quam Theuto-
nicis Itali intulerant, non immemor, a
Saxonia diſcedens in Bauariam uenit.
Ibi Heinrico, fratri reginae, in Feſtiuita-
te S. Benedicti ducatum Bauarienſem
conceſſit. Tandem illi Auguſtam ueni-
enti, quae in confiniis Bauariae et Alc-
maniae ſita eſt, Lotharienſes, Franci et
Alemanni obuiam ueniunt, ad ulciſcen-
dam iniuriam, Theutonicis illatam uo-
luntarii et regio honori per omnia de-
ſeruire parati. Cum his inde progre-
diens, ut congregaretur exercitus, in lo-
co, qui dicitur Omuga, ſubſtitit. Ibi ei
dominus *Bruno*, cum legatis Vngaricis
regis, qui ad intercedendum pro eo ue-
niebant, ad ſe reuerſus, obuiam uenit et,
ueniam pro commiſſis humiliter poſtu-
lans, fratris uiſcera mouit et celeriter ad
ignoſcendum inflexit. Nam in pro-
uerbio dicitur; *cuique modeſto fratris*
Heinrich rex Brunonem fra-trem in grati-am recipit. *lacryma cito mouit uiſcera: et proximi ca-*
lamitas, propria ſit anxietas. Qua de-
cuit ergo pietate recepit; et receptum,
qua debuit, familiaritate ſibi colligauit.
Inde promouens exercitum per loca
ſterilia, per montana aſpera, per ſyluas
ſpatioſas, per uias lubricas, ad *Tridenti-*
Heinrici expe-ditio in Hard-uinum. *nam* ciuitatem peruenit. Ibi, in die
palmarum, qua oportuit, celebritate
ſuos diurnare fecit. Huius aduentum
Harduinus rex adulterinus praeſentiens,
ad *Cluſas*, quos ſibi fideliſſimos exiſti-
mabat, cuſtodes transmiſit, et quantum-
cunque potuit, exercitum coadunare
feſtinauit.

Deinde in planitiem *Veronenſem* ue-
nit, euentui primo ſimilem in futuris
exitum ſperans. Haec HEINRICVS rex
percipiens ad alias uias ſe contulit; non,
ut declinaret praelium ſed, ut faciliorem
ſibi quaereret introitum. Erat enim im-
poſſibile, per *Cluſas*, iuxta *Atheſin*, quas

Har-

Harduinus cum plurima multitudine tuebatur, tranſire. Interea capellanum quendam ſuum, *Helmigerum* nomine, ad *Carentanos* praemittit; ut Cluſas, longe a uia recta ſepoſitas, quae ab Harduino minus caute tuebantur, praeoccuparet, mandat. Non enim quisquam credere poterat, ut regalis exercitus per uias tam difficiles et anguſtas tranſire uel uellet, uel poſſet. Carentani regiis mandatis obediunt et, Helingero ſuadente, in duas turmas diuiduntur. Vna, ante lucis ortum, omiſſis equis, latenter cluſis ſuperpoſitum montem occupat: altera, luceſcente iam die, ſigno ab his, qui in monte erant, audito, ad cluſas expugnandas feſtinant. Cuſtodes nihil de his, qui montem occupauerant, ſcientes, ad reſiſtendum cluſas impugnantibus accedunt. Repente in monte latentes exſiliunt, cluſasque defendentibus a dorſo inſeſte ſuperueniunt. Cuſtodes, ſe deceptos eſſe percipientes, alii ſe in fugam miſerunt; alii, in praecipitium; alii, in Brentam aquam ſubcurrentem. Hac expugnatione *Carentani* cluſas tenentes regem exſpectant.

Haec rex per capellanum ſuum, quem praemiſerat, reſciens, feſtinauit ad cluſas et, impedimenta relinquens, ac ſecum ad pugnam expeditos ſumens, cum maxima difficultate tranſiuit. Deinde, in planitiem ueniens, ſuper aquam Brentam tentoria figere iuſſit; ut ibi dies ſolennes maioris hebdomadae digna deuotione uenerarentur. *Non enim ei bonum eſſe uidebatur, ut in illis diebus, in quibus conditor pro conditis, creator pro creatis, dominus pro ſeruis, capi, flagellari, crucifigi, ſepeliri, in agnitionem ſuae charitatis uoluit; indiceretur aliquo congreſſio, ex qua uiolenta chriſtiani ſanguinis fieret effuſio.* Ibi ergo ab archiepiſcopo Colonienſi chriſmatis fit conſecratio, illis partibus tunc ualde neceſſaria. In duodecim enim epiſcopatibus circa introitum Italiae, illo die, pro confuſione praeſenti, nec epiſcopatus erat, nec chriſma ſacratum. Ibi, a toto exercitu coena domini deuotiſſime ad memoriam reducitur. Ibi paraſceue, ibi ſabbatum ſanctum piis affectibus colitur. Inſuper paſcha domini et digna ueneratione celebratur, et pia celebratione ueneratur.

Poſt haec rex palatino comiti praecepit, ut per bannum regale exercitui toti fuga interminaretur: adderet etiam, ut, ſi quis fugere praeſumeret, plectendum ſe capitali ſententia ſciret. Huiusmodi banno per exercitum audito, rex aquam in tertia feria Paſchalis hebdomadae tranſiuit, ibique tentoria iterum figere iuſſit, exſpectans nuncios, quos ad explorandum locum, in quo *Harduinus* cum ſuis hoſpitabatur, praemiſerat. Interea, qua ratione neſcio, *Longobardorum* unanimitas ſeiungitur; et ad reſiſtendum diſcordes, omnes ad propria redire feſtinant. Siue hoc timor egiſſet, ſiue amor regis HEINRICI, ſeu *Harduini* execratio; illorum, qui interfuerunt, ſcientiae relinquo. Hoc tantum ſcio; quia, illius prouidentia non abfuit, cuius beneuolentia et cuique, quod uult, ſine lite concedit, et quod uult, occultis iudicii cauſis, per pugnam diſcerni conſentit.

Patet igitur HEINRICO regi introitus; qui per laborem ſperabatur, per quietem a uera quiete conceſſus. Venit *ergo Veronam*, recipitur a ciuibus, acclamatur, collaudatur, coronatur. Occurrit ei obuiam *Tietboldus* marchio, occurrunt et caeteri plures, a faucibus erepti furoris et ſpei redditi libertatis. Inde Brixiam progreditur, et ab epiſcopo, ciuibusque cum omni alacritate recipitur. Ibi archiepiſcopus Rauennas cum ſuis et ſibi finitimis ei obuiam uenit, et manus nondum dominio adulterino pollutas, ſeniori diu exſpectato reddit. Inde rex *Bergomum* uenit, et Mediolanenſem archiepiſcopum per manus et ſacramenta recepit. Inde *Papiam*. Ibi a multitudine maxima nobilium Longobardorum, qui ad ſuſcipiendum eum congregati erant, per dignos applauſus recipitur, et cum exultatione totius ciuitatis ad S. Michaëlis eccleſiam ducitur. Ibi clerus, ibi nobilium coetus, ibi plebs utriusque ſexus omnes unanimes, uno ore HEINRICVM regem acclamant, collaudatum per manuum elationem deſignant.

Collaudatus igitur coronatur, coronatus ex debito ab omnibus honoratur. Ad palatium deinde cum omni iocunditate reducitur. Tandem, declinante iam die, diabolus pacis inuidus, concordiae inimicus, diſcordiae ſeminator feruidus; quo, poſt myſterium corporis et ſanguinis dominici, Iudas ad perpetrandum neſas inſandiſſimum ſuſcepto intumuit; eodemque ſuadente, in ſupplicium perpetuitatis crepuit: Is, etenim, poſt manuum redditionem, poſt fidei promiſſionem, poſt ſacramenti ſecuritatem; nulla, quae in rationem digne deduci poſſet, laeſione coactos aduerſus regiam maieſtatem, ueneno ebrietatis immiſſo, commouit. Hoc itaque ſuaſore, armantur; hoc ſtimulatore incitantur; hoc ductore, ad palatium properant; hoc ordinatore, moenia cingunt. Quidam etiam intererant inſtigatores, qui per propriam conſcientiam turbidi, ſub Harduino malebant per illicitas rapinas uagari, quam ſub HEINRICO fraeno iuſtitiae aclegis adſtrin-

Longobardi diffugiunt.

Henricus uenit Veronam ueniit.

Coronatur Henricus in regem Italiae.

Perfidia in Henricum regem.

Pietas S. Henrici in maiore hebdomade.

Pietas exercitus eadem ſeptimana.

Fuga uetatur.

ſtringi. Fit ſtrepitus, exſurgit ſonitus; in palatio ſtatim auditur. Sed, quia nemo talia poſt fidem eodem die promiſſam credere porerat, non cito intelligitur. Rex tamen, quid ſit, explorari iubet. Renunciatur ciuitatis furor, renunciatur plebeiae animoſiratis inſania. Hanc Colonienſis archiepiſcopus, qui cum rege erat, compeſcere ſe poſſe ſperans, per feneſtram ſuſpexit, cauſasque tanti furoris inquirere coepit. Sed lapidibus et ſagittis ſuperuenientibus, uix eum coeptum finire ſermonem licuit. Animoſitas enim Longobardorum nimium ſeruebat; et ex euentu bellico contra Ottonem ducem, adhuc contumaciae uires habebar.

Oritur ſeditio.

Inſtant ergo palatium perrumpere Longobardi: reſiſtunt regis domeſtici, quamuis pauci. Erant enim Theutonici, partim cum equis, partim per hoſpitia, partim per caſtella, illi comitatui finitima. Rex illico per indignationem in iram efferbuit, et cum his, quos ſecum habebar, armarus, exire uoluit, numerum militum ſuorum ſpe ſupernae gratiae ſupplens. At Colonienſis archiepiſcopus roto, quo porerat, niſi cum his, qui ſanae mentis erant, regem retinebat; ſciens, quia capite perdito, nulla ſpes euaſionis ſupereſſet in membris. Interea, inualeſcente clamore, Theutonici congregantur, complicibus iunctis, ad palatium tendunt, Longobardos ab effraenato furore pauliſper cõpeſcunt. Tandem noctis denſantur renebrae, et lapidum ac ſagittarum iacula Theuronicis fiunt infeſtiſſima. Neceſſitas rapit conſilium; et ad prouidenda iacula, citiſſime facit incendium. Cum multo igitur ſudore Theutonici muros ciuitatis impugnant: cum multo timore Longobardi pro uita repugnant.

Rex et regii ſe ad defenſionem parant.

Tunc iuuenis quidam, frater reginae, *Giſſebertus* nomine, a Longobardis uulneratur. Pro cuius lethali uulnere Theutonici irritantur, et prae furore contra iacula caeci, muros ciuitatis expugnant, ac irrumpentes, ſanguinem iuuenis, ſtimulum ſcilicet furoris, uindicare feſtinant. Quorum quidam, animo caeteris ardenrior, Voleranus nomine, ſe iniecit in media Longobardorum agmina, et gladium, quo accinctus erat, extractum, uni eorum, prae caeteris inſanienti, ab acumine galeae uſque in iugulum uiriliter infixit, ac dicto cirius, inrer ſuos ſe illaeſum recepit. Per totam igitur noctem pugna grauis habetur, et ancipiti termino ſuſpenſa, modo hos, modo illos, ſub uictoriae ſpe audaciores et expeditiores reddit. Aliquando etiam Theuronici teſtudine ex clypeis compoſita, eorum irrumpebant agmina, et quosdam uiuos ex eis captos, repraeſentabant.

Audacia cuiusdam Theutonici

Interea palatium, quod Theutonicis aliquando ſeſſis, unicum erat refugium, accenditur et incenditur, caſumque minatur. Sed ſpe ſublata refugii, magis animus eorum accenditur, et ad congrediendum iterum *Italis*, feruentius incitatur. Clara itaque iam die, *Alamannis*, qui tardius huiusmodi negotia reſciuerant, longe a Palario muros ciuitatis frangentibus, *Lotharienſes* et *Franci* Longobardos irerum ante Palatium grauiter perſequi coeperunt, et eos fugere usque in moenia propria compulerunt. Sed iaculorum a tectis uenientium denſitatem diutius ſuſtinere non ualentes, ignem coacti domibus immittunt; et ferro et flamma ſtragem ciuium miſerabilem faciunt. Tandem Theuronicorum ira ſacile expleri neſcia, fatiarur caede plurima; et poſtmodum, nullo iam reſiſtente, ſe confert ad ſpolia. Sed iam incendio nimium inualeſcente, rex a rigiditate mentis ſuae flectitur, ſuisque ut a coepto deſiſtant, pietate motua imperat. Quos uix compeſcens, diutiusque concremationis foetorem ferre non ualens, ad munitiunculam quandam, quae ſancti *Petri cella aurea* uocatur, ſe contulit. Ciues autem uix reſpiranres regem ſequuntur et, ut indulgeat ebrietati, obnixe precanrur. Fit eis remiſſio, fit eis indulgentia. Sed facilis eſt indulgentia, poſtquam culpam eucedit poena. Sic igitur quos bellum aduerſus Ottonem effecit turgidos, nouiter induta humilitas ſupplices reddidit atque ſubiectos.

Palatium incenditur.

Caedes Longobardorum.

Veniam petunt a rege, et impetrant.

Domita ergo Papia, tota concurritur Italia, ac indigenae omnes ad regem non inuirati confluunt, et per omnia praecepris eius obediunt. Ciuitates etiam, ad quas rex nondum uenerat, obſides ultro transmittunr, fidemque debitam per ſacramenta promittunt. His expletis rex in quendam locum, qui *pons longus* uocatur, uenir; ibique Longobardorum innumerabilis multitudo acceſſit, ſeſeque ad obſequendum per omnia regiae maieſtati ſubiecit. Ibi habito colloquio, regnique * depoſitis negoriis, amore *S. Ambroſii* ductus, *Mediolanum* diuertit, cuius linguae libertatem et, morum eximietatem amabar. Huius, caeterorumque quieſcentium inrerceſſione implorata, in prata *pontis longi* reuertitur, ibique Longobardos, de repentino diſceſſu eius conquerentes, feſtini reditus ſolatur promiſſione. Inde * Chromo peruenies, penrecoſten ſanctam pia animi deuotione celebrauit. Inde diſcedenti *Tuſci* ei occurunt, et manus per ordinem ſinguli reddunt.

Domita Papia reliquae urbes Italiae ſeruire dedicant.

f. diſpoſitis.

* Sic M. S. forte leg. Cremam.

Posthaec rex iuuriam,a *Bulizlao* sibi illatam,tenens mente repositam, repatriare festinat; et per montem celerem in *Alamanniam* properat; sciens, quia terra puerili subiecta regimini laxis persaepe habenis utitur,et ex proprii arbitrii tumultuaria diuersitate, per diuersa praecipitia rapitur. Iam enim dux *Herimannus* obierat, et filius suus ducatui a rege substitutus erat: qui nimiae iuuentutis adhuc, nec semetipsum regere sciebat. In loco ergo, qui* *Turegum* dicitur, rex colloquium tenuit, omnesque pro pace tuenda, pro latrociniis non consentiendis,a minimo usque ad maximum iurare compulit. Sic tota *Alamannia*, sub pacis quiete statuta, in *Alsatiam* uenit,et in *Argentina* ciuitate, dum in uigilia S. Ioannis colloquium cum Alsatiensibus haberet, domus, in qua ad legem et iustitiam faciendam sedebat, repente corruit, unique presbytero, qui cum domina una anathematizata manere solitus erat, cruris ossa confregit. Ille solus obüt; alii nihil, praeter timorem, passi sunt: sed in illius interitu didicerunt, quod saepe per psalmistam audierunt; *cum electo electus eris, et cum peruerso peruerteris.*

Posthaec rex *Moguntiam* uenit, ibique solito pietatis affectu, apostolorum solennia celebriter peregit. Tum per orientalem Franciam transiens, in *Saxoniam* festinat, cor suum indignationis pondere grauatum super Bulizlaum, uindicta potenti releuare disponens. Indicitur Saxonibus, Bauaris, Francis orientalibus expeditio, in medio Augusto terminus datur promotionis, ut frugibus inde praecollectis, abundantia comes exercitui esset. Mediante igitur Augusto *Meresborg* Saxonum fit congregatio. Rex autem nemini suorum familiarium fateri uolebat, siue in *Poloniam*, siue *Boëmiam* uellet, cognoscens *Bulizlai* flexuosas uersutias, quibus per quosdam sibi occultos amicos etiam secreta regia rescire solebat. Sed naues a *Magdeburg* usque *Citizam* congregari iubens, quasi in Poloniam uelit, transitum futurum simulat. Id omnibus sperantibus, repente in Boëmiam exercitum ducit, quaerens in primis propria recipere; deinde, pro uindicta, aliena inuadere, non tamen penitus aliena, quae regni sui pati iuga debebant.

Interferere libet quiddam, quo audito,datur intelligi,raro esse culpam,quam non sequatur uindicta, nisi praemunierit eam poenitentia. Mortuo *Bulizlao* seniore, Boëmiensi scilicet duce, et istius *Bulizlai*, de quo nunc agitur, auunculo, tres filii superstites ei remanserunt. Quorum primogenitus *Bulizlaus* nomine, adepto post patrem ducatu, crudeliA us coepit uiuere, quam terra illa pati uel uellet, uel posset. Indigenis igitur illum pro nimia crudelitate execrantibus, timere coepit,ne a fratrum suorum aliquo, *Pragensibus* id instigantibus, extruderetur. Ex mala ergo conscientia concepta suspicio,instigauit eum ad scelus nefandissimum, perduxit etiam ad facinus execrandum. Nam fratrum suorum unum eunuchizauit, alterum in-*Nefarium facinus Boleslai in suos fratres.*
B thermis suffocare tentauit. At illi,unus eunuchus,alter semiuiuus in Bauariam, a paterna haereditate exclusi, fugerunt.

Rex HEINRICVS hac impietate commotus,*Blademario*, de quo iam diximus, ducatum Boëmiensem dedit. Illo mortuo, *Bulizlauus* Bulizlaui filius, Bulizlauo Meseconis filio in societatem conspirationis adscito, ducatum contra regis uoluntatem tenere tentabat. Inter illos ergo duos Bulizlauos fit amicitia ficta, fit societas subdola. Saepe alter ab altero inuitatur, saepe alterius sumptibus iocunde conuiuantur, latente tamen igni sub cinere. Tandem *Bulizlauus*, Meseconis filius, iocunditatem Pragae, et amoenitatem Boëmiae, promissae praeponit amicitiae; et, ut nepote suo, qualibet ratione eiecto, tantae terrae principatu potiri possit, fraudum suarum intima scrutatur. Inuitat eum ad conuiuia, et diuersa praebet ciborum genera, amara demum propinaturus pocula. Satiatum enim illum militibus suis commisit et, ut eductus excaecaretur, oculorum nutibus ad similia edoctis, innuit. Implentur impietatis iussa et committuntur iniquitatis opera. Sic, qui fratrem eunuchizauit, a consanguineo et socio suo deductus periit: quique fratrem in consortio principatus parem habere uoluit, per supplicium passionis factus est suppar et inutilior.

Hoc ergo excaecato *Bulizlauus* Meseconis filius, ut superius dixi, per fraudes flexuosas, per uersutias sibi semper pedissequas, per promissiones infinitas, *Pragam* et totam *Boëmium* inuadit; ac dominio taliter adepto, turgidus per loca, regio exercitui peruia, castella firmissima munit.

Interea rex cum Saxonibus ueniens per montem quendam, in quo iam *Bulizlauus* munitionem quandam ad contradicendum introitum firmauerat, praemissis in nocte marchionibus, cum maxima difficultate in Boëmiam intrat. Cuius introitum, ut Boëmienses senserunt, quidam pauore regiae praesentiae exanimati, castellum unum cum semetipsis regi reddiderunt. Illud ilico rex *Lavameri* eunucho, fratri caeci Bulizlaui, quem secum natiuam in terram propietate reducebat, cum summa beneuolentia concessit. Deinde, iter suum pro-

* *Zurch, in Helueria.*

Ruina domus.

Expeditio contra Boleslaum.

Rex dissimulat, quo ire uelit.

Rex Bohemiam ingreditur.

protelando per terram illam progredi-
tur, exſpectans Bauarios, quibus non
idem, qui et Saxonibus in Boëmiam erat
introitus.

Sed cum illi aduentum ſuum protra-
herent, rex ad quandam ciuitatem, quae
Satiza uocatur, cum Saxonibus tantum
peruenit. Cuius potentia uiſa, ciues
non mediocriter turbantur, et ſtatim de
pace quaerenda ac regis gratia impe-
tranda, meditantur: portas ilico ciuita-
tis aperiunt et, conditione adipiſcendae
gratiae interſita, Polonos, quos *Buliz-
lauus* eis ad tuitionem eiusdem loci ad-
iecerat, eiiciunt. Et eiiciendo quos-
dam membrorum abſciſione deturpant;
quosdam ab locis altiſſimis praecipi-
tant; quosdam etiam interimunt, ut et
iniurias ab eis ſibi illatas ulciſcantur, et
honori regio per omnia ſatisfaciant.
Tandem huius crudelitatis feruor regis
animum perculit, et ad contradicendas
eiusmodi inſanias inſita pietas inclina-
uit. Iam uiui educuntur, et regi repraeſ-
ſentati in eccleſia. Poſt haec ciuitas to-
ta ſe regi reddidit. Et quia debuit, fidei
promiſſione per ſacramenta, per obſi-
des obligauit. Interea fama uolitat, Bu-
lizlauum a Pragenſibus conſpirationis
uinculo colligatis interemptum, et
quamuis mendax, fideles tamen Bulizla-
ui exterritat.

B

ANNOTATIO.

CAeterea deſiderantur in manuſcri-
to exemplari: utinam aliquando
integrum inueniatur et ex tene-
bris in lucem extrahatur. Inſignem
enim commentarium rerum a S. Henri-
co geſtarum uel eſſe uel fuiſſe oportet, ſi
Adelbodus ſeu Adelboldus, eo, quo
coepit, pede, ad mortem uſque S. Henri-
ci proceſſit.

VARIAE EPISTOLAE AD RERVM BAMBERGENSIVM ILLVSTRATIONEM PERTINENTES,

nunc primum
ex antiquis codicibus erutae et editae,
STVDIO IACOBI *GRETSERI*, SOCIETATIS IESV THEOLOGI.

LECTORI.

SEquentes epiſtolas uitae Othonianae adiungere libuit, tum quia aliquae illarum ſunt ad S. Othonem; tum quia omnes ad rerum Bambergenſium illuſtrationem faciunt. Eas autem debes, mi lector, nobili, clariſſimo, omnique genere literarum excultiſſimo uiro, domino SEBASTIANO TENGNAGEL, I. V. doctori, caeſareo et regio Viennae Auſtriae bibliothecario. Alicubi notulas adiecimus, ſi ſcopus non ſemper a nobis tactus, memineris, humanum eſſe errare: at Ariſtarchicum, in libris non niſi alienos errores rimari ac uenari.

VARIAE EPISTOLAE AD HISTORIAM BAMBERGENSEM SPECTANTES.

Epiſtola I. Henrici IV. ad S. Othonem *Bambergenſem epiſcopum.*

HENRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator, *Othoni*, Babenbergenſi epiſcopo, ſuo dilecto et certo fideli, gratiam et omne bonum. Nunc imminente neceſſitate debet apparere, qui ſint fideles nobis et ipſa euidentia rei manifeſtandum eſt, quantum nos diligant et honorem noſtrum. Scias igitur quod nos uſque *Wirzeburc* uenimus, cum multis militibus et adhuc ibidem plures exſpectamus, cupientes, cum DEI adiutorio, inimicos noſtros inuadere et caſtrum noſtrum *Nurenberc*, quod obſident, liberare. Quapropter tibi, ſicut optimo fideli, rogando mandamus, ut ad nos uenire feſtines, cum omnibus, quos habere poteris, ſicut tibi confidimus. Inſuper etiam diligenter te rogamus, ut in praeſenti noſtram conſideres neceſſitatem, et A. qui nobis eſt neceſſarius, concedas beneficium, quod a te poſtulat, animaduertens, quomodo nos praeſens periculum compellit multis ſupplicare, et eorum uoluntatem faciendo, ipſos in noſtra fidelitate confirmare, et hac ratione conſtrictos, de his et de aliis multis oportet nos te rogare aliter, quam uellemus. Sed nos, DEO uolente, ſi

C

anno Domini 1105. deficerat Henricus filius a patre.

Quare cum aliis, tum S. Othone, ut deferretur, ſupplex factus eſt.

prosperitas aduenerit, te et ecclesiam tuam, sicut dignum est, respiciemus. De hac re fac, secundum quod tibi dicit N. ex nostri parte.

II.

Epistola eiusdem ad eundem, et eiusdem argumenti.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator augustus, OTHONI, Babenbergensi episcopo, gratiam et omne bonum. Scimus, quia legationibus filii nostri frequenter fatigaris, sicut nobis per tuum nuncium mandasti. Confidimus autem de tuae bonitatis fide: quod nec precibus, nec minis, nec persuasionibus, nec blanditiis, unquam acquiescas nostris contra nos inimicis; sed semper fideliter nobiscum perma-
ab S. Otho, coniunxit se, ut par erat, cum catholicus contra schismaticos, non obstantibus blanditiis Henrici IV. pollicitationibus.
neas. Quantascunque autem persecutiones ab inimicis nostris sustineas: nullatenus tamen terrearis, sed, certus esto, quod te non deseremus, siue in pace, siue in periculo, et fiduciam habeas in omnipotente, DOMINO, quod nobiscum cito a praesenti liberaberis periculo. Sicut ergo de te confidimus et per nuncium tuum tibi mandauimus, ad diem et locum, quem * condiximus, uenire non dubites. Igitur per fidem, quam nobis debes, neque precibus, neque minis aliquatenus terrearis, ut ad filium nostrum transferaris et ab omni ecclesia, atque per omnes congregationes tibi commissas, orationes sine intermissione fac fieri ad DEVM pro nobis. Castrum etiam tuum ita diligenter custodiri facias, ne aliquis ex custodibus ab eo descendat. Nuncium etiam tuum ad consolandos mittas * *Nurenbergenses.*

* *Superiore epistola.*

Is erat Herbipolis seu Wirzeburgum.

* *Tunc ab exercitu filii absens fuit.*

III.

Epistola eiusdem ad eundem.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator augustus, OTTONI, Babenbergensis ecclesiae episcopo, gratiam, dilectionem et omne bonum. Perfectus amor cum utique domesticus cordis sit, non ad oculum tantum ualet, non ad oculum spectat, non pendet ex tempore, per quem absentes quanto longius separantur, tanto arctius mutua pro se solicitudine constringuntur. Nos certe absentis tui amplio-
Videtur haec epistola scripta paulo post quam S. Otho episcopatum Bambergensem iniuerat.

De quo initio libri 1. de vita S. Ottonis.
rem, quam dum affuisti, curam gerimus; eodem, quo te proueximus animo, cuncta tibi prospera cupientes; aduersa, etsi non accidant, quia possunt accidere, uerentes. Vnde maximo nobis gaudio est, quod adhuc de rebus tuis optata comperimus, teuidelicet ab ecclesia tua honorifice receptum, grata omnibus responsionum habitibus et actuum temperantia placuisse, et in praestandis beneficiis necessariam laudabiliter exhibuisse cautelam. Qua de re consulimus, hortamur et petimus, ut quod facis facias, ne primitias bonae famae, si manum remiseris, perdas, quia, bona inceptio sine fine, speciosi corporis instar est sine capite. Nemo te a delectu ecclesiasticae secundum iustitiam utilitatis terrore detorqueat, precio flectat, suadendi fellito melle seducat, quoniam tenratus his omnibus, si probatus fueris, facile omnia propulsabis. Si quid autem graue tuis uiribus aestimabis, ad nos tibi procul dubio succursuros ex nostri differas occasione praecepti.

IV.

Epistola eiusdem Henrici ad S. Othonem.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator, augustus, * Babenbergensi episcopo, suo fideli charissimo, gratiam et omne bonum. Cum DEI prouidentia et magnae pietatis eius consilio de nostro regno ubique pacificato gauderemus, aduenerunt nobis Dnuncii ex parte G. ducis, et B. comitis aliorumque fidelium nostrorum marchiae Flandrensis, intimantes, eos diutius non posse sustinere molestias Roberti comitis, qui regnum nostrum inuasit, et ad ignominiam omnium, qui in eo sunt, sibi nostrum *Cameracensem* episcopatum usurpauit. Vnde, quemadmodum res hortabatur, nostros principes conuocatos consuluimus, et ab eis sapienter, re notata, constituimus eorum consilio nos facturos expeditionem in *Flandriam*, supra tam praesumptuosum honestam; qui noster miles debet esse; ne diutius de imminutione et dedecore regni nostri impune superbiar. Hoc siquidem tam manifestum, et tam commune regni nostri dedecus tibi fieri, si tuum honorem diligis, pensare debes corde tenus. Vt igitur fideliter hoc facias et prudenter, rogamus te sub spe remunerationis gratissimae, et per fidelitatem, quam nobis et regno debes, monemus, ut omni occasione destructa sicut honor est regni atque tuus, ad expeditionem ueniias: sciens quod in proximo festo sanctorum omnium *Tungris* iuxta *Leodium* conuenientes, parati sumus per Flandriam equitare. Nec mireris mutatum esse aduentum nostrum *Radisponam*, sicut intellexeras, quando nobiscum eras, quia huius rei necessitas interuenit, et utiliter ad decus regni firmiter est laudata ab omnibus nostris expeditio nostra, super hostes in Flandriam.

* *Nomen episcopi non exprimitur in codice M. S. sed uidetur esse Otho.*

* *Sigeb. anno 1102. Roberto Flandrensium comite inquietante urbem Cameracum, Henricus imp. contra eum proficiscitur, sed parum profecit ob hyemis asperitatem, ut dicit Sigeb.*

Erat hic Roberti sed apostolicae addictissimus. Cameracenses autem ad Henricum imp. Schismaticum transferant. Hinc Roberto causa belli in illos.

publicis literis callendauit paschalis II. papa, unde Baron. tom. XII. anno 1102.

V.

A

V.

Epiſtola eiusdem Henrici ad S. Othonem.

Miſit Henricus legatos ad paſchalem pontif. anno 1105. Vide Baron. Tom. XII niſi ad Henricum iuniorem referre velis, qui Spiram conuentum egit an. MCXI. Vide Pfeffing.

HEINRICVS Dei gratia Romanorum imperator auguſtus, Ottoni Babenbergenſium dilecto epiſcopo gratiam abunde, et omne bonum. Roma noſtri nuncii rediere, et Dei gratia ex parte maxima nobis laeta et proſpera retulere. Mandant etiam nobis noſtri fideles, quod tempus habemus acceptabile, ut Romanae ſedi et reipublicae conſulamus. Quapropter neceſſario noſtros principes conuocamus, ut inde, ſicuti iuſtum eſt, eorum conſilium et auxilium habeamus. Ad quod plurimum indigemus tuae fidei praeſentia, et tui conſilii prudentia: quoniam et te corde tenus diligimus, et tibi de omni honore noſtro, prout nobismetipſis indubitanter confidimus. Confidenter igitur et intime tuam rogamus dilectionem, ut die Veneris, poſt proximum feſtum S. MARIAE, neniias ad nos Spiram, et ibi ſuper his tuo et aliorum noſtrorum principum conſilio ad Dei honorem et regni, et chriſtianae pacis ſtatum tractabimus. Et hilariter facias hoc, ſciens quod te cito dimittemus. Et * hoc libenter tibi parceremus, niſi tam alti negocii nos uigeret inſtantia. Praeterea mandamus tibi, ut mittas pro comite N. quem tibi commiſimus, et eum nobis repraeſentes.

* *f. tu hoc*

VI.

Epiſtola eiusdem Henrici adhuc regis ad A. epiſcopum Bambergenſem.

Videtur eſſe Alberto comes a Bogen, qui Bamberg. epiſcopatum tenuit ab anno 1114 uſque 1060 ut dicitur in prodromo annalium Bamberg.

HEINRICVS DEI gratia rex * A. ſanctae Babebergenſis eccleſiae uenerando pontifici, ſuo ſcilicet dilecto nepoti, gratiam ſuam, et debitum dilectionis donum. Si omnia ueſtra proſperitatis tenore diriguntur, ut iuſtum eſt, congaudemus: et ſiquid aduerſi uobis occurrerit, quod diuina repellat obumbratio, ut decens eſt, condolemus: et hanc eandem charitatis uicem uos erga nos ſeruaturum, non dubitamus. Quapropter dilectionis ueſtrae rogamus priuilegium, quia, quidam militiae ueſtrae, N. nomine, miſericordiam noſtram et auxilium petens uenit; ut ſibi illam *haranſcaram* cum tradimontio, quam uobis iureiurando promiſit, noſtri amoris et rogatus cauſa dimittatis; ut ego ex parte mea uobis compenſem, patremque meum, ut et ipſe uobis compenſet, inſtigem.

VII.

Epiſtola eiusdem Henrici IV. imperatoris ad Rupertum epiſcopum Bambergenſem.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator auguſtus, Ruperto Babebergenſi eccleſiae epiſcopo gratiam et omne bonum. Notum eſt tibi, quanto periculo tota fluctuet eccleſia; quantus error in omni ſurgit *Saxonia*: quantaque deſolatione nobilis illa *Metenſis* penitus deſtruitur eccleſia. Et non ſolum ibi, ſed et in diuerſis partibus eccleſia noſtri diuiditur imperii. Igitur conſilio noſtrorum fidelium ſtatuimus, fieri Moguntiae colloquium, in dominico die ante proximum *S. Andreae* feſtum. Huic colloquio omnes regni principes noſtri fideles interſunt: et praeterea omnes, quorum nobis utilis declaratur aut fides, aut conſilii prouidentia. Ad quod ueniire te, quam intime rogamus, quia nullatenus tam ardua negotia regni, et diuiſio eccleſiae coadunari poterit, ſine tua maxima ſapientia, et egregio conſilio et fide, quae hactenus nobis frequenter in neceſſitatibus, et in huiusmodi controuerſiis regni, prout nos uoluimus, et res exegerat, praeſto fuit. Ad quod colloquium omnes Saxones noſtri fideles uenient, rogantes ſummopere, nos in Saxoniam uenire et hos nouos errores componere. Metenſes autem e contrario Metim clamant nos tranſire; quatinus illic tandem pax et ſecuritas reddatur eccleſiae. Nos quoque inuitante archiepiſcopo, Coloniae natiuitatem domini celebraturi ſumus; et idcirco ſtatuimus hoc colloquium ante fieri, ut huiusmodi diſſenſiones regni prius componeremus; quam nos in remotiora tranſiremus loca. Sed idcirco praedictam expeditionem diſtulimus, quatinus communi omnium noſtrorum conſilio, quae nobis agenda ſint, conſiderentur. Ergo rogamus te, per eam, qua compater nobis effectus es, dilectionem; ne te corporis aegritudo, uel quaelibet alia res impediat, quin ad praefatum colloquium tempore ſtatuto uenias; et ibi iuxta magnam ſapientiam et ſolitam fidem, tuam de noſtra et regni utilitate, quae neceſſaria ſunt, nobiſcum diſponas.

VIII.

Epiſtola eiusdem Henrici ad eundem.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum imperator auguſtus, Ruperto Babebergenſi epiſcopo gratiam,

am, et omne bonum. Quoniam ſem-A per nobis fuiſti fidelis, quemadmodum debuiſti, et noſtrum honorem ſicut uir ſapiens et fidelis egregius retinere et amplificare ſtuduiſti; grates tibi quam maximas referimus, et inde procul dubio ſcias, dignam tibi facere remunerationem intendimus. Tuam igitur rogamus fidelitatem confidenter, ut beneficio, quod fuit * Ou. diuitis, nullam promiſſionem uel conceſſionem alicui B facias, donec nobis loquaris, aut inde noſtram ſentias certis literis uoluntatem. Si enim hoc attenderis, nos faciemus propter tuam charitatem, quod nos rogaſti in tuis literis: et tu ſtude honori noſtro, ſicut in te confidimus prouidere.

* *In M. S. n. for.* Vanu.

IX.

Epiſtola eiusdem Henrici ad eundem.

HEINRICVS Dei gratia Romanorum imperator auguſtus, Ruperto Babeburgenſium epiſcopo gratiam ſuam et omne bonum. Nouit optime dilectio tua, quanto tempore, quam optima fide nobis ſeruierit Ou. et filius eius G. qui nuper miſeranda omnibus bonis, quia immatura, morte re-D ceſſit a ſeculo. Vrget itaque nos tam humanitatis compaſſio, quam iuſtitiae neceſſitudo, ut in paruulos eiusdem G. auitae et paternae ſeruitutis memores ſimus, et orbitati eorum debitae pietatis ſuffragio conſulamus. Vnde te ſolicite commonemus, et ſummis precibus obſecramus, ut filio eius patris beneficium benigne, pro reſpectu Dei et E noſtra interuentione concedas, nulla hoc differens occaſione, nulla excuſans uel abnuens ratione. Commendationem autem pueri usque in praeſentiam noſtram ut differas rogamus, ſicut de nobis curas.

X.

Epiſtola eiusdem ad eundem.

HEINRICVS Dei gratia imperator auguſtus, Ruperto uenerabili epiſcopo et dilecto compatri gratiae ſuae optimam uoluntatem. Quia in cuſtodia Babebergenſi per effectum operis noſtram impleſti uoluntatem; magnas tibi grates, ſicut optimo fideli G noſtro, referimus. Quod ſupereſt, rogamus, et firmiter tibi praecipimus, ut prohibeas, ne eiusdem eccleſiae cuſtos alicuius inde aut calumniam in bonis ſuis patiatur; et illos, qui ſe de illa cuſtodia beneficiatos aſſerunt, epiſcopali autoritate conſtringe, beneficia de ipſorum manibus excute et reſtitue. Nam id principum noſtrorum decreto indultum atque conceſſum et confirmatum eſt, ut nullus praepoſitus, uel cuſtos eccleſiae., poteſtatem habeat quidquam de bonis eccleſiae in beneficium alicui praeſtare: et, ſi factum fuerit, irritum haberi.

XI.

Epiſtola eiusdem ad eundem.

HEINRICVS Dei gratia Romanorum imperator auguſtus, Ruperto reuerendiſſimo, et * patrino ſuo in Chriſto dilectiſſimo gratiam ſuam, et plurimam in Chriſto ſalutem. Cum prae omnibus maximam habeam in te fiduciam, miror, quod totiens te pro C una eademque re rogaui, et nihil mihi dignum pro mea ſpe reſpondiſti; praeſertim cum ita nihil unquam ita ſit arduum, quod putauerim abs te mihi denegari. Sed et adhuc iteratas preces ingeminando identidem dilectionis tuae dulcedinem uelim exoratam; ut de cuſtodia eccleſiae tuae inclinatiua mihi aurem praebeas, et eam mihi per praeſentem nuncium transmittas. Praeterea, quia comes Ou. obiiſſe dicitur; non aliter te rogo, quam ut reuocem tibi in memoriam, ſi quid pro amore et uoluntate tua fecerim; ita ut aperte in hac petitione experiar, quantum me diligas: Nec te rogo, niſi talia, quae honori, et proficui tuo erunt profuturа. Rogo inquam, ut beneficia, quae ex te habuit, nulli promittas, nec aliquid inde facias, ſed totam ipſius rei actionem differas usque ad noſtram utriusque ad inuicem praeſentiam.

* *compari.*

XII.

Epiſtola Ruperti epiſcopi Bambergenſis ad Henricum IV. Imperatorem.

F HEINRICO deſideratiſſimo Romano imperatori, auguſto; Rupertus Dei gratia id quod eſt cum uniuerſa congregatione Babebergenſis eccleſiae, ſeruile obſequium, et ſine intermiſſione conſtantiam orationum. Maximas ueſtrae pietati gratias referimus, magisqua in dies pro ueſtra ſanitate et imperii ſtabilitate orare non ceſſamus: quoniam omnes petitiones noſtras benigne ſuſcipitis, miſericorditer in neceſſitate ſubuenitis, noſtrisque fratribus honores, dignitates, beneficia impendendo, uniuerſum clauſtrum noſtrum honoratis. Praedium autem pietatis ueſtrae, quo noſtrum ſtipendium adauxiſtis, partim ueſtri, partim miniſteria-

ſteriales domini N. inuaſerunt, ue-A ſtram eleemoſynam ſub ueſtro ſingulari patrocinio nobis penitus abſtulerunt. Nos profecto nihil ipſis, nihil aliis quibuslibet in beneficium de eodem praedio conceſſimus, ſed in perpetuam ueſtri nominis memoriam noſtris uſibus ordinauimus.

Nunc igitur nos omnes communiter ueſtram imploramus benignitatem, quatinus imperiali ueſtra legatione inuaſorum illorum audaciam retundatis; qui ueſtrum imperiale decretum transgreſſi ſunt, quod indiſſolubiliter conſtituiſtis, ut praedium illud nec a nobis, nec ab aliquo praepoſito ulli hominum in beneficium poſſet concedi; ſed pro ſalute animae ueſtrae, noſtrae deſeruiret in perpetuum neceſſitati. Itaque ueſtra imperialis legatio efficiat, quatinus modo praedicta praeda nobis reſtituatur, ac deinceps nullus fratrum edictum transgrediatur.

XIII.

Epiſtola eiusdem Ruperti ad eundem Henricum.

DEſiderantiſſimo domino ſuo Heinrico ſereniſſimo Romanorum imperatori auguſto; RVPERTVS Dei gratia Babebergenſis epiſcopus, caeterique ſui fideles *Nurenbergenſes* cum inſtantia orationum ſeruile in omnibus obſequium. Sicut in omnibus ueſtris negotiis ego *Rupertus* deuotiſſimum me ſemper exhibui, ſic etiam usque in finem maiori quoque ſtudio in omnibus ueſtrae obediam uoluntati. Et quidquid per dominum G. mihi iniunxiſtis, omni circumſpectionis diligentia ad ueſtram uoluntatem perficere ſtudeo. Perfectae uero dilectionis ardore nullatenus celare uos audeo, tam amicos, quam inimicos noua quaedam machinando conſoederari. Et ualde neceſſarium eſt, ut quantocyus ad nos redeatis, quoniam praeſens corpore facillime poteſtis uniuerſa ad ueſtram uoluntatem componere, quae ueſtri abſentia in incorrigibile malum formidamus excreſcere.

XIV.

Epiſtola eccleſiae Bambergenſis ad Henricum imperatorem.

SEreniſſimo domino ſuo Heinrico imperatori caeſari auguſto Babenbergenſis eccleſia, ſpeciali quadam fidelitate ſibi ſemper ſuisque anteceſſoribus deuincta, fidele et ſtabile ſeruitium cum deuotis orationibus.

Gratias agere diuinae bonitati non deſiſtimus, qua inſpirante, elementia ueſtrae dominationis, more et exemplo *patris ueſtri, piiſſimae memoriae,* *Henrici III.* nos et locum noſtrum benigno ſauore, *cui cognomen nigro.* et quaſi ſingulari quodam affectu haecnus dignata eſt reſpicere et conſouere. Vnde ſolita pietate ueſtra confiſi, diſpoliati, et immoderata rerum noſtrarum deuaſtatione pene iam deſolati, genibus ueſtrae commiſerationis cum lacrymis, et querelis pernimium neceſſariis prouoluimur. Si quid enim ab hoſtium immanitate relinquitur, hoc totum a ueſtris miniſterialibus quibusdam ubique deuaſtatur: ubicunque poſſunt, ſine reſpectu Dei et ueſtri. Quorum illi quidem qui apud HAMERSTEIN praeſident, octo carradas uini nobis hoc anno abſtulerunt. Oleum autem, quod ad quadrageſimale tempus deputatum, M. cum praeter eum deferretur, ex toto praeripuit. Porro R. cum ſuis complicibus omnia noſtra ſuae domui contigua, usque ad deſolationem deuaſtauit. Ecce qualia nos ueſtri a ueſtris patimur: ſed adhuc peiora ueremur: niſi Deus et ueſtrae iuſſionis auctoritas quantocyus ſubuenire dignetur. Rex regum, et dominus dominantium, uitam et honorem ueſtrum, ſereniſſime domine, prout expetit neceſſitas totius imperii, prolongare atque conſeruare dignetur.

XV.

Epiſtola eccleſiae Bambergenſis ad Adelbertum archiepiſcopum Moguntinum.

ADelberto ſanctae Moguntinae ſedis archiepiſcopo, et Romanae ſedis legato, ſanctae Babenbergenſis eccleſiae clerus reuerentiam cum dilectione, et obedientiam cum humilitate.

Primum quidem, domine, gratiarum actiones ueſtrae paternitati referimus, et a Deo retributionem uobis poſtulamus, quod in tantis negotiis regi occupatus, aurem ueſtram a clamore noſtro non auertiſtis; ſed auxilium ueſtrum in tribulatione noſtra, nobis aſſore, promiſiſtis. Quae beneuolentia nullis meritis noſtris exigentibus nobis exhibita, nos adeo paternitati ueſtrae alligauit, ut nunquam eiusdem beneuolentiae obliuiſci decreuerimus. Ex promiſſione itaque ueſtra, quam per legatum noſtrum audiuimus, in ſpecie adducti, iterum atque iterum oſtium miſericordiae ueſtrae pulſamus, et pedibus ueſtris prouoluti oramus, ut cauſam noſtram, quam tractandam, pro gratia ueſtra, ſuſce-

scepistis, sicut uobis moris est, pro honore uestro, tum pro dilectione episcopi nostri, tum pro nostra semper mansura deuotione, perfecte et integre terminetis.

Nouerit autem paternitas uestra, quod milites domini N. imo axactores eius, fratrem et dispensatorem nostrum, et sacerdotem Dei inhumanissime, et sicut eos decebat, tractauerunt, et tandem omnibus rebus suis et nostris retentis, scilicet VII. palafridis, et XVI. marcis, quibus nobis uinum comparandum erat, et quod sine lacrymis reminisci non ualemus, uestibus omnibus usque ad uerecundam nuditatem abstractis, infirmum et uix baculo innisum, peditem abire permiserunt. Sunt autem nomina eorum, qui hoc fecerunt, N. et N. et N. Caeterorum uero nomina modo exciderunt. Quod nos, domine, quia oculi totius regni ad consilium prudentiae uestrae, et ad auxilium potentiae uestrae respiciunt, uestrae gratiae committimus; tanto de uestra misericordia praesumentes, quanto post hac, prae omnibus, uobis uolumus esse deuotiores.

XVI.

Epistola Adalberti archiepiscopi Moguntini ad S. Ottonem episcopum Bambergensem.

Debet Adelberto seu Alberto lege Serarium lib. 5. Rerum Mog. Loquitur de excommunicatione lata in Henricum V. maxime anno 111.

ADELBERTVS, Dei gratia Moguntinus archiepiscopus, et apostolicae sedis legatus, uenerabili fratri, Ottoni, Babebergensi episcopo, salutem in Domino. Excommunicationem, quam, communicato fratrum et principum consilio, in inuasorem regni fecimus, iam dudum fraternitati uestrae per literas nostras significauimus: sed quia dubitamus, utrum ad uos perueuerint literae; audiuimus enim, quod ecclesia uestra, uelit eas ignorare: Mittimus iterum praesentes apices, monentes, ut, quod fecimus nos, et uos faciatis, et per omnes ecclesias uestras ipsum iniquitatis auctorem cum sautoribus suis a communione christiana, et omni diuino officio arceri praecipiatis.

XVII.

Epistola eiusdem Adalberti ad S. Ottonem episcopum Bambergensem.

ADelbertus Dei gratia, sanctae Moguntinae ecclesiae licet indignus et humilis minister, Ottoni dilecto et uenerabili fratri suo, Babenbergensi episcopo, fraternam in domino dilectionem et orationes. Fraternitatem uestram coram Deo et hominibus hactenus laudabiliter uixisse et contra haereticos, tempore huius schismatis, plurimum desudasse pro ecclesia, nulli pene dubium est. Quanto igitur zelum uestrum erga Deum et ecclesiam * seruentiorem dudum esse cognouimus, tanto magis nunc miramur, quod tamen salua fraterna charitate dicimus, uos Deo et ecclesiae minus deuotum existere et quodammodo refrixisse: cum iam magnum ostium nobis apertum sit recuperandae unitatis ecclesiasticae, cum iam bonum certamen nostrum, domino cooperante, peruenerit ad finem, et nunc quam maxime uobis et omnibus orthodoxis summopere satagendum sit, ut, quod dudum a nobis est inchoatum bene, uotiuum in Dei nomine sortiatur effectum.

** Vide annot.*

Dilectioni uestrae pridem significauimus, ut sanctae apostolicae sedis legato, et fratribus nostris coëpiscopis, uestris, ac caeteris catholicis principibus in loco, qui dicitur *Plesselt* occurrere uelletis, et Wirzeburgensi * episcopi una nobiscum interesse ordinationi. Ad quam utique prompto et acri animo, etiam non rogatus uenire debueratis; non solum, quia coëpiscopus, sed etiam quia conuius uester est, et iure propinquitatis ipsum quodammodo familiarius et specialius diligere debetis. Sed, quia uenire neglexistis, dominus cardinalis usque ad satisfactionem a diuino officio, caeteris consentientibus, uos suspendere uoluit. Nos autem pro singulari amore, et reuerentia ueriti, ne quid durius contra uos diffiniri deberet, uix obtinuimus.

** Ruggeri contra quem fuit Gebhardum. Est autem Ruggerus ordinatus anno 1122.*

Nunc itaque fraternitatem uestram rogamus, et ex auctoritate domini papae et apostolicae sedis legati et nostra praecipimus, ut uniuersali concilio, in natiuitate sanctae Dei genitricis Moguntiae celebrando, omni amputata occasione uestram exhibeatis praesentiam; ut ibi et domini papae legationem cognoscatis, et de statu ecclesiae una nobiscum in commune consulatis. Si qui uero episcoporum huic sancto concilio interesse neglexerint, sciant se ex auctoritate domini papae et apostolicae sedis legati, et totius concilii synodalis sententia, qua huiusmodi praesumptores feriendi sunt, modis omnibus subiacere.

Annotatio in XVII. epistolam.

CAussam huic epistolae scribendae dedit consuetudo *S. Ottonis*, qui in tanta rerum omnium turbatione, quantum consequi poterat, publico abstinens, suae ecclesiae res curabat.

Quod

Quod nonnulli tam catholicae, quam schismaticae partis aegre ferebant. Clare hoc testatur Vrspergensis, qui ista. Anno domini MCXIV. dominus imperator, Henricus V. *natalem domini Babenberg cum summa magnificentia, copiosaque principum multitudine celebrat: et hoc simpliciter, quia uirum Dei Ottonem inibi episcopum, propter quaedam iam orientia in regno scandala, curiam frequentare renuentem, ex parte suspectum habebat. Ipse uero transitoriis pro concordia ecclesiastica non parcens; beneficiis indefessis animositatem regis gloriose deuicit.*

Idem Vrspergensis. *Caeteris, qui aderant, etc. ad curiam* uenire Babenberg. nonis Maii, MCCXXIV. *indicebat* Henricus. *Factus est itaque conuentus idem non modicus, etc. Quibus singulis necessarios sumptus uel ex toto, uel ex parte ministrabat uenerandus episcopus Otho, praeter publicum atque constitutum antiquitus imperatoriae maiestati, quod aulicis etiam importunius exigebatur seruitium. Ab ipsis denique pater idem notabatur rarius quam caeteri praesules Palatium uisitare; ipse uero monasteriis constituendis et restaurandis, eleemosynis dispensandis, orationibus inuigilandis, caeterisque tam practicae, quam theoreticae studiis insinuandis sese maluit occupare. Nec deerant, qui id inuidiae caussa mussitantes publicis potius functionibus impendendum iudicarent; sicque caesaris animositatem contra uirum Dei commouere tentarent. Sed quia dominus custodit omnes diligentes se, et uias peccatorum disperdit, iste rebus transitoriis pro tempore non parcens, miro modo, quamuis undique regiones stringente penuria, sufficienter omnibus ministrando bonitate malitiam uicit, non fictae charitatis officiis, totius in se regni benenolum affectum commeruit.* Haec Vrspergensis. Non semper tamen publicis abstinuit. Nam anno MCV. cum caeteris Romam legatus missus est pro Henrico V. contra Henricum IV. et anno MCXXI. transactioni catholicorum et schismaticorum ad Moguntiam interfuit: et ad principes Noricos transactionis indicandae caussa legatus abiit. Et tandem pacem inter ecclesiam et imperium anno MCXXII. initam chirographo suo confirmauit.

XVIII.

Epistola episcopi Halberstatensis ad S. Othonem.

OTTONI, domino suo uenerabili sanctae Babenbergensis ecclesiae pontifici * N. per misericordiam Dei *Haluerstatensis* ecclesiae episcopus, si quid est, quotidianum laudabilis uitae incrementum. Si rerum uestrarum status prosperitate fruitur, si condigne morum ac uitae compositioni concordat, uobis, ut decet, congaudemus: si non; condolemus, quia id ipsum de fidelitatis uestrae excellentia speramus et certum habemus. Si ergo rerum nostrarum statum scire cupitis, ut amico, cui maxime confidimus, cui fluctuantis nostrae anchoram, ingruente tempestate, infigimus, ut amico inquam, quem post Deum unicum ac certissimum imbecillitatis nostrae sustentaculum esse, non diffidimus, dilectioni uestrae intimamus. De proxima ista, quam nostis, expeditione, in qua ob honorem regni et ecclesiae diligentius caeteris laborauimus, reuersi, domi ubi pacem et concordiam, ubi tranquillitatem et recreationem inuenire debuimus, odium et discordiam, schismata et intestina bella, peccato heu nostro exigente, inuenimus. Aduersarii enim nostri N. et N. ecclesiae nostrae canonici, qui et prius nobis aduersabantur, quibusdam solitae fraudis industria collectis, inter quos N. nominatissimus, et quasi primicerius, iterum in nos insurrexerunt, cleroque conuocato, lacrymabilia et inaudita crimina, quae, Deo teste, nunquam commisimus, in faciem nobis obiecerunt; inter quae, electionem nostram non fuisse canonicam ideoque et consecrationem nostram asserunt esse irritam, insuper quoq; et Simoniam nescio quam N. nobis imponit, quam se canonica auctoritate statuto tempore probaturum asserit.

Nos ergo tanta, tamque inaudita infamatione perculsi, Moguntinae sedis archiepiscopo rem omnem scriptis aperuimus, huiusque rei consilium, et auxilium quaesiuimus. Qui literis ad ecclesiam nostram directis, omnimodis nos excusauit, electionemque nostram iustam et canonicam fuisse comprobans, criminatores nostros reconciliari nobis condigna satisfactione praecepit. Illi uero obstinationi suae iussa archiepiscopi postponentes, nec non et Magdeburgensis archiepiscopi, qui ad sedandam hanc motionem regio iussu aduenit, monita spernentes, adhuc in conspirationis suae uecordia persistunt. Quapropter aram misericordiae uestrae amplectentes ad uos confugimus, debitumque clementiae uestrae auxilium humiliter imploramus. Quidquid enim alii faciant, uestrum est ex gemino charitatis uinculo nobis assistere, labantesque brachio uirtutis uestrae sustentare. Proinde rogamus quatenus literas uestras ad metropolitanum dirigatis, et ut in causa nostra diligens esse uelit, causa uestri esflagitetis. Rogamus quoque, ut ubi-

in lib. 6. Metropol. cap. 11. de quo epist. Honorius pontifex.

* *uidetur leg.* O. *ut sit Otho, de quo Orosci.*

cunque concilium pro huius rei diſcuſ-
ſione conuocetur, uos adeſſe uelitis.

XIX.

Epiſtola Honorii pontificis ad Othonem epiſcopum Halberſtattenſem.

HOnorius epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum Dei, uenerabili fratri Ottoni
Haluerſtatenſium epiſcopo, salu-
tem et apoſtolicam benedictionem.

Grauis ad nos de perſona tua querela
peruenit. Accepimus enim, quoniam
Haluerſtatenſem epiſcopatum per laica-
lem uiolentiam, et quod deteſtabilius
eſt, per Simoniacam haereſin occupaſti.
Quantum autem flagitioſam iſtam pe-
ſtem Simoniacae haereſeos ſancta Dei
eccleſia abhorreat, Petrus apoſtolus in
principio naſcentis eccleſiae manife-
ſtat, qui Simonem Spiritum ſanctum
uendere uolentem cum pecunia con-
demnauit. Si ergo huius ſceleris te reum eſſe cognoſcis, ſatius eſt, ut cedas, et delictum tuum in hac uita punias per poenitentiam, quam ante oculos diſtricti iudicis iudicandus appareas. Datum Beneuenti XV. Kal. Nouemb.

XX.

Epiſtola Babebergenſis eccleſiae de Hermanno ad quendam epiſcopum.

Pro huius epiſtolae clauiore intellectu lege Greg. VII. pontif. Lib. 2. regiſtri epiſt. 76. et lib. 3. epiſt. 1. 23. et lib. 1. epiſt. 84.

REuerendiſſimo epiſcopo, et in
Chriſti membris ualde honoran-
do E. tota Babebergenſis congre-
gatio deuotiſſimam ſeruitutem, cum
perpetua oratione conſtantia.

Suſceptis literis ſanctitatis ueſtrae, quibus animum ueſtrum graui admiratione pulſari dicitis, quod rem tantam, et tam inauſitatam priuata quaſi temeritate praeſumpſimus. Omnino intelleximus, totum negocii tenorem longe aliter uobis, quam res eſſet, innotuiſſe. Quamobrem, ut et diſciplinae eccleſiaſticae apud nos illibata integritas, et totius actionis ueritas, remota omni falſitatis nebula, eluceſcat; rem geſtam, quantum epiſtolaris modus patitur, breuiter uobis exprimere tentabimus.

Cum pro perſona, qua de agitur, diram infamiam Simoniacae haereſeos, execrabilemque confuſionem euidentiſſimi periurii ab omni eccleſia ſuſtineremus; et omnes fere ueſtri ordinis, epiſcopi ſcilicet et archiepiſcopi, publice, ipſo rege audiente, omnia Chriſti ſacramenta prophanari deplorarent, et chriſma, corpusque domini, quod ipſe confecerat, uelut Immunditias menſtruatae exhorrerent: gradus eriam eccleſiaſticos, quos ille inſtituiſſet, deteſtabili illuſione deumbratos aſſererent: malum enim inſcitiae, quod in eo, quantum ſit, uos optime noſtis, ad immanitatem aliorum, licet intolerabile, leue ducebamus.

De Hermanni huius inſcitia lepidam hiſtoriolam refert Bruno initio Commentarii de Bello Saxonico.

Haec itaque, aliaque id generis infinita, quae uerecundia modeſtiaque noſtra, Deo teſte, diſſimulat, cum iam ecce in decimum annum triſtiſſima patientia pertuliſſemus; tandem aliquando tacti dolore intrinſecus, et plane diuinitus admoniti, humiliter nos ad pedes illius abiecimus, obſecrantes et obteſtantes; ut, quia uocatus ad Synodum ſedis apoſtolicae fuiſſet, ſi in innocentia ſua confideret, iter arriperet; et tam ſe, quam nos tam deteſtabili opprobrio, tanquam immani periculo liberaret: aut, ſi aliud ſibi conſcientia ſua ſuggereret, tum uero per timorem Dei, ut ſibi, nobisque alia ratione conſuleret. Et ecce, dum haec agebantur, Deo ſic ordinante, ſuperuenit dominus metropolitanus. Cui, dum omnia retractata fuiſſent; et ipſe querelas noſtras, utpote omnium gnarus, plurimum accumulaſſet, tandem ipſius auctoritate id ſtatutum eſt, illo noſtro approbante, atque etiam obſeerante; ut ex collegio fratrum duo, uel tres Romam irent, in quorum praeſentia ſe ab impoſitis criminibus ſecundum canonum ſtatuta, expurgaret. Quod niſi factum fuiſſet, iam ultra nullam obedientiam a nobis expoſtulaturum, aut allquod epiſcopale ius ſibi inter nos uendicaturum. Ipſe ultroneus ſacroſancte ſe obſtrinxit. Atque haec domi acta ſunt.

Archiepiſcopum Moguntinum Sigefridum.

Ecce autem Romae, dum terminum uocationis ſuae ſuperſediſſet, et uix intetuentu quorundam officium ſuum, quo priuandus erat, usque in diem Palmarum, quia tunc ueniturus ſperabatur, obtinuiſſet, cum uero et has inducias fruſtraſſet, tum domnus papa in ipſis Albis, cardinalibus ſuis in unum congregatis, praeſente archiepiſcopo noſtro, qui illuc inopinatus aduenerat, aſſidentibus eriam reuerenriſſimis noſtratibus epiſcopis, *Wirziburgenſi* et *Metenſi*: ibi inquam, papa ipſum archiepiſcopum, aliosque noſtrates terribili obteſtatione conuenit; ut, quae de Babebergenſi epiſcopo uere ſibi comperta eſſent, edicerent. Tum archiepiſcopus, cum ab omnibus ultro citroque fuiſſent uentilata, uere et absque omni controuerſia, eum Simoniaçum pronunciauit; in tantum, ut grandem ſuae ipſius pecuniae in id facinus expenſam diceret. Omnibus, qui aderant, ipſum uno ore ſuccla-mantibus. Ita negotium diffinitum eſt, ut, ſi ipſe noſter Romam peruenirет, ibi ſuae cauſae ſententiam exciperet. Sin uero retrogadus fieret; tum archiepiſco-

ſcopus ex praecepto domni papae, clero populoque Babebergenſi denunciaret; ne ullam ſibi obedientiam, utpote damnato, exhiberent, omnemque eius communionem et conſortium, ut plane Simoniaci declinarent. Atque haec Romae acta ſunt.

Interea noſter cum fiducia cuiusdam interceſſoris ſui, quem ingenti pecunia redemerat, quemque infinitis uariarum ſpecierum opibus, ad explendos Romanae cupiditatis hiatus praemiſerat; dum illius, inquam, fiducia propius Romam acceſſiſſet, ita ut uix bidui iter reſtaret: ibi triſti nuncio rei geſtae perculſus ſubſtitit. Fratres uero, qui cum eo uenerant, quaſi teſtes innocentiae ipſius aſtituri, Romam progreſſi; cum literas fratrum papae obtuliſſent, poſt multa, quae longum eſt perſequi, id demum ab eo mandatum accepere, ut, ſi ipſe ad ſuſcipiendam ſententiam Romae ſe non praeſentaret, fratres eum omnino excommunicatum ſcirent, atque ab omni eius contagione, niſi ſecum perire mallent, praecauerent. Haec ut exſecuti ſumus, teſte ipſa ueritate, ita domi forisque geſta ſunt.

Quid ergo hic a nobis abuſiue factum quisquam probauerit? Quid, inquam, hic factum, quod religioſi et ſerui DEI tantopere mirari, et non magis ſummopere lamentari debeant? Nam quid tandem ſuggeſtione noſtra, quae lacrymis gemitibusque inſinuata eſt, humilius? Quid autem diſciplinae eccleſiaſticae congruentius? quam, ut tantorum malorum exitus, et remedium, conſenſu et rogatu ipſius conſilio et auctoritate metropolitani a ſede apoſtolica peteretur? Nam quod reuerentia ueſtra nos monet, ut uos in partem conſilii admittamus; non uos in partem conſilii admittimus: quin imo totum conſilium uobis, ſecundum ea, quae geſta ſunt, committimus; certi omnino, prudentiam ueſtram terminos patrum, aut decreta Spiritus ſancti nullatenus exceſſuram.

Quod autem in ſpe abſolutionis illum adhuc eſſe dicitis, hanc profecto et nos ei a Deo patre miſericordiarum omnibus uotis expoſcimus: quae tamen nulla unquam eſſe poterit, niſi abrenunciata peſte, qua tenetur. Nam, ut beatus GELASIVS ait; *Chriſtum mortuos ſuſcitaſſe legimus; in errore poſitos abſoluiſſe, non legimus.* Porro, quod cum bono recompenſaturum, ſi quid nos laeſit, promittitis: abſit, abſit, ut eum aliquo carnali, aut priuato, quod uerba ueſtra ſubinnuunt; ſed uere perfecto et ſpirituali odio perſequamur; quo et ipſe ſe, ſi ſapit, maxime omnium perſequitur. Quod autem priuatis et publicis

* Perſequi de hoc, forte.

A fortunis noſtris et periculis conſulendum eſſe admonetis, nihil horum inopinatum, nihil improuiſum nobis occurret: et Deo gratias, ſi inter eos computabimur, de quibus ſcribit apoſtolus; *uobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini.* Et ad Hebraeos; *rapinam*, inquit, *bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes uos habere meliorem et permanentem ſubſtantiam.* Vbi et magnifice nos exhortans ſubiicit; *nolite itaque amittere confidentiam ueſtram, quae habet remunerationem.* Porro, quod in calce literarum dicitur; *ſi emendatus recipietur*; id uero eſt omni admiratione ſtupendum. Cum enim, ſi emendatus fuerit, non ſit epiſcopus, quomodo et recipietur? Aut, ſi emendatus fuerit, cum ſit excommunicatus, quomodo recipietur?

Phil. 1. Hebr. 10. ibid.

En longius et breuius, quam uellemus, paternitati ueſtrae reſpondimus: ueruntamen ſapienti ſat dictum eſt. Nunc ergo per Chriſtum uos rogamus, ut ipſi Chriſto ſupplicetis; quatinus eccleſiam, tam periculoſe fluctuantem, placito ſibi paſtore mature componat et gubernet. *Multum enim ualet deprecatio iuſti aſſidua.* Et bene noſtis, quam gratum acceptumque illi ſit; quando pro ſuo ſibi corpore, quod eſt eccleſia, ſuum ſibi corpus per inaeſtimabile myſterium offertur. Omnem fraternitatem ſub uobis et uobiſcum Deo ſeruientem, omnium humilitas unice in Chriſto ſalutat.

XXI.

*Epiſtola Adelberti ad Ottonem Babenbergenſem de * Gebehardo Herbipolenſi epiſcopo.*

* Fuerat hic ab Henrico V. imp. in illam ſedem intruſus anno 1122.

ADelbertus ſanctae Moguntinae eccleſiae humilis miniſter et apoſtolicae ſedis legatus, uenerabili et in Chriſto dilecto fratri et conepiſcopo, domno *Ottoni*, ſalutem et obſequium fraternae dilectionis. Tribulationes et deſtructiones Herbipolenſis eccleſiae, quae et quantae ſint, quamdiu duraucrint, iam dudum diſcretioni ueſtrae innotuit; quae uſque adeo multiplicatae ſunt, niſi in breui eis prouideat omnipotens et miſericors dominus; quod in proximo eccleſia illa omnimodis annihilabitur. Vnde, ſi facultas ſuppeteret, ueſtrae fraternitatis praeſentiam et conſilium potiſſimum deſideraremus conuenire, et de ipſius reformanda pace et religione quantum diuina miſericordia concedet, ſolicitius pertractare. Siquidem fratrum, qui nobiſcum ſunt, et quos praeſentialiter, uel per lite-

ras noſtras conuenire potuimus, taleA deinceps talis opreſſionis periculum eſt conſilium. Quoniam uenerabilis uobis incumbat. Concordia ſiquidem,
* *Rogerus legitimus eccleſiae Wirzburgenſis epiſcopus.* frater et coëpiſcopus noſter * *Rogerus* ſicut ſaepe audiſtis, paruae res creſcunt,
uiam uniuerſae carnis ingreſſus eſt, in diſcordia magnae diſpereunt, quod,
hoc eccleſiae illi prouideamus, ut pro- quia manifeſto experimento didiciſtis,
mouendo fratrem illum *Gebehardum*, commonemus, ut tanti mali perniciem
diſperſa illius eccleſiae diſpenſatorie deuitare ſtudeatis.
potius recolligamus, quam alium ſuper Nec uero uoluntatis noſtrae igno-
imponendo grauiter quidem diſperſa rantia uos in aliquo commoueat, uel
ſunditus extirpari permittamus. Quo- diſſidere faciat: nouerit pro certo di-
circa fraterna uos commonemus cha- B lectio ueſtra, nos idem ſentire, quod
ritate, ut praeſentiam ueſtram conuen- omnes catholici de ueſtra ſentiunt ec-
tui fratrum noſtrorum, quos in id ipſum cleſia, id rarum tenere, quod Romana
conuocauimus, in proximo feſto B. Lu- ſanxit et denunciauit auctoritas: cuius
cae uelitis repraeſentare; uel, ſi id mi- terminos nec debemus, nec uolumus
nime ualueritis adimplere conſilio, tranſire, quia haereticum conſtat eſſe,
quod Spiritus ſanctus uobis dictauerit, quisquis Romanae eccleſiae etiam in
conſenſus ueſtri literas non differatis tam iuſto iudicio non concordat. Quod
transmittere. Valete, et in orationi- ſi adeo nos concordes in iuſtitiae cauſa
bus ueſtris noſtri memoriam facite. perpenditis, ut locum ueſtrum ab inua-
C ſione impetitoris alicuius, ſi quis forte
emerſerit, defendere confidatis, in no-
mine domini, quidquid uobis gratia ei-
ius inſpirauerit, confidenter aggredia-
mini: ſi quo minus, ſalubriori et pro-
penſiori conſilio res tractetur, quia, con-
ſulta et conſiderata dilatio, licet grauis
et oneroſa ſit laborantibus, plus tamen
utilitatis ſolet afferre, quam feſtinata et
indiſcreta rei praecipitatio. Cupien-
D tes autem in omnibus, uobis eſſe pro-
uiſum, nihil aliud audemus ad praeſens
perſuadere: ne, ſi forte res in contra-
rium ceſſerit, quod Deus auertat, o-
mnem culpam in me, quaſi auctorem,
refundatis.

XXII.

Epiſtola Honorii pontificis de eodem Gebehardo.

HOnorius epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum Dei, uenerabili fratri, *Adel-
berto*, Moguntino archiepiſcopo
ſalutem et apoſtolicam benedictionem.
Super cauſa *Gebehardi*, de quo nos ro- D
gauit tua fraternitas, fratrum noſtrorum
epiſcoporum et cardinalium conſilium
requiſiuimus. Ex eorum ergo delibe-
ratione prouiſum eſt, quod in Herbi-
polenſi eccleſia *Gebehardus* idem non
debeat ulterius epiſcopatus apicem ob-
tinere. Data Lateranis IV. Non.
Martii.

XXIII.

Epiſtola Adelberti ad eccleſiam Herbipolenſem de eodem Gebhardo.

ADelbertus Dei gratia ſanctae Mo-
guntinae eccleſiae humilis mini-
ſter, et apoſtolicae ſedis legatus,
dilectis in Chriſto filiis *Wirzeburgenſis* F
eccleſiae praelatis et ſubditis, clero et
populo, eſſe in Chriſto cor unum et
anima una. Condolentes ex corde ec-
cleſiae ueſtrae tot iamac tantis tribula-
tionibus attritae, exhortamur uos in
domino, ut ſimplices et unanimes in do-
mo Dei ambulare ſatagatis, quia, ſcri-
ptura teſte; *in ſciſſuramentium Deus non
eſt;* et, quaecunque mala uos adinue- G
nerunt, ex diſcordiae radice proceſſe-
runt. Vnde oportet, ut ad hanc ex-
ſtirpandam diligentius inuigiletis, De-
umque et ſinguli, et in commune pre-
cemini, quatenus miſericordiae ſuae
oculis uos reſpiciat, et talem finem diu-
turnae calamitati ueſtrae imponat, ne

Nec uero uoluntatis noſtrae igno-
rantia uos in aliquo commoueat, uel
diſſidere faciat: nouerit pro certo di-
lectio ueſtra, nos idem ſentire, quod
omnes catholici de ueſtra ſentiunt ec-
cleſia, id rarum tenere, quod Romana
ſanxit et denunciauit auctoritas: cuius
terminos nec debemus, nec uolumus
tranſire, quia haereticum conſtat eſſe,
quisquis Romanae eccleſiae etiam in
tam iuſto iudicio non concordat. Quod
ſi adeo nos concordes in iuſtitiae cauſa
perpenditis, ut locum ueſtrum ab inua-
ſione impetitoris alicuius, ſi quis forte
emerſerit, defendere confidatis, in no-
mine domini, quidquid uobis gratia ei-
ius inſpirauerit, confidenter aggredia-
mini: ſi quo minus, ſalubriori et pro-
penſiori conſilio res tractetur, quia, con-
ſulta et conſiderata dilatio, licet grauis
et oneroſa ſit laborantibus, plus tamen
utilitatis ſolet afferre, quam feſtinata et
indiſcreta rei praecipitatio. Cupien-
tes autem in omnibus, uobis eſſe pro-
uiſum, nihil aliud audemus ad praeſens
perſuadere: ne, ſi forte res in contra-
rium ceſſerit, quod Deus auertat, o-
mnem culpam in me, quaſi auctorem,
refundatis.

XXIV.

E *Epiſtola eccleſiae Wirzburgenſis, ad eccleſiam Bambergenſem, de eodem Gebhardo.*

DOmno L. Babenbergenſi praepo-
ſito, decanoque L. et caeteris
confratribus eiusdem eccleſiae,
Wirzeburgenſis eccleſia quidquid cha-
ritatis et obſequii ualet eſſe in domino.
Noſtis chariſſimi, (neque enim ignora-
re poteſt ueſtra prudentia, quod multo-
rum aures et praecordia longe lateque
concuſſit) uidelicet quanta tempeſtatis
procella, quam uehemens et intolera-
bilis calamitas eccleſiam noſtram op-
preſſit. Ad quod, dum ueſtrae com-
paſſionis affectum ſpecialiter debemus
habere; quod etiam remotiſſimae et
ignotae eccleſiae nobis pro Chriſto of-
ferunt, nimis aliena mente nobis uide-
mini abnegare. Ecce enim, quod ſine
graui gemitu mirari uel conqueri non
ualemus, obſtupeſcimus ualde, quomo-
do hominem illum domnum *Gebehar-
dum*, quem Romana eccleſia damnauit,
quem metropolitanus noſter cum ar-

Expoſtulatio Herbipolenſis

chi-

eum Bamberg. consilium de receptum Gebhardum.

chiepiſcopis et epiſcopis multis conſequenter ab eccleſia ſequeſtrauit, uos in catholica communione recepiſtis et, ſi cum gratia ueſtra dici poteſt, quaſi ad contemptum Romanae, imo totius eccleſiae, ſicut ſcriptum eſt, cornu peccatori dediſtis. Hoc autem eo magis miramur, quod praepoſitus ueſter, domnus * L. praeſens apud nos erat, quando domnus archiepiſcopus publice in pulpito ueſtro nunciauit clero et populo, quomodo, quibus de cauſis, quoue ordine Romana eccleſia eum a communione eccleſiae ſequeſtraſſet, et quomodo poſtmodum domnus Gerardus cardinalis, uoa cum ipſo et cum tota eccleſia ibidem congregata, in Argentinenſi eccleſia, praeſente domno rege, ſententiam excommunicationis in eum promulgaſſet. Neque enim per Dei gratiam ita inopes rationis uel humanitatis ſumus, ut cuiquam ueſtrum, qui ſane ſapiat in praeſenti negotio, nimis praecipites uideri debeamus; cum utique ſi partes eiusdem negocii per omnia uobis eſſent cognitae, quantum de ueſtra charitate et prudentia confidimus, nullatenus de uobis poſſemus dubitare.

M. S. L.

Noſtras itaque literas, nnſtras querimonias iam dudum uobis miſiſſemus: ſed, quia uiuam uocem praepoſiti ueſtri teſtem noſtrae affectionis unbis credebamus ſufficere, idcirco nihil timoris, nihil ambiguitatis de uobis concepimus. Veruntamen utcunque humana ſe habeant, fixi et conſtantes in obedientia Romanae eccleſiae reperiemur, ſummopere cauentes, ne propter temporale damnum, uel commodum de nobis ſcandalum eccleſiae generetur. Valete in domino ſemper: nec credatur omni ſpiritui, et noſtri memores eſtote.

XXV.

Epiſtola eccleſiae Bambergenſis ad Wirzburgenſem.

SAnctae Wirziburgenſis eccleſiae dominis ac fratribus ſuis ſereniſſimis et reuerendiſſimis, ſoror ſua ſemper et ubique ipſis deuota *Babenbergenſis* eccleſia, inter aduerſa praeſentis tribulationis, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinare, ſed ab inſtantis ſaeuiſſimae tentationis procella, auram ſerenitatis, ac portum tranquillitatis, non uerbo et lingua tantum, ſed opere et ueritate, a Deo ſalutari ſuo inſtanter ac uigilanter implorare.

Optamus diligenter reeolere diſcretionis ueſtrae prudentiam; qualiter noſtra et ueſtra eccleſia iam olim ab initio unum cor et unam animam ad inuicem omnibus in rebus, ſiue proſperis congaudendo, ſeu aduerſis compatiendo habere ſtuduerint. Cuius uidelicet ſemper amandae nobis ſocietatis, atque, ut ita dictum ſit, congermanitatis iura, et uos hactenus illibata erga nos conſeruaſſe congratulamur; nec nos uiolaſſe, teſte Deo et conſcientia, libera uoce proteſtamur.

Quae cum ita ſint, cumque nos ſemper usque modo, ſicut decebat, et facultas ſuggerebat, ad omnia ueſtrae uoluntatis et honoris obſequia promptos ac deuotos fuiſſe probaueritis; non modicum admirationis, imo etiam amaritudinis et doloris ingeſſerunt nobis literae quaedam, quae ex perſona ueſtrae fraternitatis allatae, praeter meritum et culpam, magnae cuiusdam inhumanitatis nos arguunt, ſimul et ſuperbae temeritatis. Inhumanitatis quidem nota ſplendorem innocentiae noſtrae obfuſcat, dum compaſſionis affectum, ſpecialiter uobis debitum, quem et remotiſſimae et ignotae eccleſiae uobis pro Chriſto offerant, nos quaſi duros et inhumanos nimis aliena mente ueſtrae inſtanti calamitati denegare improperant. Temeritatis uero ſuperbiam obiectant, dum nos quaſi ad contemptum Romanae, imo totius eccleſiae, domnum Gebehardum excommunicatum in catholica communione recepiſſe, ſicque cornua peccatori dediſſe proclamitant.

Quaſi uero ita ab omni ratione ſimus alieni, adeo omnium bonarum rerum inſcii, ut ignorare debeamus; quis, a quo, et quo ordine a catholica communione ſit eiiciendus. Quia ergo incautae et illicitae excommunicationis, quaſi ad opprobrium ſimplicitatis noſtrae in eisdem literis ueſtris arguimur, culpam noſtram, ſi tamen eſt culpa dicenda, auribus ueſtrae prudentiae placuit retexere.

Domnus *Eckehardus*, quem quidem locum et nomen dum inter uos habuiſſe deſignati et electi ediſcopi a quamplurimis audieramus; reprobationem uero ipſius nec dum certa et legitima relatione cognoueramus: ueſperina hora de improuiſo, nobis neſcientibus, ueniens, apud nos hoſpitatus eſt. Mane autem facto mandauit nobis, pro cauſa ſua, uelle nos conuenire, et conſilium noſtrum ſuper negocio ſuo audire: quod nec haeretico quidem excommunicatiſſimo denegandum eſſe cenſentes, iuſta petenti annuimus. Venit; cauſam ſuam expoſuit, acceptoque reſponſo, mox que diſceſſit. Quid igitur chariſſimi fratres et domini? hoccine eſt, ad contemptum totius eccle-

siae excommunicatum in catholica communione recipere? Hoccine, inquam est, pecatori cornua dare? Non sic arbitramur quenquam desipere, ut hoc praesumat sapere, quia, non sic sapiunt, non sic scribunt patres et doctores catholicae ecclesiae. Possemus equidem latius et subtilius aliquid de modo et ordine excommunicationis faciendae, secundum traditionem SS. patrum differere: nisi pro uitio duci scitemus, in re manifesta, praesertim apud doctos, odiosa uerborum copia diffluere. Vnde, praetermissis his, quae somitem odiorum et discordiarum generare solent, ea potius dicamus, quae pacis et concordiae nutrimenta praebeant. Igitur de nobis sic habetote. Orta tempestate in mari, dominum dormientem in naui, fusis pro uobis, quod solum possumus, piis precibus, excitate indesinenter incumbimus. Quod si domino uotis nostris annuente, et uentis et mari imperante, diu desiderata tranquillitas subsecuta fuerit; de uestra liberatione haud secus ac nostra congaudebimus. Sin aliter, quod Deus auertat, euenerit, uiscera fraternae compassionis nequaquam occludemus. Hoc decet fratres de se inuicem arbitrari, et non ex rumoribus uulgi, siue ex suspicionibus, de nondum bene compertis quenquam calumniari; sed omnia, praesertim in negociis fratrum et amicorum in meliorem partem interpretari. Quid plura? nobis et nostris, sine retractatione, prout uelitis, iuxta meritum uestrum utimini.

XXVI.

Epistola Innocentii II. pontificis, ad Adalbertum archiepiscopum Moguntinum.

IN. seruus seruorum Dei, Adalberto, uenerabili fratri Moguntino archiepiscopo et apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Scimus quidem, zelum Dei uos habere, quem tamen salua charitate condire debetis, ut nihil indiscrete, sed omnia rationabiliter et secundum Deum agere ualeatis. VVirzeburgensis quippe ecclesiae designatus episcopus se a uobis contra iustitiam grauari, et praeiudicium sustinere, querelas nobis deposuit: quod ipsum neque accusatoribus, neque testibus legitimis conuictum, neque sponte confessum, neque canonice examinatum, tanquam ecclesiae inuasorem, in qua se electum asseruerat, et Simoniacum pronunciatum, communione ecclesiastica priuaueritis. Quod si ita est, fraternitatem uestram a canonicis regulis diuinitus inspiratis, liquido constat deuiasse. Ait enim sacra canonum auctoritas, adimi episcopo episcopatum non debere, antequam causae eius exitus appareat. Item exempla *Felicis* papae, scripta Athanasio et caeteris episcopis in Alexandrina synodo congregatis. De iudiciis episcoporum, unde nos consuluistis, diuersas a patribus regulas inuenimus constitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, et suas praeparandas responsiones et testes confirmandos, et concilia episcoporum quaerenda, annum et sex menses mandauerunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus uero quam sex menses non reperi; quia haec laicis indulta sunt: quanto magis sacerdotibus. Inducias namque non sub angusto tempore; sed sub longo spacio concedendae sunt, ut accusati, se praeparare et testes parate, atque contra insidiatores se plenitet munire ualeant. Iudices autem et accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, et ex charitatis radice suam desiderent sententiam promere.

XXVII.

Epistola Adalberti archiepiscopi ad Innocentium pontificem.

IN. sanctissimo et uniuersali papae, *Adalbertus* Dei gratia sanctae Moguntinae ecclesiae humilis minister, et apostolicae sedis legatus, debitam ut tanto apostolico obedientiam, et deuotissimam ut tanto patri reuerentiam.

Acceptis sanctitatis uestrae literis, super causa fratris illius, si tamen frater dici debet, qui sibi sanctae Wirzeburgensis ecclesiae episcopatum usurpat, intelleximus totius causae ordinem longe aliter, quam se ueritas habet summo apostolatui uestro innotuisse, quia multa solent per surreptionem fieri. Idem namque sanctitati uestrae contra nos querelas deposuit, dicens, se a nobis praeiudicium sustinere, et contra iusticiam praegrauari. Nos uero in hac causa, Deo teste et conscientia nostra, nihil egimus, quod canonicis regulis possit obuiare; nihil unde sanctitati uestrae suspecti esse debeamus: nihil unde aliquis, qui causam ipsam plenius tractauerit, possit nos reprehendere. Sed quidquid in hac causa egimus, non zelo amaritudinis, sed zelo iustitiae, non aliquo odio permoti, sed officii intuitu: non contra sanctorum patrum canones, sed secundum canones egimus.

Sci-

Scimus quidem iuxta ſanctorum patrum regulas diuinitus inſpiratas, epiſcopo epiſcopatum adimi non debere; antequam cauſae eius exitus appareat. Sed optime nouit ſanctiſſimus apoſtolatus ueſter, hanc ſanctorum patrum ſententiam de dubiis epiſcoporum cauſis, non de manifeſtis intelligi debere. Eius uero, de quo agitur, impudentiſſima cauſa et certum crimen, nullum legitimae defenſionis, nullum iuſtae excuſationis colorem recidit. Luce enim clarius patet omnibus, quod nullis meritorum priuilegiis, nulla praeeunte electione, ad tanti ſacerdotii gradum eſt aſcitus, ſed tyrannica uiolentia intruſus, in ouile dominicum, non per oſtium intrauit, ſed aliunde per ambitionem et Simoniacam haereſin, tanquam fur et latro impudentiſſime irrupit et, quod ſine magno doloreet, cordis compunctione dicere non poſſumus, locum legitimi paſtoris ſibi uſurpauit, quem ſibi ſancta Wirzeburgenſis eccleſia de filiis ſuis, communi uoto et conſenſu cleri et plebis, nobisque laudantibus et conſentibus, canonice inthronizandum elegerat; utpote natalibus et moribus nobilem, eccleſiaſtica diſciplina apprime imbutum, fide catholicum, natura prudentem, uita caſtum, ſobrium, humilem, affabilem, literatum, in lege Dei inſtructum, in ſenſibus ſcripturarum cautum, et per omnia ſacerdotali nomine et honore dignißimum.

XXVIII.

Epiſtola quorundam epiſcoporum ad Othonem Babenbergenſem epiſcopum de obitu Henrici IV. imperatoris.

A * Moguntinus, † F. Colonienſis. *s.* Conſtantienſis. B. Wormacienſis. A. Spirenſis per Dei miſericordiam archiepiſcopi. *s.* Fuldenſis abbas. H. quoque dux, F. dux G. palatinus comes, B. comes de Sulzbach, et caeteri utriusque profeſſionis principes, qui exequiis imperatoris intererant, uenerabili fratri Ottoni epiſcopo hinc fraternas in Chriſto orationes, inde fideliſſimum deuotae ſeruitutis obſequium.

* *Adelbertus.* † *Fridericus.*

Poſtquam domnus imperator uiam uniuerſae carnis ingreſſus eſt, et nos exequias eius cum iuſta deuotione et reuerentia compleuimus, ipſe ordo rei et temporis qualitas exigere uidebatur, ut de ſtatu et pace regni aliquid conferremus, ſi non abeſſet praeſentiae ueſtrae conſilium et aliorum principum, tanto negocio utile et perneceſſarium. Quam exſpectare, quia graue erat et difficile, ſedit omnium noſtrum ſententiae, ſi ueſtrae tantum non diſplicet concordiae, curiam in feſto beati Bartholomaei apud Mogunciam celebrare, et ibidem conuenientibus principibus de ſtatu et ſucceſſore regni, ac negociis neceſſariis, prout Spiritus ſanctus aſpirauerit, ordinare. Nullum tamen praeiudicium deliberationi et uoluntati ueſtrae facientes, nihil nobis ſingulare ac priuatum in hac re uſurpamus; quin potius diſcretioni ueſtrae hoc apprime intimatum eſſe cupimus; quatenus oppreſſionis, qua eccleſia cum uniuerſo regno usque modo laborauit, diſpoſitionis diuinae prouidentiam inuocetis, ut in ſubſtitutione alterius perſonae ſic eccleſiae ſuae et, regno prouideat, quod tanto ſeruitutis iugo a modo careat et ſuis legibus uti liceat, nosque omnes cum ſubiecta plebe temporali perfruamur tranquillitate. Conteſtamur etiam dilectionem ueſtram, ut pacem credito nobis caelitus populo, infra praeſcriptum curiae terminum, et ultra ad quatuor hebdomades ordinetis, quatenus omnibus tutior fiat concurſus ac reditus, et ut curialiter, more uidelicet antiquorum principum cum propria impenſa neminem pauperum laedentes conueniatis.

XXIX.

Epiſtola Eberhardi epiſcopi Bambergenſis ad abbatem monaſterii Admontenſis.

EBerhardus DEI gratia Babebergenſis eccleſiae humilis miniſter, domino G. uenerabili abbati de *Admunte*, et uniuerſis fratribus ſuis in Chriſto dilectiſſimis ſecundum utrumque hominem debitam in Chriſto deuotionem.

A domino factum eſt et non tam mirabile, quam placabile et acceptabile debet eſſe in oculis ueſtris, quod quibusdam ſanctimoniae ueſtrae deliciis, Deo gratias, ſpiritualiter iam pridem ineſcati, denuo ad uos pia mentis auiditate recurrimus. Equidem fratre Helmerico quondam abbate S. Michaëlis in ciuitate noſtra, dimiſſa abbatia, propter languores et diuturnas corporis aegritudines, in loco placido, pro ſuo beneplacito collocato, poteſtas eligendi abbatem, ab uniuerſis eiusdem monaſterii fratribus, nobis et in nos translata eſt.

Nos uero, inuocata diligentius Spiritus ſancti gratia, conſilio domini A. . . , de *Ebera*, et aliorum religioſorum, qui aderant de ſanctiſſimo beatitudinis ueſtrae collegio, dominum *Irmbertum* in abbatem praedicto et praecipue dilecto monaſterio noſtro deſignauimus; puſillis quibusdam ad inopinatam electionis ſortem primo haeſitantibus, ſed in continenti, uiribus animi recollectis, no-

noſtrae autoritati et tam ſyncerae ele-A ctioni conniuentibus debita cum humilitate et obedientia.

Praeſatum igitur electum a ueſtra ſancta et plurimum dilecta fraternitate requirimus, deuotiſſime rogantes atque ſupplicantes, ut ſine difficultate nobis eum concedatis, ut uelociter currat ſermo domini, ne, quod abſit, dilatione ipſa, ram ſibi, quam nobis intus aut foris aliqua adhaereſcant diſpendia. *Sine* B *dolore utique non dimittitur, quod cum amore retinetur.* Sed affectum perſonalem ſuperet in uobis, qui ſpirituales eſtis, affectus ille, qui latius patens in uirtute charitaris, ordinatiſſime ad communem plurimorum ſe porrigit utilitatem.

XXX.

Epiſtola conuentus S. Michaelis ad monaſterii Admontenſis indigenas.

DOMINO G. omni reuerentia colendo abbati et uniuerſo capitulo *Admontenſis* coenobii rota de monte S. Michaëlis in Babenberg monachorum congregatio deuotiſſimas orationes cum obſequio. Cum poſt C diuturnam et magnam corporis debilitatem dominus noſter abbas *Helmericus* ad portandum onus curae paſtoralis ſe minus ſufficere peruideret, negotium *Marthae* faſtidiens et otium *Mariae* amplexans, ſapienti uſus conſilio, curam reſignauit. Nos uero, fuſis ad DEVM precibus et poſtulatis ſanctorum interceſſionibus, ad inueniendum ei ſucceſſorem conuenientes, praeeunte electione et conſilio domini epiſcopi, uiri emi-D nentiſſimi et potentis in opere et ſermone, dominum *Irmbertum* fratrem ueſtrum in abbatem elegimus; quem etiam, transmiſſis ad uos fratribus noſtris, praeſentium latoribus, a ſanctitate ueſtra cum multa humilitate requirimus, tam ex iure electionis, quam ex dilectione charitatis, quia ſanctimoniae, atque beneuolentiae ueſtrae fluuios ad omnes F proflucre optatis.

De caetero omnis multitudo ſeruorum S. Michaëlis ſe uobis proſternit domine abba uenerande, ſupplicans cum lacrymis, ut neceſſitatem monaſterii noſtri attendatis, atque famoſae ac late olentis diſtrictionis atque induſtriae ueſtrae in germano ueſtro nos participes faciatis, omni ſcrupuloſitate, ſeu diffi-G cultate remota, ne qua laboris, aut uiae diſpendia nobis accreſcant.

XXXI.

Epiſtola abbatum S. Emmerani et Pruſingenſis iuxta Ratisbonam.

DOmino et patri G. *Admontenſium* uenerando abbati A. de ſancto *Emmerano*, et E. de *Pruueningen* abbates in ea, quae nunquam excidit, charitate, cum inſtantia orationum, deuotionem ſeruitii. Scriptum noſtis; *omni petenti te tribue.* Vnde, in quantum poſſumus et audemus, paternitatis tuae prudentiam obſecramus in domino, ut petitio domini noſtri epiſcopi Babenbergenſis, quae in DEO facta eſt et a DEO procedit, ueſtra beneuolentia effectui manciperur. Non enim inconſulte, uel ſubito, ſed longo molimine et multo conſilio, uerbum hoc promouere intendit. Nos uero domus ueſtrae propagines er ueſtri Spiritus participes, in domino eidem electo et uobis in ipſo ſignificamus, et ſignificando promittimus in domino, quod in omni opportunitate ſua, ipſum epiſcopum, et eccleſiae ipſius omnes maiores et meliores et nos quoque laborum ſuorum habebit fidos er deuotos adiutores. Remoto igitur omni ſcrupulo haeſitationis, intrepide ac ſortiter de DEI miſericordia praeſumendo, pus deſideriis epiſcopi et ſrarrum de ſancto Michaele piae deuotioni ſatisfacere curate, atque de theſauris ueſtris ad exornandum domum ſuam exoptatam eis margaritam praeſtate.

XXXII.

Epiſtola Eberhardi epiſcopi Bambergenſis, ad abbatem Admontenſem.

EBERHARDVS GRATIA DEI ſi quid eſt, uenerabili et in Chriſto plurimum E dilecto fratri et amico G. Admuntenſi abbati ſalutem, et eam, quae nunquam excidit, charitatem. Non dubiretis mittere fratrem ueſtrum ad locum, ut credimus, a DEO ſibi praeparatum. Sicut honorem appetere, ambirio, ita onua detrectare, ignauia eſt. Pignora noſtra uobiſcum habetis. Si nobis non creditis, illis credatis. Periculum illud, quod grauiſſimum eſt, uidelicet in F falſis fratribus nihili nobis, aut ei ſit. *Erunt praua in directa, et aſpera in uias planas.* Conſiderate fructum arboris inſitae, quid ſapiat. Surculum enim ſapit, non ſtipitem. *Ego ero ei in patrem, et ipſe mihi erit in filium.* Ad * archangelum Dei ueniat angelus domini. Veniat, ueniat, et multum bene ueniat.

* *Ad montem S. Michaelis.*

XXXIII.

Epiſtola Eberhardi Saliſburgenſis archiepiſcopi, ad conuentum Cremsmunſterianum.

Eber-

XXXIII.

Epiſtola Eberhardi Salisburgenſis archiepiſcopi, ad conuentum Cremſminſterianum.

EBERHARDVS gratia Dei Salzburgenſis archiepiſcopus, dilecto fratri *Irmberto* et uenerabili electo monachorum de *Cremismunſtura* orationem et fraternam dilectionem. Quanta diligentia et ſolicitudine frater noſter dilectus et uenerabilis epiſcopus *Patauienſis* pro uobis laborauerit, perſonam ueſtram cupiens exaltari in monaſterio *Cremismunſture*, eo quod ſperaret, diſciplinam monaſtici ordinis in eodem loco collapſam, per uos poſſe reformari, non ignorat fraternitas ueſtra. Cuius inſtantia, cooperante gratia Dei, eo uſque conualuit, ut monachorum eiusdem loci, aliquando Deo atque epiſcopo ſuo repugnans, humiliata et contrita ſit, in tantum, ut nunc deuote monaſtico ordini, cui aliquando reſiſtere intendebant, colla ſubmittentes, ſecundum intentionem et deſiderium domini epiſcopi, abbatem a nobis exſpectent, ſicut in litteris, quas domino abbati direximus, pleniuscognoſcere poteſtis.

Nihil itaque iam reſtat, niſi ut humiliter colla iugo domini ſubiiciatis, et ad laborandum in uinea ipſius, ſtudio boni et fidelis ſerui animum praeparetis. Speramus enim de Dei miſericordia, quodomnia uobis faciat ad uotum concurrere, annuente et cooperante induſtria domini epiſcopi, nec non aduocati effectuoſiſſima beneuolentia. Mandamus itaque in nomine domini, et mandando praecipimus; quantinus ei qui elegit uos in partem ſolicitudinis ſanctorum, Deo omnipotenti deuote et humiliter obediatis, et ad curam, quae uobis offertur, fideliter exequendam domino epiſcopo *Cremismunſtere* occuratis.

XXXIV.

Epiſtola Eberhardi epiſcopi Salisburgenſis ad abbatem Admontenſem.

EBERHARDVS Dei gratia *Salzburgenſis* eccleſiae dictus epiſcopus, dilecto et uenerabili fratri *Admuntenſium* abbati orationem et fraternae dilectionis affectum. In colloquio, quod nuper cum domino Patauienſi epiſcopo fratre noſtro habuimus, pars non parua fratrum de *Cremismunſture*, proiectioris uidelicet aetatis, et prudentia maiore ſulta, requiſiuit electum ſuum dominum *Irmbertum*, promittentes deuote ſatis omnem ei obedientiam et ſubiectionis reuerentiam, tanquam patri pro ſe ac caeteris omnibus ſe exhibituros; hoc tantum humiliter interponentes et ſuppliciter rogantes, quatenus infirmitati eorum in hac parte pareatur et conſulatur; ut legendi et cantandi uſum, quem a pueritia didicerunt, et in conſuetudinem duxerunt, tenere ac ſeruare eis liceat; durum ſibi et graue exiſtimantes, ab his, in quibus conſenuerunt, ad prima pueritiae ſtudia, quaſi ad primos apices et elementa reuerti.

Petunt etiam, ut, ſi quae apud eos utilia et honeſta, ac monaſticae religioni conſona inueniantur, nequaquam pariter cum his, quae correctione indigent, conuellantur, tanto libentius ſecuturi, quo eos pium magiſterium duxerit, quanto in uirtutum matre diſcretione partes ſuas agente, nequaquam ſimul ſana ac putida reſecari cognouerint. Laici quoque, id eſt, familia eccleſiae, fidelitatis plenam ac deuotam reuerentiam offerunt. Quamobrem, quia, domino cooperante, eo uſque res deducta eſt, ut pax nunc ſperari debeat, poſt tempeſtatem tranquillitate facta, rogamus in domino, et mandando praecipimus, quatenus deuote petentibus, adiuncta prece domini epiſcopi, laicis ac monachis electum ſuum cum magna beneuolentia et honeſtate detis; ne dilatio noua ſaepe interueniens nouam pariat difficultatem; et nos rei coram Deo inueniamur; epiſcopus quoque aduerſum nos querelam inueniat, graues ſe in uanum expendiſſe labores dolens.

XXXV.

Epiſtola Conradi epiſcopi Paſſauienſis ad abbatem Admontenſem.

CONRADVS Dei gratia *Patauienſis* epiſcopus, G. uenerabili abbati *Admuntenſium* ſalutem et fraternae dilectionis plenitudinem. Scire diſcretionem tuam congruum ducimus quod III. Kal. Iunii, ſuper controuerſia, quae diu agitata eſt, inter nos et fratres *Cremesmunſterae*, de electo eorum *Irmberto*, praelatos eccleſiae noſtra in eundem locum conuocauimus. Ad hoc cauſa deducta eſt, quod de caetero nullam uocem habet, quae admittenda ſit, contradicendi, quia appellatio, quam ad dominum papam fecerunt, omnino fruſtrata eſt, et nullum ſcriptum nobis reportauerunt. Inde eſt, quod ſummo opere uos rogamus, ut proxima quarta feria poſt habitum conuentum praelatorum

torum noſtrorum nobis omni occaſione remota, occurratis, et electum illum in locum, ad quem Deus eum uocauit, ubi et et aduentum ueſtrum praeſtolamur, uobiſcum adducatis.

XXXVI.

Epiſtola Conradi epiſcopi Paſſauienſis, ad abbatem Admontenſem.

CONRADVS Dei gratia Patauienſis eccleſiae humilis miniſter G. uenerabili abbati Admuntenſis coenobii ſalutem aeternam et ſynceram dilectionem. Ad oſtium amici pulſauimus et pulſamus et, Deo ſauente, pulſare non deſiſtimus, donec accipiamus panes, quotquot habemus neceſſarios. Veſtra igitur pietas dignetur exaudire preces noſtras, petitionibus et mandato domini archiepiſcopi adiunctas, fratrum quoque fratrem ueſtrum dominum *Irmbertum* petentium dignanter exaudite clamores, ita uidelicet, ut, ſi non eo quod amici ſimus, propter improbitatem tamen iugiter pulſantium, ſurgatis et poſtulata donetis. Ne uero in longum differatis ulterius, quod petimus; dilectum fratrem noſtrum G. praepoſitum, de latere ad praeſentiam ueſtram mittimus; cui etiam commiſimus plurima dicenda, ex parte domini archiepiſcopi et noſtra, quam comprehendi ualeat epiſtolari compendio. Ipſum igitur benigne audite, tam pro ſuae fidelitatis certitudine, quam pro noſtri dilectione.

XXXVII.

Epiſtola Eberhardi epiſcopi Bambergenſis ad Irmbertum.

EBERHARDVS, Dei gratia, Babenbergenſis eccleſiae humilis miniſter, ſpecialiter dilecto et in abbatem diuinitus electo domino *Irmberto*, ſalutem et ſincerae charitatis affectum. Cor noſtrum prae gaudio dilatatum eſt, quando, uos a Deo nobis datum usque ad noſtra iam peruenisſe, cognouimus, ſperantes, quae ad introitum ueſtrum benedicturus ſit Deus nobis et domui noſtrae. Toto itaque cordis affectu in amplexus ueſtros ſpirituales ulnas charitatis expandimus, corde ſimul et ore dicentes; *Benedictus qui uenit in nomine domini.* Poſtpoſitis autem omnibus aliis negotiis, in aſſumptione beatiſſimae MARIAE uirginis cum iocunditate uos recipere, domino annuente, diſpotimus, ut beatus Michael archangelus, in conſortium ſupernorum ciuium, ſuis uos aſſumat patrociniis. Rogamus autem, ut infra terminos epiſcopatus noſtri appropriando nuncium noſtrum Michiluelt expectetis.

XXXIIX.

Epiſtola Eberhardi Bambergenſis epiſcopi ad abbatem Admontenſem.

EBERHARDVS Babenbergenſis, gratia Dei, ſi quid eſt, uenerabili et in Chriſto plurimum dilecto domino G. eadem gratia Admuntenſi abbati ſalutem in domino, cum oratione et obſequio. Fatemur et in ueritate fateri cogimur; demembraſtis, euiſceraſtis, et quodammodo excordaſtis uosmet, en altera uice pro nobis: prius quidem in abbatiſſa nobis transmiſſa; nunc, in abbate ab ipſis praecordiis paternae et germanae dilectionis, auulſo pro nobis. Proinde nobis in gratiarum actione deficientibus, dominus pro nobis retribuat, et conſoletur uos, ſicut per uos conſolati ſumus et nos. Equidem poſt illud dimidium cordis ueſtri, quod pridem concretum in ſpiritu cordi noſtro coaluit et, Deo gratias, a uulnere tranſlationis iam bene conualuit. Reliquum nunc cordis ueſtri dimidium, auctore Deo, non ſolum noſtro, ſed et omnium eorum cordibus, quibus a Deo datus eſt, ita influxit, quod dictu incredibile eſt. Haec ſit uobis conſolatio, pater ſancte; et nos habeatis de cactero una cum his membris ueſtris, quae nobis in multa charitatis uirtute incorporaſtis, ut *alter alterius onera portantes*, ſimus omnes membra corporis Chriſti, in unitate ſpiritus, qui pro nobis orantem ueſtram ſanctitatem usque ad plenitudinem dierum uegetet et conſeruet incolumem.

XXXIX.

Epiſtola conuentus S. Michaelis ad abbatem Admontenſem.

REuerendiſſimo et amantiſſimo patri et domino G. Admuntenſium abbati, omnis chorus monachorum *S. Michaelis*, cum inſtantia orationis humillimae deuotionis obſequium. Debitas gratiarum actiones, reuerende pater, ſanctitati ueſtrae profunde inclinando referimus, quod longa orbitate multatos, non undelibet, ſed de corde ueſtro auulſum, Irmbertum bonum, pium, et prudentem patrem habere feciſtis, atque adhuc ut melior et magis pius, atque prudentior eſſe debeat, ueſtrum eum conſiliis ad honeſtatem et utilitatem eccleſiae noſtrae munire atque informare non neglexiſtis. Omnes enim

enim literae ueſtrae, ſiue ſororum ueſtrarum, quae pro ipſo ad dominum epiſcopum, ſiue ad nos directae ſunt, nec non et illae, quae ad ipſum ſecretius uenerunt, quanto diſcretionis ſale conditae, quanta dulcedine ac ſuauitate reſperſae ſint, non facile ualet explicari. Verum haec omnia nobis et pro nobis dicta et ſcripta eſſe, et Spiritum ſanctum auctorem eorum cognoſcentes, tanquam ſalutis noſtrae priuilegia, publice ac priuatim ea lectitando ſatiari non poſſumus. Sciatis autem, quod multum conſolationis in his, atque in ipſius domini et patris noſtri I. uerbis ac moribus iam dudum acceperunt quidam ex noſtris, qui tanquam membra infirmiora circa initium huius rei *trepidauerunt ibi, ubi non erat timor.* Nam quibusdam ex nobis timidis et infirmis, ut uerum fateamur, nomen Admuntenſium horrori fuit, quia de confragoſis et ſaxoſis et montuoſis locis ueſtris nihil dulce, nihil iocundum uel humanum ſe habituros ſperabant.

Verum, quia longe aliter eſſe, re ipſa experimur, praeuenti a uobis in benedictionibus dulcedinis et deſiderium animae noſtrae, uobis tribuente, conſecuti, in magno tripudio et exultatione cordis noſtri, et uos, pater uenerande et domine, locum ueſtrum, fratres et ſorores ueſtras, et omnia, quae ad uos pertinent, ipſumque dominum ac patrem noſtrum, fratrem ueſtrum, intimo ac pleno deuotionis affectu amplectentes, et in timore et amore DEI, quidquid filii ac ſerui domino et patri timore et amoris exhibere debent, omni ſubiectionis reuerentia exhibentes, corde ſimul et ore decantamus. Viuat anima tua domine, ut n. u. m. n. p. n. def.

De caetero uenerandam paternitatem ueſtram humiliter et obnixe rogamus, ut, ſi quo modo fieri poſſit, in feſto beati Michaëlis archangeli ad nos uenire dignemini, ut quos abſentialiter rebus et uerbis magnifice ditaſtis et recreaſtis, praeſentialiter habundantius laetificetis et conſolemini.

XL.

Epiſtola Eberhardi Bambergenſis epiſcopi ad abbatem de Michelsfeld.

EBERHARDVS DEI GRATIA Babebergenſis eccleſiae epiſcopus, uenerabili G. abbari de *Michelueld* ſalutem et ſynceræ charitatis affectum. Rogamus dilectionem tuam, ſine mora occurrere dilectiſſimo noſtro electo ſancti Michaëlis, et a loco, in quo nunc eſt, cum omni honeſtate deducere in domum tuam, ibique, prout decet, deuote miniſtrare, usque dum nuncium noſtrum acceperis.

XLI.

Epiſtola Eberhardi epiſcopi Bambergenſis ad abbatem Michelsfeldenſem.

EBERHARDVS DEI GRATIA, Babebergenſis eccleſiae epiſcopus uenerabili fratri G. de Micheluelt abbati, ſalutem et omne bonum. Proxima dominica, domino annuente, Babenberc ueniuri mandamus, ut, una cum electo ſancti Michaëlis, ibidem ante introitum ciuitatis nobis occurratis, ita ut nobiſcum ipſam ciuitatem ingrediamini.

XLII.

Epiſtola Irmberti ad abbatem Admontenſem.

CHariſſimo domino et patri G. *Admuntenſium* abbati frater *Irmbertus* ſeruorum ſancti Michaëlis ſeruus, tam deuotam, quam debitam ſubiectionem, orationem et ſeruitutem. Benedictus dominus die quotidie proſperum iter fecit nobis DEVS ſalutarium noſtrorum. In feſto itaque *S. Benedicti* ad monaſterium *Bergen* deueni, ubi tantu religionis, diſciplinae et diuinae ſeruitutis emolumenta inueni, quibus et laborum meorum conſolationem, et immenſam ſpiritus mei conſecutus ſum recreationem. Quanta erga me dominae abbatiſſae, prioris, praepoſiti et omnium ſororum ac fratrum ibi fuerit deuotio, nec uerbis, nec literis ueſtrae paternitati referre ualeo.

Ibi itaque per XXVI. dies dominum *Herbordum* expectaui: qui a me digreſſus, cum per ſeptimanam Ratiſponae fratrem *Wolferum* exſpectaſſet, domino meo epiſcopo Babenbergenſi apud *Erphurt* occurrit, omnemque ei ſuae legationis ſeriem expoſuit. Qui quo gaudio, qua dignatione, qua pietate me ſuſceperit, literarum eius, quas mihi miſit, textus uobis inſinuabit. His itaque literis dominus *Herbordus* in uigilia *S. Oswaldi* apud *Bergen* me requieuit, cum domino abbate de *Michiluelt*, quem dominus epiſcopus illo cum ſuis literis pro me direxit. Qui quanta liberalitate cum ſuis omnibus me ſuſceperit, et per ſeptimanam tractauerit, frater *Adelbertus* uobis referre poterit.

Sabbato itaque ante feſtum S. MARIAE nuntius praefati domini mei epiſcopi eidem domino abbati ſuperuenit, ut ſequenti die Babeberc ante introitum ciuitatis ſibi occurrerer, meque ſecum adduceret. Vbi me uenientem deſcen-

dens de equo benigniſſime ſuſcepit, et ad proceſſionem, quae ſibi in maiori monaſterio glorioſe praeparata fuit, ſecum per ciuitatem adduxit. Finita eadem proceſſione cum magno apparatu, cum reſponſorio dominicali, *ſuper ſalutare*; et a ueſpertinali; *tota pulcra es*; chorum ſalutauit, eique me ſalutandum obtulit. Quo pacto domino *Hartungo*, domino *Herbordo*, multisque aliis, praecipue ipſo domino abbate cum ſuis me comitantibus, nudis pedibus montem aſcendi, ubi ipſe dominus meus epiſcopus, cum domino meo *Brunone* epiſcopo, cum domino decano, cuſtode et maioribus multis eccleſiae, et conuentu, populari me honorifice ſuſcepit; fratribus monaſterii partim cum domino priore, ante oſtium eccleſiae, cum magno apparatu me excipientibus, partim in monaſterio cum reſponſorio dominicali *ſuper ſalutem*; et in choro cum reſponſorio, *te ſanctum dominum*; honorificentiſſime ſuſcipientibus: cantuque peracto in choro tam dominum meum epiſcopum, quam et me per oſculum pacis humiliter ſalutantibus. Inde in capitulo domino meo epiſcopo cum fratribus canonicis et monachis conſidente, meque ſibi aſſidente dominus *Hartungus* et *Herbordus* omnem legationis ſuae ſeriem expoſuerunt, teſtimoniumque tam ueſtrum, quam fratrum et ſororum omnibus ſuper me retulerunt. Dominus meus epiſcopus pauca ibi pro tempore dixit, et inueſtituram loci mihi ſolenniter contradidit.

Fratres ſane beati *Michaëlis*, cuius honeſtatis hactenus fuerint, qua diſciplinae et religionis inſtitutione coaluerint, in me oſtenderunt, dum et obedientiam mihi benigne promiſerunt et benignius exhibuerunt; et tam ſeniores, quam iuniores, literati cum illiteratis, non uti exulem et ignotum, ſed ut patrem et dominum, filiali, humili et pia deuotione omnes me ſouere coeperunt. In feſto itaque DEI genitricis, capirulo, miſſarum officio, menſae conuiuio ſolenniter exacto, dominum meum epiſcopum in domo ſua uiſitaui, ipſique ſtatum rerum mearum gratulabundo gratulabundus expoſui: qui me ſecum ad ſorores deduxit; et tam me illis, quam et illas mihi affectione paterna commendauit. Sequenti die, ipſius domini mei epiſcopi iuſſione capitulum canonicorum intraui; domino meo *Brunone* epiſcopo, pro meagente, fraternitatem ab ipſis accepi, ſicque cum domino *Brunone*, decano, aliisque dominum meum epiſcopum reuiſi. Vbi ipſe tam ſuas literas, quas uobis, uel ſororibus remiſerat, quam ueſtras et ſororum ſibi pro me directas in conſpectu omnium applaudentium recitari fecit, multaque mihi et pro me benigne locutus, me a ſe piiſſime dimiſit.

Reſtat ergo, ut quae orationum ueſtrarum praeunte interuentu, bono circa me inchoata ſunt principio, orationum ueſtrarum nihilominus proſequente commeatu, meliori conſummentur termino.

De caetero literas, quas mihi transmiſiſtis, domino meo epiſcopo oſtendi, quae tam ipſi, quam domino Brunoni et aliis ualde placuerunt, quaeque cordi meo et memoriae iugiter inſidebunt. De fratre *Adelberto*, quam benigne mecum fuerit, de *Ratolfo*, quam ſtudioſe mihi ſeruierit, paternitati ueſtrae notum facio; et ut tam ipſis, quam et *Vueziloni* pro me uices rependatis, ſuppliciter obſecro. Salutat uos domina abbatiſſa de *Bergen* cum ſuis omnibus. Salutat uos domina abbatiſſa de *Babenberc*, et domina palatina cum ſuis omnibus. Dominum priorem et fratres omnes interiores et exteriores pro me ſalutate.

XLIII.

Epiſtola Conradi epiſcopi Paſſauienſis, ad abbatem Admontenſem.

CONRADVS DEI GRATIA, *Patauienſis* eccleſiae ſi quid eſt, domino G. Admuntenſi abbati, nomen et meritum monaſticae religionis obtinenti, nec non et uniuerſae congregationi ſub obedientia ſua DEO militanti, debitae orationis affectum, et frequens atque fraternum obſequium. Non ſpe cuiusdam importunitatis, ſed fiducia DEI et uere chariſſimae ueſtrae charitatis animati, adhuc de media nocte ad oſtium ueſtrum, non pro panibus, ſed pro illo, qui panem frangat eſurientibus, fiducialiter pulſamus, petendo petentes, ut tandem aliquando nobis aperiatis, et ad fructificandum in horto noſtro plantam, quam deſideramus, perſonam uidelicet domni *Rab.* non nobis, ſed DEO in ſalutem animarum multarum transmittatis. Siquidem priore caſſato labore, pro obtinendo fratre *Irmberto*, ne adhuc nos et eccleſia noſtra in *Chremeſmunſture* uideremur de conſolatione ueſtra in tanta neceſſitate noſtra dubitare; electus eſt et conlaudatus ab uniuerſis iam dicti monaſterii et fratribus et laicis et uniuerſa loci familia conſentientibus dominus et frater Rab, adeo conſone, ore omnium et corde, quod nec una perſona defuerit, quae, more ſolenni, ſicut et uobis electionis modum transmiſimus, in dominum et abbatem illum ſponte non elegerit.

Proinde, etſi in priore negotio et electio-

ctione illius perſonae Babebergenſem ecclesiam attentius quam nos e uicino pulſantes exaudiſtis; adhuc tamen, adhuc de caetero, de uobis bene ſperare et ſperata et rogata impetrare a nobis non abſtuliſtis.

Vnde rogamus ſanctitatem et uniuerſitatem ueſtram in domino, quatenus et me et electores perſonae illius unanimiter exaudire dignemini. Et, ne excuſationes denegandi, quod petimus, nobis reſcribatis, uoluntatem DEI et eccleſiae conſuetudinem et iuſtitiam in electione et petitione noſtra praehonorandam et fratrum neceſſitati condeſcendendum non ambigatis. Ad irrigandam ergo praenominatae congregationis noſtrae ariditatem, hortum concluſum, fontem ſignatum in charitate dignemini diſcludere: quia ut emittatur porta quam petimus et ex ea diffundantur aromata, quae cupimus, clamare millies, aperite nobis, aperite, non ceſſamus.

A

B

C

XLIV.

Epiſtola Conuentus Crems. nunſteriani ad abbatem Admontenſem.

REuerendo domino ſuo G. uenerabili patri multarum gentium, nec non uniuerſae ſanctae congregationi Admuntenſis coenobii, nouae deſponſationis filioli, licet indigni, fratres *Chremesmunſtere* monaſterii, ſi quid poteſt apud DEVM pauperum Chriſti per orationes humilitas, quod tantae dignitatis recipiat ſanctitas. Non dedignetur reuerentia ueſtra, ſanctiſſime pater et domine, literas noſtras recipere, et legere. Et quia nos ſaluatorem animarum ueſtrarum in domino quaerimus et quaerendo confidimus miſericorditer adtendere. Quaedam autem, ſalua gratia ueſtra praemittimus, de quibus DEVM teſtem inuocamus; ſcilicet, quod poſtquam dominum *Irmbertum* tantum per omnia commendatum elegimus, nos, qui reſidui ſumus, ſemper eum dileximus, ſemper eum habere patrem et dominum deſiderauimus. Et ſi adhuc ueſtrae et ipſius placeret ſanctitati, in eodem ſtatu laboris procedere non deficeremus, quamuis illum uix uel nullo modo reuocare ſufficeremus. Qui uero uiſitationis ſuae impedimentum nobis obſtiterint, uideat Deus et iudicet.

Quomodocunque uero, ſiue praeſcientia DEI, ſiue peccatis noſtris exigentibus, Babebergenſis eccleſia nobis dignior ipſum elegit, electum uocauit, uocatum obtinuit, merito ingemiſcimus et dolemus, adhuc tamen ſub ſpe ſaluationis ad ſinum miſericordiae pro conſolatione recurrentes, de congregatione ueſtra dominum * *Rab.* lumen ueritatis et iuſtitiae, diuina praeueniente gratia, libere et canonice, ſolenniter et unanimiter, ſine murmure, ſine omni contradictione, tam de monaſterio, quam miniſterialium in domino elegimus et electionem noſtram apud DEVM et apud homines ſubſcriptione propriae perſonae legitime confirmamus. Ego *Chundarus* prior eligo, laudo dominum *Rab.* patrem et dominum et ſubſcribo etc. quemadmodum in literis domino noſtro epiſcopo directis deſcripſimus: ita et nunc electionem noſtram liberam ad canonicam ratam et inconuulſam in audientia ueſtrae ſanctitatis legitime confirmamus.

D

E

F

G

f Rabanum, et et ſupra.

Annotatio ad ſuperiores epiſtolas.

INſignem uirum Irmbertum fuiſſe oportuit, pro quo tam celebria monaſteria *montis S. Michaëlis*, et duo epiſcopi *Bambergenſis* et *Paſſauienſis*, imo et archiepiſcopus Salisburgenſis tam acriter dimicauerint. Porro de Irmberto et anteceſſore eius *Helmerico*, haec in manuſcripto catalogos *abbatum S. Michaelis* exſtant. *Diuae memoriae domino Hermanno ad coeleſtia translato dominus Helmericus huic. Monaſterio ſurrogatur; qui rexit monaſterium annis fere tredecim. Qui anno Domini MCLX cura ceſſit paſtorali. Obiit eodem anno IV. Idus Decembris.*

De Irmberto abbate XIII.

DOmino Helmerico *abbate ad patres ſuos eunte, abbatiam regendam ſuſcepit dominus* Irmbertus *de monaſterio S. Blaſii* Admuntenſis *aſſumptus. Anno Domini MCLX. qui rexit monaſterium annis ferre duodecim. Debitum ſoluit carnis anno Domini MCLXXII. XII. Kal. Ianuarii.*

XLV.

Epiſtola Friderici archiepiſcopi Colonienſis ad S. Othonem epiſcopum Bambergenſem.

DOmino Ottoni Babenbergenſis eccleſiae uenerabili epiſcopo, *Fridericus* Colonienſium, DEI gratia, id, quod eſt, in orationibus et obſequio quidquid uerae fraternitatis non ociosa efficit dilectio. Quasdam ſanctitati ueſtrae literas iam ante miſimus, quas ſi forte accepiſtis, de tam longa reſponſionis ueſtrae dilatione non parum miramur. Vt enim longam earum ſententiam breuiter replicemus,

ſumma intentionis erat, ut prudentiam A ueſtram ad defenſionem, uel ſaltem ad liberam deplorationem huius, quem uidetis, grauiſſimi ſanctae eccleſiae caſus excitaremus: quod ipſum tacito deſiderio uos diu intrinſecus fouiſſe, iam olim cognouimus.

Iterum, uenerande frater, iterum idem dicimus; ſi zelus domus Dei, imo ueraciter amor eccleſiae, quae domus Dei eſt, uos medullitus comedit, ne B tantam eius deſolationem, tam crudelem haereditatis Dei direptionem et profanationem nimia patientia ulterius diſſimuletis. Ecce, per miſericordiam Dei, magnum nobis oſtium apertum eſt, ut ueritas, quae diu ſiluit, in manifeſtum prodeat; ut libertas noſtra diu ſuppreſſa, ceruicem erigat, quia pro nobis, et pro ſe ipſa iam in uocem prorupit ſancta Romana eccleſia. Iungit C ſe nobis Francia. Libero, ſicut audiſti, ore ueritatem Saxonia profitetur. Et quem, chariſſime frater, non moueat, quod omnis eccleſiaſtici uigoris auctoritas aulicis et palatinis in quaeſtum uerſa eſt. Synodalis conuentus epiſcoporum, annua concilia, omnes denique eccleſiaſtici ordinis adminiſtrationes in regalem curiam translata ſunt: ut illorum marſupiis inſeruiant, D quae ſpiritualiter examinari debuerant. Quid de cathedris epiſcopalibus dicemus, quibus regales uillici praeſident, quas diſponunt, et de domo orationis ſpeluncam plane latronum efficiunt: de animarum lucris regalis fiſci os inſatiabile repleatur.

Hic nos, qui eccleſiae Dei, per ipſius gratiam, columnae ſumus; quia nauim E Petri per huius ſeculi procelloſos fluctus gubernare debemus: hic, inquam, nos aduigilare; hic clauum moderaminis firmiter tenere conuenit: ne, nobis ſegniter torpentibus, dum ſine niſu moderantis fluctuat, his et ſimilibus impiae tyrannidis ſcopulis alliſa conuellatur: uel, quod abſit, irruentium fluctuum grauitate mergatur: ne canes F muti et latrare non ualentes prophetae uerbis arguamur; neue illud in nos conueniat: *non aſcendiſtis ex aduerſo, ut opponeretis murum pro domo Iſrael.*

De nobis quidem, ſancte et uenerabilis frater, non ex nobis, ſed ex uirtute, quam Deus in nobis operatur, hoc uobis fiducialiter in ipſius gratia promittimus, quia ab hac, quam coepimus, G ueritatis libera profeſſione, nec tribulatio, nec angustia, nec mors, nec uita nos ſeparabit. In hoc enim, ſicut ſcitis, poſiti ſumus: in hoc nouum hominem induimus, ut mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferamus; ut propter ipſum in mortem tradamur, quatenus et uita Ieſu in hac noſtra mortali carne quandoque manifeſtetur. In hac ergo tam glorioſa ſpe non deficimus, et de ueſtra conſtantia idem ſperamus et intime optamus. Et qualia indigna * paſſus ſitis, ut ad memoriam ſaepe reducatis, hortamur. Nolite nos ulterius longa exſpectatione ſuſpendere, ſed de ueſtra ſententia ſcripto nos certificate.

* *paſſi, forte*

Salutat uos dominus CHOVNO *Praeneſtinus* epiſcopus, et Romanae eccleſiae legatus, qui imperatorem, nec non Monaſterienſem epiſcopum, et *Herimannum* de *Wirzeburc*, cum omnibus Galliae epiſcopis, in concilio *Beluacenſi* excommunicauit, et hoc uobis notum fieri praecepit. Eandem ſententiam iterabit in praedictos, et in omnes complices eorum in concilio Remenſi, quod erit *laetare Hieruſalem*, cum aliis tribus epiſcopis nouiter a Romana ſede directis. Vale.

XLVI.

Epiſtola Buggonis epiſcopi Wormacienſis ad canonicos Bambergenſes.

COnfratribus et dominis ſuis omnibus ſacroſanctae Babebergenſis eccleſiae canonicis, *Buggo* Dei gratia, Wormacienſis eccleſiae electus, ſeruitium ſuum et orationes.

Memor ueſtrae fraternitatis, et dulciſſimae educationis, fratres chariſſimi, recordatione ueſtri affectus partim ad lacrymas compungor, partim ſpe ueſtrae conſolationis et ſubleuationis uehementer delector, dum hoc onere, quod ſuſcepi, tam importabile meae aetati et inſipientiae ueſtrum leuamen, et ſubſidium ſpero impetrare. Quapropter, quo magis de uobis confido, eo magis admiror, quod tanto tempore me filium ueſtrum, uobis per omnia obnoxium, inter tot curas, quae me premunt, ut noſtis, conſolari diſtuliſtis. Et quia inde cauſa moeroris et ſuſpicionis mihi ſuboritur, et ideo per fraternam compaſſionem et noſtrum obſequium uos deprecor, ut apud dominum noſtrum epiſcopum fideli interuentu cauſam meam agatis; ſcientes, quod in ueſtrae, imo noſtrae eccleſiae laudem hoc redundabit, ſi ueſtro auxilio noſtrum honorem diuina benignitas ſtabilire dignetur.

XLVII.

Epiſtola Ruperti epiſcopi Bambergenſis, ad archiepiſcopum Moguntinum.

Domi-

DOmino et patri, ſanctae Mogun-
tinae ſedis archipontifici, *Ru-*
pertus, Dei gratia Babebergenſis
epiſcopus, cum inſtantia precum fidele
ſeruitium.

Nos procul dubio fore illos, in quos
fines ſeculorum uenerunt, ex ipſis in-
dies declaratur periculis. Nam ut cae-
tera omittam, quibus absque morarum
interuallis quatimur, imo conſternа-
mur, quid unquam a barbarie nobis
incuteretur atrocius, quam a noſtrae
fidei profeſſoribus, qui uota fidelium,
precia peccatorum, reſpectu diuini ti-
moris poſtpoſito, quaſi haereditario iu-
re ad ſe transmiſſa ſuis uſibus addicunt?
Et nos, quibus oblationum earundem
credita noſcitur diſpenſatio, uel miris
irrident modis, uel in uincula coniici-
unt; uel, quantum in ipſis eſt, morte
multare non perhorreſcunt. En ego
minimus epiſcoporum ueſter, tamen in
domo domini qualiscunque cooperа-
tor, quibus et quantis calamitatibus a
comite N. afficior? qui agros eccleſiae
meae, tanquam ſuos, per triennium, aut
eo amplius praedatoria manu occupat.
Quem cum nec iure nec gratia a tanto
ſcelere poſſem reuocare, confratrum
et fidelium meorum conſilio, membrum
lanians et perſequens eccleſiam Dei, ſe-
cundum inſtituta canonum, a conſortio
eiusdem matris eccleſiae gladio anathe-
matis recidi. Quod idcirco ueſtrae
ſanctitati ſignificare curaui, quatenus
auctoritate diuinitus uobis collata, per-
tinaciae ipſius obuietis, ne iniquitatem
ſcientes, et filendo diſſimulantes, ty-
rannidem ei quandoque nocituram ro-
borare uideamini. Fraternis ergo com-
patiendo preſſuris, aſcendite quaeſo ex
aduerſo. Nam quamuis pauci ſimus
numero, communicatis tamen ſynceri-
ter uiribus, domino patrocinante, cu-
ius uicem gerimus, facile calumnias
peruerſorum propulſabimus.

XLVIII.

Epiſtola praepoſiti Bambergenſis ad Fri-
dericum, Colonienſem archiepi-
ſcopum.

SAcroſanctae Colonienſis eccleſiae
archipontifici *Friderico*, primaeuae
indoli uirtutum ac dignitatum aſ-
ſecutione reſpondenti, *praepoſitus* cum
toto Babebergenſium fratrum collegio,
impenſiſſima utriusque hominis obſe-
quia.

Quam ſcſtiua ueſtrae beatitudinis
promotione ſuſceperimus gaudia, nul-
lius, quantumlibet diſerti, explicabit
facundia. Quisnam quaeſo orator, il-
lum noſtri pectoris uocibus proſeque-
retur affectum, cum filium chariſſimum
ſub pennis noſtrae fraternitatis ſotum
et altum in cathedra *Colonienſis* eccle-
ſiae uidemus exaltatum? Ea quippe die,
noſtrae ſtatum eccleſiae, in aliquibus
temporibus aſperitate nutabundum, in
tantum ſperauimus eſſe ſuffulciendum,
ut uobis ſuperſtite, nullum uel ſentire
poſſit diſpendium. Sed, quod nimi-
rum noſtris adſcribendum eſt infortu-
niis, non ſolum hoc ſterilitatis anno ue-
ſtris non ſumus releuati ſuffragiis, ue-
rum etiam uobis grauioribus occupato
negotiis noſtris peruos deſtituti ſumus
oblationibus.

Noſtis quidem, praeſulum ſereniſſi-
me, noſtrae querelae cauſam, iam iam-
que proceſſu temporis inueteratam;
quae, licet ſaepenumero per fratres no-
ſtros auribus ueſtris innotuerit, nihil
tamen nobis ueſtrae maieſtatis contu-
lit audientia; quin imo eo uſque res
deducta eſt, ut non ſolum ad tempus
bonis noſtris caruiſſe, ſed et ea prorſus
uideamur amiſiſſe. Siquidem miles ue-
ſter N. pertinaci animo noſtram reten-
tat oblationem, nec ulla ratione aſſerit
ſe redditurum, niſi tantundem, aut am-
plius a nobis recipiat. Alius quidam
iactat, ſe oblationem noſtram N. in
poſſeſſionem coëmiſſe. Talibus uti-
que et aliis neceſſitudinibus circum-
uenti, non modicam ſtipendii et obla-
tionis noſtrae patimur penuriam.

Quocirca, ſi ulla fraternitatis noſtrae
uobiſcum uiuit memoria, ſi precum no-
ſtrarum deuotio, uel minimo uobis
conſtet momento, cauſam noſtram in
libra acquitatis et gratiae appendite:
hoc uidelicet uobiſcum accuratius per-
tractans; quantum ueſtrae deroget ae-
ſtimationi, eos de uobis cauſari, quos
maxime oportet per uos ſubleuari.
Quod, ne quando futurum ſit, diſpen-
ſatio diuina cuncta moderans auertat:
quae uos etiam ſic moderari dignetur;
quatinus ipſi placens, et hominibus me-
moriam ueſtri in benedictionem per-
petim conſolidetis.

XLIX.

Epiſtola Bambergenſium canonicorum
ad magiſtrum quendam.

SVmmae uenerationis magiſtro R.
ſolertia uirtutum ad unguem lima-
to F. praepoſitus, A. decanus, cum
toto Babebergenſium fratrum collegio,
ſolidiſſimum fraternae dilectionis uin-
culum.

Induſtriae tuae fama, qua et mori-
bus et ſcientia eminere praedicaris, ul-
tro citroque illecti ardentibus uotis fa-
ciem tuam uidere deſideramus. Sed ſi
con-

contingat ſic uidere, ut reliquam aeta-A mnino. Si fieri poſſet, ut ueſtris humeris mihi eam attuliſſetis, non maiores inde uobis gratias haberem, quia, modo, nec ad reddendum quibuscunque modis uobis placuerit, paratior eſſem, quam modo. Pro comunni clerico noſtro ueſtram rogo clementiam, ut ei bonus ſitis in omnibus. Et, ſi fratres eius tam diuturnam eius aegre ferunt abſentiam, auctoritatem ueſtram illis opponite: et ne inde aliquid moleſtiae patiatur, mea cauſa prouidete. Artificem etiam ueſtrae pietati commodo, quia mihi fideliter et utiliter ſeruiuit; utpote bonus chriſtianus; et ut eum adiuuetis, rogo enixius; et gratiam ueſtram per me obtineat plenius.

tem nobiſcum uelles tranſigere, profecto plenum nobis apportares gaudium, et quodammodo de magnis curarum aeſtibus abſolutos, in optatae ſtationis portu locares. Enimuero longo iam tempore ſcholaſticum quaerimus: ſed, qualem uellemus. non reperimus, nam non aequis ducti auſpiciis, uel ipſe nobis, uel nos illi diſplicemus. Proinde, ſi fieri poteſt, te uiB rum ſpectatum et multorum teſtificatione nobis approbatum, ſcholaſticae ſubrogare decreuimus diſciplinae, fiduciam habentes, per conſtantem eruditionis tuae modeſtiam, et nos et locum noſtrum abunde decoratum iri. Si ergo animus tuus quacunque ratione uotis noſtris concordet, petimus, ut quantocius Wirzeburc accedas, ut, communibus amicis mediantibus, conuentioC tibi nobisque profutura immutabiliter concilietur.

L.

Epiſtola uidetur eſſe ad Rupertum epiſcopum Bambergenſem.

RDilectiſſimo confratri et coëpiſcopo C. ſuus in dilectione quidD quid iocundius in oratione, et ſeruitio quidquid deuotius. Siniſtra fama hoc anno a partibus illis ueniens, multum me exacerbauit, reſcrens ueſtros a fide et dilectione, ſub qua uos in Saxonia dimiſerant, deſeciſſe, et contra dignitatem ueſtram conſpiraſſe. Vnde mihi duplex nata eſt triſtitia: Tum, quia debita charitate ueſtro honori non E parum timebam: Tum, quia communi omnium miſeriae condolebam, quia, omne neſas irrupit in hoc aeuum: et a traditione domini uix aliquem reuocat reſpectus fidei, uel ſacramenti. Sed alius rumor dolorem meum immutauit in gaudium, quia audiui, quidquid turbationis fuerat, ſedatum eſſe et omnia ad honorem ueſtrum ceſſiſſe.

Nouit autem dominus; quod, ſi uobis ita uicinus eſſem, uti *Wirzeburgenſis* epiſcopus, uel in illa, uel in alia cauſa ueſtra, nullus nobis affuiſſet paratius, nemo fidelius, uel deuotius opem tuliſſet, quam ego. Quia uero nimis remotus ſum, quod ſolus abſens ualeo, bonae meae uoluntatis munus offero. Sed, ſiue in curia, ſiue alibi, ubi praeG ſens eſſe potero, pro honore ueſtro, modis omnibus, ac ſi frater carnalis eſſem, laborabo.

Gratias autem uberrimas reſero bonitati ueſtrae, quia per uos hiemalem domum talem habeo, ut in terra noſtra, talem ſe habere, nullus dicat o-

LI.

Epiſtola.

REuerentiſſime diligendo et dilectiſſime uerendo domino archiepiſcopo A. G. licet indignus epiſcopus, quidquid deuotionis et obſequii homini ab homine praeſtari poteſt impenſius. Quod ueſtra dignatio, de fidei deuotionisque noſtrae conſtantia, tam ſyncero praeſumit iudicio, id uero et debita me affecit gratulatione, et multa in futuris onerat ſollicitudine, ut tam bonam de me perſuaſionem perpetuam uobis commendem. Porro quod noſtrae paruitatis officium erga uos exile nimis et ieiunum, tam magnifica appenditis aeſtimatione, ne quidem meum meritum, ſed propenſum ueſtrae charitatis intelligo affectum. Eſt enim hoc ſolenne prorſus et familiare ſyncere diligentibus, ut tenuiſſimam operam eorum, quos diligunt, uelut egregiam et ſingularem admirentur.

Et noſtro et totius regni nomine gratulor uobis, quod perditis aemulorum conſiliis tam mature uos occurriſſe, tam mature uos occurriſſe, tam prudenter eas diſſipaſſe ex literis ueſtris cognoui. F Veruntamen dum ſingula mecum etiam atque etiam retracto, ſolidum ſyncerumque gaudium, uix audeo concipere. Suſpectum quippe mihi eſt, quod de marchione O. et de archiepiſcopo Moguntino, qui ſe uelut caput coniurationis effert, nihil ſcripſiſtis. Mouet me et ducis Bauariorum tam facile recepta purgatio, tam facile credita excuſatio. Doloſis enim conſiliis nihil diſſimulatione aptius eſt. Quamobrem uelim uos unice commonitum, ut in omnes partes circumſpecte uos agatis, nihil de priori diligentia remittatis. Noſtis mores, noſtis tempora, quid credat, aut cui credat, nemo habet, et in tam dubiis rebus periculoſa eſt ſecuritas,

ritas, damnosa facilitas, pernicioſa credulitas. Noui, quam ſuper effluenti haec inſtillem; ſed exacto amori difficile modum perſuaſeris.

• De comite N. quam ſim exacerbatus, utinam diſſimulare poſſem. Sed quia id non licet mihi nolla, quod uos tantopere uelle intelligo, imperaui dolori, extorſi animo, ut, cum ad uos uenero, ex ueſtra praecipue ſententia et ducis Bauariorum conſilio rem patiar componi. Comitis N. cauſam etiam atque etiam ueſtrae fiduciae commendatam eſſe uolo; ne comes N. in noſtram iniuriam ſub alieno nomine de illo triumphet. B De mea cum domina imperatrice diſpenſatione, id ſolum uolo ad praeſens rogare, ut, ubi occaſio aliqua dederit, ſolitam eccleſiae noſtrae opem et tutelam praetendere non grauemini.

LII.

DOmino et patri uenerando Sigefrido, digniſſimo ſanctae Moguntinae ſedis archipraeſuli, *Guntherus*, licet indignus ſuus ſuffraganeus, orationum et obſequii perpetuam deuotionem. Non arbitror ueſtram prudentiam fugiſſe, qualiter HEINRICVS imperator, piae memoriae, noſtram eccleſiam, cuius ipſe fundator diuinitus extitit, Romanae ſedis mundiburdio aſſignauerit, certamque penſionem ſuo tempore illi ſoluendam nobis perpetuo impoſuerit: tunc Romanus pontifex, ut hanc ſingularem noſtram ſubiectionem magis celebrem, et inſignem faceret, omnibus eccleſiae noſtrae praeſulibus uſum pallii generali priuilegio conceſſit. Et ſubinde alii papae, a noſtris anteceſſoribus commoniti et appellati, idem ſolenniter indulſere. Quorum exemplo et auctoritate iſte quoque prouocatus, noſtrae humilitati pallium, ſecundum antiqui priuilegii tenorem, transmiſit. Quamobrem ne quis apud uos, ut hominum ingenia, ſuperbe aut contumelioſe interpretari poſſit, ſeriem et modum rei uobis inſinuare curaui, certus nimirum, quidquid pro eccleſiarum ſtabilitate agitur, ueſtram charitatem ſyncere congratulari.

FINIS EPISTOLARVM.

VARIA IMPERATORVM, REGVM AC PRINCIPVM DIPLOMATA AD RES RATISBONENSES POTISSIMVM SPECTANTIA.

LECTORI.

EXſcripſimus haec diplomata ex codice manuſcripto membranaceo, quem Vienna *ad me humaniſſime miſit clariſſimus uir, dominus doctor SEBASTIANVS TENGNAGEL; quae omittere non uiſum, tum propter dioeceſin Ratisbonenſem, de qua S. Otho, Bambergenſis epiſcopus, praeclare olim meritus eſt, ut teſtatur uita eius, tum quia lucem adferre poterunt iis, quae uir nobilis WIGVLEVS HVNDIVS in metropoli Salisburgenſi ſcribit, ad calcem catalogi epiſcoporum Ratisbonenſium et in hiſtoria monaſterii S. Haimerani, ut ipſe appellat; tum denique, quia prodeſt in huiusmodi literis ueterum imperatorum, regum ac principum pietatem et in cultores pietatis beneuolum et munificum affectum intueri; nam et hoc ſimul cernimus, quantum ſecula noſtra a maiorum ſemitis et ueſtigiis exerrarint. Vale.*

I.

Priuilegium Fuldenſi monaſterio a Gregorio IV. conceſſum.

GRegorius papa ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimo in domino filio Rabano, et uenerabili abbati. Pontificii noſtri cura nos urget, ſanctarum omnium DEI eccleſiarum utilitatibus fauere, ac ſecundum quod unaquaeque in proprio ſtatu manſura ſit, congruum eis impartiri ſuffragium. Ex hoc enim lucri potiſſimum praemium a conditore omnium DEO, procul dubio promeremur, ſi uenerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta.

Igitur quia poſtulaſtis a nobis, decreuimus noſtra apoſtolica praeceptione reconcedere ac reconfirmare perpetualiter, uobis ueſtrisque ſucceſſoribus monaſterium *Fuldenſe*, quod ſancti *Bonifacii* uocabulo uiget, ſicut in loco, qui uocatur • *Bochonia*, iuxta ripam fluminis, qui • *Buchonia.* dicitur *Fulda*, cum omnibus cellis, curtibus, diſtrictionibus, ſeu omnibus rebus mobilibus et immobilibus ſibi pertinentibus, quas nunc habet et in futuro, Deo auxiliante, habebit.

Concedimus etiam, atque donamus uobis, chariſſime ac dilectiſſime fili, ueſtris-

ſtrisque ſucceſſoribus abbatibus in perpetuum pro magno ueſtro amore, nimiaque dilectione, quam circa uos habemus et deinceps habere cupimus, monaſterium ſancti *Andreae* apoſtoli, quod uocatur *Exaulum*, ſitum Romae, iuxta eccleſiam ſanctae Dei genitricis MARIAE ſemper uirginis, quae uocatur ad praeſepe, cum omnibus manſionibus, caminatis, cellis, uinariis et conquina, cum uineis, hortis, diuerſisque generibus pomorum, cum curte et puteo in introitu, per portam maiorem a uia publica, et cum omnibus ad idem monaſterium pertinentibus, tam intra, quam extra urbem ſitis, quae ei iuſte ac recte pertinere dinoſcuntur.

Nullus etiam epiſcoporum, archiepiſcoporum, patriarcharum, uel quoquo modo in clero conſtitutus, temere, aut proterue, niſi a uobis accepta licentia, ſuper principale altare ueſtri monaſterii miſſarum ſolennia celebrare praeſumat, aut quamlibet ditionem, uel auctoritatem habere in idem *Fuldenſe* monaſterium, praeter noſtram apoſtolicam ſedem: ſpecialiter epiſcopus, in cuius dioeceſi conſtructum eſſe uidetur, ita, ut niſi ab abbate monaſterii fuerit inuitatus, nec miſſatum ſolennia ibidem celebrare praeſumat. Bona uero et oblationes, decimasque fidelium absque ullius perſonae contrarietate, firmitate perpetua ipſi monaſterio ueſtro, ſecundum praedeceſſorum priuilegia confirmamus et roboramus.

Decernimus etiam, ne alicui perſonae, magnae uel paruae, liceat aliquam uim, uel controuerſiam inferre eidem monaſterio in rebus et familiis eius; neque totum, neque partem ipſius mortalium alicui ulla ratione ſubdere, uel ſub beneficii nomine dare praeſumat, ſed omni tempore ſoli noſtrae ſanctae Romanae eccleſiae libera ſecuraque deſeruiat. Eligendi quoque ſibi abbatem, quando opus fuerit, fratres inter ſe poteſtatem habeant, ſecundum regulam *S. Benedicti*, ſine ullius perſonae contradictione.

Caeterum uero haec deliberantes decernimus, ut congruis temporibus noſtrae ſolicitudini eccleſiaſticae intimetur, qualiter religio monaſtica regulari habitu dirigatur, concordiaque conuenienti eccleſiaſtico ſtudio mancipetur, ne forte, quod abſit, ſub huius priuilegii obtentu, animus, greſſusque rectitudinis noſtrae, a norma iuſtitiae aliquando retorqueatur.

Concedimus etiam tibi, quem bene eruditum et bene eloquentem uitum eſſe nouimus dulciſſime fili, praedicare uerbum Dei auctoritate S. Petri apoſtoli et noſtra, eius indigni uicarii: et ut tam Auos, quam ſucceſſores ueſtri, ante omnes abbates totius *Galliae*, ſeu *Germaniae* primatum ſedendi in omni loco, conuentuque, ſiue iudiciali ſententia, ſeu in omnibus conciliis ac ordinibus noſtra apoſtolica auctoritate obtineatis. Abbas uero non niſi ab apoſtolica ſede benedicatur, a qua benedici debet; nec unquam ab aliquo epiſcopo conſecrationem expetat, niſi a Romano pontifice; nec conſecratus ad aliud monaſterium, in *Fuldenſi* introducatur, uel praeponatur monaſterio. Vſum quoque *Dalmaticae*, caligarum et ſandaliorum, ſecundum quod ab anteceſſoribus noſtris conceſſum eſt, uobis concedimus. Ac ne ſemina unquam illud ingredi praeſumat, noſtra apoſtolica auctoritate interdicimus. Et, ne quis unquam placitum ibi habeat; uel, in caeteris eius locis, nec ſeruos, nec colonos ad aliquod ſeruitium conſtringat, niſi cui abbas ad utilitatem ſuae neceſſitatis aſſenſum praebuerit.

Igitur generaliter addendum dignum duximus, ut, quidquid auctoritate anteceſſorum quorumlibet noſtrorum, regum et imperatorum ipſi *Fuldenſi* monaſterio conſtat fuiſſe conceſſum; ſit et noſtra apoſtolica auctoritate per hoc noſtrum priuilegium confirmatum atque corroboratum, ſtatuentes apoſtolica cenſura, ſub diuini iudicii atteſtatione, ne quis unquam noſtrorum poſtdeceſſorum pontificum, Romanorum regum, imperatorum, ducum, marchionum, comitum et praeterea archiepiſcoporum, epiſcoporum, patriarcharum, aut cuiuslibet dignitatis, uel conditionis hominum, contra hoc noſtrum priuilegium quidquam audeat acceptare.

Quicunque ergo huius noſtri priuilegii obſeruator extiterit et pio intuitu cuſtodierit et, ne in aliquo infringatur a ſe, obſeruauerit, omni benedictione repleatur et peccatorum ſuorum abſolutionem a retributore omnium bonorum DEO, conſequi mereatur, ut in coeleſti ſede glorietur. Qui autem, quod abſit, hanc noſtram praeceptionem uiolare praeſumpſerit, niſi reſipiſcat, indiuiduae Trinitatis iram incurrat et a coetu omnium ſanctorum extorris exiſtat, S. Petri apoſtolorum principis maledictione redundet, CCC X. et VIII. patrum ſacroſancto concilio damnetur, atque in extrema die Iudicii a maranatha anathemate perditus, lucis claritudinem neſciat, ſed exteriores tenebras cum diabolo ac conſentaneis eius perpetualiter gemat, amen. Datum per manum Benedicti notarii ac ſcriniarii Romanae eccleſiae, Idibus Maii, Indict. XIV.

II.

II.

Diploma Caroli craſſi.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Karolus diuina fauente clementia imperator auguſtus.

Si locis DEO dicatis aliquid ex noſtra largitate conferimus, proculdubio aeternae retributionis praemia inde nobis augmentari credimus. Quapropter noB uerit omnium fidelium noſtrorum, praeſentium ſcilicet ac futurorum induſtria, qualiter nos, interuentu N. abbatis noſtri, cuidam fideli noſtro, quandam capellam cum omnibus ad eam pertinentibus aedificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, campis, ſiluis, pratis, aquis, quae ipſe modo in beneficio habere uiſus eſt, diebus uitae ſuae, ſub uſu fructuario, in proprietatem conceſſiC mus et iuſſimus hoc noſtrae auctoritatis praeceptum inde conſcribi; per quod decernimus, atque iubemus, ut praefatus N. eandem capellam diebus uitae ſuae, ſecure poſſideat: poſt ipſius uero obitum, ad capellam noſtram in *Regina *Regenſpurg. ciuitate ſitam; quae eſt conſtructa in honore S. MARIAE, iure perpetuo pertineat, rectoresque ipſius eccleſiae eandem capellam ſecundum uoluntaD tem ſuam et utilitatem praefatae eccleſiae regant et diſponant. Et ut haec auctoritas noſtrae largitionis firmior habeatur, et per futura tempora uerius credatur, ac diligentius obſeruetur, manu propria eam ſubter firmauimus et annuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Data Kalendis Aprilis anno incarnationis Dominicae DCCCLXXXIII. E Indict. * Anno uero imperii piiſſimi Karoli III.

*Numerus Indictionis non comparet in codice antiquo. Videtur leg. Indict. 1. Nam anno Chriſti 883. Indictio prima currebat. Vide Baronium tom. 10. anno 884.

III.

Diploma eiusdem, ut uidetur, imperatoris.

IN nomine S. et indiuiduae Trinitatis, Karolus diuina fauente clementia F imperator auguſtus.

Si pro Dei amore locis ipſi dicatis ex noſtris rebus aliquid conferimus; et neceſſitates eccleſiaſticas noſtro ſubleuamus iuuamine, id nobis ad aeternam uitam feliciter capeſſendam profuturum liquido credimus. Ideoque nouerit omnium ſanctae DEI eccleſiae fidelium noſtrorum, praeſentium ſcilicet G et futurorum ſolertia; quia nos, pro Dei amore animaeque noſtrae remedio, conceſſimus ex rebus noſtris, ad capellam noſtram, quae eſt in honore ſanctae et intemeratae uirginis MARIAE conſtructa, *infra ciuitatem *Rateſponam*, eccleſiam unam cum caſa et curte, et cum A omnibus iuſte ac legaliter ad ipſam eccleſiam pertinentibus campis, pratis, paſcuis, ſyluis, terris cultis et incultis, aquis aquarumue decurſibus, uiis et inuiis, acceſſibus et egreſſibus, adiacentiis, finibus: eo uidelicet rationis tenore, ut deinceps perpetualiter ex ipſis rebus indeficienter luminaria ad ſanctum locum pro animae noſtrae remedio habeantur. Vnde et hoc noſtrae auctoritatis praeceptum exinde fieri iuſſimus atque iubemus, ut noſtris temporibus et futuris praefatae res, ad praeſcriptum ſanctum locum inuiolabiliter permaneant, nullusque habeat poteſtatem exinde aliquid minuere, uel abſtrahere. Et ut haec noſtrae conceſſionis auctoritas per futura tempora, a cunctis fidelibus noſtris uerius credatur et diligentius obſeruetur, manu propria ſubter eam confirmauimus et annulo noſtro inſigniri iuſſimus.

*f. intra.

IV.

Diploma eiusdem imperatoris.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Karolus diuina fauente clementia imperator auguſtus.

Si de rebus terrenis fidelibus noſtris opportunitates accommodauerimus, beneuolentiores eos facimus et adeo nos mercedem inde habere, liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, praeſentium ſcilicet ac futurorum induſtria: qualiter nos, fideli noſtro abbati N. ob fidele ſeruitium illius et pro augmento mercedis noſtrae apud Deum, *cauſas noſtras * f. cauſas per hanc noſtram auctoritatem conceſſimus et donauimus. Itaque illi, uſque ad finem uitae ſuae, in proprietatem, quidquid pertinet ad capellam noſtram, quae ſita eſt in urbe *Regina*, poteſtatiue confirmamus; quatenus ſecurus, pro nobis, noſtrisque parentibus oret, cum clericis ad ſeruitium DEI nutritis. Et ut haec noſtrae largitionis, ſiue conceſſionis auctoritas firmiorem in DEI nomine obtinere ualeat uigorem, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus et annuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Data. X. Kalendis Septembris an. incarnationis dominiDCCCLXXX. Indictione * III. Anno regni Karoli * ſcribe, Indict. XIII. piiſſimi imperatoris VIII. imperatoriae uero dignitatis in Italia V. In Francia, IV. In Gallia, primo. Actum *Weibetingen*, Dei nomine feliciter, amen.

V.

Diploma Karolomanni.

V.

Diploma Karolomanni.

Karolomannus Ludouici regis Germaniae filius.

IN nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, Karolomannus Dei fauente gratia rex.

Si pro Dei nutu, uel, pro mercede aeternae retributionis, fidelibus quibuscunque nostris, quasdam res proprietatis nostrae donamus; non solum regium morem decenter implemus, uerum etiam aeternae beatitudinis praemium nos promereri, liquido credimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae, nostrisque, scilicet praesentibus et futuris; quoniam quidam fidelis, ac dilectus presbyter noster, nomine *Iob*, culmen serenitatis nostrae adiit, deprecans, ut ei quasdam res nostrae proprietatis in pago N. in comitatu N. in proprium donaremus. Nos uero libentissime petitioni illius satisfacientes, propter nimiam seruitutem illius in nos exhibitam, per hoc praesens praeceptum nostrum, donauimus duas *Hobas* in proprietatem, cum VIII. mancipiis, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus: omnia haec praedicto dilecto presbytero nostro in proprietatem dedimus, atque de nostro iure, in eius ius et dominationem transfundimus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps, hanc ipsam proprietatem omnibus diebus uitae suae habeat, teneat atque possideat: post obitum autem illius, ut res praedictae redeant in potestatem *S. Emmerammi* martyris Christi.

Meminit huius diplomatis Hundius in metropoli, in hist. de monasterio S. Emmerami. p. 227.

Huob.

Et ut haec auctoritas nostrae largitionis ab uniuersis fidelibus firmior habeatur, et per futura tempora uerius credatur, ac diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam confirmauimus, et annulo nostro sigillari iussimus. *Sigillum domini Karolomanni piissimi regis.* Datum III. Nonis Decembris anno Christo propitio, III. domini Karolomanni serenissimi regis in Baiuaria, et secundo in Italia, indictione XI. Actum Ratesdorf curte regia, in Dei nomine feliciter.

VI.

Diploma.

IN nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. C. Dei gratia rex.

Si Dei ecclesiis, nostro uidelicet regimine procurandis, dignos adhibere curamus honores, non solum terreni, sed et coelestis regni non dubitamus A honore et fastigio nos sublimari. Inde uolumus in nostrorum, praesentium, futurorumque peruenire notitiam; qualiter conuenit inter uenerabilem uirum Radesponensis ecclesiae episcopum * *Tutonem*, et quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent: quod et fecerunt. Tradidit igitur N. proprietatem suam sancto *Emmerammo* martyri, qualem uisus est habere, cum omnibus ad praedictum locum rite pertinentibus in manum episcopi et aduocati sui N. in perpetuam proprietatem: e contrario uero retradente eodem aduocato, una cum manu episcopi, accepit praedictus N. de rebus *S. Emmerami*, locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem. Et ut huius concambii praeceptum firmum stabileque permaneat, manu propria subtus illud firmauimus, annulique nostri impressione signari iussimus.

* *De hoc uide Hundium in Metrop. p. 60. et 225.*

VII.

Diploma.

IN nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, C. Dei concedente clementia rex.

Si ecclesias Dei aliqua semper utilitate fulcire studuerimus, non solum regium morem exercemus; sed etiam aliquod lumen animae nostrae inde promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos, admonente Adelwardo episcopo, pro honore Dei, sancto martyri *Emmeramo* concessimus de nostro iure decimam partem uectigalium, id est, de ministerio N. ad concinnanda luminaria iure perpetuo in proprium. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora, a fidelibus nostris uerius credatur, et diligentius obseruetur, manu nostra subtus eam firmauimus, annuloque nostro sigillari iussimus. Dat. III. Kal. Iul. anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCC. XVI.

VIII.

Diploma Arnulphi imperatoris.

IN nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Arnulphus* diuina fauente clementia imperator augustus.

Regalem condecet dignitatem, ut facta fidelium suorum, quae communi ipsorum congruunt utilitati, et pie eis consulendo prospiciat, et in posterum man-

manſura gratanter corroboret. Inde omnium chriſtianae religionis fidelium inſtantis temporis ac futuri agnitum eſſe uolumus uotitiae, qualiter *Turo*, honorabilis *Radeſponenſis* eccleſiae praeſul, et commiſſi gregis nomine ac merito tutiſſimus prouiſor, et femina quaedam N. quandam complacitationis inter ſe, more populari perpetratae, chartam noſtris praeſentarunt obtutibus, ſupplicantes noſtri edicti tenore eam conſolidari; quod ita fieri decreuimus. Iuſſimus igitur hoc praeſens muniminis noſtri praeceptum inde fieri; per quod decernimus, atque omnino praecipimus, ut huiusmodi complacitationis confirmatio a nullo unquam ſucceſſore noſtro uioletur, ſed in Chriſti nomine uſque in finem conſoliderur, manu noſtra ſubtus eam roborantes, annulo noſtro iuſſimus inſigniri.

A

B

C

IX.

Diploma.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Karolus gratia Dei rex.

Si petitionibus fidelium noſtrorum, maxime domini ſacerdotum, praecipue in his, quae eccleſiaſticis utilitatibus poſſunt praebere conſultum, benignum commodamus aſſenſum, nobis id ad aeternae remunerationis credimus prouenire augmentum. Proinde nouerit omnium fidelium Dei ac noſtrorum, praeſentium ſcilicet et futurum induſtria: quia uir uenerabilis *Hincmarus*, Remenſis urbis archiepiſcopus, obtulit ſerenitatis noſtrae obtutibus praeceptum piae memoriae domini ac genitoris noſtri *Ludwici* imperatoris, quod in eleemoſynae ſuae augmento eccleſiae ſuae MARIAE, atque ſancti *Remigii* fieri decreuit, de opere et operariis, atque omni exactione, quae tempore aui noſtri domini Karoli imperatoris, ex eadem caſa Dei exigebantur ad palatium, quod uocatur *Aquigrani*, ut in aedificatione et reſtauratione ipſius eccleſiae Dei, per futura tempora, uſque in finem ſeculi, ad utilitatem ſaepe dictae ſanctae eccleſiae in eleemoſyna illius proficerent: et nec ad eundem locum, uel ad alium quemlibet ipſae redhibitiones uel impenſae ullo unquam tempore exigerentur: ſed remiſſa indulgentia illius, in eodem loco proficerent.

D

E

F

G

Cuius bene geſta rata iudicantes, per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum decernimus, ut quidquid de actione, uel operarils praedictae conſtitutionis, ſupra ſcriptus domnus et genitor noſter: ſeu et de muro ciuitatis ipſius, uel uiis ad utilitates clauſtri canonicorum proficientibus, in ſuo praecepto conceſſit, hoc totum perpetuo noſtra indulgentia, uel conceſſione, uel auctoritate conceſſum, uel confirmatum maneat in perpetuum. Et ut haec conceſſionis, uel confirmationis auctoritas per futura tempora certior cognoſcatur et permaneat inconuulſa, eam manu noſtra ſubter firmauimus, et de annulo noſtro illam ſigillari praecepimus. Data VII. Kal. Iun. anno decimo, regnante Karolo glorioſo rege. indict. XIII. Actum Vermeriae, palatio regio: in Dei nomine feliciter, amen.

X.

Diploma.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Karolus rex. *Carolus calum*

Si ea, quae a praedeceſſoribus noſtris, uel fidelium deuotione bene tradita, ſtatuta ac confirmata ſunt, noſtris oraculis roboramus; ſi etiam illa, quaecunque neceſſitate corrupta ſunt, regia noſtra auctoritate corrigimus, et in meliùs commutamus, ſaluti noſtrae conſulimus, et regium miniſterium, ſuſceptum a domino, exercemus. Proinde nouerit omnium fidelium Dei ac noſtrorum ſolertia; quia res ex epiſcopatu Remenſi, quas magna neceſſitate et per omnia inuiti, dum a paſtore ſancta ſedes illa uacaret, fidelibus noſtris ad tempus, unde temporale quoddam ſolatium in noſtro haberent ſeruitio, commendauimus, ordinato et electo munere ſancti ſpiritus, per Dei et noſtram diſpoſitionem, in eadem ſancta ſede, N. archiepiſcopo, hoc noſtrae auctoriratis praecepto cum integritate: quidquid exinde nos fidelibus noſtris beneficiauimus, praeſentialiter reſtituimus, ſiue etiam illa omnia, quae tam clerici, quam laici, qui in noſtra dominatione aliquandiu fuerunt; quosque iam dicto epiſcopo commendauimus, habebant. Et, ut in calce omnia concludamus; quidquid ex eodem epiſcopatu, quando de manu N. illum recepimus, alicui praeſtito beneficio conceſſimus; per hanc noſtrae confirmationis auctoritatem, in conſpectu Dei, coram coetu fidelium noſtrorum tam eccleſiaſtici, quam laicalis ordinis, teſtamento praeſentialiter caſae ſanctae MARIAE, et ſancti *Remigii*, atque N. archiepiſcopo, cum omni integritate reddimus, uel reſtituimus, ut absque ulla refragatione, caſſatis quibuscunque aliis conſcriptionibus, easdem res, per hanc noſtram auctoritatem recipiat, ut, ſicut

res ecclesiae Dei, tam ipse, quam successo-A
res ipsius disponant, Quam auctoritatem, in qua nos ulterius tale quiddam erga ipsam casam Dei non acturos spondemus: et, ut nemo successorum nostrorum agere moliatur, per omnipotentem dominum eiusdem uirginis filium obsecramus, ut peruentura tempora certior habeatur et contra aemulos ipsius ecclesiae sui notitia ualeat, manu nostra subter firmauimus et annuli nostri impressione roborare decreuimus. Data B
Kal. Octob. anno VI. regnante *Karolo* glorioso rege Indict. VIII. Actum in pago Andegauensi in uilla N.

XI.

Diploma Lotharii imperatoris.

IN nomine domini nostri IESV Christi, Dei aeterni, LOTHARIVS, diuina C
ordinante prouidentia imperator augustus. Quia confessio delictorum non minus in aduersis necessaria est, quam in prosperis et cor contritum et humiliatum DEVS non despicit; gaudium etiam esse angelorum in coelo super uno peccatore poenitentiam agente; non dubitamus mortales in terris; eos nequaquam despicientes, pro quibus gaudere angelos in coelo diuino testimonio non ignoramus; accusantes et reprehendentes in excessibus semetipsos, diuina nos benignitas non condemnare, sed recreare docuit; quae meretricem non solum a legali damnatione eripuit; uerum etiam publicanum humiliatum et accusantem se, non condemnauit, sed magis iustificando exaltauit, qui non D
dixit, *omnis qui se humiliat condemnabitur*, sed *exaltabitur*. Potestatem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiae suae filiis, praesentibus quoque astantibus, ac decernentibus praesulibus, sedem ac dioecesim, *Remensis* urbis tibi N. restituimus, ut pristino sanctae largitatis apostolicae pallio indutus; concordiam, atque gra- E
tiam diuini officii nobiscum humili satisfactione expleas, solenni nostra largitate recipiendo exerceas. N. episcopus assensi. N. archiepiscopus cum caeteris plurimis presbyteris, ac diaconibus publice assistentibus. Actum in N. palatio publico, in mense Iunio IX. Cal. Iul. regnante et imperante domino LOTHARIO caesare, anno reuersionis eius F
primo, cum esset successor factus patris in Francia. Indict. III.

XII.

Diploma.

IN nomine domini nostri IESV Christi. LVDOVICVS et LOTHARIVS diuina ordinante prouidentia imperatores augusti.

Si libertatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas nostro releuamus iuuamine, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum, liquido credimus. Idcirca notum fieri uolumus omnibus fidelibus B
nostris, praesentibus scilicet et futuris, quod sanctam *Remensem* ecclesiam, in qua praecessores reges nostri, uidelicet *Francorum*, fidem et sacri baptismatis gratiam perceperunt, in qua et nos, per impositionem manus domni *Stephani* papae, imperialia sumpsimus insignia, ob reuerentiam fidei christianae et ob animae nostrae salutem, ab imo construi fe- C
cimus, eamque in honorem domini nostri IESV Christi, saluatoris mundi, simul et in honorem eiusdem intemeratae genitricis sanctae MARIAE consecrari decreuimus.

Itaque diuina inspiratione compuncti et coelestis patriae amore succensi, quaedam praedia, quae eidem sanctae sedi quondam ablata fuerant, deuota D
mente restitui iussimus, id est, in suburbanis ipsius sanctae ecclesiae titulum *S. Sixti*, nec non et titulum *S. Martini*, cum appendiciis eorum. Rebus praedictae sanctae ecclesiae temporibus nostris adhuc superaddendum decreuimus et statuimus, per hoc nostrae auctoritatis praeceptum, ut non tantum de istis restituris, sed etiam restituendis, E
quidquid de ipsis, uel in ipsis rectores et ministri supra memoratae ecclesiae elegerint, ita debeant perpetualiter possidere, atque ordinare, uel etiam facere, prout eunque sibi propensius uoluerint, ut absque ullius inuicta contradictione ordinent atque disponant et faciant, quid utilitati praedictae ecclesiae congruere et conuenire perspexerint. Et F
ut haec nostrae auctoritatis confirmatio praesentibus, futurisque temporibus firmiorem in omnibus semper obtineat uigorem, manibus propriis subter firmauimus et annuli impressione signari iussimus.

XIII.

Diploma.

IN nomine S. et individuae Trinitatis, Ludouuicus diuina fauente clementia rex. Nouimus nos ad sacra regimina et ad imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum pro-

proficere et beatae gratiae remuneratio-
nem aeternis diebus mereri, ſi loca Deo
dicata diuino accenſi amore procura-
mus. Ideoque ſciat omnium fidelium
noſtrorum, praeſentium ſcilicet et fu-
turorum poſteritas, qualiter nos, per in-
teruentionem noſtrae dilectae genitri-
cis *Outae*, quasdam res ſui proprii iuris,
quas a largitate beatae memoriae patris
noſtri *Arnolphi* imperatoris per impe-
riale praeceptum ſuſceperat, ad cellam
S. Emmerammi martyris Chriſti, noſtra
regali auctoritate donauimus: ea qui-
dem ratione, ut easdem res, quaedam
uidua nomine N. diebus uitae ſuae poſſi-
deat, ac poſt dies eius, in ius ac domina-
tionem eiusdem cellae redeant, perpe-
tuis temporibus tenendae; id eſt curt-
tem, quae dicitur N. quidquid in pote-
ſtate praenominatae genitricis noſtrae
eadem die erat. Quod antea praeceptis
datum non fuerat, extra uel infra termi-
num eiusdem curtis totum cum omni
integritate per conſilium et conſenſum
uenerabilium epiſcoporum, nec non fi-
delium comitum noſtrorum et caetero-
rum omnium, ſicut priſcis temporibus
in ſingulis miniſteriis patrum noſtrorum
ordinatum fuerat, nihil extra dimitten-
tes, in perpetuam poſſeſſionem tradidi-
mus cum regimine et eiusdem banno,
mancipiis utriusque ſexus, aedificiis,
pontibus et cenſu, ſylua, omnique uſu
eiusdem ſyluae, aquis, piſcina, uineis, uiis
et inuiis, exitibus ac reditibus, terris cul-
tis et incultis, molendinis, pratis, paſcuis,
mobilibus et immobilibus, quaeſitis et
inquirendis.

Et iuſſimus in hoc praeſens praece-
ptum conſcribi, per quod decernimus, E
firmiterque iubemus, ut praeſcripta ec-
cleſia B. *Emmerammi*, cui *Tuto* uenerabi-
lis epiſcopus praeeſſe dinoſcitur, firmiſ-
ſimam cunctis diebus habeat poteſtatem,
ſicut caeterarum eccleſiae rerum. Et
ut haec largitionis noſtrae auctoritas
ſtabilis permaneat, manu noſtra ſubtus
eam firmauimus et annuli noſtri impreſ-
ſione ſigillari iuſſimus. Signum domni F
Ludeuuici ſereniſſimi regis. *Engelberto*
notario ad uicem *Theotmari* archican-
cellarii recognoui et ſubſcripſi. Dat. II.
Idus auguſti anno incarnationis Domini
noſtri DCCCC III. anno Ludeuuici
piiſſimi regis IV. Indict. VI. Actum
Otinga. In Dei nomine feliciter, amen.

XIV.

Inſtrumentum permutationis quorundam fundorum inter Baturicum epiſcopum Ratisbonenſem et nobilem quendam.

IN Dei nomine placuit atque conuenit
inter uenerabilem uirum *Baturicum*
ſanctae *Radeſponenſis* eccleſiae epi-
ſcopum, quae eſt conſtructa in honore A
ſancti *Petri*, principis apoſtolorum et
ſancti *Emmerammi* martyris, ubi ipſe
precioſus ſanctus corpore requieſcit;
nec non quendam illuſtrem uirum N. ut
quasdam res pro communi utilitate et
compendio inter ſe commutare debe-
rent: quod ita fecerunt.

Dedit igitur praedictus epiſcopus ex
ratione praedicti monaſterii ſui una cum B
conſenſu monachorum in eodem mo-
naſterio degentium et per licentiam do-
mni *Ludeuuici* regis eidem N. uillam,
quae dicitur N. et territorium cum caſis
deſuper poſitis, cum mancipiis V. pra-
tis, paſcuis et omnia, quae ibidem habe-
re uiſus fuit. Et e contra in compenſa-
tionem harum rerum dedit idem N. ex
ſuo proprio, praefato *Baturico* epiſco-
po ad partem ſupra dicti monaſterii ſui
territorium N. cum ſilua, pratis et omni- C
bus, quae ibidem habere uiſus eſt. Vn-
de et duas commutationes pari tenore
conſcriptas, inter ſe fieri et affirmari uo-
luerunt, ut unusquisque hoc, quod a
pare ſuo accepit, habeat, teneat, atque
poſſideat et faciat, quidquid utilitatis
ſuae perſpexerit. Et taliter hic inter
eos inſerere placuit. Quod ſi fuerit
poſt hunc diem ullus ex ipſis, aut quae-
libet oppoſita perſona, quae contra hanc
commutationem, de qua duae chartulae
uno tenore conſcriptae eſſe uidentur,
uenire tentauerit, aut eam infringere
conatus fuerit, inferat parti, contra
quam litem intulerit, ſeu regis fiſco auri
libras duas et multa componat et ſua re-
petitio nullum obtineat effectum, ſed
praeſens commutatio, omni tempore
firma permaneat cum ſtipulatione ſub-
nixa.

XV.

Donatio quorundam bonorum facta S. Emmerano.

IN nomine patris et filii et Spiritus ſan-
cti. Dum diuina nos clementia in
praeſenti ſeculo gubernat, oportet,
ut de futuro etiam cogitemus: ac, dum
in noſtra poteſtate res noſtrae conſtare
uidentur, eas ob amorem Dei ad loca
ſanctorum manu et uoluntate propria
condonemus; ut, cum pius examinator
in iudicio uenerit, exinde mercedem
habeamus. Quam caduca enim ſint G
huius uitae tempora, quamque cito fini-
antur, ego indignus ſeruus ſeruorum
Dei N. abbas mente ac corde pertra-
ctans, inſcius, quid uentura pariat dies,
ſubito animo incidit, ut ſalutem animae
meae mihi quoque ipſe dum liceret,
prouiderem. Hac diuina miſeratione
commotus mentem admoui.

Vn-

Vnde, ob diuinae religionis amorem et ſicut ſuperius eſt comprehenſum, pro remedio animae meae, patris quoque, nec non genitricis, caeterorumque, quorum datione et auxilio locus idem conſtructus eſſe cernitur, trado ad S. Emmerammum propria mea, quae haereditario iure mihi ſucceſſerunt, hoc eſt; primitus eccleſiam cum curte et domo, omnique aedificio, cum mancipiis, terris, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, quidquid etiam dici poterit tam cultum, quam incultum; ſimili ratione ad *S. Emmerammum*, ut ſaepe ſupra denotatum eſt, propriae meae manus datione, confirmatum eſſe decerno; ita tamen, ut dum ipſe in praeſenti uita ſuperſtes extitero, omnia, quae ſupra oſtenſa ſunt, in mea poteſtate, absque omni contradictione perdurent.

Placuit etiam mihi, una cum uenerabili uiro *Baturico* epiſcopo et abbate loci eiusdem, ut ſi aliquis de parentibus meis, talis, Dei gratia largiente, euenerit, ut eiusdem monaſterii pater, defuncto me, poſſit exiſtere, uel alius quilibet ex eadem congregatione, ut praedictum locum, ſicut praefatus ſum, habeat in poteſtate, et eum omnibus ibidem huic loco aſpicientibus ad ſanctum et uenerabilem locum B. martyris *Emmerammi*, et uenerando *Baturico* epiſcopo, uel etiam ſucceſſoribus ſuis caput inclinet, ſeruitumque perſoluat. Haec omnia ſicut ſupra notaui, pleniter tradidi in ea ratione, ut mihi *Baturicus* epiſcopus ad dies uitae meae in beneficio habendum concederet, id eſt, caſam dominicatam eum curte et eccleſia, eum omnique reliquo aedificio, quidquid ibidem aſpicit.

A

B

C

D

E

XVI.

Diploma.

IN nomine domini Dei et ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti LVDEVICVS diuina ordinante prouidentia imperator auguſtus. Imperialem celſitudinem decet praedeceſſorum ſuorum pie facta non ſolum inuiolabiliter conſeruare, ſed etiam cenſurae ſuae auctoritate alacriter confirmare. Ideirco nouerit omnium fidelium noſtrorum induſtria; quia abbas de monaſterio *Stabulao* detulit nobis praeceptum *Hildrici* regis; in quo continebatur, qualiter ſanctus uir *Remaclus* detuliſſet ei praeceptiones *Sigiberti* regis, in quibus erat inſertum, qualiter eandem cellulam nouo opere conſtruxiſſet, et de ſua fortaſſe, XII. leucas undique menſuratas et, quae infra erant, pro diuino ei amore conceſſiſſet. Sed pro infirmitatis ſtudio petiit praedictus abbas, ut nos denuo per noſtrum praeceptum praedictam *Foreſten* noſtra auctoritate concederemus, atque confirmaremus monaſterio. Cui petitioni libenter annuimus et, ut deprecatus eſt, per hoc noſtrum praeceptum confirmauimus.

F

Praecipientes ergo iubemus, ut nullus fidelium noſtrorum de praedicta *Foreſte* ullam inquietudinem, aut inſectationem, aut contrarietatem praedicto monaſterio, ſuisque rectoribus facere ullo unquam tempore praeſumat, ſed liceat monachis, ibidem Deo famulantibus, ad proprias ſupplendas neceſſitates, ipſam cum omni integritate per perpetuis temporibus habere absque alicuius inſeſtatione, aut reſultatione, uel diminoratione.

Deprecati ſunt etiam nos, de decimis et capellis ab anteceſſoribus noſtris ſibi collatis, ex quibusdam fiſcis noſtris, ut pro firmitatis ſtudio et animae noſtrae emolumento, donum praedeceſſorum noſtrorum noſtra confirmaremus auctoritate. Quapropter, ſicut petierunt, conceſſimus et decernimus ac iubemus, ut nemo fidelium noſtrorum de decimis et capellis memoratae congregationi aliquid contendere, aut abſtrahere, uel diminuere praeſumat, nec ullam contrarietatem eis inferre tentet; ſed, ſicut ab anteceſſoribus noſtris de memorata *Foreſte*, et de iam dictis capellis et decimis conſtat firmatum, ita, domino protegente, per hanc noſtram auctoritatem noſtris et futuris temporibus, maneat inconuulſum. Haec uero auctoritas praeceptionis noſtrae, ut per diuturna tempora ualeat inconuulſa manere, manu propria ſubſcripſimus, et annulli noſtri impreſſione ſignari eam iuſſimus.

XVII.

Diploma Sigeberti regis.

IN Dei nomine SIGIBERTVS rex Francorum uir illuſtris. Singulariter, et per cuncta feliciter ad mercedis noſtrae credimus augmentum pertinere, ſi larga munera ſummo Deo omnipotenti deuota mente offerre non dubitamus, quia tunc regia poteſtas ſuum cultum corroborare uidetur, quando, ex propria uoluntate compendia ſeruorum Dei deſtinare non dubitat. Ideoque ſub deuotione animae noſtrae, cum conſilio magnificorum epiſcoporum et aliorum illuſtrium uirorum, ex noſtrae largitatis munere, monaſterium regulare iuxta patrum conditionem conſtruximus, et ibidem, Chriſto auſpice,

ſpice, Remaclum abbatem conſtitui-A mus, ut ibidem ſecundum ordinem, et monumenta ſanctorum patrum conuerſari debeat. Igitur de fiſco noſtro ad uſus ſeruorum Dei cum emunitate partem aliquam donamus, ut habeant, poſſideant, ſuisque poſteris ſpiritualibus derelinquant, ut potius eos delectet attentius preces pio domino inceſſabiliter pro nobis fundere. Et ut haec praeceptio firma et inuiolata permaneat, manus noſtrae ſubſcriptionibus ſubter eam decreuimus roborari.

XVIII.

Diploma Sigeberti regis.

IN nomine Domini DEI et ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. SIGIBERTVS rex Francorum uir illuſtris. Singulariter regni noſtri compendia prolixa felicitate, DEO adiuuante, confitemur augmentare, quidquid ſacroſanctae eccleſiae propriae deliberationis arbitrio ſerenitas noſtra contulerit: quia tunc regalis poteſtas ſui culminis fundamenta corroborat, quando larga humanitate condigna munera in honorem DEI conferre non dubitat.

Igitur ſanctum, ac uenerabile monaſterium, *Stabulaus* nominatum, cui uir uenerabilis *Remaclus* epiſcopus et abbas praeeſſe, Chriſto auſpice uidetur, diuina inſpiratione commoniti decreuimus aliquantulum de fiſco noſtro conſolari. Teloneum igitur, quod ad portum ſuper fluuium *Ligeris* pertinere uidetur, pro ſtabilitate regni noſtri ad monaſterium ſuperius ſcriptum noſtri muneris largitate concedimus.

Quapropter praeſenti ex hoc iuſſimus promulgari praeceptione, ut praefato monaſterio, nullus ex hoc penitus praeſumat exiſtere contrarius: ſed quodcunque exinde fiſcus noſter poterat ſperare, in luminaribus iam praedictae Baſilicae, uel ſtipendiis ipſorum monachorum, qui ibidem curſum regulaliter quotidianis horis conantur implere, omni tempore proficiat in augmentis. Hanc quoque auctoritatem in omnibus ualituram, ut in noſtris et futuris temporibus intacta, uel intemerata ualeat perenniter permanere, manus noſtrae ſubſcriptionibus ſubter decreuimus roborari.

Si aliquid de noſtrae magnitudinis regia, uel imperiali munificentia DEI eccleſiis emolumenti pro ſtabilitate illarum conferimus, proculdubio id in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum animaduertat induſtria, tam praeſentium, quam futurorum, qualiter nobis interuentu et admonitione Ottonis *Carentorum* ducis, quoddam noſtrae proprietatis ſpacium, capiens ex omni parte in longitudine, ſiue in latitudine iugera tria in monte *Carento*, cum dimidia parte ligni montis illius in latere poſiti, cum X. iugeribus pratorum iuxta flumen *Glana* iacentium ad eccleſiam *S. Lamberti* martyris, qualicunque ſupradicti montis parte, excepta noſtra regali ſede; inibi ſancto *Lamberto* ſeruientibus placuerit perpetuo poſſidenda tradere, atque delegare cum exitibus et reditibus et cum omnibus utilitatibus ad praefata iugera pertinentibus, ea uidelicet ratione, ut nemini quidquam in eadem eccleſia DEO militantes inde debeant: niſi quod ad DEI ſeruitium ſpectat. Sed ipſe locus et in eodem loco DEO et *S. Lamberto* militanti ſub noſtri ſint mundiburdii defenſione ſuſcepti. Ita uidelicet, ut nullus iudex publicus, uel quilibet ex iudiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, uel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas uel nunc idem locus ſancto *Lamberto* donatus poſſidet, uel quae deinceps in ius ipſius diuina pietas uoluerint augeri, ad cauſas audiendas, uel ad freda exigenda, aut manſiones, uel ad *paratas* faciendas, aut fideiiuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiae iniuſte diſtringendos, aut ullas redhibitiones, ſeu illicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat: uel ea, quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat. Sed liceat rectoribus loci ſupra memorati, fratribusque in eodem loco Chriſto et *S. Lamberto* militaturis omnia ad eum pertinentia, ſub emunitatis noſtrae defenſione, quieto iure poſſidere, atque pro incolumitate noſtra, nec non ſtabilitate regni, domini clementiam iugiter exorare. Et ut haec auctoritas noſtris, futurisque temporibus Domino ualeat protegente inconcuſſa manere, manu propria ſubter eam firmauimus et annulo noſtro aſſignari iuſſimus.

XIX.

Diploma Othonis imperatoris.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia imperator auguſtus.

XX.

Diploma Othonis imperatoris.

IN nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia imperator auguſtus.

Nouerint omnes fideles noſtri, praeſentes ſcilicet et futuri, qualiter mercator quidam noſter N. dictus, a praedeceſſoribus noſtris libertate donatus et uxor eius N. uocata tradiderant ad *S. Emmerammum* monachis ibidem DEO ſeruientibus praedium N. pro animarum ſuarum remedio, ac mercedis aeternae deſiderio, ea pactione, ut ſuae fine tenus uitae poteſtatiue uſu potirentur uiuendi: poſt amborum de hac luce diſceſſum, integre pertineret ad *S. Emmerammum* fratribus ſeruiendum: quod ita factum eſt publicae teſtium adſtipulatione et iure iurando, qui eidem traditioni praeſentes fuerunt, ſimiliter et primi iudices comitatuum banno adſtricti et iuramento idem teſtificati ſunt; hoc eſt, praedictus locus N. cum mancipiis utriuſque ſexus in pago N. in comitatu N:

Nos uero haec audientes, propter DEI amorem et *S. Emmerammi* et uenerabilis *Wolfgangi* Reginenſis epiſcopi petitionem, nec non *Ramnoldi* abbatis fidelis noſtri interuentu; ſatisfacientes, hanc traditionem imperiali auctoritate noſtra renouauimus et eundem praedictum locum cum omnibus appendiciis ſuis, hoc eſt, curtibus, cum aedificiis, pomariis, agricolis, paſcuis, ſiluis, pratis, aquis, mobilibus et immobilibus, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, omnique legitima traditione ad altare *S. Emmerammi* martyris fratrum uſibus ſeruienda cum omni integritate conceſſimus; nemine contradicente, uel fiſcalis potentiae perſona, ſiue alicuius conſanguinitatis eorum conditione. Et ut haec conceſſionis noſtrae auctoritas firma ac ſtabilis permaneat, in futuris temporibus, hoc praeſens praeceptum iuſſimus inde conſcribi et annuli noſtri impreſſione A figillari et ſubtus manu propria corroborauimus. Signum domini Ottonis magni et inuictiſſimi imperatoris auguſti. *Hildibaldus* epiſcopus et cancellarius uice *Willigiſi* archicapellani notaui. Dat. nonis Iulii, anno dominicae incarnat. DCCCC LXXIII. regni uero ſecundi Ottonis XXV. imperii autem XV. actum feliciter *Veronae*.

B

XXI.

Diploma Henrici IV. regis.

IN nomine ſanctae Trinitatis, HEINRICVS DEI clementia rex.

Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris, quam praeſentibus, notum eſſe uolumus, qualiter nos ob interuentum *Berthae* regni et thori ſociae H. patriarchae, R. *Babebergenſis*, *u. Eſtetenſis* epiſcoporum, caeterorumque fidelium N. cuidam ſeruienti noſtro, R. nomine, militi laudabili IV. non regales manſos, C quos idem in beneficium habuit, in proprium tradendo firmauimus, firmando tradidimus, ſitos in uilla N. in comitatu N. comitis, cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, ac cum omni utilitate, quae ullo modo inde prouenire poterit. Dedimus autem deuote in haereditariam proprietatem tale praedium eidem noſtro ſeruienti, quia, nobis pergratus erat, utpote uir fidelis, miles ſtrenuus, dies et noctes ad omne ſeruitium noſtrum promptus et paratus. Et ut haec traditio firma et inconcuſſa omni permaneat aeuo, hanc chartam inde conſcribi iuſſimus, quam, ut infra uidetur, noſtra manu corroboratam ſigillo noſtro inſigniri fecimus.

FINIS.

VRBS BAMBERGA,

ET

ABBATES MONTIS MONACHORVM PROPE BAMBERGAM, ELEGIACO VERSV,

DESCIRPTI a

M. MARTINO HOFMANNO.

REVERENDISSIMO ATQVE *ILLVSTRISSIMO, PRINCIPI* AC *DOMINO,*

DN. NITHARDO, EPISCOPO BAMBERGENSI ET PRAEPOSITO WIRCEBVRGENSI, PRINCIPI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

SI iuuat ingenuis aures praebere Camoenis,
Vile nec Aoniae deſpicis artis opus:
Accipe difficili mihi facta poëmata niſu,
Nec bene diſparibus uerba coacta modis.
Dum dubias inter lites me curia totum
Poſſidet, et rigidi ſollicitudo fori.
Dum uigor omnis abeſt, curisque pereſus amaris,
Ingenii friget ſpiritus ille mei.
Si tamen officii non auerſatus honorem,
Perlege cantatas uerſibus urbis opes,
Et mea praeſulibus quas concinit ordine laudes,
Ire per alternos auſa Thalia modos.
Forſitan inuenies quod te recreare legentem
Poſſit, et affectae pellere mentis onus.
Quod ſi forte ſua labor hic non laude carebit:
Hiſtoricum paruo tempore ſurget opus,
Quo cano pontificum uitas, et triſtibus umbris
Eripio dignos poſteritate patres.
Addita de uariis his ſunt annalibus acta,
Et uerus ille tuae nobilis urbis honos.
Alter ut hanc caro quondam dedit OTHO nepoti,
Ille ſed hoc ingens condidit autor opus.
In tua quin etiam ſoluo praeconia linguam,
Teque ſuper coeli laudibus aſtra uebo.
Ergo libens capias memorem teſtantia mentem,
Verſibus exhibeo quae tibi dona meis.
Sic tibi longa trahant concordes fila ſorores,
Sic tua poſt obitum fama perennis eat.

Reuerendiſſ. Celſit. tuae

obſeruantiſſ.

M. MARTINVS HOFMANNVS.

VRBS BAMBERGA, ELEGIACO VERSV deſcripta a *M. Martino Hofmanno.*

VRbs antiqua iacet celebri con-A
termina Moeno,
Turribus et templis non in-
amoena ſuis.
Aucupis HENRICI, priſco ſi creditur
aeuo,
Hoc ſoror a proprio nomine dixit
opus.
Illuſtri poſtquam digniſſima principe
coniux,
Francorum fuerat confociata toro.
Roſcidus Eois qua Titan exit ab undis,
Gemmea purpureis et iuga demit e-
quis:
Maxima planicies populoſam reſpicit
urbem,
Et ſub arenoſo ſtat Ceres alma ſolo.
Dulcibus excultos inter radicibo hortos,
Et denſum piceis, ilicibusque ne-
mus.
Hoc nemus HVGONIS dictum de caede
putarem,
Ni[illegible]ra mutaſſet nomina longa dies.
Siue ſed hoc Auge, ſeu caedes nomen
obumbret,
Siue paludoſis crebra lacuna locis,
Iſta mihi fuerit regio Peneia Tempe,
Ob uarias campi fertilioris opes,
Nam uelut effuſus Pindo Peneus ab
imo,
Iſtic laeta ſuis omnia reddit aquis:

Godefridus Viterbienſis memorat Pauonis, alii Papaebergam nominare ſolent, appellationem accipit.

Babo, Ottonis magni Saxoniae ducis filia, Henrici aucupis imperatoris ſoror, fuit nuptui data Henrico Franciae comiti: ab ea urbi Babenberga, quam Ptolomaeus Graiocenarium,

Sic quoque Regnesus bibulae sculptor arenae,
Pinguia caeruleis hic rigat arua uadis.
Pronus et occiduas Moeni deflexus ad undas,
Caesareae medias perfluit urbis opes.
Caetera sed cliuo surgit pars altior urbis,
Ac tria diuersi culmina montis habet.
Ciuica qui flexo cingunt habitacula cornu,
Nomen ab aeterna posteritate ferunt:
Primus enim dictus Galilaei nomine PETRI,
Ostendit medio condita templa loco,
In quibus HENRICVS Patio sub marmore clausus
Coniuge cum diua post sua fata iacet.
Hoc prope delubrum sublimibus aula columnis
Prae domibus reliquis conspicienda patet.
Iuncta cui miris lapidum compagibus aedes
Surgit, et aërium tollit ad astra caput,
Scilicet hoc VITVS WVRTZBVRGO stemmate cretus
Conditor erexit nobile praesul opus,
Dum memorem factis illustribus addere famam
Arsit, et hanc miris amplificare modis.
Solennem cuius post funera ductus ad aram
Tradita ZOBELLVS proxima iura tulit,
Sed breue quod regnum dabat huic infirmior aetas,
Exanimem uidit tertia Bruma mori.
Cui fatus Eibiacae successit origine stirpis,
Non tamen augustae firmus in arce domus.
Vnde resignantem cum tertia uiderat aestas,
Suscipit ERNESTVS sceptra relicta manu.
Quo demum uita duo post quadriennia functo,
Munia concordi lege NITHARDVS obit.
Ille potens sacris NITHARDVS et inclitus armis,
THVNGIADVM ueteris firma columna domus,
Illius insignes alio cane tempore laudes:
Nunc mea susceptas perfice Musa uias.
In mediis aulae penetralibus ordine recto,
Ad sacra Musarum limina ducititer,
Huc, ubi consiliis prudens, legumque peritus
Aequa magistratus dicere iura solet,
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis,
Itur ad ingenui scrinia docta fori,
Sedulus iniuncto qua fungi munere scriba,
Et solet arcanis tradere cuncta notis.
Nobile ne referam fultum grauitate tribunal,
Cuius ad imperium subdita turba stupet.
Hic magnas assessor agit cum iudice causas,
Et dirimit queruli iurgia dura fori,
Ne male praeualeat rigor intolerabilis aequo,
Publica nec faciat tristia damna quies.
His sua coniunxit celeberrimus atria coetus,
Cui sacer imposuit numina magna canon:
Et ualido circumseptus molimine muri,
Colle suo medias prospicit urbis opes.
Alter ab hoc tumulo collis sublimior exit,
Et sancto iuueni templa dicata tenet,
Primus qui meruit post regis fata coronam,
Dum fera purpureo saxa cruore lauat.
Caecius ex alto qua mons descendit in aequum,
Hic ubi non plana est, et prope plana uia est,
Conspicitur diuae templum uenerabile matris,
Coelituum regem quae sine labe dedit.
Vt taceam iuncti collegia proxima templi,
Virginei sedes quod fuit ante chori,
Cum pietas prisca sub simplicitate placebat,
Purpureas fuco non maculata genas.
Innuba nec solum spectabat uirgo cucullum,
Sed uere ueram cum pietate fidem.
Qualis Vesta fuit quondam, castissima Romae,
Castus et intactae uirginitatis honor.
Nunc uero quoniam turpis sine ueste libido
Cuncta sibi tanquam iure licere putat:
In uitium ruimus quoque, cura nec ulla sacrorum,
Nec super est gratis qui probus esse uelit:
Hic quoque sorte pari Treuirensis apostolus urbis,
Ad Boreae tractum parua sacella tenet.
Nunc ea parua quidem, sed tunc celeberrima cultu,
Cum fidei candor par in honore foret.
Et deuota Deo castarum turba sororum
Vicinae coleret templa propinqua mus. At-

Cancellaria.

Iudicium prouinciale.

A Regnesso amne urbs sensim et leuiter assurgens, tres colles templa magnifica, aedificia splendidissima et horto amoenissimo exultos habet.

Sedes nobilium canonicorum.

B. Mart. D. Petri, in quo Basilica cathedralis, a S. Henrico imp. constructa, et ipse S. Henricus cum D. Cunigunde coniuge in ea sepultus iacet.

B. Mart. S. Stephani.

Parochia D. Virginis.

Cornelium S. Theodori.

Sacellum D. Materni.

Aula episcopalis.

Atque ſub his faceret ſolennia ſacra quotannis,
Deuotae recinens carmina mentis opus.
Non moles lapidum ſeneras educta ſub auras,
Caerea luminibus nec placet ara ſuis.
Labe ſua mens aegra DEO placabile ſacrum,
Inque ſui flagrans agnitione fides.
Haec uia coeleſtes pandit cultoribus arces,
Atque dat aeterna proſperitate frui.
Tertius iſtorum iactat faſtigia templi,
Vindice quod tutum ſub MICHAELE uiget.
Cuius quae primos tangit pars proxima colles,
Lenaea pasſim conſita uite rubet:
Altera ſed nigrae praetexitur ilicis umbra,
Et tenero circum ceſpite terra uiret.
Fertilis accedit genialibus hortus in aruis,
Vber et irrigua fons nemoralis aqua.
Quem ſupra ramos ſuſpendit aquatica Lothos,
Arbor et umbroſas explicat alta comas.
Montibus his addit diuus ſua templa IACOBVS
Inſignem poſitu conficiente crucem.
Namque ſacer STEPHANI lucus declinat in auſtrum,
Templa ſed ad Boream mons MICHAELIS habet,
Caeſareus uero tumulus ſtat ſolis ad ortum,
Cernis at occiduas diue IACOBE plagas.
Parte ſed ex alia qua ſub fora pontibus itur,
Et reliquus noſtrae uiſitur urbis honor,
Templa Seraphini ſtatuit ſibi concio coetus.
Floret et auſpiciis ſanctior ipſe ſuis.
Cuius ad exemplum muro circumdedit aedem,
Regnat et in caſto CLARA pudica foro.
Nec niſi uirginibus uirgo Dea laeta miniſtris,
Admittit caſtas ad ſua ſacra manus.
ProximaDominici ſubit obſeruantia fratrum,
Et noua magnificis atria culta typis.
Haec ſtatuit largis Italorum ſumptibus auctus
TrinacriusClaria doctus in arte ſenex.
Hinc ſed trans flauas ripas Regneſſidos undae,
Qua ſtatio feſſis lintribus eſſe ſolet,
Pronus et a leua mediam ſecat alueus urbem:
Inſula conſpicuum ſignat amoena locum.

Arcibus aequandas ea plures continet aedes,
Nobilis eſt ualidi regia quaeque domus.
Contiguis domibus cultiſſimus adiacet Hortus,
Et grauidae pasſim munera uitis habet.
Hic erat ante locus leuium decurſus aquarum,
Et quod nunc tellus, tunc aqua tota fuit.
Quando, ſed hanc rerum facie mutante figuram
In rude uenerunt flumina uerſa ſolum.
Diues ab euentu certum tulit Inſula nomen,
Iuſſa quod abbati ferre tributa fuit.
Inde per anguſti tendens compendia uici
Ad fora porcorum tecta uetuſta uides.
Quae prius Heliadum patrum gratiſſima ſedes:
Ocia Muſarum nunc ubi coetus agit.
Hos ſed ut e ſolitis ERNESTVS ſedibus actos,
AdTHEODORAEOS tranſtulit inde lares,
Hic poſt liminio reuocatas ordine Muſas,
Inſtaurare ſacra iuſſit in aede choros.
Rurſus et ingenuos regnare per atria mores,
Et noua deſuetae tangere fila lyrae.
Iuncta quibus COSTI caſtiſſima filia regis,
Pauperibus promptam fida miniſtrat opem.
Cui par debilibus parat ELISABETHA leuamen,
Et iuuat afflictas officioſa nurus.
Ne memorem diuae ſacratam uirginis aram,
Et noſtro propius iuncta ſacella lari,
Condidit haec olim recutitae concio gentis,
Autoris nomen teſtificatur opus.
Hanc ſed ut antiſtes procul expulit urbe PHILIPPVS.
Ipſa domus ſacris cultibus aucta fuit:
Annua MARSCALCVS tribuit ſtipis acta IOANNES,
EBNITIAE clarus nobilitatis eques.
Non procul hinc ſtabili triplex ſedet Inſula tractu,
Exit et in longos quaelibet acta ſinus.
Illa molendinis certas intercipit undas,
Vnde ſuum forſan nomen adepta tenet.
Hinc ſemus arbuſtis et frondibus ilicis atrum,
Inde ſed ad uitreas mons iacet altus aquas.
Cuius Eleuſinae donis pars altera matris,
Altera Lenaeo palmite culta uiret.
Ima rigant tacito ſalientes murmure riui
Lenis et apricum temperat aura locū.

III. Mens S. Michaeli archangelo ſacer.

Ecclesia S. Iacobi.

Cœnobium Franciſcanorum.

Cœnobium S. Clarae.

Cœnobium Dominicanorum

Inſula abbatis vulgo Abtswehrde.

Bruſtati epiſcopus transfert Carmelitas ad S. Theodorum.

Cœnobium Carmelitarum mutatur in Gymnaſium ab eodem.

Hoſpitale S. Catharinae.

Hoſpitale S. Eliſabethae.

Sacellum D. Virginis poſt exactos Iudaeos a D. Ioanne Marſcalco ab Ebnet canonico fundatur et dotatur, anno Domini 1470.

Tres Inſulae.

I. Inſula Molendinaria, Mühlwehrde.

Non ita lauriferi praecelſa cacumina montis
Non Aganippaeae tam iuuat humor aquae,
Inſula ſecuro quantū placet iſta receſſu,
Inſula delitiis conſcia ſola meis.
At nunc ut mores hominum, uetitique labores,
Poſſidet en faltus ſœda iuuenca meos.
Ah pudet et caſto nobis ſcelus ore tacendum,
Sit licet hoc toto nil magis orbe frequens.
II. Inſula Quinciana, Zinckenwehrde. Altera ſtagnanti circumdatur inſula ripa
Et uitreus primas porrigit amnis aquas.
Atſinus adductos modice falcatus in arcus,
Victima coniuncta cornua mole premit.
Hinc reor a forma nomen poſuere coloni,
Inque uicem iunctas conſtituere domos.
III. Inſula Vulturnia, Geyerswehrde. Tertia Vulturii quondam fuit inclita ſedes,
Vnde uetus domini nunc quoque nomen habet.
Ad tepidos Zephyri flatus ſolemque cadentem,
Qua noua contiguis curia ſurgit aquis.
Erigitur lapidum quadrato pondere moles,
Inclitus ERNESTVS nobile ſtruxit opus.
Atque ſub hoc certae ſibi condidit atria ſedis,
Atria digno DEO, principe digna uiro.
Intus odoratis nitidiſſimus adiacet herbis,
Et uarias florum parturit Hortus opes,
Qualia nec tempe, nec pulcher Adonidos hortus,
Culta uel Heſperidum munera ſylua tulit.
Hic cerebro gratam diffundit amaracus auram,
Et citrio flagrans ſpirat odore nemus.
Inde ſed aeternos formoſae frondis honores,
Vda gerit baccis laurus amicta ſuis.
Hinc croceum cingens foliis Ciphiſius albis,
Mollis et ad liquidas creſcit Acanthus aquas,
Quem prope ſuaue rubens ſuperas, Hiacynthus in auras
Surgit et Idaliae Myrthus amata Deae.
His nigra Morus adeſt, his et quae pallida ſemper
Obſeruat nitidos ſolis euntis equos.
Miſta quibus tenerae tentoria ſurgere uiti,
Et de rore maris frondea ſigna uides.
Non roſa, non uiolae, non nardi lenis ariſtae,
Non thyma, non ficus, nec tulipanus abeſt.
Et quae praeterea diuerſis floribus herbae
Nomina non numeris mollibus apta gerunt.
Hac ſubit extructos geminis ſub pontibus arcus, *Pons ſuperior et inferior.*
Et ſua Regneſus flumina tortus agit.
Dum mola crebra rotis exercet aquaria fluctus *Molae aquariae.*
Et liquidum certis molibus arctat iter,
Quo piceis nexas puppes deuoluit ad urbem,
Eſt a Francorum quae celebrata uado. *Francofurtum.*
Vnde per aduerſas ſinuoſi fluminis undas, *Regneſi fluuii commoditas.*
Pinea multiplices aduehit arbor opes.
Quas ibi eonuexit currus, quas fluctus et unda,
Itala quas tellus, Belgia quasue tulit.
Talibus incumbit ſtudiis dum ciuicus ordo, *Negociationes ciuium.*
Atque peregrinis mercibus auget opes.
Dum Cereris donis et onuſtis uite phaſelis,
Diuitias patrias accumulare ſolet:
Publica conſiliis prudens regit acta ſenatus, *Senatus pro Republica cura*
Seruat et intacta ſub pietate ſtatum.
Cui magis eſt cordi nil, quam defendere laeſos,
Signaque iuſtitiae proſperiora ſequi.
His etiam patribus ſeſe ſubmittere ciuis, *Ciuium erga Magiſtratum obſeruantia.*
Et ſtudet ingenuo ſubdere colla iugo.
Non illi pietas, non officioſa uoluntas,
Nec ſuus in culto pectore candor abeſt.
Accedunt populi mores et cultus honeſtus,
Atque ſub auguſto ſplendida tecta foro.
Tecta ſuis circumradiantibus alte columnis,
Qualia magnorum celſa theatra ducū.
Iuncta foro circum quadra ſpectantia Turri *Parochia D. Martini.*
Grandia MARTINO ſub patre fana iacent.
Acer et arte potens ubi Suffraganeus aulae *Natura urbis in Thuringia prope Helle, pontum, aqua quibuſdam Suffraganeus Bambergenſis, titulum epiſcopi Naturenſis habet.*
Inclita magnificae pulpita ſedis habet.
Vnde nouis titulis et honorum faſcibus auctus
Praeſulis inſigni nomen ab urbe gerit,
Faucibus anguſtus Helles Athamantidos aequor
Qua coit et preſſis fluctibus unda fremit.
Autor ei nomen naturae tradidit urbi,
Huic ſed ab hac titulos inclita Roma dedit.
Ad loca nallatae MARTINI proxima portae,
Vitrea diuiſi fluminis unda ruit.

Et

Et trabibus iunctim positis pars iungi-
tur urbis
Caetera sublicii per graue pontis opus.
Nominis haec dubio uia saxea dicitur ortu,
Non ratio forsan, sed minus apta, deest.
Hic stat praetextum GANGOLPHI nomine templum,
Sculptus et in sacro sic gerit arma foro.
Qualiter ad pugnam Francis cum regibus iuit,
Et titulum belli dux duce patre tulit.
Proxima GERTRVDIS subeunt sacraria templi,
Et uetus ara noua quae prior urbe fuit.
Ad quam saepe preces fudisse ter optimus heros
Fertur, et instructos praeteriisse dolos.
His sua uirgineus iunxit collegia coetus,
Nomine quae trito plebs sacra busta uocat,
Siue quod hospitium ducis inuiolabile CHRISTI,
Siue quod his furtim sint sacra iacta locis.
Caetera pratereo renouati limina tecti,
Et pia quos tangit uertice MARTHA DEOS.
Sed neque tres alias cultis altaribus aedes,
Nec refero Medicae proxima tecta domus,
In quibus exul inops, et debile uulgus aluntur,
Ac quorum grauior corpora languor habet.
Nam loca si pergam describere singula uersu,
Et quibus est passim terra referta bonis.
Tunc bibulum curuo proscindere littus aratro,
Remque sequi coner, quam locus ipse negat.
Quaeque suo gaudet speciali munere tellus,
Et bona certa, quibus sola triumphat, habet.
Ardua se iactat proceris Hassia syluis,
Vbere Tyrigetum fertilitate solum.
Ditibus argenti laetatur Misnia uenis,
Et iactat fluuios Pannonis ora suos.
At neque fluminibus, non fertilis ubere glebae,
Nostra metalliferis nec caret ora iugis,
Irrigui passim labuntur montibus amnes,
Vallis et inclusas quaelibet arctat aquas.

Dulcibus hic surgit cultus radicibus hortus,
Et Peponum grauido pondere terra uiret.
Iste racemifero campus uestitur amictu,
Hic cultae Cereris munere gaudet ager
Nauibus hinc Abies, hinc turgida glandibus Ilex
Surgit, et hirsutis Pinus acuta comis.
Inde sed assiduis spoliat sua culmina syluis,
Atque dat innumeras Lucipetrea trabes.
Radus et audaci cedens pineta securi, *Radus fl.*
Arboreo liquidum pondere replet iter.
Sectis praestat idem pinis Haslacidos *Haslacus fl.*
unda,
Et pater amborum Cronacis auctus *Cronacus fl.*
aquis.
Adde tot insignes excultis moribus urbes,
Atque sub excelsis condita castra iugis,
Mons etiam ueteris qui seruat nomina *Alterburghal castrum.*
Burgi,
Monstrat et infractae desuper arcis opus.
Summa racemifero uestit loca collis amictu,
Gignit et apricis optima uina iugis.
Qualia spumantis producunt littora Rheni,
Lenta uel ad Moeni consita uitis aquas.
Arx ea quassa licet saeui stet fulmine Martis,
Atque ruinosas occulat herba domos:
Firma tamen quondam fuit, ac tutissima fossis,
Nec rigido cinctas horruit ense manus.
Nam comes ALBERTVS bello fortissimus heros,
Francorum regum nobilitate satus.
Cum fratrem regis LVDOVICI caede tulisset,
Qui dictus tali nomine quartus erat,
Offensi metuens uiolentam caesaris iram
Tutus ab hostili posset ut esse metu,
Hanc subit adiutus Francorum uiribus arcem,
Et munit ualida regia tecta manu.
Interea duro uexatur Marte Thariſſa,
Et patitur longas obsidione moras.
Vnius ob furias pugnatur, et efferus hostis,
Nititur ex imo uertere cuncta solo.
Nec tamen haec adeo frangunt in milite uires,
Solueret ut demens in sua damna fidem.

Albertus comes Bambergenſis. e Francorum ducum familia oriundus, in praelio trucidat Conradum Francorum ducem, Ludouici imp. fratrem ſibi adoerſantem, anno Chriſti 902.

Thariſſa primarium Alberti ad Moenum caſtrum obſidetur, anno 903.

Enſe

Sectbrucken. *Via ſaxea.* *Eccleſia D. Gangolphi.* *Sacellum S. Gertrudis.* *Coemeterium ad ſepulchrum dominicum.* *S. Martha.* *Noſcomium.* *Fertilitas agri Bambergenſis.*

Enſe ſed armatus patriae pro moenibus aſtat,
Ridebat hoſtilis robur inerme manus.
Caeſar ut ergo uidet belli non uiribus arcem
Poſſe nec incluſos obſidione capi.
Quod prius auſus erat teutare potentibus armis.
Nunc ſtudet occulta fraude patrare neſas.
Hatto archiepiſcopus Moguntinus, Ludouico imp. familiariſſimus. In caſtris aderat ſceleratus et impius HATTO,
Cui uis conſilii prompta nocentis erat.
Hunc prece ſollicitat, uerbisque rogantibus inſtat,
Perdendi comitem quod ſibi monſtret iter,
Namque licet ſacra redimitus tempora uitta
Praecipuus Mogi praeſul in urbe foret,
Non tamen antiſtes uerae pietatis alumnus,
Pontificis qualem grande requirit onus.
At ſcelerum ſtudiis, et iniquo praeditus aſtu,
Proditor, impoſtor, latro, cruentus erat.
Se medium ſimulans igitur, cauſaeque ſequeſtrum
Ardua nitiferi moenia montis adit,
Et iam contigerat firmatas robore portas,
Obuius ex templo cum comes ire parat,
Excipiensque manu dextram complexus inhaeret,
Quaerit et inſuetae quae noua cauſa uiae?
Tunc ſacer antiſtes: tua me comes inclite uirtus,
Has tentare uias me tua fama iubet.
Quippe nec offenſi qui caeſaris arma tremiſcis,
Non fortes aquilas, nec trucis hoſtis opes.
Propterea tantas cupio componere lites,
Suſcipiens cauſae mite patrocinium.
Sed quia commodior placandi caeſaris iram
Non uia, ſer mecum ſub ſtata caſtra pedem.
Noſtra uel anguſtas pro te uox molliet aures,
Vel ſaluo rurſus ſiſtet in arce gradu.
Quoque minus dubites, ius et pia numina teſtor,
Teſtis ſit dextrae dextera iuncta tuae.
Dixerat iſta: comes praeſul uenerabilis, inquit,
Vnica cum uitae ſit tibi cura meae,
Qui ueritus non es portus aperire fideles,
Et ſpem percuſſae conſiliumque rati.
Te duce iuſſa ſequor, duce te nihil impius hoſtis,
Saeua nec irati caeſaris ira poteſt.
Sed tamen ante ueni rebus non aſper egenis,
Parua nec exhauſtae prandia ſperne domus.
Ille dolum ficto dudum ſub pectore uerſans
Callidus indictos abnuit ore cibos.
Et cito quadrupedi ſua mandat ephippia reddi,
Vt licet eſuriens carpere poſſit iter.
Exierant portas ſtabilitas robore ferri:
Praeſul ut ad comitem talia uerba facit.
Saepius inuitis offertur nobile munus,
Quo tamen exoptant, dum caruere, frui.
Sic ergo iam meditans diſpendia longa uiarum,
Et quod ieiunus cum duce miles ear.
Exiguis cuperem ieiunia ſoluere menſis,
Et prius oblata commoditate frui.
Haud aliter mediis Pelopis pater aret in undis,
Et data quae nunquam fercula tangat, habet.
His comes auditis, ſubito conuerſus ad aream,
Cum duce, cum tota nobilitate fuit.
Ductus et auguſti ſubter faſtigia tecti
Ad ſua non ullo laeſus ab hoſte, redit.
Vix compreſſa fames epulis, menſaeque remotae
Incipiunt ruptas accelerare uias.
Albertus dolo Moguntini in manus Ludouici imp. traditus ſecuri percutitur, et Thaciſſae in caſtro ſepelitur, anno 908. Pertulerat dominos rapidorum curſus equorum
Huc, ubi caeſareae ſigna cohortis erant.
Cum ſubito iuuenis cinctus fulgentibus armis
Ducitur offenſi principis ante pedes.
Vndique uiſendi ſtudio per compita turbam
Vix capiente loco caeca iuuenta ruit.
Inque uicem certant dictis illudere capto,
Et duplicare recens, uel triplicare malum.
Non aliter preſſis in lina tenacia ceruis
Impia uenantum fulminat enſe manus.
Tollitur in coelum denſa caligine puluis,
Et caua flebilibus uocibus antra fremunt.
Ergo ubi deluſum ſcelerauit flaminis aſtu
Se uidet, et minimum non ſupereſſe fugae.

At-

Attonitus ſummi conuexa tuetur Olympi,
Atque gemens dura compede uinctus ait:
Hei ubi pacta fides? ubi quae iurare ſolebas?
Teſtis ubi dextrae dextera iuncta meae?
HATTO fidem praeſta, nec fraus periuria celet,
Non bene coeleſtes perfida lingua colit.
Ille ego ſum, ſolitus cui tu promittere pacem,
Haeccine promiſſae munera pacis erunt?
Haec ubi fatus erat: uerſutior incipit HATTO,
Eſt bene polliciti cauſa peracta mei.
Promiſi pacem tibi, pace ſubiuimus arcem,
Formula iurandi nec magis illa tenet.
Sic cadit expirans animam comes, oppida praeſul
Accipit, haec merces proditionis erat
Si quid honorato ueri canit ore uetuſtas.
Conditur ad Moeni lene ſonantis aquas.
Vitreus irriguo qua praeterit amne Thariſſam.
Antiqua ſacram relligione domum.
Quam fundaſſe ſuis de ſumptibus inclitus autor
Fertur et accliui conſtituiſſe iugo.
Huius adhuc tumulum ſeruans pulcherrima uirtus,
Vltima cultori dat monumenta ſuo.
Scilicet inſignem Lauri de fronde coronam,
Contegeret ramis quae iuuenile decus.
Fleuerunt Charites, fleuerunt Naiades udae.
Moenus et attonito moeſtior amne fuit.
Iſta ſed impietas, ſcelerumque lucroſa cupido,
Fraus neque periurae mentis inulta fuit.
Nam licet ad tempus ſucceſſibus ambulet auctus
Improbus et quauis opprimat arte bonos:
Digna tamen tandem ſequitur cum foenore merces:
Ira DEI lento ſed uenit ampla pede.
Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in aequor
Trinacris, a poſitu nomen adepta loci.
Hic caua ſulphureis ſemper fornacibus ardet,
Miſcet et horribiles ignibus Aetna minas.
Siue Gigantaei quod dent incendia fatus,
Brachia dum ſaeuo fulmine tacta mouent.
Siue quod infernos hic ſit deſcenſus ad amnes,
Portitor horrendas et rate tranet aquas,
Tiſiphoneque ſedens palla ſuccincta cruenta
Vltrici quatiat corda ſceleſta manu:
Huc a Daemonibus uiolento turbine raptus
HATTO parum felix tartara uiuis adit,
Hac aliquot uicibus reſonante ſub aëre uoce:
Sic peccata luas, ſicque ruendo ruas.
I nunc ſperne DEVM, iurataque foedera ſolue.
Crede nec obſtringi numine teſte fidem.

Poena perfidiae Hattonis, anno 854.

HACTENVS auguſtae poſitum memorauimus urbis,
Et quo dante ſuum nomen adepta gerat.
Nunc age praeclarum meritis et nomine regem,
Ac diſtincta nigro ſigna Leone canam.
Cuius et auſpiciis Diuorum cultibus aucta,
Extulerit tenebris urbs Babeberga caput.
Non breuis haec ſeries, tenui nec origine fulta,
Caeſarea primum manat ab arce decus.
Vos igitur Muſae, quibus aeui nota uetuſtas,
Dicite magnificae quae ſit origo domus.
Et quis primates Procerum Germanidos orae,
Illius aſtrictos iuſſerit eſſe fide.
Dicite: ſic uobis hedera frondente coronas
Roſcida muſcoſis fontibus antra ſerant.

Allertus fundator Cornelii Thariſienſis.

TVrpiter extincti factus ſucceſſor OTHONIS,
Caeſar ut HENRICVS debita ſceptra capit
Caeſaris HENRICVS, dictus qui nomine tali
Alter in auguſta ſede monarcha fuit.
Illorum uetitos primum compeſcuit auſus,
Qui cuperent regni praeripuiſſe decus.
Equibus Eccardus praeſtans Misneides orae,
Alter at Auſtriacae marchio gentis erat.
Qui licet AVGVSTI fretus munimine fratris
Boiorum cuperet ui reparare ſolum:

Otho III. imperat. nomen periit, anno 1001.
S. Henricus II. eidem in imperio ſuccedit, anno 1002.
Eccardus Saxoniae et Henricus Auſtriae Marchiones imperium ambientes ab Henrico imper. profligantur, anno 1003.

Attamen hei frustra uento tumefactus inani,
Viribus amissis cogitur ire minor.
Sic aquilae forti breuior contendit hirundo,
Et fera Pigmaeus cum grue bella gerit.
Sclani ab imperatore Henrico deficientes et fidem Christi abnegantes superantur, anno 1004.
Proxima succedit celebris victoria belli,
Quo fortis Heneti contudit hostis opes.
Saluifica CHRISTI quod religione relicta
Crudeli faceret barbara sacra manu.
Coniugis inde suae fratres exercuit armis,
Et domuit Phrisios uindice marte duces.
Duos Boleslaos alterum Bohemiae ducem, alterum Poloniae regem, ad obedientiam redigit, anno 1005.
Sarmatico susos tacco cum rege Boemos,
Nec refero cultae moenia capta Metis.
Inclita nam late quantum patet orbita mundi:
Caesaris HENRICI singula laude strepunt.
Nec modo praeclarum fecit uictoria belli,
Accedunt leges et pietatis amor.
Ac quae diuersis struxit noua templa sub oris,
Templa deauratis conspicienda tholis.
Basilica Bambergensis fundatur, anno 1006.
Prae reliquis Babeberga suo circumdata filo
*Restat et ex illo tempore firma manet.
Quam ne fatorum uiolaret turbidus ordo,
Eximium placuit sic stabilire forum.
Electores imperii constituuntur officiales et vasalli ecclesiae Bambergensis, anno 1007.
Omnis ut imperii Septemuir praesulis huius
Taliter obstrictum se sciat esse fide:
Qualiter est feudi domino de iure vasallus,
Auspicio cuius remque decusque gerit.
Hinc electorum titulis et nomine princeps
Quod tenet, in feudum praesule dante capit.
Insignia ecclesiae Bambergensis.
His noua subiunxit nigri quoque signa Leonis,
Cui transuersa Trabes candida fulcra dabat.
Ad conum galeae puluini nobile stratum,
Pauorum cristis et Leo cinctus erat.
Iuncta quibus grauior gemmis auroque Corona,
Qualis honorati caesaris esse solet.
Inclitus HENRICI signat Leo caesaris acta,
Firma Trabes solidae religionis opus.
Puluino nixus pennis illustribus orbis
Hanc aedem curae regibus esse docet.
Caesarei uero diadematis alta figura
Eximio praestans signat honore decus,

Electoratus quo splendida munera confert,
Nil quibus hic ingens amplius orbis habet.
Aeternas igitur laudes sanctissime caesar,
Curia nostra tibi numine teste canit.
Quam tua tam claro decorauit munere uirtus.
Vt nequeat summis Regibus ire minor.
Et referet: donec celsis sub rupibus arces
Consistent, uiuax et CVNIGVNDIS honos.
Dum sic culta noui surgunt fastigia templi,
Pontifices illic et pia sacra ferunt.
Exarsit Latios discordia saeua per agros,
Et repleta nouo Roma furore fuit,
Nobilium ductu quod Marchio caesaris usus
ARDVVINVS titulis, imperioque foret.
Partibus AVGVSTVS praesul BENEDICTVS adhaesit,
Mota sed ARDVVINO pro duce turba stetit.
Vt tantos igitur premeret rex inclitus ausus,
In latium cinctus milite tendit iter.
Captus ubi tecto praeceps delapsus ab alto
Conceua per rupis saxa, petrasque salit.
Vnde fuit facto cognomen adeptus ab illo,
Claudus enim fracto postmodo crure fuit.
Ac procul externis dum longius haeret in oris
Caesar et ancipiti praelia marte gerit,
Inclita deuoto dignissima principe coniunx,
Acrius inceptae promouet arcis opus
Casta quidem, sed non est credita, rumor iniquus
Laeserat et falsi criminis acta rea est.
Haec ut apud reducem se suspicione leuaret,
Prae foribus sterni torrida strata iubet,
Et simul acciri consanguinitate propinquos,
Quotquot et illustres cerneret aula uiros.
Omnis eques, mistaque grauis cum plebe senatus,
Obuius ad sacrae conuolat ora domus:
Haec ubi spectantis procedit ab agmine turbae,
Vt solet ad nati mater itura rogum.
Mocsta ter ad nitidum sustollit lumina coelum,

Henricus imp. in Italiam ducit exercitum contra Ardoinum Valpergensem Eporediensium marchionem, quem nobiles et episcopi Itali imperatorem Mediolani declarant. Ea in bello captus et decepta cadendo elapsu, de muro se praecipitans Henricus luxato fractoque crure decepti claudicauit, anno 1014.
S. Cunigundis falso insimulatur de adulterio, anno 1017. Iudicium Vomeense.

Qui

Qui uidet, a lacrimis uix tenet ora A ſuis.
Mox ſubmiſſa genu, ſuperumque precata parentem.
Triſtior hos edit crine iacente ſonos:
Supplicis alme tuae, rex o ter maxime regum,
Accipe ſub certa conditione preces:
Caſta negor, ſi tu damnas meruiſſe fatebor,
Ardeat inceſtos ignea maſſa pedes.
Sed ſi crimen abeſt, humilem clementia ſeruam
Me tua ueridico ſeruet ab igne DEVS.
Dixit et extemplo candentia ſtrata ſubiuit,
Illaeſos referens et ſine labe pedes.
Hoc plus imperii ſigno moderator adactus,
Coeleſtes ueniam ſupplice uoce rogat.
Et prope par iſtis, coelique Quiritibus aeuum
Degit et in terris non leue numen habet.
Plurima conſtruxit uariis noua templa ſub oris,
E quibus hoc noſtrum non minus extat opus.
Id qua ſit rectum patrum pietate docebo.
Non faciant longas carmina noſtra moras.

Innocentia S. Conigundis.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac DOMINO,

DOMINO IOANNI,

ABBATI CELEBERRIMI MONASTERII MONTIS MONACHORVM, PROPE BAMBERGAM, DOMINO SVO

SVBMISSE COLENDO.

SI cupis illa tui primordia noſcere templi,
Et graue fundatae relligionis opus,
Si ſpacia annorum, diuerſaque corda regentum,
Noſcere ſi priſci temporis acta cupis:
Hos oculis numeros uenerabilis excute praeſul,
Et lege diſparibus condita uerba modis.
Hic deceſſorum quas perſequor ordine laudes,
Ducta per aetates et monumenta leges,
Vt ſeries horum ſacrae faſtigia ſortis,
Atque tuae pariter rexerit aedis opes.
Nemo ſed hos prima repetens ab origine patres,
Quod celebres numeris reddidit ante ſuis:
Hoc grauius, lucem fuit iſtis addere rebus,
Hactenus obſcuro quae iacuere loco.
Ergo meae ueniam muſae dabis optime praeſul,
Si minus haec forſan carmina lucis habent.
Sic tibi Neſtoreos ſummus det Iupiter annos,
Sic tibi felici fidere tempus eat.

T. paternit.

Studioſiſſ.

M. MARTINVS HOFMANNVS.

ABBATVM MONTIS MONACHORVM, ANTE REFORMATIONEM,

LIBER PRIMVS.

RATTO.

IACTA noui poſtquam fuerant fundamina templi,
Ac prope perfectum nobile ſtaret opus,
Lucus et ilicibus creber, ſtabulisque ferarum
Laudibus aequaret ſplendida tecta ducum,
B Caeſaris HENRICI clementia diuite cenſu,
Atque nouis etiam dotibus auxit opes.
Villa iacet riguas ſtagnantis ad Itheſis undas,
Fontibus et poſitu nobilitata loci.
Meraniae princeps de ſe fundaſſe RADOLPHVS
Fertur, ab autoris nomine nomen habet.

S. Henricus imperat. contulit conuobio ab ſe extructo villas.

Rabolfeld. dorf.

Hanc a Fuldenſi mutatam praeſule uil-
lam,
Et ſimul iſtius ius dedit omne loci.
Ezelskirchen. Addidit Ezelii dictum de nomine tem-
plum,
Belhauſen: Atque Belhuſani praedia culta ſoli.
Rodheim. Iuncta fuere quibus Rodemi iugera tra-
ctus,
Schnackenwehrde. Et loca de culicum nomen adepta
uado.
Läiterbach: Ne memorem ſcalae gaudentem nomi-
Dorfleth. ne riuum,
Proxima Dorfleni nec data iura laris.
Sed quia nulla diu regio ſine principe
felix,
Et breuis amiſſo rege uagatur apis:
Hinc ſacer antiſtes templo praeſectus,
et uni
I. RATTONI rerum tradita ſumma fuit.
Ratto a S. Henrico imper. primum conſtitutur abbas, anno 1015. Qui licet innumeris eſſet uirtutibus au-
ctus;
Et pietate ſua notus ad aſtra Poli;
Hunc properata tamen uitali lumine
caſſum
Fata pium terris eripuere patrem,
Vix ubi per luſtrum ceptas tenuiſſet ha-
benas:
Praeſulis haec primi meta ſuprema
fuit.
Quo poſitus tumulo poſt triſtia fata
quieſcat,
Non aliquam perhibet cognita fama
fidem.

HENRICVS.

EX quo RATTO ſuos fatorum numine
curſus
Clauſerat, et coeli iam nouus ho-
ſpes erat.
II Henricus electus, anno 1020. Inclitus HENRICVS ſacri moderamina
claui
Suſcipit, et fato proſperiore regit.
Vir pius, et nulli ucterum uirtute ſe-
cundus,
Nec minor ingenita nobilitate fuit.
Conſcripſit numeris, et certa lege libel-
lum,
Cuius adhuc ſequitur muſicus ordo
metrum,
Dum canit alternis modulatos uocibus
hymnos,
Fatidici tractans nobile regis opus.
Innumeros calices, et uaſa tot aurea
iunxit
Et templi ſacris uſibus iſta dedit.
Ne referam chlamides gemmis, auro-
que rigentes,
Aurea nec duplicis tradita dona cru-
cis.
Tempore conceſſis a quo fuit auctus
habenis.
Altera geſtabat ſpicea ſerta ceres.
Eccleſia uno nobi dedicata ab Eberhardo Condita ſolenni cum templa dicantur
Templa ſacerdotum rite ſacratu ma-
nu.

Atque MICHAELI cuſtodia credita mon-
tis,
Et ſocium magno cum patre numen
habet,
Frigida naſcenti tui Nurſia praebuit or-
tum,
Atque nouum ad coelos inſinuauit
iter.
Huic aderat pompae tuus alta Colonia
praeſul,
Atque Moguntiaci nobilis ERBO ſoli.
E quibus ille PETRI cumulans altaria do-
nis,
Plurima pro regis uota ſalute facit,
Adderet ut rutilum regno decus, adde-
ret annos,
Et tegeret ſacras querna corona fo-
res,
Auſpicibusque Deis ſeries longiſſima
patrum
Omine ſuſciperet, quo pater urbis,
onus:
Hic ſed MARTINI ſulgentibus inuocat
aris,
Vt ſuperent altae celſa theatra domus,
Et bene proſpiceret ſacram concordia
turbam,
Impia nec uoti ſolueret ira fidem.
Bis duo cum ſenis iam luſtra peregerat
annis:
Funere cum raptus ſub caua buſta
ruit.
Mens ſubit aſtra, tegit moles terrena ca-
dauer,
Incertum tumulum prodere ſama ne-
quit.

ADELHELMVS.

SI quid apud ſuperos ſacrorum cura
meretur,
Indiga nec pietas utilitate caret,
III. Adelhelmus electus, anno 1046. Scilicet hic merito uirtutis imagine cla-
rus,
Coelica deuotae praemia mentis ha-
bet.
Relligione nihil maius, neque numine
duxit,
Pſallentum ſatagens ſemper adeſſe
choro,
Seu pia ſolenni recitarent carmina can-
tu,
Siue precarentur ſupplice uoce
DEVM.
Et licet interdum ſub aprico uertice
montis,
Ponere curarum triſte ſtuderet onus,
Ac releuaturum mentem caua littora
circum
Aſpicerent ſalices, et leue murmur
aquae.
Attamen haud riuus tenui pellucidus
unda,
Hortus odoratus nec remoratur iter.

Quin

episcopo, 3. Nonas Nouembris, anno 1021. Interfuerant Aribo Moguntinus, et Pilegrinus Coloniensis, archiepiscopi. Nurſia patria S. Benedicti.

Quin ſed anhelanti relegit ueſtigia curſu,
Tinnula dant quoties turribus aera ſonos.
Primus et ingreſſus bipatentis limina templi,
Vltimus a ſacris cultibus inde redit.
O merito pietas homini tutiſſima uirtus,
O ſacer innocuae relligionis amor.
Tu quia das ſanctis epulis accumbere diuum,
Et facis aetherei numinis ore frui.
Tu bona das, tacito quae nec pede lapſa uetuſtas,
Mobile nec tempus diminuiſſe queunt.
Quae neque fur auſert, nec trux intercipit hoſtis,
Non rapit ignis edax, nec fera Scylla maris.
Motus ob id ſtudium Romana praeſul in urbe,
Priuatas leges, certaque iura dedit,
Ne quis inhumana uexaret Erinnye templum,
Totius aut ſacrae perderet aedis opes.
Id quod apoſtolico teſtatur munere functi
Sancta pontificis litera ſcripta manu.

Swidigerus epiſcopus Bambergenſis, ab Henrico III. imp. conſtitutus pontifex, Clementis II. nomen aſſumpſit, et in ipſo Natalitiorum feſto Romae ſolenni caeremonia conſecratus eſt, anno 1047.

Nomine AVVIDIGERVM ſeſe prius ille uocabat,
Cum Babebergenſi praeſul in arce foret.
Inde fuit CLEMENS mutato nomine dictus,
Cum datus eſt triplex pontificalis honor.
Sed neque maieſtas, nec opes, triplicisque coronae
Profuit altus apex, tollitur ante diem,
Dum nimis incauto dirum bibit ore uenenum:
Heu ſcelus, hei magnis ſors minus aequa uiris.

RVPERTVS COGNOMENTO NVMMVLARIVS.

IV. Rupertus ſanctum poſt ſacellum electionem reſignat, et numerati inaeſtimabilem regni mille ponderis argenti puriſſimi, ſit abbas Augiae diues, anno 1071.

CORPORIS exuuias ADELHELMI morte ſoluti,
Cum tegerent gremio ſaxea buſta ſuo,
Praeſulis eximios cepit RVPERTVS honores,
Qui tamen haud longo tempore ſceptra tulit.
Nam fului grauibus dum molibus incubat auri,
Atque parandarum cura fatigat opum,
Se procul hinc alias confert peregrinus in oras,
Et ſibi commiſſum ſponte reſignat onus,
Stat uetus, et largis prouentibus Augia diues,
Qua Venetum Rheni perfluit unda lacum.
Huius certa ſibi ſuffragia colligit auro,
Et ſacra non ullo ui prohibente capit.
Haud aliter diri ſtimulante uoragine uentris
Incuſtoditum captat ouile lupus.
Vix tamen acceptis iterum priuatur habenis,
Et ueluti ſellas inter utrasque ſedet.
Sic canis ille leuem captans pro carnibus umbram,
Hos etiam perdit quos uehit ore cibos.

ECBERTVS.

V. Ecbertus e Suauorum caſtris, eodem mox anno illuſtrium, ſe iterum recepit, ubi etiam paulo poſt uita functus miraculis claruit, anno 1078.

HOSPES in has poſtquam ſatis comitantibus oras
Venerat, et patriam liquerat exul humum,
Hic ubi culta ſecat Liger arua rapacibus undis
Per caua ſpumiferis ſaxa uolutus aquis:
Cenſor ut aſſereret ſpretae pietatis honorem,
Tectaque ruderibus ſemiſepulta ſuis:
Conſtitit in mediis Franconidos aduena terris,
Qua Someracenſem Moenus inundat agrum.
Cum ſenior uitreis madidum caput extulit undis,
Et ſua dimouit talibus ora ſonis:
O uenerande ſenex, patria regione proſectus
Qui nouus in Francis finibus hoſpes ades,
Auſpiciis noſtrum ſupera felicibus amnem,
Fata nec inceptis ſint inimica tuis.
Exoptatus ades, laetanti Francia uultu
Te uidet, et gremio ſuſcipit aequa ſuo,
Ac tibi non longo poſt tempore tradet honores,
Et noua diuerſis templa regenda locis.
Tu modo perge tuis nomen ſuſtollere factis,
Triſte nec exilii ſit tibi ferre iugum.
Hactenus: et lato rurſum caput occulit antro,
Applaudit motis utraque ripa uadis.
Ergo ſacra circum redimitus tempora uitta
Praeſulis inſigni munus honore capit,
Hic, ubi MEINGVTHVS poſuit noua moenia templi,

Mehagdrius Francicus dux, fundator coenobii Suarzacenſis,

Putris et aggeſto ſurgit arena ſolo.
Inde

Inde ſed hanc noſtram fuit acceꝛſitus in urbem,
Et tulit auguſti proxima iura ſori.
Verum mox etiam ceptas deponit habenas,
Et populis alibi dicere iura ſolet.
Conditus in tumulo poſt ultima fata quieſcit,
Ad liquidas Moeni praetereuntis aquas,
Qua prius excubias paſtor fidiſſimus egit,
Templorum lapſas et ſtabiliuit opes.
Si quid habent priſcis annalibus eruta ueri,
Creditur in ſuperas numen abiiſſe domos.
Teſtis erit radius, teſtis uenerabile buſtum,
Teſtis ad hoc miris edita ſigna modis.

VTO LEVITA.

VI. Vto electus, anno 1071.

TRADITA deſerti ſuſcepit munera Claui,
Non gradui quamuis par datus eſſet honor.
Aſt ubi praecinxit ſe pontificalibus armis,
Praeſtitit inſignem relligione uirum.
Non obtrectator, non ſaeuae prodigus irae,
Mitis at ingenio pacis amante fuit.
Deſeſſus curis mortalibus exuit annos,
Paſtorale pedum cum duo luſtra tulit.

WILLO.

VII. Willo electus, anno 1082.

ELYSIUS poſtquam campis Leuita receptus,
Ad ueteres poſito corpore uenit auos.
Eligitur WILLO uotis communibus abbas,
Qui tamen haud longo tempore praeſes erat.
Nam fortuna uiro tantos inuidit honores,
Et factum triplici pollice rupit opus.
Vix ubi ter magnum Phoebus compleuerat orbem,
Purpureis toties aſtra remenſus equis:
Ex quo ſacrati decoratus munere claui,
Ceperat innocua tollere ſceptra manu.
Tabida conſumpſit tumulum, lapidemque uetuſtas,
Et ſua cum caſſo corpore fama iacet.

THIMO DIACONVS.

VIII. Thimo electus, anno 1085.

CVM primum THIMO templi ſuſcepit habenas,
Quas tulit auſpicio ſtantis in orbe Deae,
Nondum tranſierat tenerae lanuginis aetas,
Nec tonſoris erat barba reſecta manu.
Aſt matura uirum quo tempore fecerat aetas,
Maiores animos mens generoſa capit.
Innumeras CHRISTI ſacro pro numine curas
Suſtulit et dubium ſaepe peregit iter.
Iam prope luſtra duo rerum tenuiſſet habenas,
Et properata ſuos mors erat ante pedes.
Cum ſua coenobio quoque praedia tradidit ultro,
Praedia Dornbachicis conſpicienda iugis.
Scilicet ad cineres illius et oſſa quotannis
Deuota facerent ut pia ſacra manu,
Nec ſinerent ſpretis manes habitare ſub umbris,
Oſſa uel immundo clauſa iacere ſolo.

GVMPOLDVS.

IX. Gumpoldus, Ratisbona e coenobio S Emerami aſcitus, anno 1094.

SACRIFICVS ueteri GVMPOLDVS ab urbe citatur,
Quae ratis a forma nomen adepta tenet:
Quo neglecta tamen ſub praeſule cura ſacrorum,
Hic ſua barbarie regna tenente, fuit.
Et procul excedens data diſciplina receſſit,
Vertit et exilio regula priſca ſolum.
Et niſi ſanctus OTHO rerum cepiſſet habenas,
Obſita Cymmeria nunc quoque nocte ſorent.
d. Otho epiſcopus, inſtaurator et amplificator coenobii.
Huic ubi Bambergae ſed tradita cura regendae,
Ad ueterem duxit, quae periere, ſtatū,
Adde tot ornatas non unis dotibus ædes,
Et dilatatae moenia culta domus.
In quibus alternis cantantur uocibus hymni,
Floret et auſterae relligionis amor.
Hortus odoratis iacet ornatiſſimus herbis,
Et uarias tepido uere reducit opes.
Hic ubi Regneſus miſcet prope flumina Moeno,
Ingreſſus fines Francica terra tuos.
Illius illimis radicibus actus ab altis
Fons ruit et dulces eiaculatur aquas.
Inclitus hunc fieri GVMPOLDVS praedia circum
Fons Gumpoldinus.
Iuſſit et a proprio nomine dixit opus.
Certa fides ſequitur, GVMPOLDI credula fontem
Plebs uocat et mira reſ ea preſſa nota eſt.
Gratior haud usquam locus eſt, nec amoenior ullus,
Arida dum ſitiens excoquit arua Leo.

Nam

Nam denſae ſalices, Alni, tiliaeque uirentes,
Lenis et ignitas temperat unda faces.
Hic crebri ſine ſelle ioci, ſine lite ſodales,
Dulcia uicinis nataque uina iugis,
Quae uitreus gelidis fons iſte refrigerat undis:
Malo ſub exili frigida uina ſcypho,
Crateres magni quam ſi ſtatuuntur et aurum,
Atque datur coctum ſole tepente merum.
Poſt uitae duros, aerumnoſosque labores,
Bis duo cũ templi luſtra tuliſſet onus.
Alterius placuit regimen committere dextrae,
Atque magiſtratu rurſus abire ſuo.
Cenſibus ad uitã certa ſub lege retentis,
Nc ſoret haec grauibus forte terenda modis.

WOLFRAMVS I.

X. *Wolframus e coenobio Hirſaugienſi aſſumptus, anno 1112.*

DVM ſic ſpreta nigro pietas ſqualore ſederet,
Crinigero longas uertice ſciſſa comas;
Nec monachos inter reſtaret idoneus alter,
Qui tantae poſſet pondera ferre domus:
Nobilis accitur Sueuis WOLFRAMVS aboris,
Hinc, ubi non alto Gynzius amne fluit.
Comites Cal. bienſes fundatores coenobii Hirſaugienſis. Et ſoecunda patent ceruini iugera tractus,
Caluuitiae praeſtans nobilitatis opus.
Ille creabatur tanti ſucceſſor honoris,
Et uelut Alcmena natus obibat onus.
Non ſatis huic prauos fratrum reprendere mores,
Victa uel annoſo tecta nouare ſitu:
Quin ſed maiores intra ſe concipit auſus,
Rurſus et e tenebris ſacra fidemque tulit.
Nec paſſus late ſerpens regnare uenenum,
Vel ſacra diſſidiis tecta perire ſuis.
Sic uetus ille ſtatus cum relligione reuixit,
Coepit et alterna conditione decus.
Non ſecus, ac quando noua temporis incipit aetas,
Arbor et umbroſas induit alta comas,
Et Zephyris facilem parit aura tepentibus aeſtum,
Ac ſolet in pratis luxuriare pecus.
Innumerabilibus rerum ſucceſſibus auctus,
Namque tot a ſancto principe dona tulit.
Vt decies ſeptem ſub eodem tempore fratres
Fouerit et largas rexerit inter opes.
Quid? quod et aërio per ahenos monte canales,
Ducta per hunc liquidas uena miniſtret aquas.
Condita praetereo ſacris habitacula Muſis,
Repletum uariis et penetrale libris;
Sollicitus magna quos ſedulitate parauit,
Iuſſit et a ſera poſteritate legi.
Parua nec EGIDII refero delubra, nec aedes *Sacellum S. Egidii fundatum et immunitate donatum.*
Quas templo iunctas cepit habere ſuo:
Non minus has etenim legum conceſſa poteſtas
Tangit et immunes publica caera facit:
Quam uel magnificis ſublimia tecta columnis,
Scripta quibus tribuit litera munus idem.
Et quoniam leges qui figere cogitat, ipſum
Eſt opus ad normam figere legis iter.
Quae iuſſit primus ſubit et bonus aſpera legum
Parendo famulis mollia iuſſa facit.
Non leuis ambitio, nec habendi dira cupido,
Non Venus et uini pectora fregit amor.
Talis ABRAHAMI pietas, prudentia talis
Sacrifici quondam MELCHISEDECIS erat.
Sed nec amor recti, nec relligioſa parentum
Integritas potuit uim prohibere necis.
Vix celer undecies quia ſigna relegerat orbis,
Immiti quando morte ſolutus obit.
Abdita MARTINI gelidum tenet ara cadauer,
Fama manet terris, mens ſed ad aſtra redit.

HERMANNVS I.

XI. *Hermannus electus, anno 1123.*

TRISTIA WOLFRAMI lectus poſt funera patris,
Tradita concordi ſceptra fauore tulit.
Tam bene quae geſſit uiginti quatuor annos,
Laudibus haud ulli poſſit ut eſſe minor.
Quindecies denis argenti uendita marcis *Emit a fratribus ſuis praedia parentum ſuorum apud Vrderſum et Sultzthal, pro 150. marcis argenti, anno 1136.*
Subdidit imperio iura paterna ſuo.
Gentis et aligerae ſuper archipraeſulis aram,
Per fratrum caſtas obtulit empta manus.
Plurima collegit ueterum quoque ſcripta uiroram,

Cre-

Crebrius aucta quibus bibliotheca fuit,
Et breue sub porta struxit maiore sacellum,
Nominis in laudem dulcis, et alma trias.
Esset ut afflictae firmum pietatis asylum,
Et sedes certis certa dicata sacris.
Stat uetus et densa lucus niger ilicis umbra,
Qui possis uiso dicere, numen habet.
Hic dum sanctus OTHO uestigia ducit in altis
Montibus, et uitae taedia moesta leuat,
Templa iubet fieri circum, quibus ordine factis
Virginis imposuit nomina sancta FIDIS.
Et certis cumulara bonis, ac diuite censu,
Ista coenobio conditione dedit.
Vt duo conuersi septem cum fratribus istic
Perpetua colerent tradita sacra manu.
Quod pater accepit deuoro pectore munus,
Firmus et ex illo tempore mansit honor.
Mortuus insignem PETRI sepelitur ad aram,
Et redit in cineres quod fuit ante cinis.

Sacellum S. Fidis a S. Othone episcopo fundatum et dotatum: eodem anno.

A
B
C
D

HELMERICVS.

PROXIMVS huic nulli uererum uirtute secundus,
Occupat HELMERICVS sceptra gerenda manu.
Bambergae regeret cum dux EBERHARDus habenas,
Huius qui praesul nominis alter erat.
A quo surgenti legum data munera remplo,
Magnificus procerum qualia coetus habet.
Magnificus procerum coetus uenerabilis ordo:
Cui facer ipse canon nomen habere dedit.
Scilicet immunis totius ut ambitus aedis,
Et famuli parirer cum regione forent.
Nec fauor impositi sub munere publicus olim,
Poscerer hos auide iussa rributa manu.
Addita CVNBERTI uitae quoque multa tuendae
Munera ne proprias attenuaret opes.
Ter denis auri sua uendidit arua talentis,
Ad templi tales er bona uertit opes.
Vr sibi supremum soluentes mortis honorem,
Manibus inferrent annua iusta suis.

XII. Helmericus electus anno 1147. Eberhardum II. episcopus Bambergensis coenobium ab omni exactione et iuridica impetitione exemit, et insigni libertatis priuilegio, quali etiam canonici cathedralis ecclesiae gaudent, illud ac famulos eius honestauit.

E
F
G

Er positum Lauri decorarent fronde sepulchrum,
Venturi possent ne nocuisse dies.
Tempore quo SOLYMAM caesar CONRADVS ad urbem
Classibus immensum per mare fecit iter,
Victor ut infestum superaret uiribus hostem,
Praedo Palestinam qui populatus erat:
Praebuit huic comitem iuuenis fulgentibus armis,
Swartzenburgiadum flos et equestre decus.
Vouerat is patrui cultissima praedia ruris,
Certa sub reditus conditione sui
Vouerat et summo cum caesare ferrur in hostes,
Sed datus ense neci, non redit inde domum.
Vnde pater uoti cepit data praedia fundi,
Et noua concesso munere iura tulit.

Expeditio Conradi imp. in Palaestinam infelix, ex qua tertio anno rediit, anno 1148.

IRMBERTVS.

CAESAREAE postquam factus nouus incola sedis,
Impositum dura mole subisset onus.
Compulit aduerso discordes pectore fratres
Effera seruitii subdere colla iugo,
Atque prius tristi quae procubuere ruina,
Reddidit auspiciis nobiliora suis.
Nec satis esse domos, et templi iura tueri,
Credidit in tantis hospita Musa locis:
Rapta sed insidiis et iniquae turbine sortis,
Sacra suis titulis addere cura fuit.
Post suscepta sacri quoniam moderamina claui,
Vix semel aestatis terga premebat hyems,
Tres quando decimas ab auari praesulis astu
Vindicat, et tutas rursus ab hoste facit.
Vi sic auersam praedam Tirynthius heros
Appulit, et Caco debita poena fuit,
Dum male defensus flammis, et dote paterna
Caesus AVENTINAM sanguine tinxit humum.
Summa sub hoc etiam BENEDICTI praesulis ara
Idibus Octobris rite dicata fuit,
Et tholus in templis effulgens purior auro,
Hac fieri uidit plurima sacra die.

XIII. Irmbertus de coenobio Admontensi assumptus, anno 1160.

At

At bene diſpoſitis ſpatioſa per atria re-A
bus,
Hunc ſuperum maior quando fatigat
amor,
Nec ſe mortalem credit, pia ſacra colen-
tem
Mors grauis a templo ſub caua buſta
trahit,
Iam prope praefuerat tria cum qua-
driennia templo:
Nulla truces fati ſubmouet ara manus. B

WOLFRAMVS II.

XIV. *Wolframus electus, anno 1172.*

INFVLA WOLFRAMVM ſummi uelauit honoris,
Nec titulis quicquam debuit ille ſuis.
Infular et annuli uſum impetrauit ab Alexandro III. et Lucio IV. Pontificibus Romanis.

Primus enim duplicem gemmis, auroque coronam
Fronte tulit, dextra pontificale pe-C
dum.
Eius et articulis datus aureus annulus uſu,
Muneris et quicquid gemmeus orbis habet.
Scilicet haec tribuit Romanus dona ſacerdos,
Rarior huic uerae quod pietatis amor.
Namque ſacras cumulans oneratis lancibus aras,
Pro benefactorum uota ſalute tulit.
Sub ſtyge nec tacitos paſſus deſcendere manes,
Clara uel illorũ facta decusque mori.

Iacobum Beringerum ciuis Rambergenſis coenobio eccleſiam S. Iacobi Stetini in Pomerania ab ſe extructam indulſit, anno 1187.

Inprimis uero ſolennibus annua pom-
pis
Sacra BERINGERO rite dicaſſe ſerunt.
Dextra quod in ſanctos illius libera fra-
tres,
Obtulerat templum diue IACOBE tuũ, E
Hic, ubi Stetinum regales erigit arces,
Et Viadrus liquidas in mare uoluit aquas.

Boleslaum Pomeraniae ducem pia gentis ſuae ad Chriſtum conuerſionis recordatione compulſus, duo catum ſuum coenobio, et S. Othoni epiſcopo ibi ſepulto templorum conſtruit, ſingulis tabernis in carrae lapidem, ponderis id genus eſt, ſuperginti ſex librarum, in ſingulos annos obligatis, anno 1182.

Quid BVLESLAI Pomeranae principis
orae
Munifica referam tradita ſacra manu?
Quotquot habet paſſim Pomerania lata
tabernas,
Annua tot lapidum caerea dona tulit. F
Dotibus ipſa quibus domus eſt cumula-
tius aucta,
Praeſul et aeternas cepit habere faces,
Quo ueterum cultus abolens Pomerana
Deorum
Saluificam CHRISTI terra profeſſa fi-
dem.
Mortuus eſt ubi ter denos regnauerat G
annos,
Huic ſacra tecta diu non habuere pa-
rem.

VLRICVS I.

XV. *Vlricus electus, anno 1212.*

NOBILIS VLRICVS duo cum ſexennia fa-
ſces,
Et templi dura mole tuliſſet onus,
Praeſulis officium cognati ſanguinis
haeres
Deſerit et tanto munere rurſus abit.
Nec mouet ECBERTI ſeruens Antiſtitis
ardor,
Nec bona quae certis iuribus aucta
dedit,
Qua fluit Ebracius gelidis uberrimus
undis,
Atque fremens uitreas Auracus inter
aquas,
Is comes illuſtri Leningae ſtirpe creatus,
Praeſul et aeterno dignus honore
ſuit.
Nunc quia ſubiectos dicendo iura Qui-
rites
Imperii certa ſub ditione regit:
Mox populi reditus poſitam componit
ad haſtam,
Diminui magnae nec ſinit urbis opes.
Cuius ut HENRICVS SLETENAE gloria ſtir-
pis,
Inclita magnificis laudibus acta uidet.
Quae tenet in feudum tutelae iura reſi-
gnat,
Priuat et addicti ſe ditione ſoli.
Hic, ubi ſtructa iacet de nomine uilla
RADOLPHI,
Tortus et impulſas Itheſis arctat aquas.
Quod pater aeterno ſignatum carmine
munus
Aſſerit et populis dat noua iura ſuis.
Huic OTHO Meraniae quoque dux, gen-
tisque Nariſſae
Praedia cum uillis et bona plura dedit.
Illius ad cineres et carae coniugis oſſa,
Vt memori facerent annua ſacra ma-
nu,
Vltimus is patrii generoſus ſtemmatis
heres
Stirpe fuit gentis deficiente ſuae.
Illius inſidias nam ſors temeraria ſceptro
Dum ſtruit et regnis pernitioſus
amor,
Occidit inſelix nigro ſub fornice cellae,
Oſtendit turres arx ubi Nisda ſuas.
Latro ſolum, triſti uexatus Erinnye,
uertit:
Marchio cum gemino, praeſule regna
capit.

Henricum a Sletenſ reſignauit coenobio Advocatiam in Radelsdorf, Rideresbrunn, Lüterbach, et Reuſes, anno 1221.

Otho Meraniae et Nariſcorum dux, comes palatinus Burgundiae Nudus in caſtro ſuo a quodam Hagene interfectus. Eo ſublato, quae iuris ipſius in agro Norico ad Nariſcos uetere fuerant, inter ſe partiti ſunt epiſcopi Bambergenſis, Wirzeburgenſis et Burgrafius Norimbergenſis, anno 1248.

HEROLDVS.

XVI. *Heroldus electus, anno 1221. Quo etiam anno iterum diſceſſit.*

MAGNIFICIS poſitas ornauit ſumpti-
bus aras,
Et diuo ſacrum pontificale tu-
lit,
Quem poſt ſupplicium flammae ſtriden-
tis oliui
Cycladas Aegaeas obſtupuiſſe ferunt.
Cultus et eſt ſimili diuinus apoſtolus
ara,
Qui tripſici quondam fertur obiiſſe nece.

Munificentia Ecberti epiſcopi in monaſterium.

Dum rex Aſtyages rabioſo percitus oeſtro
Illius innecti guttura ſune iubet,
Et direpta ſuis nudato tergora coſtis
Tollere fulmineo praecipit enſe caput.
Scilicet haec iuſto firmauit fingula Zelo.
Iuſſit et a memori poſterirate coli.
Nec tamen hoc ſolum contentus tramite currir:
Mens ſed plus aliis dotibus aucta fuit,
In qua nil fuci, nihil aſperitatis agreſtis,
At timor et ueri Numinis ardor erant.
Vnde uolens ſacris ſe rotum dedere rebus,
Praeſulis abiectum ſponte reſignat onus.

HARTVNGVS.

XVII. Hartungus, electus anno 1224.

GREGORIVS nonus Romana praeſul in urbe
Hunc coluit mira relligione uirum.
Ac in tutelam PETRI, ſanctamque phaſelum
Sumpſit et a populo libera iura dedit,
Scilicet ut tutus ſub deſenſoribus iſtis,
Suſpiceret dominos non niſi Roma tuos.
Propoſitae memorem ne uectigalia Bullae,
Aut quas deuotus contulit hoſpes opes.
Et quia dux BVLESLAVS Pomeranidos orae,
Deſectus cunctis uiribus aeger erat.
Humor et obſeſſos late diffuſus in artus,
Vinciret ſtupido frigida membra gelu.
Illius genitrix aegrae pro munere uitae,
Et decedentis uota ſalute tulir,
Atque per edictum ſumpſit donatio robur,
A BVLESLAO quae patre facta fuit.

Anaſtaſia Pomeraniae deciſſa confirmat donationes per Boleslaum maritum coenobio primo factas, anno 1224.

VTO II.

XVIII. Vto, electus anno 1237. Idem conſtruxit eccleſiam Parochialem in Oberuheyd/ anno 1238.

HARTVNGVM ſequitur factis clariſſimus VTO,
Qui tamen exiguo rempore ſceprra tulit.
Nam dum ſumma parar fundamina ponere rempli,
Anterior campos qua colit Heyda ſuos,
Occidit et rerum FRIDERICO linquir habenas,
Coenobium certo ne ſine patre foret.

FRIDERICVS.

XIX. Fridericus, electus anno 1238.

MAGNA fuit dubiae ſemper mutatio ſortis,
Figere nec certum lubrica nouit iter,
Sed uelut alternis Euripus fluctibus acta,
Incertis uicibus ſumma, uel ima rotat.
Sic licet erectum pulſaret nubila templum
Cenſibus et cultae relligione domus:
Attamen hoc adeo ſub praeſule torſit egeſtas,
Et templi lapſas extenuauit opes,
Vt non ſufficerent reditus ad tecta domorum,
Et collapſa nigro moenia celſa ſitu.
Hinc ſacer Antiſtes mitra praeluſtris et enſe.
Turbine ſubuerſas commiſeratus opes,
Propoſuit uenias et gratae munera Bullae,
Aetheris affectans huic reſerare fores,
Qui ſua non duris redimens periuria nummis
Adferret promptas ad pia dona manus.
Praeſulis expertus Latii uenerabile numen
Nec minus hoc etiam munera dante tulit.
Atque ſuas uillas et priſtina iura recepit,
Quicquid et in pignus ceſſerat ante loci.
Sic iterum fractas paruo ſub tempore uires
Colligit et Bullis amplificatur honos.
Et quas diruerat caries annoſa columnas
Mox iterum cultu uerſicolore nitent.

Hermannus epiſcopus Wirzeburgenſis ad reparationem coenobii dedit indulgentias.

Innocentius IV. Pontifex confirmat priuilegia praedeceſſorum concedit eam in protectionem S. Petri ſuſcepit, anno 1251.

VLRICVS II.

DEPESSVS curis FRIDERICVS et obſitus aeuo,
Cum ſibi commiſſum depoſuiſſet onus,
VLRICVS tanti factus ſucceſſor honoris,
Protulit imperium qualibet arte ſuum
Aequior huius enim fautrix Rhamnuſia uotis,
Foenore concedens uberiore decus:
Adduxit plures ſumma pietate patronos,
Munificis quorum doribus aucta domus.
Nam licet ECBERTI praeſtans Antiſtitis ardor,
Ante ſacro dederat libera iura foro.
Quicquid et antiqua de conſuetudine feudum,
Atque mere ſimplex ius ditionis habet,
Vitiferum Moenum quia turbidus Itheſis intrat,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Litera pulueribus tamen et maculoſa luturis

XX. Vlricus, electus anno 1267.

Per-

Bertholdus, comes Leiningenſis, epiſcopus Bambergenſis, confirmauit priuilegia et donationes aduocatiarum in Rabeldorff/ Widernbruñ. anno 1271.

Perdiderat tineis turpibus eſa notas.
Vnde fui cupiens BERTHOLDVS ſanguine iuncti
Inclita de turpi facta referre ſitu,
Talia maiori ſtabiliuit numinis aeſtu,
Rurſus et aeternum robur habere dedit.
Ceraque deletis ſcripto teſtante lituris,
Seruatas chartas indicat huius ope.
Quatuor imperii tulerat ſeptennia faces,
Cum ſenior feſſo corpore fata ſubit,
Oſſa iacent tumulo, uiuacis gloria reſtat
Nominis, ad ſuperos mens pia fecit iter.

EBERHARDVS I.

XXI. Eberhardus, electus anno 1285.

AEMVLVS VLRICI factorum laude prioris,
Tradita pontificis ſceptra fauore tulit,
Qui dudum templi ſortem miſeratur egenam,
Tam graue nec paſſus longius ire malum:
Firmarat leges, indultaque munera regum,
Libertas rueret ne male firma ſtatu.
Adde quod et ſenio conſecta uolubilis aeuo
Induerit pictas regia celſa notas,
Atque potens opibus, rebusque frequentibus aucta,
Suſtulerit paulo iam magis orbe caput.

Otho Pomeraniae dux reſignauit coenobio ius patronatus eccleſiae S. Iacobi in Stetin, anno 1300.

Clarus enim meritis OTHO dux Pomeranidos orae.
Inſtabiles rerum dum uidet eſſe uices,
Tradida dona ſuis prius a maioribus auxit,
Et noua coenobio iura tuenda dedit.
Nempe patronatus ius, et pia munia templi,
Odera quod liquidis ſtringit utrinque uadis.
Inclita Stetini dum moenia praeterit urbis,
Et petit Arctoi frigida ſtagna maris.
Mortuus in celebri ſua condidit oſſa ſacello,
Quod de CHRISTIPARA uirgine nomen habet.

VOLCOLDVS.

XXII. Volcoldus, electus anno 1305. Emit a Wolframo, Ludouico, et Hermanno fratribus a Re-

VOLCOLDVS decimas certis cum iuribus emit,
Laeta racemiferis et loca cincta iugis.
Fertile qua circum ſua proſpicit arua uiretum,
Moenus et irriguae praeterit uber aquae.

Addidit excultis diuerſa noualia campis,
Et quae VVLFINGO munera dante tulit.
Ille Stubenbergae baro natus origine ſtirpis,
Aurea dominici ſacra profeſſus erat:
Quam uel Francorum fuit accerſitus in oras,
Aut templi tenuit ius Babeberga tui.
Poſt ubi ſacrarum rerum moderamen adeptus,
Deuota meruit ſceptra tenere manu:
Non tam coenobium largis prouentibus auxit,
Quam parochiarum iura tuenda dedit:
Qua ſtat ſecuro florens Vtzinga receſſu,
Lutris et incluſas montibus arctat aquas.
Quod pater adiecto ſuſcepit robore munus,
Atque ter oblatas ingeminauit opes.
At licet ingentes aequaret laude triumphos:
Dura tamen ceptis ſors minus aequa fuit.
Vix quia praefuerat geminae trieteridis annos.
Cum ſubito terris eripit atra dies.
Corporis exuuias medii tenet area templi,
Fama manet terris, caetera morte carent.

Tenhan decimam in Virth, anno 1306.

Vulfingus baro Stubenbergius epiſcopus Bambergenſis tradidit coenobio eccleſiam Parochialem S. Iohannis baptiſtae in Vtzingen, anno 1311.

EBERHARDVS II.

XXIII. Eberhardus, electus anno 1311.

CONSITA pampineis emit iuga plura racemis,
Et loca ſpiciferae munere foeta deae.
Qua uidet hinc plenas temeti fenore meſſes,
Inde ferax Cereris cultra Rodema ſolum.
Adde domos poſitas mediis ſub moenibus urbis,
Quae tenet a tauri nomen adepta uado.
Et noua quae reſeruit cultoris amabile nomen
Tecta Cronacorum ter tribus empta libris,
Hic ubi magnificam Francorum principis urbem
Arx uidet e celſo deſuper alta iugo.
Ne referam uariis praegnantes fructibus hortos,
Prata nec irriguis fontibus uda fuis,
Caſtellae comitum FRIDERICVS origine cretus,
Quae dono certis iuribus aucta dedit.
Qua recubant fratrum ſatis urgentibus umbrae,
Defuncti ſacra corpus in aede iacet.

Oxhsenfurtum.

HERMANNVS II.

XXIV. Hermannus, electus anno 1329.

HERMANNVS geminis flagrauit pectore curis,
Religione domus, et pietate DEI.
Dicitur hinc adeo se deuouisse duobus,
Ambiguum fuerit haec sit, an ille prior.
Siue sacros etenim peterent altaria ritus,
Debitus et superis concelebrandus honor:
Siue necesse grauem templis auertere pestem,
Et sibi subiecto consuluisse gregi,
Scilicet infracto perfecit singula zelo,
Ac labor aequali lance peregit opus.
Ne memorem structas quas porticus aspicit aras,
Nec testamento iura relicta suo
Aurea crux adyti quae stat penetralibus imis,
Et mira docti Mentoris arte nitet,
Hoc fabricata fuit raris sub praesule signis,
Nomen ab autoris nomine iactat opus.
Frigidus oppetiit supremo funere mortem,
Praefuerat sacro cum duo lustra foro.
Clausa peristylium tacito tegit ossa sepulchro,
Lucida sub pedibus mens uidet astra suis.

WALTHERVS.

XXV. Walterus, electus anno 1339.

HERMANNI postquam ruperunt stamina Parcae:
Sedis ad hunc sacrae summa relata fuit.
Qui quoque maiorum uestigia clara secutus,
Praestitit heroa commoda plura manu.
Et tanto rexit sacri moderamina claui,
Possit ut haud ulli laudibus esse minor.
Sed ne cuncta tamen referam monumenta laboris,
Haec inter minimum non erit illud opus,
Quod sibi subdiderit ius formidabile Centae,
Ithesis humectat flumine cuius agros.
Namque quadringentis argenti tradita pondo,
Ad templum tali conditione tulit:
Vt, nisi praedictae sit facta solutio summae,
Fixa forent certi pignoris ista loco.
Praetereo leges, indultaque munera regum,
Et bona Barnymo quae duce dante tulit.
Hic etenim postquam rerum moderamen adeptus,
Cassubias regeret dux Pomeranus opes,
Non modo concessos templi stabiliuit honores,
Certa sed adductus iura fauore dedit,
Ardua Germeni qua stant fastigia templi,
Arbiter et flaui gurgitis Ina fluit.
Patre sub hoc rapidus spumanti uortice Rhenus,
Ister et Eoas maximus inter aquas:
Vtile consilium magnis de rebus agentes
Imperii proceres uda sub antra uocant,
Huc, ubi non longo distantes tramide cursus,
E bifido tollunt cornua lata iugo;
Iamque patres aderant Alpinis fontibus orti,
Caeruleas inter spumifer Oenus aquas,
Et Lycus aëria praeceps de rupe uolutus,
Isara se comitem cui dedit ipse uiae.
Hinc Sauus e Carnis prouoluitur impiger oris,
Et liquidum miscet flumine Drauus iter.
Quem gelidus sequitur comes Vna rapacibus undis,
Creber et herbosis Mura uadosus aquis.
Adde Boëmorum sub opacis edita syluis,
Et uaga Silesiis flumina nata iugis.
It prior infidas torquens celer Albis arenas,
Cui uitreo stipat gurgite Mulda latus.
Pone subit Viadrus gelidis uberrimus undis,
Spreuus et Aonia nobilitatus aqua.
Hos sequitur uiridi uelatus fronde Visurgis,
Lanus et Hessorum qui rigat arua uadis.
Ac plures alii quorum praesentia binos
Deuincit mira sedulitate duces.
Solus abest laeto uestitus palmite Moenus,
Et discors regum spernit adire lares.
Sed se maiorem prodens, nec legibus usquam
Vllius astrictum coecus honore furit.
Et uocat extemplo proceres, regnique senatum,
Vt de communi sorte statuta ferant.
Conueniunt animisque pares, numeroque frequentes.
Ac paret regi regia tota suo.

Barnymus Pomeraniae dux confirmauit coenobio omnes libertates, a praedecessoribus suis Principatus Stetinenſi conceſſas anno 1346.

Idem resignauit coenobio ius patronatus ecclesiae in Germen dioecesis Caminensis.

Otho episcopus Wirceburgensis oppugnauit coenobium indicium Centae uillae Radolfsdorfiensis pro 400. libris Hallensibus, anno 1336.

Pri-

Primus arenoſis Pegneſus montibus exit,
Et uitreo latum gurgite pandit iter.
Noricus innumeras inter Regneſus arenas
It comes, et pluuiis Suabacus auctus aquis.
Cornua cui miſcet Veſuntis nobile flumen,
Flauus et uluoſae rector Aiſſus aquae.
Auracus his addit collecti fluminis agmen,
Herbifer Ebraicus cui ſolet ire comes.
Theſis hinc ſequitur pater auxiliaribus undis,
Vdus et irriguas Baumacis inter aquas.
Nominis inde ſui praeuertit Cronacis urbem,
Radus et innumeras qui uehit amne trabes.
Lutra quibus gelidis, quibus additur Haslacis undis,
Tuque Coburgiacis orte Stenace iugis.
Ergo uidens proceres ſecum certare paratos:
Inuadit Francos rex uiolentus agros.
Inundatio Moeni et Regneſi. Et ueluti torrens nimbis hiemalibus actus,
Aut niue quae Zephyro uicta tepente fuit,
Per ſata perque uias fertur, nec ut ante ſuarum
Riparum ſolito margine finit aquas:
Sic iuncti uallem latis diſcurſibus implent,
Quodque uident ſternunt, nec modus ullus adeſt.
Fit fragor, et forti molimine tecta reſidunt,
Nec ualidi pontes uim tolerare queunt.
Si quis curuato manſit tamen integer arcu,
Non bene concuſſo pondere geſtat onus.
Hinc eſt quod uideas tot fractos undique pontes
Ad riguas Moeni nobilis amnis aquas.
Territus hoc ſigno, Moenique procacibus auſis,
Corporis antiſtes mole ſolutus obit.
Conditus in tumulo poſt fata quieſcit eodem,
Frigida VOLCOLDI qui tegit oſſa patris.

THEODORICVS I.

XXVI. Theodoricus a Wiſenthau, electus anno 1350.

PRAESVL ut infeſta WALTHERVS morte peremptus
Ceſſit in Elyſium flebilis umbra nemus,
Ipſe WISENTHAVA THEODRICVS origine natus,
Eximius Francae nobilitatis eques:
Praeſulis inſignis meritos accepit honores,
Impoſitum ſacris et diadema comis.
Muneris unde dati laudes implere paratus
Munifica iuuit publica templa manu.
Quicquid enim ſacri ſpectabat ad orgia ritus,
Vel dilatandas ad ditionis opes,
Hoc unum uigili ſecum ſub pectore uoluit,
Et nihil hac duxit ſanctius eſſe fide.
Faſcibus adiecit frondoſae culmina uillae,
Comparatio conobii uillani Heidorff/ anno 1350. Nomen ab abbatis nomine uilla tenet.
His duodena ſui iunxit data iugera patris,
Atque Sigardini praedia culta ſoli.
Poſſet et ut dignas iterum perſoluere grates,
Idem Georgium a Wiſenthau patrem conobii praefectum conſtituit, anno 1357. Huic praefecturae nobile ceſſit onus.
Et ne forte pios caperent obliuia manes,
Illius ad cineres annua ſacra dedit.
Aſt ubi iam templi tria luſtra tuliſſet habenas,
Mortuus extremum clauſit in orbe diem.
Inclita DOROTHEAE gelidum tenet arca cadauer:
At decus et uirtus non potuere mori.

OTHO.

MONS iacet in Francis fama celeberrimus oris,
Creutzberg. A cruce qui clarum nomen adeptus habet.
Finitimis illinc ortus Suarzacis ab antris
Labitur, et patriae diuidit arua meae,
Inclita Binbachicae dum moenia praeterit arcis,
Et Neoſeſſanos gurgite findit agros:
Hic ſatus antiquae celebri de ſanguine ſtirpis
XXVII. Otto, electus anno 1365. Praeſul OTTO fatis debita ſceptra capit.
Ingenuae teneris uirtutis amator ab annis,
Traduxit talem ſimplicitate ſtatum.
Vt pietas illi fuerit precioſior auro,
Sanctus et integrae relligionis amor.
Fratribus unde ſuis charus ſuffragia ſolus
Obtinet, et certa munia lege ſubit.
Huius apud regimen memorata locatio Centae
Alberto epiſcopo Wirceburgenſi domo impignorauit inditionem Centae in uilla Radelbdorff/ *pro mille libris Hallenſibus, anno 1378.* Millibus argenti dicitur aucta libris:
Orbus et argolicis praeſul WALTHERVS habenis,
Nicopolin profugo deſeruiſſe pede.
Nam ferus ut patriis hunc ſedibus expulit hoſtis,
Iuſſit et exilio uertere dulce ſolum:

Francorum celebres raptim properauit ad urbes,
Cepit et hac fixae ſedis in arce locum.
Vngariae regis de marmore condidit aram,
Mortuus in tenui qua requieſcit humo.

Otho abbas emit caſtrum Helfenrode pro 600 libris Hallenſibus, anno 1378.

Adde datos cenſus et nomina magna clientum,
Ac noua ſexcentis caſtra parata minis.
Scilicet haec certis ſibi legibus omnia iunxit,
Inter et abbates ceu noua ſtella fuit.
Seu uideas etenim quibus auxit munera templum,
Aut par aut quouis praeſule maior erat:
Vltima ſeu canae perpendas tempora uitae,
Non minus ex obitu laudis habere poteſt.
Namque bis undecimum cum ſceptra tuliſſet in annum,
In CHRISTO moriens fata ſuprema ſubit.
Clauſus et in tumulo iacet inter utrumque parentem,
Qua redolet ſacris Coſtidos ara ſuis.

WILHELMVS.

XXVIII. Wilhelmus, electus anno 1389.

COENOBII uacuam ſub OTHONIS morte cathedram
Occupat et medium continuabat iter.
Nunc quoniam templum paruis prouentibus auget,
Mox emptas perdit prodigus aeris opes.

Idem uendidit praepoſito in Neukirchen decimam in Pinzberg/ anno 1397.

Vtile ius decimae non multo uendidit auro,
Iunceus excultos mons ubi iactat agros.
Proxima pignoribus Dorſienae praedia uillae
Ter quater argenti tradidit inde libris,
Vendidit et certis ſub conditionibus aedes,
Vrbs ubi clara boum ſtat celebrata uado.
Longius at uitae ſpacium cum fata negarent,
LAMBERTO templi ius capiente cadit.
Corpus habet medii Capitolii immobile ſaxum,
Spiritus aeterni conſpicit ora DEI.

LAMBERTVS.

XXIX. Lambertus, electus anno 1405.

HIc genus antiqua traxit de ſtirpe parentum,
Inclita quos iactat Zolneriana domus.
Dulcibus uſuris argenti plurima pondo
Vendidit et uirides aere locauit agros,
Atque prius dictae pignus reuocabile centae
Fortibus aſſeruit fortior ipſe modis.
Nam centum ſolidos geminis contractibus addit,
Maior et eſt numero reddita ſumma prior.
Addidit ingenti uiuaria maxima ſumptu,
Praeſulis ALBERTI numine dante locum,
Qua tenui muſco Salcdorfia ſtagna uireſcunt,
Et ſata uicinus proxima pagus habet.
Huic Anauarſenſis praeſul uenerabilis urbia
Plurima munifica tradidit aera manu,
Et ſacra tecta nouis donis et honoribus auxit,
Praeſidio minuens publica damna ſuo.
Is prius induto monachorum ſacra cucullo,
Et graue BERNARDI dogma profeſſus erat,
Herbifer Ebracius curuis ubi flexibus errat,
Perfluit et ſacrae tecta uetuſta domus.
Berno latrocinii crimen cum fratre peroſus
Condidit et proprio nomine dixit opus.
Nacta ſub hoc etiam legum conceſſio robur
Et datus aſſidue praeſule creuit honor.
Namque SIGISMVNDVS magni rex inclitus orbis,
Dum regni proceres ad ſua roſtra uocat,
Huc, ubi ſtat pulchro celebris Conſtantia tractu,
Et Venetum Rheni permeat unda lacum:
Praefecit ſacrae MARTINVM Tybridis urbi,
Qui praeſes quintus nominis huius erat.
Per quem fulta magis ſacrarum munera legum,
Lucis et aeternae promeruere decus.
Et prius Harpyiis quae peruia turpibus eſſet
Regia, conceſſo uindice tuta ſtetit.

Ioannes epiſcopus Wirceburgenſis tertio oppignerauit eidem centum aureos, anno 1424.

Eringus epiſcopus Anauarenſis, Antonii epiſcopi Suffraganeus, prius monachus Ebracenſis, munificus erga coenobium anno 1409.

Ebracum coenobium.

Concilium Conſtantienſe coepit, anno 1414.

HERMANNVS II.

XXX. Hermannus, electus anno 1431.

PRAESVLIS EVGENII firmatos numine faſces
Auſpicio templi proſperiore tulit.
Impetrat ANTONII ſupplex a principis aula,
Vrna quod iniuſti demerat ante fori.

Idem obtinuit ab Antonio epiſcopo inſulam Abtē-

Rur-

wehrde/ et pr-

Scandi vſum in Regnitio amne ab inferiore ponte, usque ad bellum fontem, anno 1433.

Rurſus et ablatum piſcandi uindicat A
uſum,
Et medii quicquid pronior amnis habet.
Dum ſua per geminum transmittit flumina pontem,
Ac uitreis belli fontis aditur aquis.
Eſt locus anguſtum longe tenuatus in arcum,
Spumea qua bifidi fluminis unda coit.
Proxima frondenti praecingitur arbore B
tellus,
Claudit et innumeras Inſula culta domos:
Has quoque uindicibus repetitas aſſerit auſis,
Atque ſacris templi faſcibus addit opes,
Vnde patet factum nomen, nam turba minorum
Nuncupat abbatis nunc ea tecta uadum. C
Geſſerat imperii clauum uix quatuor annos,
Inuida mora fato cum properante tulit.

IOHANNES I.

XXXI. Joannes homo prodigus, electus anno 1433.

MAGNA quidem fuerat ſpes, hunc molimine forti
Auſturum fractae religionis opus, D
Et bona tranquillae pariturum tempora pacis,
Ne ſtreperent rixis tecta ſoluta nouis:
Sed concepta leues ſubito ſpes iuit in auras,
Nec certam meruit credula fama fidem.
Non ſecus agricolam ſteriles fruſtrantur ariſtae, E
Et uitio coeli fallit adusta Ceres.
Mollia traducens nam deſidis otia uitae.
Helluo coenobii dilapidauit opes:
Et ſacra proſtituit turpi uenalia quaeſtu,
Cura nec ulla minor quam placuiſſe DEO.
Et quoniam ſummo iactis a praeſule talis, F
Ludendi monachis area lata patet:
Diſcordia inter monachos, Excitat hos inter quoque bella domeſtica peſtis,
Et paſſim turbas irrequieta facit.
Dentibus et cultris in mutua uulnera currunt,
Triſtis et in domitas incitat ira manus.
Et uelut Aeſonidae prognati femine fratres G
Alter in alterius faeuiit enſe caput.
Aut ut Cadmaei meſſis clypeata Draconis
Fraterna cecidit uix generata manu:
Sic afflicta gemit cognato curia ferro,
Et ſacra purpureo tecta cruore madent.

Dum fera ſic igitur gyrat diſcordia fratres,
Mutua nec cordi foedera pacis erant,
Percitus armato conſurgit milite ciuis,
Et miſerum clerum ſeditione premit, *Seditio ciuium Bambergenſium.*
Confluit ad ciuem cani pars magna Senatus.
ORTHLENIVS quorum ſumma, caputque fuit,
Qui uenans populi dictis et fraude fauorem,
Omnibus inceptum uiribus urget opus,
Atque ſacerdotum turbae mala quaeque minatus.
Ad proceres: uerbis talibus uſus, ait:
Cernitis en ſacros diſcordia quanta penates
Concitet et noſtras excubet ante fores.
Quae niſi uindicibus gladiis prohibemus et armis,
Nos premet aeterno dura cataſta iugo,
Vincula quin igitur rumpamus et impete uaſto
Seruitii praeſens excutiamus onus.
Dixit: et extemplo ſubeunt ſine uindice montem, *Coenobium a ſeditioſis ciuibus capitur et deuaſtatur.*
Et potitur capta dextra cruenta domo.
Diſſugiunt monachi quo quemque agit error, ut olim
Amiſſo dubiae rege uagantur apes.
Martius ergo furor late loca milite complet,
Et ſacras ferro depopulatur opes.
Deiicit et celſam geminis cum turribus arcem,
Nec ſcelus, Aonidum perdere dona, fuit.
Vix dici poterit ueterum iactura librorum,
Atque tot hoſtilis tantaque damna manus.
Quae non bis ſenis reparari millibus auri
Reſtitui longa nec potuere mora.
Principis ut moeſtas iniuria uenit ad aures,
Vix ſcelus in ſacro credidit eſſe uiro,
Collecto domuit ciuiles robore motus,
Liberat et triſti regia tecta metu.
Traditur obſcuri praeſul ſub carceris antrum, *Joannes abbas aliquandiu in carcere detentus ad Priorat. tum Stettinenſem relegatur.*
Et meritas poenas impietate luit.
Mox ſacrae penitus priuatus honore cathedrae
Pellitur et patriam deſerit exul humum.
Excipit exutum cunctis Pomerania rebus,
Atque diu feſſis hoſpita tecta dedit.
Inde petit celebrem fatis urgentibus urbem,
Aduena Danubii qua Regus intrat aquas.

Hic

Hic ſua per plures etiam mala digerit cunos,
Et repetit uitae tempora dura ſuae.
Viennae moritur anno 1450. Auſtriacam donec concedit flumine rerram,
Qua iacet inſigni ſtructa Vienna loco,
Claulit ubi canam ſupremo fine ſenectam,
Exilii tulerat cum tria luſtra iugum.

CONRADVS WANEBACHIVS ADMINISTRATOR.

XXXII. Conradus, electus anno 1450. TRADITA perpetuus cepit moderamina rector,
Et uelut Aeſonides alter obiuit onus.
Sed ſera Parca uiri iuuenilibus inuidet annis,
Rumpit et inſeſta flumina ducta manu.
Annuus erigeret dum culmina ſumma ſaecli,
Quod modo de diua uirgine nomen haber.

HARTVNGVS II.

XXXIII. Hartungus e coenobio Michelfeldenſi, cui triginta menſem annos praefuerat, ad huius coenobii gubernationem aſcitus, anno 1451. IRRITA fallacis fugiens ludibria mundi,
Maxima ſacrifici pars erat anre gregis,
Qua foecunda patent MICHAELIS iugera campi,
Tranſit et argutae Speccius uber aquae.
Sed non paſtor erat pecudes cui paſcere cura,
Qualiter abbatis grande requirit onus.
At mollem captans ſecura mente quietem,
Exhauſto ſtertit nocte dieque mero.
Et bona quo melius poſſet diſperdere luxu:
Turpiter exiguo pignerat aere domos.
Deſtituuntur oues et, ſepibus undique rupris,
Praedones audent in pecus ire lupi.
Hinc pia ſata grauem templi miſerata ruinam,
Hanc ſubito rerris eripuere luem,
Tertia uix nitidum ueheret cum Pleias ortum,
Ex quo coenobii faſcibus auctus erat.

IOANNES EPISCOPVS ACCONENSIS ADMINISTRATOR.

ATRA dies poſtquam properato funere merſum
Traxerat HARTVNGVM ſub uera iura necis,
Fratres in electione diſſentiunt, Diſcordes iterum rotat effera factio fratres,
Factio perpetui cauſa futura mali:
Ni pietate ſua coeleſtis ianitor aulae
Auxilii promptam ſponte tuliſſet opem.
Rurſus et oblito diſtractas foedere mentes,
Officii nexu conciliaſſet amor.
Nam dum quisque facit dubio ſuffragia uultu,
Clam ſperans meritis debita ſceptra ſuis.
Ecce potens ſacris praeſul SCHAVMBVRGIVS armis *Georgius Schaumburgius epiſcopus Bambergenſis iuſſu Pii II. pontifi. cum reformauit coenobium, anno 1463.*
Pontificis ſcitum dum cupit eſſe ratum,
Tyrigetum proceres populoſam mittit ad urbem,
Qua fluit irriguis lenis Hiera uadis.
Praeſul erat culto Petri ſub culmine montis,
Hunc iuſſit multa ſollicitare prece:
Vt uelit immunem ſacris aucrtere peſtem,
Rebus et afflictis reſtituiſſe decus.
Paruit, et noſtris feliciter appulit oris,
Vltor et e medio turpia monſtra tulit.
Regis ut Augiae ſtabulum Tirynthius heros
Purius aduentu reddidit ante ſuo:
Haud ſecus obductum ſpinis, et carice ſpiſſa
Hoc duce purgatum ſertur ouile Dei.
Er data IOANNI rerum turela ſacrarum, *XXXIV. Ioannes fratribus de electione inter ſe contendentibus adminiſtrator conſtitutus, anno 1463.*
Atque reformatae cura gerenda domus.
Is prius antiſtes celebris Ptolomaidos urbis,
Quam fuerat Scythici fraude ſubacta Getae.
Quando ſed hac pulſus reuerendus et inclitus armis
Teutonicae miles nobilitatis erat.
Tunc Baoebergenſis ſit Suffraganeus aulae,
Iuſſus et abbatis coepit obire uices:
Sed quoniam molli bona diſſipat omnia luxu,
Nec curam ſacrae relligionis habet:
Turpiter eiectus ſella moderaminis huius,
Triſtia cum turpi dama rubore tulit *Idem iterum exauctoratur.*
Meſſibus undenis tamen huic facer ordo ſenatus
Annua reſcripti lege ducenta dedit,
Quas priuatus adhuc dempto geſtamine uixit,
Et ſua deficuir rempora cauta minus.
Quinque ſub hoc monachi furiis crudelibus acti, *Coenobium a fratribus fugitiuis expilatum, anno 1464.*
Protinus audaci terga dedere fugae,
At prius ingreſſi penetralia ſacra deorum
Impia patrauit concio grande neſas.
Condita quae fuerant auri argentique talenta,

To-

Totius et templi diſpoliauit opes.
Excipit hoſpitio WALBVRGI nobile caſtrum,
Atque diu profugis hoſpita tecta dedit.
HENRICVS ſiquidem contemptor FVCHSIVS aequi
Ablatas templi dum ſibi ſpondet opes,
Infandum ſcelus infido ſub pectore uerſans
Pro fugitiuorum bella ſalute mouet.
Nec laeſam metuit Romani praeſulis iram,
Iura nec offenſi litigioſa fori.

ABBATVM MONTIS MONACHORVM, POST REFORMATIONEM,

LIBER SECVNDVS.

EBERHARDVS DE VENNLO.

DVM ſera ſic igitur diſcordibus icta procellis
Moenia quaſſatae concutit aura domus,
Ecce micans rutilo ſol aureus axe coruſcat,
Et remouet triſti nubila denſa polo.
Iamque fugit bellum, diſcedit pectore liuor,
Templorumque redit qui fuit ante nitor.
XXXV. Eberhardus de Vennlo magiſter e coenobio S. Iacobi aſciſcitur, anno 1465.
Praeſul enim Mogi Vennloius ab urbe citatus
Huius ubi cepit frena tenere domus,
Diſcutit inuectam denſae caliginis umbram,
Purgat et a turpi tecta nouata ſitu.
Non ita floreſcit Zephyris ſpirantibus hortus,
Cum noua uernanti ſole tepeſcit humus.
Nec magis arentes reficit ros uuidus herbas,
Quando canis feſſos Sirius urit agros:
Quam pater affectam tot cladibus aſſerit aedem,
Et ſacra barbarico ſubdita regna iugo.
Primus adoptauit nullo diſcrimine pubem
Ex humili quamuis ordine plebis erat
Dummodo uirtutis ueſtigia clara ſecuti,
Dotibus inſignes et pietate ſorent.
Quos tamen ut melius poſſet formare per artes,
Laurigero Muſas ex Helicone tulit.
Struxit et auguſtis ſub moenibus inclita fratrum
Tecta prophanato non adeunda pede.
His domus hoſpitii ſublimibus addita pinnis,
Et noua ſacrifici plumbea tecta chori.
Ne memorem cinctas gemina teſtudine cellas,
Atque tot exemptis ſera ſoluta notis,
Quae non cauta prius ueterum conſtauerat actas,
Mollia dum lentis otia rebus agit.
Faſcibus expleret quartae trieteridis annos,
Funere cum raptum mors properata tulit.
Corporis exuulas BENEDICTI contegit ara.
Spiritus aetherei uiuit in arce poli.

VLRICVS III.

NOn adeo rutilis fulſerunt ſidera flammis,
Cypria tam placido nec fuit ore Venus.
XXXVI. Vlricus in die S Vlrici electus, anno 1471.
Quam fuit VLRICO Nemeaei ſtella leonis,
Stella ſub aethereis ignea tota plagis:
Haec quia naſcenti ſuperas in luminis oras
Prima dedit tenerum fronte leuare caput.
Dotibus haec eadem quoque praecellentibus auctum,
Effecit titulo ſplendidiore frui,
Dum cinxit flauos ſacro diademate crines,
Et dedit innocua ſceptra tenere manu.
Quae ſine labe tulit cum luſtro quatuor annos,
Et coeptum fidei ſortiter urſit opus.
Non minus ad leges praeceptaque tradita uitae,
Quam fuit urbanae promptus ad arma togae.
Diſpoſuit ueterum neglecta uolumina patrum,
Auxit et innumeris ſcrinia curua libris.
Nouam abbatiam conſtru. xit.
His noua quadrato ſuperaddidit atria ſaxo,
Atria magnificae teſſerulata domus,
Quam modo pontificum ſacratior incolit ordo:
Illius at ſedes quam moreretur erat.
Aſt aliis fuerat qui lucis amabilis autor,
Heu citus extincto lumine ſata ſubit.
Clauſus et VLRICI tenuem requieſcit ad aram,
Nil niſi de tanto reſtet ut umbra uiro.
Sic primi tellus inuiſa nepotibus ADAE.
Coeleſtem patriam nos docet inde ſequi.

ANDREAS I

EST Babebergenſes inter pulcherrima montes,
Exit & in longas uallis utrimque plagas.
Staffelberg. Quam ſuper hinc coelo ſurgens ſtat ſaxea rupes,
Quae uetus a gradibus nomen adepta tenet.
In medio gelidas acquante cacumine nubes
Antra per obſcuras ſtant latebroſa uias,
Quae tenuiſſe ferunt terreſtria numina Sylphes,
Atque ſub his auri uim poſuiſſe locis.
Teſtis erunt grandes excíſi rupibus arcus,
Teſtis et antiquae priſca moneta notae:
Inde ſed incerto lapidoſus murmure riuus
Pinguia qua Lutris per loca findit iter,
Pampineo paſſim ueſtitos palmite colles,
Vallis Leonina, Löwenthal. Clara Leonino nomine uallis habet.
Cuius ad inſtabiles egreſſi fluminis undas,
Vrbs uetus in plano condita rure iacet.
Aëria dixit de rupe ueuſtior aetas:
Vnde Staſelſtenium nunc quoque nomen habet.

XXXVII. Andreas, electus anno 1483. Hic fuit ANDREAS claris natalibus ortus,
Et ſua Pegaſeis labra rigauit aquis.
Donec maiores aetas maturior artes
Poſceret, et ſuperum cor penetraret amor,
Tunc ſua per uarios uirtus exercita caſus.
Se magis illuſtri ſuſtulit aucta gradu.
Ardua reſtituit ſumma faſtigia templi,
Et grauis e plumbi pondere texit opus.
Addidit obliqua ductos teſtudine flexus,
Clauſa periſtyliis et noua tecta ſuis.
Iuncta quibus fratrum diſtincta cubilia cellis,
Et ſacer in media qui nitet arce labor:
Vnde nouus tiro praecepta ſalubria uitae,
Et graue cenſurae regula munus habet.
Organa ne memorem nitido ſub fornicis arcu,
Aurea nec ueterum tot monumenta patrum.
Nam uelut Aegypti quondam Philadelphus in oris
Millibus inſtruxit pulpita mille libris,
Fecit et AVGVSTVS magni rex maximus orbis,
Templa palatino dum ſtruit ille Deo:
Haud ſecus hos ſtudio reges imitatus emendi,
Scriptorum ueterum contulit omne genus.
His iunxit uarios alto ſub gurgite piſces,
Audaci liquidas et rate torſit aquas.
Srat uetus, et plures incidua ſylua per annos,
Mollibus a tiliis quae leue nomen habet. *Das Lindach.*
Hic ubi diuerſis coëunt duo fluctibus amnes,
Alter et alterius uortice torquet aquas:
Vitifer ad dextram flectit ſua cornua Moenus,
Itheſis ex alia parte ſiniſter abit.
Villa ſed in medio quondam regnata RADOLPHO
Fluminis ad ripes uertit utrinque caput.
Nempe paludoſis ibi ſtagna liquentia terris *Ampliſſimum Stagnum prope Radelsdorfium fodit.*
Fodit, et inductis foſſa replcuit aquis.
Nec tamen his ſolum fuit indulgere uoluptas:
Sed celer ad Muſas et ſua ſacra redit.
Et modo uirginei referens myſteria partus, *Conſcripſit librum de conceptione D. virginis.*
Edita de ſterili pignora matre canit:
Vt fuerit quondam matris concepta ſub aluo,
Caſta Dei uirgo magna futura parens.
At nunc hiſtoriae campis ſpaciatus apertis,
Ordinis ampla ſui conficit acta patrum:
Quos diuos terra genitos uenerantur ad aras
Pontificum ſacris eruta feſta libris.
Mox docet ad coelum quo tramite uenerit heros, *Item hiſtoriam et miram.*
Per quem docta Deum gens Pomerana colit. *Ottonem epiſcop.*
Singula quid referam? nil non laudabile fecit,
Et tanta geſſit cum pietate ſtatum,
Inter ut abbates, quos ſecula quinque tulerunt,
Praecipuus dici non ſine laude queat.
Mortuus ante nouam WOLFGANGI conditur aram,
Bis duo cum templi luſtra tuliſſet onus.

WOLFGANGVS I.

MAXIMVS ANDREAS uitae cum munere functus *XXXVIII. Wolfgangus, electus anno 1492.*
Aſtricta curis deſeruiſſet humum:
Tradita coenobii WOLFGANGVS frena capeſſit,
Et populo dicens iura dat aequa ſuo.

Vir

Vir grauis, et longo rerum uenerabilis uſu,
Suauis et eloquii praeditus arte fuit.
Aonidum uiridi ſtudiis operatus in aeuo,
Excoluit mentem qualibet arte ſuam.
Vnde magiſterii titulis, et faſcibus auctus
Tempora Phoebea uirgine nexa tulit.
Hic, ubi magnificam Phylirae Misneidos urbem,
Flauus arenoſis tranſit Eliſter aquis.
Sed res heu fragiles et ineluctabile fatum!
Heu nimium fallax et breue uita bonum!
Vix quia tranſierant labente triennia curſu,
Cum tulit immiti Parca ſeuera manu.

IOANNES III.

XXXIX. Ioannes, electus anno 1505.

PORTICIBVS iunctum ſtatuit memorabile fanum,
Et noua thuricremis ignibus ara calet,
Exanimes artus, ac frigida membra labantis
Quae uidit ſacra procubuiſſe domo.
Dum renouare pios diuae CVNIGVNDIS honores,
Et prece coelicolas uult celebrare DEOS.
Incendium Bambergae, anno 1506. Magna ſub hoc noſtrae pars praeſule concidit urbis,
Mulciberis quaſſas ui ſuperante domos.
Namque molae famulus dum potus in aedibus errat,
Et male ſopito proiicit igne faces,
Concipiunt iactae ſtipula crepitante furorem,
Et uires rapidis ignibus aura dabat.
Fit ſonus et flammae ſuperant, furit aſtus in altum,
Denaque tectorum turbine luſtra rapit.
Conueniunt ciues ad compita longa uiarum,
Ac cupiunt feſſis addere rebus opem.
Pars geſtat liquidis oneratas fontibus urnas,
Arcet et audaci ſedulitate malum:
Ille ſed horreſcens dubiae diſcrimina ſortis,
Flebilibus coelum uocibus omne replet,
Et ueluti lachrymae flammas reſtinguere poſſent,
Ex oculis, tanquam gutta perennis, eunt.
Talis erat facies et moeſtae noctis imago,
Cum caderet tectis obruta Troia ſuis.
A Multa poteſt domini praeſentia, ſeruus ab illo
Pendet, et ad nutum quod facit omne facit.
Aſt ubi ſeruili domus, et reſpublica Vernae
Creditur, incerti fluctuat aura ſtatus,
Nutat et huc illuc, ueluti ſpoliata magiſtro
Cymba per aequoreas naufraga fertur aquas.
B Coenobii tulerat tria per ſexennia clauum,
Funere ſublatum cum rapit atra dies.

IOANNES IV.

XL. Ioannes, electus anno 1522.

NOMINIS eiusdem IOANNES ſede potitus,
Sacrorum faſces per duo luſtra tulit.
C Sedulus euoluit diuina uolumina legum,
Et uatum quicquid concio ſacra dedit.
Sed tamen haud potuit triſtes euadere caſus,
Quin ferat inſtabilis turbida fata Deae.
Vix quoniam ſumptis bello uexatur habenis,
Bellum ſeruile ruſticorum per Germaniam, anno 1525. Et fugit agreſtum pulſus ab urbe minas.
Concita plebs regum dum munia ferre recuſat,
Et cupit aethereo uellere ſceptra Ioui.
Fecit ut Enceladi ducis impia caſtra ſecutus,
In rerum dominos qui tulit arma Deos.
D Lege ſed inter ſe Liga Sueuica foederis icta,
Reſtituit profugum iuſta per arma uirum.
Inque magiſtratus temere graſſata ſalutem
Plebs redit ad priſcum non ſine clade iugum.
Res igitur fractas fatalibus eruit umbris,
Arcet et inuicta triſtia fata manu.
E Mortuus aethereas iuit ſine teſte ſub auras,
Ioannes abbas mortuus in cubiculo.
Fertur et in thalamo diriguiſſe gelu:
Qualiter uxorem cani ſacra biblia LOTHI,
Et Nioben uates diriguiſſe ferunt.
Siue quod afflarint ſuperi ui fulminis ictum,
Seu dederit fratrum prodiga turba neci.
F Quod teſtatur adhuc tacito porrecta ſepulchro,
Praeſulis incertae conſcia dextra necis.

MARTINVS.

XLI. Martinus, electus anno 1521.

EDITVS exigua MARTINVS ſtirpe parentum,
Praeſulis eximio munus honore capit.
Denſorum primis nemorum ſtudioſus ab annis.
Explicuit ritus Cynthia caſta tuos.
Et modo ſolerti cingens indagine montes,
Hortatur celeres per iuga ſumma canes.
Et nunc ſollicitos lepores in retia trudit,
Nunc immanſuetos cuſpide figit apros,
Mox quatiens lato uenabula cornea ferro,
Territat hirſutas qualibet arte feras.
Non tamen ingenuas praefert uenatibus artes,
Nec fera plus templi quam pia cura iuuat.
Roboreum ſtruxit pontem ſuper Itheſis amnem,
Et liquidas quadro limite uicit aquas:
Hic, ubi per ſegetes et pinguia culta uoluitus
Irriguis Moeni cornua miſcet aquis.
Tempore conceſſas a quo ſuſcepit habenas,
Vix iunctus luſtro tertius annus erat:
Extinctus patriis cum morte quieuit in oris,
Pars melior coelo reddita, corpus humo.

GEORGIVS I.

XLII. Georgius, electus anno 1539.

COMPOSVIT ualidis fera bella GEORGIVS auſis,
Et ſtuduit paci reſtituiſſe decus.
Et quo ſaeua magis fratrum diſcordia gliſcit,
Ac turbas paſſim, diraque bella ferit:
Cenſurae uelis tanto maioribus uſus,
Compulit optatae pacis amore frui.
Inuenit undenis obſtrictam millibus auri,
Et laceram triſti ſeditione domum:
Quam tamen ad ſolitos iterum reuocauit honores,
Et leuius dicti reddidit aeris onus.
Sedulus haec inter dubiae diſcrimina ſortis
Scriptorum ueterum perlegit omne genus.
Nec piguit uarias rerum cognoſcere cauſas,
Et ſuperas alta ſcandere mente domos.
Quid ferat Arcturus, quid nunciet acer Orion,
Quid bene cum gemino Caſtore iuncta Venus.

A Quemque gradum, quae regna uaga regione planeta
Incolat et quanto tempore curſus eat:
Vt coeli per ſigna means Hyperione natus
Annua biſſenis menſibus aſtra regat,
Signet et aequales ſpaciis diſtantibus horas,
Quas profert quauis praeuia diua die.
Mortuus inſigni ſub OTHONIS conditur ara,
B Quam uoluit proprii funeris eſſe locum.

WOLFGANGVS II.

XLIII. Wolfgangus, decimus anno 1569.

CVm data ſublimis cepiſſet munia templi,
Munia non licito turpiter empta modo:
C Triſtior armorum tempeſtas orta procellis,
Teutona diuerſis perculit arua locis.
Effera Vindelicas inuaſit factio terras, *Bellum Germanicum.*
Et populis rupto foedere damna dedit,
Quos pater Abnobae lapſus de montibus Iſter,
Et celer undoſo praeterit amne Lycus
Terruit haec eadem uis robur Noricos urbis, *Obſidio Norimbergenſis, anno 1554.*
D Cinxit et inſeſta moenia celſa manu.
Vrbis in excidium pugnatur et aerea late
Acta ſimul nitri puluere ſaxa uolant,
Diſſultant fremitu colles, ceu fulmine miſſo,
Horridus e cocli cum uenit axe fragor.
Haec quoque ſors noſtram iam ſigna mouebat ad urbem,
Et celeri curſu continuabat iter,
E Cum Merzbacenſem praeſul confugit *Wolfgangus abbas in fuga captus et Blaſii ſeniorum in* in arcem, *carcerem abductus eſt, anno 1553.*
Tutus ut hoc poſſet delituiſſe loco.
Aſt miſer inſidiis et iniquo proditus aſtu
Venit in hoſtiles praeda petita manus.
Et cum magna foret ſoluenda pecunia capto,
Vlla nec in promptu, quam numeraret, erat.
F Blaſſenburgiaci tractus ſub moenia caſtri
Carceris obſcuri uincula dira ſubit.
Bellicus interea procedens longius aequo,
Non minus ad Mocni fulminat horror aquas.
Imperat et captis iniuſta tributa colonis,
Certatim ſpolians oppida, templa, domus.
G Collucent late totis incendia campis,
Et miſeras paſſim corripit ignis opes.
Atque tot, hei, ſubitis captas incurſibus arces
In cinerem uerſas una ruina uidet.

Iam

Iam prope contigerat terram Miſneidos A orae,
Quaeque rigat gelidis rura Viſurgis aquis,
Subſidio patriae ruit ut Mauortius Heros,
Inſtar er armata ui prohibere malum.
Venerat ad ripas et lati iugera tractus,
Vrbs ubi de Lunae nomine dicta iacet:
Alter in occurſum ſua cum rapit agmina B ductor,
Primus et ardente pectore ſigna mouet.
Concurrunt acies, implentur milite campi,
Et fera iam lapſa ceu niue tela uolant.
Mauritius elector Saxoniae in praelio cum Alberto marchione, die 9. Iulii globo ictus, biduo poſt moritur, anno 1553. Dum ſua tormento traiectus ad ilia uictor
Triſtem magnanimo ſanguine ſpargit humum: C
Cum prius ALBERTI uires ita fregerat armis,
Traderet ut celeri Martia terga fugae.
Tempore captiuos a quo ſpecus abdidit umbris,
Bis geminis iunctus menſibus annus erat.
Wolfgangus poſt annum et menſes quatuor e cuſtodia liberatus priſtino ſtatui per VVigandum epiſcopum reſtituitur, anno 1554. Praeſul ut ereptus fatali carceris antro
Munere WIGANDI reddita ſceptra capit. D
Ardua tecta iacent uicino proxima templo,
Porticus impoſitum ſuſtinet illud onus,
Iuncta tenore pari ualidis innixa columnis,
Structa ſub Auſtrinis ſtat domus alta plagis.
Hortus et arboribus, cultuſque uirenti- E bus herbis,
Quas rigat e gelidis unda uoluta iugis:
Scilicet iſta nouis dum ſingula cultibus ornat,
Atque ſub his ſtatuit recta, laremque ſuum.
Incendium coenobii. Exoritur ſubito fera flamma furentibus Auſtris,
Saeuus et indomito Mulciber igne furit. F
Intereunt triſti granaria lapſa ruina,
Nec praefecturae regia tuta fuit.
Ergo quod in fratres ſolito moroſior eſſet,
Nec poterat rebus rite praeeſſe ſuis,
Fraude prius nactas dimittere iuſſus habenas,
Abbatis ſolum nil niſi nomen habet. G

GEORGIVS II.

XLIV. Georgius, electus anno 1564.

FASCIBVS et dulci perfuncti munere uitae,
Eximium ſummo geſſit honore decus.
Tecta cremata prius ſatalibus eruit umbris,
Fecit et auſpicio proſperiore frui.
Et quae facta ſacris fuerat iactura per illum,
Fortibus hic auſis ad loca priſca uehit.
Illius inferior nulli foret inclita uirtus,
Nec magis extaret nominis altus honor,
Si non, ſed prohibet dolor ulteriora referre:
Nec data ſumpſiſſet lurida philtra manu.
Corporis exuuiis et mortis lege ſolutum
Flore ſub aetatis ſexta uidebat hyems.

VITVS.

XLV. Vitus, electus anno 1570.

IAm prope quinta ſuum reparabat Cynthia cornu:
Orba ſuo ſedes ut ſine patre fuit,
Cum VITVS ad templi celebres euectus honores
Cepit honorata ſceptra tenere manu.
Vix ubi compleuat nonae triteridis annum,
Et ſuberat flauae uix noua barba comae.
At uirtute ſenex et honeſti laudibus ingens,
Vertice tangebat ſidera celſa poli.
Non deerat facilis culrae facundia linguae,
Nec uigor ingenii ſerrilitate minor.
His bene firmatus tractare negocia templi
Coepit et e turpi cuncta referre ſitu.
Aërias reficirturres et tecta domorum,
Diues et externo munere ſignat opus.
Deforis inducir cunctis tectoria muris,
Et ſacer albenri fulget honore labor.
Nec domus interior regali ſplendida luxu,
Inclira picturis nec caret aula ſuis.
His praefecturae nitidas ſuperaddidit aedes,
Struxit et auguſti tecta ſuperba chori.
Aera bis undecies cenſentur millibus auri,
Tunc renouata quibus curia tota fuit,
Et quibus impenſae ſunt ſumptibus amplius auctae,
Ruris opes paſſim dum reparare ſolet;
Vitifer irriguis qua Moenus er Itheſis undis,
Creber et herboſa tranſit Aiſſus aqua.
Aurea praetereo collectae pondera gazae,
Et terrae partas luxuriantis opes:
Quae ſi cuncta meis includere uerſibus auſim,
Tunc operis ſeries clauderet ipſa diem.
Victus nulla penus, non ulla ſiliginis expers,

Magna sed omnigeni copia farris erat.
His aliquot cellas generosa uite refertas
Addidit et largo dolia plena mero.
Prae reliquis uero non gratior ulla uoluptas
Quam superum cultus amplificare fuit.
Eius adhuc passim restant monumenta laboris,
Indicium summae quae pietatis habent.
Sed nihil hei constans, nec in hoc durabile mundo,
Hei breuis et uitae fluxus in orbe status,
Quem fulcrum templo dederat DEVS ordine fati,
Sic quasi decidui floris imago cadit.
Nec dotes animi potuere, nec inclita uirtus
Ferre, nec Ordo niger, quam meruisset, opem.
Salue care DEO praesul, nouus aetheris haeres,
Inque beatorum sede perennis agas.
Et mea nunc quamuis fero tibi Musa parentet.
Hoc non uile tamen sit pietatis opus.
Salue sancte cinis, pater o dulcissime quondam,
Nunc desiderii conscia causa uale.

GEORGIVS III.

XLVI. Georgius, obiit 25. Februarii, anno 1581.

ORDINIS in numerum teneris ascriptus in annis,
Dulcia natalis deserit arua soli,
Cynacis Holfeldos ubi gurgite proluit agros,
Et sua Vesuntis flumina miscet aquae.
Illinc pene puer fuit hanc traductus ad aedem,
Et didicit ritus, iuraque prisca patrum.
Haud tamen ingenuas prorsus nescire Camoenas
Nobile tironis credidit esse decus.
Iam prope contigerat sexti primordia lustri:
Officii meruit quando prioris onus.
At VITVS ante diem quod acerbo funere raptus
Iret ad Elysii culta uireta soli:
Tunc pietas illum sancto praefecit ouili,
Et dedit inuentis clauibus una uiam.
Sed quod onus celebres semper comitatur honores,
Regia nec curis sceptra carere solent:
Illius ad primos fors incubat aspera fasces,
Et ferit indignum saeua procella caput.
In pedibus uitium modo gignit inutilis humor,
Versat et infirmas dira chiragra manus.
Mox latebris renum lapis induratus in imis
Saeuit et inualidum torquet utrumque latus.
Inficiunt artus aegrae contagia mentis,
Et celerant subito tristia fata pede.
Vix geminis etenim quinquennis olympias annis,
Atque decem iunctus mensibus alter erat.
Post onus impositum templi, sacramque tiaram
Munere defunctum cum rapit atra dies.
Proximus a tumba sancti tumulatur OTHONIS:
Et regione VITI qua tegit ossa lapis.

IOANNES V.

XLVII. Ioannes electus est die Lunae 29. Martii, anno 1593.

INGENVA uero tu praeditus indole mentis,
Inclita nunc sacri dirigis acta fori.
Dum ueteres ritus, ac dogmata prisca tueri,
Et patriae laudes accumulare soles:
COTIA sublimis qua surgit ad aethera rupes,
Albus et undosa Moenius oberrat aqua.
Praestat idem sacra redimitus tempora uitta,
Lanchemicas praesul qui moderatur opes.
Ille tuae consors patriae BICLINGIVS heros,
Cultor Apollineae maximus arte lyrae:
Dum sibi commissas regit inculpatus habenas,
Quaerit et accepto maius honore decus.
Viuite Sacrifici, concordes uiuite patres,
Vester et aeterna laude feratur amor.
Et uelut hoc uersu uos ambos iunximus uno,
Sic liget unanimes mutua cura duos.
Sic DEVS extendat uestros ac proroget annos,
Hacque diu uita det sine nube frui.

FINIS.

Ioannes Biclingius abbas Lanchemensis studiorum Maecenas.

AD

AD INSIGNIA M. MARTINI HOFMANNI, AVTORIS.

Haec mihi Romani maiestas caesaris ultro
Contulit et stirpi signa gerenda meae.
Pro quibus, o felix rex MAXMILIANE, ualeto,
Et tua post cineres fama sub astra uolet.

AD LECTOREM.

Hos quoque, ne fastus credas insignia, uersus
Ad calcem libri ponere cura fuit.
Nil homo decidui nisi languida floris imago,
Qui sit ubi quaeris mane, fuisse uides.
Non tamen ob causas tales fas linquere sortem,
Flectere sed mentes ad pia facta decet.
In medio cuius lucet sua gratia cursu,
Ille uel multa morte superstes erit.

HOMO BVLLA.

QVid fastus adeo crepas inanes,
Et successibus intumes secundis,
O terrestris homo, leui uel aura
An ipsa grauior fere bulla?
Haec formosa quidem resplendet ortu,
Et Crystallina marmor omne uincit:
At uix nata perit, suamque rursus
In matrem redit et nec inde quicquam
Quod nil ante fuit, manet superstes.
Sic uix lumina solis intuentem,
Te diris ferit undiquaque telis
Fati saeua necessitas acerbi,
Et uitam uice nequiore uersat.
Ortus prima tuae quid hora lucis:
Praeterquam lachrymae, querela, fletus,
Et teterrima sordium uorago.
Quid flos candidus integrae iuuentae?
Spes et cura latens, amaror, error,
Et rerum insatiabilis cupido.
Seri quid tremulae dies senectae:
Vt trux hydra suis superba damnis,
Et morbus grauis, anxiusque luctus.
Dotes ingenii sagacioris,
A Ac formae decus elegantis effers,
Et factas tumido superbus ore
Te quod purpurea dignitas et artes
Celsum principis ad latus locarint,
Et par principibus uehat potestas:
Quod palatia, porticus, theatra
Latifundia, uineas et hortos,
Ac gazas teneas superbiores.
Vani sunt ea gaudii uoluptas,
Et punctum breue, somniumque fallax.
Quae mors auferet unica sub hora,
Et glumam quasi dissipabit aura.
Cursus ergo leuis memor rotarum
B Aeternis inhia bonis olympi,
Et summum meditare corde numen:
Haec, quam nunc agis, est caduca uita:
At quae taedia tollit huius aeui,
Et terso minuit dolore luctum,
Constans perpetuis manet diebus,
Nec te decipiet, nec anget unquam.
Huc sensus, oculos et ima cordis
Fer suspiria, lachrymasque funde
O terrestris homo, miser deinceps
Ne semper fragilis uocete BVLLA.

IN BABEBERGAM ET ABBATES

M. MARTINI HOFMANNI POETAE, ἐπτάστιχον
CHRISTOPHORI GIRSCHNERI,
Reuerendissimo principi et dn. domino episcopo Babebergensi a secret. cam.

ACcipe nunc Babeberga tuas clarissima laudes,
Accipe praelatos mons quoque clare tuos.
Hofmannus, ueterum renouans monumenta, sub auras
Tandem quos uigili sedulitate dedit.
Materiam spectes: opus hoc laudabile dicas,
Sin carmen; Charites id cecinisse putes.

Qui

Qualiter irriguis placido decurrit in hortis
Murmure lenifluae riuus amoenus aquae:
Taliter Hofmanni molles facilesque Camoenae;
Taliter Aonio nectare Vena fluit.
Macte igitur Phoebi antiſtes, macte optime Vates,
Non tua Lethaeis fama peribit aquis.
Lottichius qualem, qualem tulit inde Sabinus
A ſera talem poſteritate ſeres.

EIVSDEM.

ΑΥΛΑΠΔΡΟΣ κλειτὴς ἀπ' ἔχων τὸ ἐπώνυμον ΑΥΛΗΣ,
ΑΥΛΑΝΔΡΟΥΣ γράφειν ἔπρεπεν, ἠ Μοναχούς.
Cum gerat HOFMANNVS celebri cognomen ab AVLA,
Debuit AVLANDROS ſcribere, non monachos.

IN EANDEM BABEBERGAM ET ABBATES

M. MARTINI HOFMANNI POETAE,

ELEGIDION

IOANNIS CYANEI SYLVANI,
poëtae laureati.

MNEMOSYNE doctas ferrur genuiſſe Camoenas,
Sciret ut ingenuus ſaecula priſca nepos,
Nam quid poſteritas in gloria laudis haberet,
Ni claros memori mente teneret auos?
Quid fas, quidue nefas, ſceleri quae debita merces,
Praemia iuſtitiae, quis memorare queat?
Quis modo uirtutes, quibus aurea floruit aetas,
Poſſet, et antiqui temporis acta ſequi?
Quae ſimul ambiguas regeret prudentia cauſſas,
Ardua ſi ueterum facta ſepulta forent?
Vtpote flagitiis ſemper contraria uirtus
Extat, in exemplis, cana ſenecta, tuis.
Qui mores hominum, cultus habirusque locorum
Quaerit, in annales, hiſtoriasque ruit.
Nobilis ars igitur, rerum fidiſſima cuſtos
Perſtat Apollineae ſedula cura lyrae.
Lucis Apollo parens, Clariis qui praeſidet undis,
Vindicat a turpi ſcripta canora ſitu,
Quae Iouis aetherei de uertice creta uirago,
Zoyle te contra, barbariemque, tegit.
Hoc opus Aulander muſis ſtudioque pergit,
Auſit ut huic nullus dente nocere Theon.
Namque potens hominis, partem ſibi uendicat aether,
Altera natalis gratia blanda ſoli.
Cedit amicorum uoto ſimulatque parentum,
Tertia, MARTINI quamque ruetur honos.
Primus amor ſuperum, primus cui numinis ardor,
Ille colit rebus dedita corda ſacris.
Qui ſpectat patriam, partiae tutatur honorem,
Sanguinis authores ſemper amore colit.
O diuum Bamberga domus: Tuque inclyte princeps,
Myſtica qui Francis iura reducis agris;
Hunc, age, monticolum IANO cum praeſule uatem
Rite foue, quando ſacra uirosque canit.
Ciuis, et hiſtorici, uatis, iurisque periti,
Quattuor ingenio munera clarus obit.
Dignus ob haec, ut qui reliquis extendere famam
Nititur, heroum uiuat in ore uirum.

FINIS.

LIBEL-

LIBELLVS CONSVETVDINVM PRINCIPATVS BAMBERGENSIS

AVTORE

IVSTO VERACIO

primum in lucem editus.

Anno Chriſti 1681.

AD LECTOREM.

AMice lector: Conſuetudines ſacri huius principatus, quas hoc breui libello tibi exhibemus, a multis retro annis ſparſim, et uix non omnino ſepultae iacuere, unde factum, ut plurimi litigantium cum ſuis patronis et procuratoribus, nil niſi conſuetudines ſtreperent, et nemo probaret. Quae res qua inferiora, qua ſuperiora tribunalia mirum quantum fatigauit, ut ſaepius ipſimet iudices anxii haeſerint, et quid conſilii, adductis in utramque partem tot actibus et caſibus, capiendum ignorauerint.

Nos, qui iuſtitiae et ueritatis ſtudium conſtanter coluimus, Euripum illum fluctusque iurium et conſuetudinum tandem aliquando eluctaturi, in antiquitatis ſacraria penetrauimus, ubi ex imis maiorum noſtrorum rerum iudicatarum, reſcriptorum, literarum et librorum ruderibus illud, quod uetuſtiſſimi mores et uſus populi Babebergenſis iam pridem probauerant, eruimus et in hac modicas pagellas, ſub nomine conſuetudines principatus Bambergenſis, *coniecimus: de quo labore noſtro id tibi, lector beneuole, ſpondemus, uix poſſe deinceps caſum, quem puſillus hic libellus non decidat, emergere, nec toto hoc libello ullam aſſertionem proponi, quam non itidem uel res iudicatae, uel, ut uulgo loquuntur, actu exerciti firment: ſecurus proinde illo utere, et ſi aliquando neceſſitas urgeat, audacter ad eum prouoca: non deſeremus uadimonium: Interim uiue et faue.*

Enumeratio et ſeries materiarum et quaeſtionum hoc libello pertractatarum.

FEVDVM.

QVAESTIO I. *Quid ſit feudum?*
II. *Quomodo in feuda ſuccedatur?*
III. *An et quomodo feudum alienetur et oppignoretur?*
IV. *Quid iuris, ſi feudum oppignoratum ad dominum redeat?*
V. *Quid operetur immiſſio creditoris in feudum.*

EMPHYTEVSIS.

QVAESTIO I. *Quid ſit emphyteuſis?*
II. *Quomodo adquiratur emphyteuſis?*
III. *Quomodo amittatur emphyteuſis?*
IV. *Quae ſit obligatio et officium emphyteutae?*
V. *Quomodo ſoleant emphyteuſes oppignorari, et an ſine praeuia oppignoratione pro debitis chirographariis capi poſſint?*
VI. *Quid laudemium, et quando debeatur?*

COMMVNIO BONORVM INTER CONIVGES.

QVAESTIO I. *Quid ſit talis communio bonorum?*
II. *Quomodo et quando conſtituatur haec communio?*
III. *Quae bona ſiant communia?*
IV. *An alterutri coniugum teſtari liceat?*
V. *An uno coniugum debitum contrahente alter quoque obligetur?*

fuerit, aut deinceps unquam mouenda sit.

FEVDVM.

QVAESTIO I.

Quid sit feudum?

FEudorum Bambergensium natura uidetur fere per singula cum feudis, quae in publicis feudorum libris describuntur, conuenire, hinc placet feudum cum Rosenthalio definire, *quod sit beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatae, seu in feudum datae penes dantem remaneat, ususfructus uero illius ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque eius masculos et faeminas, si ita actum, in perpetuum pertineat, ad hoc, ut ille et eius haeredes fideliter domino seruiant.*

Recedit tamen dicta feudorum Bambergensium natura in aliquibus sed valde paucis, a communi feudorum consuetudine, praecipue ubi res est cum feudis, quae uocari solent *parum nobilia:* solent enim feuda in nostra curia feudali in tres species distingi, sc. in feuda *militaria*, huiusmodi sunt castra et praedia familiarum equestrium: deinde in *parum nobilia*, sc. media inter militaria et plebeia, cuiusmodi sunt, quae familiis patritiis Norimbergensibus, Bambergensibus, Palatinis et aliis concedi solent: tertio denique in *oppidana* et *uillana*, quae plerumque in fundis ignobilioribus u.g. agris, pratis, uillis et mansis, mediocribus decimis consistunt, et communiter ab hominibus plebeii et rustici ordinis possidentur: ubi tamen obiter admonendi sumus, nomina horum triplicium feudorum non tam a personis suorum possessorum, quam potius a sua feudorum origine et primaeua inuestitura ortum habere; possidentur siquidem a nobilibus equestribus quam plurima feuda oppidana et uillana, nec tamen propterea in conditionem et dignitatem equestrium transeunt: sicut e conuerso castra et praedia equestria in manibus eorum, qui equestris ordinis haud sunt, saepe haerere solent, absque ullo periculo degenerationis ob originaria dignitate et praerogatiua.

QVAESTIO II.

Quomodo in feuda succedatur?

IVs et ordo succedendi in feuda militaria idem obseruatur, qui in dictis feudorum libris praescribitur, quo lectorem remittimus, cum hac tamen admonitione, quod curia Bambergensis prae ceteris aliquid singularis iuris eo in casu, dum sc. feudum inter fratres aut successores diuiditur, uindicare conetur, habeatque singulas partes pro feudo nouo, ita ut, si fratrum diuisorumue unus sine masculis decedat, aut eius generatio deficiat, feudum per diuisionem adquisitum, non ad collaterales, sed dominum feudi, uelut apertum, transeat, maxime si talis frater aut successor, qui diuisionem celebrauit, eam partem, quae suo consorti obtigit, domino resutauerit: quod tamen extra aleam necdum positum est, fluctuatque haec singularis consuetudo adhuc in ancipiti, dum non est allegare ullum actum, qui sine reclamatione exercitus, aut praeuia causae cognitione solennique sententia roboratus fuerit. Quoad cetera feuda, res expedita est, totaque die frequentatur eiusmodi feudorum nouatio, adeo ut fratres aut collaterales etiam inuiti ad diuisionem adigantur, factaque diuisione et deficiente unius diuisorum stirpe, pars, quam deficiens possederat, domino feudi aperiatur.

Aliud tamen in feudis, quae ciues Norimbergenses possident, receptum est, idque singularibus pactis, anno 1537. inter principatum Bambergensem et ciuitatem Noricam initis, ui quorum dictus principatus tenetur ad feudum defuncti admittere omnes eos agnatos, qui defuncto intra tertium consanguinitatis gradum coniuncti sunt.

QVAESTIO III.

An et quomodo feudum alienetur et oppignoretur:

IN materia alienationis et oppignorationis feudorum tantum abest, ut nostra curia a praescripto communi feudorum iure abeat, ut etiam eo aliquanto rigidior sit: constat enim ad oppignorationem feudi leges communes nullius alius, quam domini, uasalli et agnatorum consensum requirere, nostri autem mores praeter domini et uasalli etiam summi capituli consensum exigunt, uicissim tamen agnatorum consensum insuper habent, ualetque apud nos oppignoratio etiam non consentientibus agnatis, quamquam ab aliqua familia equestri reclamatum, et a sententia domini, qui oppignorationem sine consensu agnatorum factam ualidam pronunciauerat, ad cameram Spirensem appellatum fuerit, ibique adhuc lis pendeat. In casu uenditionis, aut permutationis episcopo paulo plus potestatis est, neque enim uasallus con-

sensu capituli agnatorumue opus haber; sed sufficit ei sola domini uoluntas, licet feudum extra familiam ad omnino extraneos transeat.

QVAESTIO IV.

Quid iuris, si feudum oppignoratum ad dominum redeat, aut in illud agnatus succedat?

DEeantata quidem res est, rem eum onere suo transire, curia tamen nostra, si forte eiusmodi feudum aperiatur, illudque credito, pro quo oppignorarum est, aequale haud sit, non nisi dimidium pretii, quo feudum rum temporis aestimatur, soluere consueuit, soletque sibi super hoc beneficio in tabulis oppignorationis solennissime cauere hac plerumque paraphrasi, **daß das Leben noch so gut am Werth sey als = = = wo das aber am Werth nicht zwermal als Guet wäre / so solle doch diese unsere Bewilligung nicht ferner noch weiter dann für halb als viel / als berührtes Guet werth ist, Krafft haben** &c. quod tamen de solo casu aperturae, et quando onus solutionis in dominum deuoluitur, intelligendum est, neque enim agnatus aut feudi successor, multo minus ipse dominus, si alia, quam caducitatis uia feudo potiatur, hoc beneficio gaudere putest, sed obstringitur uterque ad integrum eredirum exsoluendum, potestque ad id agnatus a domino compelli, ut sc. aliquando feudum liberum tedeat.

Soler et quandoque oppignorationi feudali certum tempus, u. g. triennium, adiici, quo passim uidetur cunsensus dumini et ipsa oppignoratio sic constringi, ut eo lapso et consensus domini et oppignoratio ipsa exspiret, feudumque omni nexu pignoris soluatur: quod tamen hunc intellectum neutiquam habet, sed adiicitur spatium triennale solum cum in finem, ut debitur interea remporis a creditore nec ualide pulsari, nec exceptionem pati possit, quo lapsu et domino ad liberandum feudum, et erediturі ad soluendum agere licet.

An autem post lapsum triennii creditor certo aliquo fatali arcletur, intra quod eum periculo perdendi iuris suam actionem hypothecariam proponere reneatur, non constat: quare probabile, nullum aliud tempus iuri pignoris in curia feudali Bambergensi nuocere posse, quam quod iure communi in *L. omnes. C. de praesc. 30. uel 40. ann.* praescriptum est.

Sane si consensus in oppignorationem tempus triennale elaululis annullatoriis et cassatoiis sic constringat, ut diserte exprimatur, lapso triennio consensum er oppignorationem expirasse, eamque nullius amplius roboris er uirtutis esse, uix est, ut de extinctione eriam ipsiusmet iuris hypotheeae dubitare liceat: quis enim ex eiusmodi uerbis annullatoriis non uidet enixissimam mentem consentientis domini, uolentis sc. feudum suum non diutius quam spatiu rriennali oppignotatum, eoque lapso rursus liberum esse: cum itaque causa limitata produeat quoque tantum limitatum effectum, non est, cur rimeas, hac ratione tempori uirtutem rribui tollendi obligationem, quae nostro casu potius in ipsa causa limitata, quam tempore, resident: et ur maxime tempori tollere obligationem legibus haud euneetlum sit, iisdem tamen quoque uetitum est, actum ultra mentem agentium extendere.

Sed si uasallus Debitor praeter feudum oppignoratum etiam bona allodialia, in quae alii, quam proximus agnatus, iure hereditatio sueeedunt, relinquat, an non tum agnatus non-heres, aut dominus feudi, liquidem ad illum feudum reuerteretur, beneficio Aurhentieae *Hodie si. C. de pignor. et Authen sed hodie. C. de O. et A.* uti possint, ut sc. debitor personalis, quem heredes repraesentant, prius exeutiatur, antequam ad possessorem pignoris deueniatur? Vt ut non meminerim, similem quaestionem nostra in curia inter pares unquam agitatam fuisse, ausim tamen intrepide asserere, dictarum legum beneficium, utpore quas consuetudo nostrae curiae feudalis non sustulerit, nec agnato nec domino sine manifesta iniuria negandum esse, quae enim mutata haud sunt, cur stare pruhibeantur? Quo posito eoncludendum utique est, heredes allodiales (**Ergens-Erben**) uelut debitores principales, ante possessores pignurati feudi, uelut agnatum aut dominum, exeutiendos, nec aliter ad eos possessures deueniendum esse, quam si uel non sint soluendo, aut difficilis conuenriunis: ratio manifesta est, quia eiusmodi oppigneratio feudi formale pignus aut hypotheca est, pignus aurem, uelut quid nutorie aeceSSorium, sine aliquo principali consistere *L. 129. §. 1. L. 178. de R. I.* nec illud principale aliud esse potest, quam ipsa uasalli, qui debitum contraxit personalis obligatio. Cum igitur personalis obligatio id sit, quod personalem debitorem constituat, nec alibi haetere possit, quam in ossibus eius, qui contraxit: sequitur heredes allodiales, ad quos omnia iura defuncti passiue et actiue transeunt, et qui defunctum per omnia repraesentant, eo ipso, quo hereditatem adeunt, omnibus

bus uinculis, quibus defunctus teneba-
tur, innodari, haberique et esse ueros debitores principales, sicuti defunctus fuerat: adeundo enim hereditatem, cum omnibus creditoribus contrahere dicimur, ut proinde omnibus iis nexibus teneamur, quibus defunctus noster tenebatur: *per iura uulgaria.*

Aliud tamen dicendum uidetur, ubi obligatio feudi, non per modum pignoris ad aliquam obligationem personalem accedit, sed in forma expromissi fiat, quod genus obligationis feudi uulgo **Bekantnus** uocamus et plerumque fieri amat, si non agitur de Mutuo aut alio debito a uasallo contracto: atque tunc dominus feudi in tabulis *consensus* hac loquendi formula utitur: **Als haben Wir ihnen seinen Schwester N. und deren Kindern die gebettene 18000. fl. auf berührten Guet N. gnädigst bewilliget und bekennet/ thun das hiemit gegenwärtiglich in Kraft diß Brieffs/ also daß gedachte Schwesteren der gemelten 18000. fl. auf besagten Ritter-Guet N. sicher und gewartend seynd/ auch nach sein von N. tödlichen Abgang solang inn haben/ nutzen und niessen sollen/ biß sein von N. Lebens-Erben/oder wo deren nicht vorhanden/Wir/Unser Stifft/ wer dann dessen Recht hätte/ erwehntes Gut N. mit obbeschriebener Summen der 18000. fl von ihnen und ihren Erben ledigen und lösen**; absque ulla mentione facta praeuiae alicuius obligationis personalis, aut oppignorationis, quo casu dominus non tam in oppignorationem consentit, quin potius se ipsum debitorem, certo tamen modo et casu, constituit, unde efficitur rebus tunc sic se habentibus beneficium dictarum authenticarum non posse domino competere, cum illi tum demum locus sit, quando de ucro pignore, quòd alicui personali obligationi adiicitur et de tertio eius possessore, qui contractui nunquam interuenit, agitur. Expromissor autem sit, qui alienam obligationem in se aut rem suam suscipiat liberato Reo. *L. 7. §. seruus. 8. ff. de dol. mal. L. qui Libertinus 37. in fin. de oper. Libert. L. 4. de cond. ca. dat. L. 8. §. 8. ff. ad SC. Velle.* ut etiam aliquando simpliciter reus nominetur, quia solus obligatur ut quasi reus principalis. *d. L. 7. §. seruus. de dol. mal.* Si igitur primus debitor expromittendo obligationi eximitur, nulla ratio amplius excogitari poterit, qua beneficia Authenticorum exercenda sint, cum nemo superfit, qui ante dominum aut feudum excutiendus est. Sed dices, dato, quod eiusmodi consentiendi modus Expromissioni similis sit, paresque cum ea uirtutes habeat, num igitur talis etiam Agnatos inscios et forte etiam inuitos tenebit? Quod a ratione iuris prorsus alienum uidetur: sicut enim negari non potest, Expromissionem uere contractum esse; ita quoque concedi necesse est, eorum, qui illo obligandi sunt, consensum interuenire debere, neminem autem minus consentire, quam qui ignorat, aut reluctatur.

Respondetur, fatendum utique est, argumentum hoc summa ratione niti, si Expromissio pro contractu et obligatione pure personali accipiatur: sin uero talis Expromissionis species intelligenda uenit, qua res sola debitori principali substituitur, in eamque totum debitum cum liberatione principalis exoneratur, difficultas nulla erit, quin agnati, etiam insciis aut inuiti, per eiusmodi expromissionem inter solum dominum et uasallum celebratam ad debitum exsoluendum, si sc. feudum oneratum ad eos deuoluatur, obstringantur, aut illud creditori cedere teneantur: si enim secundum supra dicta dominus cum uasallo solo, insciis agnatis, feudum per modum oppignorationis ualide et quidem ita onerare potest, ut etiam ipsi agnati successores eiusmodi onus et oppignorationem agnoscere cogantur: quidni poterit etiam per modum expromissionis, nulla apparente disparitatis ratione, iisdem insciis et inuitis, aliquod debitum in feudum transferre, quod ii casu successionis euenientе agnoscant et exsoluant? Quare non ineptum erit, si expromissio, ad exemplum actionis, in realem et personalem diuidatur, quarum illa et dominus et agnati, hac uero solus dominus, aut ii, qui consenserunt, obstringantur.

Obseruandum est porro, quamuis iure communi extra dubium positum sit, si iura creditoris et debitoris in unam personam confluant, tunc ipsa iura extingui: id tamen etiam in nostra curia feudali specialiter receptum est, ut se creditor aut eius heredes, si iure agnationis et ex prima inuestitura ad feudum uocentur, fiantque eius possessores, aut iam ante feudum teneant et deinde modo creditoris heredes fiant, statim totum ius pignoris in feudo perdant: sicut enim nemo sibi ipsi quis debere potest, ita nec ratio iuris patitur, ut cuiquam res sua pignori sit. *L. 45. de R. I. L. pen. ff. de exec. re. Iud.* Atque secundum hanc sententiam anno 1670. litigium inter liberos Waldenrodianos et principatum Bambergensem, super 4500. fl. quae Ioannes Adamus de Waldenrode uxori suae, sub oppignoratione feudi **Grünstein**, titulo dotis, Morgengabae et donationis propter nuptias, debuerat, transactum fuit: ubi inter cetera transactionis capita diserte habetur, fratrem, quamuis creditricis Matris non minus, quam sorores, heres esset, nihil iuris sibi

ex illo mutuo uindicare posse, eo quod succedendo in dictum feudum Grünstein debitor simul etiam creditor hereditando creditricem matrem factus esset, quo casu iura debitoris et creditoris confunderentur et ciusmodi concursu in uno eodemque subiecto se mutuo tollerent: quare tres quartae tribus sororibus adiudicatae, reliqua quarta, quam frater praetenderat, caduca declarata.

In hanc eandem sententiam scriptum est anno 1671. ad sereniſſimum marchionem *Brandenburgico-Barruthenſem*, qui recusauerat tabulas oppignorationis, uulgo consens oder Bewilligung, super feudo quodam Bambergensi anno 1532. confectas et cuiusdam Raabensteinii de Wiersberg uxori traditas, domino feudi restituere, eo quod illas ultimo defuncti dictae familiae Raabensteinianae heredes Allodiales uiderentur uindicare posse: sed responsum est, ultimo defunctum Raabensteinium, cuius feuda ad principatum Bambergensem extincta iam uniuersa familia Raabensteiniana Wiersbergensi redierunt, in linea recta ab utroque et debitore et creditrice descendere, ita ut tam ipse, quam etiam potissime ipsius proximi antecessores primitiuae creditricis heredes extitisse debuerint, quod uel inde pateret, quod tabulae pignoris in patrimonio ultimo defuncti repertae fuerint, quae si alius, quam Raabensteinii defuncti maioris, dictam creditricem hereditasset, alibi quaerendae fuissent, ut proinde alterutrum concludendum sit, aut maiores defuncti heredes fuisse creditricis et cum eius ceteris facultatibus etiam dictas tabulas ad suum patrimonium transtulisse, aut tabulas a creditrice eiusue heredibus debitori, uel masculis successoribus restitutas fuisse, quorum utrumque se solo sufficere ad tollendum debitum, siue sc. possessor feudi debitoris et creditoris heres sit, siue ei chirographum a creditore restitutum fuerit.

Solet quandoque et quidem saepius contingere, ut uasallus in casum non extantium filiorum a domino feudi facultatem impetret, qua liceat sibi suae futurae uiduae, filiabus, aut cuicunque in feudo certam aliquam summam pecuniae constituere, quam agnati, aut dominus reuoluto feudo tenenatur exsoluere: quo casu non habebit locum, quod supra de excussione principalis aut heredum allodialium ante possessorem pignoris dictum est; uidetur enim dominus tum temporis agnatum, aut se ipsum pro debitore uel expromissore, quoad feudum sc. constituisse, aut saltem uasallo potestatem grauandi feudum, qualem absque concessione domini non habuit, nec habere potest, dedisse: sed quidsi uasallus facultate sua, quam ei dominus concessit, non fuerit usus et feudum sine dispositione uasalli ad agnatum aut dominum deuolutum fuerit?

Non uidetur tum temporis uel agnatus uel dominus ad quidquam adstrictus esse, cùm magna sit differentia inter facultatem aliquid faciendi et factum ipsum, neque enim potentia, quae in actum non exiuit, quidquam operatur: enimuero, si rem penitius introspiciamus, ciusmodi facultatis concessio ui ipsa aliud nihil est, quam amotio impedimenti, quo uasallus uetabatur feudum suo arbitrio grauare: si ergo nunquam impeditus fuisset de feudo pro libitu disponere, num igitur dominus eo reuoluto tantum heredibus exsoluere tenebitur, quantum uasallus potuit, si uoluisset, in feudo constituere? Quasi uero ab Herede ex Testamento proximis defuncti consanguineis et amicis tantum legatorum pendendum esset, quantum ipse defunctus nuncupare potuisset: certe secundum illud philosophiorum ueriſſimum iuxta atque ualidiſſimum axioma, a potentia ad actum non ualet argumentum. His tamen omnibus non obstantibus aliud curia Bambergensis in causa nobiliſſimae cuiusdam familiae pronunciauit: concesserat enim princeps episcopus Bambergensis cuidam facultatem aliquot millia florenorum, cui uellet, *in feudo suo Bambergensi constituendi, quae proximus succesſor in feudo tenetur exsoluere*, moritur autem uasallus sine filio, succeduntque in feudum proximi agnati collaterales simultanee inuestiti, qui primo successionis momento ab herede allodiali actione memoratorum florenorum pulsantur: cui quidem ab agnatis respondebatur, uasallum tantum potestatem habuisse alicui in feudo suo constituendi tantam summam, non autem reipsa eam constituisse, adeoque huiusmodi potentiam in uanum abiisse: sed, ut dictum est, succubuere, cuius alia ratio uideri non potest, quam quod laudatus episcopus non multo ante mortem aperte edixerat, in concedenda hac facultate mentem suam fuisse, ut summa concessa ad heredes allodiales transiret, etiamsi uasallus de ea nihil certi disposuisset et secretario, qui tabulas concessionis confecit, imputandum esse, quod suam episcopi mentem clarius haud expresserit, totumque negotium in terminis nudae potentiae reliquerit.

Contingit quandoque, quod dominus feudi simpliciter et directo uasalli uiduae aut filiabus certam summam, quae ab ulteriori uasalli dispositione non pendet, nec expectare necesse est, donec Maritus aut ipse dominus per aliquem

quem actum inter uiuos aut mortuos eam uiduae aut filiabus attribuat, constituit et hoc casu nec dominus nec alius successor feudi ad beneficium ordinis prouocare, aut excussionem heredum allodialium urgere poterit, est enim eiusmodi constitutio non tam feudi oppignoratio, quam potius gratuita donatio pecuniae, in casu aperturae ex feudo a domino soluendae.

QVAESTIO V.

Quid operetur immissio creditoris in feudum?

POstquam causa oppignorationis feudi uentilata, lisque pro creditore decisa est, restat ut iudex sententiam exequatur, quod fit duplici modo: primo immittendo creditorem in feudum *ex primo decreto:* quod hunc effectum habet, ut creditori liceat quidem feudo uti frui, sed tamen ut annue de fructibus rationem reddat et fructus, pro causae qualitate, et sorti et usuris imputet: secundo immittendo in feudum ex *secundo decreto*, per quod feudum creditori in solutum, simul atque potestas datur, feudo deinceps libere et sine ullo onere reddendarum rationum utendi fruendi, fructusque suos faciendi: qua in re mores nostri iterum a iure communi abeunt, dum sc. iuxta leges romanas *primum decretum* nonnisi in nuda rem detinendi facultate consistit, *secundum decretum* uero aliud nihil tribuit, quam quod apud nos primum decretum: si igitur quis immissus fuerit in feudum ex secundo decreto, incipit ab eo momento esse dominus utilis fundi feudalis, teneturque ad omnia ea, ad quae antecessor aut debitor obligatus fuerat: inter quae non est minimum, quod intra annum et diem ei feudum sub poena caducitatis recognoscendum est, quanquam multi existiment, creditoris immisso debitum atque ius hypothecae etiam post factam immissionem tamdiu saluum, ac proinde ad heredes transmissibile esse, quamdiu is de ipsa hypotheca inuestitus haud fuerit: qui tamen manifestus error est: constat enim per dationem in solutum, utpote quae specie solutionis est, extingui debitum, quo extincto nec obligationem principalem, nec ius pignoris amplius consistere posse: quid igitur rebus sic stantibus creditor ad heredes transmittet? certe non-entis nullae sunt qualitates: accedit, quod creditor fructus ex re pignorata non faciat suos, sed sorti et usuris imputare debeat, quod idem est, ac super fructibus perceptis rationem reddere, quam rationum redditionem immissio ex secundo decreto tollit et immissum fructuum perceptorum simpliciter dominum constituit, quod fieri non potest, nisi immissus simul etiam rei ipsiusmet, unde fructus proueniunt, dominus efficiatur, ne alias in qualitate creditoris contra *L. i. 2. et 3. C. de pign. act.* fructus pignoris lucretur, aut ex re aliena sine titulo ad transferendum dominium habili fructus, reclamante uniuerso iure, suos faciat: sicut igitur datio in solutum emptio uenditio est: textus rotundi in *L. si praedium. 4. C. de euict.* et *L. eleganter. 24. de pigner. act. Gail. l. 2. obs. 70. n. 2.* ita quoque inde manifeste sequitur, per dictam dationem in solutum, sicut per ipsam emptionem uenditionem, ueluti titulum ad transferendum dominium et habilem et sua natura ad id ordinatum, in creditorem rei in solutum datae dominium transire. *arg. d. l. eleganter. et ibi cum Bartolo Gothofredus, lit. d.* iusque pignoris, ipsamque actionem pigneratitiam extingui. *D. L. 4. et et 24.* et hic rursus *Gothofredus lit. f.* ubi docet, eum, qui pignus ex iudicati causa habet, emptoris loco esse et ideo re euicta creditori non dari pigneratitiam, sed utilem actionem ex empto, quibus proinde consentaneum erit illud dominium cum omnibus suis qualitatibus eo quidem cum iis praecipue transire, cum quibus antea penes debitorem fuit, inter quos a primaria est, quod illius tantum masculi capaces sint, debeatque a domino directo recognosci, quae duo sane transitum ad promiscuos heredes impediunt et creditorem immissum periculo perdendi feudi, si id intra annum haud recognouerit, obnoxium reddunt.

Sunt et alii, qui existimant, per immissionem ex secundo decreto tolli quidem debitum et nexum hypothecarium, esse autem uasallo debitori per integros 30. annos fas reluere suum feudum, nec tamen teneri interea temporis feudum a domino recognoscere: quam opinionem si sequimur, concedamus necesse est, toto hoc tricennali tempore dominum feudi nec a debitore, nec ab immisso creditore, utpote quorum neuter fidelitatem iurauit, seruitia feudalia et ne quidem feudi reuersionem expectare posse, quin imo pati debere, ut feudum ad creditoris, si is interim sine filiis moriatur, heredes allodiales et sicque ad foeminas et multifarias familias extraneas transeat, etiamsi intra hoc tempus debitor cum tota familia extinctus fuisset, cum enim is per immissionem et in solutum dationem dominio utili exutus fuerit, nihil penes eum ex eiusmodi feudo reliquum manserit, quod posset ab eo ad dominum reuerti: cum igitur talis immissio dominum feudi non modo caducita-

citatis commodo, deficiente interea temporis uaſalli familia, fruſtraretur, ſed etiam caſum reuolutionis per ſucceſſionem aliarum nouarum et ſorte etiam maſculis numeroſiorum foecundiorumque multo difficiliorem redderet, atque hoc modo duplici damno dominum afficeret: credibile haud erit, dominum feudi in facienda immiſſione tam inerti mente fuiſſe, ut debitori ius reluendi ad 30. annos reſeruatum uoluerit, ſeruitiis et caducitatis emolumento interea ſublatis, nec non feudo tot familiarum ſucceſſionibus expoſito: quare hanc opinionem, ueluti damnoſam nec iuri conſentaneam, merito reſpuimus.

Coronidis loco monendum eſt, ſi uaſallus ſine pactis dotalibus, atque oppignoratione deceſſerit relicta uidua atliabus, aequitatem quidam naturalem honoremque matrimonii uideri poſcere, ut dictis perſonis, maxime ſi deficiant bona allodialia, ex feudo de alimentis atque dote prouideatur, ſiue id ad dominum, ſiue ad filium aut agnatos deuolutum fuerit *Reuſner. t. deciſ. 5. n. 14. et ſeq. Vulte, de feud. l. 1. c. 10. n. 61. Hartm. Piſt. 2. q. 38. n. 41.* Quod autem conſuetudine noſtra roboratum necdum fuit, obſeruatur tamen hodienum in feudis oppidanis et uillanis, ubi pro numero filiorum filiarumque, pretioque rerum allodialium, dominus feudi certam ſummam, filiabus ex feudo ſoluendam, ſolet conſtituere, quae tamen tertiam partem feudorum nunquam tranſcendit, ſoletq; ſaepius quinta pars pretii feudorum filiabus concedi: ſin autem bona allodialia ualde opima ſint, uix erit, ut filiae quid ex feudis ſperare poſſint, ſed manent tum temporis filiis agnatis, aut etiam domino feuda ſua ſalua atque integra.

EMPHYTEVSIS.

QVAESTIO I.

Quid ſit emphyteuſis?

A Feudo ad Emphyteuſin, uelut a re uicina ad uicinam, tranſitum facimus, atque hanc cum Zoëſio in *comment. ad ff. forum. l. 19. tit. 2. n. 54.* definimus, quod ſit *contractus, quo res ſoli poſſidenda traditur, quaſi dominii iure, ſub lege annuae penſionis et meliorationis.* Ex quo apparet, emphyteuſin a contractu locati conducti recedere, dum rei conceſſae quaſi dominium in emphyteutam transferat: accedere autem ad eum, quod nomine eiusmodi conceſſionis quotannis certa penſio exſoluenda ſit: ubi praterea notandum, non quasuis res, u. g. mobiles, et ſe mouentes, ſed eas tantum, quae ſoli ſunt, huic contractui ſubiectas eſſe, quod illi ſpeciale, et nec cum contractu locati conducti, nec emptionis et uenditionis, quorum utraque omnia commercio hominum non exempta, promiſcue locari et uendi poſſunt, commune eſt. Differt etiam emphyteuſis a cenſu aut iure cenſitico, quod penes emphyteutam non plenum, ſed utile tantum, dominium rei emphyteuticae ſit, directo apud concedentem manente, fundus autem cenſiticus ſolum poſſeſſorem pro domino agnoſcat, nec is, cui cenſus debetur, in eum quidquam dominii ſibi uindicet, utpote cui nec iuramentum fidelitatis, aliud quidquam praeter cenſum debetur. Aduertendum autem eſt, hodierno uſu loquendi ſub uerbo *emphyteuſis* non amplius intelligi contractum, ſed rem ipſam emphyteuticam, quae eiusmodi contractu concedi ſolet.

QVAESTIO II.

Quomodo acquiratur emphyteuſis?

QVibus modis ceterarum rerum dominia acquiruntur, iisdem emphyteuſis acquiritur, ueluti per teſtamenta, legata, donationes inter uiuos et mortis cauſa, emptionem et ceteros acquirendi modos: notabile tamen eſt in ſucceſſione hereditaria, quod ex conſuetudine patria mulieribus et perſonis eccleſiaſticis quidem licest in bona emphyteutica ſuccedere, eae tamen ad recognoſcenda eiusmodi bona non admittantur, ſed opus habeant iuramentum fidelitatis aut emphyteuticum, per portatorem, uulgo Träger, praeſtare, quo mortuo ſiſtendus eſt alius portator, qui renouet dictum iuramentum fidelitatis et ſe cataſtro, uulgo *urbario*, inſcribi faciat.

Idem obſeruatur in pupillis, furioſis, mente captis, uniuerſitatibus, eccleſiis, monaſteriis, collegiis, xenodochiis, fundationibus et ſimilibus cauſis piis, quae omnes per portatorem inueſtiri debent, quocunque etiam titulo illis emphyteuſis obueniat, plerumque tamen difficiles admodum ſunt domini emphyteutici in admittendis perſonis eccleſiaſticis, monaſteriis et ſimilibus, praecipue ubi bona emphyteutica per uenditionem, permutationem et donationem inter uiuos transferuntur, nec aliter inueſtitura concedi ſolet, niſi ad certam ſummam conſtituto Laudemio, quod ſtato annorum ſpatio, puta ſingulis quindecim, uiginti, aut pluribus paucio-

cioribusue annis ab emphyteuta pendendum eſt, dicuntur enim hoc caſu bona peruenire ad manus mortuas, quae tam tenaces cenſentur, ut nunquam deinceps alienatio, quae domino emphyteutico laudemium parere ſolet, ſperanda ſit: ne igitur dominus emphyteuticus admittendo tales manus mortuas tanti commodi iacturam faciat, prudenter aeque ac iuſte ſibi de hoc Laudemii commodo eo, quo dictum eſt, modo proſpicit. Differt autem portator a mandatario notabiliter, portatore enim tunc opus eſt, quando principalis aut poſſeſſor rei emphyteuticae a ſe ipſo habilis non eſt ad recognoſcendam emphyteuſin, cuiusmodi ſunt praeter ſupra enumeratas perſonas, uniuerſitates, cauſas pias, etiam nobiles et qui nobilibus praeſtantiores ſunt: e contrario mandatarius ſemper capacitatem ſui principalis aut mandantis praeſupponit, qui tamen, mandans ſc. aliunde quam a perſonae ſuae inhabilitate impeditus eſt: ſecundo portatoris inueſtitura expirat, quamprimum principalis capax factus fuerit, ut, ſi pupillus adoleſcentiam attingit, aut eccleſiaſticus diſpenſatione ſummi pontificis ſacris eximitur, quo caſu ipſi principales ſuo nomine ad recognitionem emphyteuſeos tenentur; ſecus eſt in Mandatario, cuius recognitio perdurat etiam impedimento ſublato, ita ut alia recognitione opus non ſit: tertio, mortuo portatore renouanda eſt inueſtitura, non item mortuo mandatario, cum enim per ſeipſum feciſſe uideatur, quod quis per alium fecit, ſequitur recognitionem per mandatarium factam alio loco haberi non poſſe, ac ſi ipſe mandans eam per ſe feciſſet, quae proinde etiam tamdiu uigebit, quamdiu ipſe principalis ſuperſtes fuerit, nec ante ceſſabit, donec et ipſe emphyteuta eſſe ceſſauerit.

Ceterum quem in finem mulieres, pupilli et eccleſiaſtici ad recognitionem emphyteuſeos, quae nullis ſeruitiis obnoxia eſt, non admittantur, atque his non aeque, atque aliis perſonis ſui iuris, opera mandatarii uti liceat, ſed portatoribus indigeant, non ſatis liquet, quin potius exiſtimem, id commentum eſſe eorum, ad quos inueſtiturae arrhabo, uulgo Schreib-Geld, ſpectare ſolet: quo ſaepius enim recognitio repetitur, eo pinguior arrhabonum quaeſtus eſt.

QVAESTIO III.

Quomodo amittatur emphyteuſis?

AD recognoſcendam emphyteuſin integer annus, a tempore deuolutionis, conceditur, quo elapſo et recognitione non facta, emphyteuſis domino directo committitur, niſi penes dominum ſteterit emphyteuſin non recognitam fuiſſe, accidit ſiquidem non raro, quod emphyteuta tempore et loco debito inueſtituram requirat, quod uulgo dicitur, Er muthet das Lehen, dominus autem eam uel nolit, uel legitime impeditus non poſſit impertire, quo caſu conſultum erit documentum petitae inueſtiturae, Muth-Schein, flagitare, uti cuius omne periculum caducitatis aut commiſſionis euitabit: quanquam inueſtitura nunquam, aut modo multis annis poſt lapſum fatalium ſubſequatur, humanius tamen et ciuilius erit, ſi emphyteuta dominum ſuum, cui certe non mediocrem honorem debet, ſaepius quam ſemel pro inueſtitura interpellet, ni uideri uelit, poſt ſemel tantum petitam inueſtituram domino ſuo iam inſultare, eumque eo adigere, ut ipſe iam ordine plane praepoſtero ſe emphyteutam roget et ad recognoſcendam emphyteuſin inuitet.

Aliud receptum eſt in ſolutione canonis, quae quanquam per plures quam duos aut tres annos non fiat, ob id tamen emphyteuſis non committitur, nulla inter eccleſiaſticam et ſecularem emphyteuſin habita diſtinctionis ratione, id quod utrobique iuri communi reſragatur, ubi dilata ſolutione penſionis ad Triennium in emphyteuſi ciuili. *L. 2. C. de iur. emphyt.* ad Biennium uero in eccleſiaſtica. *c. fin. x. de locato.* Dominus directus ſundum emphyteuticum ueluti ſibi commiſſum uindicare poterit: ut proinde mirari ſubeat, cur in caſu recognitionis conſuetudo noſtra iure communi, quod recognitioni nec tempus nec modum ſtatuit, imo in ſucceſſoribus hereditariis ne ipſam quidem exigit, rigidior ſit, ab eo autem, ubi poenam caducitatis infligit, recedat? Ego ut, quod ſentio, dicam, mihi admodum ueroſimile uidetur, olim omnia bona, quae modo emphyteutica ſunt, uera feuda fuiſſe, quae ſucceſſu temporum uel ex pacto aut conniuentia in emphyteuſes degenerauerunt, a quibus ius promiſcuae ſucceſſionis cum ſolo onere canonum et laudemiorum aſſumpſerunt, ex priori feudali natura autem ſola neceſſitate recognitionis intra annum faciendae retenta: atque hinc quoque conſuetudinem de non inueſtiendis mulieribus, aliisque a feudi ſucceſſione iure communi excluſis perſonis, nec non de praeſtando iuramento fidelitatis, itemque nec oppignerando, quae omnia in emphyteuſi communi ignorantur, originem ſuam traxiſſe autumo: ſane in noſtra curia ſuprema feudali (Lehenhoff) id perpetuo et conſtanter in

iis bonis, quae Taulen-Zinß-Lehen uocitamus, omnia illa, quae feudis propria sunt, obseruata fuerunt, solo promiscuae successionis iure excepto, adiectis iosuper laudemio et caoone, ut inde ualde credibile fiat, eos, qui sibi emphyteuses constituebant, dictae curiae mores potius, quam leges Romanas respectasse et ad eius exemplum sua quoque ordinasse.

QVAESTIO IV.

Quae sit obligatio et officium emphyteutae?

QVae emphyteutae facienda fugiendaue sint, ex subiecta formula iuramenti, ad quam emphyteuses recognoscuntur, discES.

So werdet ihr Lehenpflicht thun, geloben und schweren Ihro Hochfürstl. Gnaden, und Dero Stifft getreu und gewahr zu seyn, Deroselben Schaden zu warnen und Frommen getreulich zu werben, ob ihr verschwiegene Lehen wüstet, oder erfahret, die dem Stifft abgetragen wären, oder noch abgetragen und entzogen würden, daß ihr dieselbe ansagen, melden, und nicht verschweigen, keinen anderen Lehenherrn über diese Lehen gewinnen, noch dieselbe anderstwo verrechten und verthätigen, dann bey Ihro Hochfürstl. Gnaden, nichts von diesen Lehen versetzen, verpfänden, verkauffen, vertauschen, verkümmern, in keinerley Weiß, wie das Namen haben mag, ohne Ihro Hochfürstl. Gnaden, und Dero Nachkommen gnädigstes Wissen und Willen, im übrigen euch also erzeigen und erweisen, wie es einem treuen Lehenmann gegen seinen Lehenherrn sich zu erzeigen und zu erweisen wohl anstehet und gebühret: Treulich und ohne Gefehrde. Vbi praeter alia etiam hoc ioprimis notandum est, rei emphyteuticae oppignorationem absque consensu domini prohiberi, permittente eam iure ciuili, quod solum alienationem improbat, *L. 3. C. de iure emphyt.* sub qua oppignoratio proprie non continetur. *L. Iuror. 5. fin. ff. de pign. act.* cum actus alienationis dominium immuret, *Zoës. ad ff. l. 19. tit. 2. n. 96.* quod oppignorator non transfert. *Sermient. 3. select. c. 2. n. 23.* Nec enim pignus per se est titulus ad transferendum dominium habilis, nec si maxime esset et res hypothecata non tradatur, pro uera alienatione haberi posset, eo quod rerum dominia non nudis pactis, sed traditionibus transferantur, *L. 20. C. de pact.* et res non uideatur alienata, quae in bonis emphyteutae manet. *L. alienatum. 67. ff. de u. S.*

QVAESTIO V.

Quomodo soleant emphyteuses oppignorari et an sine praeuia oppignoratione pro debitis chirographariis capi possint?

QVanquam domini non admodum difficiles sint in consentiendo oppignorationi, solent tamen eiusmodi consensum suum ualde restringere, atque raro ultra triennium extendere, quo elapso dicitur uulgo consensus expirasse, non quidem eo iuris effectu, quasi nexus pigoris iam dissolutus et cum hoc actio hyporhecaria sublata sit, sed quod potius post lapsum triennii dicta actio expergiscatur, quae toto illo triennio, uelut ignis inter cinetes, sepulta iacuit: oeque enim creditori fas est, ante lapsum termini debitorem suum actione pulsare, cum consensus domini differendae potius solutionis et suspendendae executionis, quam tollendae obligationis causa certo tempore, quod secundum uulgaria non est modus tollendi obligationem, circumscribatur, habeatque hic locum, quod passim in legatis in dieio relictis quaeritur, quando dies legati cedat et quando ueniat: cedit siquidem dies obligationis aut oppignorationis a momento, quo constituitur obligatio, non tamen uenit, cum ea ante lapsum triennii efficaciter non possit exigi.

Quid si emphyteuta ualde obaeratus sit, in patrimonio tamen praeter emphyteuses nihil habeat, an igitur creditores, si ii credita oppignorarione legitima non muniuerint, ioanes dimittantur? Minime: cum enim hodiernis moribus emphyteuses redactae sint ad instar patrimoniorum. *Anton. Fab. in Cod. l. 4. t. 42. d. 3. n. r. Carpz. p. 2. c. 25. d. 7. n. 8.* in illas perinde, ac in haec, propter debita chirographaria executio fieri potest et uiuente et mortuo emphyteuta: id quod rationem habet, dum enim bona emphyteutica promiscuae successionis, imo etiam bonorum communioni inter coniuges, atque Vnioni prolium obnoxiae sunt, ac proinde non raro casu sic ferente etiam ii, qui a primo acquirente non descendunt, in eiusmodi bona iure ordinario succedunt, atque heredibus deficientibus fiscus admittitur, non modo nihil iotererit domini directi, cui deficiente emphyteutae generatione hodie emphyteusis non amplius aperitur, chirographariioe, an alii, quos dominus arcere non potest, bona emphyteutica possideant, sed etiam ei expediet, creditores reliquis anteponere, tenentur enim illi, dum emphyteusin in solutum accipiunt, laudemium praestare, quod ab aliis qui iure quodam hereditario succedunt, nequaquam expectari, minus flagitari potest.

QVAE-

QVAESTIO VI.

Quid laudemium, et quando debeatur?

INter alia, quae lucri nomine domino directo ex iure emphyteutico obuenire ſolent, praecipuum locum ſibi uendicat laudemium, quod lege Zenonis ad quinquageſimam partem pretii reſtrictum fuit; hodiernis autem moribus ad decimam uſque denuo extenditur, ita ut in ſingula dena pretii domino directo unum ſoluendum ſit: alicubi tamen laudemium uiceſimam tantum partem conficit, alibi etiam ſummam canonis annui non excedit, quod genus emphyteuſeos Obley-Lehen nuncupamus, die in Verendeungs-Fällen nur ſo viel Hand-Lohn zahlen, als ſie jährlich Zinß geben.

Praeſtatur autem laudemium toties, quoties poſſeſſor emphyteuſeos mutatur, ſola hereditaria ſucceſſione excepta, quae non tam nouae poſſeſſionis initium, quam potius priſtinae continuatio eſt, eo quod teſte *Anton. Fab. in C. l. 7. t. 7. def. 5. n. 9. Carpz. deciſ. illuſt. Saxon. deciſ. 225. n. 21. & 33. ut & p. 3. c. 27. n. 6.* ex generali omnium fere locorum conſuetudine poſſeſſio rerum hereditariarum ipſo iure, ſicut dominium, ad heredem transfertur, ut proinde in prima defuncti inueſtitura iam comprehenſus ſit. *Hartm. Piſt. p. 1. q. 50. n. 59. Coler. p. 1. deciſ. 33. n. 25. Amed. a ponte q. 10. Carpz. p. 2. c. 39. d. 21.* atque ob eiusmodi comprehenſionem potius ab ipſo domino, quam defuncto, uocetur. *Franzk. tract. de Laudem. c. 8. n. 26.* quae omnia ſecus ſunt in ſingulari ſucceſſore, qui ab alienatore, et quidem ui alicuius actus interuenientis uocatur. *Franzk. d. l. c. 7. n. 27. & ſeqq.*

Quod usque adeo uerum eſt. ut non ſolum procedat, quando hereditas ad unum, ſed etiam quando ad plures deuoluitur, eo quod diuiſione nondum facta quiuis coheres defunctum in ſolidum repraeſentat. *Bartol. in L. 1. de Impo. luc. deſcript. l. 10. Salic. in l. ea lege 3. C. de cond. ob cauſ. n. 17.*

Et quanquam ſummo iure uideri poſſet, nulli coheredum integrum aliquem fundum emphyteuticum hereditario deberi, ſed ipſo iure fundum inter heredes quaſi iam diuiſum eſſe, et tantam partem in illo cuiuis coheredi competere, pro quanta quisque ad hereditatem uocatur: ex quo ſequeretur, ſi uni coheredum per diuiſionem, quam heredes ſuper uniuerſis rebus hereditariis inter ſe inſtituerunt, integer aliquis fundus obueniret, eiusmodi fundum aut illas partes, quae alias ceteris coheredibus ipſo iure debebentur, non tam hereditatis, quam ſubtilis alicuius permutationis titulo, dum ſc. uiciſſim ſuas partes ſibi in aliis rebus hereditariis competentes coheredibus cedit, huic uni coheredi contingere, ac proinde laudemio obnoxia eſſe: hoc tamen non obſtante, cenſetur coheres eum fundum, qui ipſi per ſortem diuiſionis totus adiicitur, iure hereditario, et ſic ſine onere laudemii obtinere, cum diuiſio, praecipue rerum hereditariarum, non ſit alienatio, nec noua partium aut noui dominii adquiſitio, ſed earundem nuda et diſtincta declaratio. *Sueu. in praelect. de laudem. c. 3. §. in diuiſione. Amed. a ponte tract. de Laudem. q. 25. Carpz. p. 2. c. 39. d. 23. n. 5.* Alienatio autem ſit translatio ſeu adquiſitio illius, quod antea nullo modo noſtrum fuit: quod ſine de diuiſione hereditaria dici non poteſt, cum cuiuis heredum in minima hereditatis particula, imo in qualibet fundorum gleba, ante diuiſionem ius competat: et ſicut anima eſt in corporis partibus organicis, ſc. tota in toto, et tota in qualibet parte, ita quoque cuiusuis coheredis dominium, ante diuiſionem ſc. in quauis particula hereditatis ſolidum et pro indiuiſo eſt. *L. illud 46. ff. de rit. nup. L. ſi teſtamenta. 2. ff. de cond. inſt. L. recte 25. §. 1. de V. S.* Atque hinc eſt, quod diuiſione necdum facta coheres in ſolidum defunctum repraeſentare dicatur. *arg. L. 1. §. 1. C. de imp. luc. deſcr. l. 10.* uideaturque iam in prima emphyteuſeos inueſtitura comprehenſus, et non tam a defuncto, quam a domino ipſo uocari. *Franzk. d. tr. c. 8. n. 26.* Id quod rationi ualde conſentaneum eſt, dum eiusmodi hominum genus ſine facto hominis, ſed ui ſolius legis ſucceſſionis capaces ſunt, quod ſufficit, ut quis intelligi poſſit comprehenſus eſſe in prima conceſſione emphyteuſeos. *Amed. a ponte. d. tr. q. 31. Sueu. d. praelect. c. 13.*

Eſt igitur regula generalis ſtatuenda, omnes eos, qui ueterem emphyteutam repraeſentant, hoc eſt, titulo uniuerſali emphyteuſin obtinent, a laudemiis immunes eſſe.

Datur tamen unus et alter caſus, in quo conſuetudo patriae a iure communi recedit:

Primus eſt, ſi emphyteutica bona inter coheredes inaequaliter diuidantur, ut neceſſe ſit ei, qui uiliorem fundum per ſortem obtinuit, tantum pecuniae adiicere, quantum ſatis eſt, ad eius portionem hereditariam alterius coheredis portioni aequalem reddendam, hoc enim caſu laudemium de ea pecunia, quae hoc modo exſoluitur, a ſoluente debetur: quod etiam et quidem multo magis locum habet, ſi uni totum id,

quod emphyteuticum eſt, obueniat, et alteri coheredi ſua pars, quae ipſi in eiusmodi emphyteutico debebatur, pecunia ſarciatur, hac ratione enim coheredi fundus emphyteuticus in tantum, in quantum pecunia aut pretium interuenit, ex cauſa empti et uenditi contingere uidetur, qui cum titulus ſingularis et non uniuerſalis ſit, mirum haud eſt, ſi laudemio locus detur.

Secundus caſus eſt, ſi pacto, ſententia, aut praeſcriptione ius alicui adquiſitum ſit, etiam in hereditariis deuolutionibus laudemium exigendi, cuiusmodi iure plures domini emphyteutici in hoc principatu Bambergenſi gaudent, ueluti Norimbergenſis familia patricia Loffelholziorum, in bonis, quae alii ab iis in emphyteuſin recognoſcunt: et hoc laudemium dicitur Erb-Handlohn.

COMMVNIO BONORVM *INTER CONIVGES.*

QVAESTIO I.

Quid ſit talis communio bonorum?

ARgumentum hoc communionis bonorum proprie ſic dictum, ein verſammlet Haab und Guet, noſtra in patria longo alio ſenſu, quam in ſure Romano, accipi atque tractari ſolet: Romanis enim, et omnibus iis, qui ſolis eorum legibus uiuunt, communio rerum aliud nihil eſt, quam ſi plures rem unam pro indiuiſo poſſident, ita tamen, ut iure ipſo res diuiſa, et nemo poſſeſſorum in ſolidum, ſed pro parte tantum rei dominus ſit: quae omnia alia ſunt in noſtra communione bonorum, qua de acturi ſumus: per eam enim ſic utriusque coniugis bona confunduntur, ut quiuis eorum totius patrimonii in ſolidum dominus ſit, et quae uxoris fuerunt, iam et eiusdem, et mariti ſint; uiciſſim quae maritus habuerat, iam ſua et uxoris ſuae ſint, uno uerbo, et maritus et uxor iure dicere poteſt, totum patrimonium meum eſt.

Meminimus quidem probe, in delicatis Romanae ciuilis prudentiae conſultorum auribus ualde abſonam uocem eſſe, dum dicitur, poſſe eſſe plures dominos unius rei in ſolidum: ſed qui meminiſſe uelit, id ſolum ſublimis alicuius ſubtilitatis partum eſſe, dum hactenus leges Romanae plures in ſolidum dominos admittere uoluerunt, eaeque non minori ab eo, quod quis pro parte teſtatus et pro parte inteſtatus decedere poſſit, uelut a re, quae naturae repugnet. *L. 7. de R. J.* abhorruerunt, et tamen multas Europae, praecipue Belgii, prouincias, absque ullo horrore poteſtatem partim teſtato et partim inteſtato decedendi, teſte *Vinnio in comment. ad Inſt. l. 2. t. 14. n. 7.* complexas eſſe, is nobis noſtraeque conſuetudini nouitatem hanc facile condonabit. Atque haec noſtra ſententia iam pridem etiam uſu ac moribus a principatu Herbipolenſi commendata fuit, ubi ſecundum prouinciae conſuetudinem utrique coniugum ſuper tertia tantum parte totius patrimonii communis teſtari licet, ita ut hoc modo duae tertiae communione bonorum non inuoluantur, ultima tertia autem coniugibus communis maneat, nec ulli eorum diſpoſitioni aut teſtamento (intellige, ſi illud non conſentiente altero conſorte conficiatur) obnoxia ſit: quod aliunde proficiſci non poteſt, quam ex dominio utrique coniugum in hanc ultimam tertiam in ſolidum competente. Si igitur populo Herbipolitano haud uiſum fuerit abſurdum, ambos coniuges ſaltem alicuius partis bonorum dominos in ſolidum facere, nihil quoque populus Babebergicus peccauerit, ſi idem de uniuerſo patrimonio, quod gens Franconica de eius parte conſtituit, ſtatutum uelit, nulla ratione apparente, cur facilius pars, quam totum, duobus dominis in ſolidum ſubiici poſſit.

Sin autem intellectus tui ea ſit teneritudo, ut hanc noſtram ſententiam uelut nouum et nimis uiolentum dogma, concoquere haud queat, iuuari poterit ſtomachi tui imbecillitas ex Iacobi Rickii tractatu *de unione prolium*, ubi *c. 2. n. 19. ex Car. Molin. in Conſuet. Pariſien. §. 25. in principio* docet: quanquam inter coniuges communio bonorum, eorumque uxor pro dimidia parte domina ſit, attamen eam communionem non eſſe proprie in actu, ſed ſolum in habitu, et ſoluto demum matrimonio exire in actum, et in ueram atque actualem dominii et poſſeſſionis ſocietatem, ſiquidem ſtante matrimonio maritus, ut legalis adminiſtrator, poteſtatem habeat res uniuerſas et integras absque conſenſu uxoris alienandi, quae authoritas adminiſtrationis, alienandique poteſtas faciat, ut maritus totius patrimonii actu dominus ſit, ſed non abſolutus, atque hinc fiat, quod ſtante matrimonio iſthaec communio quoad dominium et poſſeſſionem quodammodo ſit impropria et impedita, propter adminiſtrationem marito competentem &c.

Sed quorſum illae ſollicitudines tam anxie confuſionem dominiorum inter coniuges adſtruendi? Annon ipſum ius Romanum, et cum eo tota iurisperitorum ſchola, quando materiam iuris accreſcendi agitant, in re duobus diſiun-

iunctim legata duos dominos in soli-
dum agnoscit? dum enim *L. unica §. ubi n. C. de Caduc. toll. et ibi DD.* sentit, quod unua disiunctorum ex sua persona solidum habeat, et deficiente altero disiunctorum non magis alienum consequatur, quam suum non diminutum retineat, quid aliud innuit, quam quod una res duobus in solidum debeatur, consequenter in dominio duorum in solidum sit? certe si ex doctrina *d. L.* Disiunctus totam rem e sua propria, non aliena, persona habeat, et neuter disiunctorum plus iuris, quam alter, in rem sibi uindicet, non potuit non disiunctus deficiens idem dominium eiusdemque rei habuisse, quod collegatarius non deficiens habet: atqui hic habet ex sententia *d. L. unicae* solidum, et quidem non beneficio deficientis, ergo etiam deficiens illud habuit ex sua et non alterius persona, et sic simul et semel unius rei duo domini fuisse debuerunt, quod etiam Goueanua *lib. de Iur. accrescen. n. 6. et 7.* non obscure statuit, esse sc. sas utrique collegatariorum re coniunctorum rem legatam in solidum uindicare, quod sane locum inuenire haud posset, si uterque non eodem modo dominus in solidum esset, cum rem uindicare nemini alii, quam rei domino conueniat.

A repones, et Iustinisnum in *d. L. un. & §. si eadem §. Inst. de legat.* Et laudatum Goueanum, nec non ceteros omnes doctores, quicunque cuiuis collegatariorum ius rem legatam uindicandi in solidum concedunt, simul atque sententiam suam sic temperare, ut facto utriusque concursu, hoc est, quando uterque rem sibi et pro se absque alterius societate habere intendit, legatum inter eos scindatur, siue partes fiant, quod certe non est constituere duos unius rei dominos in solidum.

Resp. Nec nos tam stupidi sumus, ut existimemus, simul et semel a duobus posse ius dominii in rem eandem exerceri, u. g. a Caio in Sempronium, et a Titio in Seium alienari, aut ab unoquoque rei fructus integros percipi: si enim ad usum iuris deueniatur, ultro concedimus, eum nonnisi ab utroque sc. simul et semel pro partibus insticui debere, neque etiam aliter per rerum naturam possibile esse, quin autem dominium eiusmodi rei penes illos duos in solidum consistat, nihil impedit, ad exemplum seruitutis u. g. hauriendi aquam ex puteo pluribus constituta, ubi cuiuis illorum, quibus seruitus constituta est, quolibet tempore, quando tandem uolet, haurire licet, puteus uero ad hausturn eodem instanti plures quam unum admittere non potest, sed necesse est, ut haurire uolentes id successiue faciant, neque tamen fuit, qui negare ausus, propter successiuum et diuisum seruitutis, usum ipsam seruitutem pluribus in solidum constitutam esse: sicut ergo seruitutis natura indiuidua est, ipsumque ius totius seruitutis penes plures residere, aut res eadem pluribus simul in solidum seruire dicitur, non obstante, quod ipse actus seruitutis simul et eodem instanti a pluribus exarceri haud possit: ita quoque nihil absurdum erit, si dicatur res una eademque plurimum dominio in solidum subiecta esse, quanquam illi plures simul et uno eodemque instanti potestatem dominii in solidum exercere haud possint, id quod distinctione ante indigitata optime comprehenditur et defenditur, dum nimirum unum dominium *habitu*, et alterum *actu* statuitur, quorum illud commodissime penes duos in solidum consistere poterit, secus uero hoc.

QVAESTIO II.

Quomodo et quando constituatur communio bonorum?

MOdus constituendi talem communionem bonorum ui solius consuetudinis, is solus atque unicus est utriusque coniugis cohabitatio per integrum annum et diem a primo momento contracti matrimonii continuata, post quam et quidem ultimo die absoluto resultat in unoquoque coniugum dominium in utriusque bona et iura absque ulla alia uoluntatis declaratione, conuentione aut pactis, utpote quibus omnibus haud opus est, ubi lex et quae illi par est, consuetudo hominibus prouidet; nec mirum cui uideri debet, matrimonio mores nostros tantam uim a multis retro seculis non auditam tribuere. Si enim illud efficit, ut coniugum animi atque corpora ipso momento, quo contractus matrimonii absoluitur, in mutua uelut dominia transeant, rationi ualde conueniens est, ut et illa omnia, quae his uiliora sunt, eandem conditionem subeant et quae animo. corporique seruiunt, libertate iis maiore haud exultent.

Sin autem utrique, aut saltem uni coniugum animus non sit, eo modo bona commiscere, is mature aut statim in uestibulo matrimonii, aut saltem medio tempore cohabitationis, ante finem anni, de sua uoluntate conteſtabitur, quo facto impedietur communio bonorum, consistentque omnia intra terminos iuris ciuilis, neque enim quidquam frequentius est, quam quod pacta legibus

derogent, tollatque prouiſio hominis prouiſionem legis. Poſt abſolutum cohabitationis annum et diem interponere animi teſtationem de non habenda bonorum communione, inutile eſſet et nihil ageretur, cum alteri parti iam ius quaeſitum ſit, quod ei inuitae auferri non licet.

Poteſt etiam communio bonorum ſtatim cum ipſa coniugum cohabitatione naſci, ſed tunc opus erit ſolenniori uoluntatis declaratione pactisque manifeſtis.

QVAESTIO III.

Quae bona fiant communia?

IN communionem bonorum ueniunt omnia ea, quorum coniuges capaces ſunt, adeoque tam futura quam praeſentia, allodialia et emphyteutica: e contra uero feuda cuiuscunque generis, utpote quae nemo poſſidere poteſt, quam qui a prima inueſtitura uocatur, fugiunt communionem: ſimiliter et ea bona, quae fideicommiſſaria uocamus, ut et omnia illa, quae alicui coniugum ea lege, ne in communionem ueniant, conceduntur.

QVAESTIO IV.

An alterutri coniugum teſtari liceat?

NEutiquam: cum enim alter coniugum quoque ius habeat in bonis communibus, ut ſupra oſtenſum eſt, hoc ei per teſtamentum alterius coniugis auferri non poteſt, quod usque adeo uerum eſt, ut nec pro dimidia parte bonorum, aut ſaltem quoad ea bona, quae a uolente teſtari proficiſcuntur, teſtandi facultatem habeat, propter rationem condominii, quod alter coniugum ui conſtitutae communionis in alterius coniugis bonis habet: quo caſu coniux teſtari uolens uideretur potius de alieno, quam de ſuo teſtari quod permiſſum haud eſt.

Quod ulterius inde confirmatur: ſi conſuetudo, aut ſtatutum in bonis coniugum, eorumque ſucceſſionibus certum ius diſponit, modumue praeſcribit, aut alterutri certam portionem confert, non poteſt id mutare alteruter coniugum, nec in praeiudicium aut deminutionem eius diſponere; neque enim ratione aliqua lucrum, quod publico legis beneficio quis conſequitur, auferre homo priuatus poteſt: *nouell. 22. §. ceterum. 33. Mynſ. cent. 5. obſ. 32. Peck. de teſtam. coniug. l. 2. c. 1. Pick. de union. prol. c. 2. n. 12. Gail. 2. obſ. 86. n. 17. Berlich. p. 3. conc. 9. n. 3. et 4.* Etiamſi illa portio uniuerſum coniugis defuncti patrimonium abſorbeat. *Carpz. p. 3. c. 7. d. c. per tot.* ubi contra aliquos DD. cum *Chriſtoph. Zobel et Penſold*, ſtatuit, mobilia uxoris, quae iure Saxonico ſuperſtiti Marito deferuntur, ſic marito deberi, ut uxor de iis nihil omnino quocunque modo in praeiudicium Mariti diſponere poſſit, etiamſi praeter illa bona mobilia nihil aliud in patrimonio habeat et hac ratione teſtandi facultate carere cogatur. Certum autem et manifeſtum eſt, conſuetudinem noſtram integrum patrimonium moriente uno coniugum alteri ſuperſtiti ſic deferre, ut etiam ipſi liberi a ſucceſſionem in paternam aut maternam hereditatem abſtinere et eam totam parentum ſuperſtiti permittere cogantur, quae liberorum excluſio cum mage naturae et aequitati, quam non habere poteſtatem teſtandi, repugnare uideatur, nos de coniugalis noſtrae communionis uirtute et efficacia altius quid et hoc quidem praeſumere facit, ſanctitatem matrimonii amoremque coniugum apud populum Babebergicum ſummo ſemper loco fuiſſe, quam ſuam magnificam exiſtimationem aliter teſtatam facere neſciuerit, quam honorando ſuperſtitem coniugem pleno atque abſolutiſſimo uniuerſi patrimonii dominio, atque ut apertius omnibus conſtaret, quam ſerio et enixe cuperet, omnes facultates ad ſuperſtitem deuolui, eumque penes perpetuo et irreuocabiliter manere, naturae uim intulit, retractis a ſucceſſione liberis, qui eam uiuo utroque parentum, ex ſenſu legis Romanae, iam praelibaſſe atque quodammodo rerum domini uidebantur: magnus conatus, quem teſtamento praemorituri coniugis obnoxium facere, eluſionique exponere nefas eſt, nec ſana ratio admittit: quorſum enim deuolutio uniuerſi patrimonii contra liberos, ipſumque naturae imperium, tam operoſe munitur, ſi praemorituro coniugi facultas relinquatur, eam teſtamentulo, aut ſimili aliqua diſpoſiti uncula ſubruendi et, quod uia directa non licuit, per obliquum faciendi? Et ſane ſi conſuetudinis noſtrae mens unquam fuiſſet, ſaltem unum modum, quo plena deuolutio uniuerſi patrimonii ad ſuperſtitem coniugem impediretur, tolerare, nullus omnium honeſtior, iuſtior et aequior admitti potuiſſet, quam ut naturae iura intaminata, liberique eo, quo fas et natura, piumque parentis uotum uocabant, recto tramite progredi finerentur: cum autem hunc tramitem, omni aequitate, naturaeque authoritate inſuper habita, amore coniugis ſuperſtitis ualide obſtruxerit, nemini, ut puto, amplius, conſiderato ſc. argumento a maiori ad mi-

minus, credibile fieri poterit, eam alium cuniculum aut effugium, quod tantis iuris praerogatiuis, quantis liberorum iura in paternam hereditatem non gaudet, patere uoluiſſe, per quod eoniux ſuperſtes tam grandi beneficio, quo ſibi conſuetudo illius fidem amoresque coniugales, etiam cum damno liberorum honorare propoſuit, carere, atque ipſa conſuetudo ſemet ſuo tam egregio nec ullis laudibus ſat extollendo fine ſcopoque fraudare cogeretur.

At exclamabis, hac ratione inter coniuges *perire teſtamenti factionem*, quam homini libero auferre indignum et contra bonos mores ſit.

Reſp. primo, negando aſſumptum. Tantum enim abeſt, ut teſtamenti factio per communionem bonorum auferatur, ut potius per eam magis roboretur et amplietur, dum ſaepius contingit, beneficio eiusmodi communionis tam utrumque, quam alterutrum coniugum multo maiores opes acquirere, ſuper quibus ſuperſtes, *ſolutis poſtea matrimonio et communione, utique liberrime teſtamentum ampliſſimum condere poterit*, quod forte alias omiſſa communione ualde ieiunum et anguſtum fuiſſet, quare communio teſtamenti factionem potius tantum differt, quam aufert.

Reſp. ſecundo, communionem hanc bonorum *iam ipſum coniugum teſtamentum eſſe*, ſicut enim unio prolium teſte *Peckio, de teſtam. coniug. l. 3. c. 1. Pick. d. tract. c. 10. n. 1.* pro teſtamento facto et tali pacto habendum, quod facultatem teſtandi non tam aufert, quam potius uoluntatem *alias ambulatoriam arctat et obligatoriam facit*, ut ſc. teſtamentum ſemel factum non amplius mutari poſſit: ita quoque non minus ipſa communio propter omnimodam, quam cum unione habet, ſimilitudinem pro eiusmodi teſtamento coniugum et tali pacto agnoſcenda eſt, qua ſemel declarata uoluntas, aut teſtamenti condendi ad actum redacta facultas immobiliter figatur, eximaturque hominis in conſtantiae et mutationi, id quod nec lege prohibitum, nec ex ſua natura turpe et abſurdum eſt, cum et alias teſtator, qui de non reuocando teſtamento facto iureiurando ſe obligauit, illud non poterit reuocare, ſi non fuerit orta noua cauſa. *Vaſq. de ſucceſſ. tit. ſucceſſ. reſolut. l. 1. §. 1. in princ.*

Reſp. tertio, leges ſolum improbare, quando quis directo id agit, ut teſtandi libertate priuetur, non etiam, ſi ea libertas tantum ex conſequenti impediatur, ueluti in donatione omnium bonorum tam praeſentium, quam futurorum ſolet contingere. *L. ſi Arrogator. 22. de adopt. L. 8. §. 15. de inoff. teſt. auth. ingre. h.*

A *C. de SS. eccl. Zoës ad ff. 39. t. 5. n. 28. Carpz. p. 3. c. 7. d. 4. n. 8.* perinde ut aes alienum liberam teſtandi facultatem impedit, quippe quod ante omnia ex bonis defuncti eſt deducendum, facto etiam teſtamento.

Reſp. quarto. Vt ut etiam per communionem noſtram directo tolleretur teſtamenti factio, propterea tamen ipſa communio non magis eſſet reiicienda; B quid enim peccarunt, aut quid turpiter egerunt illi, qui libere et animo deliberato ſemet arbitrio teſtandi abdicant? Siquidem uoluntatem humanam et ſpem futurae actionis plena intercedente donatoris, coniugis, uoluntate transferri et auferri poſſe non immerito placuit. *L. 3. C. de don. c. religioſus. de elect. in 6.* neque enim conſuetudini noſtrae recte interdicitur hac in re Romanam legem apud patriam Bambergenſem abrogare, cui permiſſum aliis in negotiis iuriſprudentiae Romanae contraria introducere, eſſe autem ablationem facultatis teſtandi ſola lege humana, non uero naturali et bonis moribus, uel honeſtate prohibitam, id uel inde patet, quod apud omnes in confeſſo ſit, ſaltem pro parte teſtamenti factionem ſtatutis uel pacto tolli poſſe, quod fieri nefas eſſet, ſi priuare quem facultate teſtandi honeſtati naturali repugnaret, quae enim ſui natura turpia et illicita ſunt, ea nec pro parte nec pro toto admitti poſſunt, hinc ſi liceat aliquid pro parte prohibere, licebit etiam pro toto. *Pick. d. l. c. 3. n. 53.* Atque hinc eſt, quod famigeratiſſimi Hiſpaniae ICti, Couarr. *in rubr. de teſtam. p. 2. n. 5. 6. et 15.* et Fortun. Garzias. *de ultim. fin. iur.* non ueriti fuerint docere, facultatem teſtandi tam pro toto quam pro parte *ſtatutis*, ergo etiam conſuetudine, uel pacto tolli poſſe.

Quid? quod etiam ipſae Romanorum leges quampluribus liberis hominibus liberum hoc et a natura ipſa quaſi conceſſum teſtandi arbitrium auferant, ut uidere eſt in patref. qui ſe arrogari patitur, is enim ſtante arrogatione teſtamentum facere haud poteſt. *§. non tamen. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Item *t. inſt. quib. non eſt perm. fac. teſtam. in princ. L. qui in 6. ff. de teſtam.* adeo ut etiam teſtamentum ante arrogationem factum rumpatur aut irritum fiat. *dd. LL.* Vt modo taceam homines religioſos, praecipue uiros principes ſacrorum tam militarium, quam clauſtralium ordinum, qui omnes ſolenni uoto a ſe arbitrium et poteſtatem teſtandi abdicauerunt, quis autem unquam auditus fuit, qui auſus tantum cogitare aut dicere, tot et tantos uiros contra bonos mores, aut turpiter egiſſe?

QVAE-

QVAESTIO V.

An uno coniugum debitum contrahente alter quoque coniugum obligetur?

Reſp. utique. Maxime ſi maritus aes alienum contraxerit: is enim familiae caput eſt, eumque penes principalis bonorum adminiſtratio reſidet; accedit, quod natura communionis omnia iura tam paſſiua quam actiua B conſuſa uelit, uideanturque coniuges conſtituendo communionem bonorum etiam ſe ad futura alterutrius debita obligare, ſicut eo ipſo tempore, quo conſtituitur aut initium capit communio bonorum, obligantur ad ea debita, quae alter coniugum ſecum adfert, quibusque iam obligatus fuerat, antequam aut nuberet, aut communionem conſtitueret, neque enim afferri poteſt diſparitas, praecipue cum etiam iure communi onera et debita, ſicuti et lucra, quae ſtante matrimonio obueniunt, inter utrumque coniugem communicentur.

Ex quo porro ſequitur, mortuo marito non licere uxori ea bona, quae a marito profecta ſunt, repudiare, aut tantum cum beneficio inuentarii adire, ut ſc. ſolutionem aeris alieni, ſi forte id facultates mariti ſuperet, declinet, eo quod tam D ipſa, quam maritus ſecundum ante dicta uiſa fuerit contraxiſſe et conſequenter creditori obligata fuiſſe, quam obligationem inuito eo alio modo, quam ſoluendo, exuere haud potis eſt: praeterea cum conſtet, omnia bona per communionem confuſa, eorumque dominia ultro citroque translata atque communicata eſſe, non erit ſeparationi aut diſtinctioni bonorum locus, ut proinde aut omnibus bonis cedere, aut ſoluere debita neceſſe ſit.

Sin uxor debita contrahat, non protinus maritus aut patrimonium obligabitur, ſi ſc. contractus ille principaliter ipſam familiam aut eius adminiſtrationem reſpiciat, quae penes uxorem tamen non eſt: hinc igitur omnes ſcire F debent, non legitime contrahi cum eo, qui patrimonii adminiſtrationem, cuius praecipua pars eſt contractus celebrare, non habet.

Aliud tamen dicendum eſt, ſi debita contracta adminiſtrationem familiae aut omnino non reſpiciunt, quod fit, dum uxor ſibi pretioſa ueſtimenta et ſimilia comparat, aut ſi reſpiciunt qui- G dem, concernant tamen eam partem, cui ipſa a marito praepoſita eſt, ueluti ſi uir mercaturam exercet uxoremque diuendendis mercibus aut tabernae mercatoriae, dem Kram-Laden, praeficiat: *certe utroque caſu maritus tenebitur:* et primo quidem caſu, quia negotium tale eſt, A quod maritorum curae non incumbit, ſed uxores, quae ſibi ipſis de ueſtimentis et mundo muliebri plerumque proſpiciunt, per ſe ipſas ſine mariti opera expedire ſolent, quare ei, qui ſuper huiusmodi negotio cum uxore contrahit, nihil imputari poteſt, quod ſibi de marito, qui ad ſimilia negotia rariſſime concurrit, ſed uxoribus expedienda relinquit, cauere debuiſſet, cum et uxor illud ſuo quodam iure peragat et maritus in id conſenſiſſe cenſeatur.

Secundo caſu res minus difficultatis habet, dum ibi uxor inſtitoris uices ſubit, qui teſte §. 2. *inſt. quod cum eo, qui in alien. Vinnio ibid. uerſ. inſtitores.* Dominum ſuum ualide obligat.

Sane ſi uxor in coemendo ueſtimenta pretioſa modum excedat, aut talis ſit, cuius conditioni ſimilia non conueniant, C u. g. ſi uxor hortulani, aut figuli pro integris ueſtibus holoſerica, aut apud aurifabrum gemmas, magnique pretii annulos, catenasque aureas deſiderer, non excuſabitur mercator et aurifaber, cui negotium merito ſuſpectum eſſe, prudenterque cogitare debuiſſet, uxorem ſimilia ſibi comparare uel inuito, uel inſcio marito, qui, ſi prudens ſit, ornatum talem, quo tam immodice ſua ſuorumque conditio exceditur, minime toleraturus, multo minus eius publicum uſum, qui ſe ſuosque publicis obtrectationibus et ſorte etiam magiſtratus coercitionibus exponat, uxori permiſſurus ſit.

QVAESTIO VI.

E *An alterutri coniugum dictata poena pecuniaria bona communia afficiat?*

FAcilis eſt reſponſio ex ſupra dictis, ſi enim omnia bona uniuscuiusque coniugis ſint in ſolidum confuſa et communicata, ſequitur manifeſte, poſſe mulctam ex omnibus bonis confuſis, etiamſi ea dimidiam eorum partem, aut etiam omnia abſorbeat, deſibari, uideturque tum ea potius ex propriis bonis coniugis condemnati ſolui.

Si tamen delictum tale ſit, quod diſſolutionem cohabitationis coniugalis, iacturamque omnium lucrorum et utilitatum matrimonialium poſt ſe trahat, cuiusmodi eſt adulterium duplex, quod teſte *nouella 117. Carpz. p. 3. c. 26. d. 9. et p. 4. c. 21. d. 3.* coniugem innocentem a cohabitatione abſoluit et adulterum coniugem omnibus lucris nuptialibus ſpoliat, uix erit, ut omnia bona confuſa multae obnoxia ſint, agente ſc. altero coniugum ad ſeparationem menſae et thori, nec non ad priuationem lucrorum nuptialium, tunc enim neceſſario

quo-

quoque communio bonorum dissol-A uenda est; tum quod ea radicetur in constanti coniugum cohabitatione, tum quod ea sic talis utilitas et lucrum, quod aliunde proficisci non potest, quam ex nuptiis et matrimonio, ideoque ea coniunx adulter praeuia separatione mensae et thori merito spoliari debet.

Si igitur eiusmodi casus separationis incidat, diuidenda sunt bona inter coniuges in duas aequales partes, quarum B altera condemnato cedit, patiturque sola mulctas, quas iudex reo imposuit, altera parte illibata, siue condemnati pars soluendo par sit, siue non.

Dices, eo modo uix esse, ut reus respectu bonorum matrimonialium poenam patiatur, si patrimonium a solo coniuge innocente profectum fuerit, nihilque in bonis habuerit coniux reus, dum matrimonium contrahebat, hac enim C ratione saltem adhuc dimidium bonorum, quae soło beneficio matrimonii ei obuenerunt, lucraretur. Respondetur: id quidem summo iure uerum esse, debereque coniugi reo omne id, quod ei matrimonium siue per statuta, siue pacta et consuetudines adiecit, auferri, nec quidquam ei relinqui: *Beust. tract. connub. p. 2. c. 21. Farinac. q. 142. n. 35. Iul. Clar. l. 5. sent. §. adult. n. 12.* tenentur D enim maritus et uxor ad paria et parem fidem. *Chassan. ad consuet. Burgund. rubr. 9. §. 6. n. 20.* aliud autem moribus nostris, praecipue apud nostrum consistorium causarum matrimonialium tribunal, ubi frequentissimae quaestiones super separatione coniugum et hinc pendente diuisione bonorum incidere solent, receptum est, instituiturque semper diui- E sio secundum capita absque ulla distinctione bonorum, a quo coniugum ea profecta sint. Quod forte eam rationem habet, cum saepius soleat contingere, ut coniux reus totum patrimonium secum ad nuptias attulerit, coniux uero innocens nihil, et tamen reus plectatur dimidia sui patrimonii parte, quod fieri haud posset, si ei illud tantum, F quod beneficio matrimonii et non aliunde posset erat, auferendum esset. Quare dum coniugi reo, qui forte ante nuptias aut nihil, aut saltem non dimidiam in bonis habuit, aliquid, quod summo iure perdidisset, relinquitur, compensatur cum eo casu, quo coniux reus totum patrimonium matrimonio intulit, illudque cum consorte ex aequo diui- G dere cogitur, cum tamen secundum dispositionem *L. Iubemus u. uerf. si uero etc. C. de repud.* quarta tantum eius parte mulctari deberet. Quae mutua casuum compensatio nostram consuetudinem in iacturis lucrorum nuptialium utcunque sustinere uidetur, maxime cum multis in locis statuta uigeant, ut nulla dote illata aut donatione propter nuptias constituta, coniux ob adulterium coniugis ex bonis ipsius tantam portionem lucretur, quantam ipsi statutum in casu successionis ab intestato tribuit, hinc in terris Saxonicis teste *Carpz. in pract. crim. p. 2. q. 64. n. 44.* Mulier ob adulterium mariti quartam partem existentibus liberis capit, collatis tamen omnibus suis bonis, tam quae ad maritum attulit, quam quae constante matrimonio ex hereditatibus aut aliunde acquisiuit.

Vbi tamen obseruandum est, si negotium ad casum diuisionis poenalis prolabatur, extentque liberi utrique coniugi communes, tunc liberos quoque partes facere, ita ut bona in capita familiae, sc. secundum numerum liberorum coniugumque diuidenda, partesque, quas liberi faciunt, coniugi innocenti, penes quem liberorum educatio iure merito manebit, attribuendae sint, idque propter alimenta liberis debita [illegible]orum onus si innocenti coniugi soli imponeretur, reportaret reus pro poena et damno lucrum, eique suus dolus contra aequitatem et iuris rationem patrocinaretur.

Ex quo porro colligere est, partes bonorum, quas liberi faciunt, non fieri proprias liberorum, sed earum dominium coniugi innocenti accedere, ne alias diuisio, quae in fauorem illius introducta est, in odium eius detorqueatur, fiatque per delictum consortis deterioris conditionis, quam fuit aut fuisset, si liberi non extarent, aut cohabitatio coniugalis per mortem soluta fuisset, quo casu integrum omnium bonorum dominium administrationemque retinuisset, nec se diuisionis reum fecisset, quamdiu uitam uiduam coluisset. Vt taceam communionem bonorum tantum coniugibus, inter quos etiam solos consistit, non liberis ius dominii acquirere, ita quoque diuisionem, quae sola iura ex communione fluentia spectat, non plus, quam liberis ex communione debetur, debetur autem nihil, attribuere posse.

QVAESTIO VII.

An communio bonorum omnia bona ubicunque, etiam extra locum consuetudinis sita, afficiat?

FVit haec quaestio aliquamdiu difficilis uisa propter eos, qui alibi, ubi communiones bonorum incognitae sunt, uxores duxerunt, patriaeque mores uel ignorauerunt, uel sibi consultius putauere, usum dominiumque

bonorum ad praescriptum legum Romanarum exigere: modo autem nihil moror asserere, etiam ea bona, quae extra terminos iuris nostri consuetudinarii iacent, in utriusque coniugum dominium transire, modo uterque coniux matrimonium in loco consuetudinis contrahat, cohabitetque ibi per integrum annum et diem animo domicilium figendi: siquidem communio bonorum, aut potius matrimonium, in quo radicatur, contractus est, in quod omnia, quae contractibus communia sunt, cadunt, quorum etiam illud non postremum est, quod iudicentur et regulentur secundum leges et consuetudines illius loci, ubi celebrantur, ad similitudinem ultimarum uoluntatum, quae si secundum leges loci, ubi testator degit, factae fuerint, ubique ualent, etiam ibi, ubi alia testandi ratio recepta est, complectaturque inibi sita bona, quae alias, si testator ibi ultimam uoluntatem neglectis loci illius sollennitatibus condidisset, affecta haud fuissent; cum igitur bonum sit argumentum ab ultimis uoluntatibus ad contractus inter uiuos, sequitur nostrum contractum matrimonii, annuamque cohabitationem cuncta coniugum bona in muruam dominiorum societatem trahere, id quod naturae huius contractus ualde conuenire, et uix ab eo separari posse uidetur, dum sc. ad contractum societatis omnium bonorum proxime accedit, et aeque atque huiusmodi societas uniuersitatem quandam inuoluit.

Sed quid? fuerque coniugum eo loci, ubi nostra communio bonorum non uiget, matrimonium contraxerit, habitaueritque integrum annum et diem? puto distinguendum esse, num sc. alteruter coniugum habuerit domicilium ibi locorum, ubi recepta est communio bonorum, tantumque matrimonii causa alio profectus fuerit, constanter tamen retento animo ad lares suos redeundi, atque ibi uitam exigendi; aut nunquam fuerit aut habuerit domicilium ibi: illo casu rationi conformius apparet, si communionem bonorum inter coniuges introducamus, respiciendo primarium et nobiliorem matrimonii finem, qui est constans animorum coniunctio, et indiuidua uitae societas, quam cum coniux in patria aut loco sui domicilii colere sibi proponit, uidetur etiam simul cogitare eam instituere ad leges ibi receptas, inter quas primum fere locum ea obtinet, quae ad solidandos coniugum amores, uitaeque tranquillitatem ut animorum et corporum, ita quoque bonorum communionem et mutua rerum dominia confundi postulat. Et sane, si Francofurti contractu super metallis Bambergae adpendendis celebrato praesumantur contrahentes ad pondus Bambergense non loci contractus respexisse, ideo quia Bambergae consummandus et perficiendus est contractus, multo magis uidebuntur coniuges locum et leges domicilii, ubi uitam coniugalem, et illam indiuiduam animorum societatem consummaturi et persecturi sunt, sibi pro norma et regula proposuisse, et ad eam totum uitae cursum ordinare uelle: aliud dicendum erit in altero casu, ubi tam parum de uita in locis communionis instituenda cogitarum, quam ipsum matrimonium ibidem contractum, aut a coniugibus habitatum fuit.

QVAESTIO VIII.

Quomodo dissoluatur communio bonorum?

IIsdem modis, quibus ceteri contractus, dissoluitur nostra quoque communio, praecipue autem duo celebriores et frequentiores sunt, ueluti quando mutuo consensu ab ea disceditur, et quando alter coniugum moritur: prioris uix ullus usus, nisi quando coniugium discordiis atque aliis causis sic turbatur, ut coniuges cohabitationi renuncient, atque a se inuicem quoad thorum et mensam separentur, quae animorum atque corporum dissociatio non potest non communionis quoque bonorum dissolutionem post se trahere, quo casu eueniente uniuersum patrimonium inter coniuges communesque liberos, qui hactenus cum parentibus in naturali aut ciuili unione uixerunt, aequaliter et quidem secundum capita diuiditur, de qua diuisione supra *quaest. 6.* satis diximus.

Posterior autem modus frequentissimus et quotidianus est, qui communionem illam quidem sic dissoluit, ut eodem momento superstitem coniugem uniuersi patrimonii dominum efficiat, sed non in forma successionis ab intestato in partem defuncti, siquidem huic, ut supra ostendimus, inter coniuges locus haud est, sed continuarum tantum dominium, quod superstes iam antea cum defuncto in solidum commune habuerat, ita ut hic omnia uideantur locum habere, quae a doctoribus de iure accrescendi in re duobus disiunctim legata docentur, ubi deficiente altero collegatario superstes suum magis non diminutum retinet, quam alienum consequitur, ut huic potius non decrescere, quam portio deficientis accrescere uideatur. sic enim Iustinianus disputat *in L. unica ff. ubi*

11. *C. de cod. toll.* adde *Gomez. 1. Resol. 10. n. 42. Bartol. et comm. DD. in d. L. unica. & in L. re coniuncti. 89. de leg. 3.*

VNIO PROLIVM.

QVAESTIO I.

Quid sit unio prolium?

VNio prolium uidetur hodie apud nos Germanos id esse, quod olim apud Romanos adoptio aut adrogatio fuit, assumuntur siquidem unius coniugis naturales liberi ab altero coniuge, ea lege, ut cos pari iure, honore et amore cum suis propriis et ex se genitis aut gignendis filiis gaudere, nec eos ulla in re ceteris posteriores aut inferiores esse uelit: hinc fit, ut omnia iura inter coniuges liberosque qua naturales et unitos communia fiant, una domo, unaque mensa et aequali cura a parentibus foueantur educenturque, et denique sibi inuicem ab intestato aequis portionibus succedant: Quae tamen cuiusuis familiae aut genti et generi propria sunt, uelut arma, insignia, nomina, feuda, fideicommissa, beneficia, fundationes, iura patronatus &c. ea non commiscentur, nec in alterius familiam transeunt. Igitur unio prolium commode sic definiri poterit: quod sit *contractus, quo coniuges, celebrato prius matrimonio constituntaque bonorum communione, alterius coniugum liberos naturales in suam familiam adsciscunt, eosque pro suis heredibus agnoscunt.*

QVAESTIO II.

Quomodo constituatur?

AD hunc contractum rite celebrandum requiritur primo, ut adsciscens siue assumens cum assumendorum liberorum uero parente nuptias contrahat, extra quas alias huic unioni locus haud esse potest, sed esset eiusmodi unio potius pro adoptione aut adrogatione habenda.

Secundo, ut inter coniuges bonorum communio constituatur: absurdum enim foret, si liberi, pretiosissima corporis pignora, communes fierent, bona uero eandem communionem fugerent, neque etiam facile intelligeretur, quomodo alias liberi et coniux in morituri coniugis bona succedere possent:

Tertio, ut hic contractus authoritate magistratus aut saltem eorum, qui liberis uniendis sanguine coniunctiores sunt, celebretur, si enim unio eiusmodi contractus sit, eorum omnium, quos ille complectitur, consensus necessarius est, qui cum a liberis ipsis, utpote plerumque impuberibus et semper minorennibus, praestari haud possit, eorum uices uel a magistratu aut proximis consanguineis obeundae sunt, praecipue cum ibi agatur, utrum liberis expediat, parentem ad diuisionem patrimonii adigere, suaque portione deinceps se alere, an uero relicto diuisionis et portionis hereditariae iure, se cum uitrico aut nouerca unire, et post alterutrius mortem aliud ius hereditatis expectare.

Sin uero nec liberorum testatus consensus, nec magistratus et consanguineorum auctoritas interueniat, pergant tamen coniuges et liberi integro anni spatio eodem tecto et mensa in commune uiuere, neque alterutra partium ad diuisionem prouocet, aut communioni reclamet, tum consuetudo patriae inter parentes et liberos unionem prolium tacito partium consensu introductam intelligit, eamque tanti roboris atque uirium uult esse, ac ea solet, quae solenni consensu liberorum aut consanguineorum authoritateque magistratus instituta fuit.

Sed dices, qua ratione liberi, qui ut plurimum impuberes aut saltem minorennes sunt, tacite consentire praesumantur, qui tamen nec uelle nec nolle habent, ac proinde ne quidem expresse consentire ualeant, multo minus plene intelligant, quae damna aut lucra se ex unione maneant? Respondetur: utut de summo iure haec doctrina suas difficultates patiatur, tolerandum tamen est, quod consuetudo publica utilitate, ne sc. ob dubiam mentem in commune uiuentium frequentiora sint litigia, sed certiores successionum sint iura, introduxit, simul atque uniendis contra omnia pericula, ob quae sola tacitus eiusmodi consensus impugnandus uenit, prouidit, dum sc. beneficio restitutionis in integrum contra hanc tacitam unionem, si quidem diuisio pinguior fuisset, laesis succurrit, quo rerum statu nemo habet, quod de eiusmodi tacita unione conqueri possit, quando praecipue uicissim considerandum est, etiam parentibus facultatem relinqui non introducta unione post longum temporis cursum ad diuisionem secundum tempus initi secundi matrimonii prouocandi, etiamsi patrimonium interea creuerit, multoque pinguius pro liberis foret, si tacita unio introducta fuisset: cum igitur propter incertos rerum euentus, et ubi tam facile lucra, quam damna contingere possunt, multa in iure tolerentur, ita quidem, ut ob hanc rationem etiam saepius beneficium restitutionis in integrum locum inuenire haud possit: procul ab in-

iuria erit, si et hanc consuetudinem tam-A cite introducendae unionis prolium, quae non rarius lucra quam damna unitis secum aduoluit, populus Babebergicus aequo animo ferat, qui, ne ea liberis suis noxia sit, facile cauere poterit, dum eueniente laesionis casu mature remedium restitutionis in integrum circumspiciendum, atque damno, quod tacita unio inflixit, omnibus in pristinum statum reuocationis medendum erit.

Quarto, ut omnia coniugum bona inter eos et liberos communia fiant, quae deinde soluta unione inter superstites aequis partibus diuidantur, id quod praecipuus finis et effectus unionis esse solet.

QVAESTIO III.

Quae bona in unionem prolium ueniant?

EX supra dictis uidetur quidem elici posse, unionem prolium communioni bonorum inter coniuges simillimam esse, et sicut in hanc, ita quoque in illam omnia unitorum bona uenire: sed aliter res se habet: sciendum enim est, mortuo uniendorum liberorum patre aut matre, et superstite ad secunda uota transeunte, protinus successioni ab intestato in bona, quae inter defunctum et superstitem coniugem fuere communia, etiam a superstite durante uiduitate adquisita, uel ut clarius loquar, quorumcunque superstes ante secundas nuptias dominus fuit, locum fieri, ita ut facto ad secunda uota transitu penes defuncti liberos sit, ad diuisionem prouocare, aut ea repudiata sese cum superstite parente eiusque nouo coniuge unire: ex quo apparet, unionem illam prolium, si ea magis, quam diuisio patrimonii, liberis proficua uideatur, tantum eo spectare, ut pet dictam unionem conditionem suam meliorem faciant, sperentque aliquando pinguiores hereditatis portiones ex patrimonio aut industria nouorum coniugum.

Quo praesuppositio, respondetur ad quaestionem, ea tantum liberorum bona in unionem et communionem uenire, quae etiam in diuisionem patrimonii a defuncto relicti aut a superstite uiduo adquisiti uenissent, neutiquam uero ea bona, quae liberi uel iam anteG unionem aliunde habuerint, aut post eam quocunque modo adquisituri sunt: aliter si statueretur, liberorum conditio nunquam non esset deterior, et spes illa pinguioris hereditatis semper falleret, quod utrumque sedulo cauendum, ne sc. liberi ut plurimum aetate minores, et rerum suarum non intelligentes sub uana spe futurae alicuius pinguioris, attamen adhuc incertae diuisionis praesentium aliorumque magis certorum, aut saltem nullo parentum beneficio obuenientium bonorum iacturam faciant. Ex quo porro sequitur, quod ea bona, quae communionem bonorum inter coniuges fugiunt, fugiant quoque unionem prolium: hinc seuda, quae u. g. a patre defuncto relinquuntur, unioni prolium obnoxia haud sunt, ita ut non tantum inter parentes et liberos, uerum etiam inter ipsos liberos, u. g. fratres, sorores, non fiant communia, sed ad eos solum pertinent, qui natura sua eorum capaces sunt: simile iudicium est de ceteris bonorum generibus, quae communio coniugum secundum supra dicta non afficit, aut C alias liberorum propria sunt, ut castrensia, quasi castrensia, et aduentitia.

QVAESTIO IV.

Quid sit praecipuum?

QVanquam liberi omnia ea bona, quae unionem prolium fugiunt, sibi praecipua, nec cum parentibus unitis diuidere habeant, consuetudo tamen nostra ulterius progreditur, et iubet, ut praeter dicta communioni et unioni exempta bona liberis unitis aut prioris matrimonii adhuc aliquid aliud, et quidem ex ipsis in communionem et unionem uenientibus bonis constituatur, quod dissoluta unione, et antequam ad ipsam diuisionem E ueniatur, ex uniuerso patrimonio sibi solis praecipiant, id quod *praecipuum*, uulgo vorauß, uocatur, uideturque ob eam rationem constitui liberis prioris matrimonii, ut aliquo modo illud interusurium et commodum compensetur, quod ipsis obuenisset, si repudiata unione uniuersum patrimonium diuisissent, suisque portionibus integre usi-F fruiti fuissent.

Quam autem proportionem hoc praecipuum erga patrimonium, aut partes liberorum habere debeat, definire haud licet, cum in eo constituendo considerandus sit liberorum numerus, eorum aetas, et educatio, nec non quae uires patrimonii, quod uitricus aut nouerca confert, quorum omnium accurata ratio ineunda, et omnibus probe penticulatis denique quod aequum iustumque magistratui aut uiris bonis uidebitur, illud, quod liberi nomine praecipui deinceps obtineant, determinandum est.

QVAE-

QVAESTIO V.

Quid iuris liberis in praecipuum durante unione competat?

FActa determinatione liberis protinus ius quaeritur in constituto eiusmodi praecipuo, non secus ac in ceteris bonis, quae eorum propria, et suo dominio subiecta sunt, maxime uero si res immobilis loco praecipui statuatur, quae primo momento constitutionis in dominium liberorum transit, nec unquam a parentibus alienari, oppignorari, aut alio quouis modo onerari potest: pertinet enim praecipuum ad liberos primi matrimonii non iudicio parentum, sed principali aut legis, cui consuetudo aequiualet, prouidentia. *Riccius. tract. de union. prol. c. 5. n. 3.*

Sin autem pro praecipuo certa quantitas pecuniae promittatur, quantocyus omnia in communionem deducta bona, qua praesentia qua futura, pro securitate huius constitutae pecuniae nexum tacitae hypothecae subeunt, ita quidem, ut omnibus creditoribus, qui post introductionem unionis prolium cum parentibus contraxerunt, in concursu praeferatur praecipuum: sicuti enim in re et fundo pro praecipuo constitutis in fauorem et solidiorem liberorum assecurationem receptum est, ut fundi praecipui uicem subeuntis dominium primo statim momento ad liberos transferatur, ita quoque ratio et aequitas postulat, ut et in quantitate siue pecunia pro praecipuo constituenda pari securitate liberis prouideatur, quae autem hoc casu, dum sc. in quantitate constituta dominium esse haud potest, alia non erit, quam ius hypothecae in omnia coniugum in unionem deducta bona. Et sane si praecipuum hoc uere et proprie pro liberorum peculio aduentitio haberi debeat, cuius uerus et legitimus tutor et administrator pater aut utrique coniugum sint. *Carpz. p. 2. C. 24. d. 12.* aut saltem illud, sc. bonum aduentitium, tutorio nomine administrasse praesumatur: *Carpz. p. 1. c. 28. d. 113.* consequens erit, quod liberi uniti contra patrem administratorem iisdem beneficiis gaudeant, quae alii tutores et curatores contra se admittere debent, inter quae illud omnium pinguissimum est, quod pupillo in bonis tutoris tacita hypotheca competat, idque a die officii. *L. pro officio. 2. C. de Adm. tut. L. un. §. 1. C. de rei ut. act. Fab. in C. l. 8. tit. 7. d. t. n. 4.* Quod etiam locum habet in protutore, aut qui pro curatore se gessit. *Carpz. d. p. 2. c. 24. d. 12.* quanto magis ergo in patre aut utroque coniugum, cuius bona alias et quidem singulari dispositione, *l. cum 6. §. non 2. & §. ult. C. de bon. quae lib. in potest. const. ex Matr. uel al. adquis.* pro bonis aduentitiis aut maternis tacite liberis obligata sunt. uide *Neguz. tract. de pign. 2. p. 4. memb n. 7.* Et quanquam ex modo dictis clarissime colligatur, praecipuum, quacunque tandem ratione constituatur, pleniſſimo iure liberis adquiri, et ab eis de illo libere disponi posse, obseruandum tamen probe est, praecipuorum naturam ex earum rerum iure aestimari solere, quarum dies cessit, sed necdum uenit, cuiusmodi uidemus in legatis contingere, quae in diem relicta, ubi quidem dies statim cedit, id est, legatum statim debetur, sed necdum uenit, hoc est, legatum necdum peti potest. *L. cedere. 213. de V. S.* Igitur quidem actio statim nascitur, sed tamen ualide institui ante lapsum temporis haud potest, atque hinc fit, ut etiam liberis praecipuum haud aliter, quam si uel nuptias contrahant, aut uitam ecclesiasticam amplectantur, aut denique ipsa unio prolium dissoluatur, exigere liceat, propterea tamen et antequam dies uenerit, non impediuntur de suo praecipuo uel inter uiuos, uel ultima uoluntate disponere, aut etiam ad heredes ab intestato transmittere, id quod etiam in legatis, quorum dies cessit, sed necdum uenit, iuris est: cessio enim dici hunc effectum habet, ut res, cuius dies cessit, fiat transmissibilis ad heredes. *L. 5. ff. quando dies leg. L. 4. in fin. pr. ff de Alim. leg. Vinn. in comment. ad Inst. l. 2. t. 20. §. 8. uerf. uiuo testatore &c. Zoes. ad ff. l 36. t. 2. n. 1.*

QVAESTIO VI.

An parentibus aut liberis liceat inuita, aut non consentiente altera parte in praeiudicium unionis per contractus aut testamentum disponere?

NEquaquam: *ratio manifesta est*, quia sc. per unionem omnibus unitis in bona, quae unione et communione affecta sunt, ius quaesitum est, quod nemini inuito ulla ratione auferri potest, sicuti quoque uni partium a contractu, cuiusmodi est unio, altera inuita recedere, aut quouis modo ei contra uenire haud fas est: quod etiam confirmat *Rickius d. tract. de un. prol.* dum *c. 10. n. 15.* tradit, transire unionis dispositionem in contractum et actum ultro citroque obligatorium, ita quidem, quod dispositio haec seu pactio, non quidem habeat statim effectum deuolutiuum actionis, ut contractus et pacta pura, sed tamen ius aliquod tribuat, cuius effectus in tempus incertum suspensus, atque interim

rim irreuocabilis est haec pactio, quem-A admodum ceteri contractus. *L. sicut. C de A. et O.* Hinc sequitur testamentum coniugis, aut eius, qui unione comprehenditur, irritum esse, si testetur super bonis ad unionem spectantibus nec maioris ualoris erit, si unitorum aliquis de eiusmodi bonis alteri, siue extraneo, siue unionis socio quiddam donet.

Sane quin de ceteris bonis, quae unio et communio non inuoluit, libere et B ualide uniti disponere possint, nullum dubium est, considerandi sunt siquidem intuitu huiusmodi bonorum sicut extranei, qui nec unioni immixti sunt, nec in his tertius quisdam ius quaesitum habet.

MOrte deceſſoris ad ſacrum collegium Bambergam delata, iam non grauis eſſe poterat noui praeſulis electio. Nam adflictiſſimus Franconiae ſtatus et licentia militis, per campos, loca et urbes quaquauerſum libere ac impune graſſantis, omnino exigere uidebatur, ut Bamberga eum praeſulem acciperet, qui et prouidus ac prudens eſſet praepotensque. Quo utroque nomine commendari poterat FRANCISCVS, gente HAZFELDIA (*), quam ipſe illuſtriorem reddidit ſua uirtute, cui id unice dedit imperator, ut Hazfeldios ad *imperialium comitum* dignitatem eueheret (a). In turbulentis enim comitiis imperialibus, ſacrorum cauſa inſtitutis, cum *Ratisponae* anno 1630. tum *Francofurti* 1631. legatum egit; in primis *Herbipolitani*: in ſecundis, *Bambergenſis* epiſcopi, quia in utroque praeſulatu adſcriptus fuerat ſacer collega (b). Mortuo igitur Wirzburgenſi antiſtite, ipſe epiſcopus electus eſt die XXVI. menſis Iulii an. 1631. (c) Et licet a uictore Sueco metropoli ſua expelleretur, in Belgio exul, abſens tamen a Bambergenſibus communi ſuffragantium conuentu die IV. menſis Aug. anni 1637 eo potiſſimum conſilio epiſcopus eſt electus: ut Franconiae uterque epiſcopatus ſub regimine eſſet unius uisque ſic unita aduerſus hoſtem communem (d). Vtriusque ergo praeſulatus antiſtes factus principem locum habuit in rebus bello ac pace cum in Franconia tum in Germania uniuerſa gerendis. Anno 1636. internuntius fuit ac arbiter in pace inter *Caeſarem* et *Haſſiae* Landgrauium tentata (e). Quamuis uero illa caruerit ſucceſſu: tamen breui poſt anno eodem Caeſaream legationem, ad pacificandum cum Suecis, ſubiit (f). Cui tamen inſtituto pariter non reſpondit euentus. Quod fieri non poſſet, Suecos tranſigere, foederatis Gallis inconſultis, qui participes facti non erant huius conſilii. His pactis abruptis, anno 1640. ad comitia Ratisponenſia legatos miſit eiusdem cauſa argumenti (g). Neque illi curae tantum fuerunt ea, quae ſalutem imperii uniuerſim ſpectarunt: ſed etiam Bambergenſis epiſcopatus iura atque commoda reſpexit ſigillatim. Pertinet huc, poſt alia, quod de nimietate cenſuum, imperio ſoluendorum, queſtus eſt in comitiis Ratisponenſibus docuitque Caeſarem ac ordines, illis necquicquam reſpondere reditus ex epiſcopatu (h). Deinde iudicium quaeſiuit recuperatorium aduerſus Carinthiae archiducem, quod Bambergenſes dynaſtias territorio ſuo adſcripſiſſet, cum tamen illae inde eſſent exemtae neque dominum ſcirent, niſi praeſulem Bambergenſem, cui ante, largitione Caeſaris Henrici S. anno 1006. acceſſiſſent, quam natum fuiſſet ducis aut principis nomen in Carinthia. Neque eſſe, quod ad pacta anni 1535. prouocent Auſtriaci, quae Carinthiae archiducem in ultima prouocatione et prouincialibus comitiis agnoſcere uideantur dominum in Bambergenſibus dynaſtiis (i). Quoniam aduerſus illa Bambergenſes metus exceptione ſint tuti, quo Auſtriaci illa excuſſerint Bambergenſibus, ut adeo uel nulla ſint uel omnino queant retractari (k). Interim his querelis nihil proficere potuit antiſtes. Cum Auſtriaci id ſibi animo ſuo propoſuerint, ut omni ratione caueretur, ne territorium exſurgeret in territorio (l). Vltimo contentus fuit antiſtes, ut pacta cum Auſtriacis ab anno 1535. ad ann. 1636. ſeculi et anni unius ſpatio definita, eo propagerentur, usque dum lis haec iudicis autoritate eſſet deciſa (*). Quae contentionis ſerra inter Bambergenſes atque Auſtriacos ducitur hodieque. Eſt etiam illud memoriae dignum. Quod antiſtiti anno 1634. Viennae agenti in aula Caeſaris, rector academiae loco cedere noluerit in templo S. Stephani huncque ſit tutus cum aduerſus Bambergenſem,

Familiae incrementum.

1) Wirzburgenſis epiſcopus an. 1631.

2) Bambergenſis an. 1637.

Belli euentus in Franconia.

Legatus pacis anno 1636. iterumque anno eodem.

Comitia Ratisponenſia 1640

Pro moderanda ſumma matriculae an. 1640.

De exemtione Bambergenſium dynaſtiarum e territorio Carinthiae archidacatus.

Iura procedendi rectoris Academici cum Germaniae epiſcopo.

anno 1677. sem, tum Osnabrugensem episcopos (m). Quaeris quo iure? Quoniam rector faciem repraesentat reipublicae ingeniorum, penes quam iuris diuini ac humani supremam curam esse uoluerunt Caesar ac pontifex, imo largitiones omnis generis dignitatum, quae omnia uere momenti maioris, quam nomen episcopi aut archiepiscopi. Verum quoniam Bambergensis praesul simul principem agit superioritate ac potentatu instructum in suo territorio: tum quidem existimauerim, rectoris argutias conuelli (n) et limites excedere purpurati magistratus. Ceterum antistes uir fuit prouidus, grauis, doctus, in pauperes benignissimus largitor (o). Morte obiit improuisa cum prandium caperet, die xx. mensis Iulii anni 1642. (p).

Mori anno 1642. improuisa.

(*) *Hazfeldorum* gens nomen debet castro gentilitio *Hazfeld*, quod situm est in Hassia, ad Ederam fluuium. De quo WINCKELMANN. in Hassiae descript. p. 231. 233.

(a) Comitis dignitas Ferdinando II. largitore die XXX. Iulii anni 1639. illata est Hazfeldorum familiae. Princeps causa merita fuerunt nostri antistitis: altera fratrum eius *Melchioris* et *Hermanni*. Qui duces egerant legionarios Caesaris, in bello tricennali. In quo orbi uariis innotuere praeliis ac certaminibus in Germania, Bohemia, Poloniaque. Sidera haec familiae Hazfeldianae, res gestas, opes, arces, dynastias, quibus in bello tricennali a Moguntino tractu *Gleichensi* in Thuringia et Caesare *Trachenbergensi* in Silesia donati sunt, plene descripsere HENELII nouissimus interpres FIBIGERVS lib. VIII. pag. 478. Taceo *Buzelinum*, *Zechium*, *Imhofium*, *Gastelium* atque alios, illustrium familiarum scriptores.

(b) *Aluenslebianum mscum*, cui fere, quicquid noui habet in hoc argumento, *lexicon Fritschianum* debet, his uerbis uitam atque munera nostri describit. Franciscus de Hazfeld patrem habuit Hermannum anno 1596. Sacer collega factus Bambergae et inferioris ordinis S. Gangolphi ibidem *praepositus*, atque canonicus Crucisburgi et dynastiae Wolffsburgensis in Carinthia uicarius dominus. Canonicus porro Wirzburgensis. An. 1630. amandauit eum Wirzburgensis episcopus ad comitia electoralia legatum. Bambergensis uero episcopus illo usus est oratore in comitiis Francofurtensibus, anno 1631. quae dissipata fuere, uictoria Suecorum Luzenensi ad sacros pacificatores delata.

(c) De qua sparta prostat *collegii soc. Iesu Herbipolensis* lusus poeticus FRANCISCO episcopo Herbipolitano dicatus, edit. *Herbipoli* an. 1631. in 4to. Sed cum, quae antistes Wirzburgensis egit, huius loci non sint, lectorem ad *uolumen* remittimus *scriptorum Wirzburgensium*, quod prodiit 1713. f. Lipsiae.

(d) Causae electionis, *prima*, quod Franciscus probatae esset fidei, doctrinae, prouidentiae: *altera*, ut duo praesulatus sibi uicini unum praesulem haberent, qui aduersus hostem Suecum magis esset ualidus armis consiliisque: *tertia*, quod ipse imperator commendaret electori capitulo Franciscum.

(e) Nam id egerat tum imperator, ut Hassiae landgrauium Wilhelmum a partibus auocaret foederatorum. Verum licet ab hoc consilio ille non esset alienus: mutauit tamen post animum, quam Hannouiam, oppugnatam a milite Caesareo, liberauisset anno 1636. Aegre autem hoc ferente internuntio *episcopo Wirzburgensi*. Qui et ipse intellexit, in culpa fuisse Caesarem, qui formulam rati in abbatia *Hirsfeldensi*, quam sibi adrogauerat landgrauius, negauisset, idque in fauorem antistitis Moguntini. Cui se opponere, nefas habuit noster, idque cum sacrorum causa, tum suae gentis ergo, cui Moguntinus dynastiae Gleichen, quae tum uacua erat domino, fecerat spem: postea etiam expletam, opponentibus se frustra ducibus Saxoniae, qua Thuringiae landgrauiis.

(f) Sueci anno 1636. post Pragensem pacem in uulgus sparserunt tabulas futurae pacis. Hanc igitur ut promoueret Caesar, nostrum mandato instruxit ac munere *primarii legati*, cum Ernesto *Fuggero* et Ferdinando Sigismundo *Curtio* atque locum pacificationi destinauit Coloniam. Verum Sueci non e re sua esse crediderunt, pacificari eo tempore, quo Caesari in *Pragensibus* tabulis animus creuisset spemque conciliasset, fore, ut Sueci Germaniae finibus discederent gratis eiicerenturque.

(g) Solennia enim comitia inde ab anno 1613. habita nulla, ob turbas ac bella continua in meditullio Germaniae. Anno autem 1640. die 26. Iulii Ratisponensia indicta et coacta sunt, ut pax Germaniae restitueretur, milite, si fieri posset, extraneo ex finibus nostris depulso.

(h) Causae, ob quas de nimietate summae, Bambergensi episcopatui tum adsignatae in matricula imperiali, conquestus est antistes noster, uideri possunt in libello eius argumenti, qui super-

pereſt apud LONDORPIVM *part. V. num.* 103. *p.* 283.

(i) Anno 1641. in comitiis cauſam *Bambergenſem* propoſuit Bambergenſis ſuffragator, cuius uerba recitat LONDORPIVS *tom. V. p.* 305. 306. Summa eo pertinet: *Duriſſimam eſſe Bambergenſis eccleſiae cauſam, quod aduerſus imperatorem ſuum contendere eam oporteat, neque uideat, unde auxilium ſit expectandum. Vrgere imperium imperiales cenſus aduerſus Bambergenſes: ſed Carinthiae tamen archiducem tributa cogere prouincialia. Fieri itaque, ut duplici onere idem grauetur territorium. Petere igitur Bambergenſis eccleſiae antiſtitem, ut imperii ordines interpretes ſint coram Caeſare legatis ſuae cauſae, quae ſit iuſtiſſima. Atque adeo immunitate, tot ſeculorum interuallis probata, gaudeat a prouincialibus Carinthiae tributis.* Spem ſaepius quidem factam eſſe ab imperii ordinibus, ſed tamen euentum rei nunquam reſpondiſſe. Cuid omnes dubitent aduerſus torrentem nauigare. Verum quam diu Carinthiae archidux non deſiſtat ab extorquendis tributis, tam diu conſcientiae rationes non pati, ut praeſul Bambergenſis iura negligat ſui in Carinthia praeſulatus, ne quid uideatur amiſiſſe derelinquendo.

(k) Ipſe libellus, quo iura immunitatis ſuae in Carinthia tuetur eccleſia Bambergenſis, ſeorſim prodiit, quem tamen inter acta etiam comitialia exhibet LONDORPIVS, *tom. 5. num. 102. p. 278. 279. 280.* Argumenta eius, quod Bambergenſes in Carinthia dynaſtiae non de territorio ſint Carinthiae, haec fere. 1) Velle id litteras donationis anno 1007. factas. Quoniam dynaſtiae praeſulatui Bambergenſi conceſſae ſunt cum omnibus acceſſoriis et pertinentiis, 2) Bambergam ideo nemini parere iuſſam, quam imperatori, 3) tempore donationis factae an. 1007. Carinthiam Boiariae ducibus paruiſſe, marchiones autem Carinthiae landſaſſios fuiſſe eorundem atque neſciuiſſe ſuperioritatem. 4) contra Bambergenſes ibi dynaſtias cum a Boioariae ducatu, tum a Carinthiae marchionatu fuiſſe exemtam atque formatum eſſe territorium in territorio 5) uſum accedere meri et mixti imperii, cancellariae, regalium generis cuiuscunque tributorum, uectigalium, uenationum, ſyluarum, mineralium, armandiae, aliorumque, unde emergat potentatus et ius ſuperioritatis 6) ſi uicarius Bambergenſis prouinciales ſalutauerit conuentus, illud foederis cauſa factum eſſe, non ſubiectionis 7) imo Bambergenſes, intuitu Carinthiae dynaſtiarum, foedera plura cum uicinis pepigiſſe, claro argumento, quod non pendeant ab tutela dominioque alieno. 8) ultimam ex iſtis dynaſtiis prouocationem factam ad tribunal uel Bambergenſe uel imperiale 9) ipſis Cariothiae archiducibus haec nunquam diſplicuiſſe 10) ſeculo decimo ſexto demum per latus, mox aperte impetitos eſſe Bambergenſes uicarios 11) tandem an. 1535. pacta per uim extorta, in quibus ſpatio centum annorum dynaſtiae Carinthiae archiducibus aliquo nexu fuerint addictae. Verum tempora horum pactorum anno 1635. expirauiſſe, ut Bamberga iure nunc uti poſſit poſtliminii. *anno 1627.*

(l) Lis enim pactis ſuſpenſa nec quicquam uero compoſita fuit. Quod deinceps offendemus in poſterioribus epiſcopis.

(*) Litterae Caeſaria apud LONDORPIVM *tom. 7. p.* 550. ſuperſunt, in quibus imperator deſiderio epiſcopi an. 1635. conſenſit merenturque deſcribi.

(m) Nihil inſolentiae habet haec hiſtoria. Scribit *de Louanienſi* academia VERNVLAEVS *lib. 1. Louan. c. 6. p. 25.* quod rector illius loco cedat tantummodo cardinalibus et legatis de latere apoſtolicis. Ipſum Carolum V. Caeſarem academico rectori in ritu ac reditu ſiniſtrum texiſſe latus. Epiſcopum Leodienſem omni loco eſſe inferiorem academico rectore. Idem de *Colonienſis* almae rectore adfirmat MIDDENDORPIVS *lib. 5. p. 166.* quod absque intermedio ſequatur archiepiſcopum.

(n) Verum, ſi quid hic peccatum olim, ſibi tribuant ipſis epiſcopi. Quod principibus Germaniae loco uoluerint anteferri. Poſtquam enim et illis acceſſit honor, dignitas, poteſtas principalis, tantum non poenitet eos facti ſui. Quod uident, quantum interminiſtrum eccleſiae interſit et dominum ſui territorii. Inde quibusdam Germaniae praeſulibus epiſcopi nomen tantum non ſordet. Vt malint dici principes. Exemplo Leodienſis, qui princeps audit Leodii, non epiſcopus et Wirzburgenſis aliorumque, qui hodie adpellari uolunt *indulgentia* principalis, non epiſcopalis, Fürſtliche Gnaden, nicht Biſchoffliche Gnaden.

(o) Beneuolentiae illius in pauperes plura ueſtigia ſuperſunt in utroque epiſcopatu. Sed in Wirzburgenſi *orphanotropheio* (auf dem Schotten-Anger) quod noſter condidit et dotauit, aeternum elucet munificentiae monumentum.

(p) Animi deliquio correptus, poſt horulae unius ſpatium animam efflauit *Wirzburgi* ibique in primario templo ſepultus. Ad memorabilia belli in Bambergenſibus referre licet. Quod *Coronacum* biennio a Suecis obſeſſum: necquicquam uero expugnatum eſt.

anno 1642. Imo reiecti toties hostes cum iactura ac milites strenue sunt contuti, ut homaioris numeri tormentorum an. 1633. Quae hodieque in illo castro solent ostentari. Anno 1634. *Vorchemium* a Vinariae duce magno pariter adparatu impetita et milite fossaque circumdata fuit. Verum hanc spartam suam ciues A hostes eam desererent. Anno autem 1641. mense Ianuario Banerus cum Suecis in Franconiam irruit captaque Bamberga locisque aliis, quae potuit, rapuit diripuitque.

MELCHIOR OTTO

LI. EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Melchior Otto Voit a Salzburg die 24. Aug. 1642.

EOdem mense, quo obierat decessor, nulla difficultate electus est praesul Bambergensis *Melchior Otto Voetius a Salzburg*, die XXIV. mensis Aug. anni 1642. Erat enim ideo statim in uotis omnium, quod sacri collegii esset *praepositus* et plurimum ualeret auctoritate, episcopo praesertim Wirzburgi absente, cuius ipse uices sustinuit Bambergae.

Gens Voetiana de Salzburg.

Gens illius duo agnomina habet *Voit* atque *Salzburg* et eminentissima est in Franconiae nobilitate. *Primum* hereditarii muneris indicium est, quo uerbo Germani rerum patronos ac praefectos *Vogtios* uel *Voetios* solent adpellare: (a) alterum memoriam seruat gentis *Salicae*. Quoniam *Salzburg* familiare castrum notat ad *Salam* fluuium, qui infra Wirzburgum, Gemundae *Moenum* illabitur (b), ubi plurima Salicae gentis monumenta celebrantur, atque Voetiorum lares et foci atque foederis arca aliaque domestica cimelia itemque maiorum imagines (c). Principio sacri regiminis pacem, Germaniae restituendam, curae habuit cordique. Suos enim et ipse legatos Osnabrugam misit, qui causam Bambergae singularem et Franconiae uniuersae communem, cuius rector fuerat, serio agerent de iisque per litteras principi hebdomadatim referrent (d). Praesertim pacificatoribus illud serio ac saepius commendauit, ut grauissima cum Austriacis dissidia tollerentur liberarenturque Bambergenses dynastiae a iugo, quod illis Austriaci in Carinthia iniecissent intolerabili nouitate (e). Quoniam ne quidem pactis stare uelint anno 1535. initis spatioque definitis seculi et anni unius atque ab antecessore eousque prorogatis, quousque lis haec componeretur. Tam esse manifestum, quod in peius semper eant Bambergensia iura idque meditentur Austriaci, ut illa prorsus extinguant. Verum nihil profecit in pacificatione hac antistes. Quapropter cum anno 1660. *Noribergae* (f) tum 1653. *Ratisponae* in imperialibus comitiis istas querelas repetiit ordinumque intercessiones rogauit obtinuitque (g), quae in actis comitialibus hodieque supersunt, in quo tamen ipse conatu morte praeuentus obiit. Antequam haec fierent, auctor fuit ordinibus Franconiae ad comitia cogenda et frequentanda Bambergae, ut consilia inirentur de Franconia milite liberanda et restituenda pace (h). Cum enim belli incommoda grauiora his essent, quam remotioribus Germaniae prouinciis; deinde accederent tam Galliae quam Sueciae regum uoluntates, ut principum quoque Germaniae legati pacificationi Westphalicae interessent, non Caesarei solum; aegris autem oculis intueretur tales conatus imperator, qui sua hoc negotium conficere instituit auctoritate: anno 1644. Bambergae in comitiis Franconiae animos sumpserunt statueruntque, singulares legatos amandare ad Westphalicam pacificationem. Institutum hoc Caesari, calamo antistitis, excusarunt (i), causae ueniam quaerentes in necessitate. Quod Franconia bellum ulterius ferre nequiret: hostis autem nollet pacem inire, nisi ordines Germaniae, quorum interesset, pacificationi per legatos accessent. Idem cum *Gallia* oratoribus (k), tum *Sueciae* (l) significarunt litteris *compassus* et *salui conductus*, pro suis delegatis simul requirentes. Est praeterea illud singulare, quod in tantis bellorum incendiis antistes de nouo litterarum domicilio, Bambergae instau-

Bambergenſium causae in Westphalica pacificatione ab an. 1641. ad an. 1648.

Bambergenſia comitia imperialia 1650. et 1653.

Comitia circularia 1644. Bambergae.

Legatio Bambergenſis ad Westphalicam pacificationem an. 1644.

Bambergenſis academiae inſtitutio an. 1648.

instaurando, cogitauerit. Licet enim temporum durities non permiserit, ut coepto consilio statim responderet euentus; quamprimum tamen pax adparuit Germaniae, tabulis in Westphalia fere confectis, diem etiam inaugurationi academiae dixit calendas mensis Septembris anni 1648. priuilegiaque nouae scholae cum a Caesare, tum a pontifice requisita et obtenta, ritu solenni promulgauit atque templa hoc fine cum docentibus aperuit professoribus, tum litteratae iuuentuti (m) idque in quatuor generibus atque ordinibus disciplinarum. A munifico etiam conditore academia nomen accepit, OTTONINA hodieque adpellata (n). Atque in tantis largitionibus in gratiam musarum factis, demum placida morte obiit die 4. mensis Ianuarii 1653. Vorchemii in palatio. Vnde cadauer Bambergam eductum et multis solennibus, quae habere solent litterarum patroni, in templo primario terrae demandatum (o). anno 1648. Nomen Ottoninae. Mort 1653.

(a) Vogt Germanis, nunc *praefectum* notat uniuersim, nunc sigillatim *rei iudiciariae* praefectum siue iudicem. Quae etyma explicat MAGERVS *de aduocatia*. In Franconia certe *Vogt* idem dicitur, qui in Saxonia et alibi Amtmann. Inde Stadt-Vogt, Land-Vogt iidem, quam Stadtrichter, Landrichter. Si ergo coniecturis non fallor, existimo *Voetiorum* familiam ab *hereditarii iudicii* munere agnomen hoc accepisse. Instar tractus illius Thuringiae des Vogtlandes. Quoniam Thuringiae Landgrauii munere gauisi sunt *imperialium aduocatorum*, quod SAGITTARIVS et TENZELIVS in plenae fidei ostendunt documentis. Adiuuat nostram diuinationem etiam illud. Quod VOGTII *a Salzburg* sedem habuerint suam in illa Franconiae *terra Salica* ad Salam fluuium. Sed testatissima est narratio, quod ibi *leges* natae fuerunt Salicae et interpretes uixerint *Salici iuris*. Quod pluribus recenset WEHNERVS inferius laudandus.

(b) Quod ideo dicendum, ne quis 1) *Francomae Salam* cum 2) *Sala Boioariae* atque 3) *Thuringiae* confundat. Praesertim cum *Sala* in ipsa quoque Boioaria nomen loco dederit *Salzburgensi* metropoli. Id praeterea certum, quod alteri et tertiae *salsugines* nomina dederint: an uero prima potius a *Saal* id est palatio regalique sede Franciae regum sit adpellata, suo loco relinquo. Videtur autem hoc certum, quod a FranconiaeSala populi accolae dicti fuerint *Salici* et *Salii*. Aliter *lex Salica* et *terra Salica*. Vtraque enim uti re, ita etiam nomine eadem quam *Palatina* id est *aulica*. Cum quod Romani *aulam* dixere, Germani adpellarunt *Saal*. Nouo iterum argumento Romanae et Germanicae linguarum harmoniae.

(c) Docuit hoc WEHNERVS, Franconici quondam iuris Papinianus, in *obseruat pract.* v. Gantzben *cap. 2.* Idque exempli loco, quod his uerbis proposuit: *Exemplum est in arce* Salisburgensi, *Salzburg ad Salam, in Franconia orientali*. (denen Vogten von Salzburg gehörig) *Vbi etiam imperatoris* Cunradi, *qui cognomen* Salici *inde adeptus est*, Regia *olim et* lex Salica *primum lata est a* Waremundo *eiusque consiliariis quatuor, qui in ipsa lege nominantur* Visogast, Arogast, Salegast, Vindogast. *Haecque arx hodie est etiam domus Ganerbica. Similiter suum habens Burggrauium et sua regalia*. De ultimo iudicaui in opusculo: *de iure Anglorum in Galliam aduersus Salicam legem §. 17. §. 7. sq.* Vtinam aliquis, Voetiorum de Salzburg nobis haec anecdota aperiret, quae lumen forte darent *Salicae iurisprudentiae*, adhuc tenebris inuolutae. Fieri hoc posset auspicio illius, qui hodie sapientissimo principi Onoldino primarius in secretiori consilio administer. Vir qui superiori anno praesentem principi, multis officiorum generibus excepit. Vtinam publica rogatione eidem auctor esse possem, ut uiro docto haec gentilitii castri cimelia daret ad describendum ac promulgandum.

(d) Principio princeps ualde dubitauerat suos pacificatori extraneo regi mittere legatos. Ne Caesarem offenderet. Qui interdixerat plerosque Germaniae principes, hoc facere. Ne imperii caput cum ordinibus ac membris collideretur, non sine magno utriusque discrimine ac pudore. Vt ergo inuidiam declinaret, anno 1644. consuluit ideo *Franconiae circulum*, id est ordines eius prouinciae, qua eorum rector. Quod cum intellexit imperator, ordinum in conuentu decretum, ut singuli administros legarent ad generalem pacificationem, deferbuit ira Caesaris reique et ipse consensit aut certe eidem non contradixit. Duo autem hic erant discrimina: utrum principalium legatorum quisque *sui* tantum principis ageret causam *singularem*; an uero *uniuersim* quoque concurreret in negotiis imperii uniuersi, cum Sueciae regina consi-

anno 1642. conficiendis. Deinde ſi hoc, num ope- A ra *Caeſareorum* legatorum *intermedia* id fieri deberet, an, *abſque intermedio*, cum ipſis extraneorum regum legatis. Atque in ultimo iterum requirebant, num id expediri deberet in *praeſentia* Caeſareorum legatorum, an uero illis *abſentibus* in peculiari conclaui. Comprobarunt ſuffragatores *ultimum:* ne contraria ſtudia et uota in facie Caeſareorum expoſita, Caeſaris conuellerent B *autoritatem* neque tamen imperii libertas pateretur, ſi *principum* legatis integrum eſſet, cum extranei regis legato in colloquium ſeorſim ſe dare et conferre, cum de propriis commodis, tum de cauſis uniuerſi imperii. Atque in his difficultatibus ac tenebris uerſantur iura *adlegandi ordinum*, quae libello ſingulari olim expoſuimus, cuius exempla hodieque proſtant.

(e) Anno enim 1647. libellum Monaſterii ſupplicem inſinuarunt legatis pacificatoribus ordinum imperii ſpemque ab his anno 1648. acceperunt Bambergenſes, fore ut haec cauſa Caeſareae legationi commendaretur decreto imperiali. Spes haec anno 1649. die XIII. Martii expleta. Superſunt litterae ordinum imperialium commendatione, in quibus rogant Caeſarem *Monaſterii*, D ut Bambergenſes in Carinthia dynaſtias ab oneribus liberaret, quibus adhuc eum iniuria adficerentur. Extant illae apud LONDORPIVM tom. VII. p. 547. 548. 549.

(f) Litterae commendatitiae, quibus cauſas *Bambergenſium* dynaſtiarum in Carinthia Caeſari expoſuerunt ordines in comitiis *Noribergenſibus*, anno E *1650.* die XX. menſis Octobris, conceptae apud LONDORPIVM reperiuntur *tom. VII.* p. 550. 551.

(g) Bambergenſes legati an. 1683. in ſuffragio ſelecti concilii imperialis (*dem Deputations-Rath*) id inprimis urſerunt, ne Auſtriaci uel *cameram iudicem* declinarent, ab ordinibus imperialibus conuenti uel *camera* agnoſcere dubitaret F proceſſus, LONDORPIVS tom. VII. p. 523. Repoſuere Auſtriaci anno 1654. Non habere Bambergenſes, quod Auſtriaeos in ius uocent. Principio enim Auſtriacorum ea priuilegia, ne ſtare teneatur archidux coram imperiali tribunali, inprimis ad inſtantiam ſubditi aut landſaſſii, quo numero quae cenſu Bambergenſes in hac lite dynaſtiarum in Carin G thia ſitarum haberentur. Imo cum lis pridem compoſita ſit temporaria transactione an. 1535. (*dem Anſtands-Receß*) fruſtra eandem Bambergenſes reuocare. Qui libellus ſatis amplus legitur in LONDORPIO *tom. 7. num. 466. p. 512. 513. 514 - 522.* Exhibuerunt pacta tempo- raria (*den Anſtands-Receß von* 1535.) Bambergenſes in comitiis, apud LONDORP. tom. 7. p. 534. 535. ut intelligere[tur] ordines, quam negligant illa pacta ipſi Auſtriaci Quod in prolixo reſponſo oſtenderunt atque commentario ad reſponſa Auſtriaca. Quem pariter exhibet LONDORPIVS *tom. VII. num. 480. p. 536. 537. ad p. 552.* anno 1642.

(h) Coacta ſunt prouincialia Franconiae comitia Bambergae ab antiſtite anno 1644. ad tractandum hoc argumentum, quod ex actis publicis patet apud LONDORPIVM *lib. V. p. 913. 914.*

(i) Sunt hae litterae dignae lectu apud LONDORPIVM *tom. 5. cap. 89. p. 915. 916.*

(k) Litterae ipſae inueniuntur apud LONDORPIVM *tom 5. cap. 86. p. 913.*

(l) Etiam has litteras LONDORPIVS *exhibet tom. 5. cap. 88. p. 941 915.*

(m) Vix ignoſcendum eſt patriae annalibus, quod natalium huius academiae mentionem non faciant ampliorem. *Ieſuitae* BAMBERGENSES his uerbis inſtitutum deſcribunt: *Bambergae acceſſit anno 1648. ſplendor ingens ex fundata academia, ab inſigni plane litterarum Maecenate epiſcopo et principe* MELCHIORE OTTONE, *ex nobiliſſima familia* VOIT a SALZBVRG. *Quae magis magisque indies ad reipublicae litterariae incrementum; ad ornamentum patriae et illuſtriſſimi fundatoris immortale decus efflorefcit.* Faſti Bambergenſes uulgari lingua ſcripti haec habent: *Poſtquam epiſcopus priuilegia pontificis ac Caeſaris acceperat nouae academiae condendae, die I. Septembr. eam magnis impenſis ac ſolennibus in templo cathedrali inauguranit.*

(n) Extat hoc nomine libellus, OTTONIANA ACADEMIA *ab epiſcopo Bambergenſi fundata 1619.* Quin autem non adeo frequens ſit iuuentutis academia Bambergenſis, uicinia Herbipolitana in culpa eſt Quae multis nominibus non ſolum hanc uincit, ſed etiam alias plerasque catholicorum ſacrorum. Principio epiſcopus Wirzburgenſis obicem ideo ponere uoluit inſtitutionis Bambergenſis, quod non uideretur e re eſſe, tot academiis numeros diſtrahere ſtudioſorum. Verum prudentiores facile intellexerunt, fieri non poſſe, ut alma Wirzburgenſis, tanto docentium numero et tot epiſcoporum munificentia atque largitionibus inſtructa et dotata, aliquam accipiat iacturam. Vix enim eſt academiae inſtauratio largitoris unius. Et uero ipſe obſtupui, eum anno 1715. Bambergae dinerterem in Ianuarii calendis, nullas ibi litterarias tabernas, uix unum typographum reperiri et academiam in academia fruſtra fere requiri.

(o) Lau-

(o) Laudatores deeſſe non ſolent lit-A in uernacula. BVCELINVS *in part. I. Germ. ſacrae p. 24.* hoc clogio eum extollit: *Melchior Otto uetuſtiſſimae nobilitatis; multo nomine de patria meritus, maximis animi et corporis talentis praeditus. Quem annus 1653. comitiis Ratisponenſibus praeripuit ad ſemitam aeternitatis multorum uotis deſideratum, lachrymis deploratum.* *Anno 1653.*

PHILIPPVS VALENTINVS
LII. EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

MEnſe altero poſtquam obiit deceſſor, die XII. Februarii 1653. electus eſt ſacer antiſtes *Philippus Valentinus VOIT a RIENECK*, cuius gentis uetuſtas et nobilitas in equeſtri ordine per Franconiam celeberrima (a). *Voetiorum* agnomen ipſi cum familia deceſſoris communis. Eſt enim in Franconia hoc *Voetiorum* nomen pluribus illisque gentibus ſolenlenne, quarum maiores *praefectos* egerant uel ſacros uel ciuiles. Quos antiquitas inde adpellauit, *muntera* magis reſpiciendo, quam *gentilitia* uerba. Demum utraque manſerunt, munerum etiam rationibus memoriaque extinctis (b). Etiam in aliis deceſſori ſimilis fuit. Erat, dum eligeretur, ſacri collegii *praepoſitus* (c). Deinde cauſam Bambergenſem, in *Ratiſponenſibus* comitiis inſtructam, in quibus morte praeuentus fuerat deceſſor, non ſolum repetiit: uerum etiam multum ibidum animi ſumpſit aduerſus Auſtriacos, quibus cum oppoſuit iura Bambergenſium in Carinthiae dynaſtiis, tum liberiori calamo eſt uſus, quam expectauerant Caeſarei legati (d). Etiam tempore interregni anno 1657. queremam exhibuit principibus electoribus Francofurti, ut iuribus Bambergenſis praeſulatus conſulerent in formula imperii, nouo imperatori iuranda (e). Cum enim Auſtriaci priuilegio tuerentur omnes cauſas ſuas, quod coram nullo imperii tribunali poſſent in ius uocari; inde factum eſſe fierique quotidie adhuc, quod ordines, Auſtriacis territoriis uicinos, expungant ab imperiali matricula et prouinciali adſcribant codicillo idque faciant audacter ſine ullo pudore, cum exiſtiment, ita oppreſſos apud nullum iudicem aſylum habere iuſtitiae in imperio, cum Auſtriae archiduces ob omni iurisdictione eius ſint exemti. Audiuerunt haec monita principes electores et formulae praecipue in gratiam Bambergenſium inſeruere membrum: quo pollicetur nouus imperator, ſe in cauſa eius generis ſubmittere iudicio cum auſtregarum, tum imperialis in *camera* tribunalis. Inſtaurauit reſuſcitauitque eandem litem in comitiis Ratiſponenſibus anno 1660. Vbi utriusque partis libelli prodierunt, multo cum iuris et facti ueterumque diplomatum adparatu (f). Ceterum apud ſuos antiſtes in ſingulari laude fuit plurium uirtutum, epiſcopi officio commendatiſſimarum. Principio modum ſtatuit in reditibus annui praeſulatus, ne expenſae in curia atque aula illos ſuperarent (g). Deinde quoque ſolicitus fuit in ſacri patrimonii ordinandis adminiſtratoribus, ne illi in ſparta ſibi commiſſa uel incurii eſſent uel luxu peccarent uel nimietate ſalarii (h). Poſt ſerio id egit, ne in praeſulatu uniuerſo pauperes inuenirentur mendicantes. Illos enim, qui ſe exhibere non potuerunt, beneficiis ac praebendis adfecit, alios ad operas coegit, ne tempus otio perderent (i). Ipſe in receptitiis bonis conſilio ſecutus eſt eorum, qui luxum omnem in epiſcopis damnarunt, quaſi reditus epiſcopales non aliis deberentur, quam pauperibus. Quorum cum iniuria fierent impenſae ad elegantiam curialem et adparatum aulae epiſcopi (k). Quapropter parce uixit idque in gratiam hominum egentium. Qua parſi-

Philippi Val. a REINECK electio facta Febr. 1653.

Vogtii de Rieneck.

Cauſa Bambergenſium dynaſtiarum in Carinthia, expoſita comitiis anno 1644. et anno 1660.

anno 1657 in electione Leopoldi.

Rerum domeſticarum geſtarum ſylloge 1) in oeconomicis, 2) redditibus, 3) cura pauperum,

4) frugalitas,

5) orphanotrophium fundatio.

parſimonia etiam hoc effecit, ut orphanotrophium Kaulbergenſe deſtrueret et ſtupenda mole inſtauraret dotaretque inſigniter (l). Coegit etiam an. 1654. prouincialia Franconiae ordinum comitia Bambergae, quibus Caeſaris legatus comes *Schwartzenbergius* interfuit. Verum eius aduentu et praeſentia ordines necquicquam a conſilio, communibus ſuffragiis adprobato, fuerunt auocati. Potius ueniam petierunt a Caeſare, ne id aegre ferret, quod, communi conſenſu, in ſui utilitatem ſemel ſtatuiſſent. Argumenta ſententiae comitialis fuerunt, quae ſequuntur. *Principio* ut ſcriberetur alereturque in Franconia miles perpetuus, uniuerſis ordinibus communis, pro communi ſalute (*eine Creyß-Verfaſſung und Creyß-Mannſchafft*): *deinde* ſinguli ordines grauamina exponerent in ſingularibus libellis, aduerſus ſummam in imperii matricula illis definitam: *poſt* idem fieret eo fine, ut circulo ſiue pago quodam exempti, recuperatorio iudicio reducerentur (*die* redinte*grirung und Erganzung der ausgezogenen Staende*): *tum*, ut modus et leges ſtatuerentur monetariae omni numorum generi, agnito in Franconia: *porro* ratio haberetur annonae et rei ſumtuariae itemque hominum uagabundorum, Zigeunorum, id eſt Iudeorum atque famulorum fugitiuorum: *praeterea* purgarentur uiae publicae a latronum ac furum ſentina conciliareturque publica ſecuritas: *tandem* prouincialis aerarii redderentur rationes: neque demum negligerentur cauſae ſingularium ordinum in comitiis commendatae (m). Ceterum licet epiſcopus a Galliae ac Sueciae regibus ſaepius inuitaretur, ut foederi eorundem ſocius accederet, quod illud finem haberet Germaniae tranquillitatem: audire tamen noluit extraneos reges, Caeſari fidiſſimus. Qui principis candorem in libello laudauit, qui hodieque ſupereſt (n). Ceterum, graui et diuturno tredecim hebdomadum morbo ſub exitum anni 1671. correptus, obiit die 3. menſis Februarii 1672. in cathedrali templo ad aram S. Laurentii ſepultus (o).

Comitia circularia Bambergae anno 1654.

Leges circulares die 4. Nou. 1654. promulgatae.

Recuſauit foedus cum Gallis anno 1658.

Morbus et mors 1672.

(a) Rienecciorum nomen inſigniaq; in ultimae uetuſtatis torneamentorum matriculis reperiuntur. Deſiderat tamen haec gens hiſtoricum, qui origines maiores illius deſcripſiſſet.

(b) Noſtri inſtituti non eſt hoc filum pertexere. Vtinam id feciſſet *Bucelinus*. Sed ipſe de familia uix unum uerbum habet. Si noſtra gens cum *Burggrauiis* de RHINECK communem habet ſtirpem, noſtrae coniecturae nouum lumen. Quoniam *Burggrauii* nomen eſt *iudicis urbani* ſiue praetoris: qui alio etiam uerbo *Vogtii* (*Statt-Vogte*) ſolent dici. Neque tamen omnia *comitum* munera ideo fuerunt gentilitia. *Cum officiales etiam hodieque ita adpellentur *Saltzgrau*, *Hansgrau* id eſt, ſalinariae aut nundinariae rei iudex, ſine ulla gentilitia dignitate. Ceterum BVCELINVS p. 200. genealogicae Germaniae notitiae *uiginti quinque* familias illuſtres recenſet, quae omnes *Vogtiorum* agnomen habeant, licet alia cognomina. Neque dubito, quin *Reineck Rhineck Rieneck* ſynonyma ſint diſtincta ſolis diphthongis.

(c) Qua etiam ſparta gauiſus fuerat anteceſſor.

(d) Licet enim noſter fuerit, cuio iuſſu libelli exhibiti et ordinum calamo excepti ſint, pro immunitate Bambergenſium dynaſtiarum in Carinthia (*des Bambergiſchen Vizdums in Caernthen*) cum tamen A deceſſor cauſam hanc plene inſtruxerit, nolui eam hic recenſere. Sed praelibaui eam in uita deceſſoris, ne argumentum a ſe diuelleretur.

(e) Eſt *capitul. Leopold. artic. XXXII.* Cuius in uernacula uerba ſunt haec: *Vnd demnach ſich auch uerſchiedene Staende des Reichs nechſt dieſen vielfaeltig beklaget, daß, ohngeachtet deren in denen Reichs*-Conſtitutionen *enthaltenen Verfehungen, ſie theils in* exemtion-*Steur und Anlag-Sachen, theils* in iurisdictions, *und anderen gegen das Haus Oeſterreich* B *habenden Irrungen bishero zu keinem rechtlichen Austrag gelangen koennen: als wollen wir gleich bey Anrettung unſerer Kayſerlichen Regierung hierinnen die Verfehung thun. Damit ſowol in* exemption-*und ermeldtem Steuer-Weſen den 1548. bey gehaltenem Reichs-Tag mit Bewilligung des Hanſes Oeſterreich uerglichenen rechtlichen Austragen unſers Kayſerlichen* C *Cammer-Gerichts, als auch in andern Sachen der Cammer-Gerichts-Ordnung wegen der Austraege nachgelebet, von denſelben beyde Theile uernommen, darauf einem ieden ſchleunige* iuſtitz adminiſtriret *werden ſolle*. Verum licet ad hunc articulum inſtar palladii ſui prouocauerint Bambergenſes uoluerintque confici litem uel coram Auſtregis uel in *camera* imperiali: nihil tamen profecerunt quicquam. Quoniam uti olim, ita

etiam

Anno 1660. etiam poſthac Auſtriaci utrumque iudi-A cium declinarunt.

(f) Typis iuſſu *Philippi Valentini* epiſcopi Bambergenſis promulgata ſunt in uernacula 1) informations-*Schrifft*, 2) ſpecies facti 3) additio ſummariiſſima *der* exemption *des Bambergiſchen Vizdums und Herrſchafften in Caernthen in 4t.* Quibus libellis poſtea oppoſuit ſcriptum prolixum ſatis et publicae fidei diplomatibus inſtructum pars aduerſa, B his quidem adpellatum uerbis: *Kurtze* in iure et facto *wohlgegründete Gegen*-deduction *der Oeſterreichiſchen* iurium, *wider die von dem Stifft Bamberg auf gegenwaertigen Reichs-Tag* anno 1667. *in Druck gegebene* informations-*Schrifft*, ſpeciem facti et ſummariiſſimam additionem, *wie auch andere in dem Fürſten-Rath mündlich abgelegte* uota, *die beſagtes Stiffts in dem Hertzogthum Carethen habende* C *Herrſchafften und deren* praetendirende execution *von der Landes-Fürſtlichen* iurisdiction *und ſonſten betreffend* Vienae 1668. f. Vtriusque partis libellorum auctores argumentis uſi ſunt non peregrinis, ſed in patria natis, ut adeo legi omnino mereantur.

(g) Didicit enim ex calamitate temporum, quam male ſibi conſulant Germaniae principes, qui nullas ineunt D prouentuum ſuorum rationes plusque reddunt, quam accipiunt. Qui luxus Germaniae principibus plerisque, praeſertim hoc aeuo eſt familiaris. A quo tamen abhorrere magis debent principes ſacri ordinis, quod his commendatum magis ſtudium doctrinae moralis.

(h) Ideo fui hunc antiſtitem nomine adpellarunt *oeconomi*, quod res fiſci E et aerarii ipſe prouidentiſſime diſpoſuiſſet.

(i) Tot enim, pace 1648. facta, militibus dimiſſis, parum ſecurae fuere publicae uiae. Cum milites exautorati panem quaeſiuerint furtis et latrociniis.

(k) Non is ego ſum, qui uitio uerterit *epiſcopis principibus*, ſi laute et cum adparatu quodam uixerint. Quamuis enim clericis et ſacris antiſtitibus factu illud ſit nefas: principalis tamen dignitas, ſacro pallio addita, uult, ut uitam *Anno 1672.* agant non fordidam, ſed dignam principis rem publicam regentis potentatu. Sane, licet Saul propheta fuerit, non ideo tamen eſſe deſiit rex. Nec regalis adparatus notatus in curia Dauidis prophetae. Aliter calculos poſuit noſter. Qui tamen ideo in exemplum aliis nequit, legis ſacrae inſtar, obtrudi. Ita reſpondi egomet nuper protonotario apoſtolico, ex Italia transenti alpes ac uenienti in noſtram Germaniam. In qua pietatem illius maximopere offenderunt epiſcoporum in Germania militares copiae, equeſtres cohortes, aulae, tituli, conuiuia, tympana, tubae, buccinae, tormenta et armamentaria. Ad quae omnia ipſe obſtupuit inclamauitque: *O claues Petrinae in quos non theſauros penetraſtis!* Meum igitur fuerat, hos ſcrupulos, hoc diſcrimine inter *epiſcopum* et *principem* facto, eidem euellere.

(l) Faſti Bambergenſes inſtitutum ita deſcribunt: *Er hat das aufm Kaulberg baufaellig geweſene Waiſen- oder Seelen-Hauß gantz abbrechen, und aus ſeinen eigenen Mittlen ein gantz neues und ſehr koſtbahres Gebaeude uom Grund ausbauen laſſen. Wie ſolches noch ietzo iedermann für Augen ſtehet. Worbey er auch daſſelbe mit Einkünfften gewaltig* dotiret, cetera.

(m) Superſunt argumenta *receſſus circularis* Bambergae ſcripti die 25. Nouembr. 1654. apud LONDORPIVM tom. VII. cap. 101. p. 957. 958. 959.

(n) In actis publicis LONDORPII *tom. VIII. cap. 328. p. 509. 510.*

(o) Hora V. ueſperi, quod addit auctor DIARII EVROPAEI *part. 25.* p. 590. his uerbis: *Am* 24. Ian. (3. Febr.) *Abends gegen 5. Vhr haben Ihro Hoch-Fürſtliche Gn. der Biſchoff uon Bamberg* Philipp Valentin, *nach ausgeſtandener XIII. woechentlicher Kranckheit, dieſes Zeitliche geſeegnet. Sie wurden uon uielen ſehr bedauret. Weil ſie das Stifft über 20. Jahr wohl und loeblich regieret.* Sed fallitur auctoris calculus, quoniam aetas regiminis illius non expleuit annum decimum nonum.

Anno 1672.

PETRVS PHILIPPVS
LIII. EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

Petri Philippi a DERNBACH *electio die 22. Martii 1672.*

NOn menſtruo ſpatio uacuus fuit antiſtite praeſulatus. Nam die XXI. menſis Martii anni 1672. communi ſuffragantium ſacri collegii concentu electus eſt *Petrus Philippus* a DERNBACH, quae gens eſt Franconicae nobilitatis (a). Erat is uir prudens, ſolers, toga et ſago ualidus reique militaris peritus et curioſus. Tempore, quo praeſul electus, uicarium egerat Bambergenſium in Carinthia dynaſtiarum (b). Ex quo igiter antiſtes factus ante a conſilio coepto non deſtitit, quam fatalis illa cum Auſtriacis controuerſia anno 1682. transactione componeretur, ea quidem lege, ut Auſtriaci iura, Bambergenſes autem cenſus annuos lucrarentur (c). Fecit quoque gloria rerum conſiliorumque noui praeſulis, ut biennio poſt *Wirtzburgi* a ſacro collegio *praepoſitus*, mox *epiſcopus* inaugurareturr (d) atque adeo utriusque principatus ſacri Bambergenſis et Wirzburgenſis fieret particeps. Inde cohortes aluit et legiones militares, rerumque pace ac bello geſtarum in Germania uniuerſa conſors fuit ac ſocius (e). Inprimis uero *circulorem Franconiae militiam* bene ordinauit diſpoſuitque et exemplum reliquit, quod poſteri in hoc argumento ad imitationem ſibi propoſuerunt (f). Etiam curam habuit rei monetariae, cuius in Franconiae tractu eo maior abuſus, quo plures territoriolorum domini ex hoc regali facere uolunt ſordida compendia (g). Alieniſſimum ſemper ab amicitia ac foedere cum Gallis circumtulit oſtenditque animum ac ideo in laude fuit ſinceri, aperti, fortis et magnanimi principis. Quod in tricennali bello, quod uixerat, artes extraneorum regum ad patriam perturbandam, plene intelligeret et, quin poſteri facinora peccarent maiorum, cauere ſciret et euitare (h). Ceterum ſedem habuit plerumque Herbipoli, qui praeſulatus Bambergenſi eſt amplior. In quo etiam palatium epiſcopi ac urbis ſe commendat operis, opibus, auleis, munimentis. Obiit igitur in Wirzburgenſi arce *Marienberg* appellata, die *XXVI. menſis Aprilis anni 1683.* Poſtquam obfirmato pectore ſex hebdomadum *morbos* uehementiſſimos pertuliſſet (i). In templo cathedrali Herbipolitano, altero menſe Maio poſt, die II. anni eiusdem rite ſepultus, Funebribus illius interfui adoleſcens.

Comitia litis Bambergenſium in Carinthia an. 1682.

Wirzburgenſis epiſcopus die 27. Maii 1673.

Die Fränckiſche Kayſ. Verfaſſung.

Sedes Herbipoli.

Mort an. 1683.

(a) Ad *Haſſiacam* refert BVCELINVS et plenius Io. Iuſt. WINCKELMANN in deſcript. Haſs. p. 226. 227. 228. 229. 230. Poteſt uero euenisſe, ut familia, quae Haſſiacae originis, etiam in Franconiam transferretur, aliis ibi florentibus agnatis. Vtrum *Dernbach*, *Derenbach*, *Derembach* re differant uera, an diuerſa tantum fallat ſcriptura, iudicium ſit aliorum qui magis ſunt curioſi in genealogiis Germanicae nobilitatis.

(b) *Vicedominum* Bambergenſem in Carinthia dicunt. Quod munus cum amplum ſit et momentoſum, non ſolum ob dynaſtiarum in Carinthia numeros et opes: ſed etiam ob perpetua cum Auſtriacis ibi diſidia: ſaepius contigit, *uicedominum* inde ad ſacram *praeſulis Bambergenſis* ſpartam euocari.

(c) Non potuit hoc fugere IMHOFFIVM, in uicinia habitantem Noribergae. Ita autem ille: *Incaluit controuerſia Bambergenſis*, (ſuper immunitate et exemptione Carinthiae quindecim dynaſtiarum) *in praeſentibus etiam comitiis et ſcriptis amoebeis acriter agitata. Verum circa annum 1682. compoſita eſt transactione. In hac epiſcopus et capitulum de iure* immedietatis *deceſſerunt*, ſuprematu *ditionum Carinthiacarum et iure colligendi in Auſtriacam domum translato: contra uero* Auſtriaci *ſoluerent Bambergenſibus annuatim* quatuor mille *florenos. Obligato uectigali* Taruiſienſi *ſub nexu hypothecae.* Peccat uno orbiculo Herois europaei auctor, qui ſubſtituit ſummam 40000. Cum quo etiam labitur *Schwederus.*

(d) Scilicet die 4. menſis Decembr. 1674. electus fuit *praepoſitus:* die 27. menſis Maii 1675. *epiſcopus Wirtzburgenſis.* Quae hic geſſerit, loci ſunt alterius.

(e) Eſt uero ex hiſtoria iſtius aeui notum, quantopere Galliae rex conſilia

lia ordinum Germaniae disturbauerit, alios minis, plures opibus ac nummis, aut rerum magnarum spe solicitauerit egeritque id, ut plerosque a partibus abstraheret Austriacis et piissimi tum imperatoris. Quod uero is aperte, illud per latus Sueciae rex, clam illius socius et adiutor. Princeps noster abhorruit ab utroque, detexit utriusque artes, quibus Germanico imperio illusissent olim pergerentque illudere etiamnunc.

(f) In *Franconiae* et huic uicinae *Sueuiae* pagis, maximopere tum consilia requirebantur prudentum, ne ab insidiis Gallorum circumuenirentur ordines, faciliores certe plerique in audiendo ac credendo Gallis, quam salus patriae uoluerat. Magna ideo fuit auctoritas nostri, partim quod Franconiae supremus rector esset, sedulus in consultando cum ordinibus, partim quod milite esset instructus, quo praeire suis uoluerat, ut circulares ordines eum in legendis ac instruendis copiis eo promtius sequerentur. Id sermone habeo illorum, qui eius generis negotia in circularibus comitiis curant, quod nostro antistiti gloria debeatur rei militaris, in Franconiae circulo bene ordinatae. *anno 1688.*

(g) Non solum in comitiis Franconiae uniuersae prouincialibus de hoc actum est argumento: sed etiam in consilium tanti momenti alii adhibiti pagi siue circuli uicini, annis praecipue 1679. 1680. et sequentibus. Ad quos prouocant acta publica. Sed malum altiores radices egit, quam ut corrigi posset poenis, decretis et statutis.

(h) Dicunt cum in uotis posuisse, ut *Franconia armis esset* decorata. Ita enim sufficere eam ad primum impetum uicini hostis excipiendum. Quod satis sit ei, qui fidem Caesari et imperio debeat, ut expectare inde queat postea adiumentum.

(i) Vulgares nostri annnales in *theatr. Europ. tom. XI.* p. 510. Calculos ineunt curate atque his uerbis: *Die XII. circa horam undecimam nocturnam* PETRVS PHILIPPVS *in Marienburgensi palatio obiit. Annos natus sexaginta tres. Funebris conductus die 1. mensis Maii Wirtzburgi factus. Sacra uerba ad populum ideo fecit Iesuita explicauitque XXVII. Psalmi comma uigesimum sextum. Lucem aspexit antistes 1619. sub exordium feralis belli in Germania.*

MARQVARDVS SEBASTIANVS

LIV. EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

TErtio mense post obitum decessoris episcopi, die X. mensis *Iunii* anni 1683. electus est praesul Bambergensis *Marquartus Sebastianus* pincernarna, de STAVFFENBERG. Quod nomen est uetustissimae in Sueuia familiae, hereditario pincernarum Sueuiae munere illustris (a). Principio pacatum habuit reipublicae statum, induciis uicennalibus factis cum uicino hoste. Cum tamen Bambergensis principatus suum nunc aleret praesulem, seiuncto iterum inde episcopatu Herbipolitano, qui alium antistitem fuerat nactus; deinde Bambergenses in Carinthia dynastiae, olim immunes, nunc archiduci tributariae essent: de nimietate summae in imperiali matricula Bambergensibus adscripta, querelas iure mouit cum in comitiis Franconiae paganis, tum in imperialibus Ratisponae. Est etiam utrinque auditus. Consensu enim comitiali census imperialis tertia parte eo fuit deminutus, usque de stabili summa Bambergensi aliquid statueretur (b). Etiam collectarum controuersia tum est agitata Bambergae, cum possessoribus curiae *des Brand- oder Zoellner-Hoffes*, qui adrogatae sibi immunitatis causa in ius sunt uocati (c). Rei monetariae in Franconia abusus agnouit deplorauitque. Imo etiam circulares ideo instituit consultationes atque uicinorum principum rogauit auxilia, ut uiliores lege monetaria numi proscriberentur in imperio salutareturque imperator ad poenas irrogandas illis, qui aduersus iura hic deliquissent, lucri cupidine corrupti (d). Breui post incidit in tempora duri-

Marq. Sebast. SCHENCK de STAVFFENBERG electi die 12. Iun. 1683.

Schenckiorum de Stauffenberg familia.

Bambergensium census imperiales demi. nuti an. 1685.

Causa des Brand- oder Zolner-Hofes.

Aduersus rei monetariae abusus.

anno 1697. Belli Gallici calamitas in Francomia 1689.

riſſima. Ex quo enim Galliae rex anno 1688. Germaniam et Franconiam praeſertim improuiſo impetu inuaſit et milite inundauit: parum abfuit, quin Bambergenſis prouincia cum Franconia uniuerſa hoſti in praedam concederet. Fecit haec irruptio repentina, ut ordines Franconiae iam ſerio rem agerent, quo militia circularis, tum fere collapſa, repararetur acciperetque, quantum fieri poſſet, inuidenda incrementa (e). Imo etiam de milite Germaniae uniuerſae perpetuo ea occaſione actum. In quo tamen inſtituto patronus illius Sueuiam faciliorem habuit, quam Franconiam eiusque ſupremum rectorem. Interim nullis impenſis militaribus pepercit, ut hoſtis trans Rhenum repelleretur. In ea temporum duritate nihilominus domi etiam cogitauit de urbibus in meliorem ſtatum uertendis. Sibi palatium extruxit, a conditore adpellatum MARQVARDIBVRGVM (f): coenobio Franciſcani ordinis (g) et Ieſuitarum collegio templa deſtinauit et ſolenni ritu illis benedixit (h) anno 1693. Semeſtri ſpatio poſt, diuinis meditationibus ac precibus animo defixo, appoplexia correptus, obiit die IX. menſis Octobris anni 1693. Cadauer illius die XXVI. menſis eiusdem in templo primario ad aram S. Ioannis honeſto ritu humatum (i).

Inde ordinata circularis militia, die Creyß-Verfaſſung.

Palatium et templa noua 1693.

Mort 1693.

(a) Illarum familiarum, quae poſt cognomina alia, *Schenkii* ſiue pincernae agnomen ferant, *ſexaginta quinque* numerat BVCELINVS *in Germania genealogica p. 201.* Nam licet olim cuique principi unus ſuffecit *pincerna:* poſtea tamen, ſiue quod Caeſarem imitarentur, ſiue quod creſceret luxus, numeros auxerunt, uni tamen familiae *hereditario* hoc munere adfixo. Acceſſit quod plures *uerbo* tantum eſſent *pincernae*, re autem ipſa nullo fungerentur officio. Qui tamen omnes iure *proedriae* et dignitatis ideo gauiſi ſunt, ut in itu ac reditu aliis nobilibus praeferrentur, curiali uerbo non decoratis. Factum igitur eſt, ut nobiles, familiari nomine omiſſo, a potiori tantum uellent adpellari *pincernae.* Imo in medii aeui diplomatibus paſſim legitur *Schenck Volrath*, *Schenck Eberhard* cetera, necquicquam additis cognominibus de Stauffenberg, de Limburg et quae generis eiusdem. Vnde etiam illud clarum eſt, quod in nimio peccent hodie *landſaſſii* nobiles, cum praecedentiam negant principis *conſiliariis* aut honeſtioris ordinis *officialibus.* Quibus tamen olim in tanta Germaniae nobilium libertate primi fuere poſtpoſiti. Atque haec cauſa eſt, quare ſibi tanto honori duxerint familiae nobiles, *principis* officialem agere: ut cognominibus familiaribus inde *agnomen* rogauerint, *pincernae, mareſchalli, dapiferi, camerarii*, quod ultimum tamen olim accidit rarius, quo maior haec dignitas habita prae aliis) etiam in poſteris ſiue uſu ſiue priuilegio ita continuatis. Ceterum id adfirmant ſcriptores genealogici, quod *Stauffenbergii Sueuiae* ducum egerint *pincernas* hereditarios: quibus extinctis, non ſolum memoria remanet in hoc nomine, ſed etiam iura.

A Quoniam *hereditaria* haec officia a principibus pependere et a principatibus ſeu prouincis. Vt adeo, primo extincto, permanſerit nominis ſuſtentaculum in altero.

(b) Moderamen, quod dicitur matriculae, fuit quidem temporarium tantummodo, quod intelligitur ex imperiali decreto apud LONDORPIVM *tom. XII. p. 476. 477. Damit dem Biſchoffthum Bamberg über die demſelben hiebeuor den 20. Aug. 1677.* intuitu *deſſen im Fürſtenthum Caernthen gelegenen, uon dem Hauß Oeſterreich aber ausgezogenen Herrſchafften uon dem alten* matricular-quanto *der 1088. fl. bereits gethanen Erlaß, auch uom biß herigen* contingent *der 682. fl. ein Drittel, nemlich 227. fl. 20. Kr.* interims-*Weiſe und biß zur* rectification *der allgemeinen* matricul *abgezogen und bey künfftigen Reichs- und Creyß-Anlagen nur auf die* reſtirende *zum Drittel, nemlich 454. fl. 40. Kr.* reflectiret *werde.* Signatum *Ratiſponae* die IV. Iunii menſis anni 1685.

(c) Prodiit in hac cauſa libellus, his uerbis inſcriptus: Exegeſis ſiue in iure et facto *wohlgegründete Gegen*-remonſtration. *In welchen zuſehen, daß die* poſſeſſores *des Brand- oder Zollner-Hofes in Bamberg, ſich ihrer* priuilegien *bey allen uorfallenden* caſibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, *ſo gar uon Türcken und Reichs-Kriegen, zu bedienen haben und uom Hoch-Stifft müſſen enthebt werden, gedr. 1685.* Nam ordinario iure ab immunitate in communibus ad extra ordinem indicta tributa nullum alias uinculum conſecutionis. Et in ultimo omnino genere inuaſio Turcarum et ideo coacta tributa omnino uerſari uidebantur.

(d) Intelligitur hoc cum ex actis publicis, tum ſigillatim ex litteris ideo ad Boica-

Boioariae electorem scriptis, quas exhibet LONDORPIVS tom. VII. p. 505. 506.

(e) Nam ex hoc tempore militia *Franconiae* circularis (*die Fraenckiſche Creyß-Verfaſſung*) in pretio et exemplo fuit singulari. Quod si etiam decem Germaniae pagi omnes imitati essent, nunquam uires Germaniae aduersus hostem Gallum defuissent. Verum illi circuli, ubi principes unus et alter aliis praepotentior, a militia circulari ideo alieni sunt, ut infirmiores maneant inermes, illosque comiter habeant, a quibus tempore belli expectandum et exhibendum illis auxilium.

(f) Marquardsburg *neben dem Seehof.*

(g) *Die* Franciſcaner *Cloſterkirch zu* Vorcheim. Ritu inaugurationis defunctus est episcopus die III. mensis Maii 1693. *Anno 1693.*

(h) Inaugurauit hoc templum, cuius structurae multum ineſt et salis et operis die XVII. mensis Maio 1693. Festum autem diem anniuersarium esse uoluit *Dominicam IV.* post sacra paschatos. Idque ex plenitudine potestatis episcopalis.

B (i) Dum id ageret antistes, ut horis, supplicationibus diuinis ad sanctum Martinum faciendis, interesset: sanguinis ictum sensit, quem ueteres *sideration*em dixerunt, malum hoc siderum tribuentes dispositioni.

LOTHARIVS FRANCISCVS

LV. EPISCOPVS BAMBERGENSIS.

VIx humatus fuerat decessor, cum die *16. mensis Nouembr.* anni 1693. *Lotharius Franciscus* antistes nominaretur, tanto suffragantium concentu, ut electio eius per *inspirationem*, quod sacri canones dicunt, facta esse uideretur (a). In uotis ille fuerat omnium, illorum maxime, quibus litterae, artes, industria, facundia, candor, probitas, facilitas, prudentia et, post alias uirtutes, de omnibus bene merendi uoluntas illius, plene cumulateque fuerunt perspectae (b). Acceſſit dignitas et uetustas gentis *Schoenbornianae*, unde fuerat oriundus (c). Non enim aetate solum Germaniae principes familias illa superat: uerum etiam meritis et uirtutum luminibus in rempublicam. Ipse pontifex supremus fiduciam quam haberet in nouum antistitem, singulari exemplo declarauit. Sacra enim decora eidem impertiuit gratis, definito censu remisso, qui ideo soli debet alias curiae pontificiali (d). Neque in Bambergensi sparta suprema continuit se uirtus et fama eius: sed explicauit et dilatauit se per Germaniam uniuersam. Sedis igitur *Moguntinae* sacri collegae eum die 3. mensis Septembris 1694. elegerunt sui antistitis *coadiutorem*: cui etiam anno post 1695. die 2. mensis *Maii* in sacro munere et principatu succeſſit (e) solenni ritu adplausuque Moguntiae inauguratus. Ex eo tempore utriusque episcopatus summam habuit curam neue alterum uideretur negligere, negotiorum in imperio multitudine ac mole obrutus, eius archicancellarius, tempora anni diuisit adsignauitque aliquot etiam menses *Bambergae*, per quos singulis ibi annis ageret esſetque praesens rerum in illo principatu peragendarum (f) Facile igitur est ad intelligendum, nihil in imperio potuisse accidere aut euenire, cuius rei ille non esſet particeps, consultor, imo fere auctor et actor. Siue enim causas et curas imperii uniuersim sumas, prora et puppis in eo archicancellarius: siue prouinciarum iura expendas sigillatim, tam in curia imperiali, quam in tribunalibus Germaniae supremis idem ille Caesaris oculus et manus: siue ultima duo bella cum Gallis animo agites, illa Rheno uicinam prouinciam Franconiamque praecipue tetigerunt commoueruntque, in quibus ipse quoque arbiter ac rector. Quo rerum statu nostri antistitis uitam scribere, idem est, quam condere Germanici imperii annales, quod opus aliquot uoluminum, non unius aut alterius pagellae,

Lotharium Franciscum a Schoenborn *anno 1693. electum.*

illius uirtutes.

Schoenbornianae gentis summa.

Pontifex in eam fiduciam ut ſpes.

An. 1694. coadi. inter et an. 1695. archiepiſcopus Moguntinus.

Vtriq; ſpartae annuatim praeſunt.

Rerum uniuerſi imperii ab anno 1693 quo auctor et actor ſit

a) *archicancellarius et comitiorum director.*

b) *uicecancellarii opera.*

c) *director Rhenanus.*

d) *Franconiae prouinciarum.*

anno 1691.

lae, qui finis noſtro propoſitus argumento. Cogimur itaque contrahere uela atque curſim et indice digito notare tantum ea, quae ad res Bambergenſes faciunt, ne noſtrae aetatis epiſcopi unius uita ſuperet aut exaequet librum hunc, in quo hiſtoria uniuerſi epiſcopatus. Anno 1696. poſtquam homagio ſibi deuinxiſſet ſubditos in principatu *Moguntino* atque renouaſſet foedus Rheni electorum cum antiſtite *Treuirenſi*, conuentu hoc fine inſtituto *Ehrenbreitſteini:* in *Franconiae* praeſulatu id egit, ut Hagam Comitum, quem pagum iure dixeris amphyctionum orbis uniuerſi, nuntius amandaretur, qui cauſas Franconiae ageret ibi ſigillatim apud confoederatos praepararetque animos ad ſatisfaciendum et compenſandum illa, quae in Gallico bello uel impendiſſent incolae uel paſſi eſſent damni et iniuriarum. Neque immaturum conſilium hoc fuit, cum altero anno poſt 1697. inciperet de pace futura inter foederatos et Gallos conſultatio. Vniuerſae Franconiae tum ſpes magna in noſtro antiſtite. Cum, quod ipſe autoritate plurimum ualeret apud Caeſarem et Belgas; tum, quod in *adlegatione* imperii ordinum Moguntinus legatus, noſtri frater, praeſidem ageret, cogeretque in aedibus ſuis conuentus omnium imperii legatorum, colligeret ſuffragia referretque conſultata Caeſareis. Neque egomet, negotio tum praeſens, intellexi, quod in tricis quartae iſtius pacis paragraphi, aliquid culpae aut inſidiarum datum ſit Moguntino praeſidio, alieno ubique a fuco et fallaciis. Pace illa improſpero ſucceſſu confecta, anno ſequenti 1698. inter Franconiae ordines omnem lapidem mouit, ut copiae, machinae, annona, adparatus belli ſuppeditarentur ad *Philippiburgum* et caſtrum *Koelanum*, Argentorato oppoſitum, firmandum ac intruendum praeſidio militari, cum illa loca imperio attuliſſet funeſtiſſima alias pax *Risuicenſis*. Annus 1699. funeſtos quosdam caſus habuit hominum uagorum et exſulum, qui per Franconiae regiones et tractum Bambergenſem, per turmas et cohortes ingenti numero errarunt exercueruntque praedas et rapinas atque uiribus conglobatis, oppida et pagos inuaſerunt et infeſtarunt. Cauſa mali uiſa eſt aliquibus, quod, pace facta, innumeri milites accepiſſent miſſionem, qui victum et cultum aliter acquirere noluerint, plures neſciuerint etiam, quam bonis alienis adferendo manus, praedando rapiendoque. Quorum numeris cum peioris ſortis agricolae et ciues adgregarentur, latius ſerpſit hoc malum, ut prudentiores bella metuerent, ex memoria ſuperioris ſeculi cognita, ſub infami uerbo *tumultuum ruſticorum* (des Bauren Krieges). Cunducto tamen ex milite prouinciali exercitu, praedonum eius generis alii occiſi, alii in uincula coniecti, plures ad operas perpetuas et triremes damnati atque publica pax Franconiae reſtituta. A quo tempore in mores iuit in Franconia, ut homines uagi et errantes captiui Venetis mittantur uendanturque inſtar ſeruorum poenae. Annus ſecularis, ut in aliis Germaniae partibus, ita etiam Bambergenſi praeſulatui fuit ſacer. Cuius plurimi incolae Romam contenderunt ad pontificiales indulgentias, quae deferent omnis generis peccatorum poenas et reatus. Illud porro ſalutare fuit praeſulis Bambergenſis conſilium, ut omnis generis ac ſortis numi uel proſcriberentur e Franconia uel reducerentur ad leges monetales pagi Franconici et imperii. Suprema enim eius rei cura Bambergenſi antiſtiti ab imperio eſt demandata, idque in ſocietate *Wurtenbergici* et *Boioariae* ducum. Cum e re eſſe uideretur, *Boioariam*, *Sueuiam* et *Franconiam* eodem monetae genere uti et tres pagos uno hic concentu ac inſtituto inuicem conſpirare. Ceterum de nouis munimentis, Erfurdenſi additis hoc anno, referre non omittent annales Moguntini. Neque tamen id negligi debet, quod, ſub exitum ſeculi huius, iurium, cum clientelari nobilitate controuerſorum, magnam in hoc principatu attulit rerum conuerſionem. Scilicet his moribus adhuc nobilitas clientelaris uti uoluit, ut *feuda Bambergenſia* haberentur pro antiquis neque ſucceſſio negaretur agnato, eiusdem nominis, clypei et armorum ſocio, licet non conſtaret, eum in poſteris eſſe illius, qui feudum primus acquiſiuiſſet et comparaſſet. Idque ideo, quoniam huius praeſulatus feuda

Anno 1696. homagium, foederis renouatio cum Treuirenſi.

Anno 1697. conuentus Hagenſis et pax Risuicenſis.

Anno 1698. cum militis praeſidiaris.

Anno 1699. turbae hominum uagabundorum.

Anno 1700. iter Bamberga Romam.

LL. monetariae.

Conuenta clientelaris nobilitatis cum antiſtite Bambergenſi anno 1700.

1) quare omnia hic feuda habenda pro antiquis?

obla-

oblata sint ex allodiis, fideicommissi familiae nexu oneratis. Inde cuicunque ex ista familia uel renouandum feudum, possessore uacuum uel expungendum illud ex matricula clientelari et in pristinam proprietatem, quam ante habuerat, fundus reducendus. Contra, Bambergensis curia uestigiis insistere uoluit iuris communis: quod feudum pro nouo habet, eoquidem usque, dum docuerit agnatus, illud sui intuitu esse antiquum. Licet igitur lis haec componi nequiuerit: ita tamen conuentum est, ut, qui factus esset primum possessor, siue dominus is esset siue agnatus uasallus, ei iura relinquerentur possessionis, res ipsa coram arbitris (austregis) disceptaretur iisque quatuor, quos partes ipsae nominauissent. A quibus post anni spatium lis deuolui posset ad suprema imperii tribunalia. Atque in hoc argumento lis non composita, sed alligata ad formam procedendi. *Alterum* fuerat hoc, utrum feuda, Bambergensi curiae aperta innexaque praesulatui, nihilominus equestri ordini permanere deberent tributaria, quod merito negandum. Licet tum ea in re nequiuerint inuicem conuenire. *Tertium* uersabatur in limitibus regundis *centenariae* iurisdictionis, quam princeps Bambergensis habet in nobilium clientelarum fundis. Quatuor uerborum finibus eam incluserunt ueteres. Scilicet homicidio (Mord); incendio (Brand); stupro uiolento (Nothzucht); rapinis (raub). Verum quamuis in adpellatione nulla contentio, fuit tamen grauissima semper in horum uerborum forensi significatu, quem Bambergenses proferre, contra nobilitas contrahere uoluit et restringere. Vterque de amplitudine solicitus suae iurisdictionis uel *centenariae*, quae praesulis, uel *uogtianae*, quae nobilium. Lumen formulae conuentionis, quae in margine recitata (g), addi debet hoc. Veteri Germanorum consuetudine pauciſſima delicta ultimo supplicio aut poena, quod dici solet, corporis adflictiua punita esse, adeoque *centenarium* iudicem (alibi die Fraisch) animaduertisse in delicta nonnisi pauciſſima. Exemplo adulterii, quae olim multam satis leuem adeoque *uogtium* siue inferiorem iudicem habuit, non *centenarium* superiorem. Contra autem res se habuit ex eo tempore, ex quo omnes fere leges sanguine tinctae sunt, id est, poenae dictae ultimi supplicii, idque, nisi omnia me fallunt (h), a principibus hoc etiam fine est factum, ut ampliarent superiorem iurisdictionem. Tum enim centenarius aut superior iudex omnia uindicare uoluit gladio idque sub tegumento iuris Romani, quod regnare coepit in patria, cum damno et iniuria manifesta iudicis et iurisdictionis inferioris. Vt in dubio pro ultimo, non autem primo sint coniecturae. His tamen iudiciis ipsos etiam nobiles subiici, ratio et usus exigit medii aeui in Germania. In *quarto* pariter mansit lis suspensa. Nam principis indulgentiae datur, quando aliquid doris aut uictalitii nomine soluere aut consentire uelit ex feudo, allodio deficiente. *Quintum* fuerat, limites non confundendos rerum ciuilium et feudalium, ne tamen causa querelarum sit penes equestria iudicia iustitiae uel protractae uel denegatae. *Cetera* de uerbis curialibus, quibus compellandi nobiles clientes; subditis artis sellulariae habendis per nobilium uillas et pagos neque ad tribunitia iura in urbe cogendis a principe et alia, quae sequuntur, tanti non sunt momenti et illa facilius ex formula conuentionis, in margine uerbatim adiecta, intelliguntur. Sub noui seculi ingressum in re magni consilii et momenti, unde salus pendere uidebatur si non Europae, Germaniae profecto, plurimum tribui debet nostro archipraesuli, rerum scientia et usu auctoritateque ualenti in imperio. Mortuo Hispaniae rege superiori anno, de successione imperator et Galliae rex inuicem contenderunt olim litteris, nunc foederibus et armis: ut plures Germaniae ordines animi penderent, num praestaret, hanc rem suam facere, an uero cohibere ab hac lite manus et neutrius sequi partes. Quod ultimum Galliae regis legatus consiliis, studiis, pollicitationibus, minis, spe proposita metuque, ab ordinibus requisiuit. Imo fratres Boioariae duces et duo praepotentes in Germania principes alii, qui dederant ea in re calculos Galliae, alios in suas trahere partes serio ac saepius curarunt

Anno 1700.

2) aperta quoad cetera solidari.

3) Contentiae et uogtianae iurisdictionis regundi fines.

4) mansura debitorum ex feudo.

5) causae ciuiles et criminales.

6) artes sellulariae in pagis quoque sine iure tribunitio.

Anno 1700. ad nouum pro Hispania bellum difficilia Praeconia. Causae difficultatis.

anno 1701. contenderuntque. Franconiam praeſertim ſomnus ac ſopor eo tempore cepit, quo Boioariae dux ſpem fecit, numen ſe fore tutelare, ſi quieſceret abſtineretque a cogendo milite et armis. Excuſare etiam hanc ſomnolentiam uoluerunt alii, partim, quod nouiſſimo bello iſte pagus fuiſſet exhauſtus hominibus, aere, opibus, annona; partim quod, Galliae uicinus, in prima ſtatim inuaſione eius cederet incendiis et rapinis: partim, quod prouinciae remotiores negligerent officium ſuum neque in tempore ex pacto conuentoque illi auxilio adeſſent, ut adeo praeſtaret, pacem ſequendo, florentem ſeruare rempublicam, quam militando eam peſſundare ac perdere. Annus certe abiit inter hos rumorum et concionum uentos, in quibus fluctuauit titubauitque Franconia. Interea noſter archipraeſul nihil omiſit, quod facere potuit ad excitandum e ſomno et detergendum de oculis ab hoſte factum glaucoma. Nam anno 1702. conſilia Franconiae procerum in ſtatum

Anno 1702. ſublatae auctoritate principis Bambergenſis.

uerſa meliorem, ut, euitatis Galliae et Boioariae inſidiis periculisque, in foederis leges irent, cum quatuor imperii noſtri pagis *Auſtriae*, *Sueuiae*, *Rheni* uiciniae *primae* et *ſecundae*; bellum denuntiarent Gallo ſtarentque a partibus ſui imperatoris. Neque inde potuerunt dimoueri, licet anno poſt 1703. Boiariae rex, conſcripto iuſtructoque triginta millium exercitu, iterum eos tentaſſet concuſſiſſetque omnia terrore metuque, expalleſcente ad truculentiſſimos conatus, milite fere nudata, Franconia. Spe tamen alieni auxilii ex Anglia et Belgio erecti obfirmarunt et retinuerunt animos, fidem obſequiumque probaturi Caeſari, quam ei ſemel dediſſent. Eodem anno 1704. rectore rei monetariae archipraeſule noſtro, aurum, ſub fallaci uerbo Ludouici (*Louis d'or*) Germanis, rerum ignaris, obtruſum et uiliori metallo infectum, ſententia Franconiae comitiali interdictum et adultera Gallia falſi crimine poſtulata, quod neque gentium integri mores ferrent, adulterare numos atque populo hoſti numerare pro genuinis. Annus 1705. ut Germaniae uniuerſae poſt Leopoldi magni obitum: ita genti inprimis SCHOENBORNIANAE nouam attulit periodum. Apoplexia correptus die XI. menſis Ianuarii obierat uicarius imperii cancellarius, *Kaunizius* comes. Vocare ac ſufficere poterat in ampliſſimo hoc munere alium princeps noſter. Quod et dare ſolent cum obſeruantia; tum formula imperii, capitulatio; demum ratio muneris ipſius, quod, imperii nomine iuſſuque Moguntini, peragi ſolet ac conferri. Id tamen non minus e re eſt, ut ad hanc ſpartam obeundam nominetur candidatus, qui, poſt uirtutes inſignes, Caeſari gratus optatusque, cui perpetuus eſſe debet rerum conſiliorumque comes, auctor et actor: ut adeo cum Caeſaris, tum Moguntini, bonam hic pacem conſpirare, opus eſſe uideatur. Has ſpes omnes cumulatiſſime expleuit ſuperauitque FRIDERICVS CAROLVS COMES SCHOENBORNIVS, noſtri archipraeſulis ex fratre nepos, uir annos natus unum et triginta. Quapropter, cum Leopoldus imperator, hoc munere uacante, obiiſſet, unico menſe poſt, die XV. Iunii nouus Imperator IOSEPHVS eum calculo etiam ſuo adprobauit, uocauitque, quod ante iam in uotis eius fuiſſet, quam a Moguntino eſſet ad hoc faſtigium commendatus. Regnant enim in eo Schoenbornianae auitae uirtutes, integritas, honeſtas, ſolertia, adſiduitas quotidiana, de omnibus bene merendi ſtudium, habilitas naturae munere data, litterae ac artes, in patriam amor fidesque et quae lumina uiri principis alia ſunt generis eiusdem, quibus uniuerſo imperio ac meliori orbi ſuaeque genti hodieque praelucet. Sub exitum anni 1705. Franconiae et Bambergenſi tractui nouum belli metum incuſſere Boioariae ducatus ordines, inſidias parantes, aduerſus militem praeſidiarium Caeſaris in Boioaria: ſed illis detectis, auctores facinoris capitis ſupplicia paſſi ſunt promoueruntque utriusque principis electoris acerrimam proſcriptionem, anno 1706. promulgatam. Anno 1707. ſponſa Hiſpaniae tum Auguſti, ſacratiſſimi nunc imperatoris, *Eliſabetha Chriſtiana*, ipſis calendis *Maiis*, Euangelicorum ſacra eierauit *Bambergae* in templo cathedrali et formulae fidem ſuam addixit eccleſiae catholicae. Solenni ideo ritu a noſtro archipraeſule inaugura-

Anno 1703. renouat ius foederis pro Caeſare.

Anno 1704. ad ſpem melioris erecti.

Adulterinae Galliae monetae proſcriptae edictis.

Anno 1705. inauguratio uicarii cancellarii Caroli Friderici comitis Schoenbornii.

Anno 1706.

1707. Auguſtae mutatio ſacrorum in templo Bambergenſi.

gurata (i), ad conciliandum actui gradum maiorem dignitatis. Eodem tempore, Bambergenſi principatui clientelaris nobilitas archipraeſulem rogauit, ut annuum ei remitteret cenſum, adhuc ſolutum illi ob impenſas in rem iudiciariam faciendas. Qui enim pagi nobilium addicti ſunt Bambergenſi *centenae* (ita ſuperiorem iurisdictionem adpellant, quam Romani dixerunt criminalem) eos quoque, par eſt, ſoluere cenſum iudiciarium ad alendos iudices et iudicii adminiſtros. Debent igitur principis indulgentiae, quod pro mille imperialibus thaleris huius generis tributo miſerit nuntium (k), adprobante idem calculo ſuo *capituli cathedralis* ſacro collegio (l). Qui ad iuris rigorem illa expendiſſet, ille reperiſſet cauſam, ad canonem iudiciarium potius augendum, ob impenſarum in iudiciis incrementa et vilius pretium, quo aeſtimari hodie ſolet argentum. Annus ſequens inter remedia abiit, quae ad onera belli et alendi militis a Franconiae ordinibus eorumque ſupremo rectore Bambergenſi antiſtite ſunt requiſita, cuius ea de re ſingulares libelli promulgati ſunt, unde procerum Germaniae languor poteſt intelligi in hoc argumento. Sub eius anni exitum Bambergenſis antiſtes et archipraeſul conuentum indixit rei monetariae, anno 1709. Noribergae inſtituendum. Ad quem etiam tres Germaniae pagi *Boioaria*, *Sueuia*, *Franconia* legatos ſuos miſerunt, ſummam rerum conſiliorumque tenente Bambergenſi. In hoc concilio repetita ſunt illa, quae ante quadriennium pro emendando rei monetariae ſtatu fuerunt dicta conuentaque. Praeterea illud etiam eſt actum, ut extraneae monetae ſuum in Germania ualorem haberent, non quidem illum, quem inſcriptio numorum ſignificat, ſed qui reſpondet pretio ipſius metalli. Neque tamen ſic effici potuit, quin has leges, ſui commodi et ſpei ergo, plures poſtea iterum migrarent. In promouenda ac conciliandā pace noſter archiprinceps omnem hoc anno et ſequenti 1710. nauauit operam. Cuius ſuaſu, nomine et auctoritate non ſolum ad Caeſarem litterae datae; ſed etiam ad Angliae reginam atque ordines foederati Belgii, eo fine quidem, ut limitibus imperii aduerſus Galliae regem, praeſertim in Rheni uiciniis prouinciisque *Sueuiae* et *Franconiae* proſpiceretur neque ulla fides daretur Galliae fallaci, aureos montes promittenti in prooemio pacis, non alio tamen conſilio, quam ad diuidendum foederatos atque ad uniuerſos decipiendum et ſupplantandum. Cuius rei ſpecimina adlata nouiſſimae pacis Riſuicenſis, quae illi inprimis cognita fuerunt. Etiam de imperiali *adlegatione* tum actum, ea tamen, quae multitudine ſua non laboraret, quo morbo infecta et perturbata fuerat Riſuicenſis, ſed quae *binarium* ex quouis imperii collegio numerum non egrederetur eſſetque Caeſari non aemula, ſed amica atque concors in adferendo patriae remedio, aduerſus inſultus perfidi et truculenti hoſtis. Annus 1711. imperio funeſtus morte IOSEPHI, imperatoris, plurimum negotii facesſiuit archiprincipi *Moguntino*. Cuius cura omnis fuit cum de conſeruandis comitiis, tum de nouo Caeſare eligendo, qui Germaniae rempublicam, tot motibus et bellis domi ac foris concuſſam, reciperet ſub poteſtatem. Quam ſolicitus ac prouidus fuerit tempore interregni, ut omnia fierent, prout expediret imperio; quam cautus in negotio electionis tractando, imperii candidato abſente in Hiſpania atque in uicinia apud hoſtem agentibus duobus electoribus proſcriptis; quam ſolers ac perſpicax in formula imperii concipienda, ordinanda, emendanda, ornandaque, quod eo maiorem habuit difficultatem, quo magis praeparatos animos attulerant illi, qui *perpetuae*, quod dicunt, capitulationis *leges* urſerunt, nouo nunc Caeſari praeſcribendas; quam lenis ac facilis in quorundam electorum ſtudiis animisque diuerſis ſedandis ac conciliandis, praeſertim cum ipſius pontificis agnatus ac nuntius interpellaret electores in re, olim hodieque ei in dubium uocata, non ſine inuidia et offenſione: illud quidem omne alii annales referant, quibus integrum eſt, extra oleas uerſari Bambergenſes. Id addo, quod Caeſareae inaugurationi multum dignitatis ac luminis acceſſerit ex noſtri archiprincipis pontificatu. Ipſa canities illius ueneranda, imaginem habuit patriar-

anno 1708.

Redemtio cenſus iudiciarii des Zentſchatzes oder Hencksgeldes a Bambergenſi praeſulepro. 1707.

Anno 1709.

1710. *Conſilia ad pacem cum Gallo.*

1711. mors IOSEPHI die 17. Aprilis memoriam archiprincipi negotium.

Idque domi ac foris. Praeſertim in nouae Caeſaris electione, die 12 Octobr. 1711.

eiusque inauguratione die 23. decembr. 1711.

anno 1711. chae ſimilem; geſtus ad decus dignitatemque compoſiti; uox dicentis ac conſecrantis nunc leniter ſubmiſſa, nunc intenſa grauiter, nunc inclinata ad ſupplicationes et uota, ſuauis ſemper ac plena, ut in tanta audientium infinitate ad omnium aures pertingeret; ceremoniae ſtatae atque ad ſacros adligatae canones tanta facilitate peractae, ut in manibus natae uiderentur; ſacra uerba omnibus numeris polita; formulae, quas eccleſia ſuggerit, non ex ſchedula lectae, ſed memoria cuſtode recitatae ad augendam gratiam et religionem, ut omnes, etiam illi, qui alterius coetus, quodam horrore ſacro, dum haec acta, perfunderentur. Annus ſequens 1712. pacem *Vltraiecti* promittere uidebatur: quo argumento ne, ad languorem in bello, abuterentur Germani, noſter archipraeſul inprimis cauere uoluit excuſſitque etiam cum *Franconiae*, tum Rheno uiciniae ſoporem, ut facerent in militiae adparatu, quantum poſſent, et ultra, quam per leges imperii tenerentur. Supremi porro tribunalis, quod Germani *Wezlariae* alunt, curam omnino ſuſcepit etiam, qua *Bambergenſis* antiſtes ad hanc cauſam tractandam uocatus. Anno 1713. plures foederati in pacis leges cum Gallis conuenerunt; cui tamen neque imperator acceſſit neque imperium. Interim Galliae regis legatus curiam Moguntinam multis libellis ac litteris interpellauit, ut dolorem leniret, quem ex uiolato ruptoque foedere hauſerat imperium. Addidit noua pacis prooemia, quae Caeſari commendarentur, niſi illi animus eſſet a conuentione omnino alienus. Poſt plures circuitus die 7. Martii an. 1714. *Raſtadii* pax quidem cum Caeſare imperioque confecta, cui tamen conſentire recuſauerant ordines, in pacis conſilium non adhibiti, licet pleraque communicata archipraeſuli Moguntino, cum feſtinatione opus eſſet, ne imperio, fere imbelli relictoque a foederatis, grauior iactura ac damnum fieret, quam commodi adferre poſſet ulterior cunctatio. Quo rerum ſtatu etiam ratam habuerunt pacem Germaniae ordines, paucis exceptis, quae in gratiam euangelicorum ſacrorum in *Badenſibus* tabulis die 7. ſeptembris fuerunt emendata. Vltimo *Limburgenſium* dynaſtiarum ſuperiori anno extincto, de ſucceſſione litigatum inter *Poruſſiae* regem et ſuperſtites comites *foeminas*. Primus comitatum requirit, imperio clientelarem, olim a Caeſare ad eius occupationem, ſpei iure, uocatus. Sed foeminae illuſtres omnem tractum earum eſſe *proprium* dicunt, id eſt, allodialem fiduciamque habent in Franconiae ordinibus, qui cauſam earundem Caeſari commendarunt. Poruſſiae rex, milite anno 1714. iterum reuocato, ſerio urget Caeſarem, ut, qui ſpem ſucceſſionis dediſſet, eandem quoque rite expleret. Archiprincipi noſtro, qua *Bambergenſi* antiſtiti et Franconiae rectori, cauſa haec a Caeſare demandata, ut eam, in ſocietate ducis Wirtenbergici et *Wirzburgenſis*, audiret referretque ad curiam imperialem. Anno 1715. praeſes ſacri collegii Bambergenſis in ius uocauit marchionem Onoldinum, in curia imperiali, quod ei iuris dictionem negaret in pago *Fürth*, licet res haec ab arbitris iam anno 1651. fuerit compoſita. Declinat autem Onoldinus forum remque eius argumenti eſſe uult, quae ad imperii *comitia* pertineat. Idque ideo, quoniam fundamentum litis in ſtatu uerteretur, qualis fuerit ante bellum *tricennale* et ex Weſtphalica pace, quae cauſae omnes ſint comitiales. Anno 1716. Brandenburgico legato libellus oblatus eſt in comitiis, qui ordinibus cum declinati fori, tum iuris ipſius cauſas exponeret. Extat ille in actis publicis, cuius fundamentum nititur praecipue iuribus *Noragouiae* olim comitatus, qui pleno iure Burggrauiis ceſſerit, ut adeo, inſtar aliarum uillarum, quae in eo ſitae, pagus *Furth* parere debeat illorum ſuperioritati et inde pendenti iurisdictioni. Quid habeat *praepoſitus*, quod his opponat, adfirmare non poſſum, cum illius libelli nondum comparuerint in librariis tabernis. Ceterum eſt fere, poſt pacem factam, annuum in prouincialibus Franconiae comitiis argumentum, ut duo Germaniae propugnacula Philippiburgum et Kehl inſtruantur idoneo ac ſufficienti milite et reliquo ad militiam adparatu. Sequenti anno 1718. archiprinceps noſter in Bambergenſi praeſulatu numeros

anno 1713 pacificato Vltraiectino,

et morbis in tribunali Wezlariae.

anno 1713 pax Vtraiectina.

anno 1714. pax Raſtadienſis.

Badenſis emendatio.

Limburgenſis ſucceſſio litigioſa.

Anno 1715. contentio Furihana in curia imperiali.

An. 1716. in comitiis.

Anno 1717.

Anno 1718.

anno-

annorum explet *pontificialis Iubilei.* Vnde cauſae omnibus bonis et patriae amantibus ad uouendum: ut Numen ingraueſcenti aetati illius, cumulatiſſimarum uirtutum ſtudio etiamnunc florentiſſimae, proferat tempora addatque illi annum uere ſecularem. *anno 1718. Vetum.*

(a) Eſt enim concors domeſticorum annalium fides, quod electio, inſtar portenti, fuerit unanimis. Quae alias ire ſolet plerumque in partes, ob tot ſuffragantium diuerſa ſtudia, animos et ſenſus.

(b) Vtinam haberet laudatiſſimus princeps ſcriptorem huius argumenti domeſticum, rerum conſiliorumque comitem perpetuum. Qui diatium condere poſſet rerum ab eo geſtarum. Neque enim ulla dies illi ſine linea aut ſingulari ſpecimine uirtutis.

(c) *Schoenbornios* inter illuſtriſſimas uetuſtiſſimasque Franconiae uniuerſae familias fuiſſe, plura ſunt argumenta. *Principio* fide annalium et diplomatum conſtat, *ſeculo iam duodecimo* floruiſſe Schoenbornios, quorum res, in Germania geſtae, iſto aeuo adnotantur comparentque eorum inde nomina, in Caeſareis diplomatibus ſubſcriptores. *Deinde inſignia* ſiue arma Schoenborniana ſuperiori parte *leonem* coronatum gradientem et calcantem tria cacumina: in inferiori linea interpoſita *trifidas cuſpides albas* in area rubicunda ſiſtunt, quod intelligitur ex *ſcriptoribus rerum Wirzburgenſium* p. 948. in Ioanne Philippo de Schoenborn epiſcopo. Vt adeo erret BVCELINVS *part. I. pag. 220.* qui pro albo colore coeruleum pingit. Addit WINCKELMANNVS *part. 2. Haſſ. cap. 3. p. 125.* ex armario Rothenburgenſi Haſſiaco *caſſidi* inter *duo cornua aperta inſidentem coronatum leonem.* Patet autem rerum medii aeui non ignaris, ducalis familiae in Franconia ſymbola heraldica pariter fuiſſe *leonem* et *cuſpides tergeminas* coloris plane eiusdem, quod oſtendi plenius in *praefat. Rer. Wirzburg.* §. 17. Vnde fidenter coniector, Schoenbornios principali in Franconia ſtirpi uel ſanguinem debere uel arma uel utrumque. Quod fieri oportuit tempore uetuſtiſſimo; quoniam illa tot abhinc ſeculis iam exaruit, ſuperſtes autē Wirzburgenſis epiſcopatus, qui Franconiae ducatus ergo, eadem haec idola heroica retinet. Taceo Moguntini *archipincernae* munus, quo, lege clientelari, familiam Schoenbornianam iſte archi-epiſcopus ſolet, beneficiario nexu tenere.

(d) Eſt enim hoc certiſſimum amotis pontificialis argumentum: remitti, in gratiam electi aut poſtulati antiſtitis, ſummam in codice taxae apoſtolicae definitam.

(e) Parum abfuit, quin anno 1698. tertiam quoque ſpartam ſacram conſequeretur, epiſcopatum ſcilicet *Wirzburgenſem.* Partim, quod hoc uirtutes eius mereti uidentur, partim etiam, quod grata ſupereſſet apud plures eius epiſcopatus ſacros collegas memoria *Ioannis Philippi, Wirzburgenſis et Wormatienſis* epiſcopi atque archiepiſcopi *Moguntini*, anno 1673. denati, qui Schoenbornae gentis. Verum ipſe a curis plurium negotiorum animum cohibuit locumque fecit alii eiusdem principatus candidato.

(f) Idque magna animi religione obſeruat, ne cauſa querelarum ſit apud Bambergenſes epiſcopi abſentis. Tranſigit in Franconiae hoc tractu plerumque partem aeſtatis *Seehofiae*, in palatio Bambergae uicino exornatoque ſtupendo ac uere regali elegantiſſimarum picturarum et imaginum ad leges artis et naturae efformatarum adparatu. Quas ex omni aeuo et angulis Europae conduxit princeps, iudex et aeſtimator earundem ſcientiſſimus aequiſſimusque emtor.

(g) Tabulas conuentionum recitabimus, quoniam publici iuris in Bambergenſi ptaefulatu non paruum habent argumentum.

RECESSVS,

Welcher zwiſchen dem Kayſerlichen hohen Stifft Bamberg, etc.

Vnd E. loeblichen Reichs-Frey-unmittelbahren Ritterſchafft, in Francken,

Orts Gebürg,

den 6. Mali 1700. errichtet worden.

DEmnach eine *Loebliche Reichsunmittelbare Ritterſchafft in Francken Orts Gebürg*, ſo wol bey letzt uorgeweſener Sedis Vacantia, ſich einiger Beſchwerung, gegen das Kayſerliche Hoch-Stift Bamberg, uernehmen laſſen, als auch ſolche ſeithero, bey dem Hoch-Würdigſten Furſten und Herrn, Herrn *Lothario*

Anno 1700. *Francisco*, des Heiligen Stuels zu Mayntz Ertz-Bischoffen, des Heil. Roem. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern und Chur-Fursten, Bischoffen zu Bamberg etc. uerschiedentlich wiederholet, dabey nebst zu deren Vntersuch-moeglichster Abhelff- und Vergleichung, um eine Conferentz angelangt, und dann Se. Chur-Furstl. Gnaden aus absonderlicher gegen ernannter loeblichen Ritterschafft tragenden Propension, damit zu willfahren, so fort auf Erscheinung der Ritterschafftlichen Vollmaechtig-Deputirten, darzu einige uon Ihren Bambergischen Raethen zu committiren gnaedigst bewogen worden, als ist es nach derselben Antrett- und Fortsetzung, auf uerschiedenes hin- und wieder recessiren, zu folgender respective Verabscheid- Vergleich- und Erklaerung uon Punct- zu Puncten gediehen.

Primo. Vnd zwar bey dem erstan Punct die uon Ritterschafftlicher Seiten practendirende Belehnung derer Agnaten, Sie moegen gleich a primo acquirente feudi posteriren oder nicht, betreffend; Gleichwie Se. Chur-Furstl. Gnaden uon Dero Hoch-Stiffts wegen, die gemeine beschriebene Lehen-Rechten uor sich haben, und weder die in contrarium allegirende Consuetudinem zu agnosciren, noch auch aus erheblichen Vrsachen in das hiebeuor coram commissione Caesarea bloss in Vorschlag gebrachte, uon denen damaligen Hoch-Furstl. Bambergischen Deputirten aber nicht angenommene Compromiss zu condescendiren gemeint; Also ist uon Deroselben lediglich bey Docirung des primi acquirentis bestanden worden, ausser wo die Lehen-Brieffe ausdrücklich ein anders geben, hingegen zu Bezeugung deren Gerechtigkeit liebenden Gemüths, die Erklaerung geschehen, wann in künfftig-strittigen Lehens- Successions-Faellen, ein-zur Lehens-Folg sich angebender Agnat, dem Kayserl. Hoch-Stifft in corporali apprehensione possessionis zuuor kommen würde, solchen Via facti dauon keinesvvegs zu uerdringen, sondern an ordentlichen, rechtlichen Austrag sich zu uergnügen, und dessen abzuvvarten, vvoran auch altero casu, da der Hoch-Stifft in occupanda possessione praeuenirte, der anmasliche Agnatus oder Lehens-Folger reciproce uerbunden und uervviesen seyn solle; Damit man aber beyderseits occasione sothanen rechtlichen Austrags in keine Weitlaeufftigkeit uerfalle, so ist vveiters quoad modum, doch unbegeben anderer in denen Reichs-Constitutionibus gegrundeter Wege, uerabredet und uerglichen, dass in utroque casu der Agnatus zvvey ihme gefaellige, in der Sach nicht interessirte uon Adel- oder Gelehrte, zu Mit- Vntersuchung der allerseitigen uorhandenen Fundamenten, und derselben Eroerterung benennen und ervvehlen, Se. Chur-Furstl. Gnaden und Dero Hoch-Stifft hingegen, auch so uiel an der Zahl uon Ihren Raethen (iedoch dass diese ihrer Pflichten zu solcher iudicatur ledig zu zehlen) beyordnen, sofort darinnen, der Billigkeit nach, sprechen lassen vvollen, gestalten sothane uier Niedergesetzte in der uon ihnen angebrachten Klag unuerzuglich zu uerfahren, und selbe laengstens inner Iahrs-Frist definitiue zu terminiren gehalten seyn sollen, iedoch uerbleibet derienigen Partey, vvelche sich durch das Vrtheil grauirt erachten moegte, das Beneficium Apellationis an die hoechste Reichs-Gerichte beuor, und ist zu dessen Erleuchter- und der Sachen Beschleunigung lediglich ad Acta primae instantiae nach uorhergangener, ordentlichen gemeinschafftlicher Obsignatur, Inrotulation, und original transmission ad iudicium superius, iedesmals zu submittiren, bevvilliget worden.

Ad secundum et tertium grauamen. Anlangend die uon der Ritterschafft gesuchte Besteuerung derer heimgefallenen, oder in andere Wege an den Hoch-Stifft gelangten, so Lehenbahrer als eigenthumlicher Ritter- Gutter, dann auch der walzenden, oder einschichtigen Grundstucke und gemeiner Bauer-Leben, so die Hoch-Stisstische Vnterthanen, oder andere uon deren uon Adel recognosciren, obschon deswegen ad Protocollum uerschiedene Erklaerungen hinc inde gebracht worden, so hat man doch am Ende, dermalen daruon zu abstrahiren, und solche, als wann Sie gar nicht angebracht worden vvaeren, anzusehen, mithin beyden Theilen freye Hand zulassen beliebet.

Quarto. Anreichend hingegen die wegen der Cent-Gerichte angefuhrte Beschwerungen, als das uierdte Grauamen: Obwolen eines Theils mehr hoechst-erwehnte Ihre Chur-Furstl. Gnaden auf Dero Hoch-Stiffts gerechtsame und deren bestaendigen Herkommen, andern Theils aber, eine loebliche Ritterschafft auf ihren Priuilegiis, Krafft deren die Centbarliche Obrigkeit, so ein und anderer Stand des Reichs auf ihren Vnterthanen hergebracht, sich uber die bekannte uier hohe Rügen, als Mord, Brand, Nothzucht und Diebstahl, nicht erstrecken solle, anfangs bestanden, so ist doch endlichen folgendes temperaments, sovvol Ihro Chur-Furstl. Gnaden und Dero Hoch-Stifft Bamberg, als der

Anno 1700.

Anno 1700. der Ritterſchafft an ihrem angezogenen Priuilegio in andere Wege und gegen andere, die vveder dergleichen Priuilegia haben, noch uor ſich ſelbſt dem Reich ohne Mittel untervvorffen ſind, utpote ceſſantibus etiam aliis cauſis huius transactionis durchaus ohne praeiudiz und nachtheiligen Eingang, beliebt und angenommen vvorden. Nemlichen es ſollen hinfuhro: Primo, unter dem Wort *Mord*, alle in der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung Kayſers Caroli V. artic. 130. ſo genannte boeſe Toedtungen, und andere einer ſolchen Toedtung interpretatione iuris gleichgeſchaetzte und durch den Scharff-Richter am Leib oder Leben uon Rechtsvvegen zu beſtraffen ſeyende Verbrechen uerſtanden vverden, als Mord und alle homicidia, tam ſimplicia quam qualificata, ut parricidium, procuratio abortus und expoſitio infantum, beydes iuxta diſtinctionem dictae ordinationis Caroli V. artic. 131 et 132. und der Bambergiſchen Hals-Gerichts-Ordnung pag. 39. Aſſaſſinium, tam quoad mandantem, quam ipſum occiſorem, Vergifftung, latrocinium, boeſsliche diffidation oder Beſaehdung, (nicht aber bloſſe einer gevviſſen Perſon allein uermeinte Bedrohungen) boſshaffte, gefaehrliche Weglagerung homines occidendi cauſa, ſi ad actum aliquem extrinſecum peruentum fuerit, duella, vvann daraus eine Toedtung erfolget, in Bambergiſchen Centhen, uorſetzliche, und zu Werck gerichtete Abſchneid-Abhau- und Verſtümplung eines fürnehmen Glieds, Laehmungen, vvodurch einer zu Gevvinnung ſeiner Leibs-Nahrung gar untüchtig gemacht vvird. Dahingegen in hoc genere delicti nicht für Centbahr, ſondern, ſo viel die der Ritterſchafft incorporirte Vogtey-Herrſchafften betrifft, für Voygteylich zu achten; Rauffen, Werffen, Schlagen, Hauen, Stechen, Vervvunden, Laehmen und dergleichen, vvarum der Thaeter, denen ublichen Rechten nach, mit peinlicher Leibs- oder Lebens-Straff nicht beleget vverden kan; doch ſo bey uorfallenden Vervvundungen gezvveiffelt vvürde, ob nicht derentvvegen Lebens-Gefahr uorhanden, und daher der Thaeter uon Centherrſchaffts vvegen oder uon dem Vogtey-Herren zu beſtraffen ſeyn moegte, ſollen coniunctim per peritos in arte die Wunden beſichtiget, und nach deren pflichtmaeſſigen iudicio ſich hierinnen geachtet vverden. Secundo: Vnter dem Wort *Brand*, uerſtehen ſich nicht allein allegefaehrlich- und uorſetzlich-eingelegte Feuer, vvann der intendirte boeſe Effectus erfolgt, ſondern auch vvann ſolcher durch GOTTES Gnad und Menſchliche Vorſorg uerhütet vvorden: Hingegen gehoert hierbey zu der Ritterſchafftlichen incorporirten Mitglieder Vogtey über unuorſetzliche Brand-Stifftung zu cognoſciren, und die darunter zu Schulden kommende culpam, niſi tam lata ſit, ut dolo aequiparari poſſit, und alſo in einen an Leib oder Leben durch den Scharffrichter zu beſtraffen ſeyenden Fall, oder einige Relegation mit Vrphed hineinlauffet, zu beſtraffen: Imgleichen ſind tertio unter *Nothzucht*, begriffen und dahin zu referiren, alle ſuperiores et pares gradus delictorum carnis, als Sodomia, adulterium duplex, Bigamia, Lenocinium, Raptus, inceſtus iuxta definitionem ordinationis Criminalis. Quoad adulteria ſimplicia aber, wo etvvan allein das Weib oder der Mann uerheyrathet, iſt es dahin tranſingendo uermittelt, daſs hierinnen zvviſchen dem Centherrn und immediat-Adelichen Herrſchafften die praeuention ſtatt haben, ſo dann die cognition gemeinſchafftlich uorgenommen, die loco poenae dictirte Geld-Straff zvviſchen der Centh und Adelichen Voigtey-Herrn getheilt, und zu ſolchem Ende hinc inde noethige Communication gepflogen vverden ſolle; Hingegen bleibt die Cognition und Beſtraffung in cauſis ſimplicis fornicationis et concubitus inter ſolutos und dergleichen, denen immediat-Adelichen Voigtey-Herrſchafften, uigore huius transactionis priuatiue, doch dergeſtalt, daſs dem Bambergiſchen Conſiſtorio, vvas es in ein und andern Ort diſsfalls hergebracht, nichts benommen. Quarto: Von *Diebſtahlen*; gehoeren uor die Centh, vvelche de iure uon dem Scharff-Richter an Leib oder Leben zu beſtraffen, Sacrilegium, depopulatores agrorum, Rauben, Plünderung: vvie auch diejenige, vvelche Raeubern und Dieben Vnterſchleiff zu geben pflegen, und ihnen helffen: Welche uor Richter oder Gericht einen Gelehrten Meinayd, ſo zeitlich Gut antrifft, oder einen andern zu peinlicher Straff ſchvvoeren, iuxta ordinationem criminalem artic. 107. geklagte, boſshafftig- und gefaehrliche Verfaelſchung, Brieff, Siegel, Vrbar, Zinſs-Bucher und dergleichen, vvie auch Maaſs, Gevvicht und Kauffmannſchafft, vvann ſolche, des andern Leuthen daher entſtadenen Schadens, oder mehrer Vmſtaende halber, als qualificirt, daſs nach peinlicher Hals-Gericht-Ordnung, art. 113. et 114. peinliche Beſtraffung durch den Scharf-Richter dargegen uorzunehmen, Famos libell oder Paſquill, vvie ſolche in denen Reichs-Conſtitutionibus und iure com-

Anno 1700.

anno 1780. communi eigentlich uerſtanden vver- anno 1781.
den, abſonderlich bey Anbeſchuldigung
eines peinlichen Verbrechens, uorſetz-
liche, gefaehrliche Verruck-oder Aus-
reiſſung der Marck- und Graentzſtei-
nen, vviſſentlich-und gefaehrliche Auf-
nahm der Bannitorum, hingegen blei-
ben denen der Ritterſchafft incorpo-
rirten Voigtey-Herrſchafften, zur Co-
gnition und Beſtraffung geringe Dieb-
ſtaehle, vvelche die Summ uon fünf
Gulden Fraenckiſch nicht erreichen,
gemeine Schalckungen und Verbre-
chen mit ungerechter Maaſs und Ge-
vvicht, Feld-Schaeden und dergleichen,
mithin auch die Mühlſchau, und vvas
dauon an Straffen dependiret.

Ferner kommt auch Ihro Chur-
Furſtl. Gnaden, als Biſchoffen und re-
gierenden Fürſten zu Bamberg, Krafft
Dero hohen Regalien zu uerfahren zu,
in crimine laeſae Maieſtatis, cum ſuis
ſpeciebus, als da ſeynd, crimen perduel-
lionis, proditionis contra Rempubli-
cam, Seditionis, falſae monetae; In ſi-
mili Hexerey, und befliſſendlich inten-
dirte ſchvvere, nicht aber etvvan aus
gaeher Vnbedachtſamkeit, oder über-
macht en Trunck, ausgeſtoſſene Gottes-
laeſterungen, tanquam laeſae Maieſtatis
diuinae; Der iniurien halber, iſt uergli-
chen, vvann ſolche in deren uorſtehen-
den delictorum eines, ſo durch den
Scharff-Richter peinlich zu beſtraffen,
hineinlauffen, und derienige, ſo die Be-
ſchuldigung gethan, ſelbe behaupten
und hinausführen vvil, daſs ſolche an
den Centhen uorgenommen-alle ande-
re Beſchuldigungen, Schaend-Schmaeh-
und Laeſterungen aber, vvie die immer
ſeyn moegen, vvann ſolche nicht er-
vveiſslich gemacht- oder behauptet
vverden vvollen, ſondern etvvan colo-
re iracundiae uel leuitate animi auſsge-
fallen ſeynd, uon denen zur Ritterſchafft
incorporirten adelich en Voigtey-
Herrſchafften geſtrafft vverden ſollen;
iedoch uerſtehet ſich in alle vvege, daſs
der Cent-Herrſchafft in omnibus caſus
Criminalibus, vvelche poenam corporis
afflictiuam uon Rechtsvvegen nach ſich
ziehen, und darzu kundbarlich pro facti
circumſtantiis qualificirt ſeynd, das ius
aggratiandi etiam interueniente pecu-
nia, oder perpetuam relegationem auch
extra caſum aggratiationis datis circum-
ſtantiis mit abſchvvoehren der Vrphed,
Land und Leuth nicht mehr zu betret-
ten, zu dictiren, ohnbenommen ſeye:
Worunter gleichvvoln die Voigtey-
Herrſchafft nicht gefaehrd, noch ſub
hoc praetextu einige diſsmal uergliche-
ne Voigtey-Faelle, als ob ſie an ſich ſelbſt
peinlich, nur aber per aggratiationem
mit Geld abgeſtrafft vvaeren, an die
Centhen gezogen, oder darbey behal-
ten vverden ſollen; vvelche Verbre-
chen nun unter denen Centh-Faellen
ſpecialiter nicht benennt, noch ſonſten
kundbarlich alſo beſchaffen ſeynd, daſs
ſie uon Rechtsvvegen durch den
Scharffrichter mit Leib-oder Lebens-
Straff, oder der Relegation, vvie erſtge-
meldt, zu beſtraffen, dieſelbe ſollen ins-
geſammt für Voigteylich gehalten, und
darinnen denen zur Ritterſchafft ge-
hoerigen Adelichen Herrſchafften, vvo
ſelbige die Voigteyliche Obrigkeit her-
gebracht, nicht eingegriffen, uielmehr
mit Stallung der Excedenten, vvann ſel-
bige etvvan unter Bambergiſcher iuris-
diction ſich retirirt, oder ſelbſt Bamber-
giſche Vnterthanen ſeynd, auf ge-
vvoehnliche Requiſition, et uice uerſa
reciproce denen Hochſtifftlic en Be-
amten uon denen uon Adel vvillfahret
vverden. Secundo: Damit auch die
ietzt ſpecificirte und ſonſt andere zu
Centh qualificirliche Actus ohne allen
unnoethigen Vnkoſten, Weitlaeufftig-
keit und Tumult hinführo exercirt, und
alle ſonſt biſavveilen etvvan zu Schul-
den gekommene Exceſſus um ſo mehr
uerhütet vverden moegen; ſo vvollen
Ihre Chur-Furſtliche Gnaden gnae-
digſt geſchehen laſſen, daſs ins künfftig-
ge, die der Ritterſchafft incorporirte
Adeliche Herrſchafften in begebenden
Centh-Faellen, die bey ihnen in Adeli-
chen Anſitzen, und darzu gehoerigen
Dorfſchafften, vvo dieſelbe ihre Caſtra,
oder doch die Dorfſs-und gemeinherr-
ſchafftliche iura reſpectu des Hoch-
Stiffts priuatiue hergebracht haben,
auch in deren Marckung, vvann ſich
ſonſt ihre Voigtheiliche iurisdiction
dahin erſtrecket, etvvan betrettende
delinquenten, gefaenglich einziehen,
dauon innerhalb 24. Stunden an die
Centh Nachricht geben, und die Aus-
liefferung an die zu ſolchem Ende er-
ſcheinende Cent-Bediente, auſſen uor
denen aeuſſerlichen Schloſs-Thoren
(es vvaeren dann bey etlichen Ritter-
Guttern andere termini zu ſolcher Aus-
liefferung uerglichen, vvorbey es zu
laſſen) doch ohnentgeltlich und ohne
Praetendirung einiger Vnkoſten, auch
ohne Verübung einiger Gefaehrde
thun moegen: Widrigens dann alſo
ihr, der Ritterſchafft, zu Gnaden reſtrin-
girten Einfall, totiea quoties uorzuneh-
men, denen Centh-Beamten keines-
vvegs uervvehrt, vvie auch im übrigen
die Beſichtigung der todten Coerper
ohnbenommen, uiel vveniger die, in
denen Reichs-und Crayſs-Conſtitutio-
nen ueranlaſte Einfaelle, Verfolg-und
Streiffung nach Zigeunern, oder an-
dern

Anno 1700. dern Herrn-loſen Straff-baren Geſind-A lein, hieruntur gemeint ſeyn ſollen.

AEquum ſemper fuit ac ſalutare, ea non tantum deſideratae praeſentium notitiae, ſed et perenni retrouenturae aetatis recordationi teſtimoniis authenticis tranſcribere, quorum memoriam uel temporum iniuria, uel longaeuus annorum lapſus poſſet oblitterare, ut nimirum quod in aure auditum eſt, ſuper tecta, ad felicem Chriſti fidelium aedificationem praedicetur. Ego itaque Godefridus Beſſel archi-epiſcopalis curiae Moguntinae officialis, eminentiſſimi ac celſiſſimi archiepiſcopi et principis electoris Moguntini, epiſcopi ac principis Bambergenſis in ſpiritualibus conſiliarius, ſacrae theologiae ac iuris utriusque doctor, prothonotarius ac notarius apoſtolicus, praeſente publico inſtrumento uniuerſis ac ſingulis notum facio ac manifeſtum, quod Bambergae anno ab incarnatione dominica milleſimo, ſeptingeſimo ſeptimo, indictione decima quinta, ſedente ſanctiſſimo domino noſtro, domino clemente papa, undecimo, anno pontificatus eius ſeptimo, die uero prima menſis May, dominica in albis dicta, horam octauam inter ac nonam matutinam, ſereniſſima domina ELISABETHA CHRISTINA *duciſſa Brunſwicenſis et Lüneburgenſis, me ad palatium nouum in facie eccleſiae cathedralis ſitum, ac reſidentia ſuperior dictum, uocari, ibidemque gratioſiſſime requiri fecerit, ut ad eccleſiam cathedralem me conferrem, ibidem omnia ea, quae ipſa domina duciſſa circa publicam ac ſolennem fidei catholicae profeſſionem peractura eſſet, una cum DD. teſtibus infraſcriptis diligenter obſeruarem, ac de ſuper unum uel plura inſtrumenta publica conficerem. In qua quidem imperiali ac cathedrali eccleſia poſt aliquod temporis interuallum praelaudata Sereniſſima Domina duciſſa comparuit, ubi incepta miſſa ſolenni ab eminentiſſimo ac celſiſſimo domino, D.* LOTHARIO FRANCISCO, *ſacrae ſedis Moguntinae archi-epiſcopo, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellario et principe electore, epiſcopo*

Anno 1707. *ac principe Bambergenſi, dictis in miſſa uerbis offertorii, altefata ſereniſſima domina duciſſa ante altare ſanctorum imperatoris* HENRICI *et* CVNEGVNDIS *fundatorum, ducta, ibidemque coram eminentiſſimo ac celſiſſimo archi-epiſcopo ac principe elector, ſupra ſaldiſtorium ſuum in pontificalibus ante medium altaris, ſedente, genuflexa, ad manus eiusdem ſequentem fidei catholicae profeſſionem publice, ſpectante et applaudente populo uniuerſo, clara et diſtincta uoce, idiomate Germanico emiſerit, uidelicet:*

EGo ELISABETHA CHRISTINA *firma fide credo et profiteor omnia et ſingula, quae continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana eccleſia utitur, uidelicet Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, uiſibilium omnium et inuiſibilium. Et in unum dominum IEſum Chriſtum filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſaecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero. Genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, et propter noſtram ſalutem deſcendit de caelis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria uirgine et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus et ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in caelum; ſedet ad dexteram patris. Et in ſpiritum ſanctum dominum et uiuificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio ſimul adoratur et conglorificatur. Qui locutus eſt per prophetas. Et unam ſanctam catholicam et apoſtolicam eccleſiam confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum et expecto reſurrectionem mortuorum et uitam uenturi ſaeculi. Amen. Apoſtolicas et eccleſiaſticas traditiones, reliquasque eiusdem eccleſiae obſeruationes et conſtitutiones firmiſſime admitto et amplector.*

Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit et tenet ſancta mater eccleſia, cuius eſt iudicare de uero ſenſu et interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam unquam niſi iuxta unanimem conſenſum patrum, accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe uere et proprie ſacramenta nouae legis, a IEſu Chriſto domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria; ſcilicet baptiſmum, confirmationem, euchariſtiam, poenitentiam, extremam unctionem, ordinem et matrimonium; illaque gratiam conferre et ex his baptiſmum, confirmationem et ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque et approbatos eccleſiae catholicae ritus, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio et admitto. Omnia et ſingula, quae de peccato originali et de iuſtificatione in ſacro-ſancta Tridentina ſynodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Anno 1717.

Profiteor pariter in miſſa offerri Deo uerum, proprium et propitiatorium ſacrificium pro uiuis et defunctis, atque in ſanctiſsimo euchariſtiae ſacramento eſſe uere, realiter et ſubſtantialiter corpus et ſanguinem una cum anima et diuinitate domini noſtri IEſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiae panis in corpus et totius ſubſtantiae uini in ſanguinem, quam conuerſionem catholica eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, uerumque ſacramentum ſumi. Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter et ſanctos una cum Chriſto regnantes uenerandos atque inuocandos eſſe, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe uenerandas.

Firmiſſime aſſero imagines Chriſti ac Deiparae ſemper uirginis, nec non aliorum ſanctorum habendas et retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac uenerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe illarumque uſum chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam catholicam et apoſtolicam Romanam eccleſiam, omnium eccleſiarum matrem et magiſtram agnoſco, Romanoque pontifici, beati Petri apoſtolorum principis ſucceſſori, ac IEſu Chriſti uicario, ueram obedientiam ſpondeo ac iuro. Caetera item omnia a ſacris canonibus et oecumenicis conciliis, ac praecipue a ſacroſancta Tridentina ſynodo tradita, definita, et declarata indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia atque haereſes quascunque ab eccleſia damnatas, reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio et anathematizo. Hanc ueram catholicam fidem extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in praeſenti ſponte profiteor et ueraciter teneo, eandem integram et inuiolatam usque ad extremum uitae ſpiritum, conſtantiſſime (Deo adiuuante) retinere et confiteri, atque a meis ſubditis, uel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturam. Ego eadem Eliſabetha Chriſtina *ſpondeo, uoueo ac iuro. Sic me Deus adiuuet et haec ſancta Dei euangelia.*

TActisque ſacroſanctis euangeliis, quod ore elocuta fuerat, iureiurando confirmauit. Ac data ei ab eminentiſſimo ac celſiſſimo archi-epiſcopo ac principe elector abſolutione, ad gremium ſanctae Matris

Anno 1707. *tris ecclesiae recepta fuit, a cuius etiam* A *manibus, postquam missa solennis usque ad communionem producta fuerat, sacrum eucharistiae sacramentum deuotissime ac maxima omnium spectantium aedificatione suscepit. Acta sunt haec in ciuitate Bambergensi, in eiusdem Imperiali ac libera ecclesia cathedrali, anno, indictione, pontificatu, mense, die etc. quibus supra, horam nonam inter ac decimam matutinam, praesentibus excellentissimis, reuerendissimis, ac illustrissimis dominis,* B *dominis, infrascriptis, testibus specialiter rogatis, dignissimis, ac omni exceptione maioribus.*

(L.S.) Melchior Fridericus comes de Schoenborn et Reichelsberg, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliarius intimus actualis et camerarius, testis adfui et subscripsi.

(L.S.) Iosephus Ignatius Comes de Paar, C dominus in Hartberg et Krotenstein, Sacrae Caesareae Maiestatis actualis camerarius et supremus culinae praefectus, testis adfui et subscripsi.

(L.S.) Otto Philippus Liber Baro a Guttenberg, imperialis ac cathedralis ecclesiae Bambergensis praepositus, testis adfui et D subscripsi.

(L.S.) Carolus Sigismundus ab Auffees imperialis ecclesiae Bambergensis decanus et cathedralis Herbipolensis canonicus capitularis, testis adfui et subscripsi.

(L.S.) Damianus *Hugo* comes de Schoenborn et Reichelsberg, ordinis Teutonici eques, ac Balliuiae *Hassiacae* archi-commendator, testis adfui et subscripsi.

(L.S.) Franciscus Ervvinus comes de Schoenborn, Reichelsberg et Wisentheyd, Sacrae Caesareae Maiestatis camerarius, ac supremus aulae Moguntinae mareschallus, testis adfui et subscripsi, F

(L.S.) Maximilianus Franciscus Maria comes de Seinsheim et Siching, Sacrae Caesareae Maiestatis camerarius, testis adfui ac subscripsi.

(L.S.) Wolffgangus Philippus liber baro a Schrottenberg, eminentissimi electoris Moguntini, episcopi et principis Bamber- G gensis consiliarius actualis intimus et supremus aulae Bambergensis mareschallus, testis adfui et subscripsi.

Et quia ego Godefridus Bessel archiepiscopalis curiae Moguntinae officialis, eminentissimi ac celsissimi archiepiscopi et prin- Anno 1707. cipis electoris Moguntini in spiritualibus consiliarius, sacrae theologiae ac iuris utriusque doctor, prothonotarius ac notarius apostolicus, praedicto professionis actui interfui, ipsamque professionem ab altefata sereniſſima domina ducissa piissime, clarissime, distinctissime et communi omnium circumstantium, quorum oculi prae gaudio lachrymis praegnabant, consolatione, legi, pronunciari, reliquaque supradicta fieri uidi et audiui, ideo praesens publicum instrumentum confeci, subscripsi ac consueto prothonotariatus mei sigillo communiui.

(*L.S.*) Godefridus Bessel prothonotarius ac notarius apostolicus in fidem.

NOS LOTHARIVS FRANCISCVS *DEI Gratia sacrae sedis Moguntinae archi-episcopus, sacri Romani imperii per Germaniam archi-cancellarius et princeps elector, episcopus et princeps Bambergensis etc. hisce fidem facimus et attestamur, Honorabilem ac deuotum nobis sincere dilectum et fidelem Godefridum Bessel, archi-episcopalis curiae nostrae officialem, consiliarium nostrum in spiritualibus, sacrae theologiae ac iuris utriusque doctorem, uere esse prothonotarium ac notarium apostolicum, eiusque scripturis ac instrumentis, sic, ut* E *supra, rogatis, plenam et indubitatam fidem ubique adhiberi. In quorum perennem ueritatem instrumentum hoc ab eodem confectum propriae manus nostrae subscriptione, ac maioris sigilli nostri fecimus appressione communiri. Bambergae sexto nonas Maii, anno millesimo septingentesimo septimo.*

LOTHARIVS FRANCISCVS, archi-episcopus et elector Moguntinus, episcopus Bambergensis. (L.S.)

Den Montag darauf, als den andern May, begaben sich Ihro Durchl. zvvischen 9. und 10. Vhr zu denen RR. PP. Soc. Iesu in die Kirch mit folgender Suite. Erstlich fuhren 6. Kutschen, in deren ieden 4. Caualliers sassen, nach deme kame ein mit 6. Pferden bespannte Kutsche, vvo sich des Wolffenbüttlischen Geheimen Raths, Herrn Barons von Imhoffs Excellentz, des Bamberg. Hrn. Ober-Marschalls, Hrn. Obrist-Stallmeisters, und des Churf. Caemmerers Herrn Baron von Rotenhan Gn.

Anno 1700. Gn. befunden, hierauf folgte der Bam-A berg. Hof- und Cammer-Fourier, Herr Oſsvvald Krieg, nach ſolchen alle Edel-Knaben, ſamt dero Hof- und Exercitien-Meiſtern, demnach ſahe man eine mit 6. Pferden beſpannte Kutſchen, ſo ſehr koſtbar uergoldet, mit einer uon rothen Sammet und auſſen mit Gold ſehr reich geſtickten Decke, darinn ſaſſen Se. Durchleucht, neben Ihro der Frau Graeffin uon Ringsmaul Excellentz, unten an aber, der Frey-Frau uon Bocnnixten Gn. neben dieſer Kutſchen giengen uiele Churfürſtliche Hellebardiers und Laqueyen, nach vvelcher 26. Mann uon der Churfürſtlichen Leib-Guarde ſamt ihren Vnter-Officiern zu Fuſs folgeten, ſo dann unterſchiedliche theils mit 6. theils mit 2 Pferden beſpannte Kutſchen, den Schluſs dieſer Suite machten Ihro C Durchleucht, uerfügten ſich nach gehoerter H. Meſs uon den RR. PP. Soc. Ieſu in die hohe Domb-Kirch, allvvo deroſelben uon des Herrn Domb-Dechants Hochvvürden Gnaden die daſelbſten befindliche uiele koſtbare reliquien gezeiget vvurden, und fuhren ſonach vviederum in die Churfürſtliche Reſidentz. Immittels ſchickten mehrmahlen Ihro Churf. Gn. ſchon gemeldten Dero Caemmerern und Hofrath Herrn Baron uon Bubenhouen nach Bamberg, Ihro Durchl. zu complimentiren, vvorauf gegen halb 1. Vhr die Durchl. Princeſſin ſich vvie ſonſten zur Taffel begeben, gegen halb 4. Vhr aber kame Hoechſtervvehnte Se. Churfürſtl. Gn. uon Dero Landhaus Seehoff zu Bamberg an, ſtiegen vvie das uorigmahl bey Dero Reſidentz ab, und begaben ſich mit eben demienigen Hoff, vvie bey der erſten Viſite geſchehen, zu Ihro Durchleucht, und nachdem ſie ſovvol Ihre Glückvvünſchung des uorherigen Tag uorbeygegangenen Actus halben nunmehro ſelbſten abgelegt, als auch in einem halbſtündigen vveitern Diſcurs ſich aufgehalten, und ſo nach F beurlaubet, reterirten ſich Se. Churf. Gn. vvie oben gedacht, und begaben ſich mit Dero uoelligen Hofſtadt hinvvieder zu Dero gevvoehnlichen Zimmer, allvvo ſie ſich vvegen uerſchiedener Miniſtris gegebenen Audientz in etvvas aufgehalten, demnach aber ſogleich vviederum in Dero Land-Haus Seehof abgereiſt.

Des andern Tags, als Dienſtag, den 3. May, begaben ſich Se. Durchl. frühe unter geſtern gedachten Gefolg in die Hohe Domb-Kirchen, vvoſelbſten ſie der heiligen Meſs auferbaulichſt beygevvohnet, darnach ſich hinvvieder nach der Churf. Reſidentz uerfugend, kurtz darauf zur Taſel giengen, und mit Anno 1700. ſich etliche hohe Dames ſpeiſen lieſſen, nach deren Vollendung Ihro Durchl. ſich reterirten, gegen Abend aber mit einer herrlichen ſovvol Vocal- als Inſtrumental-Muſic diuertiret wurden.

Mittvvochen, als den 4ten, begaben ſich Ihro Durchl. in die Hof-Capell und hoereten allda unter ſo coener Muſic eine heilige Meſs, darnach zur Taſel, und indem Sie ein vvenig gefrühſtücket B hatten, richteten Sie ſich zur Abreiſs, uernahmen aber zuuor uon obengemeldten des Bambergiſchen Herrn Ober-Marſchall Freyherrns uon Schrottenberg Gnaden die Danckſagungs-Complimenten, ſo er Ihro Durchl. im Nahmen Se. Churf. Gn. abgeleget, darauf vvurden dieſelbe hinvvieder, vvie bey Dero Empfang geſchehen, uon dem gantzen Hof biſs zur Kutſche begleitet, und nahmen ſofort Dero Weg über Brugg, Nürnberg, Neumarck, Burglengenfeld auf Donauſtauff zu, allvvo ſie ſich mit Dero Süite in die allda beſtellte Schiffe begaben, und Dero Reiſe ferner zu Waſſer nacher Wien fortſetzeten. Welchen Durchleuchtigſten hohen Tugend-Spiegel der Allerhoechſte aller Orten begleiten, bey hoechſtgeſegneten Durchleuchtigſten Wohlſtand gnaediglich erhalten, und all dasienige uerleihen vvolle, vvas zu Ihro uollkommenen hohen Vergnügung uerlanget vverden kan. D

(k) *Fernervveit errichteter*

RECESSVS,

Zvviſchen dem Kayſerlichen hohen Stifft Bamberg,

Vnd E. Loebl. Reichs ohnmittelbahren Ritterſchafft in Francken Orts Gebürg,

Dato Bamberg, den 30. Iulii 1707.

NAchdeme bey dem Hochvvurdigen *Furſten und Herrn, Herrn LOTHARIO Franzen, des H. Stuls zu Maynz Erz-Biſchoffen, des Heiligen Roemiſchen Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlarn und Chur-Furſten, Biſchoffen zu Bamberg, &c.* Der Reichs ohnmittelbaren Ritterſchafft in Francken loebl Ritter Ort Gebürg uor etlichen Iahren, um Abthuung einiger Beſchvverungen unterthaenigſt angelangt, derentvvillen auch am 6. Maii 1700.

Anno 1707. 1700. allhiet zu Bamberg ein Vertrag errcichet, und unterandern ein gevviſſer Paſſus in Cennt-Sachen, vvegen des alſo genannten Hencker-Gelds, eingerucket vvorden; Nun abet ſeithero uon gedachtem Rittet-Ort, aus hierzu bevvegenden Vrſachen, das fernere inſtaendige Anſuchen geſchehen, Sr. Churf. Gn. gnaedigſt geruhen moegten, zu Redimirung ſothanen Hencker-Geldes, eine Behandlung uor ſich geben zu laſſen, vvorein auch hoechſtged. Se. Churf. Gn. dergeſtalten zu condeſcendiren ſich gnaedigſt entſchloſſen, daſs zuforderſt (1) beſagtes Hencker-Geld auf einen proportionirten Fuſs, zu einem Capital angeſe' lagen, auch (2) uor allem noch die uon Anno 1700. her groſſen Theils ruckſtaendige Hencker-Gelder Receſs-maeſſig abgetragen, und es übrigens (3tio) in Puncto der Centenal-Auslieferungen, wie auch in all andern, durch obigen Vertrag bereits abgeredeten Puncten, bey dem klaren Inhalt dieſes Receſſus gelaſſen, dann das (4to) uon dem loebl. Rittet-Ort eine authentiſche und complete Deſignation det in denen Bambergiſchen Centh-Aembtern gelegenen Ritterſchafft Güther, ſambt einer Summariſchen Anzahl der ieden Orts vvohnhafften Vnterthanen bona fide übergeben; Item, daſs (5to) denen am Kayſerl. Reichs-Hofrath zu Wien oder andervvaerts an Seiten der Ritterſchafft oder einiger deſſen Mitglieder übet das Hencker-Geld anhaengig gemachten Proceſſen expreſſe renuntiiret vverde, Solchemnach ſeynd obige Puncta auf hierüber zvviſchen denen Bambergiſchen und Ritterſchafftlichen geuollmaechtigten Deputirten gepflogene Conferenzien durch gegenvvaertigen Neben-Receſs uollends zum Stand gebracht und reſp. erleutert vvorden, vvie folget, und zvvar haben

Ad primum et ſecundum Punctum mehr hoechſt-ernannte Se. Churf. Gn. gnaedigſt bevvilliget, daſs die Redimirung des oefftervvehnten Hencker-Gelds überhaupt mit Auszahlung ein tauſend Thal. geſchehen koenne, und daſs die ab Anno 1700. her, uerſchiedener Orten annoch rückſtaendige Hencker-Gelder, ohne vveitere Erſetzung, mit darein gehen ſollen: Welches der loebl. Ritter-Ort nicht allein mit unterthaenigſten Danck acceptiret, ſondern auch die ein tauſend Thaler zum Bambergiſchen Cammer-Zahl-Ambt (laut daruber uorgezeigter Cameral-Quittung) erleget hat, geſtalten hierauf die zu denen Bambergiſchen Cent-Aembtern gehoerige Ritterſchafftliche Orts Geburgiſche Vnterthanen, uon Entricatung des uorein durch Eingangs-

A beruhrten Vertrag, accordirten Hencker-Gelds, uon dato gaentzlich und auf evvig freygeſprochen ſeyn, dereut willen auch denen Bambergiſchen Cent-Beambten ſoerderſam und ernſtlich anbefohlen werden ſolle, die Ritterſchafftliche Vnterthanen hierinnfalls uon dato gantz unbelaeſtiget und unangefochten zu laſſen, worneben, gleichvvie es im ubrigen ad

B Tertium fovvol ratione det Centenal-Auslieferungen, als all anderer Vertrags-Puncten, billig bey dem buchſtablichen Inhalt des Receſſus de anno 1700. uerbleibet: alſo vvird zu mehrerer Erleuterung nur dieſes noch hinzu geſetzet, daſs in denen ſich begebenden Cennt-Auslieferungs-Faellen, Beſichtigung der Todten-Coerper, und Nehmung der Leibzeichen, vvederuon C denen Bambergiſchen Beambten und Vnterthanen etvvas ſub titulo dieſer Cennt Ausfalls, noch auch uice uerſa uon denen Ritterſchafftlichen, unter dem Nahmen einer Auslieferungs-Gebühr, oder vvie es ſonſten Nahmen haben mag, nicht das geringſte gefordert oder praetendiret werden, ſondern allerſeits gaentzlich eingeſtellet ſeyn ſolle. Es iſt abet in puncto des D Auslieferungs-Rechts annoch ſpecialiter zu vviſſen, daſs ſolches, nach dem klaren Inhalt des Receſs, auch noch dahin zu uerſtehen, vvo entvveder die uerhandene Caſtra, oder doch die Dorffs- und Gemein-Herrſchafft, ſamt der Voigteylichkeit auf denen uier Pfaelen, ritterſchafftlich ſeynd, alſo daſs auf dem Fall, daſs auſſerhalb eines ſol- E chen Caſtri, oder Dorffs- und Gemein-Herrſchafftlichen Diſtricts, ſich ein Delinquent andervvaerts criminaliter betretten lieſſe, ſolchenfalls die Cennt-Herrſchafft immediate zuzufahren, und nach den Delinquenten zu greiffen befugt bleibt. Sonſten iſt ad

Quartum aus der dieſem Neben-Receſs angehefften Deſignation zu erſe- F hen, vvorinn die in denen Bambergiſchen Cennt-Aembtern gelegene Ritterſchafftliche Gütere beſtehen, und vvie boch ſich iedet Ort die Anzahl der Vnterthanen belaufe, vvorbey zu mercken, daſs vvann ſich uielleicht irgendvvo ein- oder anderer Vnterthan unuerſehens im Anſatz übergangen zu ſeyn finden, oder auch obige Anzahl G ſich mittlerzeit und ins künfftige durch Erbauung neuer Wohnungen ſolcher Ritterſchafftlichen Vnterthanen, uermehren moegten, es eben ſo uiel ſeyn ſolle, als vvaeren dieſe der obigen Deſignation bereits mit einuerleibet geveſen. Indeme aber in ietzt-berührtet Deſignation am Ende zu erſehen,

Anno 1707.

daſs

anno 1707. daſs ſich ein und anders Ritter-Glied an B Orten, vvo es ihnen uon Biſt- und Furſtenthum Bamberg nicht eingeſtanden vvird, ſelbſten eine Centenam actiuam, benanntlich zu Thurnau und zu Auffees, zuzulegen uermeyne; So vvill man ſich an Seiten Bamberg dargegen expreſſe uervvahret und ſeine bisherige hohe Centenal-Competenz ferner feyerlichſt uorbehalten- auch ein gleiches ſich ratione Ermbreuth mit dem utrinque beliebten General-Zuſatz bedungen haben, daſs der oder dieienige Ritterſchafftliche Mit-Gliedere, vvelche den in anno 1700. aufgerichteten Receſs zu erkennen ſich vveigern vvolten, auch uon denen, fur dem loebl. Ritter- Ort Gebürg darinnen quoad Centenalia begriffenen Freyheiten, ausgeſchloſſen ſeyn ſollen. Schlieſslichen und nachdeme ad

Quintum die Familia uon Guttenberg zu Guttenberg ſich nicht allein zu oeffters-berührten Receſs de anno 1700. ſondern auch dahin ſpecialiter erklaeret, daſs dieſelbige vvillig und bereit vvaere, den am hoechſtpreiſslichen Kayſerl. Reichs-Hof-Rath, in puncto des Hencker-Gelds hangenden Proceſs, vvürcklich zu renuntiiren; So ſolle derentvvillen durch den Bambergiſchen und Guttenbergiſchen Agenten zu Wien eine ſchrifftliche Anzeig gethan, ſothaner Proceſs auch, in Krafft diſs, für vvürcklich renuntiiret geachtet vverden. Vrkundlich iſt gegenvvaertiger in duplo ausgefertigter Neben-Receſs mit ihrer Churf. Gn. Bambergiſchen Cantzley- und desgleic en mit des loebl. Ritter-Orts-Geburgs Inſiegel betrucket vvorden. So geben und geſchehen Bamberg den 30. Iulii 1707.

(L.S.)

(L.S.)

(1) *E. Hochvvürdig - Hoch- Wolgebornen*

Anno 1707.

Dom-Capituls zu Bamberg

etc. etc.

Confirmation, Vber uorſtehenden, den 6. Maii 1707. aufgerichteten Receſs.

VOn GOttes Gnaden, Wir OTTO PHILIPP uon Guttenberg, Dom-Probſt, Carl Sigmund uon Auffſees, Dom-Dechant, SENIOR, und Capitul, Gemeiniglich des Kayſerl. Hoch-Stiffts Bamberg.

B *Nachdeme Vns Herren Hauptmann, Raethe und Ausſchuſs des Heil. Roemiſchen Reichs obnmittelbarer freyer Ritterſchafft in Francken, Orts Gebürg uermittelſt eines Schreibens unter den 8. Iulii* currentis anni, *und zugleich auf dem Reichs-Frey- Wohlgebornen Herrn, Iohann Chriſtoph* C *uon Künſperg, uff Dannendorff, Brandenburg-Bayreutiſchen Ober-Cammer-Iunckern und General-Adiutanten, geſtellter Abordnung, zu uernehmen gegeben, vvelchergeſtalten mit Ihro Chur-Furſtl. Gnaden zu Maynтz, als Biſchoffen zu Bamberg, ſie ſich uber einige* Grauamina *uerglichen; Weiln ſie aber uor gut angeſehen, daſs ſothaner Vergleich (um allen Anſtoſs* D *zu uermeiden und Perpetuitaet willen) auch uon Vns confirmirt vverden moege; Dahero gebeten, nicht nur uorbemeldten Ihren Herrn Deputirten hierinnfalls gnaedigſt Gehoer zugeben, ſondern auch ſie mit der uerlangten Confirmation zu conſoliren, und zu dem Ende das Originale des Vergleichs Vns bey ietzt innſtehenden Peremptorio exhibiret vvorden. Wann nun* E *Wir, nach beſchehener Ableſung des uoelligen Enthalts, kein Bedenckens getragen, mit der angeſuchten Confirmation in denen Intus enthaltenen Terminis zu deferiren; Alſo haben vvir ſothanen uns uorgelegten Original- Vergleich, mit unſern Wiſſen und Genehmhaltung, unſer gevvoehnliches Dom-Capituliſches groeſſeres ſignet heruordrucken laſſen. So geſchehen Bamberg den 19. Iulii 1700.*

(L.S)

DIPLO-

GEORGIUS III. Schenck L.B. â Limburg, eligitur 1505, Pontifice Iulio II. Imperatore Maximiliano I. Eluxit in hoc intrepida magnanimitas, et in tractandis cauſis rara Sapientia, quæ quidem eum tam acceptum Cæsari fecit, ut ab illo grauiſſimis conſilijs, maximè in Comitijs Auguſtanis, adhiberetur. Sub hujus Epiſcopatu magnam ab incendio cladem paſſa est ciuitas, alteram à fulmine Ædes Imperialis, quæ geminis vicibus tacta, vix ruinæ et excidio erepta est. Reparavit inflicta damna piiſſimus Præſul, Templiq. frontem extra Chorum S. Georgij eleganti opere, quod lapideam coronam vocant, exornavit. Moritur in Arce Altenburg 1522, Epiſcopatus ſui anno 17, et in Eccleſia Imperiali ſepelitur. Sub hoc Georgio Martinus Lutherus hæreſiarcha Romanam Eccleſiam oppugnare incipit.

NAPOLI

WIGANDUS à Redwitz. eligitur, 1522. sub Pontificata Adriani VI. Caroli V. Imperato ris anno 2. Episcopatu dignum fecit innocens vita, quam à prima jam adolescentia devotissimè transegerat: Ecclesiam tutabatur sollicitè, adversa ferebat animo invicto, in ærumnis Dei patientis. memoriam pro clypeo adhibebat, cujus etiam S. Sepulchrum in Palæstina, adhuc juvenis, coràm veneratus fuit. Tertio regiminis anno, dum per totam Germaniam fanaticâ barbarie seditiosi Rustici tumultuantur, à perduellibus subditis in urbe sua obsidetur: Sed non tam suæ quàm miserorum hominum calamitati illacrimatus est, quòd eos ferro et cladibus ad saniora reducere cogeretur. Alteras belli faces Bambergensi Episcopatui intulit Albertus Iunior. Marchio Brandeburgensis, vix multorum Sanguine tandem extinctus. Præfuit annis 34, et Senio ærumnisq; confectus moritur 20. May. 1556, atq; in Ecclesia Imperiali Sepelitur. His temporibus nova dogmata Spargit Calvinus. Henricus VIII. Angliæ Rex, post propugnatam Catholicam Religionem defensor fidei appellatus, anno 1534. ab Ecclesia deficit. Eodem anno Societas Iesu à S. Ignatio de Loyola fundatur, et sexennio post à Paulo III. confirmatur. Anno 1545. incipit Concilium Tridentinum.

90

NAPOLI

GEORGIUS IV. *Fuchs à Rügheim, sesquianno ante Wigandi obitum electus Coadjutor, succedit 1556; Paulo, IV. Romano Pontifice, Imperatore Carolo V, cui paulo pòst abdicanti succeſsit Ferdinandus I. Sexennio præfuit Ecclesiæ suæ, vigili curâ, ne invâlescentes ubiquè Lutheri et Calvini hæreses in Ditionem suam penetrarent; quam alijs paſsim infectis circà regionibus indemnem ac inviolatam ſervavit. Obijt 22. Martij, anno 1562, magnum sui pòst se desiderium relinquens; et in Ecclesia Imperiali sepultus est.*

Digitized by Google

VITUS II. â Wirtzburg, eligitur 22. Aprilis, 1562; Pontifice Pio IV. et Ferdinando I. Imperatore. Cepit iterũ sub hoc Præsule respirare Patria, dum oppressio Hæreticorum furore toti Germa- nicæ pax est reddita. Culti agri et Vineæ, quæ hucusq́ neglectæ jacuerant, feracissimo fœnore suos Census tulere, ut priorum quasi annorum sterilitatem resarcire velle viderentur. Multum aeris alieni inter tot bella contracti dissolvit. Episcopalis Aulæ veteris partem maximam de novo exstruxit, egenis annonâ providit. Patriámq́ fortunatissimo in statu relinquens decessit 8. Julij, 1577. regiminis sui anno 15, in Ecclesia Imperiali propè aram SS Apostolorum Simonis et Judæ sepultus. Sub hæc tempora Ioannes Austriacus ad Naupactum ingenti clade Turcas atterit. Hollandi Duce Auriaco ab Hispaniarum Rege Philippo II. desciscunt.

NAPOLI

IOANNES GEORGIUS I. *ex illustri stirpe Zobeliorum à Gibelstatt, eligitur 1577. Gregorio XIII Pontifice, et Rudolpho II. Imperatore. In optimo Præsule desi- derari nihil potuit, quàm valetudo, quâ semper adversâ utebatur. In peninsula illa ultra pontem superiorem, quam Gayerswehrt appellant, Principalem hortum adornavit, varysq; peregrinarum arborum, fructuumq; ac florum generibus consevit. Amœnissimam etiam villam veterem, quam Seehoff hodie vocant, venationibus ac piscationibus opportunissimam exstruxit. Ecclesiæ suæ triennio tantùm præfuit, quò charior suis, eò majore dolore amissus. Obiit 7. Septembris, 1580. in Ecclesia Imperiali sepultus, ubi Principi suo grata Civitas monumentum posuit.*

NAPOLI

MARTINUS, ex illustri familia Dominorum ab Eyb, defuncto Ioanne Georgio, omnium suffragio eligitur, 1580; Pontifice et Imperatore eodem sed neque ipse faventiorem valetudinem habuit, plurimiq morbi adeo totum exhausere, ut se imposito oneri ferendo imparem sentiens, tertio ab electione anno, in manus Capituli Episcopatum resignarit. Magni animi Princeps, à quo summa poterat exspectare Patria. si corporis vires animo pares fuissent. Sub hujus regimine novum Calendarium Gregorij primo publicatum est.

ERNESTUS, â Mengersdorff, cùm resignâsset Martinus, eligitur 2. septembris, 1583. Sixto V. Pontifice, Rudolpho II. Imperatore. Secundo regiminis sui ano Semina- rium, quod ex beneficâ Principis nomine hodiedum Ernestium vocatur, a[illegible]ectis copiosis reditibus fundavit, et Cœnobium Carmelitarum ex foro ad S. Theodorum in Kauhlberg transtulit. Alteram Curiam Episcopalem Bambergæ propè Rechnicium, quam Geyerswehrt appellant; de novo exstruxit. Moritur optimus Princeps magno suorum luctu, 20. Octobris, 1591, postquàm octennio præfuisset; et in Ecclesia Imperiali sepelitur. Sub hæc tempora Elisabetha magnæ Britaniæ Regina in Maria Scotiæ spem omnem Catholicæ Religionis in Angliam rursus invehendæ obtruncavit.

NAPOLI

NEIDHARDUS ex avita stirpe de Thüngen, Præpositus Herbipolensis, et Decanus Bambergensis Ecclesiæ, eligitur Episcopus 14. Novembris 1591; Clemente VIII. et Rudolpho II. regnantibus. octennio præfuit. Catholicæ fidei Zelator et defensor acerrimus. Debet huic magna ex parte orthodoxam hodiè fidem Bamberga; dum enim hæresis finitimas quasvis regiones corripit, in Episcopatum suam penetrare non sustinuit, multosquè Subditorum suorum clàm seductos vel ad meliorem viam reduxit, vel pertinaces ejecit, potiùs habens fideles, quàm multos numerare. Moritur tandem Herbipoli 1598. Corpus Bambergam delatum in Ecclesia Imperiali sepelitur.

NAPOLI

IOANNES PHILIPPUS. â Gebſattel, Eccleſiæ Bamberg-
enſis Decanus, in Neidhardi lo- cum ſufficitur, 4. February. 1599.
Pontifice et Imperatore eodem, tanta in eo erga pauperes benignitas, ut nunquam
diſcumberet ad menſam, quin priùs illis beneficiſset: ſubditos admittebat omnes ad
Principale alloquium, eorum libellos ſupplices accipiebat ipſe et legebat, ut cibi, quæ poſſet,
opitularetur. Arces et ædificia multa reſtauravit, Templum Schlüſſelavienſe de novo
exstruxit, et Propugnaculum Vorchem novis munimentis firmavit. Moritur anno 1609.
et in Eccleſia Imperiali ſepelitur, beneficentiæ ſuæ luculenta ubique veſtigia relinquens.

IOANNES GODEFRIDUS, ab Aschausen, Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis Præpositus singulari omnium solatio eligitur 29 Julij, 1609; sedente Paulo V. et Rudolpho II. Imperat[ore]. Octavo pòst anno, cùm Iuhus Echter de Mespelbronn decessisset, ex dispensatione Apostolica, Ecclesiæ etiam Herbipolensi un animibus Capituli suffragijs præficitur 5. Octobris, 1617. Utriusquè Ecclesiæ Præsul laudatissimus; DEI Eucharistici devotissimus Cultor, scelerum, eorum præsertim, quæ cæsimoniæ adversantur, severus osor; Collegij Societatis Iesu Bambergæ, 1610, fundator munificentissimus; totiúsquè Patriæ inter Bellorum Pericula fortissimus servator. Domum Ratisbonam ad Imperialia Comitia profectus, ibidem è vita decessit 29. Decembris, 1622. regiminis anno 15. Corpus Bambergam delatum, ibidémquè sepultum. Sub hoc, ex Scandularij incuria, flamma Templum S. Michaelis, in Monte Monacherum, totum absumpsit. Solo S. Ottonis sepulchro, summoq; Altari ex ruinis superstite

IOANNES GEORGIUS II, Fuchs â Dornheim, succedit 23 Februarii, 1623; sub Pontificatu Gregorij XV, Ferdinando II. imperante. Sexto post anno, Ecclesia etiam Cathedralis Herbipolensis Præpositus renunciatur. Honoris Divini Zelator, scelera artesque magicas ferro et igne persequens. Regimen habuit multis calamitatibus funestum: In Germaniam enim trans mare Balticum Gustavus Adolphus Suecia Rex bellum invexit; Urbibus et Oppidis plurimis fatale. Anno 1632, Bamberga ab eodem capta diris exactionibus propè consumitur. Sed paucis mensibus elapsis, â Cæsariano milite rursus expellitur, eodemque anno, 16. Novembris, ad Lutzen in Saxonia, occiso Rege Gustavo, propè tota Suecorum vis infringitur. Inter has clades bonæ Princeps in Carinthia moratus, bellicæ tempestatis finem præstolabatur; dumq; ad Hospitale Thaumaturgæ Virginis juncta Aniram in Austria proficiscitur, Divæ Matri suam Ecclesiam commendaturus sollicitus Præsul, ibidem præmaturâ morte extinguitur, 29. Martij, 1633, exactis in regimine annis 10. Sub hoc tempus, dum Fridericus Comitem Palatinum, Bohemiæ Coronam affectantem Maximilianus Bojus profligat: in fidei et fortitudinis suæ præmium, â Cæsare et Imperio, septemviris Electoribus adnumeratur.

NAPOLI

FRANCISCUS, Comes ab Hatzfeld. Ecclesiæ Herbipolensis Episcopus, et Franciæ Orientalis Dux, unanimi omnium consẽsu ad Imperialem Insulam Bambergensem postulatur. 4. Augusti. 1633; Pontifice Urbano VIII, et Ferdinando II. Imperatore. Degebat tum, imminentibus Suecis profugus ex Franconia optimus Princeps Coloniæ Agrippinæ, ubi etiam Sacerdos ordinatus, in Ecclesia PP. Societatis Iesu primam Deo hostiam pro afflictæ Ecclesiæ suæ Salute Pius Præsul obtulit. sed cum anno 1632. ad Lutzen Saxoniæ oppidum amisso Rege suo Sueci animos despondérent, dispersásq; per Franconiam copias in Saxoniam contraherent, biennióq; post ad Nördlingam denique internecione delerentur, ad suos rediit; magnâ omnium lætitiâ excep tus, et utramq; Ecclesiam tantis cladibus propè contritam paternâ Sollicitudine et beneficentiâ rursum erexit. Præfuit annis 9; apoplexiâ tactus, cum omnium luctu occubuit Herbipoli, 30. Iulii, 1642, ibidem in Ecclesia Cathedrali sepultus.

50.

MELCHIOR OTTO, *Voit à Saltzburg. Ecclesiæ Imperialis Præpositus, eiusdem Episcopus eligitur 25. Augusti, 1642; Pontifice Urbano VIII, et Ferdinando III. Imperatore. Turbida habuit regiminis initia, dum Sueci novis Consœderatorum viribus aucti veteres calamitates per Germaniam renovabant: sed tertio post anno Monasterij et Osnabrugæ in Westphalia ab utrisq partibus conventus haberi coeptus, atq 24. Octobris, 1648, paci subscriptum est. Eodem anno laudatissimus Præsul, obtentis à sede Apostolica et Sacra Cæsarea Majestate privilegijs, Academiam ex nomine suo Ottonianam dictam fundavit. Præfuit annis 21, Princeps magnæ prudentiæ, amantissimus literarum, plurimisque in Patriam meritis celebratus. Obijt Vorchemij in arce sua, 4 Ianuarij, 1653. Corpus Bambergam delatum, et in Ecclesia Imperiali sepultum, publico monumento honoratur.*

NAPOLI

PHILIPPUS VALENTINUS, *Vöit â Rieneck, Melchioris Ottonis primùm in Ecclesiæ Imperialis præpositura successor, demiq, hoc defuncto, in Episcopatu etiam futurus, eligitur 12. February, 1653; Sedente Innocentio XI. Ferdinando III. Imperante. Præfuit annis 19, summo omnium solatio et Commendatione. Princeps æqui et Iustitiæ Observator accuratus, benevolus in Subditos, in Ecclesiam liberalis, Pauperum Pater. Propriis sumptibus, Orphanotrophium in Kauhlberg ex quadrato lapide construxit, multisq reditibus piissimus fundator dotavit. Ut â Patria incursus hostium arceret. Vörchemium arcemquè Coronacensem vallis et Fossis ad modernas artis militaris Regulas munivit. Obijt 3. Februarij, anno 1672 in Ecclesia Imperiali sub insigni monumento sepultus.*

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
NAPOLI

PETRUS PHILIPPUS, à Dernbach, eligitur 21. Martij, 1672. Clemente X. summo Pontifice, et Leopoldo I. Imperante. Biennio pòst Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis Præpositus, ac denique, 21. Maij, 1675, ejusdem Episcopus creatur. Fuit inter arma Gallica magnanimus Patriæ defensor, quam singulari prudentiâ, et lecto satis copioso milite ab intentata clade indemnem servavit. Pacem Noviomagi, 1679, firmatam quò lætiùs vidit, eò magis indoluit, eam occupatâ præter spem à Gallis Argentinâ tam celeriter recidi. Dolorem novo metu augebat, 26. Decembris, 1680, visus in astris per 31. dies fatalis Cometa, qui funesto fulgore, ipsâq; magnitudine suâ ingentem aliquam calamitatem portendebat. Accessit 25. Januarij 1682, insolita per Germaniam ipsamq; Dioecesin Bambergensem flaminum, cum multorum hominum urbiumq; ruina, extra ripas effusio, velut Turcicæ inundationi præluens. Obijt Herbipoli in arce sua Marienberg 22. Aprilis, 1683, ibidem in Ecclesia Cathedrali sepultus.

NAPOLI

MARQUARDUS SEBASTI- LANUS, exc perillustri familia Pincernarum de Stauffenberg, eligi- tur 10. Iunij, 1683, Pontifice Innocentio XI, Leopoldo I. Imperatore: Eo ip- so anno, quo erumpens ab Oriente Turca ducentorum millium exercitum Viennam usquè summâ velocitate promovebat, ipsam què urbem diuturnâ obsidione pressam jam propè ad desperationem adigens, inganti terrore totam Germaniam percellebat: sed eodem adhuc anno, 2. septembris, Viennam jam ad extrema deductam, casis ad internecionem barbaris, ope foederati Poloniæ Regis Ioannis IV, et Caroli V Lotharingi virtute denuò liberatam esse, singulari suo totiusq Imperij Gaudio percepit, totiquè reginen plurimis laureis, quas in Hungaria legebat Germanus miles, habuit fortunatum. Præsul sincerus, benficus, magnâ devotione et prudentiâ, de Ecclesia et Patria optime meritus. Ad villam Seehoff exstruxit Episcopalem arcem, quam posteri Marquardsburg appellarunt. Verchenij P. P. Franciscanis recollectis novum cum Monasterio Templum erexit, idq, ut et P.P.um Societatis Iesu Bambergæ, cujus primum lapidem beneficentissimâ manu posuerat, consecravit. Decennio præfuit, catarrho apoplectico pro maturo suffocatus. 9 Octobris 1693; et inter multos, amissum optimum Principem lugentium Civium gemitus, in Ecclesia Impe-

rali sepultus est.

DIPLOMATVM BAMBERGENSIVM CODICILLVS ADPENDIX.

quia leuius fit patientia, quicquid corri-A gere eſt neſas. Iſtud uero unde nunc te affligis, ſi diligentius intueri uis, Deo propitio unde iuré gaudeas non dehabebis. Tu autem, quaſi aliquid inſuperabile tibi euenerit, rem tuam tam eneruiter tractas. In conuentum fratrum tuorum uenire recuſas, cum quibus incommoda tua euincere debueras, fugis, magnàm tibi inuidiam conflas; conſpectum regis, quaſi aliquid in ſeB commiſeris, deuitas. Quid eſt hoc quod tibi importas? ubi eſt ſapientia illa, quam in te dudum ſatis acute uigilaſſe conſpeximus? Iſta, quae tu facis, non uidentur eſſe uigilantis, ſed graui quodam ſopore depreſſi, non clare uidentis, ſed dure lippientis. Expergiſcere, domine mi, aliquantulum et capeſſe te ipſum. Neſcio quibus faſcinantibus extra te ductus es. Enitere,C quoad poſſis, ut ad te ipſum reuertaris.

et hortatur, Loquitur uox diuina; *Surge, qui dormis, et exſurge a mortuis, et inluminabit tibi Chriſtus.* Tu primus, aut inter primos, etiam antequam rex fieret, dominum illum tibi praeelegiſti. Tu poſtea, quantum poteras, ſicut magnifice poteras, ut rex fieret inſtitiſti. Proinde tanta inuicem ſuauitate coniuncti, tanta caritate deuincti, te nemo in liberaliterD ſeruiendo ſibi deuotior, ſe nemo in amicabiliter accipiendo paratior, prorſus glutine quodam et uinculo amicitiae quaſi inſeparabiliter colligati fuiſtis. Poſtremo ubicunque uel quandocunque aut neceſſitas poſtulabat aut iucunditas, etiam in uitae periculo fideliter ſibi ſuffragando non deeras. Cum haec beneficia omnia in illum praerogaris, E et ex his penes ſe magnam tibi gratiam, amicitiam, caritatem iure conflaueris; quid eſt hoc quod modo tibi imponis? Cur cum bona promeruiſti, malis te remunerari permittis? Difficile eſt reum

ut morem gerat imperatori, eſſe maieſtatis. Nec litteris, ut audio, nec legatis, parcendo, promittendo, ſupplicando, te ad ſe accerſire poteſt. Quomodo potes in regno eius habere F pontificium, ſi ad ſe uenire refragaris? Quid dicturi ſunt iudices, cum in iudicio talia uentilabuntur? Vide ne ſero peius fiat, quod prius melius fieri potuit, et ne rigor iſte, non fortitudo, ſed duritia magis habenda ſit. Aliud eſt autem durum eſſe, aliud fortem. Durus nec in bonam partem flectitur. Cur ex grato ingratum, ex amico iniG micum, ex munificentiſſimo tibi inliberalem facis? Quicquid tibi libuerat, prout pluribus uiſum eſt, apud illum obtinere potueras. Nonne tanta tibi poteſtas in his regionibus ab eo conceſſa eſt, ut ad nutum tuum omnia pareant? Cui nos aut ceteros, qui de te praeſumunt, defendendos relinquis? Sit animus fortis, ſed usque ad temperantiam. Quod modum ſupergreditur immoderatum, immoderatum intemperans, intemperantia uitium eſt. Amplius non progredior. Si non pro te, ſaltim pro ciuibus tuis tibi timendum eſt. De periculo enim agitur reipublicae tuae. Si ita, ut coepiſti, perſtabis, euenire poteſt, in tantum eam uexari uel etiam diripi, ut aut nunquam aut ſero reparetur. Quapropter recordare, domine mi, eccleſiae ſanctae, cui praeſides, recordare omnium qui tibi libenter ſeruiunt. Loquere cum illis, *et habita cum confratribus* qui tibi non aliter ac ſibi conſultum uolunt, cum domino meo uenerabili archiepiſcopo Vv. * ſpirituali tuo et pa- * *Wilgiſo.* tre et fratre, cum domino H. * fratre * *Heriberto.* tuo uterino, item uenerabili archiepiſcopo, cum domino B. * *Vvangionum* epiſcopo, aliisque fidelibus et amicis * *Burchardo,* tuis. Conſilium, quod tibi dent, non *conſilio,* repudies. Quid enim de te agitur, illorum pariter eſt tecum. Si iſtorum conſilio ſorte delinques, illis imputabitur. Habuit quoque fortuna ſaepe regreſſum. Quod modo imminet tibi, in proximo ſortaſſis continget et alteri. Ideo non nimis formidandum eſt, ut modo tibi imponant, quod ipſi paulo poſt ferre refragentur. Sane poſtrimis fidelibus tuis in conuentu fratrum tuorum, ubi ordinatio facta eſt, te in audientiam uenire nolle diſplicuit, opinantibus, ſi omnino infirmare uelles, te praeſente magis infirmari potuiſſe. Sed quia, te donante, quoquo modo dederis, parrochia data eſt, multis religioſis ac uenerabilibus uiris comprobantibus ordinatio facta eſt, quodque tantis auctoribus roboratum ac ratum factum eſt, difficile annullari et irritum fieri ualet, cedat quaeſo ſanctitas tua illorum ſanctitati, qui huic ordinationi conſentientes ſubſcripſerunt; roboretur ex te uno, quod iam multorum religioſorum confirmauit collectio; conſcribe cum aliis coëpiſcopis et confratribus tuis; ne fiat intra ſanctae eccleſiae parietes diuiſio ſchiſmatis, ſed potius in omnibus regnet unitas caritatis. Sentio iamdudum te mihi contraire uelle et iniuſtae ſuaſionis notare elogio huiusmodi uerbis: *Sanctus et iuſtus nimis in-* *omnique excuiuſtum uideri, terreni imperii potentiam* */atione poſtha-* *magis formidare quam diuinam, dilectione* *bita,* *temporalis ſuauitatis prouocare in ſe iram abſque fine punientis. Sedem quoque epiſcopalem, cui ſedes, quam reperiſti amplis honoribus auctam, per longa terrarum ſpatia dilatatam, non eſſe fas tuo arbitrio uel exhonorari uel artari. Te nolle ſubtre ſupplicium, cauſa perditionis rerum eccleſiaſticarum.* Abſit a me, ut, niſi deſipiam,

huiusmodi tibi persuadeam; magis si ullo modo sciam, in haec ipsa te ducere uelim. Procedat apostolus; loquatur pro me ille uas dilectionis, doctor gentium. Ecce doctor noster. Non enim ex Iudaeis sed ex gentibus nos. Quid ait apostolus? *Omnis anima*, inquit, *potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt.* Ecce quid hortor, ecce in quae duco; immo non ego, sed apostolus, immo non ille, sed per illum Deus; ut Dei ordinationi non * resistis, nec ipse tibi dominationem assumas. Fortassis hoc est dominationem sibi assumere, ea, quae a sublimioribus iunguntur, supersedere. Sed quia, dum tecum eras, nimis acutum te et clare uidentem noueram, opinor hoc, quod in canonibus legitur, *honesta praecipienti obediendum esse*, uiuae adhuc memoriae reconderis et hoc mihi superinducas, ideo te praecipienti nolle acquiescere, quia inhonestum uideatur, ecclesiam tuam dioeceseos sua priuare. Sanctis patribus praedecessoribus uestris, ut audiuimus, non inhonestum, sed ualde honestum et utile uisum est, in locis sibi commissis, postquam in tantum creuit ecclesia, ut ipsi eam circuire et obseruare non ualerent, alios sibi substituere sacerdotes et *ex uno episcopatu duos aut tres facere*; ut quod unus minus posset, a duobus aut tribus cumulatius suppleretur. Sed iam ergorum plena sunt omnia. Illi totam operam suam pro animabus lucrandis insumebant; nos quomodo corpora foueamus praecipue satagimus. Illi pro coelo, nos pro terra disceptamus. Non esset tamen necesse: terra nobis satis erit. De coelo uideamus, si uelimus. In his omnibus temporale lucrum, quod homines magis tuentur, et in quo famae tuae detrahi formidas, non imminuetur tibi. Multo enim potiora, ut audio, atque utilora iam reddidit, atque etiam redderet, et adhuc forsitan reddet, si tantum in audientiam uenies, et secundum quod tui consortes tibi consulent, ages. Liceat mihi, pace tua, hoc, quod super eadem re mecum ipse fermocinatus es, in aurem susurrare. Nonne recordaris quod in priore anno ad eundem locum B. * nobis equitantibus, me aduocato ad te, huiusce modi sermonem, quasi praescires, habere coepisti. *Si rex ibi facere uellet episcopatum, facile illum ecclesiae tuae quod tibi utilius esset, posse trigenti erigendo, buere, te paruum inde fructum habere, totam illam terram pene siluam esse, Sclauos ibi habitare te in illa longinqua uel nun-*

quam uel raro uenisse. Nonne haec in hunc in modum dicta esse recolis? Cur modo difficile uidetur, quod tunc facile uisum est? Ecce iam, ut confido, cognoscere potes, me tibi iniusta non suggerere, nec hortari, ut plus regem timeas, quam Deum, sed ut illum propter hunc et diligas et formides, honestaque non praecipienti sed supplicanti ac retribuere uolenti concedas, leuiusque tibi erit partito in alium onere, facilius quoque de paucioribus animabus procurandis rationem Deo reddere poteris. Quod si adhuc cedere non uis, et quia legitur, *Deum regnare facere hypocritam, propter peruersitatem populi*, resistendum putas, nisi aliquo argumento subruatur, dicam inde quod sentio. Apostolus, organum Christi inflatum a Spiritu sancto, fallere nequaquam potest. Quicquid sonat, uerum est, et intelligentiam quaerit. Quotiens exigente malitia nostra a potestate nequam premimur, quicquid nobis ab ea praecipitur, quod a fide non abhorreat et religioni catholicae non aduersetur, uidetur mihi esse faciendum. Dura, difficilia, molesta grassentur in nobis, parendum est. Quae enim sunt, a Deo ordinata sunt. Ibi culpanda est prauitas nostra, non serientis iustitia. Non enim nisi peruersitate nostra regnaret hypocrita. Si quando uero huiusmodi aliquid a potestate illa nobis iniungatur, quod ucl religionem uulneret uel ad peccatum uergat, libere resistendum censeo. Quamuis hoc non proprie, sed abusiue, dicatur resistere, errata declinare, et recto itineris gressu iustitiae cursum peragere. Errata enim non recto ductu occurrunt, sed ex transuerso et deuio uenientia, a recto tramite depellere uolunt. Quippe errata non essent, nisi a recto calle deuiarent. Vnde et in operibus iustitiae praecipimur neque ad dexteram neque ad sinistram declinare. Hoc ita descripto, in his, quae a rege postulantur, nihil inuenies, ut ego cognoscam, quod religionem laedat uel ad delictum inducat, uerum omnia diuini cultus pietatem tueantur. Hoc et ipse in synodo miserabili, attamen luculenta oratione, perstrinxit, quia, *si se Deus priuaret fructu uentris sui et humana prole exheredaret, se Deum, si dignaretur, libenter sibi heredem facturum*; et ad hoc nimis humiliter omnium praesentium suffragia poscit. Si interfueris, ut propitium te sentio, procul dubio misereris. Igitur miteseat, oro te, animus tuus, laxa sinum pietatis tuae, parce tibi, miserere tuorum. Quod hypocritae regi facere debueras, fac huic religionem astruenti. Honesta postulat, eadem satis et super retri-

buere

ad exemplum SS. patrum,

partem aliquam suae dioeceseos

* Bamberg.

ut promisisset, cedat episcopatui Babenbergensi

imperatorio

et pietate adductus.

buere parat. Si quid eccleſiae tuae cor-A poralis ſpatii ſubtrahitur, hoc idem ſpirituali aedificatione ſuppletur; multoque honoratior erit foecunda in filia, quam omnino absque liberis ſterilis remaneret et infoecunda. Auſer rubiginem a corde, hilarem te ad haec omnia deinceps oſtende. Non ueniet ſero, quem Deus adiuuare uult. Vnde modo triſtaris, decurſa iſta tentatione Deo propitio multum inde laetaberis. B Tentatio eſt uita humana ſuper terram. Non eſt homo qui non bibat de calice iſto. Conuertat Deus luctum tuum in gaudium. Nimis anguſtor, quod iam dudum eſt, quod te nec audieram nec uideram Ideo uellem aliquid audire ruorum, ſiue per litteras, ſiue per uiuam uocem. Sed ſit arbitratu tuo. Satis operoſus es, non audeo magis te defatigare. C

NVM. III.

Henricus II. imperator donat abbatiae S. Michaelis praedia quaedam extra urbem Babenbergenſem ſita.

anno 1013. IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis, Henricus, diuina fauente clementia ſecundus, Romanorum D imperator auguſtus. Noſſe uolumus induſtriam Chriſti fidelium, tam futurorum, quam praeſentium, quod imperiali ſancimus edicto, ut in praediis, quae diuinae inruitu pictatis eccleſiae *S. Michaelis* Bambergenſis, una cum dilecta coniuge noſtra *Cunegunda*, poſt noſtrarum eorumque, quorum debitores ſumus, remedio animarum, imperiali contulimus munificentia, tredecim uidelicet principalis curtes, *Ratelsdorff*, *Ezelkirchen*, *Rodeheim*, *Belbenhuſen*, *Werde*, *Wofurte*, *Dorffling*, *Ebelsfeld*, *Leitterbach*, *Elſendorff* et circa *Wederedam*, *Scheſtein*, *Huſen & Budensheim*, cum omnibus uillis attinentibus, in praediis etiam ubicunque conquiſitis et conquirendis, dictae procuratores F eccleſiae locandi, inſtituendi, deſtituendi ac in melius commutandi manſos, feuda, areas, prata, uineas, ſiluas, caeteraque mobilia et immobilia, ad placitum ſui abbatis ac praeceptoris, liberam habeant poteſtatem: quibus etiam placationes offenſarum, ſatisfactionum uel emendas exceſſuum, uel iniuriarum in omnibus cauſis ciuilibus, tam G in tribus placitis Maii, autumni et Februarii, quam in omnibus plane negotiis, ab uniuerſis eccleſiae colonis uolumus exhiberi. Caeterum ſi coloni in litibus cauſarum decidendis inter ſe diſſentiunt, ad proximam curti marchiam eos pro ſententiis ferendis ſtatuimus habere recurſum. Si uero caſus perplexus fuerit ac difficilis, ad caput clauſtri, uidelicet ad abbatis praeſentiam recurrant. Sicque abbas, maioribus et melioribus ſuae familiae conuocatis, ipſorum conſilio quod iuſtum eſt ordinet ac diſponat. Debita officia aratrorum tribus uicibus in anno, ouorum in Paſcha, caſeorum in pentecoſten, pullorum in carnis priuio, et hebdomadalia ſeruitia dictae noſtrae eccleſiae, ab omnibus, ut condecet, impendantur. Cenſum autem ultimum, per quem utique omiſſa uel neglecta ſupplentur ſeruitia, ius uidelicet capitale, a uiris decedentibus optimum equum, uel ſi equo carent, optimum caput pecoris, et a foeminis induuias et exuuias transmitti ad eccleſiam ordinamus, ut cum famulis eccleſiae in diuinis ſeruitiis communionem plenariam conſequantur. Huius inſtituti auctoritas ut omni aeuo ſtabilis inconuulſa permaneant, et inuiolabiliter ab omnibus obſeruetur, hanc chartam inde conſcriptam, ſicut inferius apparet, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Data *nonis Februarii, indictione 12. anno dominicae incarnationis 1013. anno domini Henrici ſecundi regnantis decimo ſexto, imperii autem quarto. Actum Francofordiae feliciter!*

NVM. IV.

CONRADVS II. imperator confirmat donationem abbatiae Kitzingenſis ab Henrico S. archiepiſcopatui Bambergenſi factam.

E IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitas, Conradus diuina fauente clementia rex. Omnem Chriſti noſtrorumque uniuerſitatem ſcire uolumus, qualiter fidelis noſter Eberhardus, Babergenſis uidelicet epiſcopus, celſitudinem noſtram adiit, humiliter obſecrans, ut inter cetera eccleſiae ſuae bona ſibi ab anteceſſore noſtro Henrico, imperatore glorioſiſſimo, cum praeceptorum traditionibus donata, abbatiam Kitzingae nominatam, ſitam in pago Gotzfeld, noſtrae etiam authoritatis reſtauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicunque praedeceſſorum noſtrorum traditiones ſtabilimus, noſtras quoque donationes eo ſolidiores inpoſterum eſſe putamus, petitioni eius rationabili ac iuſtae aſſenſum praebentes, abbatiam eandem cum omnibus appenditiis ſuis, ſiue magnis ſiue paruis, ac cum omni utilitate, quae uel ſcripta uel nominata inde prouenire poſſit, ſicut ab anteceſſore noſtro ad eccleſiam et altare S. Petri apoſtoli tradita eſt, eidem praeanno 1024.

nominato episcopo successoribusque eius in proprium et perpetuum usum confirmatione solidissima donamus atque confirmamus, et ut haec nostrae auctoritatis restauratio stabilis et inconuulsa permaneat, eam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Data 16. Cal. Nou. Indict. VII. anno dominicae incarnat. MXXIV. anno uero domini Conradi secundi regis primo. Actum Ouio- magio.

NVM. V.

Henrici IV. imperatoris confirmatio eiusdem donationis.

Anno 1068.

IN *nomine sanctae et individuae trinitatis*, HENRICVS diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus Christi' nostrisque fidelibus, tam futuris quam praesentibus, qualiter nos, ob felix remedium animae patris nostri sanctae memoriae, HENRICI III. regis, et II. imperatoris et per interuentum dilectissimae matris nostrae *Agnetis*, imperatricis augustae, et fidelis nostri, *Arnonis*, Colonienſis archiepiscopi, et ob deuotum seruitium *Güntheri* Bambergensis episcopi, eidem sanctae Bambergensi ecclesiae, eiusque beatissimis patronis Petro et Georgio quandam abbatiam, *Kitzingen* dictam, iuxta *Mogenum* fluuium sitam, cum omnibus eius pertinentiis, scilicet uicis, uillis, syluis, pascuis, terris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, molis, molendinis, exitibus et reditibus et utriusque sexus mancipiis et cum omni utilitate, quae quomodolibet inde prouenire potest, pia largitione damus et confirmamus, ea utentes potestate, qua antecessores nostri in dandis abbatiis usi sunt. Vnde et regali nostra autoritate inuiolabiliter praecipimus, ut hanc pietatis nostrae donationem nulla persona grandis uel parua audeat infringere, sed idem praenominatus *Güntherus* praedictae sedis episcopus eiusque de hinc successores libetam habeant potestatem praefatam abbatiam tenendi, possidendi, commutandi, precariandi, seu quidquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Vt igitur haec nostrae munificentiae traditio nunc et inposterum stabilis et inconuulsa permaneat, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria confirmantes et corroborantes, sigilli nostri iussimus impressione insigniri. Data 3. Cal. Sept. anno dominicae incarnat. MLX. indictione XIII. anno autem domini Henrici IV. regis sexto, regni uero 4. Actum Wormatiae feliciter, amen.

NVM. VI.

Haga praedium inter fluuios Eusam et Ibisam ad altare S. Petri maioris monasterii legatur.

NOtum sit omnibus fidelibus Christi, tam posteris, quam modernis, qualiter FRIDERICVS, rogatu domini sui *Güntheri*, uenerabilis sanctae Bambergensis ecclesiae episcopi; allodium quoddam, *Haga*, quod idem praenominatus episcopatus antea per manum aduocati sui in eiusdem Friderici manus legauerat, cum omnibus ad ea loco pertinentibus, hoc est, quidquid supra dictus episcopus praedii inter duos fluuios, uidelicet *Vsiam*, quam nos uulgariter *Eusam* dicimus, et *Ibisam* habuerat, ad altare *S. Petri* maioris monasterii in Bamberg legauit, pro remedio animae eiusdem praenominati episcopi *Güntheri*, nec non patris et mattis. Legauit etiam ministeriales ad idem praedium pertinentes, ad supra dictum altare *S. Petri* in Babenberg, eo deinceps sibi suisque posteris retento iure, quod ueri ministeriales habent eiusdem ecclesiae, quod et infra scriptum est. *Anno 1068.*

Haec est iustitia Bambergensium ministerialium. Si quem ex his dominus suus accusauerit, de quacunque re, licet illi iuramento se cum suis conaequalibus absoluere, exceptis tribus; hoc est, si in uitam domini sui, aut in cameram eius consilium habuisse arguitur, aut in munitiones eius. Ceteris ueri hominibus, de quacunque obiectione absque aduocato, suis cum coaequalibus iuramento se poterit absoluere. Et caeteris hominibus non plus debent, quam septem personas, suis uero sociis duodecim. Si occisus fuerit, recompensatio eius, *decem libras* sunt, quae ad alios non pertinent, nisi ad cognatos occisi, si beneficium ab episcopo non habuerit, et repraesentauerit se in eius ministetio, et beneficium non potuerit obtinere, cui uult, militet, non beneficiarius sed libere. Si absque liberis obierit, et uxorem praegnantem habuerit, exspectetur, dum patiat. Et, si masculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non; proximus agnatus defuncti *loricam* suam, uel *equum*, quem meliorem habuerit, domino suo offerat, et beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumtu ad dominum ueniat: deinceps ex eius impensa alatur. Si expeditio in Italia est, dominus per singulas loricas unum equum det et tres libras. Si uero alio: duo ex illis tertio dent impensas, beneficium habentes a domino suo non constringantur, nisi

ad

ad quinque miniſteria, hoc eſt ut aut dapiſeri ſint, aut pincernae, aut cubicularii, aut marſchalei, aut uenatores.

Legauit et praenominatus *Fridericus* aliud praedium, Inter *Trimam* et *Vſiam* ſitum, quod idem praenominatus epiſcopus *Güntherus* illi per manum aduocati ſui legauerat, cum utriusque ſexus mancipiis, ad ſupra dictum altare S. Petri maioris monaſterii in Babenberg, pro remedio animae eiusdem *Güntheri* epiſcopi, nec non patris et matris eius. Harum ergo traditionum teſtes per aurem tracti ſunt; Palatinus comes *Chouno*, et filius eius N. et caeteri.

NVM. VII.

OTTO epiſcopus Bambergenſis donat capellam, a ſe in monte Michaëlis exſtructam, cum omnibus pertinentiis, abbatiae S. Michaëlis.

Anno 1126. IN nomine ſanctae et individuae trinitatis. OTTO, diuina diſpenſante clementia octauus Bambergenſis epiſcopus. Quia facile in obliuionem res ducitur, cuius cauſa neſcitur, debet rerum geſtarum ſeries literis imprimi, ne a ſuccedentium memoria poſſit elabi. Proinde uniuerſorum notitiae patere uolumus, qualiter nos, diuini amoris inſtinctu, *cellam* in occidentali parte montis beati archangeli Michaelis, in honore domini et beatae *Fidis* uirginis conſtruximus, eamque cum omnibus appendiciis ſuis in coenobio S. Michaelis donauimus, uolentes utique in hoc utroque loco conſulere, quatenus uni praeſtaretur obſequium, nec alteri neceſſitatis ſuae deeſſet ſolatium. A uenerabili quoque *Hermano*, abbate et reliquis fratribus praedicti coenobii, hoc obtinuimus, atque ab eis perpetuo firmatum eſt, ut ſeptem fratres et duos conuerſos eidem cellae dimittant, qui in eadem cella quotidianis circa diuinum obſequium excubias agant, et propriis utilitatibus tam foris quam intra ſeruiant, ad quorum ſuſtentationem haec praedia eidem loco conrulimus, *Volendorff*, *Tragamuſil*, *Gicluſſital*, quae una cum eccleſia et mancipio ac molendino comparauimus, a *Richperto* de Saxonia octoginta marcas, et *Gebehardo* comiti *de Sulzbach* deſenſanda commiſimus Item - - - et *Grunowa*, quae emimus a *Limpoldo* de *Nachendorff*, ſimul cum miniſteriali quodam, nomine *Bertolfo*, qui de ipſo allodio duos manſos in beneficium habet. Qui ſcilicet manſi poſt obitum eiusdem Bertolfi ad *S. Fidem* ſicut et caetera pertinebunt, eo quod filios non de conſociali, ſed de externa habeat uxore. Ipſa bona *Bertolfo* comiti *de Blaſſenberg* ſub mundi burdio commendauimus. Item praedium apud *Gemtnerice*, quod poſtea commutauimus cum *Klucouia* et *Kumule* et *Durnonna* et *Bucha*, et *Reuit* et *Streteuit*, ac manſo uno apud *Goren*, quae partim a regni *Botone*, comite *de Giche*, et *ab Eberhardo* miniſteriali noſtro digno precio adquiſiuimus, partim ab *Echeberto de Saxonia* quadraginta marcis emimus, et inſuper uxori eius Berthae ac filiae eius beneficium, quod ab *eccleſia* noſtra idem *Eckbertus* habuerat, conceſſimus. Quorum ſcilicet bonorum *Popo*, comes, aduocatus eſt; item praedium ac beneficium cuiusdam *Thiemonis* apud *Aben* et *Eppental* et *Timenreut*, quod ab ipſo *Thiemone* et ab haeredibus ſuis quadraginta quinque marcis redemimus. Sed et huius allodii Popo, comes, aduocatus eſt. Dedimus praeterea eiusdem cellae *S. Fidis hoſpitale St. Gertrudis*, quod ex altera parte fluminis cum praediis ſuis *Micinbule* et *Potechendorff*, quod utrumque accepimus ab *Hermanno de Bamberg* pro beneficio fratris ſui *Stephani*, ipſorumque bonorum aduocatiam idem Hermannus haber. Idem apud *Schlurispach* XVI. manſos, una cum eccleſia ac dote eius ac molendino, quod *Ratpotoni* comiti tuendum commiſimus. Ipſum eſt allodium, quod nobis *Sigebato de Wundingeſalze* dedit pro aduocatia *Holueld* et pro beneficio, quod habuit *Waldo* maritus ſororis eius, praeter *Vtzingen*, *Arnoldo de Chunſtat*, *Wünckendorff* Friderico *de Luitenbach* deſenſandum commiſimus, ſtatuentes tam de his, quam de praenominatis praediis, quotidie ad ipſum hoſpitale VI. denarios dari, quibus alantur aduenientes peregrini. Sane aduocatias omnium praedictorum bonorum praenominatis perſonis ſub tali conditione conceſſimus, ut per ſemetipſos ſine ſubaduocatis eas adminiſtrent. Placitum uero cum colonis nequaquam ponant, niſi aut de percuſſura, aut de furto, aut de irrupto agrorum limite, uel certe ſi aducrſantur a praepoſito uel priore. Quinque dies in anno quilibet ruſticus ſuo operatur aduocato. Dedimus autem eandem cellam praedicto S. *Michaelis coenobio* cum omni iuſtitia ad ſe pertinente, hoc eſt utriusque ſexus mancipiis, eccleſiis, uillis, aedificiis, areis, exitibus, et reditibus, agris cultis et incultis, quaeſitis et inquirendis, pratis, paſcuis, uiis et inuiis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſiluis, uenationibus, ac cum omni utilitate, quae ullo modo inde peruenire poterat, ſtatuentes, ut nulli deinceps perſonae facultas ſit ipſam cellam cum quibuslibet per-

pertinentiis ſuis occaſione qualibet ab eiusdem coenobiis iurisdictione ſubtrahere. Fratribus autem in ipſa cella habitantibus de bonis ſancti Michaelis ab abbate obtinuimus in circuitu ipſius cellae, de cultis et incultis circiter 30. iugera, ad faciendos hortos et pomaria ſiue alia utilitati ſuae neceſſaria. Nulli ergo temerare liceat, quae a nobis pro diuini numinis honore ſunt diſpoſita. Mancant humilitatis noſtrae ſtatuta omni aeuo inconuulſa, nulli ſucceſſorum noſtrorum pontificum ea uiolare ſit licitum, pro quorum cuſtoditione praemium debet impetrare perpetuum, de cuius pietate confidimus, ut ea quae miniſtrantium Deo uſibus a nobis pro eius ſunt amore collata, augeat potius quam minuat. Si quis autem contra haec uenire tentauerit, ipſe peccabit, admonitusque, ſi reatum ſuum digna emendatione non correxerit poenas delicti ſui in iudicio domini ſuſtinebit. Cunctis autem cidem cellae iuſta ſeruantibus, eique de ſuis largitionibus ſuffragium impertinentibus, ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, et aeterna retributio in uita perenni. Verum ut haec ſciantur a poſteris, praeſentem chartam fecimus inde conſcribi, quam banno noſtro roborantes ſigilli quoque noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Huius rei *teſtes* ſunt *Eberhardus* praepoſitus, *Egilbertus* decanus, *Cunradus* cuſtos, *Tuto* ſcholaſticus. *Pero*, *Henricus*, *Vdalricus*, *Sefridus* canonici, *Hacho*, *Bernolt*, *Hartind*, *Geruncb*, *Megindach* et caeteri parrochiani, *Ratpoto comes*, *Walpoto*, *Hilerber de Steina*, *Arnold de Cunſtat* et frater eius *VVirnt*, Heinrich *de Hofſtete*, Pabo *de Schönebrunnen*, Hermannus Otgotz *de Licendorff*, Pillunc *de Mamensdorff* et frater eius *Gundelach* et alii multi. Data et confirmata *anno dominicae incarnationis M.C.XXVI. indict. XIV. IIX. Calend. Iunii. Feria III. in ſynodo Babebergenſi*, in praeſentia cleri et populi.

NVM. VIII.

OTTONIS, epiſcopi Bambergenſis epiſtola, ad abbates et praepoſitos monaſteriorum a ſe fundatorum, qua eos ad officii debita praeſtanda hortatur.

Anno 1130.

OTTO Dei gratia Babebergenſis eccleſiae miniſter humilis, uenerabili fratri *VVulframo*, abbati coenobii S. Michaelis, *VVigando* Thariſienſi, *Baldewino*, Bantzenſi, *Eggehardo* Vrangienſi, *Inbriconi* Michelucldenſi, *VVolchuno* de Entlidorff, *Eriboni* de Prueningen, *Friderico* de Gegenbach, *Eberhardo* Scuturenſi, *Ottoni* Steinenſi, *Lingero* de Regensdorff, *Ingrammo* de Arnolſtein, praepoſito *de Clunicken*, praepoſito *de Hoſterhouen*, et omnibus ſub ipſis pie conuerſantibus, ſalutem et perſeuerantem in Dei uoluntatem famulatum.

Cum primum paſtoralis curae regimen, quamuis indigni ſuſcepimus, monaſteria eccleſiae noſtrae ſubdita, qualiter in monaſtica religione diſpoſita eſſent, diligenter attendimus. Sed omnia a diſciplinae ſuae rigore nimis reſoluta inuenimus; quod moleſte ferentes, ac diſpenſationi noſtrae incautum exiſtimantes, diu multumque laborauimus, ſuſis ad Deum precibus, ut per diuinam prouidentiam, quae in ſui diſpoſitione non fallitur, hoc mutaretur in melius. Tandem Deus uirtutum, cuius eſt totum, quod eſt optimum, uota reſpiciens humilium, in omnibus monaſteriis noſtris relligionis praeſtitit augmentum: quia uos gregi ſuo paſtores idoneos elegit, ac fratrum ueſtrorum numerum in ſancta conuerſatione multiplicauit; quod in uicino S. Michaelis monte oſtenditur, quia dum non plus, quam uiginti fratres, et eosdem ſub tenui diſciplina, inuenimus, iam, Deo gratias, plus quam ſeptuaginta ibi cernimus, absque his, qui honeſte conuerſantur extrinſecus.

Vnde nos non mediocriter laetificati, omnes uos praelatos, ac ſubditos in charitate ſancta appellamus, omnium pedibus humilitati, in Deo et propter Deum, obſecrantes, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati eſtis et relligionis ueſtrae ac ſpiritualis diſciplinae rigorem, alii ſuccedentes aliis, haereditario iure in longitudinem dierum conſeruetis. *Epheſ. 4.*

In memoriam igitur tam ſalubris exhortationis addimus decretum noſtrae epiſcopalis confirmationis dirigendum, transſcribendum, relegendum ſingulis monaſteriis, monaſticae relligionis ſpiritualem militiam, Deo placitam, hominibus acceptam, celebrem angelis, terribilem hoſtibus, ut iam per omnia coenobia noſtra ſub auctoritate ſpiritus ſancti renouauimus, inſtituimus, ſic deinceps integram illibatamque perſeuerare ſancimus atque decernimus; commendantes eam ſub teſtimonio Chriſti et eccleſiae uobis electis rectoribus ac dilectis fratribus per uos nihilominus commendandam omnibus ueſtris ſucceſſoribus.

De caetero in nomine Domini uobis benedicimus. *Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes uos in Chriſti uiſceribus.* *Philip. 1.*

NVM.

NVM. IX.

FRIDERICI I. imperatoris ſententia decretoria, qua litem inter epiſcopum Bambergenſem et Wirzburgenſem dirimit, et Eberhardo *Bambergenſi iurisdictionem in comitatu Rangowe adiudicat.*

de anno 1160. IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. *FRIDERICVS*, diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus. Imperatoriae maieſtatis officium et ſpecialc diuini muneris beneficium eſt, iuſtis iudiciis inceſſanter lites diminuere et augere concordiam inter quaslibet imperii noſtri maiores minoresue perſonas. Haec nobis auctore Deo iugiter meditantibus, et in curia celebri Babenberg pro tribunali ſedentibus, conſurgens in medium fidelis imperii noſtri *Rapoto de Abenberg*, aduocatus burgi Babenbergenſis, idemque Babenbergenſis eccleſiae beneficio comes in *Rangowe*, conqueſtus eſt de domino ſuo Würzburgenſi epiſcopo *Gebehardo*, ibidem praeſente, quod in praefato comitatu, occaſione ducatus ſui, plurima ſibi ex indebito iura uendicaret, utpote allodiorum placita centuriones ponere, de pace fracta iudicare, et alia quaeque pro lubitu ſuo. Super his igitur quaeſtione illico exorta inter *Eberhardum* Babenbergenſem, et praed ctum *Gebehardum* Würzeburgenſem epiſcopos, diuque ſatis uentilata, auditisque ſufficienter utriusque partis aſſertionibus, ex ſententia omnium procerum ſacri noſtri palatii, qui aderant, pragmatica ſanctione litem decidimus, adiudicantes et confirmantes praenominato Babenbergenſi epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum, ac comiti Rapotoni et eis, qui eundem comitatum ab epiſcopis Babenbergenſis eccleſiae pro tempore forent habituri, tam ea, quae in quaeſtione fuerant, quam alia plena rie comitatus iura in praedicto comitatu ſpecialiter: ſimilem quoque ex conſenſu curiae noſtrae proferentes ſententiam de aliis comitatibus generaliter, ubique prouincialium imperiali beneficio, ad ſaepe dictam Babenbergenſem eccleſiam pertinentibus.

Non multo autem poſt, altero uidelicet anno ſecundae expeditionis noſtrae in Italiam pene iam expleto, praenominatus familiaris noſter *Eberhardus*, Babenbergenſis epiſcopus, debitam eccleſiae ſuae gerens ſolicitudinem, noſtram clementiam deprecatus eſt, ut ſcripto mandari praeciperemus ſententiam, ne forte proceſſu temporis A memoriae excideret, aut minus auctoritatis haberet.

Nos igitur tam per nos, quam per nobiliſſimos proceres ac principes noſtros, facti non immemores, iuſtis petitionibus dilecti et fidelis noſtri Babenbergenſis epiſcopi, qui pacis et belli tempore conſtanter nobis adſuit, libenter adquieuimus, ac praeſenti adnotatione ac ſigilli noſtri auctoritate perpetui roboris firmitatem ſententiae praelibatae contulimus, concordantibus in eiusdem ſententiae aſſertione ſimul et atteſtatione, qui praeſentes in ipſa felicisſimi nominis noſtri expeditione aderant et actioni interfuerant, *Regenoldo* excancellario, iam archicancellario in Italia et adhuc *Colonienſis* eccleſiae electo, *Ottone* et *Friderico* palatinis *de Wittelnisbach*, *Bertoldo* comite *de Antechſe*, *Rudolpho* comite *de Bregenz* et aliis quamplurimis. Statuimus igitur et auctoritate imperiali firmiter praecipimus, ut nulla eccleſiaſtica ſecularisue perſona dilectam nobis Babenbergenſem eccleſiam, quae noſtrae aduocatiae patrocinio ſpecialiter gloriatur, in eiusmodi iuſtitia ſua per uniuerſos comitatus ſuos ulterius infeſtare, aut inquietare praeſumat; Si quis uero auſu temerario contemtor huius ſanctionis extiterit, *centum libras auri puriſſimi*, medietatem camerae noſtrae et medietatem alteram Babenbergenſi eccleſiae adpendat, et eis epiſcopis, qui ibi domino annuente praefuerint omni tempore.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris inuictisſimi.

(L. S.)

Ego *Reinaldus* Colonienſis eccleſiae electus et Italiae archi cancellarius recognoui.

Datae *Papiae 16. Calend. Martii indict. VIII. anno dominicae incarnationis 1160. Fregnante domino Friderico Rom. imp. glorioſiſſimo, anno regni eius VIII. imperii uero V.*

NVM. X.

Hermannus II. *epiſcopus Bambergenſis* Hermanno *Carinthiae duci tutelam et aduocatiam in Dietherichſtein et S. Veit concedit.*

IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. *HERMANNVS* Bambergenſis eccleſiae epiſcopus. Quia tam propter malitiam dierum, quam propter elongationem in bonis noſtris, quae in *Carinthia* ſita ſunt, patrono et defenſore opus habemus, dilecto, fideli et amico noſtro, Hermanno, du- de Anno 1176.

ci Carinthiae, non annexa neceſſitate coacti, ſed pro ſua dilectione, gratis conceſſimus aduocatiam ſuper reditus noſtros circa *Dietrichſtein*, nec non et eos de beneficio marchionis *Engelberti*, qui nobis circa *S. Vitum* remanſerunt, tali interpoſita conditione, ut nemini quidquam eorum, quae ad eandem aduocatiam ſpectant, inbeneficiare poſſit. Verum, quia ueteri prouerbio, quanto melior eſt amicus, tanto firmior pactionis debet eſſe conuentio, ſeruitium, quod ei conceſſimus in praedicta aduocatia, conſcribi fecimus et tam futuris quam praeſentibus notum eſſe uolumus, de ſingulis *manſis*, qui quaſi *quinquaginta* computati ſunt, annuatim *quatuor nummos* accipiat, in feſto *S. Martini* unum tantum placitum habebit in anno, et hoc infra natalem domini et quadrageſimam, et tunc *duae marcae* dentur ei, ad ſeruitium de camera noſtra, quas ſi alio tempore acceperit, aut ſine placito in anno illo ſit, aut propriis ſuis ſumtibus, ſine detrimento hominum noſtrorum, illud habeat, de maioribus partibus, molendinis, tabernis, uineis, uinitoribus, piſcatoribus, foreſto et foreſtariis, de his etiam, quae in manſis locata non ſunt, nihil exigat, niſi forte in aliquo exceſſerint, quod ad iudicium ſpectet aduocati, in foro nihil iuris habeat, niſi de effuſione ſanguinis, de pugna et furtis ſub aduocato, ſi ex carcere noluerit, ex petitione noſtra talem habeat, qui praedictas iuſtitias ei colligat, et frequentia placitorum et uexationibus homines noſtros non grauet, ſuper miniſteriales uero noſtros, et allodia eorum nihil iuris habeat, ſed quidquid controuerſiae de allodiis uel aliis quibuslibet negotiis inter eos ortum fuerit, quod inter ſe ipſi componere non poſſint, iudicium exſpectet epiſcopi er, ut haec rata et inconuulſa conſeruet et non transgrediatur, ipſe dux data fide in manum noſtram compromiſit, adiiciens ſub eiusdem fidei atteſtatione, quod in his et in omnibus agendis noſtris ſe nobis fidelem ſemper et beneuolum exhibebit, et in ſignum, cui non contradicatur, hanc chartam inde conſcriptam ſigilli tam ſui quam noſtri impreſſione corroborari fecit. Huic noſtrae conuentioni interfuerunt *Otto* praepoſitus eccleſiae noſtrae maioris, *Gotobaldus* et *Hermannus* canonici, *Hertnidus* auunculus noſter, *Brun* et *Eberhardus*, *Otto pincerna*. *Gundelochus* dapifer, Adalbertus *de Tundefeld*, Otto *de Stetten*, Tumold *Cunflat*, de ueterana colo *Gerbertus*, *Bernhardus*, item *Bernhardus*, *Ioannes Carl*, *Ingelmarus* et filii ſui, *Regenhard* et *Bernhard* de *Pogenfeld*, de *Griuene*, Eberhard et Conrad de *Dietrichſtain*, et *Egge*, *Truhtlier*, *Leopold*, *Bergand*, *Tritelo*, *Dietrich*, *Rapoto*, *Adelbertus Bergant*, *Herman*, *Eggehart* et *Theino*. De parte ducis *Herdewil de Hardegge*, *Roppode*, *Albegge*, *Mengoz*, *Switzer*, *Gerlach*, *Cuno*, *Begenhere*, *Giſelbertus* et Biam et *Henricus* de *Brunis* et alii complures. Actum *Veteronae*, *anno dominicae incarnationis M, C. LXVI. indictione octaua*, *regnante domino Friderico*, *Romanorum imperatore inuictiſſimo*, *anno regni eius XXIV. imperii uero XXII.*

NVM. XI.

Formula rati, qua epiſcopus Bambergenſis confirmat donationem, eccleſiae Langhemenſi factam.

IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Otto ſecundus, ſanctae Bambergenſis eccleſiae Dei gratia epiſcopus. Exemplo apoſtolico ſollicitudine habetur monumentum omnium eccleſiarum. Inde eſt, quod eccleſiae noſtrae Langhemenſi cupientes conſultum, de fundo illo in *Weitramsdorf*, qualiter in ius eiusdem eccleſiae uenit, uolumus manifeſtum. Fundus ille Vlrici de *Kalwenberg* et filiorum eius *Popponis* et *Conradi* fuit, cuius partem unum talentum ſoluentes, ipſi pro remedio animae ſuae, coniuncta manu ſanctae Mariae Langheimenſi obtulerunt et reliquum eiuſdem fundi 30. marcarum argenti abbati noſtro de *Langheim* communiter uendiderunt, quod argentum nos dedimus et fundum de *manu Vlrici* et liberorum eius ſuſcepimus, maſculis et foeminis eiusdem fundi proprietatem legitime iuſteque renunciantibus. Iuri ergo ſanctae Mariae in *Langheim*, per manum praedicti Conradi de Kalbenberg, eundem fundum miſimus et oblatum ſuper altare eidem Conrado et Vlrico de Wiſtgenfeld Salmanicorum iure reddidimus, quam et eccleſiae Langheimenſi firmamus, ſcripto ſigillo teſtibus muniuimus, *banni* iure deſendimus et contra audentem haec infringere gladio ſpiritus, qui eſt uerbum Dei, occidimus, atque a petra illa, quae Chriſtus eſt, ſeparando praecedimus et non reſipiſcentem diabolo et angelis eius perpetuo ſociamus. Teſtes horum ſunt Wolframus *Plunzhart*, Bero *Roswonn*, alter Bero cognomento *altus*, Heroldus de *Wiſebronnen*, Godeboldus de *Gübl-*

Anno 1177.

Güblſtatt, Bero *Cröph*, Adalbertus *Ebelin*, Gotefridus et Heinricus fratres et plures alii.

NVM. XII.

BOGISLAVS Pomeraniae dux Bambergenſi collegio canonicorum S. Michael. certum cerae pondus annuum dare pollicetur.

Anno 1182.

IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. BOGISLAVS Dei gratia Pomeranorum et Sclauorum dux: Notum eſſe cupimus ſanctae uniuerſitati fidelium, tam praeſentium, quam futurorum, quoniam expetitione et inſtinctu patris noſtri, uenerandi Pomeranorum epiſcopi, Dn. *Conradi*, ſimulque expetitione fratrum monachorum *coenobii Michaelis* in Babenberga, decreuimus donandum annuatim de cera pondus, quod uulgo *lapis cerae* dicitur, *ex ſingulis* terrae noſtrae *tabernis*, de maioribus quidem integrum, de minoribus uero dimidium, in uſum eiusdem eccleſiae S. Michaelis, ad ſepulchrum beatae memoriae *Ottonis* epiſcopi, gentis noſtrae apoſtoli, ob remedium animae noſtrae, fratriſque noſtri *Caſimiri*, ſimulque uxoris ac filiorum omniumque ſucceſſorum noſtrorum, obtentu orationis et fraternitatis fratrum eiusdem loci, nunc et in perpetuum. Et ut haec traditio noſtra ſtabilis et inconuulſa futuris temporibus permaneat, eam ſigilli noſtri pariterque praefati domini *Conradi* epiſcopi ſigilli impreſſione, eiusdemque terribilis banni interminatione, muniri fecimus. Et quod hanc donationem contulimus praedictae eccleſiae et ſepulchro praefati domini *Ottonis* epiſcopi lumen continuum, hanc minuentes uel temere infringentes careant aeternae uitae lumine nunc et per omnia ſecula ſeculorum, *Actum domini anno 1182.*

NVM. XIII.

SIGVINVS, epiſcopus Caminenſis, hanc cerae donationem una cum priuilegiis praedeceſſorum ſuorum confirmauit.

IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam praeſentibus quam futuris, qualiter beatae memoriae *BOGVZLAVS*, dux Pomeranicae gentis, obtentu diuinae maieſtatis, pro remedio ſalutis ſuae et animabus parentum ſuorum, in Chriſto renatorum, ob memoriam ſpiritalis patris ſui, per quem in Chriſto renatus fuit, ſancti uidelicet OTTONIS, epiſcopi Babebergenſis, conſtituit ceram ſingulis annis, de tabernis totius Pomeraniae, ad ſepulchrum piae memoriae Ottonis epiſcopi, in monte ſancti Michaelis Babenbergae, unanimi conſenſu domini Cunradi, eiusdem gentis uenerabilis epiſcopi et omnium principum terrae, conſcribi iuſſit teſtamentum, confirmationis huius cauſa utrique proprio ſigillo ſignantes, ob memoriam futurorum. Huius piae deuotionis ſpiritu aflatus beatae recordationis dominus AIGIFRIDVS, ſucceſſor eiusdem uenerabilis epiſcopi, in obitu beatae memoriae domini BOGVZLAI, nobiliſſimi ducis, deuoto aſſenſu ſuae derelictae uiduae, praeclariſſimae matronae, cum duobus paruulis filiis, atteſtatione unamini omnium principum Pomeranicae gentis, eiusdem cerae generalem confirmationem fecit. Praeterea idem ſanctae recordationis epiſcopus, ne poſſet obliterari eadem cera, conſecrauit in caſtro Stetin eccleſiam *S. Iacobi* apoſtoli, fabricatam a quodam fideli Teutonico BERINGERO appellato, adiutorio et conſenſu domini BOGVZLAI ducis, qui etiam omne beneficium eiusdem *Beringeri*, quo ab eo benedictatus fuit, totum in dotem eiusdem eccleſiae contulit, ad ſubſidium pauperum Chriſti, ordine monachio illic degentium. Hanc eccleſiam idem epiſcopus conſenſu generali, ut decuit habitaculum monachorum, liberam eſſe fecit, nec alicui eccleſiae obnoxiam, praeterea coenobio S. Michaelis in Babenberg condonans liberam ſepulturam et baptiſmum habere, et ut eccleſia Teutonicorum appellaretur, beneficio uidelicet ſupradicti *Berengeri* delegans, per plenarium ſacramentum, in manus cuſtodia monaſterii S. Michaelis de Babenberg, qui tunc praeſens aderat, quatenus deferret domum Pomeranicae gentis in ius perpetuum monaſterio S. Michaelis. Ego igitur SIGVINVS, ſucceſſor horum praeclariſſimorum pontificum, teſpectu diuinae iuſtitiae, deſiderio bonae uoluntatis permotus, confirmata ab

anteceſſoribus meis epiſcopis confirmo, in tantum, ut ſi quis temere infringere temptauerit, nodum excommunicationis incurrat et nunquam ſoluatur, niſi reſipiſcat. Trium quoque uillarum decimas contuli, quorum nomina ſunt haec! *Zadel* et aliud *Xadel*, *Caruwa* et *Mulzih*, ad ſuſtentationem inibi degentium.

NVM. XIV.

BERINGERVS ciuis Bambergenſis appropriauit monaſterio eccleſiam Iacobi in STETIN et de cera, *aſſenſu* Sigfridi, *epiſcopi* Caminenſis *ducisſae* uiduae Boguslai CIↃC LXXXVII.

Anno 1187.

EGOSIGFRIDVS, dei gratia Pomeranorum epiſcopus et DVCISSA bonae memoriae, BOGVZLAI ducis relicta uidua et duo FILII amborum et *Warcelaus uice dominus* terrae, notum eſſe omnibus uolumus Chriſti praeſentis ac futuri temporis fidelibus, qualiter quidam *Beringerus laicus*, in ciuitate Bambergenſi bene natus, ſed multo tempore in noſtro caſtro *Stetin* honeſte conuerſato, diuino amore attactus, conceſſionis felicis memoriae anteceſſoris noſtri *Conradi* epiſcopi et glorioſiſſimi ducis *Boguzlaui*, eccleſiā, extra *caſtellum Stetin*, pro poſſe ſuo, in honorem *Dei* et *Iacobi* apoſtoli filii *Zebedaei*, aedificauit. Nos autem hanc bonam eiuldem *Beringeri* deuotionem brachiis charitatis amplectentes, ipſam *eccleſiam* in *habitaculum diuinae maieſtatis* per miniſterium officii noſtri, uice domini noſtri Ieſu Chriſti, conſecrauimus. Idem uero *Beringerus* eandem eccleſiam, aſſenlu noſtro et optimatum terrae noſtrae, pro ſalutae animae ſuae, coram eisdem optimatibus, *multo populo Teutonicorum* et *Sclauorum* coram poſito, *Deo* et *B. Michaeli* archangelo in Bamberg obtulit, duobus fratribus de monte S. Michaelis adſtantibus legitimaque condonatione ſanctiſſimo *Ottoni* epiſcopo, noſtrae *Pomeranicae gentis apoſtolo*, delegauit, eo quod ipſe apoſtolus noſter, in eiusdem *S. Michaelis archangeli monaſterio* nouiſſimam *tubam* recepturus, glorificatum corpus ſuum exſpecter. Equidem non immerito. Idem enim monaſterium ipſe beatiſſimus *Otto* a fundamentis erexit et uenuſtiſſime multis donis decorauit, inſuper et *manu propria* uice Chriſti domini conſecrauit, ubi et nunc multis miraculis claruit. Huic autem nouellae plantationi reſpectu diuini timoris et interuentu totius plebis iuſtitia officii noſtri, ut in melius eadem eccleſia proficiat, baptiſmum et liberam ſepulturam condonauimus. Inſuper et ipſa ducisſa et *Warzelaus* uice dominus terrae, coram nobis et multo populo, dederunt libertatem *Beringero*, ut illam terram, quae appellatur *Clezcow* et *Gribin*, quam idem Beringerus gratia ducis bonae memoriae *Boguzlaui* absque ullius contradictione poſſederat, cum ſylua et *piſcatione* et *uenatione* ipſius terrae in *dotem* eiusdem eccleſiae cederent, cum agris, quos idem Beringerus eadem iuſtitia poſſederat, inſuper generaliter conceſſerunt, ut, quicunque inſtinctu diuino terram, aquam, ſyluam, molendinum, culta et inculta, uel quamlibet ſuppellectilem huic eccleſiae condonarent, omnia absque ulla contradictione rata et inconuulſa permanerent. Praeterea et notum eſſe uolumus omnibus Chriſti fidelibus, cum dominus noſter *Boguzlaus* iuxta praeceptum domini coelo reddidit animam, terrae uero carnis materiam, nutu diuino ſtatim affuere duo fratres, de monte *S. Michaelis Bamberg* miſſi a patre a fratribus eiusdem monaſterii, ferentes litteras prae manibus, ſupplicantes nobis et principibus terrae noſtrae, quatenus benedictionem et oblationem *cerae*, de tabernis terrae noſtrae, diuina inſpiratione annuatim donatam, ab ipſo B. uoluntario aſſenſu domini C. epiſcopi anteceſſoris noſtri et omnium principum terrae, *ad ſepulchrum B. Ottonis patris noſtri* intuitu diuino ratam et incontaminatam eſſe uelimus, pro ſalute et remedio animarum noſtrarum. Lectis igitur litteris coram principibus noſtris, equidem poſt obitum *ducis* omnes conuenerant tractare de ſtatu terrae, communicato conſilio placuit omnibus, hoc tam ſalubre inſtitutum non debere fieri irritum, ſed magis proceſſu temporis data ſibi diuinitus pace accipere incrementum. Commoniti igitur ab ipſis praeſentibus fratribus *teſtamentum* confirmationis horum euentuum ſigillo noſtro impreſſo, ut moris eſt, porreximus, diuinam clementiam inuocantes, ut quicunque temerauerit, hoc nunquam, patiatur ire inultum, cuius intuitu et amore omnia ſunt peracta, et ſatrapae Michaelis eum uindicta ſequatur, ut uiuens uel mortuus manum domini ſentiat, niſi de malo facto reſipiſcat. Acta ſunt haec anno incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti M. C. LXXXVII. imperante in Romano imperio glorioſiſſimo imperatore FRIDERICO, anno imperii ſui XXXV. in nobis autem regnante domino noſtro Chriſto, amen. Teſtes horum ſunt filius eius *Kazimer Ianir Detimin*, *Bergneo Detimin*, *Stephanus* et filius eius *Patin* de *Vkara*, *Milizlo de Brenzla*, *Pribliza de Pobizwo-*

le,

le, Parso de Tholbere unim de chaim, Bozizlaus de Zedim, *Heinricus Dubliza, Dezlao* praefectus de *Vznem* et frater eius.

NVM. XV.

Suspenditur Hildesemensis episcopus, quod sine autoritate pontificis ad ecclesiam Herbipolensem transierit.

Bambergensi episcopo, et *Petro* Scholastico Moguntinsi.

Anno 1000. Cap. Quanto. De translat. episcop.

QVanto personam uenerabilis fratris nostri, Hildesemensis quondam episcopi, synceriori diligebamus affectu, tanto securius sperabamus, quod uihil aduersus matrem suam Romanam ecclesiam in praeiudicium sui ordinis et ecclesiasticae disciplinae dispendium attentaret. Sane, sicut certa multorum assertione comperimus, et suarum didicimus nihilominus testimonio literarum, quibus ad nos directis Herbipolensem se pontificem nominabat, ipse relicta *Hildesemensi* ecclesia, cui tuerat spirituali coniugio copulatus, ad *Herbipolensem*, sine autoritate Romani pontificis, propria temeritate, transiuit, non attendens quod ueritas in euangelio protestatur: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Potestatem enim transferendi pontifices ita sibi retinuit dominus et magister, quod soli beato *Petro*, uicario suo et per ipsum successoribus suis et nobis ipsis, qui locum eius, licet indigni, tenemus in terris, speciali priuilegio praebuit et concessit, sicut testatur antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam, et euidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo sed Deus separat, quod Romanus pontifex, qui non puri hominis, sed ueri Dei uicem gerit in terris, ecclesiarum necessitate uel utilitate pensata, non humana sed diuina potius auctoritate dissoluit. Nolentes autem tantae praesumtionis audaciam relinquere impunitam, cum secundum apostolum omnem inobedientiam prompti simus ulcisci, ne facti peruersitas transeat praesumptoribus in exemplum. Quod quidem, si uerum est, non potest non esse notorium, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum *Petri* et *Pauli* apostolorum et nostra, de communi fratrum nostrorum consilio, in uirtute spiritus sancti districte * tibi praecipimus, ut uisis literis nostris, omni contradictione et appellatione cessantibus, administrationem ipsius Herbipolensis ecclesiae, tam in spiritualibus quam temporalibus, penitus derelinquat. Si uero, quod non credimus, hanc suspensionem nostram non curauerit humiliter obseruare, et inhibita sibi usurpare praesumpserit, excommunicationis uinculo ipsum decernimus innodatum: Omnibus etiam tam clericis, quam laicis Herbipolensis dioecesis, sub anathematis interminatione praecipimus, ut, non obstante iuramento fidelitatis, omnem ipsi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones usurpauit, non attendens, quod dicit apostolus: *Nemo sibi assumat honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron.* Ceterum, quoniam Herbipolenses canonici uota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt, uolentes, sicut dignum est, ut in eo puniantur, in quo peccarunt, eligendi eos hac uice potestate suspendimus. Et si contra sedis apostolicae interdictum ad cuiusquam nominationem processerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decernimus et inane. Quia uero iam dictum Hildesemensem ecclesiam, cui fuerat alligatus, unde secundum apostolum solutionem quaerere non debebat, nimis improbe dereliquit, ne ad ipsam ulterius redeat, in uirtute Spiritus sancti ei districtius inhibemus, cum secundum traditiones canonicas, *qui ad maiorem se plebem transtulerit, a cathedra pelli debeat aliena, et carere propria, ut nec illis praesideat, quos per superbiam spreuit nec illis, quos per auaritiam concupiuit.* Nos quoque Hildesemensi capitulo dedimus in mandatis, ut ipsum redire uolentem nulla ratione recipiant, ut sic saltem, quem timor dei et bonum obedientiae, (de cuius laude quid sentiendum sit, ex diuerso melius demonstrantur cum secundum PROPHETAM *peccatum ariolandi sit repugnare, et scelus idolatriae nolle acquiescere*) a malo non reuocat, ecclesiasticae saltem coerceat seueritas disciplinae. Quocirca discretioni uestrae per apostolica scripta mandamus, et sub poena officii et beneficii, quanta possumus districtione, praecipimus, quatenus, nisi dictus episcopus et alia, quae statuimus et mandauimus, infra uiginti dies, post receptionem literarum nostrarum, curauerint adimplere, uos ea sublato cuiuslibet con. et ep. ob. exequi non tardetis, et praefatum episcopum excommunicatum per regnum Alamanniae nunciantes, excommunicationem ipsam faciatis, dominicis et festiuis diebus pulsatis companis et accensis candelis publicae innouari. Quodsi ambo etc. alter uestrum etc. Datum Spolet. XII. Kal. Septemb.

Concil. Sard. can. 6.

** Apud Gregor. sibi.*

Scriptum est *Hildesemensi* quondam *episcopo* iuxta tenorem literarum istarum

rum. Scriptum est Hildesemensi *capitulo*. Scriptum est *clericis* et *Laici Herbipolensibus* scriptum est *Colonienſi* archiepiſcopo et ſuffraganeis eius, ut ipſum excummunicatum denuncient et excommunicationem ipſam faciant, dominicis et feſtiuis diebus pulſatis campanis et candelis accenſis, publice innouari. In eundem modum *Magdeburgenſi* archiepiſcopo et ſuffraganeis eius. In eundem modum *Salſeburgenſi* archiepiſcopo et ſuffraganeis eius.

NVM. XVII.

Quod abſque Romani pontificis auctoritate epiſcopi ab una eccleſia ad aliam tranſferri non poſſint.

Bambergenſi epiſcopo, et magiſtro Praepoſitino ſcholaſtico Maguntinu.

Cap Licet. de translatione epiſcoporum.

LIcet in tantum apoſtolicae ſedis extendatur auctoritas, ut nihil praeter eius auctoritatem in cunctis eccleſiarum negotiis rationabiliter diſponatur, utpote quae canones, quibus forma eccleſiaſticae conſtitutionis exprimitur, uel edidit, uel ab aliis editus approbauit, ſuum reprobatione ac approbatione faciens, quod inuentione uel editione uidebatur forſitan alienum: quaedam tamen ſibi quodammodo ſpecialiter et ſingulariter reſeruauit, ut praeter ſpecialem auctoritatem ipſius nec iure agi debeant, nec attentari ualeant cum effectu. In his autem ſpecialiter translationes epiſcoporum non tam conſtitutiu canonica, quam diuina, eius tantum potestati commiſit, ut, ſicut legitimum matrimonii uinculum, quod inter uirum eſt et uxorem, homo diſſoluere nequit, domino dicente in euangelio: *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet*; ſic et ſpirituale foedus coniugii, quod inter epiſcopum eſt et eius eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, et in conſecratione intelligitur conſummatum, ſine illius auctoritate ſolui non poſſit qui ſucceſſor eſt Petri et uicarius Ieſu Chriſti. Hoc autem C. quondam *Hildeſemenſis* epiſcopus non attendens, licentia noſtra nec poſtulata nec habita, contra canonicas ſanctiones et in iniuriam apoſtolicae ſedis, cuius ſuper huc fuerat et requirendus et obtinendus aſſenſus, ad *Herbipolenſem* eccleſiam ab Hildeſemenſi, non auctoritate noſtra, ſed propria temeritate tranſiuit, et adminiſtrationi eius ſe ingerens, Herbipolenſem ſe fecit epiſcopum nominari. Nec illa felicis recordationis CELESTINI papae praedeceſſoris noſtri indulgentia, quam impetraſſe refertur, in hoc praeſumtionem excuſat ipſius, ſed ambitionem accuſat; utpote quae ipſum reddidit de ambitione notabilem, non auctoritatem contulit ad aliam epiſcopalem eccleſiam tranſeundi, cum ſit expreſſum in ea, quod, ſi ad maiorem uocaretur forſitan dignitatem, eam ſibi liceret aſſumere, dum tamen nihil et de ſtatutis canonicis obuiaret. Vnde licet forſan aliquibus uideatur, ut indulgentiae occaſione illius ad dignitatem poſſit tranſire maiorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit, cum in maiori dignitate propter maiorem utilitatem facilius ſoleat diſpenſari. Praeterea cum poſtulatio, ſicut et electio, examinari ſoleat diligenter, et tenor eius-dem indulgentiae non ſolum uideatur poſtulationis examinationem ſed perſonae etiam reſeruaſſe, ſubiungens, dummodo nihil appareat, quod tibi de canonicis obuiet inſtitutis, antequam per eum poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat facienda, nulla debuerat ratione tranſire. Licet autem tantae praeſumptionis exceſſus ad aures noſtras publica referente fama ueniſſet, diſtulimus tamen procedere contra ipſum, donec literas eius recepimus, in quibus ſe nobis Herbipolenſem epiſcopum appellabat. Vnde poſtmodum praeſumptionem ipſius debita uolentes animaduertione punire, quibusdam eccleſiarum praelatis in Teutonia conſtitutis directe praecepimus, ut cum factum huiusmodi non poſſet in partibus iſtis non eſſe notorium, niſi dictus C. infra uiginti dies poſt ſuſceptionem literarum noſtrarum ab Herbipolenſis eccleſiae adminiſtratione ceſſaret, eum excommunicatum auctoritate noſtra non differrent publice nuntiare, et excommunicationem eius facerent pulſatis campanis et candelis accenſis, feſtiuis diebus et dominicis innouari. Quamuis in manifeſtis non ſit ordo iudiciarius requirendus, et ipſe uideretur confuſus de crimine, cum in literis ad nos directis ſe praeſumpſiſſet Herbipolenſem epiſcopum nominare: nos tamen ad euincendam omnem malitiam, in literis noſtris commonitionem canonicam duximus praemittendam; et eum poſtmodum ad bonum obedientiae reuocare uolentes, ipſi non praemiſſa ſalutatione mandauimus, ut, omni excuſatione ceſſante, ſi apud nos uellet gratiam inuenire, mandatum apoſtolicum adimpleret. Quis uero nec ſic ei uexatio praebuit intellectum, quin eo fortius in ſua pertinacia perduraret, quo amplius nos uidebat de ſua correctione ſollicitos, cum poſtquam alius de mandato noſtro fuit in epiſcopum Hildeſe-

Vide geſta Innocentii III.

In tertia collection. non autem c. a. a. e. E. 1. licentiam.

semen electus', se ipse praesumpserit Hildesemensem episcopum nominare, et electum ipsum et eius ecclesiam per suos fecerit multipliciter molestari, apostolicae sedis iniuriam dissimulare nolentes, in festo principis apostolorum, praesentibus nuntiis eius, inter missarum solennia excommunicatum. publice nuntiauimus, mandantes sententiam latam a nobis per Teutoniam publicari. Volentes igitur de facto ipsius per uestras reddi litteras certiores, et utrum seruauerit sententiam nostram, utrum prorsus ab ecclesia Herbipolensi recesserit, et in Hildesemensi nihil sibi penitus uendicarit, utrum se humiliare curauerit, et an suum recognoscat excessum, discretioni uestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis super praemissis omnibus diligentius ueritatem, et quod inueneritis per uestras nobis literas fideliter intimetis, ut uel in eum, si adhuc contumax fuerit, manus nostras amplius aggrauemus, uel, si misericordia dignus extiterit, secundum benignitatem apostolicae sedis illam cum eo misericordiam faciamus, per quam neruus ecclesiasticae disciplinae minime dissoluatur. Volumus praeterea nihilominus et mandamus, ut Herbipolensibus canonicis sub poena excommunicationis iniungatis, totum tenorem praesentium literarum in literis uestris, quas eis super hoc a uobis dirigi uolumus, exponentes, ne quid horum ignorent, ne, donec idem episcopus absolutionis gratiam meruerit obtinere, ipsi communicare uel obedire praesumant; et ut ipsum capitulum in eo puniatur, in quo deliquit, ad alicuius electionem sine nostro speciali mandato procedere non attentent. Quod si contra praesumpserit, huiusmodi factum irritum decernimus et inane. Super his autem, omni gratia et timore postpositis, taliter procedatis, quod prudentiam et deuotionem uestram debeamus merito commendare, nec in eo incurratis offensam, ex quo debetis gratiam promereri, cum ueritas nobis nequeat occultari. *Datum Laterani VII. Kalendas Februarii.*

NVM. XVII.

ANASTASIA, ducissa Stetinensis, confirmauit monasterio, donationem factam per Bugislaum *filium ejus.*

Anno 1126. ANASTASIA, Dei gratia Pomeranorum ducissa, omnibus in Christo fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, quibus praesentis paginae scriptum uidere contigerit, salutem in uero salurari. Cum per diuersa sacrae legis instituta, nec non per innumeras sanctorum patrum institutiones, ad sedulam diuinae maiestatis uenerationem inducimur; inter singula speciali admonitione compellimur, ad eminentem S. ecclesiae ornatum, suprema mentis deuotione, pro possibilitate humanae conditionis, intudare et eam quasi matrem nostram specialem filiali dilectione praediis et honoribus, ad temporalem sustentationem ministrorum suorum pertinentibus, ampliare. Vniuersis igitur christianae fidei unitate comprehensis notum facimus, quod uillam quandam, *Bundergowe* dictam, ecclesiae B. Iacobi, ante castrum Stetin constructae, pro salute animae nostrae et omnium parentum nostrorum, concessimus perhenniter possidendam, quam *Henricus*, iam dictae ecclesiae procurator, monachus de coenobio S. Michaelis in Babenberg, ad quod praefata spectat ecclesia, suscepit absque ullius reclamatione et in usus ecclesiae, ut decebat, cum tranquillitate dredegit. His ita peractis, dominus *Sigwinus*, uenerabilis antistes, rogatu eorundem fratrum, locum altaris et cimiterium inibi consecrauit, ut circumtedentes saepius animis interessent et mortuos suos non circumferrent, sed inibi sepelirent. Fractu uero temporis *Bugzlaus* filius meus primogenitus, dux nobilissimus, infirmitate grauissima prouentus, in qua est et mortuus, adhuc uiuens diuino amore attactus, assistente *Henrico* monacho, aegritudinis suae lecto, uillam adiacentem, qui dicitur *Warrinich*, Deo et S. Iacobo apostolo nulla fide retulit et, ut sempiternum eius esset memoriale, in ecclesia S. Michaelis in Babenberg, fide pleno, multis lachrymis supplicauit, post hanc debitionem humanae conditionis persoluens debitum, eum de huius seculi studio migrasset ad dominum, corpus eius in ecclesiam S. Iacobi delatum, diuinis muneribus Deo commendatum, filius ipsius adhue lactans, *Boguzlaus*, astante et astipulante domino *Cunrado*, uenerabili Caminensi episcopo, et omnibus Stetinensis castri nobilioribus, praetristitia sentibus et plangentibus, ipsam donationem S. Iacobo obtulit et confirmauit. Decernimus igitur, quod, quicunque confirmationem istam, cuiuscunque rei incidenre articulo, cassare attemptauerit, diuinae maiestatis uindictam et indignationem nostram se sciat grauiter incursurum. Huius siquidem actionis subscriptae personae testes sunt, dominus *Cunradus*, Caminensis episcopus secundus, *Paulus* maioris ecclesiae

ſise canonicus et frater ſuus *Bertholdus*, A Paulus ſacerdos Stetinenſis, *Andreas* ſacerdos, *Rudolphus* ſubdiaconus, *Pallo* abbas Chaulbacenſis, et *Petrus* diaconus eius: laici, *Prizzibor*, *Andreas* Rozwar, *Bribizlaus Muſchot*, *Echihardus* monetanus. Acta ſunt haec anno ab incarnatione domini M.CC. XX. indict. VIII. Kal. Februarii anno V. domini HONORII papae, regnante FRIDERICO B ſecundo in Romano imperio anno ſexto, regnante in nobis domino noſtro Ieſu Chriſto.

NVM. XVIII.

BOGVZLAVS filius Anaſtaſiae, *ducisſae Stetinenſis, confirmauit monaſterio omnes donationes, ut ſupra.*

BOGVZLAVS, Dei gratia dux et princeps Pomeranorum, una cum fratre ſuo *Kazimero* et dilectiſſima matre ſua *Anaſtaſia*, omnibus praefectis caſtellanis et omnibus in aliqua dignitate poſitis, ſalutem et in Chriſto intimam dilectionem. Vniuerſitati ueſtrae non C incognitum eſſe credimus, qualiter piae recordationis pater meus *Boguzlaus*, totius Pomeraniae princeps et dominus, pro remedio animae ſuae parentumque ſuorum, beatiſſimo *Ottoni*, doctori et apoſtolo omnis Sclauiae, ceram ſingulis annis de omnibus tabernis ſuae dictionis inſtituit, ut apud Chriſtum eius patrociniis adiuuetur, et ut omnis Pomerania apud Deum per ipſum miſericordiam conſequatur, quam reuerendam inſtitutionem pii patris noſtri, ego *Boguzlaus* filius ipſius, una cum *Kazimiro* fratre meo et dilectiſſima matre mea, *Anaſtaſia*, ſecundarie confirmamus: et quia iam obliuioni pene traditum eſſe uidetur, hanc cartam conſcribi iuſſimus, quam etiam ſigilli noſtri impreſſione ſignauimus, ut ſciant hi, ad quoscunque peruenerit, quod inſtituta patris noſtri non infringimus, ſed potius augmentare curamus. Rogamus ergo et rogando praecipimus, ut, ad quoscunque litterae iſtae peruenerint, ſiue praefecti, ſiue caſtellani, ſiue in aliis officiis, ſub noſtra poteſtate poſiti, ſtatim ut ſigillum noſtrum uidentes, tabernarios, qui obſtinatae ſunt mentis, debitum reddere cogatis, ac per hoc Dei omnipotentis et S. Ottonis et noſtram gratiam acquiretis.

NVM. XIX.

BENEDICTVS papa XI. confirmauit prioratum Stetinenſem *cum ſuis attinentiis.*

BENEDICTVS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, abbati et conuentui monaſterii S. Michaelis, prope muros Bamberg, ordinis *S. Benedicti*, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt et honeſtum, tam uigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio ueſtra, nobis exhibita, continebat, quod nobilis uir Sclauorum et *Caſubiae dux* Camirenſis dioeceſis, cupiens terrena in coeleſtia et tranſitoria in aeterna, ſalubri commercio, commutare *ius patronatus* S. Iacobi in *Stetin*, in *Guſtow*, in *Schune* ac S. Spiritus, S. Michaelis, iuxta muros Stetinenſes, Caminenſis dioeceſis C eccleſiarum et uillam de *Mandelcow*, cum terris, poſſeſſionibus, pratis, paſcuis, redditibus, et aliis bonis, ad ipſam uillam pertinentibus, tunc ad nobilem ipſum ſpectantia, uobis et monaſterio ueſtro contulit et conceſſit, intuitu pietatis, prout in patentibus litteris inde confectis, uenerabilis fratris noſtri, epiſcopi Caminenſis, ſigillo munitis, pleD nius dicitur contineri. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclynati, collationem et conceſſionem huiusmodi, ſicut pie ac prouide factae ſunt, ratas et gratas habentes, eas auctoritate apoſtolica confirmamus et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, uel ei E auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Data *Peniſii*, nonis Iunii, pontificatus noſtri *anno primo.*

NVM. XX.

Tranſactio inter ECKBERTVM epiſcopum Bambergenſem et BERNHARDVM Carinthiae ducem, ui cuius hic illi et ſuo archiepiſcopatui arcem Werdenbergam *conceſſit, et in feudum ab eodem recepit.*

In nomine domini amen!

HAec eſt forma compoſitionis et concordiae, inter EKEBERTVM, G uenerabilem Bambergenſem epiſcopum, et BERNHARDVM, illuſtrem ducem Carinthiae, per *Eberhardum*. Venerabilem Salisburgenſem archiepiſcopum, et *Leoboldum* illuſtrem ducem Auſtriae, ordinata, quo uidelicet dux Carinthiae dedit eccleſiae Bambergenſi in perpetuitatem caſtrum *Werdenberg*, et alia bona, quae emit ab abbate de S. Paulo, ad idem caſtrum pertinentia et ipſe dux caſtrum *Anno* 1227.

idem

idem et eadem bona accepit in *feudo* ab A epiſcopo Bambergenſi, talirer, quod tam filii quam filiae ducis ipſius in eisdem bonis ius habeanr feudale. Idem dux praedictus deſtruxir pontem, pro eodem caſtro inceptum, nec ammodo irraedificabit illum uel alium in damnum Bambergenſis eccleſiae, nec habebit ipſe forum publicum, nec ibi merces aliquae deponentur, nec habe- B bit ibidem rhelonia, neque mutam, ſimiliter in inſula adiacente nullam munirionem faciet, neque forum. Item dictus dux homines illos, quos repetiuir in uillaco, epiſcopo et eccleſiae Bambergenſi donauir, et aream, quam idem dux emit a *Victorienſi*, ſimililirer epiſcopo et eccleſiae *Bambergenſi* tradidir, ita quod epiſcopus nulla ma- C iora aedificia faciar in eadem area, ſed in eo ſtatu, quo nunc eſt, debet de caetero permanere, niſi forte ruinae ibi fuerint, quas epiſcopus ad priorem ſtatū poterir reparare. Item memoratus dux ceſſit liti, quam habuit pro *cambio* in monte Bambergenſis epiſcopi, ſcilicet de *fodina argenti*, er ceſſir iuri, quod habuir in caſtro *Richenuelſe*, et Wichar- D dus de *Charsperg*, er alii, qui ex eo infeudari fuerunr, ceſſerunr iuri ſimiliter, quod ibidem habebanr, uel uidebantur habere, nec ipſe dux apud Richenuelſe, nullum de nouo caſtrum erigere uel aedificare debebir. Propter haec omnia ſupradicta memoratus epiſcopus mille marcas argenri Colonienſis ponderis tradidir dicto duci et, ut haec o- E mnia perpetuo permaneant inconuulſa, praeſens pagina ſigillis domini *Eberhardi*, Salisburgenſis archiepiſcopi, et ipſius domini *Ekelberti*, Bambergenſis epiſcopi, et *Leopoldi*, ducis Auſtriae et Styriae et praetaxati Bernhardi ducis Carinthiae eſt ſignara, adiecto ut haec forma concordiae per inſtrumenta dn. papae et imperatoris debeat confirmari. F Acta ſunt haec apud *Graze* XV Calend. Decembris, anno domini M.CCXXVII. in praeſentia *Rudgeri* Chunenſis et *Caroli* Secacenſis epiſcoporum, *Henrici* marchionis Auſtriae, *Bernhardi* et *Frobenue*, Hermanni *de Ortenburg*, et Willehalmi de Hannenberg, comirum, Vlrici et Liotaldi *de Betha*, Cunradi *de Sconeche*, Willehelmi de *Hobeneche*, Or- G tonis de *Traburg* er Henrici, filii ſui, Remberti de *Mureche* et Remberi filii ſui, Vlrici Marſcaller de *Valcheſtein*, Henrici de Brunne, Irnſudi *de Ameberch*, Chulonis et Rudolphi de *Raſe*, Ottonis de *Chungesberg*. Guttmari et Vlrici Tratrum de *Lichtenſtein*, Henrici de *Scharpffenberg* et plurium aliorum.

NVM. XXI.

Friderici *II. imperatoris priuilegium, quo archiepiſcopatui Bambergenſi ratione Villach et Griuen ius cudendae monetae, datum.*

FRIDERICVS, dei gratia Romano- *Anno 1242.*
rum imperator ſemper auguſtus, Ieruſalem et Siciliae rex, uniuerſis imperii fidelibus praeſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam et omne bonum. Iuſtis fidelium et deuotorum noſtrorum petitionibus tenemur condeſcendere et prouidere commodiratibus et augmentis. Hinc eſt igiturl, quod nos habemus prae oculis deuota ſeruitia, quae nobis et progenitoribus noſtris a Bambergenſi eccleſia ſunt exhibita, et quae dilectus princeps noſter *Henricus*, uenerabilis Bambergenſis electus, impoſterum nobis poterit exhibere, ut eccleſia ſua, quae praecedenti rempore ex malitia temporum et per defectum paſtoris idonei, in multis uexata extirir er turbara, et graui eſt debirorum onere inuoluta, facilius ualeat reſpirare et in ſtatum priſtinum reformari, damus ei licenriam, ut apud *Villacum* nouam monetam cudi faciat, quae *Friſacenſi* monerae aequipolleat in pondere et ualore, et apud *Griuen* eandem ſibi gratiam de ſimili moneta cudenda duximus faciendam. Quare mandamus et praecipimus uniuerſirati ueſtrae, quarenus nullus ſit, qui in cudendis monetis praedictis, dandis, recipiendis ipſis denariis et ponendis aliquod impedimenrum inferre praeſumat, quod qui praeſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe nouerit incurſurum; Ad cuius rei memoriam praeſens ſcriptum fieri et maieſtatis noſtrae ſigillo iuſſimus communiri. Datum in caſtris apud *Auezanum in Cellano*, anno duminicae incarnationis 1242. menſe Iunio, quintae decimae indictionis.

NVM. XXII.

CVNEMVNDI de LICHTENFELS diploma donationis, quo abbatiae S. Michaelis aduocatiam Leiterpachianam eique annexa largitus eſt.

In nomine domini amen!

NE ea, quae aguntur in tempore, *Anno 1268.*
obliuionis rubigo delear et conſumar, ſcriprorum debent teſtimonio permanere. Hinc eſt quod ego *Cunemundus* de *Lichtenfels*, dictus

de *Sanenberg*, in notitiam uniuersorum, praesenti scripto uolo peruenire, quod post multa damna, discordias et offensas, quas me recognoui intulisse monasterio *S. Michaelis* in Bamberg, ius aduocatiae, quod habui in curte et in duobus mansis, in *Leiterbach*, ibidem sitia, et in quatuor mansis in uilla *Pulsendorf*, ius quoque aduocatiae, quod habui super curiam in *Vzingm*, libere resignaui in manus uenerabilis patris *Vlrici*, abbatis eiusdem monasterii, de consilio discretorum uirorum conuentus S. Michaelis fratris nostri, custodis maioris ecclesiae Babenbergensis, ita etiam post mortem meam eadem resignatio inconuulsa permaneat et intacta. Ad maiorem quoque huius rei euidentiam, et ad uberiorem cautelam, idem ius aduocatiae posui et contradidi, iure feudi in manus Burgensium subscriptorum, scilicet *Bunwardi*, fratris sui *Güntheri*, *Anselmi*, *Friderici* quondam thelonarii, supradicto monasterio ab ipsis ac suis haeredibus libere conseruandum. Me quoque in superstitum exactionem et molestiam uexationem non debet ponere, sine discreto consilio Burgensium praescriptorum. Vt autem haec perpetuum robur obtineant firmitatis, praesentem literam exinde conscriptam communire feci munimine sigillorum, uidel. reuerendi in Christo domini, *Bertholdi* episcopi Bambergensis, *Vlrici* abbatis supradicti, sigillo communi capituli maioris ecclesiae personalibus, sigillis domini *Arnoldi* custodis, fratris mei, domini *Eberhardi* de *Hirsberg*, archidiaconorum et canonicorum Bambergensium et meo. Acta sunt haec anno domini M. CC. LXVIII.

NVM. XXIII.

BERTHOLDI episcopi Bambergensis chirographum, quo bona Klenikensia *ciui cuidam Iudenbergensi pro* 125. *argenti marcis obligauit,*

Anno 1278. QVoniam ea, quae fiunt in tempore, labuntur sub mora mutabili, si uero literarum testimonio memoriae commendantur* hinc est quod nos BERTHOLDVS, Dei gratia Bambergensis ecclesiae episcopus, protestamur praesentium per tenorem, et scire uolumus uniuersos, quod cum essemus in principio sacri Romani imperii, transeunte domino nostro RVDOLPHO sereniss. mo rege Romanorum, per Bauariam in Austriam, ad obsidionem Viennensis ciuitatis, et nobis uenientibus per Carinthiam, nostrorum fidelium ac aliorum assumta copiosa multitudine, cum qua ueniebamus sacri Romani imperii in succursum, ingruentibus nobis defectibus plurimis et notoriis, proprer terrae Carinthiae generalem caristiam et communem terrae malum statum, fideles nostros in donatione ac accommodatione pecuniae, ad supplendos nostros defectus, ad praedictam causam necessario nos requirere oportebat. Inter quos dilectus fidelis noster, *Iacobus* ciuis *de Iudenburg*, ad nostrarum precum instantiam, nobis ducentas marcas argenri et uiginti quinque marcas argenti Viennensis ponderis accommodauit, pro qua pecunia nostra in *Keinick*, cum suis pertinentiis, uidelicet uiginti marcas redditus, quae a dilecto fideli nostro *Hartlibo* de *Winzer*, claraе recordationis, comparauimus, habito fidelium nostrorum consilio, in Carinthia, ipsi *Iacobo* et suis haeredibus, secundum consuetudinem antiquam Bambergensis ecclesiae, titulo contulimus feudali, tali conditione interiecta, quod ipse Iacobus et sui haeredes, a proximo festo *S. Ioannis baptistae* ad triennium a praedictis bonis nihil seruitii perquirere et exigere debeant, nisi solummodo prouentus prouenientes de iisdem bonis et censum debitum et consuetum: et si eadem bona festo sancti Ioannis baptistae, quod proxime affuturum, infra triennium nos uel nostri successores praedictam pecuniam soluerimus, et tunc ipse *Iacobus* et sui haeredes, sine omni protractione et quolibet impedimento, praedicta bona nobis restituent, insuper has literas ad omnes cautiones, quas super huiusmodi collatione habuerint, nobis resignare et restituere tenebuntur, et praedicta bona in Kleinick ad nos et ad nostram ecclesiam libere reuertentur. Sed si infra praedictum terminum bona eadem non exsoluerimus, tunc saepe dictus Iacobus et sui haeredes praenominata bona in *Kleinick*, cum suis pertinentiis aestimata ad uiginti marcas reditus, a nobis et a nostra ecclesia iure feudi perpetuo possidebunt. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem sibi praesentes literas dedimus, nostri sigilli robore et testibus idoneis communitas et ad tutelam maiorem efficacia sigilla nostrorum fidelium, uidelicet *Conradi* decani ecclesiae sancti Stephani in Bamberg, Ortolosi *de Wolffsberg*, apponi fecimus huic scripto. Huius rei testes sunt praedicti nostri fideles, quorum sigilla huic scripto appendimus. *Wattherus* iudex Villacensis, Nicolaus de *Porta*, *Diethmar*, *Conradus Waiglinus*, filii quondam Wigandi, *Werchlinus*, *Otshzmannus Eberlinus*, *Vlricus*, *Pilgrinus*, dicti Helarii, ciues de Iudenburg, *Vlricus Frischarius* *Henricus* frater suus et alii quam plures.

Da-

Datum et actum apud Wolffsberg anno domini M. CCLXX. Octauo nonas Iunii.

NVM. XXIV.

BERTHOLDI episcopi Bambergensis confirmatio donationum omnium aduocatiarum et bonorum coenobio S. Michaelis factarum, in quo simul episcopi Eckwerdi de anno 1122. et episcopi POPPONIS de anno 1239. ratione huius datae confirmationes ratae habentur.

Anno 1271. NOS BERTHOLDVS, Dei gratia Babenbergensis episcopus, omnibus praesentium inspectoribus salutem in domino sempiternam. Quomodo cultum Dei nostris temporibus augeri poterimus, desideramus, quam diuturni pia deuotione moti erga monasterium S. Michaelis abbatem et fratres ibidem Deo famulantes, confirmamus donationes aduocatiarum ac praediorum, quas fecit *Eckwerdus* piae memoriae Babenberg. episcopus, de cuius sanguine descendimus, sicut in suis literis inueniuus contineri, quas de uerbo ad uerbum rescribi fecimus, sic inchoantes. ECKWERDVS *Dei gratia Babenberg. episcopus. Pastoralem condecet sollertiam, eatenus suorum commodis subditorum intendere, ut non solum praeesse, uerum etiam eis iudicentur prodesse. Quapropter Christi fidelium tam futurorum quam praesentium scire uolumus industriam, qualiter* Henricus de Sletin, *nostrae ministerialis ecclesiae, aduocatiam uillae in* Rattlsdorff, *quam a* Ruperto *comite de* Castel *hactenus idem Henricus iure tenuerat feudali, dicto comiti, ut nobis eandem resignaret, coenobio S. Michaelis, pro animae suae remedio, conferendam, deuota animi alacritate resignauit. Quod cum dictus comes fecisset, nos, ad instantiam* Henrici de Sletin, *aduocatiam uillae, resignatam nobis, ecclesiae S. Michaelis, liberali donatione, iure proprietario contulimus, ea uidelicet ratione, ut singulis annis nouem lencias de eadem aduocatia dictis fratribus coenobii persoluant. Praedium quoque* Neusese *cum omni iure et integritate, praeter duo talenta, quorum unum sorori suae, alterutrum anniuersario fratris sui attinet, dicto contulit coenobio, siue liberos habeat siue non, fratribus coenobii integraliter possidendum, propterea aduocatiam superioris* Brunnen *ac* Leiterbach, *sed ad mensam* Diethmari *in* Wasserlos, *quibus ab abbate S. Michaelis infeudatus fuerat, domino* Hartundo *abbati, in nostra praesentia libera et spontanea uoluntate resignauit, et sub annuo censu XII. denariorum in festo S. Michaelis soluendorum, haec ipse ab abbate recepit, ita sane, quod, quoad uixerit haec censuali iure tenebit, et post mortem suam ad plenarium usum fratrum, si liberis caruerit, reuertentur, de quibus etiam quatuor seruitia competenter fratribus ordinauit. Dictas igitur aduocatias aut praedia infeudandi, aut ab ecclesia aliquo modo alienandi, nullam uel abbati uel alicui concedimus facultatem. Huiusmodi itaque donationes, utpote legitimas, in uirtute dei domini nostri Iesu Christi banno nostro confirmamus et, ut ratae et inconuulsae permaneant, testium subscriptione ac sigilli nostri impressione easdem placuit roborari. Testes huius actionis sunt* Marquardus *custos*, Albertus *de* Buchil *maioris ecclesiae canonici*, Heinricus *decanus* et Henricus *canonicus sancti Iacobi magister*, Salomon Albertus, *canonicus in Teurstat*, Eberhardus *capellanus*, Fridericus de Kitzingen: *laici*, Fridericus *dives*, Heinricus *de* Ruete, *Henricus de* Potenstein, *Eberhardus de Vrensdorff*, *Albertus et Bertholdus filii eius*, *Herdein de* Vireth, *Otto* de Hage, *Gotfrid* Zicche, *Ludwic* de Muenbrunnen, *Volatricus de* Neusdorff, *Heinricus* Sturmer, *Hartman* de Bodeldorff, *Conradus* de Vrienahorn *et alii plures. Actum incarnati uerbi A. M. CC. XXI. indictione nona pontificatus nostri anno XIX.* Item confirmamus et ratum habemus factum et donationes domini POPPONIS electi Babenbergensis, consanguinei nostri, sicut in literis suis inuenimus contineri sub hac forma. POPPO *dei gratia Babenberg. electus, dilectis in Christo filiis, abbati totique conuentui S. Michaelis in Babenberg, salutem in domino. Iustis petentium desideriis facilem tenemur assensum et uota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in Christo filii, abbas et conuentus praenominati coenobii, uestris iustis precibus inclinati, aduocatiam in* RATTELSDORFF *a praedecessore et patruo nostro felicis memoriae* Echewerto, *episcopo Babenbergensi uobis traditam, sicut in literis eiusdem exinde confectis plenius continetur, donationem eandem ratam habentes et firmam nostri assensus munimine roboramus, et praesentis scripti patrocinio communimus, sub poena excommunicationis districtius inhibentes, ne quis eandem donationem infringere, aut ei praesumat ausu temerario contraire, quod qui fecerit, indignationem omnipotentis dei, S. Petri, S. Gregorii Babenbergensis ecclesiae patronorum, nec non et S. Ottonis, cuius corpus in ecclesia uestra requiescit, incurrat, et in districti iudicis examine cum iniquis recipiat portionem. Datum apud Nürnberg, anno domini M. CC. XXXIX. septimo*

mo die decembris. Indictiones tertia decima. Adhaec nos inhaerentes ueſtigiis praedeceſſorum noſtrorum, a quorum tramite diſcedere nolumus, donamus eidem monaſterio *aduocatiam* praediorum, manſorum ac feudorum in *Slamasdorf*, quam comparauimus apud Vlricum *de Coburg*, pro ſumma centū librarum, confirmando eandem donationem a nobis factā, et ratificantes munimine ſigillorū, tam noſtro quā capituli maioris, omnia, quae praedeceſſores noſtri, ſuperius annotati, ſaepe dicto monaſterio contulerunt, ſub poena excommunicationis diſtrictius inhibentes, ne quis easdem donationes infringere, aut eis praeſumat auſu temerario contraire. Quod qui fecerit, indignationem omnipotentis dei, S. Petri, Georgii, Babenberg. eccleſiae patronorum, nec non et S. Ottonis, cuius corpus in eodem monaſterio requieſcit, incurrat, et in diſtricti iudicis examine cum iniquis recipiat portionem, et terra aduerſus eum conſurgat. Huius ergo actionis teſtes ſunt hi, *Eberhardus*, praepoſitus maior decanus, *Arnoldus* cuſtos, *Vlricus* cellarius eccleſiae maioris; *Eberhardus*, decanus S. Stephani, *Otto* decanus ſanctae Mariae in Teuerſtat, *Petrus* decanus ſanctae Iacobi, *Cunradus* cuſtos eiusdem eccleſiae. Magiſter *Henricus*, Wolffrāmus dapifer, *Cunradus* dictus *Crazze*, miniſterialis. *Brunuardus* et *Fridericus*, ciues Babenbergenſes, *Hartmannus* camerarius, et alii quam plures. Datum Bambergae anno Dn. M. CC. LXXI. indict. XIV. pontificatus noſtri anno XII.

NVM. XXV.

RVDOLPHI I. imperatoris diploma feudale, quo Bertholdo *epiſcopo Bambergenſi quaedam feuda ducatus Carinthiae conceſſit.*

ACTA 1279. RVDOLPHVS Dei gratia Romanorum rex, ſemper auguſtus. Vniuerſis imperii Romani fidelibus in perpetuum. Regiae congruit maieſtati, ut memoriter recolamus ac fauorabiliter attendamus, quanta fidei puritate, quantoque deuotionis ſtudio et adfectu conſanguineus et princeps noſter chariſſimus, *Bertholdus*, Bambergenſis epiſcopus, reipublicae uenetur honorem noſtraque priuata commoda diligat et ſequatur, ut, dum grata ſeruitia, quae imperio Romano et nobis impendit, aduertimus, ad hoc etiam noſtrae conſiderationis intuitum conuertamus, quas grates et gratias referamus eidem. Dictus ſiquidem princeps, poſt diuerſa pericula et labores plurimum ſumtuoſos, quibus ſe ſuamque eccleſiam, pro ſaluanda republica, infatigabiliter onerauit, non contentus obſequio, quod Romano imperio in perſona noſtra deuotus exhibuit, nos in liberis noſtris chariſſimis honorauit: nam *feuda* illa omnia et ſingula, quae ſibi et eccleſiae ſuae per mortem diuae memoriae principum *Auſtriae*, *Styriae* et *Carinthiae*, *Carniolae* et *Marchiae* in eisdem terris uacare coeperunt, et ſpecialiter caſtrum *Mautemberg*, cum *Muta* et omnibus ſuis pertinentiis, chariſſimis filiis noſtris *Alberto*, *Hartmanno* et *Rudolpho* ac eorum liberis et haeredibus tantum maſculis contulit, ipſosque ad inſtar et formam dictorum principum de iisdem feudis inueſtiuit, ita tamen, quod feudorum huiusmodi dictis noſtris filiis conceſſorum ordinatio et conſeruatio in noſtris manibus remanebit, tantum pro tempore uitae noſtrae, ſi uero liberi noſtri decederent ſine filiis haeredibus, dicta feuda uacantia et abſoluta ad Bambergenſem eccleſiam libere reuerterentur. Verum cum honori noſtro conueniat pariter et ſaluti, ut damna, quae pertulit, labores quos ſuſtinuit, ſumtus, quos fecit pro honore imperii dictus princeps, eamque fidei charitatem, quam in liberis noſtris nobis exhibuit, digna retributionis uicissitudine compenſemus, his eum gratiis, quae inferius annotantur, de regia pietate digne ac liberaliter duximus honorandum. Primo ſcilicet, quod ab *aduocatia* in *Veldkirchen*, noſtro et filiorum noſtrorum nomine, uel cuiuscunque terrae Carinthiae principia aut domini futuri nihil aliud exigatur, recipiatur, aut etiam requiratur, niſi tantum ius illud, quod in literis, ſuper collatione dictae aduocatiae confectis, uenerabilis quondam *Hermanni*, ducis Carinthiae, ſigillorum munimine roboratis, euidentius eſt expreſſum, iniuſtis iudiciis, exactionibus et ſteuris indebitis et aliis uexationibus, quae a dicta aduocatia ultra ius, in dictis inſtrumentis expreſſum, hactenus ſunt exorta, ſublatis penitus et deletis. Praeterea renunciamus et cedimus, pro nobis et filiis noſtris ac omnibus futuris Auſtriae et Styriae ducibus ac dominis, omni iure, quod nobis competiit in aduocatiis *de Haag*, de *Kirchdorff* et *Valle Gerſtentheil*, quas quondam principes Auſtriae et Styriae ab eccleſia Bambergenſi in feudum tenuerunt, ipſas aduocatias cum reditibus, prouentibus, iudiciis, ſyluis, pratis, paſcuis, nemoribus et generaliter omnibus iuribus et bonis quaeſitis et inquirendis, ad dictas aduocatias pertinentibus, memorato epiſcopo et Bambergenſi eccleſiae libe-

libere relinquentes ac uolentes ipſum epiſcopum et ſucceſſores eius in ſaepe dictarum aduocatiarum ac eisdem attinentium poſſeſſione pacifica illaeſos perpetuo conſeruari; ita tamen, quod quilibet epiſcoporum Bambergenſium, qui pro tempore fuerit, de praedictis aduocatiis, ſingulis annis in feſto *S. Georgii, uiginti talenta* Viennenſium denariorum noſtrae et ſucceſſorum noſtrorum, in eisdem principalibus camerae ſoluere teneatur. Item renunciamus et cedimus omni actioni, ſeu iuri, quod nobis, in quadam area in caſtro *Strasfrid* competit, ſiue competere uidebatur, quae per quondam *Henricum*, Babenbergenſem epiſcopum, duci Carinthiae collata fuit. Praeterea quia tempore collationis feudorum, noſtris filiis conceſſorum, memoratus Bambergenſis epiſcopus caſtrum *Werdenburg*, cum *quadraginta marcarum denariorum redditibus*, de feudis ante dictis deduxit, ſibi et eccleſiae ſuae, de bene placito noſtro perpetuo retinendum, nos pro nobis, filiis noſtris praedictis et uniuerſis ſucceſſoribus noſtris, in principatu Carinthiae, deductioni, retentioni et reſeruationi caſtri praedicti, cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis, conſenſum noſtrum perpetuum dedimus et donamus, promittentes firmiter, pro iisdem praefatum epiſcopum et eccleſiam Bambergenſem pro dicto caſtro et ſuis attinentiis nunquam de cetero impeti uel turbari: hoc tamen ſignanter adiecto, quod redditus caſtri praedicti, qui redditus *quadraginta marcarum denariorum* exceſſerint, noſtris et ſucceſſorum noſtrorum uſibus attinebunt, prouinciali iudicio, quod ipſum caſtrum usque modo deſeruire conſueuit, ipſis quadraginta marcarum denariorum reditibus nihilominus intercluſo. Promittimus inſuper pro nobis et filiis noſtris, principi ſupra dicto et eccleſiae ſuae, quod nos et iidem filii noſtri ac alii ſucceſſores noſtri in dictis terris, eidem eccleſiae et ſucceſſoribus ſuis aderimus auxilio, conſilio et fauore; adhoc, ut uniuerſa feuda, quae ſibi et eccleſiae ſuae uacant, et quae dinceps in dictis terris per mortem cuiuscunque et in aliis terris per mortem principum, comitum, nobilium, miniſterialium uel aliarum perſonarum, cuiuscunque conditionis aut ſtatus exiſtant, uacare inceperint, plene et integraliter aſſequantur, ſimiliter in feudis illis, quae ipſi eccleſiae et epiſcopo per ſtatuta, ſiue traditiones imperiales ſeu regales, aut per ſententias iudiciarias, uel per modum alium debitum et conſuetum uacare coeperunt, uel incipient in futurum, ſibi et ſuae eccleſiae adquirendis, nos et liberos noſtros et praedictos noſtros ſucceſſores habebit et ſentiet promotores. In quorum feudorum iuribus et libertatibus conſeruandis nos, filii noſtri, et ſucceſſores noſtri in dictis terris praefatae eccleſiae defenſores eſſe tenebimur pariter et tutores. Teſtes huius rei ſunt uenerabilis *Iohannes*, Gurcenſis epiſcopus, honorabiles uiri, *Rudolphus* noſter cancellarius, *Henricus* abbas Admontenſis, ſcriba Styriae, et magiſter *Godefridus*, aulae noſtrae protonotarius, illuſtris *Albertus*, dux Saxoniae, nobiles uiri, *Fridericus* Burggrauius *de Nürnberg*, Burckardus *de Hohenberg*, Bertholdus *de Henneberg*, Eberhardus de *Katzenelebogen*, Hugo *de Wertenberg*, Vlricus de *Montefourti* N. de *Ryenegge*, comites Vlricus de *Tuuers*, Reinhardus *de Hagenoga*, ſtrenui uiri Otto *de Lichtenſtein*, Fridericus *de Lengeberg* dapifer, Vlricus *de Capella*, Albertus *de Bucheim*, magiſter Conradus, ſcriba Auſtriae, et quamplures alii. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram infringere, aut ei in aliquo auſu temerario contraire, quod qui fecerit, grauem noſtrae maieſtatis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium et robur perpetuo ualiturum preſens ſcriptum maieſtatis noſtrae ſigillo duximus roborandum.

Signum domini RVDOLPHI, regis inuictiſſimi Romanorum. Datum apud Rotenmam anno Dom. Calendas Nouembris indict. VIII. anno domini milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo nono, regni uero noſtri anno VII.

NVM. XXVI.

OTTO, dux Stetinenſis, *reſignauit monaſterio S. Michaelis* ius patronatus, *quod ſibi et ſuis progenitoribus, de antiqua conſuetudine, competebat, cum certis iuribus eccleſiarum, in littera ſequenti contentarum.*

OTTO, dei gratia *dux Slauorum* et *Caſſubiae*, uniuerſis Chriſti fidelibus, audituris praeſentia et uiſuris omnibus, boni plenitudinem perpetua cum ſalute. Negeſta inter nos et noſtros fideles rite et rationabiliter ordinata ad laudem dei in perpetuum manſura a memoria hominum euaneſcant, expedit ea teſtibus idoneis firmari et documentis legitimis perennari, ut quaerentes quae ſua non ſunt, locum in eis non inueniant malignandi. Huius rei cauſa ſciant praeſentes pariter et futuri, quod nos ratione iuris patronatus eccleſiae Iacobi noſtrae ciuitatis Stetinen- anno 1300.

nensis impetentes, dominum *Cunradum* priorem et rectorem dictae ecclesiae, ex eo quod ipse et omnes sui antecessores in diuinis, ecclesiae eiusdem conuentum duodecim personarum religiosarum, secundū statuta eius primaeua non habuerant, nec adhuc habent, nunc in ipsa causa uerius et plenius expediti, omnem nostram actionem et impetitionem, quam habuimus aduersus eum et haberc possemus, in suum dominum abbatem, totumque conuentum monachorum ecclesiae S. Michaelis extra muros prope Babenbergam posuimus relaxando, et renunciamus eidem penitus in toto, nostrorum prudentum ac fidelium consilio mediante, nunquam per nos uel per quempiam alium de caetero reuocandum, hoc faciendo ad laudem Dei et honorem S. Mariae uirginis et B. Iacobi, propter animae nostrae et omnium nostrorum progenitorum remedium et salutem. Insuper liberaliter et publice profitemur, quod nostri progenitores dictam ecclesiam S. Iacobi in Stetin, cum integra uilla *Mandelgow* et dimidia decima in uilla *Schening*, cum ecclesia in *Gustrow*, et ecclesia in uilla *Schone*, similiter et ecclesiam *S. Spiritus* et ecclesiam *S. Michaelis*, ante nostram ciuitatem *Stetin*, cum omnibus aliis annexis, ad honorem Dei et amorem *Ottonis*, apostoli huius terrae, plenarie donauerunt et cum *titulo donationis* appropriauerunt, praedicto domino abbati totique suo conuentui in perpetuum ab ipsis et ab omnibus eorum successoribus feliciter et libere iure proprietario possidendum. Quemcunque *priorem* seu *rectorem* dictae ecclesiae utilem et conuenientem consulibus ac uniuersis conciuibus nostrae ciuitatis *Stetin*, et quotquot sibi socios in gubernamen eiusdem ecclesiae instituerint, super eo sibi obtinebunt liberam optionem. In hoc nos et omnes nostri posteri contenti esse uolumus et debemus, dummodo ibidem sit sufficiens regimen animarum, eandem parochiam cum omnibus sibi annexis recipiendo *in nostram et omnium succedentium nobis protectionem pariter et tutelam, uolentes omnia haec praedicta cum nostrae promotionis et emendationis commodo, nec non uigore nostrae confirmationis firma perpetualiter obseruare et in sempiternum statuimus obseruanda.* Idcirco praesens instrumentum, nostri sigillo robore commonitum, ad maiorem euidentiam et certitudinem omnium praescriptorum, domino abbati totique suo conuentui monasterii S. Michaelis prope Babenberg, duximus largiendum. Testes huius nostrae confirmationis sunt *Iohannes* nobilis, comes *Gutzkow* dominus *Ditmarus* abbas in *Colebaz*, dominus *Fridericus*, praepositus de *Granszow*, dominus *Heinricus* plebanus in *Warp*, dominus *Cunradus* de *Oldegeshagen*, nostrae curiae capellanus clerici: *Dhitericus Luchte* noster *marscalcus*, *Hemingus de Perthecow*, *Conradus de Elsholt*, *Voltszeo de Elshold*, *Iohannes de Cummerow*, *Rodolphus de Moring*, milites. *Henickinus Baruotus* praefectus in Stetin, *Iohannes albus*, *Arnoldus de Samce*, *Petrus de Brackel*, *Ioannes Wulfow*, *Heinricus Hake*, *Heinricus dives*, consules in Stetin et quam plures alii fide digni. Actum et datum *Stetin*, per manum domini *Ioannis* scriptoris nostrae curiae. Anno domini M. CCC. quinta feria ante diem palmarum.

NVM. XXVII.

Confirmatio donationis factae ecclesiae Langheim *dioecesis Bambergensis.*

ANDREAS Dei gratiae *episcopus Herbipolensis*, harum serie literarū recognoscimus publice uniuersis, quod strenuus uir Theino de *Lichtenstein*, miles, fidelis noster dilectus, zelo pietatis motus, uiris religiosis, abbati et conuentui monasterii in *Lankheim*, et ipsi monasterio ord. cisterc. *Bambergensis* dioceseos, medietatem decimae uillae *et territorii* in *Wazendorff*, quam a nobis et ecclesia nostra tenuit in feudum, quoad suum ius, libera donatione inter uiuos tradidit et donauit, nobisque eandem medietatem per *Wolfelinum* aduocatum nostrum in *Rauenech* resignans, petiuit instanter, ut huius decimae medietatem sic resignatam, recipere et supra dictis abbati et conuentui eorumque monasterio in proprietatem donare sollicitudine dignaremur. Nos itaque considerantes non modicum fauorem iuris existere, bona ecclesiastica de laycorum manibus, ad usum ecclesiasticum reuocare, cum ad specialem petitionem uiri religiosi, fratris *Friderici* abbatis dicti monasterii, auunculi nostri charissimi, cum ob feruorem deuotionis, qui in fratribus dicti monasterii uiget, supra dictae decimae medietatem resignatam a praefato milite receperimus, et saepe dictis abbati et conuentui, nec non ipsorum monasterio, donationem inter uiuos, *in ueram proprietatem* praesentibus tradimus et donamus. In quorum promissorum testimonium, hoc scriptum abbati et conuentui praefatis dedimus nostri sigilli patrocinio roboratum. Datum *Herbipoli*, anno domini M. CCC. die etiam craftino assumptio- anno 1304.

ptionis beatae uirginis, pontificatus noſtri anno primo.

NVM. XXIII.

LVDOVICI IV. imperatoris confirmatio priuilegii, ab imperatore FRIDERICO II. epiſcopatui Bambergenſi anno 1242. dati, quo ius cudendae monetae in Villach *et* Grigen *collatum.*

Anno 1331. LVDOVICVS quartus, Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus. Omnibus in perpetuum imperialis munificentiae liberalem et pium ſe petentibus exhibere conſueuit, cum ab eo petitur, quod fidelium ſacri Romani imperii commoditatibus conuenit et quieti. Noſtri ſiquidem praedeceſſores, diui Romani imperatores et reges, iam dudum inſigni Bambergenſi eccleſiae, ipſius Romani imperii plantulae, ex ſpeciali indulto et licentia conceſſerunt, quod dilectus princeps noſter Bambergenſis epiſcopus, qui tunc pro tempore fuit, poſſit in *Villaco* et *Griuen* monetam cutere, ſeu cudi facere, quae in ualore et pondere monetae aequipolleat Firiſacenſi. Nos, ad deuotam inſtantiam ipſius noſtri principis Bambergenſis epiſcopi, gratioſius inclinati, conceſſionem huiusmodi innouamus, approbamus et ratificamus, imo ex nouo dicto epiſcopo et ſuae eccleſiae cudendi monetam huiusmodi tam in *Villaco*, quam in *Griuen*, ex ſpeciali licentia concedimus et indulto, mandantes uobis uniuerſis et ſingulis noſtrae gratiae ſub obtentu, quatenus in cudendis monetis praedictis dandis et recipiendis ipſis denariis et ponendis nullum impedimentum aliquis inferre praeſumat, aut noſtrae in hac parte conceſſioni auſu temerario aliquatenus contraire, quod qui praeſumſerit, indignationem noſtri culminis ſe nouerit incurſurum. Ad cuius rei memoriam praeſens ſcriptum fieri et maieſtatis noſtrae ſigillo iuſſimus communiri: Datum in Babenberg, octauo Calendas Decembris, indictione XV. anno domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo primo, regni noſtri decimo ſeptimo, imperii noſtri uero quarto.

NVM. XXIX.

LAMPERTI epiſcopi Bambergenſis diploma, ui cuius aduocatiam et Burghutam Ebensfeldenſen *coenobio St. Michaelis perpetuo iure incorporauit et confectauit, ſibi uero ſuoque archiepiſcopatui plenam iurisdictionem et ius colligandi reſeruauit.*

Anno 1379. LAMPERTVS, Dei gratia epiſcopus Babebergenſis, recognoſcimus publice praeſentium inſpectoribus uniuerſis. Quod cum uenerabilis ac deuotus noſter dilectus in Chriſto, Otto, abbas monaſterii St. Michaelis montis monachorum, extra muros Babeberg. ordinis S. Benedicti, pro ſe ac ſuo conuentu, multis tractatibus capitularibus ob inde factis, pro utilitate et commodo ſui et conuentus praedicti, comparauerit ac iuſto emtionis titulo emerit a fideli noſtro dilecto Cunrado de Tunfeld armigero, pro certa pecuniarum ſumma, aduocatiam ſuper bonis ſubſcriptis, in *Ebensfeld* ſituatam, quorum proprietas ad dictum monaſterium pertinere dinoſcitur. Aduocatia uero eſt *Burghuta*, a nobis et eccleſia noſtra Babengenſi procedens, nobisque per eosdem abbatem et conuentum ſic cum inſtantia debita humiliter ſupplicatum, quod cum ipſi ſint uiri religioſi huiusmodi Burghutae, uel bonorum feudalium non capaces, praedictam aduocatiam et *Burghutam* a nobis et noſtrae eccleſia procedentem, ut praefertur, ipſia et eorum monaſterio appropriare, annectere, incorporare, dominiumque eiusdem aduocatiae directum et utile in eos transferre de ſpeciali gratia dignaremus. Nos itaque iuſtis eorum ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, ſaepe dictam aduocatiam et Burghutam, per eos, ut praemittitur, comparatam et emtam et a nobis et noſtra eccleſia procedentem, matura deliberatione praehabita, de conſenſu honorabilium ac deuotorum nobis in Chriſto dilectorum, decani et capituli eccleſiae noſtrae praedictae, et unanimi uoluntate de ſpeciali gratia ac certa ſcientia ipſi, abbati et conuentui et eorum monaſterio ſupradicto appropriauimus, anneximus, incorporauimus et uniuimus, appropriamus, annectimus, incorporamus et unimus, dominiumque directum et utile praefatae aduocatiae in eos et eorum monaſterium cum pleno iure transferimus in his ſcriptis, renunciantes libere et expreſſe omni iuri et dominio, quod nobis et eccleſiae noſtrae in dicta aduocatia et Burghuta competiit, quoquo modo, iuribus tamen noſtris quibuscunque iudiciorum et impoſitione ſteurarum in bonis ſubſcriptis nobis et eccleſiae noſtrae ſemper ſaluis. Bona autem, de quibus praemittitur, ſunt iſta; unum feudum, quod colit *Hermannus Heyner*, unum feudum, quod pro nunc poſſidet Gotfridus Wolffer, unum bonum inquilinare, dictum Veldenguth, cum uno horto, in quo reſidet *Iohannes*, dictus *Weiland*. Item noualia ſita ibidem, dicta *in Cotein*

der Obern *Altach*, in una puta ſeu parte communitatem uillae contingentia. Quae quidem noualia ſibi coluntHer-*mannus Heyner* et *Hermannus Rabenard*, cum omnibus ipſorum pertinentiis, prout haec omnia in literis emtionis ſpecialiter declarantur. In quorum euidens teſtimonium praemiſſorum praeſentes ſibi fecimus literas noſtras, noſtri ac capituli ſupradicti ſigillorum munimine roborari, et nos Henricus decanus, totumque capitulum eccleſiae Bamberg, praedicta recognoſcimus omnia et ſingula praemiſſa de noſtris uoluntate et conſenſu unanimi proceſſiſſe, et in horum teſtimoniorum figillum noſtri capituli una cum ſigillo domini noſtri epiſcopi, ſupradicti praeſentibus appendiſſe. Datum Bamberg anno domini MCCC. LXXIX. die uero XVI. menſis Maii.

A

B

C

NVM. XXX.

Ceſſio aduocatiarum Langhemenſis eccleſiae Bambergenſis dioeceſeos.

anno 1400. NOS *Conradus dei gratia comes de Wilsperg*, teſtimonio praeſentium declaramus, quod uotiuis a fratribus religioſorum uirorum abbatis et conuentus monaſterii S. Mariae in *Langkheim* ord. Ciſtert. Babenberg. dioec. nec non eorum, qui per nos quorundam bonorum in uilla *Watzendorf* aduocatiis erant infeudati, precibus opportunis acquieſcentes, easdem aduocatias de manibus ſingulorum nobis libere reſignatas uidelicet a *Theimone* milite et *Carolo* fratribus dictis *de Lichtenſtein* ſex bonorum aduocatias, a *Wolframo*, *Friderico* et *Memlobo* fratribus dictis *de Grube* pro XV. lib. Hall. item ab Arnoldo ſuisque heredibus, dictis *Bokke*, impetitus, pro V. lib. Hallens. dinoſcitur exemiſſe. Item a *Gottfriedo de Wieſen* et *Helmbrico*, dicto *Krupphe*, duorum bonorum aduocatias, quibus per *Gundelohum Marſchalckum de Ditorf* et Fridericum Ratzenberg ſubinfeudatus dinoſcebat a quolibet praedictorum, ſc. Gottfridus et Helmricus pro ſingulis V. lib. Hallens. dicta eccleſia *Langkheim* nobis reſignatas exemit, item a *Ludwico Scoto*, nec non a *Ludouico Cambrio de Rauеneck*, per Theodericum Vligium infeudato a quolibet et heredibus eorundem duorum honorum aduocatias cum tribus bonis cuiuslibet eorundem principalium, quae ipſos proprietatis titulo contingebant, pro ſingulis XXX. lib. Hallen. dicta eccleſia comparauit. Has quidem aduocatias nobis, ut praemiſſum eſt, reſignatas, ob ſpem diuinae remunerationis, cupientes eccleſiae ſaepe dictae prouidere utilitati, apropriamus, libere condonantes in perpetuos ſuos uſus, dando ſibi praeſentes literas ſuper eis, ſub noſtri ſigilli appenſione. Nos quoque Ludwicus *Scotus* et Ludwicus *Cam.* ſupradicti, dum ſigillis propriis caremus, ſigilli nobilis domini *Conradi comitis de Wiltperg* ad confirmationem noſtrae praetactae uenditionis dignum duximus contutari. Datum anno domini M. CCCC. in die beati Nicolai epiſcopi et confeſſoris.

D

E

F

G

NVM. XXXI.

SIGISMVNDI imperatoris diploma feudale, ratione regaliorum epiſcopi Bambergenſis, ANTHONIO *epiſcopo Bambergenſi datum.*

SIGISMVNDVS Dei gratia Ro- anno 1434.
manorum imperator ſemper auguſtus, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae Croatiae etc. rex; notum facimus tonore praeſentium uniuerſis. Etſi imperialis dignitas et clementia, uniuerſorum fidelium, quos latitudo ſacri Romani imperii complectitur, ſelicibus gratisque commodis ac ſperatis augmentis fauorabiliter dignatur intendere, ad illorum tamen profectus et commoda diligentiori ſtudio clementius inclinari conſueuit, quorum fides deuota merita, conſtantia ac promtae deuotionis integritas continuatis ſtudiis caeteros antecedunt. Sane nobis in caeſario ſolio, ſub apparatu imperialis maieſtatis, in ciuitate Baſilienſi, die decima ſeptima menſis Ianuarii, ſedenti, attendens noſtrae praeſentiam maieſtatis uenerabilis Antonius, epiſcopus Bambergenſis, princeps deuotus noſter, dilectus nobis, humiliter ſupplicauit, quatenus ſibi omnia ſua et eccleſiae ſuae Bambergenſis regalia ſiue feuda conferre, ipſumque de eisdem inueſtire gratioſius dignaremur. Nos itaque, qui quorumlibet iuſte petentium uota complectimur gratioſe, praeſertim cum iuſte petentibus non ſit denegandus aſſenſus, ſibi animo deliberato, ſanoque principum, comitum, baronum, nobilium et procerum noſtrorum adhibito conſilio, de certa noſtra ſcientia auctoritateque imperiali, recepto prius ab eodem fidelitatis ſubiectionis et obedientiae iuramento debito et conſueto, regalia nec non temporalia, ſiue feuda ſua, ac dictae ſuae Bambergenſis eccleſiae, quae ſingulare quoddam et inſigne membrum Romani extitit imperii, cum uniuerſis et ſingulis ſuis attinentiis ac mero et mixto imperio et etiam exercitio iurisdictionis temporalis, nec non uniuerſis ſuis iuribus, ho-

honoribus, consuetudinibus, obseruantiis et pertinentiis, sicut eadem bonae memoriae sui praedecessores, episcopi Bambergenses, possederunt hactenus sceptro imperiali et aliis ceremoniis in talibus consuetis et obseruari debitis contulimus et conferimus, ac ipsum de eisdem inuestiuimus et tenore praesentium inuestimus, mandantes uniuersis et singulis comitibus, baronibus, nobilibus militibus, clientibus, uasallis, officialibus caeterisque terrarum ciuitatum et locorum dicti episcopatus et ecclesiae Bambergensis subditis, quatenus eidem Anthonio, episcopo Bambergensi, tamquam uero ordinario et legitimo suo domino, in omnibus et singulis, tam in iudiciis quam aliis, exercitium iurisdictionis temporalis concernentibus, reuerenter, firmiter et debite parere et obedire debeant, et intendere, difficultate et impedimento quibuslibet procul remotis, supplentes omnem defectum. Si quis in praemissis ex defectu uerborum, sententiarum obscuritate et solennitatibus omissis compertus fuerit, quomodolibet de Romanae ecclasiae plenitudine potestatis, praesentium sub nostrae imperialis maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Basileae*, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die decima septima mensis Ianuarii, regnorum nostrorum anno Hungariae quadragesimo septimo, Romanorum uigesimo quarto, Bohemiae quarto decimo, imperii uero primo.

Ad mandatum domini imperatoris proprium,

CASPAR SCHLIK.

NVM. XXXII.

GREGORII VII. papae breue ad Hermannum episcopum Bambergensem, quo hortatur, ut iussa sua ex episcopo Metensi capessat, uitamque corrigat.

GREGORIVS episcopus seruus seruorum Dei, *Herimanno* Bambergensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

anno 1074. CArissimus confrater noster *Herimannus*, Metensis episcopus, nobiscum per dies aliquot commoratus, multum nos pro te rogauit, multasque et intimas pro causa tua supplicationes effudit, referens nobis de te nonnulla, quibus in spem tuae correctionis non parua cordi nostro est oborta laetitia. Quapropter consilium, quod ad salutem tuae et animae nostrae, quodque ad utilitatem ecclesiae, cui praees, aptissimum nobis uisum est, in experientia fraternitatis suae posuimus, iniungentes et committentes sibi, ut apostolica fultus auctoritate, uicem nostram in causa tua explere debeat, si modo ad obediendum his, quae quasi ore nostro tibi proposuerit, te paratum inueniat, in cuius prudentia quoniam ad bene monendum te promta et sufficiente uoluntate esse non dubitamus, nos quidem e multis hoc fraternitati tuae solicite attendendum et pensandum scribimus, quod ad finem uitae quotidie appropinquas, et extremum diem, quem tamen nescis, quam cito ueniat, certus exspectas. Ideoque, frater, debita sollicitudine te admonemus, ut horrendum examen et ineuitabile iudicium districti iudicis ante oculos ponas, et faciem illius ea conscientiae tuae confessione et operum conuersatione praeoccupare festines, quatenus in conspectu diuinae praesentiae, cuius oculis omnia nuda et aperta sunt, non te culparum timor, et uerecundia deprimat, sed laeta recipiendae pro bonis actibus retributionis fiducia manifestum et imperterritum reddat. Data in expeditione ad montem *Ciminii*, secundo idus Iunii, inductione duodecima.

NVM. XXXIII.

GREGORII VII. papae bannum contra Hermannum episcopum Bambergensem suosque assecias.

GREGORIVS episcopus, seruus seruorum DEI, clero et populo Bambergensis ecclesiae, salutem et apostolicam benedictionem.

FLIteras, quas POPPO praepositus ecclesiae uestrae, cum his qui secum erant decepti, simulata poenitentia falsaque religione Hermanni, olim dicti uestri episcopi, incaute a nobis nimia festinatione recedentes, ad uos deferre neglexerunt, nostro sigillo insignitas, id circo uobis ad praesens dirigere dignum duximus, ut in eo manifesto cognoscatis, quae fuerit de iam dicto pseudo episcopo nostra uoluntas, quamque sententiam damnationis iudicio sanctae apostolicae sedis in eum promulgauimus, indubitanter credentes, quoniam nullius supplicatio, aut fraudulenta suggestio ab eadem uoluntate, siue sententia, ex eo, quod se iudicio sanctae apostolicae sedis subtraxit, animum nostrum potuit reuocare, uel nunquam Deo auctore mutare ualebit. Anno 1075.

Verum quia ſub obtentu religionis ac mentitae poenitentiae ſanctam Bambergenſem eccleſiam, ſpecialem quodammodo ſanctae Romanae eccleſiae filiam, tyrannidc conatus eſt confundere, bonaque illius dilapidare atque disperdere, priorem ſententiam confirmantes, ad cumulum damnationis eius hoc addimus, ut irrecuperabiliter ab epiſcopali officio ſemotus, a ſacerdotali quoque ſit omnino ſecluſus, quousque ſe apoſtolicae audientiae repraeſentet, paratus etiam cautionem facere, quam ueſtrae eccleſiae cognouerim expedire. Ab epiſcopali uero officio eum ideo ſegregamus, quia Simoniace inuaſit eccleſiam, ſacerdotali quoque eum idcirco priuamus, quoniam ſub ſpecie ſanctitatis uiſus eſt eam dilaniare atque confundere. Et quia tanta mala contra eccleſiam, quoquomodo olim ſibi commiſſam, exercere non timuit, anathematis eum uinculo innodamus, quousque ſupra dicto modo ſe apoſtolicae audientiae repraeſentet, niſi forte in extremis ductus dignam poenitentiam accipiat; eo tamen tenore, ut ſi conualuerit, ſimili modo, ut dictum eſt, ſe apoſtolicae ſedi repraeſentare feſtinet. Eodem quoque anathemate percutimus eos, qui ab initio promotionis eiusdem aliqua praedia eccleſiae ab eo acceperunt, ut ſibi fauerent, ad eius malitiam contuendam, praemaxime illos, qui, poſtquam ſe apoſtolicae ſedis iudicio ſubtraxit, ab eo aliquid in praediis uel in theſauris eccleſiae acceperunt, ad confouendum eum, ut in ſua pertinacia perſeueret, niſi reſipucrint, uidelicet ut condigna ſatisfactione, quod praedicto ſacrilegio peccauerunt, emendent, nobisque ſuam poenitentiam reſignare feſtinent. Data Laurentii, decimo tertio Kalendas Auguſti, indictione decima tertia.

NVM. XXXIV.

GREGORII VII. papae breue ad clerum eccleſiae Bambergenſis, in quo declarat, ſe Hermannum *epiſcopum Bambergenſem munere priuaſſe, ſimulque iubet, ne quis epiſcopatus bona uiolet.*

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, clero et populo Bambergenſis eccleſiae, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

anno 1075. NOtum eſt pene omnibus in Teutonicis partibus habitantibus, quod Bambergenſis eccleſia ſpecialis quodammodo filia adhaeret matri ſuae Romanae eccleſiae, cui Deo auctore deſeruimus, licet indigni: ac proinde tanto ſolicitius uigilantiae noſtrae nos oportet ſibi curam impendere, quanto familiarius apoſtolicae ſedis eſt munimine contuenda. Vnde quia quidam idiota praedictam eccleſiam Simoniacae perfidiae haeretica prauitate ſubuerſus inuaſerat, eam a iugo ſacrilegae perſuaſionis illius prouida conſideratione liberare ſtatuimus. Excmimus quidem gladium apoſtolorum principis Petri, et in eum apoſtolica auctoritate ſententiam promulgauimus. Verum quia in excluſione talium ſolent eccleſiae multa damna pati, et bona earum diſtrahi et diſperdi, dignum duximus imminenti damno eccleſiae praecauere, ac proinde ſacrilegis ac tyrannis apoſtolica auctoritate reſiſtere, interdicendo, ne occaſione excluſionis illius res eccleſiae aufferre uel quolibet modo alienare praeſumat. Quapropter ex parte Dei et apoſtolorum Petri et Pauli interdicimus, ut nulla alicuius dignitatis, ſeu poteſtatis, ſeu cuiuslibet conditionis perſona res iam ſaepe fatae eccleſiae, maxime theſaurum et praedia auferre, uel aliquo modo alienare iniuſte decipiendo praeſumat, donec omnipotens Deus, per interuentum beati Petri, eccleſiae illi idoneum paſtorem prouideat. Si quis uero contra huius interdictionis paginam uenire tentauerit, nouerit ſe gratiam beati Petri amittere et apoſtolicae animaduerſionis ultione plectendum. Data Romae XII. Kalendas Maii, indictione XIII.

NVM. XXXV.

GREGORII VII. papae breue ad Sigifridum I. *archiepiſcopum Moguntinum, quo ei notum facit, Herimannum epiſcopum Bambergenſem officio motum et damnatum eſſe, utque in eius locum meliorem ſurroget, petit.*

GREGORIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, *Sigifredo* Moguntino archiepiſcopo ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

QValiter Bambergenſis *Herimannus,* *Anno 1075.* iam nunc non epiſcopus, hoc anno Romam poenitens ſe habuerit, uel qualiter ſe iudicio apoſtolicae ſedis ſubtraxerit, quaue fraude clericos praedictae eccleſiae ſub obtentu poenitentiae deceperit, et quomodo res eiusdem ſibi contra Deum commiſſae eccleſiae, peius, quam prius deſtruxerit, et in clericos quondam ſibi commiſſos ſicut tyrannus ſurrexerit, ueſtra, ut reor, cognoſcit fraternitas et certa dolet triſtitia. Quo circa nos ulterius tantas non ua-

ualentes impune ferre nequitias, et nouiter inuentas saeuitias, maxime circa eam, quae beato Petro specialiter commissa est ecclesia, iudicio sancti spiritus, per eiusdem auctoritatem beati Petri, apostolorum principis, praedictum Hermannum ab officio episcopali atque sacerdotii deposuimus, et in perpetuo depositum esse censemus. Et quia haeresi iunxit sacrilegium, et sacrilegio apertam tyrannidem, excommunicationis uinculo eum alligauimus, quousque se apostolicae sedi repraesentet, quam conatus est non solum decipere, sed etiam dolo malo irridere. Si autem ad ultimum sibi diem peruenerit, non ei poenitentiam et communionem denegamus, sed mox ut poterit, apostolicam adire sedem omnino illi praecipimus. Haec ut publice maxime fratribus tibi subiectis coepiscopis notifices, uolumus et exparte beati Petri praecipimus, ut secundum sanctorum instituta patrum summopere procures in praedicta Bambergensi ecclesia pastorem ordinare; quatenus quod in praedicto Simoniaco negligenter egisti, comproberis emendare. Dat. *Laurenti* XIII. Calend. Augusti, indictione decima tertia.

NVM. XXXVI.

GREGORII VII. papae breue ad Henricum V. *imperatorem Romanum, in quo ei notum facit*, se Herimannum *episcopum Bambergensem officio mouisse bannoque ferisse, simulque eius curam implorat, quo episcopatui Bambergensi habile subiectum legitimo modo praeficiatur.*

GREGORIVS episcopus, seruus seruorum DEI, Henrico regi salutem et apostolicam benedictionem.

Anno 1075. INter caetera bonarum uirtutum opera, fili charissime, ad quae te meliorationis studio assurgere, fama referente audiuimus, duobus te modis sanctae matri tuae, Romanae ecclesiae scilicet, eminentius commendasti. In altero quidem, quia Simoniacis uiriliter restitis, in altero uero, quia clericorum castitatem, utpote seruitorum domini, et libenter approbas, et efficaciter desideras adimplere. Quibus de causis signum nobis proposuisti, opitulante Deo, altiora de te et praestantiora quaeque sperandi. Quapropter et haec te firmiter retinere ualde optamus, et dominum Deum nostrum, ut ea tibi cumulatius augere dignetur, suppliciter obsecramus. Caeterum de Bambergensi ecclesia, quae sui fundatoris institutio-

Ane sanctae et apostolicae sedi, tanquam humeri capiti, membrum scilicet propinquius specialiori quadam cura sollicitudinis inhaeret, uehementer dolemus, et eius desolationi pro uiribus occurrere, oppitulari et consulere officii nostri necessitate impellimur. Simoniacus enim ille *Herimannus*, dictus episcopus, hoc anno ad synodum Ro-
Bmam uocatus, uenire contemsit: sed cum propius Romam accessisset, in itinere substitit, et praemittens nuncios suos cum copiosis muneribus noto sibi artificio innocentiam nostram et confratrum nostrorum integritatem, pactione pecuniae attemtare atque, si fieri posset, corrumpere molitus est; quod ubi praeter spem euenit, iam de
Cdamnatione sua securior, festinanter retrocessit et blandis fallacibusque promissis clericorum, qui secum erant, animas lactans, aiebat se, si patriam rep dare posset, ab episcopatu cessaturum, et monasticae uitae professionem subiturum. Quam sponsionem qualiter impleuerit, cessitudinem tuam, fili carissime, non latet. Quin etiam temeraria ulterius
Dprogressus audacia, clericos, ecclesiae suae salutem et honorem quaerentes, bonis suis dispoliauit, et nisi eum tua, ut audiuimus, regalis potentia refregisset, penitus confudisset. His excessibus diligenter consideratis, ab episcopali eum atque sacerdotali officio deiicimus. Insuper quoniam Bambergensem ecclesiam, apostolica beati Petri
Etuitione munitam, crudelius atque molestius, quam ante, infestare praesumsit, anathematis eum uinculo innodauimus, donec ecclesiasticam dignitatem illicite ulurpatam deponat, et se nihilominus sedis apostolicae iudicio repraesentet. Nunc ergo, excellentissime fili, sublimitatem tuam hortamur, et pro nostrae sollicitudinis debi-
Fto suademus, ut religiosorum consilio uirorum eadem ecclesia ita secundum Deum ordinetur, quatenus beati Petri, cuius nomini et defensioni attitulata est, intercessione, diuinae mercaris obtinere suffragia protectionis. Quid uero hac ipsa de causa Sigifrido confratri nostro Moguntino episcopo, et eidem Bambergensi clero et populo scripserim, Gex literis ad eos datis ad liquidum poteris cognoscere. Dat. Romae 13. Cal. Augusti.

NVM. XXXVII.

GEORGII VII. papae breue ad Henricum V. *regem Romanorum, transactionem mutuam, ut et misericordiam uitiis Saxonibus praestandam, praecipue*

munere motum Hermannum *epiſcopum Bambergenſem concernens.*

GEORGIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, *Henrico* regi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Anno 1076. QVando literas tuae magnitudinis B aeccpi, longe ab urbe maxime cauſa infirmitatis aberamus. Cum quibus neceſſarium erat tractare, quid ueſtrae legationi ad plenum, ſicut oportet, reſponderem. Veſter etiam nuncius, horum uidelicet portitor, ob praedictam cauſam aegritudinis timebat nobiſcum manere. Sed quia deſideramus non ſolum uobiſcum, quem Deus in ſummo rerum C poſuit culmine, ſed etiam cum omnibus hominibus pacem, quae in Chriſto eſt, habere, iusque ſuum unicuique obſeruare, cupimus ſummopere corde et animo adhaerere. Noui enim, quod te credo non ignorare, quia qui deum reuera diligunt, et Romanam eccleſiam, Romanumque imperium ad uindictam ſuorum criminum non pertimeſcunt, D inter nos pacem er concordiam inſerere agendo uel orando concupiſcunt. Quapropter bonam concepi fiduciam, quia hanc noſtram, imo totius eccleſiae cauſam, religioſis hominibus coepiſti committere, qui nos non noſtra iniuſte diligunt et, ut chriſtiana inſtauretur religio, ſuam intentionem requirunt. Ego autem, ut paucis loquar, ho- E rum conſilio paratus ſum Chriſto faciente gremium tibi ſanctae Romanae eccleſiae aperire, teque ut dominum fratrem et filium ſuſcipere auxiliumque, prout oportuerit, praebere, nihil aliud a te quaerens, niſi, ut admonita tuae ſalutis non contemnas aurem inclinare et creatori tuo, ſicut te decet, non contradicas offerre gloriam et honorem. F Valde quippe indignum eſt, ut honorem, quem a conſeruis et fratribus noſtris exigimus, creatori et redemtori noſtro reddere contemnamus. Mouet itaque nos diuina promiſſio, qua dicitur: Ego glorificantes me glorifico, et qui me contemnunt, erunt ignobiles! et offeramus ei, quod placet nobis hac in uia ſeculari; ut perfruamur in coelc- G ſtibus bono ſpirituali. De ſuperbia uero Saxonum, uobis iniuſte reſiſtentium, quae diuino iudicio a facie ueſtra contrita eſt, et gaudendum eſt pro pace eccleſiae et dolendum, quia multus chriſtianorum ſanguis effuſus eſt. Vos autem in talibus plus honorem dei, et iuſtitiam eius procurate defendere, quam honori proprio prouidere. Securius enim quilibet princeps, mille impios poteſt cauſa iuſtitiae punire, quam propriae cauſa gloriae quemlibet chriſtianum gladio ſternere. Omnia enim creauit et regit qui dixit: Ego gloriam meam non quaero: ſaluti quippe noſtrae tunc uere prouidemus, cum in cunctis noſtris actibus gloriam Dei propinamus. De Hermanno uero quondam nuncupato Bambergenſi epiſcopo, nouerit ueſtra ſublimitas, quia iamdiu eſt, ex quo per quendam eiusdem eccleſiae clericum, nobis noſtroque confratri Sigefrido Moguntino archiepiſcopo et clericis praedictae eccleſiae miſimus per noſtras literas, quod auctoritate apoſtolicae ſedis ab omni epiſcopali et ſacerdotali dignitate ſit depoſitus et anathematis uinculo obligatus, quia non timuit Simoniacae haereſi ſacrilegium adiicere, ſanctamque eccleſiam ſibi commiſſam ſicut tyrannus deuaſtare. Vnde rogauimus, et ex parte B. Petri praecepimus et praecipimus, ut in praedicta eccleſia ſecundum Deum talis paſtor ordinetur, qui, quod fur et latro mactauit, Deo fauente uiuificet et, quod ille diſſipauit, ualeat reſarcire. Omnipotens Deus, a quo cuncta bona procedunt, meritis et interceſſione beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, ſua pietate in hac uita nos protegat, et cum dupla uictoria perducat ad uitam aeternam.

NVM. XXXVIII.

Papae GREGORII VII. *breue ad nobiles quosdam Bambergenſes, quo iubentur, ut bona epiſcopatus Bambergenſi, ab* Herimanno *epiſcopo Bambergenſi adquiſita, intra 20. dies ab accepto hoc breui reſtituant, aut anathemate eccleſiae innodati ſint.*

GREGORIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, *Haremanno, Vdelrico, Friderico, Mazelino, Heroldo, Wirintoni Goteboldo*, militibus Bambergenſibus eccleſiae.

INrelleximus iam diu, quod uos, *Anno 1076.* ſcilicet *Haremanne* et *Vdelrice*, accepiſtis bona ipſius eccleſiae, pro introitu Bambergenſis epiſcopi *Herimanni* iam depoſiti, quodque uos *Friderice*, *Mazelme*, *Herolde*, *Wirinto*, poſt illius excommunicationem ab hac ſede bona eiusdem eccleſiae ab eo ſimiliter accepiſtis. Intelleximus etiam de Goteboldo, quando captus tenebatur epiſcopus, iam memoratae eccleſiae bona de manu regis accepiſſe. Sciatis igitur, in eo concilio, quod nuper celebrauimus, ita diffinitum eſſe, ut, niſi infra termi-

minum uiginti dierum, poſtquam haec legationis ueſtrae uerba ad ueſtras aures peruenerint, res iam dictae eccleſiae, quas iuiuſte detinetis, aut reddideritis, aut de manu epiſcopi acceperitis, periculo excommunicationis ſubiiciatis. Si uero reſipiſcentes ad epiſcopum ueneritis, et ſaepe nominata bona reſtitueritis, liceat epiſcopo uos excommunicationis uinculo ſoluere. Dat. in ſynodo 13. Cal. Mart. Indict. XIII.

A

NVM. XXXIX.

OTTONIS epiſcopi Bambergenſis epiſtola ad PASCHALEM II. qua ei notum facit, ſe ab imperatore epiſcopum Bambergenſem conſtitutum, ideoque inueſtituram petit.

Domino patri ſuo, PASCHALI, ſanctae et apoſtolicae ſedis uniuerſali epiſcopo, Otto Bambergenſis eccleſiae, id quod eſt, tam deuotae, quam debitae ſubiectionis orationes et ſeruitium.

QUia totius eccleſiaſticae dignitatis ac religionis firmamentum in Chriſto petra eſt, et in Petro eius diſcipulo et eius ſucceſſoribus: idcirco ab hac linea, ab hac uirga directionis, uirga regnorum, pontificatum et omnium poteſtatum in eccleſia, inſanum duxi aberrare. Vobis igitur, pater ſanctiſſime, et ſanctae matri noſtrae Romanae eccleſiae collum deuote ſubmittens, auxilium et conſilium de rebus meis flagito. In obſequio enim domini mei imperatoris per annos aliquod degens, et gratiam in oculis eius inueniens, ſuſpectam habens in manu principis inueſtituram, ſemel et iterum, cum dare uellet, renui epiſcopatum. Nunc uero iam tertio in Bambergenſi epiſcopatu me ordinauit, in quo tamen minime permanebo, niſi ueſtrae permaneat ſanctitati, per uos me inueſtire et conſecrare. Quicquid ergo placeat diſcretioni ueſtrae de me, per nuncios mihi ſignificate ſeruo ueſtro; ne ſorte in uanum curram, ſi ad uos currere incipiam. Omnipotens mihi propitiam incolumitatem ueſtram cuſtodiat.

Anno 1109. D

NVM. XL.

Paſchalis II. papae reſponſoriae ad praecedentem epiſtolam Ottonis epiſcopi Bambergenſis:

Paſchalis ſeruus ſeruorum dei, Ottoni, dilecto fratri Bambergenſis eccleſiae electo, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

FIlius ſapiens laetificat matrem. Opera tua conſilium tuum uirum praeſerunt ſenſatum. Nos igitur te honorare et profectus tuos iuuare congruum duximus. Nihil ergo de noſtra beneuolentia dubitans, tuam nobis, quantocius uales, praeſentiam exhibeto. Certi enim ſumus, quod diuina ſapientia etiam malis hominibus bene uti nouit. Anno 1109.

NVM. XLI.

EBERHARDI II. epiſcopi Bambergenſis epiſtola ad Eberhardum I. *archiepiſcopum Saltzburgenſem, ut* ALEXANDRI III. *papae partes deſerat, et ſe pluribus archi- et epiſcopis pro* VICTORE IV. *papa iungat.*

REuerendiſſimo patri et domino EBERHARDO, Salzburgenſis eccleſiae archiepiſcopo, EBERHARDVS, Babenbergenſis gratia Dei, ſi quid eſt, tam deuotum, quam debitum cum oratione ſeruitium.

COnuenientibus in unum Papiae epiſcopis circitur L. diuque uentilata quaeſtione papatus, cum dilatio primo pene omnibus complacuiſſet, usque ad maiorem rei notitiam et aliud generalius concilium, praeualuit tandem pars domini Victoris iuſtificata ab altera parte multis modis; quia coniuratio contra imperium factum illud praeceſſerat: quia domini Victoris * immantatio prior, illa poſterior, quo ſolo Innocentius Anacleto praeualuit, cum Anacletus plures et maximae ſcientiae et auctoritatis haberet electores. Deinde quod ad hoſtes imperii pars illa ſe tranſtulerit, obligata ſiculo, Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, per ſacramentum, quod ſanae doctrinae aduerſari uidetur, et cum ſubditos a iuramentis fidelitatis debite abſoluat, et ſeruire imperatori prohibeat quoscunque, et ſic diſceſſioni uiam praeparet, quod peſſimum eſt; ſicut opere ipſo clareſcit, et ſcriptis undque per Italiam directis tam ciuitatibus quam epiſcopis. His malis principiis finem deteriorem promittentibus, perpetuam uidelicet diſcordiam inter regnum et ſacerdotium et diſceſſionem ab inuicem, dum pars Gilla cum omni ſecuritate conductus, nec uenire uoluiſſet, nec etiam procuratores pro ſe mittere, ad ſubeundum iudicium et excipiendam ſententiam, dominum Victorem recipimus, ſpe pacis et concordiae inter regnum et ſacerdotium, longo tamen examine praemiſſo, de tempore et ordine electionis ſuae. De his, qui eius electioni conſenſerunt primitus et poſtmodum retro abierunt, cardinalibus, numero nouem, te- Anno 1160. B G

teſtificante ſuper his omnibus capitulo B. Petri et clero Romano ſcriptis et uiua uoce nunciorum ſub iureiurando. Nuncius regis Francorum promiſit pro eo neutrum ſe recepturum, usquedum nuncios imperatoris recipiat. Nuncius regis Anglorum idem uelle et idem nolle promiſit, tam in his, quam in aliis. Arelatenſis, Viennenſis, Lugdunenſis, Biſuntinus, per literas et per nuncios conſenſerunt. Solus Treuirenſis de regno noſtro ſupereſt in parte illa de numero archiepiſcoporum, qui non conſenſerit; eius tamen ſuffraganei omnes conſenſerunt. Vsque ad uos ſolum peruentum eſt. Angelus magni conſilii dirigat uos ſecundum beneplacitum ſuum, et cuſtodiat uos in omnibus uiis uestris. Praeter hoc praepoſitus multa manifeſtabit uobis, quae non licet ad praeſens homini loqui. Congaudete mihi, qui dimiſſionem accepi, et ad propria redeo.

NVM. XLII.

GEORGII I. epiſcopi Bambergenſis reformatio Conſiſtorii et iudicii decanatus in archiepiſcopatu Bambergenſi.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis, amen:

Anno 1463. GEORGIVS, Dei et apoſtolicae ſedis gratia epiſcopus Bambergenſis, ad futuram rei memoriam. Iniunctum nobis paſtoralis officii debitum exequi, ut tenemur, cupientes, ad ea libenter dirigimus intentionis noſtrae intuitum et diligenter proſpicimus, quae reipublicae commodum reſpiciunt et utilitatem, ut per noſtrae prouiſionis auxilium iuſtitia unicuique reddatur, uitia euellantur, uirtutes plantentur, iniqua deſtruantur, honeſta reaedificentur, ac praua tranſeant in directa, ut ſub latis deformibus reluceant debitae reformationis iudiciorum eccleſiaſticorum decor et pulchritudo, ac totius aequitatis et iuſtitiae exinde proueniant incrementa. Sane licet a noſtris praedeceſſoribus epiſcopis Bambergenſibus pro tempore plures conſtitutiones et ordinationes, regimen et gubernationem iudicii, decanatus, Eccleſiae noſtrae Bambergenſis concernentes, laudabiliter editae fuerint: quia tamen, edocente experientia, hominum malitia excreſcente, conſtitutiones et ordinationes huiusmodi debite non obſeruatae, aut modicum, aut nullum fructum, utriusque ſexus hominibus ciuitatis et dioeceſis noſtrarum Bambergenſium attulerint, quin imo, prout frequenti clamore atque famoſa inſinuatione ad audientiam noſtram crebris uicibus deductum eſt, iidem in pluribus plus debito grauati fuere: Nos igitur GEORGIVS epiſcopus praefatus, prout ex debito paſtoralis officii nobis crediti adſtringimur, his ſalubriter et utiliter prouidere uolentes, uariis et diuerſis tractatibus et conſiliis iurisperitorum ac aliorum prudentum, maturaque deliberatione praehabitis; de conſenſu, uoluntate, et bene placito uenerabilium noſtrorum deuotorum, Conradi de Würtzburg ſenioris, et capituli dictae eccleſiae noſtrae, auctoritate noſtra ordinaria, duximus ordinandum et ſtatuendum; ordinamus et ſtatuimus modis et formis inferius deſcriptis, diſtricte praecipiendo, conſtitutiones et ordinationes ipſas perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari, absque tamen praeiudicio noſtrae ſuperioritatis, iurisdictionis epiſcopalis et ordinariae poteſtatis.

Art. I.

Officialis ſiue index conſiſtorii ſit clericus etc. et in cauſis matrimonialibus tam interlocutoriam quam definitiuam ſententiam.

IN primis itaque ſtatuimus et ordinamus, ut decanus dictae eccleſiae pro tempore officialem ſeu iudicem habeat et teneat clericum, diſcretum, non uxoratum, bonae famae et honeſtae conuerſationis, in iure peritum et expertum, cauſarum experientiam et notitiam habentem, qui, ex commiſſione ſibi pro tempore facienda, recipere poterit poteſtatem iudicandi, quique de iuris peritorum conſilio, tam diffinitiuas quam interlocutorias ſententias ferat, praeſertim in matrimonialibus, in quibus dubium fuerit ac aliis grauibus ac arduis cauſis et negotiis, in conſiſtorio decanatus dictae eccleſiae noſtrae pro tempore agitandis, ſeu examinandis.

II.

Officialis extra cauſas extra ciuitatem cognoſcat.

Item decanus aut officialis praefatus pro tempore conſiſtorium ſuum, in ciuitate noſtra praedicta teneat, nec extra ciuitatem eandem cauſas maiores, uel etiam minores, iudicialem indaginem et maturam diſcuſſionem requirentes, per ſe, uel alium, ſiue alios audire, de illis cognoſcere ſiue eas decidere uel terminare praeſumat, niſi guerrarum aut perſonarum litigantium qualitas, aut alia rationabilis cauſa ſiue euidens neceſſitas ſubſit et id expoſcat, ne partes litigantes propter iuris peritorum ac procuratorum ſuorum abſentiam in iure ſuo graue damnum patiantur.

III.

Aduocatus in hoc iudicio idoneus recognoſci et per uicarium generalem etc. confirmari debet.

Item inhibemus, quod nullus ad procurandum in iudiciis eccleſiaſticis tanquam aduocatus admittatur, niſi prius per uicarium noſtrum in ſpiritualibus et decanum approbatus fuerit etad miſ-

missus ac iuramentum infra scriptum publice coram personis praedictis praestiterit, neque debet aliquis adsumi, in aduocatum, nisi fuerit sufficiens et idoneus in scientia et in causarum experientia repertus, bonae famae et conuersationis honestae et grauis in moribus, in patrocinando fidelis et diligens et in consiliis cautus.

IV.

Aduocati debent libellis suis indicialiter porrectis se subscribere.

Volumus etiam, ut aduocati libellis, positionibus, articulis, exceptionibus, replicationibus, consiliis et caeteris actibus causarum, per eos concipiendis, seu formandis, nomine proprio se subscribant.

V.

Officialis non deneget iustitiam, et quae iudicaliter aguntur, coram notario conscribere curet, priusquam procedat in causa.

Item statuimus et ordinamus, ut decanus, seu eius officialis sint parati et solliciti in exhibenda iustitia partibus ipsis litigantibus, quod ex hoc merito possint recommendari. Ipsi etiam decanus et officialis, in causis coram eis pendentibus magnis, grauibus et arduis, in quibus ordine iudiciario proceditur, non procedant, nisi notario publico praesente, qui singula necessaria quae aguntur fideliter conscribat, ut de actis et meritis causae per legitima documenta constare possit, si hoc ex aliqua causa fuerit opportunum.

VI.

Nemo officialis exerceat sub eadem persona duo officia et qui hoc praesumserit, poenam incurrat hic inferiorem.

Item districtissime prohibemus, ne in eadem causa uel coram uno et eodem iudice, duo quis praesumat exercere officia, saltem de quatuor officiis principalibus, uidelicet iudicis, aduocati procuratoris uel notarii, praeterquam in leuibus seu paruis causis, praesertim pauperum et miserabilium personarum. Et quicunque contrarium facere praesumserit, per sex menses ab omnibus officiis sit ipso facto suspensus et, si secundario in hoc repertus fuit culpabilis, sit et maneat infamis, ac perpetuo ab omnibus officiis suspensus. Poterunt etiam Officialis et notarius, uel sigillifer, in causis paruis, siue simplicibus seu minimis, petitiones, responsiones, et alia occurrentia, scriberc ad registra sua, et expedire causas ad parcendum laboribus et expensis partium.

VII.

Causae arduae, dubiae uel difficiles a iuris peritis bene examinandae, demum expediendae et definiendae sunt.

Item uolumus, quod si aliqua ardua dubia et difficultates iuris in causis coram dictis decano uel officiali emerserint, super quo aduocati seu patroni utriusque partis disceptauerint, decanus seu officialis, si sibi expedire uidebitur, huiusmodi dubium seu difficultatem non diffiniat, nisi conuocatis ipsarum partium aduocatis, et aliis iuris peritis in ciuitate Bambergensi existentibus, qui etiam uocati uenire teneantur, et super huiusmodi dubiis discussiones publicas facere et audire, ne decanum, uel officialem ex improuida causarum expeditione, et sententiae promulgatione, poenitere conringat, et ne partes uexentur expensis et laboribus inutilibus, prout proh dolor saepius extitit expertum.

VIII.

In causis prophanis officialis scienter non procedat, nec processus decernat, exceptis quibusdam causis hic expressis.

Insuper districtissime in uirtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus, ne decanus, aut eius officialis, in causis prophanis, decreto procedat, uel procedi scientes permittat, nec citationes, seu alios processus in ipsis causis prophanis scienter decernat, siue tradat, nisi huiusmodi causae prohanae ex circumstantiis seu qualitate personarum et causarum de antiqua consuetudine laudabiliter praescripta, ad examen iudicis ecclesiastici pertinerent, ueluti pauperum et miserabilium personarum, si proponantur in causa eadem inter ipsos litigantes, iuramentü interuenisse, uel fidem manualem loco praestiti iuramenti datam, saluo quod causae in utroque foro per ius iurandum finitae, nullatenus retractentur, seu si iudices saeculares et temporales debite requisiti, administrare iustitiam recusassent seu denegassent, aut si clericus uel beneficiatus contra agere uelit, et cum super causa personali profana aut criminali, experiri, uel super redditibus, censibus seu prouentibus ecclesiasticis agere, ac si consensus ambarum partium ad hoc accesserit, quibus casibus causae in ecclesiastico foro audiri poterunt et diffiniri: uolumus tamen, quod si conquerens proponat iustitiam recusatam seu denegatam, sibi ius iurandum aut fidem manualem loco iuramenti interuenisse, quod hoc in citatione sibi tradendae clare exprimatur; et si in processu causae contrarium repertum fuerit, uel quodsi ipse conquerens falsc aut dolose exposuerit, in expensis et interesse parti aduersae condemnetur, et causa ipsa absque protractione ad iudicem secularem remittatur, et reus ab instantia iudicii absoluatur.

IX.

In singulis citationibus ipsa causa exprimatur summarie, alias processus nullus et nullo modo pars rea obligata sit comparere.

Item ut praemissa melius obseruentur, et ut iudices seu procuratores siue figilliferi ignorantiam eo minus praetendere ualeant, uel se friuole excusare; uolumus et mandamus, ut in singulis citationibus decernendis, tradendis et exequendis, exprimatur in ipsa citatione summarie, sub uerbis claris et breuibus, ipsa causa, uidelicet an prophana aut ecclesiastica, citationes uero aliter expeditae et omnis processus inde secutus, ipso iure nullius sint roboris et momenti, et conquerens ille in expensis et interesse parti aduersae condemne-

demnetur, neque pars rea obligata erit ad comparendum, causa, ut praemittitur, in citatione non expressa, et idem uolumus in causis, in quibus per monitionem absque citatione praeuia fuerit processum, ut uidelicet in monitione, similiter ipsa causa exprimatur, etiam rectores parochialium ecclesiarum, eorum procuratores siue executores alii, cuiuscunque status uel conditionis sint, ad executionem ac publicationem earundem citationum, siue monitionum minime teneantur.

X.

Officialis personas non infamatas aut forsan suspectas uocet, sed tantum de criminibus manifestis et grauibus, debite illa corrigendo, se intromittat, ac ita agat, ut ad salutem animarum intendat.

Statuimus et ordinamus et autoritate nostra ordinaria prohibemus, ne decanus aut eius officialis de caetero personam aliquam non infamatam, seu aliqua macula publice respersam, uel notabiliter suspectam, ex officio uocet, citet, seu conueniat, nec se criminibus siue peccatis occultis laicorum aliquatenus intromittat, sed duntaxat de criminibus ecclesiasticis, non quidem minimis, seu paruis siue occultis, ut praefertur, sed grauibus et manifestis, praeterquam in casibus, qui nobis et nostris superioribus a iure uel consuetudine reseruati sunt, inquirendo, si opus est, illa debite corrigat et emendet, et in omnibus talibus agat, ut semper circa salutem animarum intendat, cum tali cautela, ne propter questum sustineant aliquos sordescere in delictis, quemadmodum transactis sumus temporibus crebrius experti.

XI.

Via reo conuento in causa criminali innocentiam suam defendendi non est praeclusa.

Rursus si is, qui in causa criminali, ut praefertur citatus et conuentus, se innocentem praetenderet, uolumus ut suam innocentiam defendendi et tuendi, uiis, modis et remediis iustis et licitis, liberam habeat facultatem et, si de crimine diffamatus conuinci nequeat, ad purgationem sine difficultate secundum canonica instituta admittatur.

XII.

Officialis etc. clandestine requirere personam submissam non praesumat, ut se cum eo componat, uel pecuniam extorqueat et accipiat, etc. sub poena hic inserta.

Item ne iudicium ecclesiasticum petra scandali fiat et opprobrium, uolumus, quod neque decanus, neque officialis eius de caetero, per se, seu quamcunque submissum personam citare, seu monere, aut alias quomodolibet requirere praesumant, clandestine siue secrete, uirum uel mulierem iurisdictionis suae, ut se cum ipso, seu sigillifero in hac parte, occasione accusationis, aut inquisitionis, uel denunciationis aut declarationis, seu diffamationis ipsius personae subditae, super adulterii seu fornicationis, aut alio crimine quocunque expediat uel componat, aut pecuniam exquisita iniquitate extorqueat uel accipiat, aut illud fieri permittat, contrarium facientes ab officio iudicandi, per annum sint suspensi, et alias secundum qualitatem delicti puniantur et, si in hoc pluries deliquisse conuincantur, sint infames et a dioecesi nostra expellendi.

XIII.

Testamenta et quaecunque ultimae uoluntates ab officiali non impediendae, nec huiusmodi personae sub sua iurisdictione existentes perturbandae neque molestandae sunt.

Praeterea cum testamentorum et ultimarum uoluntatum liberam fore ordinationem, tam canonica, quam ciuilia iura decernant, uolumus, ut decanus nostrae ecclesiae Bamberg et eius officialis pro tempore existens, omnes et singulos nostrae ditionis subditos, cuiuscunque conditionis, status aut eminentiae existant, tam in genere, quam in specie, de et super huiusmodi ultimarum uoluntatum ordinatione, testamentorum suorum conditione, praefertim in rebus prophanis et inter prophanas et seculares personas, nec non in earundem executione, nullatenus sua iurisdictione perturbent, molestent seu impediant, sed tales ordinationes suo marte currere et progredi sinant, prout uetus mos, laudabilis obseruata et celebrata commendabiliter introduxit, irritum et inane decernentes, si secus factum fuerit, uel quomodolibet attentatum. In ordinationibus autem et legatis in pias causas, hoc uolumus obseruari, ut executores desuper dati et constituti, illas exequi modis omnibus teneantur, qui si desides et negligentes exstiterint, ex tunc loci ordinarius illas et illa, secundum iuris communis dispositionem, exequendi et executioni demandandi liberam habeant facultatem.

XIV.

Officialis forensibus praescriptis et bannitis sum ne aperiat iudicium sed huiusmodi proscribentes etc. etc. coram iudice suo seculari in oppidis et locis etc. iustitiam recipiant, quod si eam recusent, ex tunc ad ecclesiasticum forum recurrendum.

Item quia nonnullorum tam ciuitatis nostrae Bambergensis, quam consulatus Nürnbergensis atque aliorum nostrae dictioni subiectorum, ueridica relatione didicimus, quod, decanus aut eius officialis forenſibus seu extra suam ciuitatem, oppida et loca culpa, eorum exigentium pro scriptis et bannitis, sum aperit iudicium, conatusque talibus iustitiae facere complementum, contra regulam, in qua cauetur, quod actor sequi forum rei teneatur, et contra regulam, ubi habetur, quod quis ex culpa sua non debeat reportare commodum: hoc pro lege damus, quod forenses huiusmodi, etiamsi forent sua culpa a dictis oppidis et locis proscripti seu banniti, si contra et aduersus huiusmodi bannientes, relegantes seu proscribentes, in genere, uel in specie, quippiam causae habeant, per se uel suos procuratores, ad hoc legitime constitutos, et in dictis ciuitate, oppidis et locis, et coram eorum iudice seculari iustitiam recipiant et faciant, pro ut de iure, teneanturque consulatus seu potestates

ad

ad quam uel quas hoc legitime pertinet, et facere habent, huiusmodi personis uel procuratoribus bannitorum, hoc poscentibus et requirentibus, de saluo conductu in dictis ciuitate, oppidis et locis, et in suis limitibus et terminis tam in eundo et redeundo prouidere competenter, hoc prouiso, quod si, ut praefertur, iustitiam facere recusarent seu negarent, ad forum ex tunc ecclesiasticum ipsis libere pateat recursus,

XV.

Ab officiali processus poenales per se ipsos decernendi et alias censuras personaliter ferendae.

Item statuimus et ordinamus, quod decanus aut officialis pro tempore, monitiones et alios processus poenales per se ipsos decernant et excommunicationis sententias, ac alias censuras personaliter ferant et in scriptis promulgent, ac etiam ligatis ab illis absoluant, aut committant in forma iuris, ad hoc, ut saluti animarum subditorum pie et sancte prouideatur, et nullus reus a sententia excommunicationis absoluatur, nisi satisfacto actore, seu alias de eius expresso consensu, nisi in quantum de iure.

XVI.

Ad officium procurationis est admittendus qui per examen repertus idoneus.

Item statuimus et ordinamus, quod nullus ad publicum procurationis officium in ciuitate uel oppido dioecesis nostrae Bambergensis de cetero admittatur, nisi de diligentia et fidelitate ac probitate aliquali experientia et practica fuerit commendatus, ac super his et aliis ad huiusmodi officii exercitum necessariis, per uicarium nostrum in spiritualibus atque decanum et officialem fuerit diligenter examinatus, idoneus repertus et admissus, et iuramentum infra descriptum praestiterit in forma consueta.

XVII.

Procuratores causas iniustas et desperatas defendendas non recipiant, sub poena hic impressa.

Item nullus ex dictis procuratoribus sit iniuriosus uerbo uel scriptura in causarum procurationibus, nec causas, quas nouerit iniustas, iniquas seu alias desperatas recipiat, nec pro causarum defensione ad eas malitiose diutius protrahendas, materias det aut proponat inadmissibiles, quas non ueras esse sciat aut credat, aut probabiles, per artem suam: quod si quis procuratorum in hoc culpabilis repertus fuerit, per causae iudicem, qui hoc nouerit, aut in altero praemissorum eum deprehenderit, quando sibi de hoc constiterit, perpetuo uel ad tempus, prout casus exigit, a procurationis officio suspendatur, et alias secundum casus exigentiam puniatur.

XVIII.

Procurator si per corruptionem ac negligentiam causam iuste petam perdat, laesae parti suae damna restituere teneatur. Item si temere appellauerit, in 2. flor. mol. tandas.

Item uolumus obseruari, quod si procurator per corruptionem, uel aliam malitiam, in causis, quas defendendas susceperit, et eas scienter uel per eius negligentiam perdiderit, aut a grauamine iusto et legitimo ante diffinitiuam appellare obmiserit, dolose in laesionem iuris suae partis, ad quaecunque damna et expensa ultra praedicta restituenda teneatur, si uero temere aut frigole ante diffinitiuam appellauerit, per iudicem ad quem, ultra expensas, in duobus florenis condemnetur, et officio decanatus applicentur.

XIX.

Procuratores iurati sint duntaxat quatuor.

Item, ut refrenetur effrenata multitudo procuratorum, uolumus ut decreto duntaxat sint quatuor procuratores iurati, et nec aliquis constitutus praesumat officium procurationis exercere, nisi iure permittente, sub poenis expulsionis de ciuitate et dioecesi nostris Bambergensibus praedictis.

XX.

Procurator sit legitime constitutus apud acta.

Item nullus procurator de quacunque causa se intromittat iudicialiter, in ea procedendo nomine procuratorio, nisi apud acta uel alias legitime fuerit constitutus, de qua constitutione debite facere debet fidem, alioquin parti aduersae in expensis condemnetur, nisi saltem pro reo caueat pro certa poena, uidelicet quod sufficiens mandatum in termino competenti per iudicem assignando producat, aut si coniuncta fuerit persona, uel consors eiusdem litis, cum sufficienti cautione derato.

XXI.

Procurator, semel legitime constitutus litem persequi teneatur sub poena.

Item quod quicunque procurator in quacunque causa onus procurationis adsumserit, litem prosequi teneatur, et defendere dominum suum, usque ad finem litis, nec praetextu salarii, de quo cautus esse debet, se poterit excusare, alioquin per iudicem iuris remediis adhoc compellatur, et parti aduersae ad expensas et interesse condemnetur.

XXII.

Procurator iusta instructionem suam et informationem respondeat.

Item mandamus, quod nullus procuratorum pro domino suo aliquid de facto in iudicio suo respondeat, uel proponat, maxime per iuramentum, nisi super hoc a parte sua plene fuerit instructus, siue informatus, et secundum informationes sibi factas meram proponere uel respondere debet ueritatem, si periurii poenam et grauem ultionem uoluerit euitare.

XXIII.

Ad officialatus officium adspirans prius per uicarium generalem et decanum examinandus et coram ipsis iuramentum deponendum.

Item nullus de caetero exercendum officium officialatus seu notarius consistorii decanatus admittatur, nisi prius per uicarium nostrum et decanum fuerit examinatus, et coram ipsis seu altero ipsorum praestiterit iuramentum infra scriptum, omnia etiam per ipsos officialem et notarium in iudicio, uel extra acta, gesta et facta, per sigillife-

rum sigillata, ante huiusmodi iuramentum praestitum, ipso iure sunt nulla et irrita, et alias ad arbitrium nostrum, seu successorum, aut uicarii in spiritualibus grauiter punietur.

XXIV.

De quota litis ne paciscantur, sub poena infamiae.

Inhibemus, ne aliquis aduocatorum seu procuratorum paciscatur cum parte, de certa quota litis, nec aduocatus cum procuratore uel procurator cum pedello, aut uice uersa conueniant de salario inter eos diuidendo, uel aliqua alia certa portione subleuanda, culpabiles in praemissis inuenti per iudicem poena infamiae notentur, officialis etiam nullatenus conueniat cum notario coram se scribente, decreta quota salarii notario debita cum ipso diuidenda.

XXV.

Pedelli et nuncii iurati sint ad citationes, ac mandata diligenter exequenda.

Item uolumus, ut certus habeatur numerus pedellorum ac, nunciorum iuratorum, uidelicet quatuor aeditui ecclesiae nostrae Bambergensis, et unus alius per uicarium nostrum in spiritualibus deputandus, ad citandum accitationes et mandata uerbo eis commissa exequendo, intra ciuitatem nostram Bambergensem, et alii quatuor, qui debent esse communes ad ferendas literas citationum et mandata extra dictam ciuitatem nostram, nec non ad citandum, referendum et exercendum, quae officium eorum requirunt: nullus etiam pro nuncio siue pedello assumatur: nisi prius in praesentia uicarii nostri aut officialis solitum praestiterit iuramentum infra scriptum.

XXVI.

Realiter et cum effectu partibus praesentanda praesentent, et nullatenus fraudulenter abscondans sub poena arbitraria.

Item nuncii seu pedelli iurati, literas seu mandata ipsis praesentata, illis quibus sunt praesentanda, realiter et cum effectu praesentent, et nullatenus illas uel illa lacerent, uel abscondant fraudulenter: et si aliquis in hoc repertus fuerit culpabilis, per uicarium nostrum aut officialem, ad tempus uel perpetuo, secundum qualitatem delicti, suspendatur et alias ad arbitrium puniatur.

XXVII.

Nuncii neglectas literas propriis impensis suis reformet et nullas insolentias ad impediendum iter suum faciant, sub poena 1. flor.

Item si nuncius neglexerit aliquam literam praesentare infra unius mensis spatium, tunc illam propriis sub expensis faciat reformari, nisi iusta et rationabili causa merito excusetur: ipsi etiam nuncii seu pedelli, in itinere ad portandum literas siue processus iudiciales constituti, nullatenus cum taxillis pro pecuniis ludere praesumant, nec aliquas insolentias faciant, per quas iter suum impediri ualeat, seu iudicia seu iurisdictio, tam decani, quam officialis, ualeant uituperari. Et si culpabiles in hac parte fuerint, pro qualibet uice unum florenum Rhenensem soluant fabricae ecclesiae nostrae Bambergensis, et ad arbitrium iudicis nihilominus punientur.

XXVIII.

Ob intimationem retardatam personae citatae comparere non tenetur.

Volumus insuper, ut, quoties etiam decani, aut officialium suorum citationis, seu monitionis executio, uel intimatio in tantum fuerit retardata, quod persona citanda uel monenda, seu eius responsalis in termino citationis uel monitionis, propter propinquitatem ipsius termini, considerata longinquitate seu distantia loci, computando uidelicet ad minus saltem duo milliaria, pro qualibet die inter intimationem factam et terminum citationis siue monitionis, non poterit commode comparere, tunc huiusmodi citatio uel monitio per plebanum uel alium, cui ipsa litera directa, uel praesentata fuerit, mandari executioni non debet, persona quoque citata minime comparere teneatur.

XXIX.

Fiant citationes etc. publice e cathedra ecclesiae parochialis et parti reae per capellanos.

Item citationes, monitiones et alii processus, parti reae personaliter, uel saltem per plebanos, uel uice plebanos, uel alios capellanos, seu diuinorum rectores, in umbone ecclesiarum, diebus dominicis et festiuis duntaxat, in aud entia plebis seu populi publicari, et publice intimari de cetero, ut ab antiquo fieri est consuetum, debebunt.

XXX.

Citatus termino praefixo non comparens accusari et manitio in debita forma decerni contumax contumacem petatur, si actor non comparuerit, reus absoluatur, fit ambo contumaces sint, fit compensatio.

Item si citatus in termino non comparuerit per se uel idoneum responsalem, accuset actor, seu eius procurator, contumaciam rei, docendo, si bono modo poterit, de executione citationum per sigillum seu subscriptionem illius, qui ad executionem mandati fuerit deputatus, uel per nuncii iurati fidelem relationem, et hoc registretur, et petatur monitio in forma debita decerni contra contumacem. Alioquin si processum fuerit contra aliquem tanquam contumacem, et de contumacia citati et comparitione actoris et sui procuratoris non constiterit per registrum causarum, omnis processus inde secutus sit inualidus, ne usque sine difficultate absoluatur, et actor ipsi reo in expensis condemnetur; si autem in termino citationum actor contumax fuerit, cum contumacia actoris maior est quam rei, et reus comparuerit, ex tunc actor condemnetur reo in expensas, nec ad citationem aliam obtinendam admittatur, nisi cum cautione debita, de ulterius fideliter comparendo; si autem in termino citationum actor et reus contumaces fuerint, fiat compensatio hinc inde.

XXXI.

15. dies sint interm dii in-

Verum quia expositum habuimus, quod

ter processum praecedentem debite executum et sequentem recipiendum.

quod etiam in causis ecclesiasticis coram ecclesiastico iudice pertractatis multae sint admissae exorbitantiae susque requisiti, ut super eo similiter prouideamus de remedio opportuno, quapropter inhibemus dicto decano, ac eius officiali pro tempore existenti, ne in causis pendentibus coram ipsis, scienter per saltum procedant, uolentes, quod literae citationum, monitionum, suspensionum, excommunicationum, aggrauationum, reaggrauationum, siue aliorum processuum, per dictos decanum aut eius officialem, sub debita iuris forma, nec non debitis et ab antiquo consuetis et introductis temporū fiant interuallis, ita uidelicet, quod inter unum et alium processum, scilicet praecedentem antea utique debite executum et inter sequentem recipiendum ac etiam intimandum, sit ad omne minus quindenae interuallum elapsum: citationes, monitiones et processus aliter fulminati nullius sint roboris uel momenti, plebanique et caeteri executores, requisiti ad executionem seu obseruationem mandatorum seu processuum per saltum fulminatorum uel emissorum, exequi minime teneantur. In hoc culpabilis repertus reo ad interesse et expensas condemnetur, et ad arbitrium iudicis debite puniatur. Debent tamen ipsi plebani, et executores caeteri, de huiusmodi exorbitanti processu iudici causae fidem facere per propria scripta, aut relationem fidelem, sed si plebanus seu executor processum asseruerit per saltum fore, uel se priores processus non recepisse, de mendacio conuictus fuerit, per iudicem causae animaduersione condigna puniatur ad arbitrium iudicis.

A grauatus et reaggrauatus uisus fuerit, uel moram traxerit, in forma debita fulminetur, et quindecim de post elapsis, si ipsius excommunicati contumacia exegerit, poterit poni cessatio diuinorum usque ad triduum post ipsius excommunicati recessum ad sex dies, et deinde post quindecim dies, ad nouem dies. Iisdem itaque processibus fulminatis, B succesiue tunc poterit demum in casibus a iure praemissis procedi, cum maturitate ad interdicti ecclesiastici obseruantiam, ecclesiasticae sepulturae inhibitionem, iuxta contumaciae proteruitatis exigentiam, seruatis gradibus, interuallis et formis in cessatione diuinorum superius expressis, processus uero aliter fulminati, ipso facto sunt nulli, actor- C que seu eius procurator in hoc culpabilis, teneatur reo in expensas et interesse, et nihilominus secundum qualitatem delicti per iudicem grauiter puniatur: in casibus tamen ubi propter captionem seu spoliationem personarum ecclesiasticarum, pedellorum et nunciorum iuratorum, seu pro defensione ecclesiasticae libertatis et iudiciorum ecD clesiasticorum, uel alias in casibus a iure conciliis generalibus uel statutis synodalibus, permissis, ex officio procedendi fuerit praedictus ordo, usque quaque non erit obseruandus, sed tunc procedi poterit debite prout negotii qualitas requirit.

XXXII.

Tempus interdicti sepulturae ecclesiasticae, ne redimatur a nemine modico pretio.

Item abusum distrahendi uel redimendi ecclesiasticam sepulturam penitus tollentes: uolumus et ordinamus, F quod tempore cessationis diuinorum, uel interdicti, ecclesiastica sepultura a nemine, praesertim qui huiusmodi cessationi et interdicto causam non praebuit, aliquo etiam pretio qualitercunque modico redimatur, nec etiam pro sepultura aliquid exigetur.

XXXIII.

Pasc. 15. dies praeter loppas demum procedatur ad interdicti ecclesiastici uel inhibitionis ecclesiasticae sepulturae promulgationem.

Item ad obuiandum grauibus animarum periculis ac diuersis scandalis, uolumus et ordinamus, ut processum inhibitionis, communionis, seu literae participantiae communiter nominatae, non immediate ad interdicti ecclesiastici, uel inhibitionis ecclesiasticae sepulturae promulgationem procedatur. Sed primo tunc post quindecim dierum interuallum, cessatio diuinorum in locis, in quibus ipse excommunicatus, aggraue-

XXXIV.

Communio, ciuitas etc. etc. interdici nullo modo potest, aut ecclesiasticae censurae supponi, nisi ob culpam et causam hic expressam.

Veruntamen uolumus et mandamus, E ueluti etiam per Basiliense concilium prouisum est, quod nulla communitas, oppidum uel castrum, uilla, aut locus ecclesiastico supponi posset interdicto, nisi ex causa et culpa ipsorum aut domini, rectorum aut officialium: propter culpam autem seu causam alterius cuiuscunque priuatae personae huiusmodi loca nequaquam interdici possunt, quacunque ordinaria uel delegata auctoritate, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata, seu in ecclesia publicata, ac domini seu rectores, uel officiales ipsorum locorum, auctoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam infra biduum C indecim effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, quodque persona huiusmodi et post biduum eiecta recedenda uel satisfacienda sine dolo et poena diuina mox resumi possit.

XXXV.

Interdicta et censurae ecclesiasticae promulgentur in ecclesia parochiali illius personae rectoris residentia, et non alibi.

Item cessatio a diuinis, inhibitio ecclesiasticae sepulturae et sententiae interdicti, tamen deinceps promulgentur in ecclesia parochiali, uillae uel oppidi, seu loci duntaxat, infra cuius limites persona excommunicata, in cuius contumaciae poenam sic proceditur, domi-

cilium habet uel reſidet, ſeu morarur, et nullatenus extendatur ad alias eccleſias etiam filiales, a matricibus eccleſiis ſeparatas.

XXXVI.

Sigillum ne apponatur, niſi literis priꝰ uiſis, lectis et bene ponderatis. Nec terminus uariari uel deleri permittatur.

Item officialis et alii ſigillatores, ſiue proceſſus ſigillantes, nullatenus ſigillent, niſi prius litera ipſa uiſa et lecta fuerit per eos ac diligenter examinata. Et ſi huiusmodi literae uel proceſſus in ſtilo, debita congruitate, materia uel forma peccent, nullatenus ſigillum apponant et, ſi forte appoſitum fuerit, ſigillum dilacerent. Sigillum enim nullatenus apponant ad membranas non deſcriptas, uel ad citationem, in quibus terminus comparitionis uel nomina actoris ſeu rei, uel data literae non eſt deſcripta, uel alias ſpatium uacuum in literis ipſis, ſiue proceſſibus, infra principium et finem literae fieri permittant, ad euitandum fraudes, ſaepius in talibus, experientia docente, commiſſas. Terminus etiam citationum comprehenſus nullatenus debet uariari uel deleri, uel alius terminus comparitionis interlinealiter, uel in ſpatio, ſeu alias inſcribi, ſub graui poena, talia doloſe committentibus infligenda.

XXXVII.

Teſtium examen fiat a peritis et non ſuſpectis etc. et duplex ſolutio ne exigatur extra ciuitatem ubi examen factum uel faciendum.

Item examinatio teſtium debite cum diligentia et maturitate fieri debet, non quidem per imperitos et inexpertos iudices et notarios, ſed adhibeatur ſemper aliquis in his peritus et expertus, et partibus non ſuſpectus, alias ſi per ignorantiam ſeu imprudentiam examinatorum, ſurget laeſio alicuius partis, idem examinator ad refuſionem expenſarum, damnorum et intereſſe teneatur, arbitrarie nihilominus per ſuum ſuperiorem puniendus. Volumus etiam, ſi extra noſtram ciuitatem Bambergenſem teſtium examen alicui contigerit demandari, quod officialis et ſigilliſer, ad duplicem ſolutionem pecuniae, pro examine teſtium ſolui conſuetae, nequaquam aliquem ulterius perurgeant, ſed ſimplici ſint ſolutione contenti.

XXXVIII.

Officialis iuſtitiam partibus miniſtret lites abbreuiando, quantum commode fieri poſſit dilationes depellendo etc. Item cisent perſoluat taxam.

Item uolumus, quod decanus ſiue officialis in cauſis, in quibus coram eo fuerit procedendum, debite procedat, partibus iuſtitiam miniſtret, lites, quantum poterit, faciat breuiores. Amputet dilationis materiam, exceptiones, dilationes et appellationes fruſtrarias repellat, partium aduocatorum, et procuratorum contentiones et iurgia, teſtiumque ſuperfluam multitudinem refraenet, et alias taliter in omnibus mature ſe habeat, ne partes ex proceſſu in debitis laboribus et expenſis, contra iuſtitiam grauentur. Praeterea uolumus et mandamus, ut is, qui alium citari procurauerit, pro citatione aliis proceſſibus taxam perſoluat, quae inferius eſt ſignata. Quodque citatus ad ſolutionem huiusmodi nullatenus urgeatur, niſi ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſcilicet, ut victus, victori in expenſas condemnetur.

XXXIX.

Officialis iuris ordinem ſtricte obſeruet.

Caeterum quia imperatores eſſe debemus, de quo ſcriptum eſt, iuſtus dominus et rectum iudicium eius, hortamur, requirimꝰ, et uolumꝰ imo in uirtute ſanctae obedientiae mandamus, quatenꝰ decanus noſter et eius officialis, iuris ordinem, prout a ſanctis patribus inſtitutū eſt, in cauſarū cognitionibus obſeruent in procedendo, in citando, in dilationibus et terminis dandis, non praecipitent in ſententis ferendis, uiam iuſtitiae et aequitatis omnino et uigilanter cuſtodiant, neque etiam perſonas non conſortes eiusdem litis commiſceant, quoniam ſeparatorum ſeparatim debet eſſe iudicium et citationum ſeu monitionum legitima executio, ut ſuae iuriſdictionis ſolidum ſit firmamentum; reproduci faciant neminem, niſi legitime et perſonaliter citatum et apprehenſum, ſeu monirum, nec excommunicent, niſi talis eſſet, qui ſe in frauderū abſentet, uel niſi impediat, quo minus citatio ad eum perueniat, uel niſi citationis notitia, quae ad eum peruenit, eundem uerum contumacem conſtituat.

XL.

Officialis quomodo in matrimonialibus procedere debeat.

In cauſis matrimonialibus conſeruentur manus mundae, ſecundum deum et iuſtitiam procedatur et, quam primum conſtat per confeſſionem amborum partium iudicialiter factam, nec matrimonium, nec ſponſalia eſſe contracta, ſimpliciter abſque aliqua pecuniarum pro literis redimendis, aut alia extorſione, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam alter ab altero libere abſoluatur, et ab arrharum receptione omnino abſtineatur, niſi dum conſtaret, eos illicirum ſcienter contraxiſſe matrimonium, tunc quidquid alter alteri dedit, perdat, ac fiſco applicetur, niſi minore aetate, aut errore excuſentur. Praeterea ſi duobus comparentibus in cauſa matrimoniali, actor matrimonium eſſe contractum firmaret, et pars rea negaret, deficeretque actor in probationibus hoc caſu etiam arrharum receptio eſſet, et pars negans ad literas deſuper redimendas, niſi ſponte id elegerit, nullatenus eſt compellenda. Curet etiam, ne facile, cum aliae poenae eccleſiaſticae ſuperſunt, quibus inobediens caſtigari queat, ad ſententiam excommunicationis, qua poena in eccleſia grauior non eſt, ſubito prorumt et feſtinet, reliqua quoque

que manu teneat, quae sunt iuris et rationis.

XLI.

Laborantibus personis iudicialibus non est deneganda moderata mercedis exhibitio.

Caeterum quia laboranti non est debitae mercedis exhibitio deneganda, expedit ut, per statuta et ordinationes, certus modus rationabilis et discretus adsignetur, per quem iudicibus, procuratoribus, scriptoribus, notariis et pedellis, pro eorum salario moderato satisfiat et litigantes, qui litigiorum inuoluuntur anfractibus et plerumque fatigantur laboribus diuturnis, superfluis expensarum effusionibus non grauentur.

XLII.

Sequitur taxa iudicialis, cognita et approbata.

Item aduocati procuratores et notarii recipiant salaria moderata, iuxta qualitatem negotiorum et personarum, ponderatis circumstantiis occurrentibus, sicque quod partes ultra modum, seu alias indebite non grauentur. Quod si aduocatus procurator seu notarius excessiuum exegerit salarium, ad arbitrium iudicis ipsius causae salarium ipsum debite moderatur, habito desuper consilio, si uoluerit, aliorum aduocatorum, procuratorum seu notariorum, et siquis frequenter repertus fuerit impudicus, aut immmoderatus exactor salarii, per iudicem priuetur et ab officio suspendatur, prout iudici uidebitur expedire.

Immoderati exactores salariorum arbitrariis puniantur.

Item procurator in causis communibus, pro quolibet termino iudiciali recipere poterit tres ternarios monetae currentis.

Item pro citatione, in qua est causa exprimenda, recipere potest duos denarios pro scriptura, et unum denarium pro sigillo et non ultra. Si uero plures personae in ea ponantur, pro qualibet unus denarius persoluatur: sed pro citatione, in qua ponitur uniuersitas, siue communitas, pro sigillo decem denarii et non ultra exigantur.

Item pro monitione duos denarios pro scriptore, et quatuor pro sigillo, si uero plures in ea personae ponuntur, quam una, de qualibet harum dabitur unus denarius pro sigillo, sed pro minitione contra uniuersitatem decem denarii pro sigillo recipiantur.

Item pro libera excommunicationis siue crescentiae, scriptori duo, et pro sigillo tres denarii dabuntur.

Item participationis siue aggrauationis, pro scriptore duo pro sigillo tres denarii dabuntur.

Item pro litera inuocationis siue reaggrauationis pro scriptore duo, et pro sigillo quatuor denarii dabuntur.

Item pro processu simplicis cessationis a diuinis, pro scriptore tres, et pro sigillo quatuor denarii dabuntur.

Item pro cessatione ad triduum, scriptori tres, et pro sigillo quinque denarii dabuntur.

Item pro cessatione ad sex dies, scriptori tres, et pro sigillo sex dabuntur denarii.

Item pro cessatione ad nouem dies pro scriptore tres denarii et pro sigillo septem dabuntur.

Item pro cessatione interdicti ecclesiastici cum inhibitione sepulturae, tres pro scriptore et pro sigillo octo denarii dabuntur.

Item pro processu interdicti ad tres dies, scriptori tres et pro sigillo decem denarii dabuntur.

Item pro processu interdicti ad sex dies, scriptori tres et pro sigillo duodecim denarii dabuntur.

Item pro processu interdicti ad nouem dies scriptori tres et pro sigillo sedecim denarii dabuntur.

Item pro scriptura cuiuslibet absolutionis et interdicti relaxationis et effectus tres denarii dabuntur.

Item pro simplici absolutione dabuntur pro sigillo octo denarii, et quotquot in ea personae ponuntur, toties octo denarii dabuntur.

Item pro absolutione, participatione seu aggrauatione, nouem denarii, ut supra, dabuntur.

Item pro inuocationis seu reaggrauationis interdicto decem denarii, ut supra dabuntur.

Item pro absolutione cessationis diuinorum quocunque dierum pro sigillo dabuntur quindecim denarii.

Item pro relaxatione interdicti ecclesiastici siue inhibitionis sepulturae, dabuntur quindecim denarii, et una libra cerae.

Item pro relaxatione interdicti generalis, triginta denarii et duae libras cerae dabuntur.

Item pro effectu cuiuslibet processus poenalis, dabuntur decem et octo denarii, quorum quatuor cedunt notario pro scriptura.

Item pro decreto arresti dabuntur decem et octo denarii, quorum decem cedunt sigillo, quatuor officiali, et quatuor pro notario scribendi, in relaxatione arresti totidem.

Absens uero impetrans absolutionem quamcunque duplum dabit.

Iudaeus infelix agens in praemissis et exclusus a synagoga, petens restitutionem, dabit semper duplum.

Item pro corpore mortui in sententiam excommunicationis etc. recipiatur iuxta facultatem defuncti et ad gratiam.

Volumus etiam et mandamus, quod is, qui excommunicatum absoluit, ultra dictos denarios, scriptori et sigillifero

ro ſoluendos, poenitentiam ſiue emendum ſpecialem, ſecundum qualitatem negotii et perſonae, imponet circumſtantiis conſideratis in hoc ponderandis, ut ſi diu in ſententiis ſorduit, et plures proceſſus contra ipſum ſunt fulminati, ſecundum hoc grauior emenda imponatur. Ad ieiunandum uidelicet uel ad faciendum eleemoſynas, ſeu ad ſoluendum ad pios uſus pecuniam, ſiue ad dandam ceram pro candelis utendis ad diuina officia, medietatem eccleſiae cathedrali, et aliam medietatem in eccleſiis eorum parochialibus ſub quibus degunt ipſi excommunicati uel alibi, et ſic de ſimilibus ſecundum diſcretionem abſoluendis.

Item pro nuncio deferendi literas, ſiue proceſſus inter partes; pro qualibet milliari computentur duo denarii, et non ultra, nec ad plus ſoluendum obligetur aliquis in taxatione expenſarum.

Item nuncio ſiue pedello in ciuitate Bambergenſi citanti, et deferenti intra flumen unus denarius, ultra flumen uero duo denarii dabuntur.

Item notario cauſae, ſiue ſigillifero in iudiciis ordinariis pro reguirenda contumacia, ſine comparitione alicuius uel aliquorum, pro qualibet perſona dabitur unus denarius.

Item pro ſingulis aliis terminis iudicialibus tegiſtrandis dabuntur tres denarii.

Item ſi non offertur libellus, ſed petitio uerbis proponitur, et in actis petitur regiſtrari, pro regiſtratione recipiat notarius quatuor denarios.

Item pro receſſibus de regiſtris ſeorſim ſcribendis, pro notario tres denarii et pro ſigilliſero tres denarii dabuntur.

Item ſi forſan proceſſus eſſet nimis prolixus, propter proteſtationem procuratorum, ſiue partium ſeu alia de cauſa recipiatur pro notario duplum, ſed pro ſigillo tantum quatuor denarii recipiantur.

Item mandamus et ordinamus, ut de cetero acta cauſarum ſcribantur in foliis et ſexternis, more Romanae curiae, cum magnis ſpaciis et ſpacioſae ſcripturae, latus foliorum contineat circa uiginti quatuor rigas, et quaelibet riga circa ſex uel ſeptem dictiones, et pro ſcriptura cuiuslibet folii in ſexternis debent ſolui quatuor denarii.

Item pro latione ſententiae diffinitiuae cuiuscunque uincens dabit decem et nouem denarios, et ſuccumbens octo, quorum quindecim cedunt officiali.

Item pro ſententia interlocutoria uincens dabit decem et nouem denarios, de quibus cedunt officiali quindecim, reliqui denarii pro regiſtratura.

Item pro ingroſſatione ſententiae interlocutoriae duodecim denarii.

Item pro ſigillo ſententiae diffinitiuae dabuntur duo floreni uel minus, iuxta qualitatem perſonarum ſeu cauſarum.

Item pro ſigillo ſententiae interlocutoriae triginta denarii recipiantur.

Item pro ſigillo agendorum extra iudicium, utputa donationum, recognitionem, confeſſionum etc. unus florenus dabitur.

Item pro regiſtratione actuum, qui fiunt extra iudicium puta donationum contractuum etc. pro notario decem denarii.

Item pro examine cuiuslibet teſtis dabuntur duo groſſi, quorum unus cedit officiali, alter uero notario.

Item pro litera expurgationis ſupra crimen dabitur medius florenus uel minus, de quo cedunt notario quatuor groſſi.

Item pro commiſſione teſtium extra ciuitatem Bambergenſem examinandorum recipiatur, pro inclusis uidelicet articulis et interrogatoriis, unus florenus iuxta qualitatem perſonarum, et medietas cedit notario.

Item pro iuramento quocunque abſoluto dantur ſeptem denarii.

Item pro quolibet conpurgatore datur ad regiſtrum unus groſſus.

Item uolens uidere receſſum in regiſtro et eum praelegere, dabit notario duos denarios.

Item pro interpoſitione appellationis uerbo dabuntur uiginti octo denarii.

Item pro inſtrumento appellationis dabitur medius florenus, qui cedit notario et pro inſtrumento inſinuationis ſex groſſi.

Iuramentum officialis.

Ego N. promitto et iuro, quod officium officialatus mihi commiſſum fideliter et ſollicite exercebo, et ſpecialiter in reddendo iuſtitiam unicuique nihil in grauibus maioribus et arduis cauſis et negotiis, in quibus fuerit dubium notabile, interloquendo uel diffinitiue pronunciando faciam: absque alicuius iuris praematuro conſilio, in cauſis etiam grauibus, arduis et magnis coram me pendentibus, in quibus ordine iudiciario proceditur, non procedam ſeu terminos ſeruabo, niſi notario publico praeſente; libellos, poſitiones, articulos, aliaque acta iudiciaria, ad officium aduocatorum ſpectantia, in cauſis arduis non admittam, niſi alicuius aduocati uel iuris periti ſigno uel nomine fuerint

rint signata, in causis uero prophanis scienter iudicialiter non procedam, neque citationem siue alios processus in huiusmodi causis alicui scienter tradam, casibus tamen in statutis praesentibus expressis exceptis, nisi de expresso mandato superioris mei me hoc facere oporteret, statuta etiam et ordinationes per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum GEORGIVM, episcopum Bambergensem, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die prima mensis Iulii facta, et factas, in quantum me et officium mihi commissum concernunt, fideliter obseruabo et ab aliis, quantum in me erit, obseruari faciam, dolo et fraude quomodolibet exclusis, sic me Deus adiuuet et quatuor conditores euangeliorum.

Iuramentum sigilliferi.

Ego N. promitto et iuro, quod circa officium sigillandi literas et processus nihil commissum, fidelis et diligens ero, in causis prophanis, nisi in casibus in statutis praesentibus expressis, citationes uel processus minime scienter sigillabo, literas etiam uel processus, nisi ipsis uisis, lectis et examinatis, non sigillabo, et ad membranas seu etiam cartas non descriptas, ad citationes, seu processus, certos terminos comparitionum requirentes, sine conscriptione terminorum scriptas, uel alias ad scripturas interlineales, seu uitium aliud manifestum in locis suspectis, patiantes sigillum nullatenus scienter apponam, pecunias etiam debitas pro literis citationum uel etiam monitionum et aliis processibus poenalibus sigillandis non remittam, nisi personis in statutis praesentibus expressis, uel nisi speciale mandatum et expressum domini mei adhoc accesserit, pecunias etiam per me de sigillo recipiendas domino meo fideliter absque deminutione tradam. Obseruabo et obseruari faciam, quantum in me erit et in quantum me concernunt, omnia et singula statuta, per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum GEORGIVM episcopum Bambergensem, de anno a natiuitate domini millesimo, quadringentesimo sexagesimo tertio, die prima mensis Iulii facta et edicta. Sic me Deus adiuuet et quatuor conditores euangeliorum.

Iuramentum aduocatorum consistorii Bambergensis.

Ego N. iuro et promitto, quod officium aduocati fideliter geram et sollicite exercebo, et specialiter in patrocinando et consulendo, nunquam etiam causam iniquam siue iustam scienter foA uebo, et cum de iniquitate et iniustitia eius mihi constiterit, eam amplius non fouebo, nihilque proponam et allegabo per me uel alium pro causa protrahenda, uel ad uexandum indebite aduersarium clientuli mei laboribus et expensis, cum clientulis meis etiam pro quota non paciscar. Statuta etiam per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum GEORGIVM episcopum Bambergensem, de anno domini millesimo, quadringentesimo, sexagesimo tertio, die prima mensis Iulii facta et edita, in quantum me concernunt, fideliter obseruabo et ab aliis, quantum in me erit, obseruari faciam. Sic me Deus adiuuet et quatuor conditores euangeliorum.

Iuramentum procuratorum.

Ego N. procurator iuro, quod officium procurationis mihi commissum fideliter geram et sollicite exercebo, absque dolo et fraude, iniustas et iniquas causas scienter non fouebo, in eis procurando uel officium procurationis exercendo, nec cum parte pro certa quota litis paciscar, neque ut falsum respondeat uel calumniose agat uel defendat in iudiciis non inducam, pro dominis etiam meis uel contra ipsos penitus nihil negabo, uel fatebor iudicialiter, nisi ab eisdem dominis meis mihi fuerit commissum, seu per ipsos ad sic negandum uel fatendum fuero informatus, quodque testes non informabo de falso, nec subornabo etiam partem meam ad friuole appellandum, seu fraudem uel malitiam exercendam non inducam, taliaque per me non faciam, nec scienter falsum in iudicio respondebo, literas et processus iudiciales per me dirigendos seu directos non radam, non cancellabo, maxime in terminorum praefixione et propriorum nominum descriptione, seu aliis locis merito suspectis, aliaque omnia et singula in statutis per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum GEORGIVM, episcopum Bambergensem editis et contentis, in quantum me concernunt fideliter et absque fraude obseruabo, sic me Deus adiuuet et haec sancta Dei euangelia.

Iuramentum nunciorum.

Ego N. promitto et iuro quod officium mihi commissum fidaliter sine fraude pro posse et nosse agam et explebo, literas etiam et processus mihi committendos ad loca deputata, personaliter deferam, seu deferri per alium fidelem nuncium faciam, prout oportunum fuerit processibus. Insuper literas seu mandata in executione seu pu-

publicatione neglectas, seu retardatas, A executioni demandari seu publicari scienter non faciam nec permittam, sed eas, si culpabilis fuero, in hac parte faciam meis expensis et laboribus renouari, literasque huiusmodi et processus publicandos ad plebanos, seu executores eorum deferam, locis et temporibus opportunis parti personaliter aut in umbonibus ecclesiarum coram populo siue plebe publice intimandos, uel saltem transumtum seu copiam huiusmodi literarum seu processuum apud eosdem executores dimittam. Statuta etiam per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum GEORGIVM, episcopum Bambergensem, de anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die prima B mensis Iulii edicta et in futurum edanda, in quantum me concernunt, obseruabo, sic me Deus adiuuet et haec Dei sancta euangelia.

Statuta haec singulis annis publice, praesentibus omnibus personis huius iudicii decanatus, praelegantur sub poena dimidii floreni, qui se malitiose et absque causa legitima absentant.

Vt igitur ordinationes et statuta nostra huiusmodi perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruentur, et ne illa ob memoriae labilitatem humanae obliuioni dentur, et ut officiales, C aduocati, sigilliferi, procuratores, pedelli et caeteri, per ordinationum et statutorum eorundem audientiam et inspectionem assiduam circa eorum obseruantiam attentius uigilent, et sint attenti; Statuimus, quod ordinationes et statuta nostra huiusmodi de uerbo ad uerbum in loco iudicii decanatus Bambergensis singulis annis feria secunda proxima post dominicam quasimodogeniti hora primarum, uel prima die sequenti, si festum fuerit, feria secunda, per aliquem intelligentem, quem ipse officialis adhoc duxerit deputandum, solenniter alta et intelligibili uoce legantur, et ab omnibus silentium teneatur: uolumus ut tempore huiusmodi lecturae, quae incipi debet praecise in secundo pulsu primarum, officiales, aduocati, sigilliferi, procuratores, pedelli sint praesentes, et quicunque ex praedictis tunc praesens in ciuitate Bambergensi, se absentaret seu tempore huiusmodi lecturae praesens non fuerit, fisco decanatus Bambergensis, medium florenum absque remissione fienda persoluet, nisi infirmitate uel alia rationabili manifesta causa excusetur, quam causam ipsi decano exprimere debet, nihilominus licentiam se absentandi, ab eodem domino decano petere et obtinere.

Omnibus etiam horum statutorum copia detur.

Ordinamus etiam et praecipimus, ut quilibet officialis, aduocatus, sigilliser, procurator, notarius et pedellus dictorum statutorum nostrorum, antequam officium ei commissum exerceat, copiam propriam habeat, et penes se retineat,

Item si officialis circa lecturam, ut praemittitur, fiendam fuerit negligens, pro qualibet uice duos florenos ad fabricam ecclesiae Bambergensis persoluat, et ad hoc per decanum eiusdem ecclesiae compelli poterit et debebit.

Officialis circa lecturam hanc praedictam negligens 2. florenos mulctetur.

Praemissas quoque constitutiones et ordinationes nostras, atque consistorii decanatus ecclesiae nostrae Bambergensis reformationes, perpetuis futuris temporibus obseruandas in loco capitulari dictae ecclesiae nostrae, ubi, ad capitularia negotia tractanda, capitulum ipsius ecclesiae nostrae conuenire consueuit, in dicti Conradi de Wurtzburg senioris, et aliorum canonicorum capitularium ibidem capitulariter congregatorum et capitulum facientium praesentia, publicari ac publice pronunciari fecimus et mandauimus eosdemque seniorem et capitulum monuimus, requisiuimus et hortati fuimus, quatenus consentientes ea una nobiscum suo sigillo capitulari munire et roborare curarent. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes literas, praetactas constitutiones, ordinationes et reformationes in se continentes, exinde fieri et per notarium publicum scribamque nostrum infra scriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrique uicariatus sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datae et actae Bambergae in loco capitulari quo supra. Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini pii, diuina prouidentia papae II. anno quinto, die uero Veneris, prima mensis Iulii hora tertiarum, uel quasi praesentibus ibidem uenerabilibus nostris deuotis ac strenuis et fidelibus dilectis, Gumperto Fabri, in decretis licentiato, canonico ecclesiae sancti Stephani Bambergensis nostro in spiritualibus uicario generali, Henrico Steinbach, sacro theologiae doctore et praedicatore ecclesiae nostrae Bambergensis praedictae, Henrico de Schaumberg, Alberto de Gich militibus, Marco de Rothenhan, Conrado de Helberstatt, Georgio de Czeyern, armigeris, iuuallis et consiliariis, et Ottone Pryckemeyer, secretario, nostris testibus ad praemissa uocatis pariter et rogatis.

Confirmatio et publicatio horum statutorum facta.

Appensio sigilli uicariatus.

Et sigilli capituli cathedralis ecclesiae.

Et nos Cunradus de Würtzburg senior, et capitulum ante dictae Bambergensis, admoduertentes, reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum episcopum Bambergensem supra dictum, ad huiusmodi constitutionem ordinationem reformationem et di-

dispositionem rationalibus et aequissimis causis permotum in signum nostri consensus pariter et assensus, sigillum nostri capituli, una cum appensione sigilli, uicariatus praetacti, praesentibus iussimus et fecimus appendi.

Subscriptio notarii publici, iudicii uicariatus actuarii, eiusque signeti appositio.

Er ego Nicolaus Christian clericus Bambergensis dioecesis, publicus imperiali auctorirate notarius, reuerendissimi in Christo patris et domini, domini GEORGII episcopi Bambergensis supradicti atque consistorii uicariatus sui scriba, quia dictis constirutionum, ordinarionum et reformationnm publicationi er pronunciationi; uenerabilium et circumspectorum uirorum dominorum senioris et capituli monitioni, requisirioni etex hortationi, eorundemque dominorum senioris et capiruli consensus praestationi et aliis praemissis, dum sic, ut praemittitur, agerentur er fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, aeque sic fieri uidi er audiui: ideo praesentes literas, praelibatas constitutiones, ordinatiunes et reformationes in se continenres, in mandato praefari domini GEORGII, episcopi, confeci, er per alium fidelem, me interim aliis praeoccupato negotiis, in nouem cum dimidio pergameni foliis er tredecim fere rigis usque ad praesenrem meam subscriptiunem fideliter scribi procuraui, meque manu propria hic subscripsi, er signum meum consuerum, quo in publicis utor instrumentis, una cum appensionibus dicturum uicariatus et capituli sigillorum, appossui, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Confirmationes testamentorum aliorumque defunctorum dispositiones spectant ad iudicium uicariatus et actiones ex legato etc. eorum episcopo eiusque uicario etiam officiali decani in prima instantia uentilentur.

Additio ad tertium decimum articulum supra scriptae reformationis incipientem: praeterea cum testamentorum etc. facta sequitur et est illa.

Articulus tertius decimus supra dictae reformationis incipiens, praeterea cum testamentorum et ultimarum uoluntatum etc. debet in suo robore permanere, hoc addiro, quod confirmationes testamentorum quorumcunque, quae ab ecclesiastico iudice peti debent et consueuere, etiamsi quis se testamenro siue eius confirmationi opponat coram episcopo, aut eius uicario, actiones uero ex legatu similiter coram episcopo aut uicario, uel, si actor libuerit, coram ufficiali decani, in prima instanria, sine impedimento cuiusquam uentiletur.

HENRICI III. episcopi Bambergensis interpretatio extensiua reformationis consistorii et iudicii decanatus Bambergensis, a Georgio I. episcopo Bambergensi factae.

A In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Amen!

HENRICVS, Dei gratia episcopus Bambergensis, ad futuram rei memoriam, iniuncta pastoralis follicitudinis cura nos inducit, commodis subditorum inuigilare et eorundem periculis obuiare, dissensionemque remouere, B ac ambiguitates siue dubia, quae exinde emergunr, elucidare. Sane licet felicis recordationis GEORGIVS, episcopus Bambergensis, praedecessor noster, plures constitutiones ac laudabiles ordinationes, regimen et gubernamen iudicii decanatus ecclesiae nostrae Bambergensis ediderit atque promulgauerit, quia ramen experientia et pra- C ctica edocentibus, propter earundem, ut aliquibus uidebatur, obscuritatem seu ambiguitarem dubia emergebant, ex quibus tandem altercationes tollere subditisque nostris in praemissis salubrirer prouidere cupientes, ut tenemur, iuris peritorum et prudentum nostrorum maturo consilio praehabilium ac deuotorum in Christo nobis dilecto- D rum Viti praepositi, Hermidi decani, ac capituli dictae nostrae Bambergensis ad constirutiones et ordinationes praefatas, quas reformationem uocant, infra scriptas constitutiones et ordinationes tanquam priorum declaratorias er modificatorias, adiiciendas duximus atque annectendas, adiicimus et annectimus modis er formis infra scriptis, E districte praecipientes, constitutionem, ordinationem, declarationem et modificationem huiusmodi, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari.

Primus articulus.

Causas matrimoniales et huiusmodi impedimenta cognoscere spectat ad consistorium.

In primis itaque statuimus, ordinamus et declaramus, quod de caetero F decanus ecclesiae nostrae Bambergensis, aut eius officialis, super matrimoniis et earundem ratione consanguinitatis, affinitaris aur spititualis cognatio- nis, nec non aliis legitimis ex causis impedimenris, denunciationem recipere et admittere, ac denunciationem huiusmodi, dummodo per sanctam synodum, plebanum, uice plebanum, G coniunctam parti, aut aliam personam fide dignam, iuxta iuris communis dispositionem, aut permissionem fiant, procedere possit, debeat et teneatur, quoque decanus notarium siue figilliferum suum, aur alium, cui huiusmodi officium pro tempore incumbit, speciali iuramento adstringat, ad sic, ut praemissum est, personarum denunciationem fiendam duntaxat processus de caetero emittat.

II.

Soluatur taxa hic expressa ab utraque parte citato, licet ne citatus fuerit ab utraque parte contra-ctus matrimonialis.

Item quod partibus aliquibus, ſicut praedicitur, ſuper matrimonio denunciatis, citatis comparentibus, ſi ambae partes matrimonium ſe contraxiſſe inuicem negauerint, ac iuramentis ſe expurgauerint, cum iam per citationem executam fama quaedam apud eccleſiam ſit inducta, quaelibet illarum partium ad ſolutionem unius quartae floreni, pro literis ad eccleſiam ſuam certificatoriis, et unius groſſi uſualis, aut ſeptem denariorum pro ſcriptura ſit obligata.

III.

Pars negans ob defectum probationis iuramentum deponens abſoluenda, taxa tamen ab utraque parte ſoluenda.

Item quod ſi partibus ſuper matrimonio ſic denunciatis, citatis comparentibus, una matrimonium negaret, altera uero confiteretur, illicoque partem negantem ſuper matrimonio impeteret, ſed nullos ſe teſtes habere adfirmaret, obque defectum probationis per iuramentum abſolueretur, quaelibet illarum partium pro literis ad eccleſiam ſuam certificatoriis dabit unam quartam floreni et pro ſcriptura unum groſſum.

IV.

Taxa hic expreſſa ſoluenda ab ipſo parte abſoluta pro literis abſolutoriis.

Item ſi nemine denunciante, pars aliqua aliam ſuper matrimonio citari obtinuerit, ipſisque comparentibus in iudicio, pars impetita matrimonium negauerit, pars impetens autem teſtimonia nulla habere adfirmauerit, et pars impetita per iuramentum ſe expurgauerit et abſoluatur, hoc caſu pars abſoluta pro literis ſententiae abſolutoriae ad certificandam eccleſiam, ſoluat dimidium florenum, et pro ſcriptura quindecim denarios : ſi uero in caſu praemiſſo pars impetens ſuper matrimonio teſtes ſe habere gloriaretur, proceſſusque in huiusmodi cauſis obſeruari ſolitus inſtituatur cum obſeruatione terminorum, ex tunc, ſiue teſtes producantur, ſiue non, pars uincens ad ſolutionem unius floreni pro literis, et unius libraepro ſcriptura ſit obligata.

V.

Pro literis abſolutoriis in cauſis impedimentorum ſoluatur taxa hic expreſſa.

Item ſi in cauſis impedimentorum matrimonii ratione conſanguinitatis, adfinitatis, cognationis ſpiritualis, aut alterius impedimenti, proceſſum fuerit ad denunciationem aliquarum perſonarum, et per perſonas ut ſupra primo capitulo expreſſas, ambae partes denunciatae, ſibi de aliquo impedimento minime conſtare, ſuis iuramentis declarent, quaelibet partium huiusmodi teneatur ad ſolutionem unius quartae floreni, pro literis ſententiae ad eccleſiam certificandam, et unius groſſi pro ſcriptura. Si autem denuncians teſtes ſe habere iactitaret, quos etiam ex tunc officialis uocare et examinare tenebitur, A ſiue hoc caſu declaretur eſſe impedimentum aliquod inter ipſas partes, ſiue nullum, quaelibet partium ad ſolutionem dimidii floreni teneatur, et quindecim denariorum pro ſcriptura.

VI.

Taxa pro abſolutione ſuper diuortio

Item ſi aliqua pars alteram impetit ſuper diuortio, ratione conſanguinitatis, adfinitatis aut alterius impedimenti, teſtesque produxerit, pars uincens ad ſolutionem unius floreni teneatur pro literis, et unius librae pro ſcriptura; Si uero hoc caſu teſtes producti non fuerint, pars uincens ſoluat dimidium floreni pro literis, et dimidiam libram pro ſcriptura.

VII.

Taxa in cauſis defloration. etc.

Item in cauſis defloration. ac diuortii ratione adulterii, ſaeuitiae aut ex quacunque alia cauſa, uel crimine intentato, dummodo ad inſtantiam partis proceditur, quia proceſſum, libellum et terminorum obſeruationem exigunt, ſiue teſtes producantur, ſiue non, uincens pro literis ſententiae dabit unum florenum, et pro ſcriptura unam libram, ſi uero ſummarie ſuper non cohabitatione aut aliis cauſis praedictis proceſſus fieret, pars uincens ſoluat dimidium florenum pro ſententia, et dimidiam libram pro ſcriptura.

VIII.

Item in aliis cauſis expenſarum puerorum eſt.

Item in cauſis expenſarum puerperiorum, educationis puerorum, alimentorum et ſimilibus pus caſibus, in qui bus nec libellus offerri nec termini obſeruari conſueuerunt, pars uincens ſoluat dimidium florenum pro literis ſententiae, et dimidiam libram pro ſcriptura.

IX.

Item in cauſis decimarum.

Item in cauſis decimarum, redituum, cenſuum aut iurium eorundem et ſimilibus, ſi proceſſus iure in talibus fieri ſolitus inſtituitur, uincens dabit unum florenum pro literis et unam libram pro ſcriptura. Si ſine terminis et cum teſtibus, dimidium florenum et dimidiam libram; Si uero ſine terminis et teſtibus unam quartam floreni, et unum groſſum pro ſcriptura.

X.

Concordans cum praeceden.

Item ſi ſuper fructibus et decimis retardatis, aut locatis, et nondum ſolutis, aut cenſibus, aut redditibus agatur, in his caſibus aeſtimationem fieri uolumus ad quantitatem et ualorem huiusmodi fructuum, decimarum, cenſuum et redditum retardatorum non ſolutorum, iuxta praecedens capitulum, incipiens: item in cauſis decimarum.

XI.

Taxa in cauſis profanis

In cauſis uero prophanis, dummodo proceſſus inſtituitur, libellus offertur, termini obſeruantur, ualorque rei ſiue

cauſa

causa ipsa, de qua agitur, excedit decem florenos, soluatur unus florenus, per uincentem pro literis sententiae, et una libra pro scriptura; Si autem causa est infra duos florenos, fiat solutio unius quartae floreni per uincentem et unius grossi pro scriptura; si infra duos florenos, pro literis nihil exigatur, si uero res siue causa, de qua agitur, excedit, quadraginta florenos, eo casu dabuntur duo floreni pro literis sententiae, et duae librae pro scriptura. Item quod in huiusmodi causis profanis nisi summam decem florenorum excedant, processus plenarius non obseruetur.

NB. qui processus procedere potest ex lege diffamari.

XII.

Et ne de caetero aliqua partium, praetextu non petitionis, aut non receptionis literarum, a solutione taxatum, in antedicta reformatione positarum, hic non mutatarum, aliquatenus se exonerare ualeat aut excusare; statuimus et ordinamus, ut, siue literae recipiantur siue non, dummodo tamen confectae et sigillatae, dari non recusentur, partes ipsas nihilominus ad omnium et singularum taxatum praedictarum effectualem solutionem, prout unamquamque, secundum saepe dictae reformationis et huius nostrae declarationis tenores, concernunt, ipsi decano sore et debere esse obligatas, nisi per decanum aut quemuis alium ultra taxas, sicut praedictum est, positas et moderatas, quicquam exigatur, neque postuletur.

Partes ad praedictas taxas omnino tenentur, modo literae confectae et sigillatae dari non recusentur.

sed non ultra taxas hic positas exigatur

XIII.

Item ut decanus aut eius officialis in causis pretii deseruiti etiam inter laicas personas, ex antiqua consuetudine hactenus introducta, procedere habeat, seruitii appellatione de caetero intelligi uolumus id seruitium non solum, quod per conductos domesticos impenditur, qui uulgariter gedingt, gebrodte, behalter dicuntur, sed etiam id seruitii, quod non per domesticos fit; dummodo tales pretio conducti meras operas his quibus laborant absque alicuius materiae administratione, pro diuturno denario impendunt, messorum et tribulatorum ac similium, qui uulgariter Taglöhner nuncupantur, quotum etiam pretium deseruitum uulgariter Liedlohn appellatur, sutorum autem et fabrorum ac similium, qui cum laboribus aliquid materiae administrant, et uendunt his quibus laborant seruitium, cum iidem et similes uulgariter nit gebrote, behalter, nec Taglöhner uocentur, talium etiam pretium deseruitum uulgariter Liedlohn non nominetur, comprehendi uolumus.

De seruitiis domesticis, ubi merae operas suas pretio conducti cognoscere etiam ad consistorium spectat, et quomodo intelligatur.

XIV.

Item quod in dispositis per ipsam reformationem et hanc nostram declarationem seruetur reformatio et declaratio, in non uero dispositis seruetur ius commune, aut laudabilis consuetudo hactenus tenta et praedicta, dummodo tam consuetudo huiusmodi iuri communi aut reformationi aut declarationi praedictis non sit contraria.

Ob non hic expressi recurratur ad ius commune.

XV.

Statuimus etiam, ut tam officialis, quam sigilliser decani, et etiam procuratores super obseruandis ante positis capitulis et declaratinnibus, in quantum officium uniuscuiusque concernit, coram personis, quibus receptio iuramenti super saepe dicta reformatione in eadem est commissa, similiter corporale praestent iuramentum in forma scripta.

Omnes personae iudiciales praestent hoc corporale iuramentum.

Ego N. iuro ordinationes et declarationes per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Henricum, episcopum Bambergensem, de anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, die mercurii, uicesima sexta mensis Nouembris editas, in quantum me et officium meum concernunt, fideliter obseruare et, quantum in me fuerit, ab illis obseruari faciam atque mandabo. Sic me deus adiuuet et sancta dei euangelia.

Praemissas quoque constitutiones, ordinationes et declarationes nostras huiusmodi perpetuis futuris temporibus obseruari accurare, in ualuisque eiusdem ecclesiae publicari et dicti consistorii lucis nunc primo, et deinde cum aliis nostris et praedecessorum nostrorum statutis et ordinationibus, singulis annis una cum dicta reformatione publice pronuntiari uolumus. In quorum omnium fidem et testimonium praemissorum praesentes literas huiusmodi nostras constitutiones, ordinationes et declarationes in se continentes exinde fieri mandauimus. Nostrique uicariatus sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Datae et actae Bambergae, in curia nostra episcopali, die Mercurii, uicesima sexta mensis Nouembris, anno a natiuitate domini millesimo, quadringentesimo, octuagesimo octauo, praedictis.

Et singulis annis dictae constitutiones pronunciandae.

Et nos Vitus Truchses, praepositus, Hermidus uon Steirf decanus, Georgius de Auffses senior, et capitulum dictae ecclesiae Bambergensis animaduertentes, reuerendum patrem et dominum, dominum HENRICVM, episcopum Bambergensem praesatum, ad huiusmodi constitutiones, declarationes, ordinationes et reformationem rationabilibus ex causis motum, nostrum adhibuimus ex adhibemus consensum et adsensum. In cuius rei testimonium supra dictas literas etiam nostri capituli sigilli duximus appensione communiri.

STATVTA EPISCOPATVS BAMBERGENSIS, ut in synodo Bambergensi sub praesidio HENRICI III. episcopi confecta et publicata sunt.

Anno 1491. HENRICVS, Dei gratia et apostolicae sedis episcopus Bambergensis, uniuersis et singulis in Christo nobis deuotis, dilectis abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, succentoribus canonicis, collegiis, capitulis et conuentibus, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, uicariis perpetuis, capellanis primissariis, abbatistis, presbyteris, curatis et non curatis diaconis et sub-diaconis et tam secularibus quam ordinum quorumcunque regularibus clericis, totique clero ciuitatis et dioecesis nostrae Bambergensis cuiuscunque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis ac praeminentiae et excellentiae existant communiter et diuisim, salutem in domino sempiternam.

Inhac synodo nostra uestigiis praedecessorum nostrorum inhaerendo, constitutionibus super synodo celebrata in concilio Basilienſi editae satisfaciendo, quasdam constitutiones et ordinationes, ac certa statuta cum quibusdam additionibus, correctionibus et declarationibus, simul collectis uestrae dirigimus charitati tenoris subsequentis, uobisque et uestrum cuilibet authoritate dei omnipotentis mandamus, et ipsa statuta in uirtute sanctae obedientiae firmiter et fideliter obseruare studeatis. Inhibemus quoque sub poena excommunicationis, ne aliquo alio opusculo praeter praesens pro statutis nostris synodalibus ut amini quoquo modo. Et primum

Tit I. de SS. trinitate et fide catholica.

A Summo inprimis numine, a quo omnia procedunt, sumentes exordium, catholicam Christi profitemur fidem, ac eam quam tenendam docet et praedicat mater nostra uniuersalis et apostolica ecclesia, praecipientes clero et populo nobis subiectis: ut in uera religionis christianae ueritate ambulantes sanctam et individuam trinitatem, patrem filium et spiritum sanctum unum Deum sincera adorent cordis puritate: nec quicquam credant, colant et uenerentur, quod Romanae ecclesiae aut patrum orthodoxorum decretis et a ueritate catholica censeatur alienum atque refutandum.

Propter quod ut fidelium populus uulgaris in ipsa christiana fide rectius uiuat et plenius instruatur; praecipimus ecclesiarum parochialium rectoribus et aliis quibuscunque, qui praedicationis exercent officium, quod tam in sermonibus, quam confessionum auditionibus, circa hoc specialiter sint attenti. Ne, quod absit, error in fide exurgat in populo. Quodque in singulis parochialibus ecclesiis dominicis et festiuitatum diebus in praedicationibus ipsi populo orationem dominicam, incipientem *pater noster* etc. et Aue Maria et symbolum apostolorum in materna et uulgari lingua, secundum quam populo congruerit, fideliter et diligenter pronuncient et praedicent.

Tit. II. de constitutionibus

CUm membra sine capite nihil agant, praesentia statuta, quae quaeuis capitula, uel collegia ecclesiarum nostrarum ciuitatis et dioecesis, etiam de praelatorum suorum consensu, super quibusuis arduis statum ecclesiarum tangentibus, ordinatae, quibus in ipso actu ad instar tutoris auctoritas episcopi non accesserit; declaramus et decernimus, non tenere talia praesentibus irritantes, imo irrita renunciantes et de caetero fieri prohibentes. *Authoritas episcopi requiritur in statutis.*

Tit. III. de praescriptis et commissionibus.

HOminum malitiis iustitiaeque et iudiciis per apostolicarum et aliarum literarum fallitates, aliasque Deo odibiles adinuentiones, Dei timore postposito, illudentium, obuiare uolentes, iustitiam ipsam uera iustaque iudicia, quantum cum Deo possumus promouere et confouere cupientes: uniuersis et singulis abbatibus, praepositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, custodibus, tam nostrae cathedralis, quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, plebanis, uice plebanis, capellanis, uicariis perpetuis, altaristis, primissariis, presbyteris curatis et non curatis, clericis, notariis et tabellionibus publicis, per ciuitatem et dioecesin nostram Bamberg constitutis, in uirtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districte praecipiendo inhibemus, ne de caetero abbates, praepositi, decani, scholastici, cantores, custodes et alii deputati, uel in futurum deputandi, etiam a sede apostolica aut eius auctoritate, executores et subexecutores aut iudices delegati aut subdelegati, literas quascunque etiam apostolicas de gratia uel iustitia, aut commissiones per modum subdelegationis seu alias ipsis factas quomodolibet exequi, uel citatorios, aut quos-

quoscunque alios proceſſus, poenales decernere emittere uel promulgare. Nec abbates, praepoſiti, decani, ſcholaſtici, archidiaconi, cantores, cuſtodes, canonici, rectores, plebani, capellani, uicarii perpetui, altariſtae, primiſſarii, caeterique prebyteri clerici, notarii et tabelliones ſupra dicti, literas huiusmodi aut quoscunque citatorios, aggrauatorios, reaggrauatorios, interdicti, uel alios proceſſus poenales, quauis etiam praeterquam ordinaria auctoritate a nobis uel iudicibus nobis ſubiectis, in ciuitate uel dioeceſi noſtra, per quemcunque emiſſos, inſinuare, intimare, publicare, uel exequi praeſumant, priusquam de diligenti examinatione literarum earundem ac proceſſuum huiusmodi, per nos et uicarium noſtrum in ſpiritualibus aut commiſſarium generalem per literas aut illius patentes deſuper datas ſeu confectas literas, quae *uidimus* communiter appellantur, fuerint plenius informati. Quicunque autem ex ſupra dictis huiusmodi noſtrae inhibitionis transgreſſor, ſi beneficiatus fuerit, fructu beneficii ſeu beneficiorum ſuorum carere debet ad unum annum; ſi autem beneficio caruerit, in ſacris tamen conſtitutus, ſuſpendi debet a diuinis, et in ſacris miniſtrare prohibemus. Notarios uero, qui ipſam praeſentem inhibitionem uiolare praeſumſerint, absqueeo, quod poena cum hoc condigna mulctentur et puniantur, in ciuitate et dioeceſi noſtris eorum actus exercere poſtea nullatenus permittemus.

Sub poena excommunicationis prohibetur omnis delatio etc. executio uel etiam proceſſus poenalium promulgatio abbatibus praepoſitis etc. etc. per commiſſionem etc. iniunctis.

Vicarius etc. examinet quascunque literas, et iam a ſede apoſtolica emanatas et examinatas per uidimus approbet.

Poena contra transgreſſores huius inhibitionis.

Ex iniuncto nobis paſtorali officio compellimus, ut uſum falſarum literarum reſtringamus, ne damna inde eueniant, in quantum nobis a domino conceditur, extirpare cupientes hac praeſenti irrefragabili perpetua conſtitutione et ſanctione, authoritate, qua fungimur, ſtatuimus omnibus et ſingulis noſtrae ciuitatis et dioeceſis clericis et perſonis, in quocunque gradu conſtitutis, tam dignitatibus perſonalibus, praelaturis, officiis et beneficiis eccleſiaſticis praeſidentibus, et aliis quibuscunque notariis et tabellionibus publicis praeſentibus et futuris, in uirtute ſanctae obedientiae, et ſub excommunicationis priuationis beneficii et officii poenis, quas quemlibet, qui contra praeſentem conſtitutionem et inhibitionem fecerit, aut fieri procurauerit, eo ipſo et de facto incurrere uolumus, et eas in eosdem et quemlibet eorum fecimus, Dei nomine in ſcriptis firmiter et diſtricte praecipimus et mandamus, ne aliquis eorum per literas quascunque etiam bullatas ſeu tanquam apoſtolicas in iudicem ſeu conſeruatorem uel commiſſarium, aut in executorem uel ſubexecutorem in gratioſis uel inſtitiae negotiis, tanquam delegatus, uel alias fuerit requiſitus, huiusmodi literis recipiat; ſeu eas exequatur, uel eas exequi faciat, aut procuret, ſeu procedat, uigore earundem, aliquo modo: Et ne aliter clerus noſtrae ciuitatis et dioeceſis proceſſus ſeu mandata ex huiusmodi literis, et earum authoritate habitos et confectos, ac habita et confecta, ſeu quoscunque, quascunque et quaecunque alios alias uel alia proceſſus literas et mandata per delegatos uel ſubdelegatos huiusmodi emanatas ſeu aliquem earundem recipiat, intimet uel inſinuet, publicet uel alias exequatur, tamdiu et quoscunque primitus certificati fuerint per literas noſtras aut uicarii, uel commiſſarii noſtri literas, quae communiter uidimus nuncupantur, quod huiusmodi literae per nos uel uicarium noſtrum uiſae, examinatae et absque falſitate iuſtae legitimae et rationabiles fuerint approbatae: Quod ex tunc eas reuerenter accipiant, et cum omni obedientia exequantur, certificantes inſuper clerum noſtrum uniuerſum, quod etiam poſt poenas et cenſuras eccleſiaſticas praedictas contradictores quoslibet et rebelles arctius, prout eorundem pertinacitas et temeritas meruerit, proceditur.

Nemo clericus etc. quoscunque literas etiam a ſede apoſtolica emanatas, et proceſſus ac mandata exequatur absque approbatione uicarii generalis etc.

Tit. IV. de qualitate praeficiendorum.

QVoniam ſollicite curandum et prouidendum eſt de cura animarum et ſacramentorum eccleſiaſticorum, ne imperiti ad regimen huiusmodi curae et beneficiorum adſumantur, aut eis praeficiantur.

Hac ſacra ſynodali approbatione ſtatuimus et uolumus, quod deinceps non ſolum, quando ad SS. ordines admittantur, ſed etiam dum eccleſias ſuſcipiunt regendas, et beneficia clerici de ſcientia, peritia, moribus, uita, honeſta conuerſatione et aliis diligenter examinentur: Et clericus nouiter ad ſacerdotium promotus, cum aliis clericis in exercitio regiminis animarum dudum prouectis, per biennium commorari debet, circa regimen et curam inſtruendus. Nec infra biennium liceat alicui talium curam alienae parochiae in noſtra dioeceſi regere, niſi id ex cauſa per nos uel uicarium noſtrum diſpenſatiue fuerit indultum. Rectores eccleſiarum ſuarum uicarias contra praeſe is noſtrum ſtatutum concedentes et curam committentes ab earundem eccleſiarum fructuum perceptione, authoritate praeſentium ſuſpenſos eſſe uolumus ipſo facto, tamdiu, donec a nobis uel dicto

Nouiter ad ſacerdotium promoti intra biennium cum curam animarum ne ſuſcipiant, priusquam bene informati fuerint.

Poena contra transgreſſores huius ſtatuti etiam.

nostro uicario restitutionem super hoc meruerint, obtinere.

Tit. V. de S. unctione.

DAmnamus quorundam errorem, quo in extrema unctione unus iungit et alter profert uerba sacramenti: sub poena igitur suspensionis prohibemus, talia de caetero attentari, in omni autem sacramento conferendo actum faciens etiam sacramentalia uerba ad conficiendum et tractandum proferre debet. Item sacerdos diligenter obseruet, ut sacramentum extremae unctionis administret sub forma deprecatiua, quam beatus Gregorius hac uidelicet forma instituit: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per uisum: et sic de singulis membris et locis inungendis. Etiam insinuet recipientibus effectum huius sacramenti, qui duplex est, unus sanitatis corporalis, et alius sanitatis spiritualis; et istud sacramentum tantum adultis et in periculo mortis constitutis est conferendum. Firmiter similiter praecipiendo statuimus, ut in singulis ecclesiis et capellis nostrarum ciuitatis et dioecesis, in quibus sacerdotes populum regunt et subditos communicare consueuerunt, habeatur de caetero oleum infirmorum, ne propter eius carentiam aliquibus deficiat huiusmodi sacramentum.

Seruanda est forma per B. Gregorium instituta in administrando sacramento extremae unctionis sub poena suspensionis.

Confertur eleum sacramentum tantum adultis et agonizantibus.

Semper conseruandum in ecclesiis et capellis.

Tit. VI. de clericis peregrinis.

CLericum extra nostram dioecesin et ab alio episcopo promotum, ac aliū quemcunque alienae dioecesis, nullus rector siue beneficiatus in sua ecclesia, siue capella, diuina permittat celebrare officia, seu in capellanum recipiat, nisi per nos aut nostrum in spiritualibus uicarium examinatum et admissum, ac de examinatione, admissione et ordinatione eiusdem per nostras aut dicti uicarii nostri literas, legitimam fecerit fidem et conuersatio eius probata fuerit, sub suspensionis poena praesentibus prohibemus.

Vicarius generalis clericos peregrinos ad diuina celebranda uenientes prius examinet.

Tit. VII. de officio archidiaconi.

STatuimus, ut nullus omnino archidiaconus curam animarum instituendo in parochialibus ecclesiis, siue capellis, aut beneficiis, sine consensu nostro, aut mandato alicui tribuat, imo cura animarum ac beneficiorum ordinatio et institutio in episcopi iudicio et potestate maneat: Si quis uero contra hoc, aut potestatem, quae ad episcopum pertinet, sibi usurpare praesumpserit, ab ecclesiae limitibus arceatur. Quam constitutionem uolumus ab archidiaconis ecclesiae nostrae firmiter obseruari; ipsis in uirtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandantes, ne curam animarum pastoribus uel uicariis ecclesiarum aut capellarum sine nostra licentia et consensu committant aut eos in ipsis instituere nec ipsis pastores et uicarii institutionem et curam praeter nostrum iudicium seu consensum recipiant ad eisdem. Nos etiam, si quid contra praesens statutum et inhibitionem attentatum fuerit, irritamus et cassamus ac irritum decernimus et inane, ipsosque rebelles grauiter puniri uolumus.

Cura animarum penes episcopum non autem archidiaconum manet.

Tit. VIII. de officio sacristae.

OFficia sacristae, uel ecclesiastici, aut campanatoris, siue ad clericos, siue ad laicos eorum receptio pertineat, gratis et sine omni datione, aut promissione pecuniae uel alterius rei temporalis, personis idoneis conferantur, qui uelint et possint rite officium huiusmodi adimplere, et de sacramentis custodiendis ac synodiis et ornatu ecclesiarum conseruandis diligentiaque debita circa singula facienda praestare debent cautionem; Et plebano ac iuitricis obedientiae et fidelitatis officiorum huiusmodi facere promissionem teneantur. Qui etiam sacristae siue campanatores ab officiis suis praemissa facere recusauerint, ac alias ex iusta causa per et coram iudice ecclesiastico discutienda, possint amoueri, superpelliciis quoque tempore diuinorum baptismi et deportationum corporis Christi et sacrae unctionis ad infirmos uti debeat, sub poena priuationis huiusmodi suorum officiorum.

Index ecclesiasticus discutit causam sacristarum

Tit. IX. de officio uicarii.

STatuimus, ut rectores ecclesiarum sufficientem assignent portionem suis uicariis, de bonis suarum ecclesiarum et beneficiorum, ut de iis congruam sustentationem habere, et iura episcopalia persoluere, ac alia onera incumbentia ualeant supportare, alioquin decernimus dictos rectores huic nostro statuto non parentes dictarum ecclesiarum et beneficiorum fructibus priuandos. Statuendo etiam decernimus prouidere contra malitiam ipsorum rectorum et statuimus, quod ipsi uicarii mutari non debent passim singulis annis ac uoluntatem ipsorum qui hoc propter turpem quaestum faciunt faciunt. Sed tunc demum cum ipsi rectores actu sacerdotes existentes in ipsis ecclesiis per se deseruire uolunt, uel quando alias ipsi uicarii ex causis legitimis ab ipsis ecclesiis merito sunt remouendi. Similiter statuimus, et sub poena priuationis tertiae par-

partis fructuum mandamus, ut plebani et beneficiati noſtrarum ciuitatis et dioeceſis domo ſuarum eccleſiarum et beneficiorum competenter reficiant, ac in aedificis ſolitis manuteneant, ne ipſas ruinam ſeu caſum pati contingat.

Domus eccleſiae et beneficiorum conſeruandae et reficiendae.

Cum ſit reprehenſione dignum, ut quis oues proprias, alteri earum curam omittendo, deſerat et alienas regere, praeſertim cauſa auaritiae, praeſumat; Id circo diſtricte inhibemus, ne quis parochialem eccleſiam obtinens, alienam regere, tanquam mercenarius aliquatenus [illegible]entet, niſi ſuper hoc petita et obtenta noſtra aut uicarii noſtri licentia ſpeciali. Et nihilominus in literis deſuper per nos uel eundem uicarium edictis cauſa contineanda, quare ſuam commode regere non ualeat, contrarium uero facientes ab officiis diuinis decernimus ſuſpendendos.

Presbyteris duarum parochialium eccleſiarum uicarias habere omnino prohibemus, qui uero contrarium facere praeſumſerint, prima, quam ipſo facto facere decernimus, careant. Alterius uero uicariae, quamdiu primam occupauerint, prouentibus per nos uel uicarium noſtrum in ſpiritualibus in utilitatem fiſci noſtri et eccleſiae, in qua uicaria eſt, conuertendis, eo ipſo ſint priuati.

Mercenarii priuandi per uicarium generalem. Vicarius generalis etc. applicat fiſco prouentus beneficii, reſeruato caſuum.

Tit. X. de maioritate obedientiae.

INhibemus, ne de caetero aliqua religioſa ſaecularisue perſona ſe de diſpenſationis, abſolutionis, uel alio quouis actu ad nos, ratione dignitatis pontificalis uel iurisdictionis de iure pertinentis, ſeu authoritate, ſiue poteſtate aliqua nobis ſpecialiter reſeruata aliqualiter intromittat, uel eadem auctoritate quouis modo utatur, niſi cui nos eandem auctoritatem noſtram, ſicuti opportunitas ſuaſerit, in parte uel etiam generaliter duxerimus committendam, ſub poena excommunicationis, quam contra facientes incurrere uolumus ipſo facto.

Nulli capellani nobilium in capellis etiam caſtrorum dominorum ſuorum diuina celebrare debent, niſi antea nobis aut noſtro in ſpiritualibus uicario obedientiam faciant mantualem.

Vicarius generalis a ſacellanis nobilium quorum [illegible] obedientiam accipiat mantualem. Ad ſynodum etc. uocat.

Et ad ſynodum et capitula uenire debent recepturi mandata eccleſiaſtica et denunciare ſuis dominis et earum caſtrenſibus.

Et cum plebani aliquando hoc facere propter eorum tyrannidem non ſunt auſi: Qui autem ante obedientiam huiusmodi factam capellas officiauerint, tamdiu nuncientur ſuſpenſi et excommunicati, donec pro praemiſſis ſatisfaciant et, ut dictum eſt, obediant. Superſtitioſam quarundam perſonarum inuidiam capeſcere cupientes, qui more Chain dilectione filiali reiecta et paternali pietate concuſcata, non ſolum in capitulis et conuentionibus pertractandis, capitulariter congregatis praelatis ſuis et ſuperioribus reuerentiam debitam ſubtrahunt, uerum etiam ad inuicem nonnunquam in uerba opprobrioſa et contumelioſa prorumpunt; ex quibus negotia, propter quae tractanda conuenerant, plerumque indiſcuſſa remanere cernantur: hinc noſtro in perpetuum ualituro edicto ſtatuimus et ordinamus; ut in ſingulis capitulis et conuentionibus ſeruetur reuerentia ac morum grauitas ac honeſtas: ita quod nullus in alterum uerbis uel factis opprobrioſis aut contumelioſis uel iniurioſis prorumpat. Eorumque capitulis et conuentionibus praeſidentibus, ſub excommunicationis poena, latae ſententiae diſtricte iniungentes, ut his, qui contra edictum prohibitionis noſtrae huiusmodi uenerint, per unius menſis ſpatium ſine ſpe ueniae fructus ſuarum ſubtrahantur praebendarum a quibus ipſos per dicti temporis ſpatium ſuſpenſos manere uolumus et decernimus eo ipſo.

de reuerentia in congregatione ex beneda.

In uirtute ſeu obedientiae praecipimus uniuerſis et ſingulis presbyteris et clericis rutalibus noſtrae dioeceſis, quatenus quoties ipſos per ſuos decanos et camerarios aut alios, ad quos hoc pertineat ad capitula ſiue conuocationes pro inſinuatione mandatorum noſtrorum aut ſucceſſorum noſtrorum uel alias conuocari contigerit, toties ipſi ad capitula et conuentiones huiuſmodi ſtudeant conuenire, niſi ex rationabili cauſa ſe de abſentia poterint excuſare, in quo caſu alium idoneum presbyterum loco ſui ad capitula et conuentiones dirigent ante dicta.

Clerici uocati ad capitula comparere tenentur.

Prohibemus, ne aduerſus correctionem ſuperioris ſui quicunque regularis uel ſecularis clericus praeſumat ſecularis perſonae adiutorium aut potentiam inuocare, qui autem hoc facere non formidat, et huiusmodi inuocatione uſus fuerit, carcerali cuſtodia tanto tempore concludatur, donec ob praeſumptionem huiusmodi, noſtra, aut uicarii noſtri poena arbitraria ſit ſufficienter recompenſata, niſi id ei per nos admiſſum fuerit. Et ut ab hoc malo temerarii clerici poenae duritia retrahantur, adiicimus, quod talia ſine huiusmodi noſtra licentia praeſumentes nullo unquam tempore in eccleſia, ſeu monaſterio, aduerſus quam, ſeu quod, ac praelatum, uel ſuperiorem ſeu alium dictum ſaeculare adiutorium, ſiue potentiam inuocauerint, cuiuscunque di-

Vicarius generalis compeſcat excommunicationis brachium ſaecularis poena arbitraria.

dignitatis uel administrationis officium consequantur et alias etiam nihilominus superioris sui arbitrio legitime puniantur.

Tit. XI. de his quae ui metusue causa fiunt.

Obedientia debita in faciendis et omittendis circa nimium et metum.

QVia clerici religiosi nonnulli, non attendentes quantum sit obedientiae bonum, quod uictimis antefertur, et quod peccatum est maximum et scelus idololatriae obedire non uelle; amissionem suarum rerum et corporis, uanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandata exequi praelatorum, qui etiam cum prosperitatis tempore multa bona receperint, lauteque de patrimonio crucifixi uixerint, imminente ecclesiae necessitatis articulo pro honore illius et commoditate aduersitates sustinere detrectent, ex quo autem propter contemtum clauium ecclesiae neruus ecclesiasticae disciplinae dissoluitur, et animas miserabiliter periclitari contingit, statuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis, nisi legitime probatus, subditi inobedientiam, mandatum praelati exequi non curantis, ualeat excusare, adeo, quod si metus corporis non simplici proprio iuramento, sed legitimis coram eo, a quo mandatum subditus recepit, ostensus fuerit documentis, nihilominus loco cedat, ne totam transgressionem incurrere uideatur: in his autem, quae in non faciendo consistunt, utpote cum mandatur non communicare excommunicatis, non celebrare coram interdictis, ac alia huiusmodi, nullus omnino nec rerumnec corporis quomodocunque probatus metus excusat, cum pro nullo metu quis debeat peccatum mortale committere, quod sanctorum auctoritatibus comprobatur.

Contra formidantes mandatum sanctum de non copulandis haereticis exequi

Absolutio exserta nulla sit.

Nos, qui absolutionem uel quamcunque reuocationem ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis per uim uel metum extorserint, cum hoc quod huiusmodi reuocationes sunt irritae, statuimus et publicamus excommunicationis sententiae subiacere.

Tit. XII. de iudiciis.

Contra contumaces iniuriosos poena.

QVidam crudeles homines et peruersi, dum ad forum ecclesiasticum in causis etiam, in quibus ecclesia merito habet cognoscere, ab authoribus euocantur illius auctoritatis, qua dicitur, qui honorat missum, mittentem honorat, immemores existentes, nuncios ecclesiasticorum iudiciorum et iudicum citationum excommunicationis, uel alias iudiciales et iurisdictionis literas deferentes, uerbis probrosis et quandoque diris uerberibus ultra comminationes graues, quosdam etiam captiuitantes, alios interdum suis rebus temere publice spoliantes, multipliciter afficiunt et perturbant ac impediunt citationes, in non modicam ecclesiasticae libertatis contumeliam et iacturam. Considerantes igitur, malitiis hominum non esse indulgendum, statuimus, ut reus, nuncias acta iudicialia deferentes per se uel per alium uerberans, spolians seu captiuans, lite etiam non contestata, habeatur penitus pro [illegible] conuicto, actor uero in causa reconu[illegible]s similia perpetrare per se uel p[illegible]m non formidans, super instituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur; et insuper uterque atque etiam omnes alii, qui nomine uel occasione eorum talia facere praesumserint, usque ad condignam satisfactionem laeso et iudicibus, summaria cognitione super hoc facto praehabita, puniantur.

Generales citationes sunt irritae

Generales citationes fieri prohibentes statuimus, ne quis iudex ecclesiasticus nobis subiectus in suis processibus, uidelicet sub generali clausula, ita scribat: citetis quos lator praesentium uobis nominauerit, uel simile in effectu.

Nec scribendotes talia mandata sine etiam speciali expressione partium, seu nominum exequantur; Nos etiam talium citationum et commissionum literas decernimus esse irritas et nullas.

Tit. XIII. de foro competenti.

PRaeterea nullus ecclesiasticam personam in criminali causa, uel ciuili quaestione, nec aliquem etiam laicum pro rebus, bonis et possessionibus ecclesiarum, siue personali iure, quod uulgo Leibgeding dicitur, quis earundem ecclesiarum possessiones uel bona possideat, siue alio quocunque titulo, trahere praesumat in iudicium saeculare.

Statuimus etiam, ne iudices ecclesiastici de causis, quas laici habent ad inuicem, se nullatenus intromittant, nisi tales causae sint, quas ad forum ecclesiasticum non sit dubium pertinere, ne ex hoc saeculare iudicium, quod esset ualde incongruum, eneruetur. Quoniam ex constitutione supra posita dubitationes insurgunt, uidelicet, quae causae ad forum ecclesiasticum debeant pertinere, nonnullos casus eiusdem praesentibus duximus annotandos.

Causae ad forum ecclesiasticum spectantes.

Inprimis uidelicet omnes inuasores ecclesiasticarum rerum seu religiosorum locorum, sub ecclesiastico iudice conueniuntur.

Item causae rusticorum et seruorum ecclesiae.

Item causae publicae poenitentium.

Item

Item cauſae pupillorum, uiduarum et miſerabilium perſonarum.

Item cauſae peregrinorum,

Item quando iudex ſecularis iuſtitiam reddere negligit.

Item in crimine ſacrilegii.

Item uſurarum.

Cognitio ſuper ualiditate et nullitate matrimonii ſpectat directe ad iudicium uicariatus, nulla uero inſtantia ad conſiſtorium etc. etc. ita uidi obſeruari et practicari: Caeterae uero cauſae matrimoniales et deuales uentilantur in conſiſtorio tanquam prima inſtantia, de qua grauitas deinde iudicium altaris, id eſt uicariatus importare poteſt.

Item haereſis, Simoniae, excommunicationis, adulterii, matrimonii, dotis, ſuper decimis.

Item cauſa natiuitatis beneficialis, iuris patronatus, rapinae, ratione peccati et uoti fracti, pretii deſeruiri.

Item ratione iuramenti uel fidei datorum.

Item quando pars aliqua fuerit eccleſiaſtica, etiam ſuper re profana cauſa in foro eccleſiaſtico terminari debet.

Libertatem eccleſiaſticam tueri ac noſtris temporibus adaugeri cupientes, ſub poena excommunicationis latae ſententiae, quam ferimus in his ſcriptis, et priuationis fructuum beneficiorum, diſtrictiſſime inhibemus, ne clerici, ad quaecunque ſaecularia ac uetita iudicia uocati, in perſonalibus ac aliis actionibus, ſuper rebus eccleſiarum, aut beneficiorum ſuorum coram iudice laico, in contemtum priuilegii clericalis, quouis modo reſpondeant, ſeu ſe ſubiiciant foro ſaeculari;

Vicarius concedit literas remiſſionis clericis ad iudicia ſaecularia uocatis.

Quinimo citati aut uocati debeant abſque mora ad nos uel noſtrum in ſpiritualibus uicarium ſuper hoc habere recurſum, ad impetrandam remiſſionis literas, aut aliter, prout melius expedire cognouerimus, eis prouidendum, contrarium facientes acrius decernimus fore puniendos.

Tit. XIV. De fide inſtrumentorum.

NOnnullae ſunt perſonae in S.S. ordinibus conſtitutae et beneficiatae officium tabellionis ſeu notariatus exercentes, quorum inſtrumenta non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in eccleſiaſticis negotiis tanquam publica recipiuntur. Licet de authoritate eorum et de aliis, quae circa tabellionis conſtitutionem requiruntur, minime nobis conſtet, quod perniciosum nimium exiſtit. Nos circa praemiſſa uolentes adhibere medelam: ſtatuimus ut perſonae, gerentes ſe pro notariis ſeu tabellionibus publicis, inciuitate et in dioceſi noſtris, in iudicio uel extra, in antea

Vicarius generalis examinat notarios circa inſtrumenta et authoritatem ect. etc.

nullatenus admittantur, nec eorundem inſtrumenta, tanquam publica recipiantur, nec fides talibus inſtrumentis adhibeatur, niſi prius de authoritate ipſorum et de aliis, quae circa hoc fuerint neceſſaria, doctum fuerit legitime coram nobis aut noſtro in ſpiritualibus uicario generali.

Inhibemusque omnibus ſubditis noſtris, ne inſtrumenta eorundem tanquam publica recipiant, nec eis tanquam publicis inſtrumentis utantur! Et nihilominus iniungimus eisdem pro tabellionibus ſe gerentibus, ut abſtineant ab inſtrumentorum huiusmodi confectione, tamdiu, donec de eorum auctoritate et aliis, ut praemittitur, nobis facta fuerit plena fides, quibus etiam medio tempore tabellionatus officium ad arbitrium noſtrum ſeu dicti noſtri uicarii et eiusdem arbitrium infligendum interdicimus per praeſentes.

Tit. XV. De iureiurando.

VEſtigiis praedeceſſorum noſtrorum inhaerentes, excommunicamus omnes et ſingulos clericos monachos, canonicos regulares et ſaeculares, qui colligationes, conſpirationes ſeu confoederationes ullas fecerint, fidei uel iuramenti, interpoſita cautione, ſiue in electionibus faciendis, ſiue pro aliis quibuscunque negotiis, contra canonicas factiones, niſi intra tres dies poſt habitam huiusmodi coniurationem, confoederationem ſeu conſpirationem immediate ſequentes, quos illis pro trina et canonica monitione aſſignamus, ab omni obligatione ſua ab hoc facta ſe abſoluant, et in huiusmodi conſpiratione et eius occaſione attentata prorſus reuocent et poenitentiam deſuper recipiant. Ex conſpirationibus enim et obligationibus iſtis ſuboriuntur diſcordiae ueteratae, eccleſiaſtica diſciplina diſſoluitur, bona eccleſiae diſſipantur, et pericula proueniunt animarum. Volumus eiusmodi colligationes ſeu confoederationes ſub quacunque etiam illicita forma factas neminem obligare.

Conſpirationes clericorum iuramento confirmatae nullo modo obligatoriae ſunt.

Quicunque autem inuenti fuerint, confoederationes aut conſpirationes huiusmodi facientes, etiamſi monachi fuerint, uel canonici ſeculares, de ſuis monaſteriis, tanquam membra putrida, excludantur.

Poena conſoederatorum.

Tit. XVI. De uita et honeſtate clericorum.

VT Chriſti militia laudibus diuinis deputata, uita, geſtu, moribus et habitu a gente diſcernantur clericali, diſtricte ſub poena ſuſpenſionis praecipiendo ſtatuimus, ut praelati ſacerdotes et alii beneficiati ac in ſacris conſtituti clerici noſtrae ciuitatis et dioceſis, cuiuscunque gradus et conditionis exiſtant, habitum deferant breuitare non culpabilem, aut ornatu ſuperfluo uel colore notabilem. Inhibemusque ſub excommunicationis poena deteſtabilem uſum, quo ueſtes, caligas rubei, gilui, aut uiridis coloris portare, aut gemmis, nodis, fibulis uel aliis ſuperfluitatibus

De clericorum ueſtibus prohibitis.

bus auri et argenti, uel perlis ornare seu calceis rostratis uel colleriis cancellatis, aut a tergo foemineo more, nimirum superque in brachiis excisis ac diuersorum colorum sonis, nec non maniciis desuper incisis, uti praesumant. Quicunque autem clericus nobis subiectus partitas uestes aut uirgatas in publicum absque causa necessitatis excusabili ferre praesumserit, executionem poenarum suspensionis et inhabilitatis a iure constitutarum, iuxta differentias status personarum in se sentiet exerceri cum uigore. Similiter sub poena excommunicatioois praecipimus, ut singuli clerici cum a quocunque iudice ecclesiastico, uel seculari quicquam pro eis tanquam pro clericis fuerit iudicandum, quantumcunque uestibus utantur simplicibus, et alia insignia deserant clericatus, fugiantur, nec ut clerici iudicentur, nisi pro susceptorum ordinum sufficientibus et idoneis probationibus seueros clericos esse probent; insuper etiam sub excommunicationis poena praecipimus mandantes, ut singuli clerici, cuiuscunque conditionis existant, in sacris ordinibus constituti, coronam omnioo condecentem portent et habeant, quae debito capitis loco posita congruam habeat latitudinem et cooperta non est crinibus reuolutis; inhibentes quoque in eadem excommunicationis poena eisdem clericis in sacris ordinibus constitutis, oe contra decentiam clericalis status de caetero coronam, crines et barbam nutriant, sed radendos deferant condecenter. Vsum tabernaram, praeterquam in itinere constituti, et netabernas in domibus suis teneant, ludosque taxillarum et chartarum et his similes in locis publicis et maxime inter laicos, omnes et singuli clerici in praelaturis etiam et in sacris ordinibus constituti, sibi hac sacrae nostrae synodi prohibitione, sub excummunicationis poena nouerint esse interdictos et prohibitos.

Habitum condecentem portent clerici.

Tabernae et ludi in publicis clericis prohibiti sunt

Tit. XVII. De cohabitatione clericorum et mulierum

Decretum concilii Basilienſis.

QVicunque clericus cuiuscunque status, conditionis, religionis uel dignitatis, etiamsi pontificialis uel alterius praeeminentiae exstat, qui post huius constitutionis notitiam, quam habere praesumatur, per duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis cathedralibus, quam ipsi dioeceſani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quae suus superior in fabricam, uel aliam euidentem ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat. Nec non et huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse innotuerit, mox suus superior monere teneatur, ut intra breuissimum terminum concubinam dimittat, quod si non dimiserit, uel dimissam aut aliam publice resumserit, iubet haec sancta synodus, ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet, et nihilominus hi publici concubinarii, usque quo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem manifestamque uitae emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, recidiuo uomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad praedicta prorsus inhabiles existant. Quodsi hi, ad quos talium correctio pertinet, eos, ut praedictum est, punire neglexerint, corum superiores tam in ipsos, pro eorum neglectu, quam in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant.

Concubinarii monendi sunt ad dimittendas concubinas.

In conciliis etiam prouincialibus et synodalibus aduersus tales punire negligentes, uel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum uel alias condigna poena saeueriter procedatur; et si hi, quorum destitutio ad summum pontificem spectat, per concilia prouincialia aut suos superiores, propter publicum concubinatum reperiantur digni, statim cum processu inquisitionis ipsi summo pontifici deferantur.

Poena contra negligentes in corrigendis et puniendis concubinariis

Eadem diligentia et inquisitio in quibusdam capitulis generalibus et prouincialibus, quo ad suos seruentur, pocnis aliis contra praedictos et alios non publicos concubinarios statutis in suo robore permansuris.

Publici autem intelligendi non solum hi, quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure sactam, seu per rei euidentiam, quae nulla possit tergi uersatione celari, notorius est: sed qui mulierem de incontinentia suspectam et infamatam tenet, et per suum superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit.

Publicus concubinarius quis.

Quia uero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes pecuniarios quaestus a concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali foeditate sordescere, sub poena maledictionis aeternae praecipitur, ne deinceps sub pacto, uel compositione aut spe alicuius quaestus, talia quouis modo tolerent, aut dissimulent,

Poena eorum qui pecuniam a concubinariis accipiunt.

Poena concubinariorum.

lent, alioquin ultra praemissam negligentiae poenam duplum eius, quod propterea acceperint restituere ad pios usus omnino teneantur et compellantur.

Concubinae penitus arcendae,

Ipsas autem concubinas, seu mulieres suspectas, praelati modis omnibus current a subditis suis, etiam per brachii secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres suos cohabitare non permittant.

Iubet insuper haec sancta synodus, ut etiam in praedictis capitulis haec constitutio publicetur et quilibet suos subditos ad concubinarum suarum dimissionem moneat diligenter. Iniungit praeterea omnibus saecularibus uiris, etiamsi praefulgeant regali dignitate, ne ullum qualecunque inferant impedimentum, quocunque quaesito colore, qui ratione officii sui aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinatu procedunt.

Euitandus est omnis concubinatus.

Et cum omnis fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit et sub peccati mortalis poena necessario euitandum, monet omnes laicos, tam uxoratos, quam solutos, ut similiter a concubinatu abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet et ad mulierem alienam accedit; Qui uero solutus est, si continere non uelit, iuxta apostoli consilium uxorem ducat, pro huiusmodi autem obseruatione praecepti, hi, ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis cum omni studio laborent. Cum clerici concubinarii notarii sint, ipso iure ab officiis et beneficiis sint suspensi, quoad se et alios ministrandoque in sacris ordinibus saepe irregularitatem incurrent, a qua, nisi per sedem apostolicam, poterint liberari: si suspensione huiusmodi durante se in diuinis immiscéant, in suis officiis ministrando, ut prius publiceque concubinas, aut alias de incontinentia suspectas aut infamatas, aut rixosas mulieres apud se in domibus et habitationibus suis tenentes, famam negligunt, uitamque maculant clericalem. Nos igitur pii patris more, non personas sed personarum uitia detestantes, sacros que canones et iura desuper edita debitae executioni, ut tenemur, demandare uolentes, omnes et singulos clericos nostrarum ciuitatis et dioecesis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et praeeminentiae fuerint, qui huiusmodi uitio publici concubinatus sunt inuoluti, obsecramus, rogamus, requirimus et monemus, eis et eorum cuilibet in uirtute sanctae obedientiae et sub praescripti iuris et infra scriptis poenis, quas omnes et singulos huiusmodi nostris salutaribus monitionibus, requisitionibus et mandatis non parentes, incidere uolumus, districte praecipiendo mandantes, quatenus omnes et singuli supradicti, qui in praemissis culpabiles fuerint, ad praesensque existunt, aut, quod Deus auertat, in futurum erunt, infra triginta dierum spacium et praesentium publicationem eis factam immediate sequentes, quorum triginta dierum, decem pro primo, decem pro secundo et reliquos decem dies pro tertio ac peremtorio termino ac monitione canonica et omnibus dilationibus eis et cuilibet ipsorum adsignamus, dictas concubinas de incontinentia suspectas, infamatas et alias rixosas seu scandalosas mulieres a domibus et cohabitationibus eorum separent, amoueant atque dimittant cum effectu. Huiusmodi mulieres dimissas et similes ad domos et habitationes suas deinceps non reassumant, seu quiuis eorum reassumere praetumat, alioquin dicto monitionis termino elapso, monitionibus et requisitionibus huiusmodi non parentes, ab officiis et beneficiis suis suspensos declaratosque publice denunciari facientes. Intimantesque nihilominus eisdem clericis concubinariis praesentibus et futuris, quod, quicunque huiusmodi sententias suspensionis et poenas, nec non requisitionem et monitionem nostras praedictas contemnere praesumserint in rebellione et contumacia ultra 30. dies praedictos temere perduraue-rint, quod contra praesumtores eosdem etiam per excommunicationis et deinde, exigente contumacia rebellione et duritia ipsorum, ad priuationis beneficiorum et alias grauiores poenas, prout proteruitas eorum expostulabit, iurisque ac rationis ordo dictauerit, per nos aut nostrum in spiritualibus uicarium procedemus et procedi faciemus.

Terminus monitionis amouendi concubinas est 30. dierum spacium.

Poena concubinarii clericorum.

Vt praesens nostrum mandatum, quoad omnes clericos nostrarum ciuitatis et dioecesis, qui in praemissis culpabiles existunt, efficaciorem sortiatur effectum, honorabilem nobis in Christo sincere dilectum decanum ecclesiae nostrae Bambergensis et, ipso decano absente, seniorem pro tempore eiusdem ecclesiae, in domino hortamur atque obsecramus, rogamus, requirimus et monemus, quatenus intra definitum triginta dierum spacium praesentem hanc publicationem nostram immedia-

te ſequens, et poſtquam praeſens mandatum et publicatio ſibi innotuerit, ad extirpationem praedicti uitii concubinatus morumque reformationem, iuris communis praeſentisque mandati noſtri nec non omnium et ſingulorum aliorum ſtatutorum noſtrum ſynodalium, praecedentium et ſequentium, correctionem, emendationem et executionem, quoad omnes et ſingulos clericos, ſuae correctioni, reformationi et iurisdictioni in ea parte immediate ſubiectos, cuiuscunque etiam ſtatus, gradus, conditionis aut praeeminentiae fuerint, prout unumquemque reſpectiue concernunt et transgreſſores culpabiles reperientur, cum effectu procedere non omittant. Alioquin ipſius decani noſtri uel ſenioris praedicti, quod abſit, negligentia in hac parte exigente, ipſoque in correctione uitiorum et exceſſuum a iure communi ac in praeſentibus noſtris ſtatutis deſignatorum atque prohibitorum, in praedicto dierum termino, contra, ut praemittitur, ſibi ſubditos minime procedere curante, ſed forſan diſſimulante: eundem praeſentibus certificamus, quod tam iuxta iuris communis, quam praeſentis mandati noſtri diſpoſitionem contra tales uitioſos atque culpabiles, eidem decano ſeu ſeniori ſubiectos, ad executionem omnium et ſingulorum ſupra dictorum, contra quoscunque, qui in hac parte culpabiles fuerint uitiorumque eis prohibitorum extirpationem morumque reformationem, prout tenemur, per nos aut noſtrum in ſpiritualibus uicarium, lapſo praedicto termino, cum effectu procedere curabimus, prout iuſtitia exiget, ordoque dictauerit rationis.

Decanus eccleſiae cathedralis clericos ſibi iuxta ſtatuta etc. ſubiectos et in hoc crimine culpabiles exiſtentes uiuere non omittat: alias contra huiusmodi criminoſos etc. ex conniuentia aut diſſimulatione decani, ſeu ſenioris praedicti ac eccleſiae Bambergenſis, impune relictos, uicarius generalis in ſpiritualibus etc. procedere curabit.

Praeterea intimatur, inſinuatur, publicatur, ac ad omnium et ſingulorum rectorum parochialium ac beneficiatorum quorumcunq; per praedictas ciuitatem et dioeceſin noſtras conſtitutorū notitiam deducitur, eisque et cuilibet eorum inhibetur, ne de caetero ipſi uel eorum aliquis alicui talium concubinariorum, ſeu huiusmodi mulierem aut pueros habenti, eccleſiam uel beneficium arrendare ſeu locare praeſumant, aut praeſumat.

Concubinariis eccleſiam etc. nemo rectorem paroch. locet. Iisque concubinariis generalis uicarius commendas ne det.

Inhibemusque ſimiliter praedicto in ſpiritualibus uicario ac notario noſtris, ne deinceps talibus commendam, curam animarum, adminiſtrationem, ſiue acceſſum concedant ſeu eosdem admittant, absque ſpeciali noſtro mandato, ſed prorſus et omnino amoueant. Et, ſi forſan per ignorantiam eccleſia, uel beneficium eis uel alicui eorum arrendaretur, commendaretur ſeu acceſſus daretur, habita praemiſſorum notitia, ſine omni dilatione amoueri, et per rectorem alium poni; Ipſosque tam locantem, quam locatum condigna poena puniri uolumus, de quibus omnes et ſingulos praeſentibus certificamus.

Tit. XVIII. De clericis non reſidentibus et diſtributionibus quotidianis.

INuiolabili conſtitutione prohibemus, ne diſtributiones, quae ab eccleſiis quibuſcunque noſtrarum ciuitatis et dioeceſis, quae pro defunctorum anniuerſariis in quibuslibet etiam rebus pro tempore largiuntur, aliis perſonis, quam in officiis, ad quae ipſae diſtributiones deputatae ſunt, curauerint perſonaliter intereſſe, iuxta cuiuslibet ordinarionem eccleſiae rationabilem, iam factam uel faciendam, tribuantur: Qui uero aliter de diſtributionibus ipſis quicquid receperit, niſi ipſum infirmitas ſeu iſta et rationabilis corporis neceſſitas, aut euidens eccleſiae utilitas excuſaret, dominium receptarum reddrum reſtituere teneatur.

Diſtributiones fructuum eccleſiae uel beneficiorum ne, fiant praeſentibus non abſentibus abſque licentia uel legitima cauſa.

Volumusque ea, quae ſimiliter de diſtributionibus quotidianis non dandis abſentibus perſonis cum exceptionibus in iure conſtituta ſunt, firmiter obſeruari; inſuper etiam ſub ſuſpenſionis et priuationis fructuū et beneficiorum poena diſtricte inhibemus, ut nullus beneficiatus noſtrarum ciuitatis et dioeceſis ab eccleſia ſua ſeu beneficio ſuo, ad quam ſeu quod intitulatus exiſtit, ſe abſentare uelit, niſi noſtra aut uicarii noſtri licentia deſuper obtenta, non obſtantibus quibuſcunque confirmationibus beneficiorum ac aliis forſan in contrarium facientibus.

Tit. XIX De praebendis et conceſſione earundem.

PRo communi bono, decore eccleſiarum ac cultu diuino augmentando ſtatuimus, ut praebendarii ac beneficiati parochialium eccleſiarum ſuis plebanis et uice plebanis reuerentiam exhibeant ac in proceſſionibus matutinis, miſſis, ueſperis et completoriis, in plenis officiis et in feſtis, quae cum nouem lectionibus peraguntur, ſimiliter dominicis diebus ſuperpelliceati interſint; Cum per hoc ipſi praebendarii, primiſſarii et beneficiati ab otiis et aliis illicitis retrahantur, quod ſub poena ſuſpenſionis per praeſentes mandamus et obſeruari uolumus.

Beneficiarii etc. teneantur plebanos.

Inſuper inhibendo monemus omnes rectores eccleſiarum et capellarum, ne fructus ſuarum eccleſiarum, uicariarum

ca-

Fructus non minorandi a rectoribus ecclesiarum.

capellarumque et beneficiorum reddi-A tusque eisdem antiquitus deputatos praesumant in antea minorare, quod si attentare praesumserint, id, quod egerint, irritum habeatur et contra praesumtores, tanquam praesentis statuti transgressores, per censuram ecclesiasticam procedi omnino uolumus, super quo etiam in inuestitura concedenda iuramentum desuper deferri manda-B mus.

Satuimus, quod cum aliquis rector ecclesiarum aut uicarius uicariam adepti fuerint, si aliqua pacta uel iuramenta, statuto alicui derogantia aut iuri contraria, uel quaecunque alia illicita, in quibuscunque aliis contractibus fuerint interiecta, ea pro non adiectis sed irrita habeantur, et talia promittentes C et iurantes pro huiusmodi promissionibus temerariisque et illicitis iuramentis poenitentiam agere et emendam condignam facere teneantur.

Iuramenta praeiudicatiua nulla.

Quoddam statutum praedecessorum nostrorum in certa sua ambiguitate reformantes, omnibus et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus sub poena suspensionis ab ingressu ecclesiae D et officio latae sententiae, quam contrarium facientes uolumus incidere ipso facto, districtius inhibemus, ne uicarios, quos in suis ecclesiis, etiam sede

Omnis uicarius constituendus per episcopum.

epiſcopali uacante aut nobis extra nostram dioecesin constituto locare tendant, seu regimen curae animarum, absque nostra uel successorum nostrorum, tempore uacationis praedictae E senioris partis capituli, licentia et permissione permittant quomodolibet exercere: Exercentes autem similem poenam similiter incurrere uolumus et ad grauiorem procedemus.

Sub poena suspensionis latae sententiae districtissime inhibemus, ne aliquis rector parochialis ecclesiae in huiusmodi sua ecclesia uel capellis, sub li- F mitibus eiusdem existentibus, aliquem presbyterum ad officiandum pro alio fine nostra licentia ad diuina admittat, nec etiam sub eadem poena nullus beneficiatus nostrae ciuitatis et dioecesis beneficium, ad quod intitulatus existit, per alium officiet, nisi id ei per nos, aut auctoritate nostra dispensatiue sit permissum.

Licentia officiandi per episcopum fit danda.

Quo casu non per aliquem religiosum, cuiuscunque etiam religionis existat, sed per secularem clericum, officii sui executionem habentem, suppleat uices suas. Nullusque sub eadem poena ecclesiam seu beneficium huiusmodi etiam non confirmatum absque nostra speciali licentia regat seu quouis modo officiare praesumat, seu ad regendum aliquis se intromittat.

Graue nimis est et absurdum, quod quidam ecclesiarum praelati et alii seculares ac religiosi capitulaque et conuentus, cum possint uiros idoneos ad ecclesiae beneficia et ordines sacros praesentare, assumere et promouere, non uerentur indignos, rudes et ignaros, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia, neque aetatis maturitas suffragantur: Vnde quanta exinde ecclesiis damna proueniant, nemo sanae mentis ignorat, ex hac etiam status ecclesiasticus deformatur, salus animarum negligitur, et alia plura mala et scandala exinde sequuntur.

Promouendi admittendi sunt idonei ad ecclesiastica beneficia etc.

Volentes igitur huic morbo mederi, praecipimus, ut praetermissis indignis, idonei ab beneficia ecclesiastica et ad ordines sacros praesententur, qui Deo et ecclesiis uelint et ualeant gratum effi cere famulatum: contrarium uero facientes et praesumentes, poenis a sacris ordinibus constitutis decernimus, iustitia mediante, puniendos. Inhibentes strictissime uicario nostro in spiritualibus, qui est et qui pro tempore erit et aliis quibuscunque, ne aliquas seculares uel regulares ad beneficia ecclesiastica, praesertim quibus cura imminet animarum, admittant, seu inuestiant, et ad sacros ordines promoueant seu promoueri permittant, nisi prius tales de et super scientia, moribus et aetate ac caeteris de iure necessariis, diligenter fuerint examinati et idonei reperti, sic quod in omnibus et per omnia diligens cura adhibeatur, ut digni moueantur et indigni repellantur, quoniam melius est paucos bonos, quam multos malos habere ministros; si enim caecus caecum ducit, ambo in foueam dilabuntur; et si secus incaute fuerit praesumtum, non solum deiiciendus est indigne promotus, uerum etiam promouens indignum animaduersione condigna puniendus erit.

Magna iniquitas praelatorum est. et eorum, quibus ius patronatus

Quoniam, ut non ambigimus, ex fonte auaritiae illa prouenit enormitas, quod nonnulli ecclesiarum ac dignitatum praelati, abbates, abbatissae, praepositi, commendatores, decani, priores, prioriſſae et certae personae ecclesiasticae exemti et non exemti ciuitatis et dioecesis nostrarum, quibus parochiales G ecclesiae sunt incorporatae, annexae, seu unitae, et in quibus ius obtinent patronatus, seu rectorum praesentatio pertinet ad eosdem de prouentibus ipsarum ecclesiarum, non possunt de residuo seu portione eis adsignata commode sustentari, episcopalia iura soluere et alia eis incumbentia onera supportare, imo, quod deterius est, ad ipsas ecclesias promoueri, dum uacant, cupientes, non aliter praesentent, seu admittant, nisi pri-

seu praesentandi alias ad certas eccleſias etc. etc. competit ergo ſuos praeſentatos, admiſſos et inſtitutos, ut qui commode ex prouentibus ſe ſuſtinere haud ualeant.

prius iurent et promittant uel alias per literas ſeu inſtrumenta ſe adſtringant, ſeu obligent, quod de certa portione debeant eſſe contenti, ultra forſan incorporationes, per ſedem apoſtolicam aut praedeceſſores noſtros factas, quae interdum portio ita exigua eſt et modica, quod nedum praemiſſa onera ſubire ualeant, ſed etiam miſerabiliter ſub tanta laborum et onerum farcina in opprobrium ſacerdotalis dignitatis egere coguntur, propter quae ſaepius contingit, quod non inueniantur perſonae idoneae, quae huiusmodi eccleſias uelint recipere, ſic quod frequenter etiam minus idoneis conferantur, ex quibus pericula imminent animarum. Nos uolentes ſuper praemiſſis, prout nobis ex noſtro incumbit officio, remedium adhibere: ipſis uicariis perpetuis onus diei et aeſtus portantibus ſalubriter ſubuenire; in uirtute ſanctae obedientiae et ſub obteſtatione diuini iudicii diſtricte praecipimus et mandamus uobis omnibus et ſingulis ſupradictis, quatenus infra trium menſium ſpatium, a publicatione praeſentium numerandū, uicariis ipſis perpetuis, in praedictis eccleſiis inſtitutis ſiue inſtituendis, congruas portiones non habentibus, de quibus iidem uicarii congrue ſuſtentari et epiſcopalia iura ſoluere, ac alia eis incumbentia onera ualeant ſupportare, quibuscunque impedimentis, pactis ſeu obligationibus penitus reiectis et ſemotis adſignent, et effectualiter tradant, quas quidem portiones, ſi forſan intra terminum praedictum adſignare et cum effectu tradere neglexerint, aut aliquis eorum neglexerit; Nos ex tunc authoritate noſtra ordinaria et etiam apoſtolica, a ſacris canonibus nobis tradita, ad huiusmodi adſignationem faciendam in eccleſiis et uicariis, in quibus opportunum fuerit, prout ius dictabit et ordo exegerit rationis, iuſtitia procedemus et alias negligentias eorum et cuiuslibet ipſorum puniemus, quod caeteris cedet in exemplum, exemtionibus et aliis priuilegiis non obſtantibus quibuscunque.

conſcribi ſtatuimus et confirmari, inſtrumenta quoque et literas, ſuper quibuſcunque inſtitutionibus ſeu confirmationibus confecta et conficienda, omnibus, quorum inter eſt, communicari uolumus et mandamus, etiam in ſimplicibus et authenticis copiis, ſecundum petentium uoluntatem.

Tit. XX. De inſtitutionibus.

STatuimus, ut nullus clericus, ad curam animarum, a noſtro uicario admittatur, niſi prius iurauerit obedientiam, et quod nullam in acceptione beneficii, ad cuius curam eſt praeſentatus, commiſerit ſimoniam, quodque bona eiusdem beneficii non uelit alienare et alienata pro poſſe recuperare.

Beneficiorum perpetuorum fundationes, inſtitutiones et confirmationes, quae ordinaria authoritate fient, literis ſeu inſtrumentis publicis et authenticis

Tit. XXI. Ne ſede uacante aliquid innouetur.

STatuimus, ut quicunque bona eccleſiae ſede uacante aut epiſcopo defuncto ab eo relicta occupauerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam, quam ferimus in his ſcriptis, incurret, quam ſucceſſor inuiolabiliter faciens obſeruari nullus relaxet, ſine reſtitutione et ſatisfactione condigna de capituli conſenſu et conſilio.

Tit XXII. Vt beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione conferantur.

CUm beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debeant, quidam eccleſiarum patroni, perſonis idoneis praetermiſſis tales ad ea praeſentant, qui portione aliqua debent eſſe contenti, reliquum ſuis uſibus totaliter applicando. Vnde, ad huiusmodi malam perniciem extirpandum ſtatuimus, quod ſi tales clerici ſe de portione, debita ſpontanea uidentes, ad nos, uel uicarium noſtram non detulerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi: Et nihilo minus eisdem eccleſiis ſpolientur, et presbytero ideneo proueatur de ipſis. Si uero ad nos detulerint quaeſtionem, ipſum patronum per cenſuram eccleſiaſticam ad huiusmodi moleſtationem compenſari uolumus et mandamus; Adiicientes nihilo minus, quod, ſi in hoc pertinax patronus exſtiterit, ad praeſentationem talis eccleſiae uel beneficii nullatenus admittatur.

Patroni eccleſiae uel beneficii, ſiue ulla deminutione conferant beneficia.

Tit. XXIII. De rebus eccleſiae non alienandis.

QUia plures rectores eccleſiarum parochialium, ſimplicitate ac iuris ignorantia in affectione carnali, quam habent in ſuos, ſeducti, redditus et fructus eccleſiarum ſuarum, ut accepimus, in magna quantitate aliquando uenduntur, ſeu alias alienant ad tempus, ſub quibusdam coloribus et figmentis, adſerentes, ſe uelle uenditionis pretia in utilitatem eccleſiarum conuertere; et ſic dictum pretium conuertunt damnabiliter in utilitates conſanguineorum, uel familiarum ſuarum, aut aliorum, ex quo eccleſiae frequenter ſuſtinent detrimenta; hunc igitur contractum decernimus irritum et inanem.

Omnes contractus irriti ſunt, per quos bona eccleſiarum hactenus fuere alienata.

Prohibemus etiam, ut nullus propter

Bona eccleſiae non ſunt ca-

pienda certis in casibus.

pter debitam aut fideiussoriam obliga tionem singularis personae alicuius ecclesiae ecclesiastica bona capiat, uel, quae ad ecclesiam et capitulum ipsius ecclesiae pertinent: Qui uero contra fecerunt, nisi moniti, intra quindenam a die monitionis numerandam, bona huiusmodi restituerint ecclesiae uel capitulo, ad quos pertinent, excomunicationis latae sententiae, quam ex nunc ferimus, subiacere uolumus ipso facto.

Neque emendanda emendata sunt uasa et ornamenta ecclesiastica etc. furtim etc ablata in tuitu immunitatum, quos ecclesiae aduocati habent, ecclesiae non sunt molestandae.

Calices quoque, uasa ac alia ecclesiastica ornamenta, furtim uel raptim ecclesiis ablata uel aliis piis locis, sub poena restitutionis ablatorum, nullus emat, uendat uel pignori obliget, uel ad obligationem recipiat; Nullus etiam de caetero cum aduocatis ecclesiarũ guerras habens, bona ecclesiarum, quarum ipsi aduocati defensores existunt, praetextu guerrarum huiusmodi surripiat, aut ecclesias ipsas uel uillas earum et loca incendio uel hostilitate deuastet, aut homines earum spoliet suis bonis.

Qui uero contra fecerint, ipso facto excommunicationis sententiam, quam ferimus in his scriptis, incurrat, a qua non ualeat absolui, nisi prius ablata restituat, aut pro damnis satisfaciat.

Tit XXIV. De permutatione beneficiorum.

PErmutationes beneficiorum nullam inferiorem episcopo seu nobis posse impartiri authoritatem, de iure declaramus; Et tales permutationes factas sine nostra, seu episcopi authoritate, carere uiribus declaramus, ipsas, si quae factae sint, uel fierent, cassamus et irritas nunciamus.

Tit. XXV. De testamentis et executoribus eorundem.

HAc sacrosanctae synodi authoritate firmiter statuimus, ut unicuique, quem iura non prohibent testari, in sanitate, uel lecto aegritudinis constituto, legandi, disponendi et ordinandi de bonis sibi a deo collatis circa pia loca et personas ecclesiasticas, uel saeculares, dummodo suos haeredes contra sanctiones legitimas non praetereat, sit libera uoluntas. Reprobamus quamcunque constitutionem uel in contrarium statutum non ualere; uolentes itaque et praecipientes, ut per uniuersos praelatos et iudices ecclesiasticos, omnes clerici et laici impedientes defunctorum legata seu ultimas uoluntatea, per excommunicationis sententiam et alias censuras compellantur, ut debiros suoa sortiantur effectus.

Libera testandi uoluntas usque per contrarium statutum etc. tolli potest.

Defunctorum dispositiones ultimae exequendae sunt, sub poena excommunicationis latae sententiae etc.

Intelleximus quod nonnulli tam religiosi quam seculares clerici et laici, diuino timore Dei postposito, in suarum periculum animarum, pecunias, res et bona, per quae manus eorum ex testamentis decedentium deberent in usus certos, etiam pios distribui, seu expendi, aliis usibus applicare non formidant, ac saepe negligentias, dolos et fraudes, quamplures circa executionis officium committunt, quandoque nullatenus, quandoque tardius id, quod eis commissum est exequendo. Et quod deterius est, pecunias, res et bona ipsa sibi quandoque usurpant et in usus proprios conuertunt: Frequenrer etiam quod longo minori pretio, quam alibi commode uendi possent, ad existimationem propriam bona sibi recipiunt et distrahunt; itaque ut plerique non executores, sed consumtores, siue dilapidatores, seu subtractores appellari potius mereantur. Cum igitur ad nostrum spectet officium, piis ultimis uoluntatibus prouidere, ut secundum uoluntatem defuncti uniuersa procedant et exequantur: ideo contra praemissas fraudes, dolos et negligentias intendimus remediis opportunis prouidere, prout ad nostrum pastorale spectat officium.

Executores testamentorum bona etc. defuncti ne conuertant in suos aut alienos usus.

Statuimus, ut quicunque de executione relictorum, maxime clericorum decedentium, se intromittere uelint, debeant et teneantur intra unius mensis spatium, a tempore obitus defuncti, de legitima sua constitutione fideicommissaria, siue executoria ultimae uoluntatis, nec non testamento, siue defuncti huiusmodi ultima uoluntate, coram nobis, uel uicario nostro, plenam et idoneam facere fidem, ac se ad executionem eiusdem admitti obtinere; et antequam manus (praeterquam ad depositionem) apponant, ad exequendum uel relicta bona defuncti dispensandum, inuentarium, sub manu authentica, uel ubi notarius commode haberi non poterit, coram fide dignis personis, de bonis inuentis aut relictis per defunctos omnino conficere, ac post lapsum anni, a tempore mortis testatoris computandum, similiter unius mensis spatium, nobis aut uicario nostro et procuratori fisci nostri, integram de inuentis et distributis diligentem facere rationem; si quis uero aliter et praemissis non obseruatis, bona cuiuscunque, praesertim clerici, dispensare, aut se de executione facienda praesumserit, talem fisco nostro episcopali in quinquaginta florenorum Rhenanorum summa irremissibiliter persoluendorum multari et puniri uolumus eo ipso.

Testamentarii non debent differre testamentum ultra mensem et tenentur petere admissionem eiusque exequendi licentiam ac potestatem.

Inuentarium fieri debet antequam manus ad ex quendum apponatur.

Testamentarii tenentur facere rationem distributis etc. sub poena 50. flor. Rhen.

Discordias et dissensiones, quae saepe inter testamentarios defunctorum, et successores eorundem defunctorum beneficiatorum de et super portione fructuum deseruitorum oriuntur, remo-

mouere cupientes, ſtatuimus et ordinamus, quod quicunque beneficiatus noſtrarum ciuitatis et dioeceſis Bamberg. qui uixerit usque ad diem ſancti Iacobi maioris incluſiue, etiamſi contingat, eum mori eodem die, habere debet omnia ſingula blada beneficii ſui, uidelicet, triticum, ſiliginem et hordeum pro deſeruitiis, ut ſibi et ſuis teſtamentariis perſoluantur et in uſum deſuncti conuertantur. Qui autem ad feſtum S. Michaelis uixerit, aut eodem die mortuus fuerit, habebit auenam; uinum aliaque ſeminum genera et fructus quoscunque, etiam pullos autumnales. Qui uero usque ad Martini, pecuniarum cenſus: natiuitatis Chriſti, encenia: Eſto mihi, pullos, carnes priuiales; paſchae oua, uentres agnellorum, pentecoſtes, encenia: Walpurgis pecuniarum cenſus.

Norma obſeruanda poſt obitum beneficiati ſuper parte ne fructuum adquirendorum futuro ſucceſſori.

Tit. XXVI. De ſepulturis.

PEricvlis animarum et ſcandalis obuiare uolentes, inhibemus, ne ſecularis regularisue perſona, cuiuscunque ſtatus, uel conditionis exiſtat, quemquam inducat uerbis, nutibus, uel ſignis, ut alicnam eligat ſepulturam, uel ut electam iam immutet.

Ad ſepulturam alienam eligendam nemo inducendus.

Quorundam utriusque ſexus hominum malitiis, qui in animarum ſuarum ſalutis diſpendium et ſcandalum plurimorum, non ſolum contra prohibitionem apoſtolicam, ſed etiam in detractionem rectorum parochialium eccleſiarum et proximi nocumentum multos uerbis, nutibus, ſignis, aliisque ſuaſionibus allectiuis, tam in mortis periculo, quam in ſanitate conſtitutos, inducunt, quod omiſſa propria uidelicet eorum parochialis eccleſiae ſepultura, alienam eligant, uel quod electam immutent: Ex paſtoralis officii debito uolentes opportune obuiare, uniuerſis Chriſti fidelibus utriusque ſexus, cuiuscunque ſtatus aut conditionis exiſtunt, per noſtras ciuitatem et dioeceſin conſtitutis, ſub interminatione maledictionis perpetuae, in uirtute ſanctae obedientiae et ſub poena excommunicationis, nec non ſuſpenſionis a perceptione ſacramentorum, diſtrictiſſime prohibemus, ne quisquam ad uouendum, iurandum, uel fide interpoſita, ſeu alias, ad promittendum quenquam ad hoc inducat perſonam, quod propriam, ſicut praemittitur, ſepulturam dimittat et alienam eligat, uel quod iam electam immutet. Alioquin quicunque huius noſtrae prohibitionis uiolator fuerit, praeſentis conſtitutionis edicto, poenis excommunicationis et ſuſpenſionis huiusmodi tamdiu ſe nouerit innodatum, donec per nos aut eum, cui noſtras in hac parte uices commiſerimus, praeterquam in mortis articulo, digna poenitentia et ſatisfactione praecedentibus fuerit abſolutus.

Poena in praeuaricatores.

Quia etiam ordo iuris confunditur, ſi ius ſuum unicuique non ſeruatur, ſtatuimus ordinando, ut perſonae eccleſiaſticae tam ſaeculares, quam regulares, cuiuscunq; ordinis uel ſtatus exiſtant, qui alterius eccleſiae parochialium, per electionem ſepulturae rite et legitime factam ad ſuam eccleſiam, uel cimiterium ſuſceperint tumulandū, rectori eiusdem parochiae, de quibuscunque obuentionibus, occaſione illius funeris prouenientibus, ſecundum ſtatuta canonica, quartam partem intra quindenam, poſt eiusdem funeris tumulationem et dicti rectoris requiſitionem, integre perſoluere teneantur. Alioquin, ſaluis aliis iuris poenis, omnes, qui in dicta quarta parte ſoluenda in termino praedicto ſe negligentes exhibuerint, per cenſuram eccleſiaſticam praecipimus coerceri, tanquam aliena temere uel de facto detinentes.

Tit. XXVII. De parochiis.

SAne grauis et clamoroſa noſtris auribus inculcatur querela, quod nonnulli ſuis iuribus et finibus non contenti, parochianos alienos praeſumunt recipere temere ad diuina, contra canonicas ſanctiones, et cum dictorum parochianorum iudices non exiſtant, nec ligandi nec etiam abſoluendi in eos acceperint poteſtatem, ſe tamen iudices faciendo in foro ſpirituali, periculoſe abſoluunt et ligant pro ſuo aliquando libitu uoluntatis. Sicque ipſos, qui proprios ſpernunt presbyteros, minime abſolutos, illud ſalutiferum noſtrae peregrinationis uiaticum cum labe mundatis in animarum ſuarum et eorum, qui non diiudicantes indiſcrete recipiunt conferre periculum non uerentur. Sicque dicti eorum ſuam pro ipſis animam obligarunt, dum ſibi taliter ſubtrahuntur, ſtatum ignorantes ipſorum, non poſſunt, quod in eis aegrotum eſt ſanare nec conſolidare infirmum, nec allegare confractum, et ſic dum curationis neceſſariae non adhibentur remedia, inualeſcentib9 morbis', usque ad interemtionem laetio dilatetur, unde ſacerdotes; nullam poſſint de ſic pereuntibus animabus ſuperno iudici reddere rationem. Nos ſanctorū patrum, qui eccleſiae ſanctae Dei et perſonis eccleſiaſticis terminos, quos non licet transgredi, poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, huius ſacrae ſynodi approbatione, uniuerſis ſacerdotibus, tam religioſis, quam ſecularibus, cuiuscunque ordinis, conditionis ſiue ſtatus exiſtant

in

in ciuitate et dioecesi nostris degentibus sub debito iuramenti, quod nobis in receptione sacerdotii praestiterunt, ac sub interminatione diuini iudicii, firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum praesumat, excepta necessitatis causa, quae lege non habet, ad confessionem recipere, uel ei aliquod ecclesiasticum sacramentum porrigere, nisi petita desuper et obtenta licentia proprii sacerdotis, cum certi indubitati iuris existat, talem a tali crimine solui non posse aliquatenus, uel ligari: Et ex hoc ordinem ecclesiae, per maiores et sanctos patres, per diuinam prouidentiam institutum, confundi, quos per uniuersos plebanos coram suis plebibus praecipimus publicari.

Alienos parochianos, excepta causa necessitatis nel obtenta proprii parochi licentia, nemo recipiat et sacramenta eis porrigat.

Tit. XXVIII. De decimis, primiceriis et oblationibus.

QUia dominus in signum uniuersalis dominii decimas pro ministris altaris retinuit, canonicaque praeterea sanctio iubeat, eas de omnibus fructibus cum integritate persolui, statuimus, quod laici decimas ipsas de agris, pratis, hortis et arboribus, nec non de omnibus fructibus, qualitercunque eterra nascuntur, clericis seu parochialibus ecclesiis, nullis deductis expensis, siue messorum, siue familiae, aut mercenariorum sit pretium, etiamsi de uno fundo et uno anno pluribus uicibus crescant atque proueniant plures fructus, et similiter de animalibus et aliis rebus licite adquisitis, sine omni fraude integraliter tribuant et exsoluant. Volumus igitur, ut plebani et rectores ecclesiarum, et alii praedicatores in praedicationibus publicis et confessionibus secretis, charitatiue persuasioneque bona populum inducant, declarando, quod ad huiusmodi integralem solutionem decimarum et praecepto ecclesiae sint adstricti.

Ex omnibus fructibus etc. soluendae sunt decimae, non deductis prius expensis.

Populus ad harum solutionem monendus est.

Decimas igitur sacri canones sine diminutione et sine expensarum deductione iubent clericis exsolui: Ideoque mandamus, quatenus ipsis de fructibus statim, postquam collecti fuerint, et non deductis expensis, cum integritate plenaria exsoluantur.

Licet omnis christianus ad missarum solennia aliquod munus Deo offerre teneatur, et reducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: non apparebis in conspectu meo uacuus: in praecipuis tamen festiuitatibus, per anni circulum occurrentibus, quas iuxta ecclesiae longaeuam consuetudinem quatuor fore prae aliis censemus: nstiuitatis scilicet domini Iesu Christi, paschae, pentecostes et assumptionis B. M. V. ad oblationes et offertoria omnes et singulos nostros subditos in suis parochialibus ecclesiis sacerdotibus suis curatis teneri, praesentibus declaramus statuendo, nisi aliud forsan in quibusdam ecclesiis ex longa consuetudine esset introductum.

In quibus festiuitatibus subditi suis parochialibus ecclesiis ad offertoria teneantur.

Tit. XXIX. De regalibus.

CLaustra monialium omnibus et maxime clericis omnino interdicimus, inhibentes sub priuatione honorum abbatissia et priorissis, omnium monasteriorum, nostrarum ciuitatis et dioecesis, ne monialium aditum clericis uel laicis praebeant, nisi ex manifesta rationabili causa, sine dispensatione monachi et moniales quicunque habitum deferant, secundū quem profession eorum exigit congruentem et de hoc ipsorum praelati et praelatae sic prouideant, ne ipsis ex eorum circa hoc commissa negligentia poenam debitam cogamur infligere; ne ipsi monachi et moniales, habitum suum contra praesentis constitutionis tenorem illicite deponentes, laqueis sententiae canonis, contra tales latae, se inuoluant. Fragilitati sexus monialium ex corde compatiendo, magnam tentationis occasionem remouere uolentes, uniuersis et singulis, cuiuscunque status, gradus, ordinis et praeeminentiae existant, clericis in maioribus ordinibus constitutis, sub suspensionis ab ingressu ecclesiae et diuinis officiis, et laicis sub excommunicationis poenis districtius inhibemus, ne de caetero alicuius monasterii monialium praedictarum nostrarum ciuitatis et dioecesis, cuiuscunque etiam ordinis fuerit, septa, uidelicet ambitum, dormitorium, refectorium, domos, quas ipsae moniales inhabitant, aut hortos communes uel speciales introire, aut cum monialibus ipsis comessationes, aut consabulationes suspiciosas, in dictis uel aliis eorundem monasteriorum locis, habere praesumant, nisi ipsis a nobis et uicario nostro, aut nostram desuper authoritatem habente, uel ab eorundem monasteriorum uisitatoribus expressa ad hoc licentia concedatur.

Habitum gestent decentem.

Sine licentia non licet monialium claustra introire, aut confabulari.

Tit. XXX. De iure patronatus.

STatuimus, quod si clericus, siue laicus ecclesiae patronus, rectore eiusdem defuncto, spoliat dotem uel domum, ad beneficium spectantem, siue ecclesiam iure praesentandi, est ea uice priuatus, et superior illam ecclesiam uel beneficium illa uice conferre licite habebit: Statuimus etiam contra patronos ecclesiarum, qui bona clericorum decedentium sibi usurpant, ut a iure patronatus et praesentandi illa uice cadant penitus ipso facto.

Amittunt patroni ius suum, qui spoliant dotem aut bona sibi usurpant.

Item prohibemus in uirtute ſanctae obedientiae, et ſub poena ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiae latae ſententiae, et ſub obteſtatione diuini iudicii, ne ſacerdotes et aliae eccleſiaſticae perſonae a patronis eccleſiarum, ad eccleſias parochiales uacantes, nomine et uice alicuius minoris impuberis, uel alterius aetatem legitimam non habentis, ſe faciant pro ueris rectoribus praeſentari: Quia ex iſto execrabili abuſu, qui irrepſit proh dolor! in noſtra dioeceſi, ut accepimus, eccleſia Dei et animae fidelium damnabiliter decipiuntur, praeter alia mala, quae ex his pullulant et etiam ipſa eccleſia inficitur ſymoniaca prauitate; Qui quidem ſic inſtituti apud laicos Kirchen-Träger uulgariter nuncupantur, et qui hactenus praeſentati ſic fuerint fraudulenter, eos a ſe abdicent et reſignent, quod eis ſub praedicta ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiae poena firmiter praecipimus per praeſentes.

Non minores impuberes ſunt praeſentandi.

Si plures clerici a diuerſis patronis ad beneficia eccleſiaſtica nobis fuerint in diſcordia praeſentati, ac unus patronorum per ſe, aut alium, ſiue alios, clericum ab altero patrono, ſub praetendente praeſentatum capit, uulnerat, uel occidit, ne tam deteſtabile uitium in noſtra ciuitate et dioeceſi ultra ſibi locum uindicet, huius ſacrae approbatione ſynodalis ſtatuti ſtatuimus, quod, ſi patronus in praemiſſis aut eorum aliquo notorie culpabilis repertus fuerit, ipſo facto ſit iure patronatus, ſi quod illi in dicto beneficio, ſeu ad ipſum competiit, perpetuo ſpoliatus.

Plures clerici a diuerſis patronis praeſentati, non ſunt ab uno patronorum capiendi et uulnerandi.

Statuimus inſuper etiam, ut, ſi clericus ad beneficium eccleſiaſticum in diſcordia praeſentatus, aut alias ſuum captiuauerit aduerſarium, uel uulneraue-rit, aut hoc fieri mandauerit, ſeu ſuo nomine factum hoc ratum habuerit, ſit ipſo facto iure ſuo, quod ſibi contra aduerſarium competiit et competere poterat, priuatus, ſaluis poenis, contra tales et praecipue contra offenſores et occiſores clericorum quomodolibet promulgatis.

Tit. XXXI. De cenſibus.

Eccleſiaſtici aliis ſe conſtituere cenſuales prohibentur.

Libertatem eccleſiaſticam tueri ac prodigalitatem clericorum noſtrorum prohibere cupientes, ſub excommunicationis latae ſententiae poena, quam ferimus in his ſcriptis, diſtricte inhibemus, ne quisquam clericus noſtrarum ciuitatis et dioeceſis, cuiuscunque etiam gradus, ſtatus, ordinis ſaut conditionis exiſtat, ſine noſtro conſenſu etiam ex quacunque cauſa, ſe aut ſubditos ſuos cuiquam ſeculari perſonae conſtituat cenſuales, uel ad protegendum ſe ſubmittat; Quinimo ſi cuiquam ſe cenſuales conſtituiſſent, ſub eadem poena intra duorum menſium ſpatium, liberos et abſolutos facere teneantur: Neque ſub eadem poena praeſumant beneficiati, ſine huiusmodi noſtro conſenſu, fructus, redditus ac bona ſuorum beneficiorum in perpetuum oppignorare, uendere, locare, commutare, aut quouis modo alienare.

Tit. XXXII. De conſecratione eccleſiae et altaris.

Diſtincte inhibendo ſub excommunicationis poena, quam ferimus in his ſcriptis, mandamus, ne de caetero in coemeteriis non conſecratis uel uiolatis corpora defunctorum, in communionem decedentium ſine noſtra licentia tumulentur: Nec in his locis non conſecratis, uel eccleſiis aut altaribus uiolatis, ſub eadem poena, diuina celebrentur officia, niſi ex noſtra permiſſione aut ſpeciali ac expreſſa deſuper obtenta licentia.

Tit. XXXIII. De celebratione miſſarum et ſacramento euchariſtiae.

Quae reuerentia adhibenda ſit ſacramento S. euchariſtiae extra eccleſiam deportetur.

Sanctiſſimum Chriſti corpus quod digna ueneratione non ſufficit commendari, cum extra eccleſiam deportatur, ueneratione mandamus ſolita uenerari, uicem ut presbyter ſuperpelliciatus, cum ſtola circa collum illud reuerenter portet ante pectus, niſi loci diſtantia aut temporis qualitas aliud deposcat: clericus uero ſimiliter ſuperpelliciatus, aut honeſtus laicus praecedat, cum campanella aut lumine tintinnando; id uero audientes, uidentes uel ſcientes fieri et obuiantes donec ſacerdos transeat, genuflectant et dicant deuote ad minus ter orationem dominicam, cum ſalutatione euangelica. Nos tam presbytero et clerico, quam ſinguli aliis praedictis, qui pro reuerentia tanti ſacramenti genu flectunt, etiamſi ad infirmum et inde ad eccleſiam deuote ſequentibus uere poenitentibus et confeſſis, qui orationem et ſalutationem praedictas dixerint, quadraginta dies indulgentiarum, pro qualibet uice de iniunctis ſibi poenitentiis, authoritate qua fungimur, in domino relaxamus: presbyter uero, qui aliter, uel occulte ipſum portare praeſumſerit, praeter offenſam diuinam, poenam exceſſui condignam a nobis formidabit.

Indulgentiae 40. dierum,

Felicis recordationis olim Vrbanus Papa VI. pio ductus propoſito, omnibus uere poenitentibus et confeſſis ſacro ſanctum euchariſtiae ſacramentum, quando ad infirmos portatur et deportatur, deuote aſſociantibus, centum dies indulgentiarum miſericorditer in domino

Ab Vrbano papa VI. 100. dierum,

mino relaxauit, quod in ſermonibus ad populum facere contigerit Chriſti fidelibus frequentius inſinuare mandamus.

S. Euchariſtia ſolum ne portetur ad eccleſiam.

Statuimus inſuper, ut nullus ſacerdos hoc ſacramentum in colopedibus tranſiens tractare praeſumat et cum omni reuerentia, cautela et timore illud portet. In nulloque indecenti loco illud ponat, ſed ad eccleſiam de infirmo ſtudeat reportare.

Sint ieiuni, ſi percipiant infirmi S. euchariſtiam, niſi extent in ſummo periculo mortis.

Item quiuis rector eccleſiae hortetur plebem ſuam, ut infirmi tempeſtiue et ieiuni ſacramenta percipiant, niſi periculum mortis aliter expoſcat ſi immineret.

Item ſi ſacerdos aliquid poſt medium noctis per modum cibi uel potus ſumſerit, debet ſequenti die penitus a celebratione miſſae abſtinere.

Presbyteri ſint attenti in celebratione S. Euchariſtiae.

Praecipimusque miſſas a presbyteris cum omni cordis puritate attente et deuote celebrari, uerbaque extra canonem altiori et intelligibili uoce proferant, ut poſſint a circumſtantibus audiri. Et attendant omnino, ne quid de forma conſecrationis tam panis quam calicis omittatur, uerbaque integra conſecrationis cum intentione perfecta proferant.

Item pueri carentes uſu rationis, qui non poſſunt diſtinguere inter cibum corporalem et ſpiritualem aſſumtionem corporis Chriſti, nullatenus admittantur, eum ad eius ſuſceptionem requiratur deuotio actualis.

Incipientibus autem habere diſcretionem, etiam ante perfectam aetatem, puta cum fuerit undecim, duodecim uel tredecim annorum et alias, quando in illis ſigna deuotionis, diſcretionis ac feruor, uel deſiderium rationabiliter apparuerint, corpus dominicum miniſtretur.

Item caueant ſacerdotes, ne hoſtiam, cum qua celebrandum, tam diu conſeruent, quoad incipiat corumpi, ac in ea ſit aliqua diſpoſitio corruptionis, ex tali enim ſcienter conficiens peccat grauiter, propter irreuerentiam ſacramenti.

Inſuper et corpus domini noſtri Ieſu Chriſti usque ad corruptionem ſpecierum panis nullatenus conſeruetur, ſed ad minus innouetur ſingulis ſeptimanis aut quindenis, iuxta loci qualitatem: Tamen quilibet ſuper cuſtodia et renouatione ipſius ſacramenti curam habens, cuſtoditum ſumere et loco ſumti aliud conſecrare non differat ultra menſem.

Item ſacerdotes ſint cauti, quando praeparant calicem, ne uinum omnino ſit acetum factum uel acetoſum, aut acetum putridum, uel pendulum, ſeu corruptum et aqua parum apponatur, ut a uino de facili et totaliter abſorbeatur.

Item ſi muſca uel aranea uel aliud immundum aliquid in calicem, ante conſecrationem, ceciderit, effundatur et abluto calice de nouo praeparetur: Si uero aliquid horum poſt conſecrationem acciderit, illud caute capiatur et diligenter leuetur et comburatur, ablutioque ſimul cum cineribus ad ſanctuaria in eccleſia recondatur.

Item ſi ſacerdos ante conſecrationem corporis domini percipit, uinum et aquam non eſſe in calice, debet ſtatim apponere et conſecrare; Si uero poſt conſecrationem uerborum percipit, quod aqua deſit, debet nihilominus procedere nec debet aquam uino iam conſecrato miſcere, quia ſic ſequeretur corruptio ſacramenti: Si uero percipit poſt uerba conſecrationis, quod uinum non fuerit in calice, ſi quidem hoc percipiat ante conſumtionem corporis domini, debet depoſita aqua, ſi inibi fuerit, imponere uinum, cum alia aqua et reſumere uerbum conſecrationis ſanguinis. Sed ſi percipiat poſt ſumtionem corporis, debet apponere aliam hoſtiam, iterum ſimul conſecrandam, cum ſanguine, quia ſi diceret ſola uerba conſecrationis ſanguinis, non ſeruaretur ordo debitus conſecrandi.

Item ſi per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit ſuper tabulam, quae ſoiet eſſe ſub pedibus ſacerdotis celebrantis, lingua lambatur et tabula radatur et igne comburatur, et cinis iuxta altare condatur: Sed ſacerdos poeniteat quadraginta diebus.

Quod diebus ſacerdotes poenitere debeant in caſibus praedictis obuenientibus.

Si uero ſuper altare, interpoſita palla, ſtillauerit calix, forbeat miniſter et diebus tribus poeniteat. Si ſuper linteum altaris et ad linteum ſtilla peruenerit, quatuor diebus poeniteat et lintea mina, quae tetigerit illa ſtilla, tribus uicibus ſacerdos abluat, calice ſuppoſito, et aqua abluitionis ſumatur et iuxta altare condatur; praedictis autem diebus poenitentia eſt iniungenda. Poteſt tamen iniungi poenitentia arbitraria, penſatis conditionibus, negotio et cauſa.

Item ſi quis per ebrietatem, uoracitatem, uel infirmitatem, euchariſtiam euomuerit, debet uomitus ille ſumi diligenter et cremari et cineres iuxta altare recondi. Et clerici, qui in ſortem domini uocati exiſtunt, obſequium debitum Deo praeſtent, diſtricte ſub excommunicationis poena, quam in his ſcriptis ferimus, omnibus ſubiectis nobis clericis ſecularibus praecipimus et mandamus, quatenus horas canonicas reliquumque officium diuinum, diurnũ pariter

riter et nocturnum iuxta ordinationem rubricae breuiarii, quo in ecclesia nostra Bambergensi utimur, per totum anni circulum legendo dicant et cantando, non transcurrendo, sicophando, extranea et plerumque uana, profana et inhonesta uerba siue colloquia uaria intermiscendo, seu rite et deuote, infirmitatis et alia legitima causa siue impedimento cessante.

Anniuersarii diligenter obseruandi.

Missasque iuxta confirmationes beneficiorum et anniuersariorum institutionem legere et celebrare ac anniuersarios obseruare studeant, ne se in illis negligentes constituant, alias ad praedictam ac acriorem poenas contra tales mandamus procedi.

Volumus ac districte praecipiendo prohibemus, ne sacerdotes pro administrandis sacramentis, uel pro sepultura fidelium, munera quantumcunque modica, a suis subditis exigant aut extorqueant. Ipsis autem sacerdotibus non interdicimus, ut, si subditi eorum post sacramentorum administrationem, aut post funerum sepulturam, laudabilem et deuotam consuetudinem, pro huiusmodi sacramentorum administratione a fidelibus introductam, nollent obseruare, quam ad hoc officium nostrum seu uicarii nostri implorando possint iidem subditi licite coarctari et, prout ius dictauerit, consucta ad persoluendum compelli. Ad decorum domus domini et ad cultum diuini officii ampliandum, et ut Christi fideles ad diuinorum officiorum frequentiam ac etiam deuotionem salubrius inuitentur, statuimus et ordinamus, et nihilominus curatis sacerdotibus iniungimus per praesentes, quod ipsi de caetero in ecclesiis suis debitis horis quotidie pulsato campanae ad hoc signo, non in cameris suis, aut aliis locis, ut nonnulli ex eis hactenus facere ex accidentia consueuerunt, saltem matutinum et uespertinum officium dicant, in iisdem ecclesiis, cum fieri poterit, nisi eos necessitas seu impedimentum aliquod ab hoc retrahat et excusct: Quia ex ipso abusu plures libri ecclesiarum huiusmodi furtim asportantur et etiam deteriorantur grauiter; Alioquin ipsi presbyteri ad huiusmodi librorum praedictorum et deterioratorum restitutionem tenebuntur, et nihilominus super eo punientur.

In ecclesiis horas canonicas orent.

Pastoralis officii nostri cura sollicite nos admonet, subditorum nostrorum saluti prouidere, uirtutes plantare, ac uitia et scandala remouere. Sane dudum multorum ad nos ueridica relatione peruenit, qualiter transactis temporibus, nonnulli nouiter presbyteri ordinati in decantationibus aut celebrationibus suarum primarum missarum, quas primitias uocant, more secularium nuptiarum, conuiuia apparauerint, tutbamque tam cognatorum, quam aliorum utriusque sexus hominum, clericorum et laicorum, ad conuiuia huiusmodi inuitauerint, propinas receperint, choreas duci, strepitum cum instrumentis musicalibus et quod plura alia, quae in dictis secularibus nuptiis uix licite admittuntur, fieri et exerceri permiserint. Quae omnia et singula presbyteros ipsos a deuotione, quam in prima celebratione missarum habere praesumuntur, magis distrahunt, quam conducunt. Nos igitur abusiones huiusmodi tollere ipsosque presbyteros sic celebrantes, a mensarum curis absolutos, deuotioni ac diuino officio magis intentos esse cupientes, in uirtute sanctae obedientiae mandamus, districtissime inhibendo, ne deinceps presbyteri quicunque, cuiuscunque status, ordinis, conditionis, aut dignitatis existant, in aliqua ecclesiarum et monasteriorum nostrarum ciuitatis et dioecesis, suas primitias decantare, aut celebrare uolentes, eo die, quo easdem celebrare constituunt et celebrant, ultra decem personas uirilis sexus duntaxat, inter quos etiam sibi ad altare ministrantes comprehendi uolumus, in prandio et in coena secum habeat inuitatos, propinasque nisi ad altare oblatas non recipiat, aut imbursct, neque choreas iuxta secularium nuptiarii morem apud se coram eo duci aut fieri faciat, ducat, aut ab aliis fieri permittat, sub suspensionis a diuinis officiis poena, quam contrafacientes incurrere uolumus ipso facto.

Presbyteri primitias celebrentes tantum decem personas sexus uirilis in conuiuio habeant.

Idem in inthronisationibus monialium in monasteriis monialium nostrae dioecesis, quoad personarum inuitandarum numerum et propinas uolumus obseruari, ne, cuiuscunque conditionis aut status existat, in inthronisatione sua propinas recipiat, ut ultra numerum praetactum utriusque sexus homines secum inuitatos habeat, aut adducat, sub poena suspensionis a diuinis officiis praedicta. Nonnulli, ut plurimorum relatione accepimus, tam clerici quam laici, praesertim in certis festis, dum in ecclesia orationi insistere deberent, non uerentur in ipsis earumque coemiteriis choreas facere, actus dissolutos exercere, ac etiam interdum canere cantilenas, seu confabulationes illicitas facere, ac multas insolentias perpetrare, ex quibus ecclesias et coemiteriorum uiolationes inhonesta uariaque delicta quandoque sequntur ac ecclesiasticum plerumque perturbatur officium, in diuinae maiestatis offensum et astantium scandalum populorum;

Idem obseruandum in monialium monasteriis in actu inthronisationis.

in

in multis etiam ecclesiis cum uasis, uestimentis et caeteris ornamentis, ad diuinum cultum necessariis, indecentibus, pensatis utique earum facultatibus, deseruitur: Quae omnia et singula praesentibus interdicimus et firmiter prohibemus.

Inhibemus etiam, ne plebani, uel sacerdotes aliqui excommunicatis a domino papa uel nobis, aut iudice ordinario seu delegato, ante obtentum absolutionis beneficium, in festiuis uel priuatis diebus, de caetero introitum ecclesiae indulgeant, uel eos recipiant ad diuina, cum ante absolutionem excommunicationis uinculum non possint ad tempus suspendere, ne sine peccato medio tempore possit eis, nisi in certis casibus, communicari. Qui uero contrarium fecerit, ipso iure ab officio sit suspensus.

Excommunicatis ingressum ecclesiae non indulgeant.

Presbyter absque ministrante non celebret.

Insuper districte praecipimus, ne ullus presbyter sine scholara siue ministrante, sibi in missa respondente, missam audeat celebrare: in eleuatione corporis dominici campana pulsetur, ut in nomine Iesu omne genu flectatur.

Execrabilis et detestanda aliquorum negligentia nostrum turbauit auditum, quod in plerisque monasteriis regularibus, ad hoc fundatis, horae canonicae et alia diuina officia interdum nullatenus uel saltem raro, negligenter, incomplete et inordinate decantantur, seu peraguntur.

Quodque nonnulli ecclesiarum ministri, modestia ordinis clericalis abiecta, non considerantes, quod beneficium datur propter officium, horas canonicas dicere, seu psallere negligunt, in diuinae maiestatis offensam ac scandalum plurimorum. Ne igitur transgressores inualescant huiusmodi aliisque ueniant in exemplum, districtissime praecipiendo mandamus, ut in omnibus et singulis ecclesiis collegiatis ac monasteriis regalibus uirorum et mulierum nobis subiectorum, ad hoc fundatis et dotatis, singulis diebus officium diuinum, diurnum pariter et nocturnum, horis debitis, solenniter in nota cum spiritu humilitatis, deuote, rite, ordinate, distincte et laudabiliter psallatur et decantetur.

Horae canonicae sint in ecclesiis ecclesiae decantandae.

In praemissis uero negligentes, culpabiles, inobedientes, seu rebelles cuiuscunque fuerint status, conditionis, ordinis, uel dignitatis, decernimus per censuram ecclesiasticam ac subtractionem reddituum et prouentuum suorum ac alias secundum qualitatem delicti grauiter puniendos. Et quia superioris negligentia, quae dum spem impunitatis permittit, multam pestilentiam in subditos nutrire consueuit: Idcirco omnibus illis, ad quos id pertinet, districte et in uirtute sanctae obedientiae iniungimus et mandamus, ut omni negligentia et iniuria penitus relegata, circa reformanda praemissa et eorum singula corrigenda sollicitam curent diligentiam adhibere, alioquin nos eorum negligentiam, prout iustum fuerit, puniemus.

Cum sacrorum canonum sanxerit authoritas, quod nullus sacerdos diuina missarum solemnia debeat in altari portatili, uel uiatico celebrare: Ideo rectoribus ecclesiarum et uniuersis cleticis nostrarum ciuitatis et dioecesis, firmiter in uirtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis sententia, quam in his scriptis serimus, poena praecipiendo mandamus, ne in huiusmodi uiaticis altaribus, absque nostro speciali indultu, celebrent, aut alios presbyteros seculares, uel regulares patiantur aliquatenus celebrare.

In altari portatili ne celebrent sacerdotes absque speciali indulto.

Tit. XXXIV. De baptismo.

BAptismus omnium sacramentorum ianua est; Ideo de eius forma etiam mulieres instruantur, ut tempore necessitatis, quando pueris natis periculum imminet mortis, ipsos ualeant, absentibus presbyteris, rite baptizare. Et dicant sine additione uel deminutione uidelicet N. ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus S. amen: Et est exspectandus totalis partus ab utero: Vbi autem periculum mortis timeretur, agressa parte principali et capite, in quo operationes animae magis manifestantur, baptizetur infans.

Item pueri, quantocius fieri poterit, baptizentur, ne debilitate morte praeuenti damnentur. In hyeme aqua calefacta competenter infans baptizari potest. Inhibemus etiam, ne rectores diuinarum, sicuti, ut accepimus, aliqui facere solent, dominicis diebus, post pascha usque ad pentecosten, cum fonte baptismatis populum aspergere praesumant, sed cum aqua benedicta, ad hoc similiter, sicut aliis diebus dominicis, benedicenda, populum fidelem aspergere debeant.

Docere igitur debent sacerdotes, tam mares quam foeminas, in necessitate paruulos baptizare, in forma praescripta in suo idiomate. Et quod patres et matres infantes proprios, si summa necessitas exigit, poterunt baptizare. Et si sacerdotes, super hoc diligentius inquirentes, debitam formam seruatam in baptismate inuenerint, quod factum est approbent, supplentes circa bapti-

zatum quoad unctionem olei et in pectore et in ſcapulis et chrismatis in uertice, quod a laicis eſt omiſſum.

Si autem in baptiſmate debitam formam non inuenerint obſeruatam, non differant pueros baptizare: Si autem de baptismo alicuius dubitetur, tunc baptizetur ſub hac forma: Si es baptizatus, non te baptizo, ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Haec tamen fiant ſicut in libris continentur.

Sciant enim ſacerdotes, quod, ſi laicus non baptizat ex ſimplicitate, non cauſa introducendi errorem, dicat, ego te baptizo in nomine ſancti patris, ſancti filii, ſancti ſpiritus, quod non eſt rebaptizandus puer, cum, quis illud apponit, quod neceſſe eſt intelligi. Pater enim ſanctus eſt: Vnde in Iohanne: pater ſancte ſerua eos etc. Filius ſanctus eſt: Vnde in Luca: Quod etiam ex te naſcetur ſanctum uocabitur filius Dei: et ſpiritus ſanctus eſt: Vnde ibidem ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te.

Hoc probat Auguſtinus per hoc, quod dicitur ter ſanctus in Eſaia et in apocalypſi.

Si quod autem aliud interpoſitum fuerit, non eſt baptizatus: Si autem in fine appoſuerit, aliquid cauſa deuotionis et ex ſimplicitate, non intendens per hoc baptizare, uidelicet ſanctae Mariae et ſancti Iohannis et ſancti Petri etc. baptizatus eſt. Si autem intendit per hoc baptizare, non eſt baptizatus.

Nihil petatur pro baptiſmo.

Item pro baptiſmo nihil exigatur, ſed, ſi quid offeratur gratis, accipi et conſuetudo loci introducta obſeruari poteſt: prohibetur etiam per praeſentes, ne quis de caetero in aulis, aut cameris, aut aliis priuatis locis ſeu domibus, ſed duntaxat in eccleſiis, quae ad id ſunt deputatae, aliquos, niſi principum, quibus ualeat in hoc caſu deferri, liberi exti terint, aut talis neceſſitas emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi, audeat baptizare; Qui autem ſecus attentare praeſumſerit, aut ſuam in hoc praeſentiam exhibuerit, taliter per nos punietur, quod alii ſimilia attentare non praeſumant.

Tit. XXXV. De cuſtodia euchariſtiae.

STatuimus, ut in eccleſiis euchariſtia et chrisma, nec non aqua baptiſmalis, ac ſingula ad diuinum cultum ſpectantia, ne ad ea nefanda manus extendi ualeat, ſub fideli cuſtodia, adhibitis clauibus, ſolenniter et diligenter conſeruentur.

Ordinamus inſuper, ut mulieres ſacra uaſa contingere et ad altare ſacerdotibus miniſtrare non praeſumant; ſtatuimus, ut uaſa miniſterii et ſacra ueſtimenta, nec non locus ſacramenti et reliquiarum ac corporali munda teneantur. Cum autem corporalia ſordida fuerint, non niſi per ſacerdotes intra ſacrarium abluantur. Ipſaque ueſtimenta et corporalia, uetuſtate conſumta ad humanos uſus nullatenus rediganB tur, ſed incendio tribuantur et cineres, ut moris eſt, conſeruentur.

Tit. XXXVI. De reliquiis et ueneratione ſanctorum.

NEin debita ueneratione ſanctorum quisquam noſtrae ciuitatis et dioceſis a noſtra maiori eccleſia ualeat deC uiare, feſtiuitates per anni circulum per populum nobis ſubiectum ſolenniter celebrandas et quae ab olim ipſa noſtra eccleſia et populus ſolenniter celebrauit, praeſentibus duximus annectendas. Mandantes, quatenus feſtiuitates eiusmodi et nullas alias ſine noſtra ſpeciali auctoritate et licentia populo noſtro celebrandas aliquatenus de caetero indiD catis. Feſtum uidelicet natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, S. Stephani prothomartyris, S. Iohannis apoſtoli et euangeliſtae, ſanctorum innocentum: circumciſionis, epiphaniae domini: conuerſionis S. Pauli, purificationis B. M. V. cathedrae Petri: Matthiae apoſtoli: S. Cunigundis imperatricis obitus, annunciationis B. M. V. reſurrectionis dominicae cum tribus diebus ſequentiE bus: S. Georgii martyris; SS. apoſtolorum Philippi et Iacobi: inuentionis S. crucis: Ioannis ante portam latinam, quae eſt dies dedicationis noſtrae eccleſiae Bambergenſis: aſcenſionis domini: pentecoſtes cum tribus diebus ſequentibus: SS. trinitatis: corporis Chriſti: S. Viti: natiuitatis S. Ioannis baF ptiſtae: SS. apoſtolorum Petri et Pauli: uiſitationis beatae M. V. S. Kiliani: obitus ſancti Henrici imperatoris: S. Mariae Magdalenae: S. Iacobi apoſtoli: S. Petri: ad uincula S. Laurentii martyris. Aſſumtionis B. M. uirg. S. Bartholomaei apoſtoli: S. Aegidii confeſſoris: natiuitatis Mariae: translationis S. Cunigundis! Matthaei apoſtoli et euangel. MiG chaelis archangeli: translationis S. Ottonis epiſcopi: S. Dionyſii et ſociorum eius: SS. apoſtolorum Simonis et Iudae: omnium ſanctorum: Martini epiſcopi: praeſentationis B. M. uirg. S. Catharinae: S. Andreae apoſtoli: S. Nicolai epiſcopi: conceptionis B. M. V. S. Thomae apoſtoli: anniuerſarius dedicationis et feſtiuitas patroni cuiuslibet eccleſiae. Dies quoque ſinguli dominici per anni circulum currentes.

Tit.

Tit. XXXVII De obſeruantia ieiuniorum.

Ieiunia non ſunt ad alios dies transferenda.

AD haec etiam prohibemus, ne quis adductus pariter et diſcretus ordinaria et ſtatuta iciunia, utpote quadrigeſimae temporis et uigiliarum, praeſumant infringere, nec non huiusmodi etiam quatuor temporũ ieiunia propter uotiua et extraordinaria ieiunia quis uiolare praeſumat, cum tale damnum tali lucro Deus nolit recompenſare. Reprobamus ſimiliter prauam quorundam conſuetudinem, qui ſextam feriam uiolant, ſabatho, quarta feria uel alio die in hebdomade ieiunantes, de caetero hoc fieri diſtricte prohibemus.

Vniuerſis et ſingulis eccleſiarum parochialium et diuinorum rectoribus ac uerbi diuini praedicatoribus, nec non curatis per ciuitatem et dioeceſin noſtras Bambergens. ubilibet conſtitutis notificamus, quod dudum, ut accepimus, ſucceſſiue ad illuſtrium principum dominorũ Georgii et Ottonis, comitum palatinorum Rheni ac Bauariae ducum: Nec non prouidorum uirorum magiſtrorum, ciuium et conſulatus oppidi Bamberg. noſtrae Bambergenſis dioeceſis inſtantias ſeu petitiones, omnibus et ſingulis Chriſti fidelibus utriusque ſexus hominibus etiam in huiusmodi noſtra dioeceſi Bambergenſi ſub eorum temporali domino conſtitutis, ut quadrageſimalibus et aliis diebus, quibus butyri et aliorum lacticiniorum eius eſt prohibitus, butyro et aliis lacticiniis ueſci, ex certis cauſis tunc expreſſis, ſub certis modis et formis a ſancta apoſtolica ſede inductum ſit et conceſſum. Nos attendentes cauſas et rationes, ob defectum creſcentiae olei oliuarum, pro huiusmodi indultis obtentis expoſitas, non minus in ciuitate et tota dioeceſi noſtra Bambergenſi praedicta, quam in illius partibus, militare, deformitatem et diſpatitatem, ſiue differentias tollere caeterorumque ſubditorum noſtrorum, in praedictis indultis non comprehenſorum, commoditatibus amplius conſulere uolentes, ut omnes in dictis noſtris ciuitate et dioeceſi conſtituti, unius cultus, quoad praemiſſa, ad parem etiam obſeruantiam inclinentur, pridem ſimiliter pro uniuerſis et ſingulis Chriſti fidelibus, utriusque ſexus hominibus, tam clericis quam laicis, praedictarum noſtrarum ciuitatis et dioeceſis Bambergenſis in ſupradictis indultis conceſſionibus non comprehenſis, ut etiam in quadrageſimalibus ac aliis diebus, in quibus butyri et aliorum lactininiorum eſus ex praecepto eccleſiae uel conſuetudine eſt prohibitus, butyro et aliis lacticiniis absque ſcrupulo conſcientiae uti et ueſci libere et licite ualeant, de conſenſu et uoluntate uenerabilium in Chriſto nobis ſincere dilectorum, praepoſiti, decani et capituli eccleſiae noſtrae Bambergenſis, a dicta ſede apoſtolica gratioſe indulgeri et concedi obtinuimus et impetrauimus; Ita tamen quod indultis gratiis, conceſſionibus et impetrationibus noſtris huiusmodi uti uolentes, tam clerici quam laici, ſi in ſingulis eorum bonis ultra ualorem ducentorum florenorum Rhenenſiuum habeant, octo; ſi uero minus quam ducentorum florenorum, ut praefertur, habeant, quinque denarios monetae noſtrae uſualis currentis, loco poenitentiae ſalutaris, quolibet anno, quo indultis huiusmodi uti uoluerint, ad certos truncos ſiue loca per nos deputandos ſiue deputanda, erogare et imponere teneantur, qui denarii ſic impoſiti ad laudem omnipotentis Dei et diuini cultus augmentum et non ad alios uſus conuerti debeant, prout et quemadmodum in literis apoſtolicis, deſuper confectis et emanatis, quas alias in ualuis dictae eccleſiae Bambergenſis publicari fecimus et mandauimus, praeſentibusque pro expreſſis haberi uolumus, praemiſſa omnia et ſingula latius continentur.

Quae omnia et ſingula in et ad ſubditorum noſtrorum notitiam deducere uolentes: uobis omnibus et ſingulis ſupradictis in uirtute ſanctae obedientiae et ſub excommunicationis poena diſtricte praecipiendo mandamus, quatenus indulta et conceſſiones apoſtolicas et impetrationes noſtras huiusmodi in ambonibus eccleſiarum et capellarum ueſtrarum, quolibet anno ſingulis dominicis proximis ante angarias et quatuor tempora, ac quando eſto mihi, ante carnisbriuium et inuocauit, in cuius ieiunii in eccleſia Dei officia cantantur, diebus ſolenniter ac diligenter publicetur, ac Chriſti fideles et populum ueſtrum deſuper fideliter informare ſtudeatis.

Tit. XXXVIII. De eccleſiis aedificandis.

Domus eccleſiae dare impune non licet.

VT domus ac eccleſiae et capellae ab omnipotentis Dei, gloriosiſſimaeque uirginis Mariae et ſanctorum decorem, gloriam et honorem aedificatae, fabricatae et conſecratae, illaeſae et illibatae perpetuo conſeruentur, ſub excommunicationis poena inhibemus, ne quis eccleſiam, ſeu capellas, aut muros eorundem ſeu caracteres in eis factas, ſiue altare aliquod temere infringere, uel ſine licentia noſtra ſpeciali rumpere, uiolare, deſtruere, aut demoliri, uel praemiſſa facere aut fieri mandare praeſumat: contra facientes ſententiam praedictam, quam his ſcriptis ſeri-

ferimus, ipso facto subiacere et incurrere uolumus, nec sub eadem poena quis nouam ecclesiam siue capellam, sine nostra huiusmodi licentia, aut uicarii nostri in nostris ciuitate et dioecesi erigere, construere aut aedificare, aut signa aliqua forsan simulare, aut alias facta, tanquam uera approbare, seu acceptare, aut peregrinis signa peregrinationis assignare praesumant.

Rationes reddendae ob administrationem. Statuimus ut administratores, magistri fabricae, uel hi, qui ecclesiarum bona et pecunias ad fabricam deputatas administrant, uel quibus commissa cura est fabricae, siue clerici, siue laici existant, cum aliena negotia gerant, debeant singulis annis inter patcha et festum ascensionis domini, aut alio tempore plebano, pro tempore et aliis, quorum inter est, de omnibus et singulis perceptis et distributis debitam rationem reddere, ut bona et res ad fabricam ecclesiae cuiuslibet deputata, uel ex Christi fidelium eleemosynis collecta ad necessarios usus aedificiorum et ornamentorum conuertantur. Iniungimus insuper praetactis administratoribus, siue magistris fabricae, quod in suo officio fideles existant, ueluti Deo, cuius res tractant, rationem reddere habent. Quodque attendant circa domorum Dei aedificationes ac ornamentorum ac aliorum defectus, ut iuxta earum facultatem et qualitatem decorentur.

Si uero quisquam ex praefatis magistris fabricae aut ecclesiae uitricis negligens repertus fuerit, uel singulis annis, ut supra, rationem reddere recusauerit, hunc debeat et possit plebanus seu rector ecclesiae, intra cuius limites hoc contingit, per sacramentorum subtractionem aut aliam ecclesiasticam poenam constringere, uel ad nostram aut uicarii nostri audientiam deferre. In his autem, quae hospitalibus uel leprosoriis aut orphanotrophiis praesunt, tam circa reddendam rationem, quam in aliis eorum administrationem et necessitatem tangentibus statutum Viennensis consilii et iuris communis dispositionem in nostris ciuitate et dioecesi praecipimus obseruari.

Tit. XXXIX. De immunitate ecclesiarum et coemiteriorum.

Clerici non laedendi. PRaecipimus sub poena suspensionis latae sententiae, ut si ab aliquibus laicis quaedam, spolium siue rapinam spiritualium personarum, seu etiam aliquam ecclesiasticam personam captiuam ad aliquem locum adduci contigerit, sacerdotes et capellani eorundem locorum, postquam hoc sciuerint, nulla alio exspectato mandato, a diuinis cessabunt.

Statuimus etiam, pro utilitate subditorum nostrorum, ecclesiasticarum uidelicet personarum, quod non solum in locis, ad quae dictum spolium siue persona deducetur; uerum etiam in illis locis, in quibus res ecclesiasticarum personarum absque nostro aut iudiciis ecclesiastici competentis (sc. mandato) occupari, arrestari, detineri, auferri, seu distrahi, etiam domus earum, siue quaecunque aedificia demoliri contigerit, in eisdem locis cessetur ab officiis diuinorum.

Ad detestabilem malignorũ audaciam ac insolentiam, temeritatem compescendam, et ut ecclesiarum libertas obseruetur, sub excommunicationis poena, quam ferimus in his scriptis, districte praecipiendo inhibemus, ne quis in ecclesiis, capellis, seu loco sacro, insolentias, exclamationes, seditionem, impetum, aut tumultum facere; seu immunitatem uiolare, aut ecclesiis uel ecclesiasticis personis *talias*, collectas siue onera imponere aut seruituti laicali aut dictioni submittere uel subiicere aut subiici arctare praesumat: Sed ab omnibus praedictis quibuslibet aliis illicitis actibus etiam societatibus, foedis negotiationibus, nundinis et mercenariis in eis habendis, seu faciendis, aut ad alias seu illa confugantibus extrahere, ui depellere aut amouere cessent, et penitus se abstineant; contra uero facientes, ultra poenam praedictam acrius puniri mandamus.

Ecclesiis et ecclesiasticis personis collectas etc. non sunt imponendae.

Tit. XL. De sponsalibus et matrimoniis.

CLaudestina matrimonia sub poena excommunicationis fieri prohibemus, et per plebanos inhiberi sub eadem poena mandamus, sed in facie ecclesiae fiant. Si uero aliqua dubia super matrimoniis et quibuscunque aliis sacramentis emerserint, sacerdotes ad nos referant, recepturi consilium salutare. Plebanique in praedicationibus doceant et obseruent hanc formam in matrimonio, quod coram fide dignis personis uir dicat mulieri, recipio te in meam legitimam uxorem: Et uice uersa mulier dicat: recipio te in meum legitimum maritum; Cum multa ex inthronisatione nubentium, temporibus a iure prohibitis, cum pompis et insolitis actibus secularibus, alias etiam plurima exinde oriuntur scandala, quibus obuiare cupientes, sub latae sententiae excommunicationis poena quibuscunque parochialium ecclesiarum rectoribus, seu eorum locum tenentibus, caeterisque presbyteris et beneficiatis nostrarum ciuitatis et dioecesis mandamus eisque districte inhibemus, ne deinceps ali-

aliquos nubentes, temporibus a iure, seu consuetudine prohibitis inthronisare seu sic alias etiam alibi quam in suis parochiis, autantea, nisi de expressa licentia nostra eis ostensa aut data, inthronisatos ad ecclesiam uel diuina admittere aut illis celebrare, uel sacramenta ecclesiastica ministrare praesumant; omnemque solennitatem et pompam huiusmodi temporibus in matrimoniis fiendam penitus prohibentes: tempora autem prohibita sint haec: A prima dominica aduentus domini usque ad octauas epiphaniae domini inclusiue. A septuagesima usque ad octauas paschae similiter inclusiue. In hebdomada litaniae maioris uicem festi sancti Marci nec non a dominica, qua cantatur uocem iucunditatis, quae proximior est ante festum ascensionis domini et rogationum, usque ad octauas corporis Christi etiam inclusiue.

Omnis pompa prohibita.

In quibus temporibus prohibitum sit solennitate nuptias

Statuimus, ut matrimonium cum reuerentia et honore in conspectu ecclesiae celebretur, si autem matrimonium fuerit contrahendū in ecclesiis, publice per parochialem presbyterum dominicis et festiuis diebus publice proponatur, ut, si quod impedimentum matrimonii contrahendi aliqui nouerint, infra terminum competentem, ab ipso presbytero praefigendum, in facie ecclesiae sine difficultate illud reuelent.

Fiant denunciationes publice in parochiis.

Excommunicationis quoque sententiam in genere proferimus in omnes huiusmodi impedimentum celantes. Si quis autem, non praemissa denunciatione, clandestina et interdicta coniugia inire prosumserit, etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta illegitima est censenda.

Parochialis etiam sacerdos tales coniunctiones si prohibere contemserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis praesumserit interesse, per trium dierum spacium ab officio suspendatur.

Tit. XLI. De cognatione spirituali.

CVm in iure inter personam baptizatam et illum, qui eam suscepit, ac inter eandem baptizatam personam et suscipientis filios: et uxorem ante susceptionem huiusmodi carnaliter cognitam ab eodem, nec non inter suscipientem patremque baptizati et matrem, cognatio intercedat spiritualis, quae matrimonium impedit contrahendum, et dirimit post contractum: haec quoque iam dicta de suscipiente, sunt etiam de baptizante censenda, Praeterea quia ex confirmatione seu frontis chrismatione spiritualis cognatio eisdem modis contrahitur, matrimonia simpliciter impediens contrahenda et dirimens post contracta; Aidcirco praesentis statuti et dicti iuris auctoritate huiusmodi spirituales cognatos matrimonium inuicem contrahere districtius inhibemus.

Tit. XLII. De consanguinitate et affinitate et consilio Viennensi.

EOs qui diuino timore postposito, in suarum periculum animarum, scienter, in gradibus consanguinitatis uel affinitatis, constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non uerentur: nec non relligiosos et moniales, aut clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonia contrahentes, excommunicationis sententiae decernimus subiacere ipso facto: praecipientes ecclesiarum praelatis, ut illos, quos ea constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publice tam diu nuncient, seu a suis faciant subditis nunciari, donec suum humiliter recognoscenter errorem, separentur ab inuicem et absolutionis beneficium habere mereantur.

Tit. XLIII. De Simonia.

QUoniam inter ecclesiastica crimina Simoniaca prauitas primum locum obtinet: ideo eandem haeresin exstirpare uolentes, scripto praesenti excommunicamus omnes et singulos uentes ecclesiastica sacramenta, uidelicet baptisma, eucharistiam, unctionem extremam, poenitentiam et alia sacramenta, nec non ecclesiasticam sepulturam, uel beneficium ecclesiasticum: illos sententia nostra complectentes, qui aliquid praedictorum negligunt, uel differunt impendere, quousque pecunia uel aequiualens pecunia detur, aut promittatur, seu desuper quomodolibet fiat pactum. Gratis enim et absque omni pacto dona et sacramenta praedicta debent exhiberi, nec praetextu alicuius quantumcunque longaeuae consuetudinis, immo potius corruptelae, antequam impendantur, aliquid exigi permittimus uel pacisci. Licet eis exhibitis uolumus, prout de iure cautum est, consuetudines antiquas obseruari.

Interdicimus enim iudicibus ecclesiasticis ordinariis, delegatis arbitris et compromissariis quibuscunque, in nostra ciuitate et dioecesi, ne Dei timore postposito et legum et canonum suspensionem non curantibus per sortes et pactiones alias illicitas, de danda sibi pecunia uel alia re temporali, uel alia promissione quacunque interueniente, sententias uel pronunciationes quascunque, in causis istis, quas nobis reseruamus, authoritate quacunque audeant proferre.

Nec dolum seu fraudem contra hu-

per utrumque effectum bonum Deus conferat, licite ergo a quocunque alias idoneo sacerdote diuina audiantur et ecclesiastica ministeria et sacramenta recipiantur. Insuper uolumus et in uirtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, ut omnes plebani et ecclesiarum rectores seu uicarii nostrae dioecesis, omnes hacreticos, fautores, eorum, receptores et credentes eorum opiniones, necnon et defensores eorum denuncient, ad minus semel in anno, excommunicationis sententiae subiacere, praesertim etiam in hebdomada sancta. Et nihilominus eos omnes cuiuscunque conditionis, aut status existant, tales esse scientes uel ex ueriſimili coniectura, aut alia suspicione probabili, si eosdem publice non accusauerint, seu denunciauerint, uel si publice non auderent metu personae, uel rerum, aut plebano, rectori seu uicario loci, ex quacunque causa secure denunciare non possent, ad nostram hoc notitiam non detulerint, tanquam fautores et conseruatores eorum, quos ex nunc excommunicamus in his scriptis, uolumus praedicto tempore nunciari.

Tit. XLVI. De apostatis.

APostatam habitu suo dimisso uagantem, cum ipse excommunicatus sit ipso facto, iure nullus admittat quomodolibet ad diuina, imo tanquam excommunicatus uitetur et mandetur ab aliis districtius euitari. Et nobis aut nostro uicario in spiritualibus, si commode fieri poterit, praesentetur debita poena puniendus.

Tit. XLVII. De raptoribus.

PRouide personas ecclesiasticas in suis libertatibus, iuxta canonicas sanctiones, aut nostrum debitum ad id nos adstringit, confouere uolentes, praesenti constitutione firmiter prohibemus, ne de caetero quisquam in personas ecclesiasticas manus sacrilegas mittere, aut, sine nostra licentia speciali, easdem capere, uel tenere, aut carcerali custodia mancipare praesumat. Et cum tales temerarii praesumtores excommunicati de iure ipso facto existant, in quos et nos in his scriptis sententiam excommunicationis ferimus, mandamus eosdem praesumtores in omnibus et singulis ecclesiis nostrarum ciuitatis et dioecesis, quam primum de huiusmodi facinore eis constiterit, excommunicatos denunciari, nominatim intra missarum solennia, coram plebe, singulis diebus dominicis et festiuis, nullo super hoc alio mandato exspectato, tam diu donec de eorum absolutione constiterit euidenter. Et in loco, ubi clericus detinetur incarceratus, interdictum strictissime obseruari et a diuinis cessari uolumus. Plebani uero, in quorum parochiis talia crimina committuntur, quantotius poterint ad nos deferant, ut contra ipsos malefactores, si eorum ptoteruitas ac commissi criminis qualitas exegerit, arctius procedamus.

Ad nostram peruenit notitiam, quod nulli laici aduocari, officiales, iustitiarii et alii seculares nostrae dioecesis et etiam in terris et locis aliis, nostrae ditioni subiectis, abbates, praepositos, decanos, parochialium ecclesiarum rectores et beneficiatos etiam quoscunque, tam in uita, quam in morte, rebus et bonis suis spoliare, fructus sequestrare, immo etiam adhuc, ut percipimus, uiuentes et aliquando agonizantes, uel, ipsis mortuis, eorum cadauera, quod abominabile est, quandoque subtus strata in palea locare, lectos, supellectilia, uestes et res alias eorundem clericorum auferre, et illa sibi temere usurpare, eisque ab intestato uel testatis succedere, seu eorum testamenta infringere, in Dei offensam et laesionem immunitatis ecclesiasticae, animarum suarum periculum et scandalum *plurimum*. Nos igitur ecclesiarum et personarum earundem sollicitam curam habentes, contra ausus talium et conamina, opportunum remedium apponere cupientes, et ut personae et res praedictae in iuribus et libertatibus suis non laedantur: statuendo strictissime inhibemus omnibus et singulis militibus militaribus, aduocatis, capitaneis, officialibus oppidorum, castrorum et uillarum communitatibus, scultetis, consulibus, proconsulibus, iudicibus, praeconibus et aliis laicis, quibuscunque nominibus censeantur, nostrae iurisdictioni subiectis, ne de caetero bona seu res personarum ecclesiasticarum, praesertim rectorum parochialium ecclesiarum, capellarum, altarium seu beneficiatorum quorumcunque et clericorum singulorum, quae omnino debuerunt, debent et debebunt esse libera in morte et in uita, in uitâ uel post earum mortem, seu decessum, propria uoluntate seu potius temeritate tollere, recipere, uiolentiam inferre, impedire, occupare, sequestrare, uel quouis modo usurpare, aut se de illis intromittere, seu ab intestato succedere praetendere, aut eorum testamenta infringere praesumant, aut quilibet eorum praesumat. Quod si quis praedictorum, cuiuscunque etiam status, ut praemittitur, extiterit, praesens nostrum statutum uiolauerit, aut contrafece-

fecerit, nisi intra triduum, post hu-
iusmodi commissum sacrilegium immediate sequens, restitutionem omnium et singulorum bonorum et rerum ablatarum, receptarum, occupatarum, usurpatarumque ac relaxationem cum effectu fecerit et curauerit fieri, seu de praemissis omnibus et singulis destiterit, excommunicationis sententiam ipso facto, quam praesentibus ferimus, elapsis tribus diebus eo ipso incurrant.

Statuimus et sub poena excommunicationis, quam transgressores incurrere uolumus, districte, ut supra notatum, et praecipiendo mandamus, ut non solum in terminis et locis, in quibus clericum, sacros ordines habentem et pro clerico se gerentem, contigerit temere captiuari, sed etiam in terminis et locis nostrae dioecesis, in quibus quempiam talium detineri constiterit, ipso facto cessetur ab officiis diuinorum.

Specialiter autem in omnibus locis illis, in quibus captiuatores et eorum complices in maleficio ipsis consilium, auxilium uel iuuamen praestantes domicilium obtinent, et siue de facto, siue de iure iurisdictionem exercent, aut ubi habent receptaculum, seruetur strictissime ecclesiasticum interdictum, ita uidelicet, quod corpora mortuorum ad ecclesiasticam sepulturam nullarenus admittantur; quinimo, si per uiolentiam laicalem in ecclesiam uel coemeteriis fuerint tumulata, ibi non relaxetur aliquo modo sententia interdicti, nisi prius eiectis corporibus illis, sic per laicalem uiolentiam tumulatis.

Statuimus, ut persona, quantumcunque nobilitate, aut praeeminentia status praefulgeat, ecclesias seu ecclesiastica bona, iurisdictiones uel uasallos earum uiolenter aut authoritate publica publice occupare, arctare, aut occupando inuadere uel scienter occupantibus, seu arctantibus auxilium, consilium aut fauorem praestare praesumat et nisi requisita intra mensem ecclesiae laesae, aut praelato ipsius damnum illatum emendauerit, ipso facto sit anathematis uinculo innodata.

Clericidii poena.

Quoniam clericidium abominabilius, detestabilius, grauius et pernitiosius captione quacunque existere dignoscitur, constitutionem, contra clericorum captiuatores superius editam, contra clericorum occisores aut percutientes, nec non ipsos percussores clericos extendentes, uolumus et sub excommunicationis poena districtissime praecipiendo statuimus et ordinamus, constitutionem supradictam contra clericidas antedictos et percutientes, nec non manus alias uiolentas in clericos iniicientes et etiam in ipsos clericos percussores sic extensam usque ad satisfactionem congruam, Deo nobisque atque laesis impendendam, per omnia inuiolabiliter obseruari. Spoliatores stratorum et raptores, qui alias in nostra dioecesi transeuntus, per uias aut stratas publicas, uiduas, pupillos, scholares uel clericos, ad studium, uel ad curiam Romanam proficiscentes, ac personas alias earum bonis ui spoliant, ac eorum uiolentia perturbationes desiderandae pacis inducunt uiolentes, praeter poenas, quas eis leges imponunt, tali poena condigna coercere uolumus, ut tam ipsi quam receptantes eos scienter, et dantes eis ad hoc consilium, auxilium uel fauorem, nisi intra tres dies, post commissam rapinam et huiusmodi, ad cor reuersi, res ablatas curauerint personis restituere, aut restitui facere spoliatis, sint excommunicationis poenae, quam ex nunc in ipsos ferimus, innodati.

Tit. XLIIX. De usuris.

CVm tam ueteris quam noui testamenti scriptura usurarum crimen detestetur, igitur ipsius prauitatem et uoraginem a nostris subditis, iuxta canonum sanctiones, extirpaturi, eas uolumus sanctiones in nostro episcopatu executioni demandare: uniuersis et singulis parochialium ecclesiarum et aliis diuinorum rectoribus quibuscunque, in nostris ciuitate et dioecesi constitutis et loca eorum tenentibus, districtius inhibemus, ne manifestos usurarios ad communionem altaris admittant, nec oblationes eorum accipiant, neque ecclesiasticae, si in illo peccato decesserint, eorum corpora tradantur sepulturae, quae acceperit reddere compellendus et, donec ad arbitrium nostrum uel uicarii nostri satisfecerit, sui officii executione suspendatur.

Usurarius non est admittendus ad eccles. asticam sepultu-ram, nisi prius satisfecerit.

Et nihilominus ipse sepeliens talem usurarium, sententiam excommunicationis incidet ipso facto, a qua non, nisi iniuriam passo fuerit satisfactum, reniet absoluendus.

Inhibemus quoque, quod nullus manifestorum usurariorum testamenti praesumat interesse, nisi de usuris satisfecerit, seu de satisfaciendo, pro suarum uirium facultate, praestet (de satis faciendo) cautionem.

Nec esse debet testis in testamentis faciendis.

Inhibemus insuper etiam, ut nulli seculares uel religiosi, cuiuscunque fuerint conditionis aut status, usurarios saltem manifestos, uel de usuraria prauitate publice diffamatos, audeant qualitercunque absoluere, sed ipsos ad nos seu nostrum in spiritualibus uicarium pro absolutione obtinenda remittant: non

non obstante, si ipsis uel alicui ex eis forsam per nos aut ipsum uicarium nostrum generaliter sit indultum, quod etiam in casibus nobis reseruatis beneficium absolutionis ualeant impendere, contrarium facientes ab ingressu ecclesiae decernimus ipso facto suspensos. Et nihilominus reuocamus et annullamus omnes licentias et indulta quibuscunque personis secularibus uel religiosis, per nos aut uicarium nostrum concessis et concessa, ut in casibus nobis reseruatis absolutionis beneficium possint seu ualeant impendere qualitercunque.

Quia quidem clerici, per quos nomen domini blasphematur, suae auaritiae finem non imponentes, usuram tam in pecunia, quam in aliis rebus exercere non uerentur, poenas contra usurarios de iure et alias promulgatas non timentes; ut igitur uitium tam detestabile et clericali ordine indignum, per nos amplio ualeat exstirpari, uniuersos et singulos in clero constitutos, hoc genus usurarum exercentes, primo, secundo, tertio et peremtorie requirimus et monemus, ut intra unius mensis spatium, a publicatione praesentium continue sequens atque currens, omnibus et singulis ipsorum creditoribus de usuris extortis et receptis ab eisdem satisfaciant cum effectu, prout ipsorum patiuntur facultates, aut super ipsis amice se componant, et deinceps a detestandis usurarum lucris desistant atque cessent, alioquin ipsos et ipsorum quemlibet ex nunc excommunicationis uinculo innodamus.

Tit. XLIX. De crimine falsi.

FAlsarios literarum, seu bullarum summorum pontificum, et literarum ac sigillorum nostrorum uel iudicum, aut aliorum quorumcunque nostrarum ciuitatis et dioecesis: Et etiam eos, qui scienter receptaucrint, aut eis praestiterint, quo minus capiantur, auxilium, consilium uel fauorem, publice uel occulte: ac eos, qui scienter falsis literis uel sigillis utuntur, seu usi fuerunt, praesentis constitutionis tenore ipso facto uolumus excommunicationis uinculo esse innodatos et cum hoc acrius, ut decet, puniendos.

Tit. L. De sortilegiis,

OMnibus Christi fidelibus utriusque sexus nostrarum ciuitatis et dioecesis et praecipue personis ecclesiasticis sortilegia, orationes peruersas, incantationes et alia quaelibet maleficia prohibemus. Si qui uero in praedictis forte factis se reos cognouerint, ab huiusmodi prauo et peruerso usu abstineant de caetero cum effectu. Et intra octo dies a propriis sacerdotibus quaerant et recipiant poenitentiam de commissis: alioquin omnes et singulos huiusmodi prauos et peruersos actus committentes, et de iam commissis satisfacere negligentes, ac omnes eisdem consentientes, uel etiam auxiliantes, ipso facto excommunicationis sententiae, quam ferimus in his scriptis, uolumus innodari.

Tit. LI. De clerico percussore.

AD coercendum insultus et rumores per clericos fiendos, ipsosque de facili laicos contra se prouocantes refrenandum, hac nostra constitutione mandamus, ut clerici nostrarum ciuitatis et dioecesis discrete, uirtuose, pacifice ac amice, sine offensione alicuius uiuere, sequc ab omnibus uerbis probrosis, rixosis et contumeliosis et factis illicitis abstinere studeant. Et sicut laici, ipsos clericos offendere aut laedere non debeant: sic sub excommunicationis poena ipsi clerici alter alterum, seu quempiam alium etiam laicum, casibus tamen iure expressis exceptis, percutere, offendere seu laedere non debet: Quod si secus quis fecerit, ultra sententiam praedictam, per nos uel uicarium nostrum mulctari et puniri uolumus et mandamus.

Tit. LII. De maledicis et blasphemis.

SUnt, ut accepimus, nonnulli perditi, qui maiestati Dei, beatissimae genitrici suae, Mariae sanctisque eius publice blasphemias inferre non uerentur, quas quidem iniurias homines ferre nec audire non decet. Statuimus quod, ubicunque tales blasphemi recipiantur in confessionibus, ad nos uel uicarium seu commissarium nostrum remittantur; et a rectoribus ecclesiarum in praedicationibus seuerius prohibeantur. Quodsi publici sint, nec ab eorum blasphemia desistant, per eosdem rectores ad potestates deferantur seculares, ibidem grauioribus poenis afflingendi: super quo uolumus omnino, quod plebani et rectores potestates seculares seriose et constanter requirant.

Tit. LIII. De clerico excommunicato ministrante.

CUm scriptum sit in lege domini, quod, quicunque non obtemperasset sacerdotibus, is extra castra posirus lapidabatura populo, aut gladio, ceruice subiecta, expiabat contemtum: et in primitiua ecclesia inobedientes electi de ecclesia, rapido ore daemonum trahebantur: multi, nomine sacerdotes,

dinem ſup poenis huiusmodi praecipi-A mus obſeruari.

Tit. LVII. De poenitentiis et remiſſionibus ac praedicationibus uerbi Dei.

CVm ſacerdotes et quibus praedicandi officium et miniſterium commiſſum eſt ſiue imminet, omnes animas ſibi creditas uerbo Dei ſpirituali alimonia paſcere debeant, ut in praeceptis diuinis bene ambulent, eosdem in ſuis ſermonibus praecipimus eſſe cautos, ne uerba proferant inutilia et maxime piarum aurium offenſiua, ſed potius ſcripturam noui uidelicet et ueteris teſtamenti, ac praecipue, euangelium Chriſti plane et intelligibiliter praedicent, textum ſubiunctis poſtillis exponendo per membra declarent, ueluti plebis capacitati conuenire et expedire cognouerint,: debeantque ſemel in anno aſſumere materiam decem praeptorum, una cum correctionibus uitiorum et conuenienter proſequi.

Cautela in concione adhibenda magna.

Caueant autem omnino praedicatores ipſi, ne in ſuis ſermonibus utantur ſcripturis apocryphis, ſiue non authenticis: nec ad conuitia uel exprobationes criminum ſeu uerba inutilia, ſcandaloſa, uana, concitatiua, detrectoria ſiue indiſcreta, aut ad ſuas uel aliorum particulares cauſas, ſiue odia in umbonibus quouismodo prorumpant, ne ubi cauſa Dei agi debeat, odia, rixae, ſiue uindictae ibi, incitentur, ſeu ſeminentur, quem abuſum ſub poena ſuſpenſionis diuinis ac interdictionis officii praedicationis omnino prohibemus.

NB. Iſte paragraphus ſolum ſuperadditus eſt in ſtatutis ſynodalibus, ſub Wigando etc. habitis et celebratis.

Caueant et ſimiliter etiam laici, ne eisdem praedicatoribus in umbonibus ſiue ſermonibus reclamare, ſeu replicare aut eis impedimenta praeſtare praeſumant, contra facientes, ultra poenam affligendam, excommunicationis ſententiae innodamus.

Inſuper ſub dicta poena ſuſpenſionis a diuinis ac interdictionis officii praedicationis, nec non priuationis beneficiorum poena, iam dictis praedicatoribus et eccleſiarum rectoribus aliisque officia praedicationis exercentibus inhibemus, ne in eorum ſermonibus populo quicquam, expreſſis ſeu occultis uerbis, contra eorum ſuperiores, tam ſpirituales, quam ſeculares, ex quibus error, odia, inſultationes, bella quoque et ſtrages uariaque mala inde exoriri poſſent, praedicent ſeu prorumpant, imo etiam eos a ſimilibus diligenter auertant, contra facientes poenam praetactam incurriſſe uolumus ipſo facto.

Contra ſuperiores praedicare et loqui non licet et ob loquentium poena.

Et ne quis per ignorantiam ſtatuti generalis concilii de confitendis peccatis et perceptione euchariſtiae editi ſe ualeat excuſare: mandamus in uirtute ſanctae obedientiae uniuerſis et ſingulis eccleſiarum parochialium et aliis diuinorum curatis rectoribus nobis ſubiectis, ut in ſingulis dominicis diebus quadrageſimae cuiuslibet anni, coram populo ſibi ſubdito, huiusmodi ſtatutum ſtudeant publicare, in forma uidelicet ſubſcripta.

B Omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti et iniunctam poenitentiam propriis uiribus ſtudeat adimplere: ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſcha euchariſtiae ſacramentum, niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempC pus ab eius perceptione, duxerit abſtinendum. Alioquin et uiuens ab ingreſſu eccleſiae arceatur et moriens chriſtiana careat ſepultura.

Si quis autem alieno ſacerdoti uoluerit iuſta de cauſa confiteri peccata, licentiam prius poſtulet et obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter illum non poſſit ſoluere aut ligare.

D Monemus quoque et requirimus omnes et ſingulos ſacerdotes noſtrarum ciuitatis et dioeceſis, ut in audition̄e confeſſionis quiuis eorum diſcretus ſit et cautus, diligenter requirens peccatorum et peccati circumſtantias, quibus prudenter intellectis, more boni medici, ſanum conſilium praebeant.

Confeſſionum peccata reuelantium poena.

Caueant autem omnino ſacerdotes, E ne uerbo uel ſigno prodant peccatorem. Et ſi prudentiori conſilio indiguerit illud, absque ulla expreſſione cautę perquirant: Nam qui ex confeſſione peccatum reuelare praeſumpſerit, non ſolum a ſacerdotali officio deponendum talem eſſe, uerum etiam ad agendum perpetuam poenitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Peccata confiteri per nuncium uel ſcripturam non licet.

F Item praeſenti edicto ſtatuimus et districtius inhibemus, ne quis noſtrarum ciuitatis et dioeceſis ſua peccata confiteri praeſumat per nuncium ſiue ſcripturam, uel etiam abſolutionis beneficium impetrare a peccatis, prout quidam facere contueuerunt, contra canonicas ſanctiones, corporalem etenim requirit praeſentiam.

Vnam miſſam in die legendam eſſe.

G Similiter ſub atteſtatione tremendi iudicii, hac edictali conſtitutione inhibemus, ne de caetero quisquam presbyter plures quam unam miſſam, ſaluo priuilegio die natiuitatis Chriſti conſtituto ac caſibus, quibus a iure dici duas permiſſum eſt, una die legere aut cantare cum ſacrificii celebratione praeſumat.

In audiendis etiam confeſſionibus obſeruetur, ut peccata uſitata et commu-

munia ſigillatim, inuſitata uero per quasdam circumſtantias ante perquirantur, ne inexpertis detur occaſio et materia perpetrandi, aut innoteſcendi peccata, quae antea neſciuerunt.

In communiori quoque loco eccleſia et ſuſpicione carente pro confeſſionibus audiendis ſacerdotes ſedere debeant, et in ſpiritu lenitatis audiant et inſtruant confitentem, ut de peccatis, quibus Deum offendit, contritionem habeat et propoſitum abſtinendi.

Specialiter autem inhibemus, ne aliquis confeſſorum in caſibus nobis et epiſcopis reſeruatis, maxime notoriis, aliquem praeſumant abſoluere in foro poenitentiae, niſi ex ſpeciali commiſſione noſtra, uel uicarii noſtri, uices noſtras in hac parte gerentis: in ſatisfactionibus uero iniungendis maioribus reſeruentur, in minoribus autem ſecundum qualitatem culpae et delinquentium ſe teneant, aliaque obſeruent.

Sciant inſuper ſacerdotes, quod iuxta doctrinam canonum infirmis et languentibus non eſt iniungenda poenitentia, ſed tamen innoteſcenda, ita tamen, quod ſatisfactionis impoſſibilitas domini noſtri Ieſu Chriſti paſſione ſuique pretioſi ſanguinis effuſione ſuppleatur.

Inſuper ſtatuimus et praeſenti decreto inhibemus curatis et non curatis, etiam quorumcunque ordinum religioſis ciuitatis et dioeceſia noſtrarum Bamberg. praedictarum presbyteris, ne ſe caſibus epiſcopalibus, nobis de iure, uel conſuetudine et epiſcopis reſeruatis, quos duximus inferius annectendos, intromittere audeant, ſed ad nos, ſeu noſtros in hac parte uices gerentes remittant: decernentes, abſolutiones per eos factas absque ſpeciali commiſſione noſtra, ſeu uicarii noſtri, aut poteſtatem noſtram in his habentis in caſibus huiusmodi, praeterquam in mortis articulo, uiribus penitus carere.

Hanc autem formam abſolutionis tanquam ſubſtantialem, generalem et breuiorem ſacerdotes obſeruare debebant, ut uidelicet omiſſa oratione deprecatoria, miſereatur tui omnipotens Deus etc. dicant: dominus noſter Ieſus Chriſtus dignetur te abſoluere: et ego authoritate, qua fungor, abſoluo te (a uinculo excommunicationis minoris ſi incidiſti) a peccatis tuis in nomine patris et Filius et ſpiritus ſancti. amen.

Forma abſoluendi.

Tit. LVIII. Caſus epiſcopales.

REmittatur igitur ad nos, ſeu uices noſtras gerentes, rebaptizatus, reconfirmatus, reordinatus.

Item qui poſt ſponſalia iurata cum alia, quam ſponſa, contraxerit.

Item qui matrimonium clandeſtine, uel contra interdictum eccleſiaſticum contraxerint.

Item mulier, quae antequam certificata fuerit de morte mariti, cum ſecundo contraxerit.

Item perimens ſeu negligens prolem propriam.

Item ſterilitatem et abortum quomodolibet procurans.

Item homicida, facto, praecepto, conſilio aut authoritatiua exhortatione, ſeu alio quouismodo.

Item publice criminoſi.

Item falſi teſtes, oppreſſores liberorum, periuri, inceſtuoſi:

Item uolens mutare uota, ac uoti trangreſſor.

Item ille, cui ſolennis poenitentia fuerit iniungenda.

Item quilibet Simoniacus, uſurarius, raptor, ſacrilegus, incendiarius, latro.

Item eccleſiam conſecratam ſanguinis uel ſeminis effuſione polluens.

Item quilibet eccleſiae uel coemiterii aut immunitatis uel libertatis eccleſiaſticae uiolator.

Item quilibet excommunicatus a canone uel conſtitutione.

Item quilibet irregularis.

Item ſacerdoa proditor confeſſionis.

Item celebrans in eccleſia interdicta, uel altari non conſecrato: aut uiatico uel nobili ſine licentia, aut indumentis non conſecratis ſeu ſacris: celebrans non ieiunus. Item non ordinatus celebrans uel miniſtrans inordine, quem non habet.

Item ſacerdos, cuius culpa uel negligentia aliquid inhoneſti uel ſcandali circa ſacramentum euenit.

Item ſacerdos notorius fornicator, aut publicus concubinarius.

Item quilibet periurus uel ueniens aut faciens contra ſuum iuramentum.

Item blaſphemator Dei B. uirginis et ſanctorum.

Item falſarius literarum uel monetae.

Item quilibet manus uiolentas iniiciens in presbyterum clericum, parentes aut patrem ſeu matrem.

Item quilibet coniugatus contrahens matrimonium, uiuente uxore cum ſecunda. Vel intrans religionem ſeu recipiens ſacrum ordinem, coniuge inuita et contra.

Item coniux, qui uel quae coniugi effectualiter machinatus mortem fuit.

Item ſcienter coiens cum infideli aut brutis animalibus.

Item reſtitutiones uagae, et diſpoſitiones malae ablatorum incertorum et cer-

certorum, quando non exiſtant hi, quibus facienda eſt reſtitutio.

Item promotus per alium, quam proprium epiſcopum, ſine licentia.

Item furtiue uel per factum uel extra ſtatuta tempora promotus.

Item excommunicatus uel ſuſpenſus, aut interdictus, in ordine ſuo adminiſtrans, uel qui taliter ligatus aliquem ſuſcepit ordinem.

Item ſcienter ſepeliens corpus excommunicati in coemiterio, uel etiam excommunicati tempore interdicti.

Item abutens quomodolibet ſacramentis eccleſiae, ut puta hoſtia, chriſmate, uel alia re ſacra.

Item quilibet ſcienter baptizans propriam prolem, uel illam tenens in baptiſmo aut confirmatione.

Hic ceſſat eſt papalis.

Item omnis haereticus, aut fautor, aut participator haereticae prauitatis.

Item quilibet coiens cum ſanctimoniali, aut ingrediens eorum monaſteria.

Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei eiusque intactae uirginis matris Mariae, aut nomen domini Ieſu Chriſti, ut nomen praedictae uirginis Mariae condignis laudibus extollatur et uenereturr: omnibus et ſingulis eiusdem Chriſti nominis profeſſoribus, utriusque ſexus hominibus, ſiue clericis ſiue laicis, qui ad pulſum ſalutationis angelicae, aue Maria, (quem mandamus ut in ſingulis monaſteriis, collegiis et parochiis noſtrarum ciuitatis et dioeceſis, mane in aurora et ſerotino tempore cuiuslibet diei, campana cum tribus interuallis depulſetur) ipſam B. uirg. Mariam cum angelica ſalutatione huismodi trina uice repetita duxerint uenerari, ſeu intra ſacra miniſteria, praecipue miſſarum ſolennia dum nomen ſcilicet Ieſu Chriſti uel etiam praedictae uirginis Mariae recolitur, legitur, aut cantatur, inclinato capite genua flexerint, aut intra miſſarum ſolennia imaginem crucifixi, quam miniſtrans presbytero celebranti poſt agnus Dei collecta, et oſculo pacis factis exhibuerit, et poſtea ad populum conuerterit, oſculandum deuote acceſſerint, et commemorationem paſſionis Chriſti, uel eius ſtigmata in mente reuoluerint: Nec non omnibus et ſingulis presbyteris celebrantibus in fine miſſae cum tali clauſula, et famulum tuum epiſcopum noſtrum cum omnibus his commiſſis ab omni aduerſitate cuſtodi, et pacem eccleſiae noſtris concede temporibus et in ultima collecta concludentibus, totiens, quotiens praemiſſa, ſeu aliquid illorum fecerint, uere confeſſis et contritis, pro qualibet uice quadraginta dies indulgentiarum de iuncta eis poenitentia miſericorditer in domino relaxamus et elargimur. Has autem indulgentias noſtras per omnes et ſingulos rectores, plebanos et diuinorum rectores praedicari et promulgari et a quibuscunque plebanis praecipimus fideliter cuſtodiri. Mandamus inſuper omnibus utriusque ſexus hominibus, quod quando gloria patri etc. legitur aut cantatur, caput ſimiliter inclinare debeant.

Ad euangelium autem, magnificat, benedictus ac a nunc dimittis etc. fixo et erecto pede ſtare: Salue regina, alma matet et regina coeli, antiphonas, genu flectere et niſi impedimentum aliquod, aut frigus obſtiterit. denudato capite deuote audire debeant, nec tempore huiusmodi ac diuinorum in eccleſiis et capellis uagare, aut tractatus habere praeſumant.

Et quia plerumque infirmus ſua confiteri peccata propter multorum praeſentiam erubeſcit; ideo ſacerdotibus praecipimus, diſtrictiſſime obſeruare, ut prius familiariter et ſecrete audiant confeſſionem ipſius infirmi, ſi mortis aut aliud periculum, uel impedimentum non obſiſtat, et poſtea ad eum deferant cum deuotione et habitu ac reuerentia, ut ſupra notatum eſt, condecentibus euchariſtiam ſalutarem,

Prohibemus etiam, ne quis ſacerdos ab uno ſibi confitente de aliorum peccatis, nominibus expreſſis inquirat.

Et ne miſſas, quas poenitentibus procurandas iniunxerit, ipſimet celebrare praeſumant.

Nouerint autem presbyteri, fore tria peccata, quae in ſatisfactionibus iniungendis ſunt domino apoſtolico reſeruata, uidelicet in clericos uel quoscunque relligioſos iniectio manuum uiolenta enormis, eccleſiarum uel relligioſorum locorum incendia et ſimonia, in ordine conſtituto celebrata.

Ne iudices ſeculares et domini temporales, puniendo delicta et crimina, culpis ſe inuoluant exceſſiuis, ſtatuimus, ut ultimo deputandis ſupplicio, ſi petierint, non debeant poenitentiae et euchariſtae denegari ſacramenta, et per hoc uolumus et praecipimus, ut praeſens ſtatutum per rectores eccleſiarum in ſuis ſermonibus, quos in locis reſidentiae, ubi aliqui iudicantur, publicetur.

Inhibemus ſub excommunicationis poena, ut corpora eorum, etiam conſentientibus iudicibus et ſeculari poteſtate, ac aliorum quorumcunque interemptorum, ſeu caſu quouis fortuito deceſſorum, absque ſpeciali noſtra ſeu uicarii noſtri licentia obtenta, a nullo re-

tentiae, aut cenſurae eccleſiaſticae, ſeu ſuſpenſionis aut prohibitionis, a iure uel ab homine generaliter promulgatae, teneatur abſtinere, uel aliquem uitare, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, uel cenſurae fuerint in uel contra perſonam, collegium, uniuerſitatem, eccleſiam aut locum certam uel certum a iudice publicata uel denunciata ſpecialiter et expreſſe.

Praeterea omnes et ſingulas eccleſiaſticas perſonas ſeculares et regulares, exemtas et non exemtas, ciuitatis et dioeceſis noſtrarum, exhortamur in domino propenſius, attentiusque monemus, ut excommunicatos maiori excommunicatione ab homine uel a iure notorie, ſeu de quibus legitime conſtiterit, in diuinis officiis uitent et in locis interdictis ciuitatis et dioeceſis earundem ſcienter diuinum officium non celebrent; in hoc ad ſui excuſationem nullam affectatam ignorantiam, quae eos in his non excuſat, aliqualiter praetendentes, ſi ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis ac poenas irregularitatis in conſtitutionibus Bonifacii VIII. et Clementis V. Romanorum pontificum, nec non proceſſibus quibus domini Iohannis papae XXII. expreſſas ac latas in contrarium facientes uoluetint euitare.

Item uolumus et mandamus, quod in natalis domini, paſchae, pentecoſtes, aſſumtionis B. M. uirg. et corporis Chriſti feſtiuitatibus, prout in Bonifacii papae VIII. conſtitutione continetur, in terris et locis eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, campanae pulſentur, et ianuis apertis alta uoce diuina officia ſolennia celebrentur, excommunicatis tamen prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis, quibus ad reuerentiam celebritatis tantae, ut ex hoc ad humanitatis gratiam et reconciliationis affectum inclinentur, eo die quolibet participationem indulgemus diuinorum: ſictamen quod illi, propter quorum exceſſum prolatum eſt interdictum huiusmodi, altari nullatenus appropinquent.

Quidam parochialium eccleſiarum rectores ſimplices ac iuris ignari, cum ceſſatio diuinorum in eccleſiis interdicitur, non ſolum organa ſuſpendunt, ſed etiam ſacramenta et ſacramentalia, quae a Chriſti fidelibus interdicti tempore ſubtrahuntur, ſibi ſubditis miniſtrare recuſant, multam inter diuinorum ceſſationem et eccleſiaſticum interdictum differentiam ponentes: quidam uero interdicti tempore prohibita faciunt et conceſſis neſciunt gaudere, ex quibus pericula cauſantur animabus et huiusmodi rectores in irregularitatis aliquando prolabuntur maculam. Nos ex paſtoralis officii noſtri debito, quantum poſſibile eſt, praemiſſa remediare cupientes, uolumus et ordinamus, ut propter ceſſationem diuinorum, quotcunque etiam dierum per nos aut iudices nobis ſubiectos indictam, nulli ſacramenta ſiue ſepultura eccleſiaſtica, absque tamen ſolennitate, aliquatenus denegentur, ſed duntaxat organa ſuſpendantur, officia tamen diuina, ianuis clauſis, ſubmiſſa uoce et absque campanarum pulſu celebrentur: ſed propter interdictum eccleſiaſticum in ciuitatem, oppidum, parochiam, caſtrum aut uillam, ab homine, iure aut ſtatuto prolatum, non ſolum organa ſuſpendantur, ſed etiam ſacramenta et ſacramentalia ac ſepultura eccleſiaſtica denegentur, intra ſcriptis ſaluis.

Permittiter enim eodem interdicto durante, propter moræ periculum, exhiberi baptismus, et confirmatio tam pueris, quam adultis chriſma die coenae conficitur; matrimonium contrahitur, ſed in facie eccleſiae non ſolennitatur.

Tam ſani quam infirmi ad poenitentiam et confeſſionem admittantur, excommunicatis et cauſam interdicti praeſtantibus exceptis; qui tamen cum certis modificationibus aliquando ad confeſſionem admittantur.

Viaticum infirmis et ſanis ad mortem damnatis non denegatur, ſed etiam eisdem patenter, aliis etiam Chriſti fidelibus praeſentibus, porrigatur. Clerici decedentes, qui interdictū obſeruarunt, in coemiterio absque campanarum pulſu ac omnibus ceſſantibus ſolennitatibus tumulentur. Singulisque diebus in eccleſiis miſſae celebrentur ac alia dicantur diuina officia, ſicut prius, ianuis clauſis et campanis non pulſatis.

In praedictis feſtiuitatibus natalis domini, paſchae, corporis Chriſti, aſſumtionis, uirginis glorioſae, diuina officia alta uoce, ianuis apertis campanisque pulſatis, excommunicatisque tandem excluſis, a primis ueſperis usque ad ſecundas ueſperas incluſiue, celebrentur, non autem in eisdem quinque diebus, interdicto durante, corpora mortuorum eccleſiaſticae tradantur ſepulturae, aut ſacramenta, alias tempore interdicti miniſtrari prohibita, aliquatenus miniſtrentur. Verbum Dei, ut prius, pulſo etiam praecedente, ſeminetur, interdicto eccleſiaſtico non obſtante.

Tit. LXI. Caſus excommunicationis maioris a iure latae colliguntur uigintiocto ex antiquis.

CVm in multis usuiis casibus a iure communi, cuius ignorantia non excusat, maioris excommunicationis sententia in excedentes proferatur: ideo succincte enumerare curauimus, ut agniti magis euitentur. Et de iure ueteri sunt uiginti octo.

1. Cum quis iniecit manus uiolentes in clericum, etiam in minore ordine constitutum, aut monachum, etiam non clericum, utpote conuersum, siue monialem.

2. Cum quis incidit in haeresin damnatam.

3. Cum quis defendit haereticum.

4. Cum quis dicit Romanam ecclesiam non esse caput aliarum ecclesiarum.

5. Cum quis potest defendere clericum a uiolenta manuum iniectione et non defendit.

6. Cum quis incarcerat clericum, et iste casus implicatur quasi proximo.

7. Est contra consules, officiales et ceteros, angariis et onera clericis imponentes.

8. Est contra succedentes proxime dictis, nisi intra mensem errorem praedecessorum suorum purgauerint.

9. Contra illos qui statuerunt aut introduxerunt statuta et consuetudines contra libertatem ecclesiasticam.

10. Contra illos, qui talia statuta de cetero fecerint.

11. Qui talia statuta scripserint.

12. Contra illos, qui talia statuta seruare fecerint, licet eo non statuerint.

13. Contra illos qui secundum illa iudicauerint.

14. Contra illos, qui iudicata conscripserint.

15. Contra incendiarios et fractores ecclesiarum, uel locum contiguum ecclesiae intra limites coemiterii: alii autem aliter uiolantes bona ecclesiarum, sunt excommunicandi per sententiam.

16. In eo, qui electus est in papam a minori parte, quam a duabus partibus cardinalium, se pro papa ingerente et non resipiscit.

17. Contra illos qui talem pro papa tenuerunt.

18. Contra falsificantes per se uel per alium literas papales.

19. Contra eum qui scienter utitur literis sic falsatis.

20 Contra illum qui arma bellica facit infidelibus contra ecclesiam.

21. Contra illos qui in studiis generalibus tractant, de locando hospitio scholarium ante tempus praefinitum.

22. Contra relligiosos leges aut medicinam in scholis audientes.

23. Contra plebanos, archidiaconos, presbyteros, leges aut medicinam audientes, nisi intra spatium duorum mensium destiterint.

24. Contra sagittarios, baliστarios, qui his utuntur in bello iniusto.

25. Cum quis participat, in crimine excommunicato.

26. Cum quis participat scienter in diuinis cum excommunicato a Romano pontifice.

27. Contra illos qui Romanos aut alios christianos in mare nauigantes capiunt aut spoliant.

28. Contra illos qui innituntur ordinibus factis schismaticis et recipientes alienata a schismaticis ab ecclesiis.

De iure uero sexti libri sunt XXXII.

1.

CContra eos, qui tempore electionis papae, ad conclaue eligentium, alicui secrete scripturam aut nuntium transmittunt, aut cum aliquo eorum loquuntur.

2. Contra rectorem et officiales ciuitatis, in qua summus pontifex eligi debet, si fraudes committant, aut diligentiam eis commissam fideliter non faciant.

3. Contra eos, qui grauauerint aliquam personam ecclesiasticam, uel eius consanguineos, uel ecclesias, seu bona pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit.

4. Contra usurpantes bona ecclesiarum uagantium.

5. Contra seminantes discordiam in electionibus abbatissarum.

6. Contra eos, qui de regimine urbis Romae se intromittit, nisi specialis interuenit apostolicae sedis licentia, per ipsius sedis literas exprimenda.

7. Contra partem procurantem conseruatorem procedere contra formam iuris.

8. Contra extorquentem per metum absolutionem.

9. Contra iudicem simulantem se mulierem in testem productam personaliter audire.

10. Contra obedientem imperatori, per sedem apostolicam depositio.

11. Contra compellentes personas ecclesiasticas, ad submissionem bonorum et iurium ipsarum ecclesiarum.

12. Contra laicos, qui ex contractibus initis super rebus ecclesiasticis plus sibi usurpant, quam ex natura contractus eis licet.

13. Contra relligiosos mendicantes, mentes eis domos ad habitandum de nouo.

14. Contra imponentes thelonia, pedagia et quidagia clericis.

15. Contra eos, qui impediunt super cau-

cauſis, quae ad forum eccleſiaſticum de iure uel conſuetudine pertinent, literas a ſede apoſtolica impetrari et ſuper ipſis coram ordinariis uel delegatis eccleſiaſticis litigari.

16. Contra uiolantes libertatem clericorum per indirectum.

17. Contra relligioſos temere habitum dimittentes, aut ſtudia literarum uiſitantes, absque abbatis licentia.

18. Contra doctores et magiſtros, qui relligioſo habitu ſuo dimiſſo, leges et phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis praeſumſerint retinere.

19. Contra tradentes ſcienter eccleſiaſticae ſepulturae haereticos, aut eorum fautores.

20. Contra laicos, publice uel priuate diſputantes de fide catholica: NB. ſed iſte caſus potius eſt ferendae ſententiae quam latae.

21. Contra iudices laicos, ſuper crimine haereſis iudicantes, aut captos ſuper eodem crimine procedente impedientes.

22. Contra illos, qui Iacobum et Petrum de Columna pro cardinalibus tenent.

23. Contra eos, qui dicto Iacobo et Petro fauorem praebuerunt uel auxilium.

24. Contra eos, qui per aſſaſſinos aliquem chriſtianum interfecerint, uel mandauerint, quanquam mors non ſubſequatur, aut tales receptauerint, uel defenſauerint.

25. Contra perſonas eccleſiaſticas minores epiſcopis, qui alienigenas ſiue non oriundos de territoriis ſuis in eorum terris conducere domus, ad exercendum foenus, uel conductas habere, aut alias habitare permittunt, epiſcopi uero ſuſpenſionis ſententiam incurrunt.

26. Contra concedentes aut extendentes repreſſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas.

27. Contra inſequentes hoſtiliter aliquem ex cardinalibus, etiamſi non iniecerint manum.

28. Contra rectores et dominos, qui interfectores cardinalium animaduerſione digna non puniunt.

29. Contra laedentes directe uel indirecte eccleſiaſticos iudices, propter iurisdictionis exercitium.

30. Contra eum, qui propter mortis periculum fuit abſolutus ab excommunicationis ſententia, ab aliquo, a quo alias abſolui non poterat, ſi, ceſſante impedimento, ſe non ſiſtit, cum commode poteſt, ei, a quo alias abſolui debeat.

31. Contra abſolutos a ſede apoſtolica uel delegatis ipſius, qui ſedebant alicuius conſpectui ſuſcipienda poenitentia, aut pro ſatisfaciendo laeſo praeſentare et non faciant.

32. Si quis iniicit manus uiolentas in nouitium etiam non clericum neque profeſſum.

Ex Clementinis eliciuntur LI.

1.

Contra poſſeſſorem beneficii, qui in una ſententia definitiua ſuccubuit, quod per triennium non poſſedit, ſi ſequeſtrum, per loci ordinarium fiendum, impedit aut fructus ſequeſtratos occupat.

2. Contra eos qui defunctorum corpora in loco interdicto eccleſiaſticae tradat ſepulturae.

3. Qui publice excommunicatos.

4. Qui nominatim interdictos.

5. Qui manifeſtos uſurarios ſcienter tradunt eccleſiaſticae ſepulturae, in loco etiam non interdicto.

6. 7. 8. 9. Contra relligioſos grauantes uel defraudantes eccleſias in decimis (1) ex eo, cum decimas eccleſiis debitas absque cauſa legitima appropriare ſeu uſurpare praeſumunt. 2. Quando aliorum animalia ſuis gregibus immiſcent, ut exinde decima non ſoluatur. 3. Quando animalia emunt ut uenditoribus, aut aliis locent, ut decima eis non ſoluatur. 4. Quando de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimas ſoluere eccleſiis non permiſerunt aut prohibuerunt.

10. Contra relligioſos adminiſtrationem non habentes, qui ſine licentia ſpeciali ſuorum praelatorum, ad curias principum ſe conferunt, ut praelatis aut monaſteriis, damna inferant.

11. Contra monachos, qui intra ſepta monaſterii ſine abbatis licentia, arma tenent.

12. Contra impedientes uiſitatores monaſteriorum monialium.

13. Contra mulieres ſectantes, aut de nouo aſſumentes ſtatum bigamarum.

14. Contra relligioſos pro ſtatu bigamarum dantes auxilium, conſilium uel fauorem.

15. Contrahentes, ſcienter matrimonium in gradu prohibito conſanguinitatis;

16. Vel in gradu affinitatis prohibito.

17. Vel eum moniali.

18. Religioſus contrahens matrimonium;

19. Vel monialia.

20. Aut clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, excommunicatus eſt ipſo iure.

21. Inquiſitores haereticae prauitatis et ſubſtituti a talibus inquiſitoribus, aut ab epiſcopo, uel ſede uacante a capitulo ad exercendum officium inquiſitio-

sitionis haereticae prauitatis; si ex odio, A gratia, uel amore, aut propter lucrum aut commodum temporale, omittunt procedere contra quemque, ubi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate.

22. Aut huiusmodi prauitatem insonti imponunt.

23. Aut insontem alio modo uexant, super tali crimine excommunicati sunt, B et per solum papam, praeterquam in mortis articulo, ueniunt absoluendi.

24. Inquisitores haereticae prauitatis, aut commissarii ab eis, aut episcopo, uel sede uacante a capitulo deputati, si praetextu officii inquisitionis illicitae pecuniam, aut aliquod aliud extorquent, excommunicati sunt.

25. Si praefati ecclesiastica bona, ob delictum clericorum fisco, etiam ecclesia sciente, applicant, similiter excommunicati sunt.

26. Officiales communitatum, facientes C statuta super usuris soluendis non repetendis, aut non restituendis.

27. Aut talia scribentes,

28. Aut talia dictantes,

29. Vel iudicantes secundum illa,

30. Vel non debentes illa de libris comitatuum, si possunt.

31. Vel illa seruantes, excommunicati sunt ipso iure. D

32. Religiosi, aut clericis aut laicis sacramentum unctionis extremae,

33. Vel eucharistiae ministrare,

34. Aut matrimonia solennitare, non habita super his presbyteri parochialis licentia speciali.

35. Aut qui excommunicatos a canone, praeterquam a casibus a iure expressis, uel per priuilegia sedis apostolicae concessis eisdem. E

36. Vel a sententiis per statuta prouincialia aut synodalia promulgata.

37. Seu a poena et culpa absoluere quenquam praesumserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per sedem duntaxat apostolicam absoluendi.

38. *Banniens* iniurioſe episcopum, uel F qui huiusmodi bannum fieri mandauerit, aut factum ab aliis ratum habuerit, uel socius fuerit in hoc facientis, aut consilium in hoc dederit, aut fauorem, seu scienter defensauerit, eundem bannientem, ipso iure est excommunicatus, a qua excommunicatione nequeat, nisi per summum pontificem, praeterquam in mortis articulo absolui. G

39. Religiosi medicantes, qui domos ad habitandum uel locum quemcunque de nouo recipiunt, aut prius recepta mutant, uel alienant,

40. Aut retrahunt aliquos a solutione decimarum ecclesiis debitarum.

41. Sibi confitentibus conscientiam faciant, de soluendis huiusmodi decimis, alioquin scienter amittentes, tamdiu ab officio praedicationis manent suspensi, quousque fecerint, si commode facere possunt, et si medio tempore praedicare praesumserint, excommunicati sunt ipso facto.

42. Religiosi aut clerici seculares, qui aliquos ad uouendum, iurandum, aut promittendum inducunt, ut sepultarum apud eorum ecclesiam eligant, uel electam alterius non immutent, excommunicati sunt et per solum Romanum pontificem, praeterquam in mortis articulo, ueniunt absoluendi.

43. Religiosi etiam exemti uiolantes interdictum ecclesiasticum aut diuinorum cessationem seruatam per matricem ecclesiam loci excommunicati sunt.

44. Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina.

45. Vel qui praecones faciunt tunc ad illa audienda populum conuocari.

46. Vel qui prohibent, ne publice excommunicati uel interdicti super hoc per illos, qui missas celebrant moniti, ecclesias exeant.

47. Et ipsi nominatim, qui non exeant, excommunicati sunt, et solum per papam absoluendi.

48. Fratres minores si tempore interdicti recipiunt in suis ecclesiis ad diuina fratres uel sorores tertii ordinis S. Francisci, excommunicati sunt.

49. Asserens pertinaciter, quod anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani, tanquam haereticus excommunicatus est.

50 Pertinaciter asserens, usuram non esse pecatum, tanquam haereticus excommunicatus est.

51. Hoc quoque sciendum, quod a iure excommunicati uitandi non sint, nisi secundum formam constitutionis, seu statuti, supra sic incipientis: ad uitandum scandala in tit. de sententia excommunicationis.

De REGVLIS Iuris.

Sanctorum patrum regulis et praesentibus statutis quiuis nolter subditus regatur in uita, uerbis et factis, ut sciat et faciat, quod acceptum est omnipotenti Deo, ut consummato huius uitae curriculo, una nobiscum in coelesti patria recipere mereantur sempiterna praemia.

CONSTITVTIO concilii BASILEENSIS de synodo per episcopos celebranda.

Sa-

SAcro ſancta generalis ſynodus Baſi-
lienſis, in ſpiritu ſancto legitime
congregata, uniuerſalem eccleſiam re-
praeſentans. Pridem haec ſancta ſyno-
dus quoddam ſaluberrimum promulga-
uit decretum, pro ſtabilitate et robore
generalium conciliorum, quorum fre-
quens celebratio praecipua eſt agri do-
minici cultura. Verum cum ad ean-
dem culturam non dubium ſit pertine-
re ſynodos epiſcopales et concilia pro-
uincialia, prout ueteres canones decre-
uerunt frequentari: ideo eadem ſan-
cta ſynodus, antiquos et laudabiles mo-
res noſtris cupiens temporibus ſeruari,
ſtatuit et praecipit, ſynodum epiſcopa-
lem in qualibet dioeceſi, poſt octauam
dominicae reſurrectionis uel alia die, ſe-
cundum conſuetudinem dioeceſium, ad
minus ſemel in anno, ubi non eſt con-
ſuetudo, bis annuatim celebrari per
dioeceſanum, propria in perſona, niſi
canonico impedimento fuerit praepe-
ditus, et tunc per uicarium ad hoc ido-
neum, quae ſynodus ſaltem biduo uel
triduo duret, uel prout neceſſarium
epiſcopo uiſum fuerit.

Prima autem die conuenientibus
dioeceſano et omnibus aliis, qui huius-
modi ſynodo intereſſe teneantur, intra
miſſarum ſolennia, uel poſt, dioeceſa-
nus, uel alius eius nomine, uerbum Dei
proponet, exhortans ad bonos mores
ſectandum, abſtinendum a uitiis et ad
ea, quae pertinent ad eccleſiaſticam di-
ſciplinam et officia ſingulorum: Et prae-
ſertim, ut hi, quibus animarum cura
commiſſa eſt, dominicis diebus et aliis
ſolennibus, plebem ſubiectam doctrinis
ac meritis et monitis ſalutaribus inſtru-
ant. Poſtea legantur ſtatuta prouin-
cialia et ſynodalia, et alia utilia pro in-
ſtitutione ſacerdotum: deinde ipſe dio-
eceſanus de uita et moribus ſubdito-
rum ſolerter inquirat, labem Simonia-
cae prauitatis, contractus uſurarios,
concubinatum, fornicationem et alia
quaeuis crimina et exceſſus, debita cor-
rectione cohibeat. Alienationes re-
rum eccleſiaſticarum a iure prohibitas
reuocet. Abuſus clericorum et alio-
rum ſubditorum, qui circa diuinum
cultum, officium, delationem debiti ha-
bitus ſe exerunt, in melius reformet et
emendet. Et quoniam multa ſcanda
la ſaepe contingunt, ex eo, quod con-
ſtitutio Bonifacii papae VIII. quae in-
cipit: Periculoſo etc. edita ſuper clau-
ſtris monialium, non ſeruatur: ſtudeat
ipſe dioeceſanus, ut omnia, iuxta ipſi-
us conſtitutionis tenorem, executioni
mandentur. Nec non, ut quicunque
religioſi, dioeceſano ſubiecti, regulas et
conſtitutiones ſuarum religionum,
praeſertim ut ab eis omnis proprietas
abdicetur, inuiolabiliter ſeruent, nec
etiam in omni receptione ipſorum ad
religionem quicquam per Simoniam
exigatur. Praecipua autem in ipſa ſy-
nodo epiſcopi cura ſit, inquirere ac de-
bitis remediis occurrere, ne aliquod
dogma haereticum, erroneum, aut
ſcandaloſum, ſeu piarum aurium offen-
ſiuum, ſortilegia, diuinationes, incan-
tationes, ſuperſtitiones et quaeuis dia-
bolica figmenta dioeceſin ſuam inficiant: Inſtituentur praeterea teſtes ſy-
nodales, uiri graues, prouidi et honeſti,
legis Dei zelum habentes, iuxta dioe-
ceſis latitudinem, in numero compe-
tenti, aut alii eorum poteſtatem ha-
bentes, ubi alii ad hoc non ſunt inſti-
tuti.

Qui ſi dioeceſano minus idonei ui-
deantur, eos amoueat et alio modo,
prout ei expedire uideretur, inſtituet:
hi autem in manibus ipſius dioeceſani,
uel ſui uicarii iurare teneantur, ut tra-
dit canon. Epiſcopi in ſynodo, qui
per anni circulum luſtrantes ipſam dioe-
ceſin, quae corrigenda uel reformanda
uiderint, his, ad quos corrigere uel re-
formare pertinet, referent, quae niſi
correcta uel reformata fuerint, ad ſy-
nodum ſubſequentem perferent, in
qua debitis remediis occurratur, ſed et
praeter illa, quae a teſtibus ſynodalibus,
uel aliis eorum officiis exercentibus
dioeceſanus audierit, inquirat et ipſe
diligenter de cunctis ſuorum ſubdito-
rum exceſſibus et contra taliter delin-
quentes inſurgat, correctionis debitae
diſciplina, aut aliis malignari uolenti-
bus tranſeat in exemplum: celebren-
turque in ſingulis prouinciis, ſaltem in-
tra biennium a fine concilii generalis
et deinde ad minus ſemel de triennio
in triennium, prouinciale concilium in
loco tuto, in quo tam archiepiſcopus,
quam ſuffraganeus eius et alii, qui hu-
iusmodi conciliis prouincialibus intere-
ſſe tenentur, debite uocati interſint.
Quod ſi epiſcopus canonico fuerit im-
pedimento detentus, procuratorem ſu-
um deſtinet, non ſolum ad probandum
et excuſandum abſentiae cauſas, ſed et-
iam ipſius nomine in concilio interce-
ſcendum ſuſcipiendo que, quidquid
concilium duxerit ſtatuendum. Alio-
quin ipſe epiſcopus a perceptione me-
dietatis fructuum unius anni eccleſiae
ſuae, qui per perſonam, in ipſo concili-
o deputandam, in ipſius ſuae eccleſiae
fabricam effectualiter conuertantur, eo
ipſo ſit ſuſpenſus: Alii uenire negli-
gentes, concilii arbitrio puniantur, aliis
iuris poenis in ſuo robore duraturis.
Concilio autem generali durante, et
per ſex menſes ante, huiusmodi pro-
uincialia concilia non celebrentur.

Por-

Porro in huius celebratione concilii metropolitanus, uel alter eius nomine infra missarum solennia, uel post, exhortatorium sermonem faciat, ea, quae ad statutum ecclesiasticum et praecipue ad pontificiale officium pertinent, serioſe memorando annunciandoque singulis, quod iuxta prophetae sententiam, si eorum culpa cuiusuis anima perierit, illius sanguis a domino exigetur. Praecipue autem tunc fiet monitio exacta, ut dignis et bene meritis, quorum uita sufficienti testimonio nota sit, ordines et beneficia, sine ulla simoniaca labe conferantur. Et super omnia, ut in animarum cura communicanda summa diligentia et matura inquisitio adhibeatur, et ut bona ecclesiastica nullatenus ad usus illicitos, quinimo ad honorem Dei, ecclesiarum conseruationem, habentes, secundum sacros canones praecipuam curam pauperum et indigentium, laudabiliter conuertantur, scientes quod de his omnibus apud tribunal aeterni iudicis usque ad minimum quadrantem rationem reddituri. In quibus quidem conciliis de corrigendis excessibus moribus que subditorum reformandis, et praecipue qualiter episcopi in conferendis beneficiis, confirmandis electionibus, ministrandis ordinibus, deputandis confessionibus, praedicando ad populum et puniendo excessus subditorum, obseruationesque episcopalium synodorum caeterisque ad officium episcopale ac iurisdictionem et administrationem eorum in spiritualibus et temporalibus quomodolibet spectantibus se gesserint, et praesertim si a Simoniaca labe manus innoxias seruent, diligensque inquisitio, secundum iuris dispositionem fiat, ut omnes, qui in praemissis deliquisse comperti fuerint, per ipsum concilium puniantur et corrigantur. Simili modo de ipso metropolitano circa omnia supradicta diligenter inquiratur, cuius excessus et defectus ipsum concilium eidem specialiter exprimat, ipsum admonendo et obseruando, ut, cum aliorum pater uocetur et esse debeat, a talibus omnino desistat. Et nihilominus inquisitionem habitam de episcopo in scriptis redactam ad Romanum pontificem uel alium eius superiorem, si quem habet, sine mora transmittet, punitionem et reformationem suscipiat condecentem. Inter caetera, si quae discordiae, contentiones et inimicitiae, inter quoscunque uiguerint, quae quietem et tranquillitatē prouinciae possint perturbare, curet omni studio sacrum concilium illos sedare et, more piorum patrum, pacem concordiamque filiorum uigilanter intendat. Et si inter regna, prouincias seu principatus huiusmodi discordias contineri contingit, mox Dei antistites concilia prouinciarum suarum simul congregari procurent, et sibi inuicem consilium et auxilium impendentes, contra discordiarum commenta amputare studeant, neque hoc alicuius timore uel odio praetermittant, sed ad Deum solum et salutem populi mentis oculos erigentes, sanctum pacis opus, omni trepiditate semota, perficiant.

Insuper in prouinciali synodo, quae immediate generale concilium subsequens antecedit, omniaque, quae in eodem generali concilio uisa fuerint prosequenda, ad Dei gloriam et prouinciale commodum, salutemque populi christiani, ibidem perficiant et eligantur in numero competenti, qui ad proximum generale concilium uice totius prouinciae debeant proficisci, quibus per subsidium nel alias prouideatur, prout de iure et concilio prouinciali uisum fuerit expedire: Ita tamen, quod illi, qui ultra personas, ut praedictum est, deputatas, ad ipsum concilium generale accedere uoluerint, aut ipsorum clerus, nullatenus propterea grauetur. Relegantur quoque in uno prouinciali concilio, quae secundum canonicas sanctiones in eisdem legi praecipiuntur, ut ea inuiolabiliter obseruentur, et transgressoribus poenae debitae inferantur.

Quod si metropolitani seu dioecesani praedictis terminis in celebrandis prouincialibus et episcopalibus synodis, cessante legitimo impedimento, fuerint negligentes, medietatem omnium fructuum et obuentionum, rationem suarum ecclesiarum ad eos pertinentium fabricae ipsarum ecclesiarum applicandum eo ipso incurrant: Qui si et in eadem negligentia per tres proximos menses perseuerauerint, ab officiis et beneficiis ipso facto sint suspensi.

Quibus transactis temporibus, sub circumspectis poenis antiquior in prouincia ordine ipsius metropolitani episcopi, aut maiori in dignitate post pontificialem in sacris constituti, nisi ad alios forsan de consuetudine, uel priuilegio pertineat, negligentiam in celebrandis dictis prouincialibus et episcopalibus synodis suppere teneantur. Iubet insuper haec sancta synodus praelatis religionum et ordinum quorumcunque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa statutis temporibus sub praedictis poenis seruent et seruari faciant, in quibus secundum canonicas sanctiones et religionum constitutiones cum omni studio et diligentia ad ueram singulorum religiorum et ordinum informationem intendant.

Ita,

Ita, ut deinceps in ſingulis monaſteriis iuxta proprias regulas debita regularum uigeat obſeruantia, et praecipue, ut tam ſubſtantialia profeſſionum uota omnino ſeruentur. Per praemiſſa autem haec ſancta ſynodus non intendit iuribus quorumcunque quomodo libet derogare Dat. Baſileae etc. VI. Kal. Decemb. anno etc. XXXIII.

Concluſio.

Haec quoque noſtra ſynodalia ſtatuta mandamꝰ in eccleſia noſtra Bambergenſi per notarium publicum primo et deinde quatenus opus fuerit, per rectores parochialium et alios curatos, pro populi ſibi ſubditi opportunitate, in quantum ipſos ac populum concernunt, in eisdem noſtris ciuitate et dioeceſi, temporibus ac locis conuenientibus, publicari ſeu intimari. Et ut, ſecundum ueterem conſuetudinem, ſancta epiſcopalis ſynodus hactenꝰ feria tertia poſt dominicam Exaudi celebrata exiſtit: ſic ſingulis futuris annis celebrabitur in eadem die, in eccleſia noſtra Bamberg. Et clerici qui in illa intereſſe teneantur, non praeſumant ſe absque noſtra licentia aut rationabili et iuſta cauſa ab ipſa quomodolibet abſentare.

Temerarie uero ſe retrahentes puniri uolumus et praeſentibus mandamus: ſi autem forſan locum et diem eiusdem ſynodi contigerit mutari, id eisdem clericis uolumus tempeſtiue intimare.

Inſuper uolumus, etiam ſub excommunicationis poena diſtricte praecipiendo mandamus, quod haec noſtra ſtatuta ſynodalia, in praedictis noſtra ciuitate et dioeceſi firmiter obſeruanda, in noſtra maiori Bamberg, nec non in collegiatis eccleſiis et monaſteriis ſingulis earundem noſtrarum ciuitatis et dioeceſis, et apud decanos, curaies ac eccleſiarum parochialium rectores quoscunque, debeant de uerbo ad uerbum haberi conſcripta, in litera correcta et auſcultata, ita ut ſint per manum notarii noſtri fiſci ſubſcripta, ſi de inobedientia noluerint reprehendi, et ſecundum ea, in quibuscunque cauſis et in quacunque inſtantia, ſententiari et definiri debere. Diſpenſandi tamen ſuper huiusmodi nec non abſoluendi a ſententiis in praedictis ſtatutis et conſtitutionibꝰ, per nos, ut praemittitur, latis et ſupra expreſſis, interpretandique atque mutandi et corrigendi ea, nobis, et quibus id commiſerimus, omnimodam reſeruamus poteſtatem. *Data in ciuitate noſtra Bamberg.* Anno a natiuitate domini milleſimo, quadringenteſimo primo, feria tertia poſt dominicam, qua in eccleſia Dei cantabtur officium exaudi.

Eadem quoque haec ſtatuta anno 1534. feria poſt domin. exaudi, regnante epiſcopo WIGANDO, in publica ſynodo, confirmata ſunt, inſerto ſaltem ſupra ſub Tit. LVII. de poenitentiis paragrapho: *Inſuper ſub dicta* etc. ut opus non ſit, illa hic repetere.

NVM. XLII.

Matricula clientelaris uaſallorum Bambergenſium

Des Hohlöbl. Kayſerl. Stiffts Bamberg Fürſten, Praelaten, Graffen, Herren und Adel. Lehen-Leute.

DOm-Dapitul zu Bamberg.
Dom-Probſtey Bamberg.
Stifft zu St. Steffan.
Stifft zu St. Gangolff.
Stifft zu St. Iacob.
Stifft Spital.
Stifft zu Vorcheim.
Münchsberg Cloſter.
Lanckheim Cloſter.
Nieder-Altach Cloſter.
Schüttern Cloſter.
Probſtey Rottmann.
Probſtey Griffen.
Stein am Rhein Cloſter.
Arnoltſtein Cloſter.
Gengenbach Cloſter.
Pfrufingen Cloſter.
Aſpach Cloſter.
Michelfeld Cloſter.
Banz Cloſter.
Ens Cloſter
Beſſern Cloſter,

E Theris Cloſter,
Probſtey Neukirchen:
Theodoruſſen Cloſter,
Weiſſenohr Cloſter,
Schlüſſelau Cloſter,
Spéinshard Cloſter,
Kitzingen Cloſter.
Graffen zu Ottingen.
Graffen zu Hanau.
F Graffen zu Caſtel,
Graffen zu Agroll,
Herrn zu Raltſtein,
Herrn zu Gerolzeck,
Herren zu Limburg,
Herren zu Pappenheim,
Dietrichſtein Freyherren,
Ketzenhüller Freyherren,
Dürffenbach Freyherren,
Hoffmann Freyherren,
Vngnad Freyherren,
Stuebenberg Freyherrn,
Khaynach Freyherren,

Trautmannsdorff Freyherren.
Wolffstein Herren.
Neuenhauſs Herren.
Kolniz Herren.
Gera Herren.
Paradeiſſer Herren.
Pollheim Herren.
Vinzendorff Herren.
Loſenſtein Herren.
Kolnbeck Herren.
Stadtler Herren.
Moſsheim Herren.

Folgen der löblichen Adelichen Ritterſchafft Geſchlechter, wie dieſelben in des Kayſerl. Stiffts Bamberg Lehens-Regiſtratur nach einander befunden werden.

A Vffeeſs.
Truchſeſs von Pommersfelden.
Marſchalck von Ebneth.
Rottenhahn.
Wirschberg.
Wallenroth.
Schaumberg.
Guttenberg.
Lichtenſtein.
Königsfeld.
Seckendorff.
Gottsmann.
Pfersfeld,
Streitberg.
Wieſenthau.
Wichſenſtein.
Eggloffſtein.
Wallenfels.
Groſs von Trockau,
Wildenſtein.
Rabenſtein.
Redwiz.
Fuchſs.
Giech.
Braitenſtein.
Schenk von Simau.
Hirſchberg.
Chriſtans.
Cappel.
Rabenſteiner von Wirſchberg.
Hirſcheid.
Neuſtetter genannt Stimmer.
Freudenberg,
Kurmreuth
Mengersdorff
Keinat,
Breuſing,
Heinach
Wildenſtein von Wildenſtein
Wurtzburg.
Sparnek,
Moſsbach,
Nanckenreuth
Künſperg
Gebſattel.
Hesberg
Zobel,

A Zeiern,
Stiebar
Schott
Plaſenberg.
Lochner
Stöhr, zum Störnſtein.
Motſchiedler zu Gera.
Grädel von Boden.
Steinlinger.
B Kozenau.
Schrimpf von Berg.
Stein zum Altenſtein.
Leonrod,
Eyb Leynek
Barsberg
Von Brand.
Helldritt.
Heuſſenſtein.
C Reizenſtein,
Lüchau
Hutten.
Truchſes von Wetzhauſen
Zedwiz.
Schlammersdorff.
Bernheim,
Franckenſtein
Crailsheim.
D Eltz.
Rottenhauſſen.
Lüſchwiz.
Rotſchüz.
Münſter
Steinau, gen: Steinrük
Herdegen.
die von der Grün.
Doſt von Trelbach
E Böckhell.
Poppenporff.
Himmelberger.
Hohenwart.
Aichelberger.
vom Linde.
Malenthein
Puggh.
Körnberg.
F Rohrbach.
Falmhaubt
Krafft.
Leiniger.
Vrſenbegk
Senus.
Teydeswald.
Spanſtein.
Pain.
G Klobiz.
Cronneger.
Neideck.
Freyberg.
Weydecker.
Iöfill.
Kulmer.
Palludin.
Schneeweiſs.
Zuckbenmantel.
Scheidt,

Gör-

Görſchacher.
Puz.
Schweinbeck.
Weiſs,
Siebenbürger,
Schonaich.
Schaumburger,
Buckhell.
Liebmann von Truſch,
Heilingsberger.
Meylersdorffer.
Elemzug.
Schick.
Schildin.
Fenck.
Seydel.
Hinterhölzer.
Zauchinger.
Stügor.
Prock.
Panheim.
Kreſsling.
Schnekenreuther.
Reinegger.
Kreſsberger.
Hahelsberger.
Schegk.
Meyſſa.
Grundiner.
Waſſer.
Viſthorn.
Adamsdorffer.
Seemann.

Kommen die Nürnbergl. uralten Patricii, und andere fürnehme Geſchlechter, welche von hochermelten Stiffs Bamberg ſtatliche Lehen haben.

B Aumgartner,
Nüzel,
Führer.
Harſsdörffer.
Tucher,
Geüder.
Tezel.
Haller.
Muffel
Grundher.
Schürſtab,
Kreſs,
Ebner,
Pfinzing
Behemb
Grolande
Böhmer,
Dererer,
Imhoff
Riether
Löffelholtz
Kammermeiſter
Welſer
Schlüſſelfelder
Starck
Gugel.
Helden

A Oehlhafen
Scheürlein
Köhler
Schlaudersbach
Voitt
Dietherr
Roggenbach
Bucher
B Werthemann.
Bayer
Ottinger
Mühlholtzer
Stralnuz
Viatis
Binoldt
Krauſs
Zölner von Kirſchletten,
Lorberr
C Neydecker
Beringer,
Senfft
Reutter
Hülſs
Vaſſoldt.
Dienſt.
Rorbach.
Mertz.
D Hopf.
Winheimer.
Ratſchmid
Hegner
Behem
Heber.
Zerreiſſen
Stambler,
Portner
E Doleſs
Caſtner
Schad.
Braun
Stromer,
Weiſsmann

Seynd alſo der Chur-Fürſtl. Stiffter, Praelaten, Herren und Adel. Ritterſchafft, ſamt
F *denen Nürnberg: Patriciis, und andern uhralten führnehmen Geſchlechten, ſo von dem Hochlöbl. Kayſerl. Stiffs Bamberg ſtattl anſehnl. Lehen haben, an der zahl zwey hundert und 76.*

Folgen:

Hochernanntes Kayſerl. Stiffts Bamberg,
Städte und Märckte, auch die Nahmen
G *der Veſtungen, Herrſchafften, Schlöſſer und Aemter.*

B Amberg Fürſtl. Haupt und Reſidenz-Stadt
Vorchheim Stadt und Veſtung
Cronach, Stadt und Veſtung Roſenberg.
Viehlfeeck, Stadt und Pfleg.
Scheſslig, Stadt und Schloſs Giech.

Bottenſtein Stadr, Schloſs und Pfleg.
Neuhauſs und Velrenſtein Schloſs und Pfleg.
Lichtenfelſs, Stadt und Ambt.
Steinnach, Stadr und Ambt.
Hollfeldt, Sradt und Ambt.
Weiſsmeyn Statt und Ambt.
Hochſtatt, Stadt, Schloſs und Ambt
Hertzogauracb Stadt, Schloſs, und Ambt.
Weiſchenfeld, Stadt, Schloſs und Ambt,
Teuſcheir, Stadt, Schloſs und Ambt.
Kupferberg, Stadt, Schloſs, und Ambt.
Burgkundſtarr, Sradt und Ambt
Ebermansſtatt, Stadr und Ambt.
Zeulnſtatt, Schloſs und Ambt Schmachtenberg
Wolffsberg, Statt und Schloſs.
Villach, Stadr und Ambr
Griefen, Stadr und Veſtung
St. Linardt, Stadt und Schloſs
Veltkirchen, Stadr und Ambt
Teruis, Stadt und Pfleg Pfedraue.
Neukitchen, Marck und Ambr.
Eckoldsheim, Marck und Ambt
Baunach, Marck und Ambr
Wachenroth, Marck, Schloſs und Ambt.
Ludwigſchorgaſt Marck und Ambt.
Marckſchorgaſt, Marck, und Ambt.
Nordhelm, Marck und Ambt.
Burekebrach, Marck und Ambr
Oberſcheinfeld, Marck und Ambt.
Hallſtat, Marck und Cammer Ambt
Wallenfelſs, Marck und Ambr
Marck Leichgaſt, Marck und Ambt
Malburget, Marck und Pfleg.
Emichenreuth, Marck und Ambt
Türingſtatt, Marck und Ambr
Reichenfels, Marck, und Pfleg.
Lirchdorff, Marck, und Ambt
Windiſchengerſten, Marck und Ambt
Rabel, Marck und Ambt
Hag, Marck und Ambt
Bleyberg, Marck und Ambt
Salmberg, Veſtung und Herrſchaffr
Küenbleg, Schloſs, und Herrſchaffr
Straſsrüdem, Schloſs und Herrſchafft.
Byenfels, Schloſs und Ambt
Neydeck, Schloſs und Ambt
Fürttenberg, Schloſs und Ambt
Goswemſtein, Schloſs und Ambt
Seffrenberg, Schloſs und Ambt.
Warberg, Ambt
Ebersberg, Schloſs und Ambt
Schönbrunn, Schloſs und Ambt
Stuffenberg, Schloſs und Ambt
Wolffsberg Schloſs und Ambr
Marloffſtein Schloſs und Ambt
Arnſtein, Schloſs und Ambt
Niſten, Schloſs und Ambt
Reifenberg, Schloſs und Ambt
Weiſſeneck, Schloſs-Pfleg und Land-Gericht.

Sind alſo der Stadt, Märckt, Veſtungen Herrſchafften Schlöſſer, und Aembter, dem Hochlobl. Kayſerl. Srifft Bamberg zu gehörig, auſſer den Caſſen Aembrern, Kellereyen und Vogteyen, in der Zahl ſiebenzig.

NVM. XLIII.

Reuerſus feudalis CATHARINAE abbatiſſe Kitzingenſis, quo profitetur, ſe feuda ſecularia abbatiae ſuae origine tenere a WIGANDO epiſcopo Bambergenſi eiusque archiepiſcopatu in feudum accepiſſe.

NOS CATHARINA de *Frenbouen*, Dei graria abbatiſſa monaſterii ſanctimonialium extra muros oppidi *Kitzingen*, ordinis ſancti *Benedicti*, Herbipolenſis dioeceſis, recognoſcimus publice per praeſentes, quod cum omnia et ſingula bona remporalia et feudalia abbatiae et abbatiſſae pro rempore exiſtentis monaſterii noſtri praedicti hactenus proceſſerunt ab antiquo approbatis, laudabilirer introductis, praeſcriptis et hucusque obſeruatis remporibus, absque interruptione ac a tanto et per tantum temptus, cuius initium in memoria hominum non exiſtit, in feudum a reuerendo in Chriſto patre et domino, domino epiſcopo Bambergenſi pro tempore exiſtente, ratione ſuae eccleſiae Bambergenſis, abbatisſaque dicti monaſterii pro tempore exiſtens, antequam ſe de adminiſtratione huiusmodi remporalium bonorum intromittar, tenearur ea a praedicto domino epiſcopo Bambergenſi in feudum acceptare. Nos coram reuerendiſſimo in Chriſto patre ac domino, domino WIGANDO, electo epiſcopo praedicto, humiliter arque inſtanter ſupplicauimus, ut nobis ipſa remporalia bona noſtrae abbatiae conferre dignaretur. Ideoque praefatus dominus noſter gratioſus Bambergenſis, noſtrae ſupplicationi praebens exauditionem benignam, huiusmodi temporalia bona, feuda imperialia communirer nuncupata, nobis gratioſe contulir atque infeudauit: nos quoque ipſa bona ab eodem domino noſtro gratioſo, electo epiſcopo, inſeudum acceptauimus, promiſimus in manibus praefati domini noſtri gratioſi electi epiſcopi homagium fidelitatis ſolitum er conſuetum. Ac tandem, *tactis ſacroſanctis euangelicis ſcripturis*, corporaliter praeſtito confirmauimus iuramenro, etiam nos pro nobis et ſucceſſoribus noſtris, promiſimus et bona fide promittimus per praeſentes praedicta, quod bona, aut aliqua ex eis, ſiue talia bona, decimae iurisdictiones, homines, domus, agri, uineae, hor-

Anno 1520.

hortí, thelonia, praedia, paſcuae, terrae, aquae, aquarum decurſus, cenſus, uel reditus exiſtant, aut alio nomine quocunque ſortiantur, absque ſpecialibus et expreſſis, ſcitu, conſenſu, uoluntate et licentia praedicti domini noſtri electi epiſcopi Bambergenſis, pro tempore exiſtentis, uendere, aut ab ipſo noſtro monaſterio ad alienas manꝰ dare, aut tradere ſeu alias quomodolibet alienare nec uelimus, nec debeamus, ſed alienata pro poſſe recuperare debeamꝰ et teneamur, fraude et dolo quibuscunque circumſcriptis. Voluit autem praefatus dominꝰ noſter gratioſus, dominus WEIGANDVS, electus epiſcopus Bambergenſis, quod huiusmodi collatio et infeudatio ſibi et ſuae eccleſiae predictae in eorū iure nociuae eſſe non deberent, praeſentibus uenerabilibus, generoſo ac nobilibus, ualidis ac famoſis uiris, domino *Andrea Fuchs*, decano, *Daniele de Redwitz* et *Reimero de Streitberg*, canonicis eccleſiae Bamberg. praefatae, *Eberhardo Balckmacher* iuris utr. licentiato, uicario in ſpiritualibus, *Georgio* ex baronibus *de Heideck*, *Eraſmo Zoller* et *Hieronymo Cammermeiſter*, uice cancellario et aliis plurimis fide dignis perſonis, in quorum omnium fidem et teſtimonium praemiſſorum praeſentes literas reuerſales ſigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Datum *Bambergae*, die Iouis uigeſima ſexta menſis iunii, anno a natiuitate domini milleſimo, quinquageſimo, uiceſimo ſecundo.

A et de iisdem infeudamus, eo modo et iure, quibus ea omnia conferre, et ipſam abbatiſſam infeudare debemus, prout ex antiquis, approbatis, laudabiliter introductis, praeſcriptis et hactenus obſeruatis iuribus et conſuetudinibus, absque interruptione ac a tanto tempore et per tantum tempus, cuius initium in memoria hominum non extitiſſet, ad B nos et eccleſiam noſtram Bambergenſem pertinuit ac pertinet. Et quemadmodum praedeceſſores noſtri, pro tempore epiſcopi Bambergenſes et nos regalia et temporalia praetacta abbatiſſis dicti monaſterii pro tempore conferre, et de his conſueuimus infeudare, ipſaeque abbatiſſae pro tempore in feudum ab eccleſia noſtra recipere conſueuerunt, ſi quae abbatiſſa ipſius monaſterii C pro tempore exiſtens, antequam ſe de dicta adminiſtratione omnium huiusmodi temporalium intromitteret, conſueuit ac tenebatur, prout debebit ac tenebitur in perpetuum ab epiſcopo Bambergenſi pro tempore in feudum acceptare: Recepta tamen primitus a dicto *Ludouico de Rotenhan*, uti procuratore abbatiſſae praefatae et eius nomine D procuratorio, uigore ſpecialis ſui mandati, promiſſione, manuali homagii, fidelitatis ſolita et conſueta, ipſaque promiſſione tactia ſacroſanctis euangelicis ſcripturis, iuramento corporaliter praeſtito confirmata, ſaluis tamen ſemper in his noſtris, ſucceſſorum epiſcoporum et eccleſiae noſtrorum iuribus et conſuetudinibus quibuscunque, praeſentibus ibidem uenerabilibus, egregiis, nobilibus, ſtrenuis et ualidis uiris, conſiliariis dilectis et fidelibus noſtris, *Paulo Neydecker* legum doctore, *praepoſito* ſancti Gangolphi, noſtro in ſpiritualibus uicario, *Caſparo Okel* uicario cathedral. eccleſiarum noſtrarum Bamberg. *Sigismundo ab Heſperg*, milite, *Leonhardo Thurn*, *Chriſtophoro* et *Emerano de Redwitz* fratribus germanis, *Euſtachio de Wirsberg* ſculteto, *Chriſtophoro Ochs*, *Volffgango Rebitz*, legum doctore, *Chiliano Thain*, ſecretario, et aliis fide dignis, in quorum omnium et ſingulorum praemiſſorum fidem et teſtimonium, ſigillum noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Dat. in ciuitate noſtra *Bambergenſi*, die Iouis, nona menſis Martii, anno a natiuitate domini 1542.

NVM. XLIV.

Diploma feudale WEIGANDI epiſcopi Bambergenſis, quo VERONICAE abbatiſſae Kitzingenſi *ſecularia abbatiae* Kitzingenſis *feuda conferuntur.*

Anno 1542. NOs WIGANDVS dei gratia epiſcopus Bambergenſis, recognoſcimus publice per praeſentes, quod fideli noſtro, Ludouico de Rotenhan in Mertzbach, nomine uenerabilis in Chriſto nobis deuotae fidelisque dilectae, *Veronicae Hündlerin*, abbatiſſae monaſteriorum ſanctimonialiū, extra muros oppidi Kitzingen, ordinis ſancti Benedicti, Herbipolenſis dioeceſis, uigore ab eadē abbatiſſa ſibi *Ludouico*, uti procuratori conceſſi et traditi, nobisque exhibiti ſpecialia mandati, omnia et ſingula regalia bona, temporalia et feudalia, poſſeſſiones et quaeuis alia, ad abbatiam et ipſam abatiſſam de iure uel conſuetudine pertinentia, nec non eorundem adminiſtrationem principaliter contulimus, ipſam de iis infeudauimus, ac praeſentium per tenorem conferimus,

NVM. XLV.

REVERSVS FEVDALIS, quem VERONICAE abbatiſſae Kitzingenſis mandatarius WIGANDO epiſcopo Bambergenſi exhibuit.

In nomine domini amen.

Anno 1452. EGo LVDOVICVS de ROTHENHAN, in Mertzbach, uenerabilis in Chriſto nec non deuotae *Veronicae Hündlerin*, abbatiſſae monaſterii ſanctimonialium extra muros oppidi Kitzingen, ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis dioeceſis electae, legitimus procurator, prout de meo procurationis mandato legitime conſtat, recognoſco et atteſtur publice per praeſentes, quod cum omnia et ſingula bona temporalia et feudalia abbatiae et abbatiſſae pro tempore exiſtentis monaſterii praedicti hactenus proceſſerunt ab antiquo approbatis, laudabiliter introductis, praeſcriptis, huc usque obſeruatis temporibus, absque interruptione ac a tanto tempore et per tantum tempus, cuius initium in memoria hominum non exiſtit, in feudum, à reuerendiſſimo in Chriſto patre et domino, domino episcopo Bambergenſi, abbatiſſaque dicti monaſterii pro tempore exiſtens, antequam ſe de dicta adminiſtratione huiusmodi temporalium bonorum intromittat, teneatur ea a praedicto domino Bambergenſi in feudum accipere, ego coram reuerendiſſimo in Chriſto patre ac domino domino Wigando, episcopo Bambergenſi, domino meo gratioſo conſtitutus, ipſi domino meo, WIGANDO episcopo praedicto, humiliter atque inſtanter ſupplicauī, ut mihi, uigore ſpecialis et exhibiti mandati, uti procuratori et eo nomine abbatiſſae, praefatae meae principalis, temporalia bona praedictae abbatiae conferre dignaretur. Ideoque praefatus dominus meus gratioſus Bambergenſis, meae ſupplicationi benigne annuens, huiusmodi temporalia bona, feuda imperialia communiter nuncupata, mihi gratioſe contulit atque infeudauit, ego quoque dicto procuratorio nomine ipſa bona, ab eodem domino meo gratioſo episcopo, in feudum accepi, promiſi in manibus praefati domini mei gratioſi episcopi homaginem fidelitatis ſolitum et conſultum, ac tandem tactis ſacroſanctis euangelicis ſcripturis corporaliter praeſtito confirmaui. Inſuper ego Ludouicus, uti procuratur abbatiſſae praefatae, et eo nomine procuratorio, pro ea et ſucceſſoribus ſuis, promiſi et bona fide promitto per praeſentes, quod praedicta mea principalis bona, aut aliqua ex eis, ſiue talia bona decimae, iurisdictiones, homines, domus, agri, uineae horti, teloniae, praedia, paſcuae terrae, aquae, aquarum decurſus, cenſus uel reditus exiſtant, aut alio nomine quocunque nuncupentur, absque ſpecialibus et expreſſis ſcitu, conſenſu uoluntate et licentia praedicti domini mei, episcopi Bambergenſis, pro tempore exiſtentis uendere, aut ab ipſo monaſterio ad alienas manus dare, aut, tradere ſeu alias quomodolibet alienare non uelit, nec debeat, ſed alienata, pro poſſe recuperare, fraude et dolo quibuscunque procul ſemotis. Voluit autem praefatus dominus meus gratioſus, dominus Wigandus episcopus Bambergenſis, quod huiusmodi collatio et infeudatio ſibi et ſuae eccleſiae praedictae in eorum iure minime praeiudicare, nec damno usquam eſſe debeat, praeſentibus ibidem uenerabilibus, egregiis, nobilibus, ſtrenuis acualidis uiris conſiliariis, Paulo Neydecker, legum doctore, praepoſiti ſancti Gangolphi, in ſpiritualibus uicario, *Caſparo Okel*, uicario, cathedralis eccleſiarium Bambergenſium, *Sigismundo ab Hesberg*, milite *Leonhardo de Thurn*, *Chriſtophoro et Emerano de Redwitz* fratribus germanis, *Euſtachio de Wirsberg* ſculteto, *Chriſtophoro Ochs*, *Wolffgango Rebiz* iurium doctore, *Kiliano Thum* ſecretario et aliis fide dignis. In quorum omnium et ſingulorum praemiſſorum fidem et teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum Bambergae, die Iouis, nona menſis Martii, anno a natiuitate domini quinquageſimo quadrageſimo ſecundo.

NVM. XLVI.

Fundatio HENRICI ſancti imperatoris ſuper FVRTH Francofurtbi in comitiis Lalendis nou. 1007. data.

IN nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. HENRICVS diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur ſacri eloquii inſtitutionibus erudimur et admonemur, ut temporalia relinquentes commoda, aeterna et ſine fine manſura in coelis ſtudeamus adipiſci conſiſtoria. Qua propter nos dominicis non ſurdum auditum praebentes, praeceptis et deificis obtemperando intendentes ſuaſionibus, quendam noſtrae paternae hereditatis locum, *Babenberg* dictum ſedem et culmen episcopatus ſublimandō prouēximus et, Romana authoritate, atque uenerabilis Henrici Wurzburgenſis episcopi conſenſu ac pari communique omnium noſtri fidelium, tam archi episcoporum quam episcoporum abbatumque, nec non ducum et comitum conſulto decretoque, in honorem ſancti Dei genetricis Mariae ſanctorumque apoſtolorum *Petri et Pauli*, nec non martyrum *Kiliani* atque *Georgii*, ſtabi-

Anno 1007.

biliuimus et corroborauimus, et ut inibi A rabilium dominorum *Sigfridi*, Moguntinenſis, *Annonis* Colonienſis, *Gebehardi* Salzburgenſis, *Adelberti* Bremenſis archiepiſcoporum, etiam *Adelberonis* Wurzburgenſis, *Elenchardi* et *Eberhardi* Albeſtadenſis, *Ottonis* ducis Bauariae nec non comitis *Eckiberti* aliorumque fidelium noſtrorum, pro fideli ſeruitio GVNTHERI, ſanctae *Babenbergenſis* B eccleſiae epiſcopi, regularibus eiusdem ſanctae Babenbergenſis eccleſiae in maiori monaſterio, uidelicet S. Petri militantibus, ac quendam locum illorum iuris, *Furth* dictum, in pago *Norigoue* ſitum, in comitatu *Henrici* comitis, mercaturam, a beatae memoriae patre noſtro aliquando a Norenbec translatam, cum theoloneo et percuſſura proprii C numismatis, reddidimus et reconfirmauimus. Ita ut mercatores, ibidem negotiantes, finitimorum mercatorum, ſcilicet *Ratisbonenſium*, *Herbipolenſium*, *Babenbergenſium* iuſtitiis utantur. Itaque ut hoc noſtrae clementiae beneficium praenominatis fratribus plenius liberiusque cedat in uſum: uolumus et regali authoritate praecipi- D mus, ut locus ille immunis ſit, nullusque ibi iudex, comes, aut uicarius eius iudicium ibi faciat, absque aduocato, qui praenominatis fratribus et epiſcopo loci eius placuerit. Vt igitur haec noſtrae liberalitatis donatio rata ſemper et inconcuſſa permaneat, hoc praeceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. *Data* E *XIV. Kal. Auguſt.* anno incarnationis domini MCLXII. indictione XV. anno autem Henrici IV. regis VIII. regni uero VI. Actum Moguntiae, feliciter amen. Sigillum D. HENRICI quarti imperatoris.

noſtrum parentumque noſtrorum et Ottonis tertii, uidelicet imperatoris anteceſſoris ac ſenioris noſtri celebre haberet memoriale et iugis pro omnib9 orthodoxis hoſtia mactaretur ſalutaria; proinde nouerit omnium noſtrorum fidelium tam praeſens aetas, quam etiam ſucceſſura poſteritas, quod nos noſtrae quondam proprietatis locum *FVRTH* B dictum, *in pago Nordgoau*, *in comitatu Berengeri comitis* ſitum, ad ſtipendium canonicorum, in eadem ſupra dicta epiſcopali ſede coenobice Deo ſeruientium, una cum omnibus eius pertinentiis ſiue adhaerentiis, uidelicet uicis, uillis, eccleſiis, ſeruis et ancillis, areis, terris cultis et in cultis, uiis, inuiis exitibus et reditibus, quaeſitis uel inquiren- C dis, ſyluis, foreſtibus, faginis, uenationibus, aquis, piſcationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus et immobilibus nec ceteris omnibus, quae rite ſcribi aut appellari poſſunt, quolibet modo utilitatibus, ac noſtra auctoritatis praeceptali pagina, prout firmiter poſſumus, donamus atque proprietamus, omnium contradictione remo- D ta: praecipientes igitur, ut dulciſſimi in Chriſto *Babenbergenſes* fratres noſtri, ex noſtro iure liberam dehinc habeant poteſtatem eundem locum, FVRTH nuncupatum, cum omnibus appendiciis poſſidendi, uel etiam ſibi commodum *aduocatum* ipſi loco ſupradicto ſupereligendi, ſeu quidquid illis libeat, modis omnibus in uſum coenobitae E fraternitatis inde faciendi. Si quis igitur, quod abſit, huius noſtrae donationis munificentiam deſtruere ſiue uiolare praeſumet, in die iudicii coram oculis Dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat, ſed haec traditio noſtra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

NVM. XLVII.

Henricus IV. monachis regularibus S. Petri ius mercaturae, in FVRTH, nec non ius telonii et cudendae monetae concedit.

Anno 1162. HENRICVS diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium Chriſti fidelium tam moderna aetas, quam ſucceſſura poſteritas, qualiter nos, diuinam ſoenerantes mercedem, pro felici remedio animae diuae memoriae patris noſtri, proque interuentu uene-

NVM. XLVIII.

HENRICVS III. imp. bona epiſcopatus Bambergenſis confirmat, et Eberhardum I. *denuo iisdem inueſtit.*

HENRICVS, *Dei fauente clementia* Anno 1039. rex. In examine Dei cuncta conſpicientis aequale meritum credimus G fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem noſtram maieſtatem pertinere totius regni curas, praecipueque omnium ſanctarum Dei eccleſiarum commoda conſiderare, et omnia eis aduerſantia, ſub omni feſtinatione abolere, ne, uel graui incommoditate uileſcant, uel qualibet, pro noſtra culpa, orta occaſione, a priſti-

no-

no cultu et religione recedant: quatenus dum haec pro amore, pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum, qui haec pro affectu Deo contulerunt, meritis et gloria communiamur.

Proinde omnibus in Christo fidelibus, scilicet tam futuris, quam praesentibus, notum esse uolumus, qualiter ob hanc spem, per interuentum dilectissimae matris nostrae GISILAE imperatricis augustae, pro amore etiam dilecti, fidelisque nostri EBERHARDI, primi sanctae Babenbergensis ecclesiae episcopi, eundem locum a diuo imperatore HENRICO secundo, pro sua suorumque anima in episcopatum, diuina inspirante clementia, perfectae fidei charitatisque deuotione, in honore principis apostolorum *Petri* et *S. Georgii* martyris, sublimatum, consensu fidelium nostrorum sancimus et, omni contradictione remota, regalis nostrae maiestatis auctoritate corroboramus, omnes etiam res *mobiles* et *immobiles* eiusdem sanctae Dei ecclesiae, quas ipse diuus imperator, pro ardore coelestis patriae, ibidem larga manu contulit, ea ratione confirmamus, ut fidelis noster EBERHARDVS, eiusdem loci primus episcopus, eiusque in perpetuum successores, secura eas tranquillitate possideant et liberam potestatem habeant, et res et proprietates eiusdem ecclesiae cum consensu clerici et populi ordinare, componere et augmentare.

Nostra quoque auctoritate sancimus, ut in abbatiis, monasteriis, comitatibus, foris, mercatibus, monentis, naulis, teloniis, castellis, uillis, uicis, areis, seruis, ancillis, tributariis, decimis, foresti bus, syluis, uenationibus, piscationibus, molendinis, aquis aquarumue decursibus, campis, pratis, piscinis, terris cultis et incultis item libris, argento et auro, gemmis, uasis, ornamentis uel aliquibus utensilibus, in cultum et religionem Dei ibidem collatis, et in omnibus terminis rebusque eiusdem ecclesiae, aut quidquid ad praesens ad illam pertinet uel ex his amplificare potest, nulla sit infestatio tyrannorum, nulla potestas irruat ibi per uiolentiam, nullus ibi comes aut iudex legem facere praesumat, praeter episcopum eiusdem loci, omnisque possessio Deo famulantium ibi pro immunitate habeatur. Sit ille episcopatus liber, et ab omni extranea et iniqua securus potestate, quatenus ibidem Deo famulantes, et primi constitutionis memoriam digne celebrare, nosque fautores et corroboratores possint et uelint Deo precibus suis commendare. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconuulsa per maneat, hoc priuilegium inde conscriptum manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Datum *Moguntiae* VI. Idus Iul. anno 1039. indictione ima.

FINIS.

SCRI-

SCRIPTORVM BAMBERGENSIVM PARTIS PRIMAE INDEX NOMINVM ET RER. MEMORABILIVM COPIOSVS.

Literae numeris adiectae decades linearum designant.

A.

A*Bares* conuerſi, 260
Abbatisdorff, Abtsdorff, deſuper diploma Henrici S. 334 e.
Abbatorff uilla, 335. a.
Abenberg, 3 5. a.
ab *Abenberg* Hieron. 2 2. g.
Abenbergii comites adiutores S. Othonis in extruendo coenobio Hailsbrunnenſi, 115. a.
Abenbergus comes Rapotho. 1126.
aduocatus Bamberg. 24. c.
queritur de iniuriis ab epiſc. Wirceb. ſibi illatis, 29. d.
Theodorus, canonicus Argentinenſis, 216. a.
fit epiſcopus Ratisbon. 214. e.
Abiſtenum hodie Bothoſtenum, 96. c.
Ablutio calicis mutata in ſanguinem. 311. a.
Abſolutio extorta nulla, 1264. 6.
Abſolutionis formula, 1252. e.
Abstwehrde
Abudiacum, S. Henrici locus natiuitatis 30. e.
Academiae Bamberg. inſtitutio 1040. g.
Acconenſis epiſc. Ioann. adminiſtrator montis monach. 918. g.
Acta SS. Henrici et Cunigundis, 376. g.
Adalbero frater S. Cunigundis 385. d.
fit epiſcopus Metenſis, 49. b.
Adalbero archiepiſc. Remenſis, 381. c.
Adalbero epiſc. Bamberg dux Cariorum 73. f.
Adalbero epiſc. Wurtzburg 87. d. excommunicatur, 89. e. monaſterium intrat, 89. f. obit 90. b.
Adalbero epiſc. Baſileenſis, 286. d.
S. *Adelbertus* campanae pulſu excitatur ad exaudiendum, 718. f. eius campanae tactu mulier caeca uiſum recipit, 516. a. eius templum ab Othone S. apud Stetinenſes extructum, 111. c. flammis abſumtum, 491. S. Adalberti ſepulchrum, 35. d. eius templum Iulinae, 48. d.
Adalberti, marchionis Saxoniae cura pro S. Othone 700. b. eius legatorum laetitia, 503. e.
Adamo abbas Lanchemenſis, 114. g.
Adamsdorffer uaſalli Bamberg. 1274. d.
Adelbertus comes Bambergenſis, uide Albertus.
Adalbertus comes Alſatiae, 381. f.
Adalbertus archiep. Moguntin. 114. f.
Adelbertus primus archiep. Magdeb. 30. f. Conſtantinopolim ablegatur, ut proxenetam agat Theophaniae, 30. g.
Adelbertus epiſc. primus Pomeraniae, 691. e.
Adelbertus eleemoſynarius, 512. f. Hieroſolymam quoque miſit eleemoſynas, 522. defletur a S Othone. 521. g.
Adelbertus decanus Bamb legatus ad imperat. 408. b.
Adelbodus, Henrici S. biographus, quando uixerit, 338. c.
Adeldegus epiſc. Hamburg. 30. a.
Adelheida, palatina, 425. a.
Adelheida Ottonis II. coniunx. 275. f.
Adelheidis uxor Ottonis m. 23. a.
Adelheidis Henrici V. ſoror nubit Boleslao duci Polon. 97. c.
Adelhelmus, abbas III. montis monach. 401. 295. e.
Adeliche Landeshoheit portenti inſtar, 10:6
de *Adlegatione* imperiali, 1067
Adminiſtratores tenentur ad rationes, 1236. b.
Admontenſe monaſterium a quo fundatum, 444. a.
Admontenſis abbas Henricus 151 b.
Admontenſis abbatis oratio ad legatos imperatoris. 445. e.
ad *Admontenſem* abbatem epiſtola 840 f.
Adoleſcens ab ortu contractus ſanatur ope S. Henrici. 319. e.
Adolfus Naſſouicus eligitur in imperatorem, 181. exuitur imperio. 183. b.
Adrianus I. papa. 597. eius diſpoſitio circa electionem pontificum, 69. b.

Adrianus IV. Conradum in abbatiam Biburgenſem reſtituit, 586. e. eius literae ad conuentum Biburgenſem, 587. e.
Adrianus pontifex officiositatem Friderici barbar. taxat. 127. f.
S. Adrianus opitulatur S. Henrico 38. b. eius feſtum quando celebretur 273. d. ipſius gladius ubi adſeruetur, 37. f.
Adulatio procul habenda hiſtorico, 290. b.
Adulterium ſimplex ad quam iurisdictionem pertineat in principatu Bamberg. 1075. c. olim ſpectauit ad uogtiam. 1063
Aduocatus conſiſtorii Bamb. per uicarium generalem confirmandus et examinandus, 1169. g.
Aduocati de quota litis non paciſcantur. 1176. b. imperiales fuerunt Landgrauii Thuringiae. 1042. b.
Aduocatorum ſubſcriptio praecipitur, 1170. b. conſiſtorii iuramentum, 1186. g.
Aedituus furans reprehenditur a S. Henrico defuncto, 314. f.
S. Aegidii abbatia extra Norimbergam, 67. c. capella, 432. b. 457. c. eccleſia aedificata, 448. d. hoſpitale, 360. d. pollex. 448. e. ſacellum ab Othone S. conſtructum 101. g.
Aegrotorum uariae curationes, 310. g.
Aes pulſatur ad excitandum ſanctos, 718. e.
Aeginus Ioannes, euangelii praeco in Pomerania, 565. b.
Aeſtas praematura, 139. d.
Aëtius Valentiniani imp. dux 9.
Affaltresbach uicus 332. f. reſtituitur eccleſiae Bamberg. 77. a.
Affeldernenſe caſtrum coenobio Banthenſi adiicitur, 81. c.
Agapitus papa, 218. b.
Agnes ducissa Pomeraniae, 566. a.
Agnes Habsburgica, Fridericii III. Zollerii coniux, 147. b.
Agnes Henrici III. coniux 65. g. 1120
Agnetes, palatina, 425 a.
de *Ahorn* Bugo, epiſc. Wormatienſ. 100. a.
Ahorniana uallis 100. b.
Aichelberger uaſalli Bamberg. 1273 e
Aichium traditur eccleſiae Bamb. 217. c.
Aiſſus fluu. 2. b. 912. a.
Aiſtetenſis ep. Iohannes Heideccius eligitur, 227. f.
Alba fluuius, 692. a.
Albardum Huſſitarum inuentum, 231. e.
Albati pueri 619. c.
Albea, 408 c.
B. *Alberadis* Banthenſis abbatiae conditrix, 51 b.
Albericus epiſc. Cumanus, 280. d.
Albertus Auſtr. ſurrogatur Adolfo Naſſou. imp. 183. b. coronatur Aquisgrani, ibid. c. eccleſiae Bamberg. priuilegia confirmat, 183. c. Bertholdum Hermebergium uicarium imperii conſtituit, 186. a. feuda accipit ab epiſc. Bamb. 1149. b. a nepote ſuo occiditur, 186. b.
Albertus V. papa reiicitur, 226. f.
Albertus comes Bamberg. interficit Conradum, Ludouici III. imp. patruelem, 885. e. 993. b. ea propter ab imperatore citatur ad comitia Triburenſia, 18. c. 993 c. dolo Hattonis Moguntini in manus imperatoris traditur et conſenſu procerum ſecuri percutitur, 16. d. 18. d. 887. e. 993. d. 19. b. fundat coenobium Thariſienſe, 19. e. 888. e.
Albertus dux Auſtr. et Stiriae, arbitrator inter epiſc. Bamb. et Ortenburgios, 195. f. arma capeſſit contra Huſſitas, 230. f.
Albertus dux Lotharingiae per annulum et baculum inueſtitur, 100. c.
Albertus dux Saxoniae 1151. b.
Albertus epiſc. Bamb. ueterum priuilegiorum confirmationem obtinet 227 d
Albertus comes a Bogen epiſcopus Bamberg. 159 c epiſtola Henrici IV. ad ipſum 816.
Albertus comes Warthemius epiſc. Bamb. 223. c. uirtutibus alias inſignis ditionem debitis onerat, 223. c. regalia accipit a Ruperto imp. 223. c. monaſterium Neun-kirchen inſtaurat, 224. f. Rotenburgenſes contumaces exequitur 225. c. Zinkenwerdam ciuitatis iure donat, 227. a. ueterum priuilegiorum confirmationem obtinet, 227. d.
Albertus iun. Brandenburgicus bello nexat epiſcopum Bamberg 242. d
Albertus marchio Culmbacenſis repudiat pacem religioſam, 1016. c. ideoque bannitur, 1017. f.
Albertus archiep. Bremenſ. contutor Henri IV. peſſimus, 79. e.
Albertus primus epiſc. Caminenſis 107. b.
Albertus praepoſitus Bamb. 262. a. 163. a.
Albertus urſus marchio Brandenb. in S. Othonem liberalis 115. e.
Albeſtadenſis epiſc. Eberhard. 1281.
Albinoenium caſtrum accedit eccleſiae Bamb. 166. a. 434. g. gratis reſtituitur eidem, 167. e.
Albuinus legatus S. Othonis abſconditur a muliere, 696 d. deridetur a ſociis, 693. b.
Aldebardieri quinam Italis, 231. d.
Alemannia deuaſtatur, 794. g
Alemanniae dux Herimannus ambit imperium, 794. a.
Alemanni bello ſubacti a Childerico 10. a. Franconiam inuadunt, 19. d. ſtipendiarii facti a Chlodouaeo, 10. e.

Alexander papa legatos Friderici barb. re infecta dimittit, 134. b.
Alexander III. papa infulam et annuli uſum dat Wolframo II. abbati montis monach. 904. c.
Alexander V. papa moritur, 257. e.
Almonia fluuius 2. b
Almus dux Hunnorum 443. a.
Alphonſus rex Germ. eligitur, 170. b.
Alriſpach, Allerſpach, monaſt. 424. a.
Aljatiae comes Gerardus, 387 f.
Alsdorfum caſtrum march. Miſn. 212. c.
Alſtetum, 56. c. 330. g.
Altach monaſterium extruitur, 598. a. eius abbas S. Gothardus, 329 epiſcopo Bamberg. adiudicatur 126. a.
in *Altaribus* non conſecratis non celebranda diuina officia, 1224. c.
Altenburgenſis comes Kanzelinus 387. f.
Altenburgum caſtrum ſedes comitum Bamberg. 885. a. 992. c. de eo coniecturae. 7. d.
Altenburgenſes comites 87. e.
Altenſtein nefarie occiſi ab Iringo epiſc. Wurzburg. 173. g. 174 a.
Alterſa uendita duci Auſtr. 212. a.
Altersdorffium accedit eccleſ. Bamb. 55 c
Alterſpach coenobium 530. b.
Altmühl circulus nobilitatis Franconicae, 245. f.
Altmuhl fl. 4. a.
Altmuhl coenobii abbatiſſa Euphemia, 598 c
Amberga accedit Bambergae, 60. g. in feudum confertur duci Bau. 175. b.
Ambergenſes negotiandi facultatem obtinent, 131. g.
Ambergenſia bona confirmantur eccleſiae Bamberg, 184. e.
Amblig ſtadt deuoluitur ad epiſc. Bamb. 49. f.
S. *Ambroſius* 809. f. apparet Brunoni epiſc. Wurzb. 63. c.
Ambulator albus quotannis ſoluendus pontifici ab epiſc. Bamb. 201. b.
Amorbacenſe coenobium donis ornatum ab Ottone imp. 2. a
Amorbacenſium ordo in monte S. Mich. aboletur, 451. f. regula ſublata, 116. a
Ampherbach uilla 410. b. conceditur archiepiſcopo Colon. 75. a
Amſtenum caſtrum Leuchtenberg. pignori datum 215. a
Analogium, 401.
Anagniae Otho S. a pontifice confirmatur in epiſc. B. 640. g
Anaſtaſia ducisſa Stetinenſis confirmat monaſterio S. Mich. donationem factam per filium ſuum Bugislaum 138. g. it. donationes a marito ſuo factas 906. e
Anaſtaſius Vngarorum archiepiſc. 280. d
Anauarſenſis ep. Eringus munificus erga coenobium S. Mich. 915. b
Anclam incendio deletur, 104. a
Ancus Martius Bambergenſis
Andecenſe monaſterium reliquias S. Cugundis adſeruat, 375. f.
Andechſia gens emoritur, 164. f.
Andechſiorum genealogia ibid. ortus a Carolo M. 598. b
Andechſiae gentis ſancti, 598. e
Andegauenſis comes Carolus decollare iubet Conradinum et Fridericum Auſtr. 174. f.
S. *Andreas* apoſtolus monaſterii Cluniacenſis patronus, 424.
Andreas abbas coenobii S. Benedicti 36. 596. quando libros ſuos deſcribi curauerit 596. d
Andreas rex Vngariae a Leone IX. papa excommunicatur, 72. d
Andreas S. Othonis biographus quis fuerit 560. a
Andreas I. abbas montis monach. 922. a. eius ſcripta, 923 d. f.
Angariae competunt territoriorum dominis, 1021. b
Angelorum bonorum ſtudium circa obitum hominis, 309 a
Anhaltinus dux Bernardus dux exercitus Frid. I. 36. f. ducatu Saxoniae inueſtitur, 137. f.
Aniſus fluuius 424. b
Anniuerſarii diligenter obſeruandi 1227
Anno epiſcopus Colonienſis 1281. f.
Annulus et baculus imperatori remittuntur, 635 f.
Annulus S. Cunigundis adſeruatur Bambergae, 375. b
Antonius Vlricus dux Brunſu. et Luneburg. 1084. b
Anſcharius archiep. Hamburg. 595. c
Amus ſaccularis Bambergenſibus facer, 1060.
Anſridus epiſc. Traiectenſis, 280. c
Anſelmus epiſc. Spirenſis Othoni S. praedicit epiſcopatum, 405. c
Anſelmi confeſſio 622. b
Anſtands receſſ Bambergenſium cum *Auſtriacis*, 1144 g
Antiochus rex quomodo uiſitarit templum Hieroſolym. 592. d
Antiphonae in honorem S. Ottonis 540. ſeqq.
Antonius de Rotenhan ep. Bamb. 235 ſolenniter accipit inſignia epiſcopalia 235. e. 1156. c. a ciuibus ſeditioſis urbe pulſus 235 f. decedit, 236. g. eius mores et ſtudia 238. a
Antwerpienſes marchiones, 387. d
Apoſtaſia duarum ciuitatum Iulini et Stetini, 490. a. apoſtaſias ultio diuina 491. a
Apoſtata excommunicatus ipſo facto 1244 d
Apocha ſuper cenſu eccleſiae Bamb. data a Clemente pontif. 71. b

Apocrypha non adhibenda in concionibus, 1250. e
Apoſtolatus ueri character, 671. g
Apoſtolatus S. Othonis occaſio 671 g
Apoſtolatus S. Othonis ſecundus, 490. b
Apulia bello uexatur, 55. f
recuperatur ac Henrico S. imp. 297. a
Iſraeli Henrici S. nepoti concreditur 50. a
Apuliae princeps Iohannes epiſc. Pomer. 602.
Aquila caetulea inſigne Bamberg. 18. b
Aquileienſis patriarchae Ioannis literae, ad epiſc. Wurceb. 287. e
Aquileienſis dioeceſeos monaſteria 424. c
Aquisgranum, 801. d
Aquisgrani corpus Ottonis III. ſepultum 793. g. ibidem coronatur Henricus S. 797. d
Aquisgranenſi, collegium canonicorum 389. g
Ara SS. Henrici et Cunigundis 323 a
Arbores umbroſae numinum inſtar cultae, 715. f
Archidiaconi officium 1260. g
Arcona urbs 595. b
Ardoinus Italus, Henrici S. aemulus 36. f. eundem capit. 38. e. et ab eo ſuperatur, ibid. f. nouas turbas ciet, 49. c. ſed fugatur ab Henr. 49. g.
Arduennae comites fratres S. Cunigundis, 381. c
Arduennae regionis pomoeria, 382. g
Arelatenſis epiſcopus Virgilius 608. c
Arfaxat, magus Perſarum 620. a
Argentina ſpoliatur ab Hermanno 795. a
Argentina ſedes reſtautatur ab Henrico S. imp. 273. g
Argentinenſis abbas feudum Bamb.
Argentinenſes epiſcopi Bruſſo, 435. d Conradus 179. Lambertus, 209. e. Werenharius 280. b. Wernerus 87. c.
Aribo archiep. Moguntin. 165. a. 595. a
Arida manu laborans curatur, 362. e
Arma S. Othonis, crux, reliquiae, hymni, 708. g
Arnueni fideles Ftiderico I. imp. 326
